





M





SCRIPTURÆ SACRÆ

CURSUS COMPLETUS,

EX COMMENTARIIS OMNIUM PERFECTISSIMIS UBIQUE HABITIS,

ET A MAGNA PARTE EPISCOPORUM NECNON THEOLOGORUM

EUROPÆ CATHOLICÆ,

UNIVERSIM AD HOC INTERROGATORUM, DESIGNATIS,

UNICÈ CONFLATUS,

Plurimis annotantibus presbyteris
ad docendos levitas pascendosve populos altè positis.

ANNOTARUNT VERO SIMUL ET EDIDERUNT

FR. J.-P. ET V.-S. M**.**

TOMUS DUODECIMUS.

DE ESDRA ET NEHEMIA. — DE TOBIA. — DE JUDITH. —
VARIÆ DISSERTATIONES ET ANNOTATIONES.



PARISIIS,

APUD EDITORES,

IN VIA GALLICÈ DICTA,

RUE D'AMBOISE, BARRIÈRE D'ENFER.

1839.



ELENCHUS
AUCTORUM ET OPERUM
QUI IN HOCCE VOLUMINE CONTINENTUR.

VATABLUS.

In primum librum Esdræ commentarium.

IDEM.

In librum Nehemiæ, qui et Esdræ secundus dicitur, commentarium.

CALMET.

In primum et secundum Esdræ libros prolegomenon. — Dissertationes in tertium et quartum Esdræ libros. — De restauratione librorum sacrorum. — De veterum Hebraicorum characterum mutatione.

NATALIS ALEXANDER.

Dissertatio de auctore Cabbalæ.

TIRINUS.

In Tobiam commentarium.

CALMET.

In Tobiam prolegomenon. — Dissertatio in dæmonem Asmodæum.

SERARIUS.

Variæ quæstiunculæ in Tobiâ passim occurrentes.

IDEM.

In Judith commentarium.

CALMET. — DUCLOT. — SACY. — CORNELIUS A LAPIDE. — NATALIS ALEXANDER. — SERARIUS. — SANCTIUS. — TIRINUS. — MENOCHIUS. — ESTIUS. — WOLPHIUS. — JUNIUS. — DRUSIUS. — BOCHARTUS. — GROTIUS. — PISCATOR. — MALVENDA. — OSIANDER. — BONARTIUS. — SYNOPSIS CRITICORUM. — HOUBIGANT. — GLAIRE.

Annotationes.

INDEX RERUM.

EXCUDEBAT E.-J. BAILLY, IN FORO SORBONICO, 2.

VATABLI VITA.

Vatablus, vel meliùs Watebled (Franciscus), non Ambiani, ut scripsit præses de Thou, sed in viculo Picardiæ dicto Gamaches natus est, quo anno, haud satis constat. Circa autem annos 1530-1531 Franciscus I eum in Collegio Regio quod recenter creaverat Hebraicæ linguæ professorem instituit. Cujus animadversiones in Scripturam sacram lectionibus publicis primùm habitæ, dein à Roberto Stephano collectæ et vulgatæ sunt. Cùm verò percelebris ille typographus Calviniano faveret errori, in suspicionem venit scholia Vatabli adulterâsse, ideòque ea, qualia ex ipsius officinâ exierant, Parisina facultas condemnavit. Haud multò post à Salmanticensibus theologis expurgata, in lucem denuò prodière, summo religionis fructu, plurimique fiunt apud exegetas omnes, tùm ob luculentiam, tùm ob miram concinnitatem, quibus librorum sacrorum difficultates eruunt. Ultima editio ex quâ commentaria deprompsimus in Esdram ac Nehemiam prodiit ann. 1729, 2 vol. in-f°.

Vatablus obiit Parisiis 1547.

AUGUSTINI CALMETI

IN LIBRUM PRIMUM ESDRÆ

Prolegomenon.

Inter principes viros, qui rebus reipublicæ Judaicæ reformandis, et cultui Domini restituendo, solutâ captivitate Babylonicâ, utilem operam navârint, Esdras jure meritò constituendus est. Vox *Esdras* sonat œconomus, nec immeritò ambigeretur, utrùm certæ personæ nomen sit, veluti *Rabsaris, Rabsaces.* Præstita genti suæ maximi momenti officia, peritia legis, quæ immortale nomen illi pepererat, id apud mortales valuerunt, ut plurium insignium facinorum gloria, temporis progressu, amplissimo viro tribueretur. Accessit insitum Judæis ingenium omnia verbis amplificandi, ut summi viri laudes etiam veritatis dispendio augerentur. Ita Malachiam cum Esdrâ miscendum arbitrantur. Vide Proleg. in Malac. Huic inventæ Masoræ, et punctorum vocalium honorem tribuerunt; hunc reparatorem sacrarum Scripturarum, auctorem Canonis Hebraici, quo libri sacri ad duos et viginti determinantur, censuêre. Sunt denique qui veteres Scripturas Hebraicas novis Chaldæis characteribus ab illo traditas credant; quibus de rebus omnibus legendi sunt virorum eruditorum tractatus, et dissertationes infra Vatabli commentariis subjiciendæ.

Esdræ, è sacerdotali genere nato, pater fuisse à nonnullis creditur Saraia summus sacerdos, neci traditus à Nabuchodonosore in Reblata, captâ Hierosolymâ; probabilius tamen credimus, eum virum vel avum, vel proavum Esdræ fuisse; vix enim aliter temporum ratio patitur, nisi fortè illum ultra 150 annos vitam prorogâsse dixerimus. Venisse primùm Hierosolymam unà cum Zorobabele creditur, repetensque, uti ferunt, Babylonem, ut cœptæ ædificationis templi negotium urgeret, deinde anno septimo Artaxerxis iterùm Hierosolymam se contulit. Studio legis à teneris addictus, adeò eo scientiæ genere excelluit, ut *scriba velox* (Esdr. 7, 6, סופר מהיר) in Scripturâ appellaretur, quod viro nomen non ex facilitate scribendi, sed è summâ patriæ legis cognitione inditum constat. Anno septimo Artaxerxis Longimani, bonâ principis veniâ, Judææ iter unà cum voluntariis ejus viæ sociis inivit, factâ simul à rege copiâ deferendi Hierosolymam aurum et argentum, ex oblationibus populi collecta, unà cum vasis aureis et argenteis in usum templi; jussis insuper regii ærarii præfectis per Syriam quæcumque necessaria in obsequium Domini,

auro, argento, frumento, vino, oleo et sale ad sacrificia, abundè sufficere. Concessa pariter sacerdotibus, cæterisque templi ministris à vectigalibus, omnibusque oneribus immunitas; permissum Esdræ, judices et præsides constituere, quibus in civium necem vitamque, si quid adversùs legem, vel principis jussiones tentâssent, jus esset.

Regiis igitur litteris fretus Esdras, iter unà cum sociis aggressus est; cùmque ad amnem Ahava pervenisset, lustratâ suorum manu, neminem Levitici generis deprehendit; quare missis ad montes Caspios legatis, qui eosdem montes tenebant Judæos, ut unà secum Hierosolymam venirent, vocavit. Horum accessione 38 Levitæ et 200 Nathinæi obsequio templi collecti sunt. Tum Dei ope precibus et jejunio imploratâ, iterùm viam ingressus Hierosolymam pervenit. Ibi sacrificia obtulit, et vasa oblationesque pariter omnes in ærario templi deposuit; tum versæ illius curæ tollendis abusibus, qui in populum irrepserant.

Cùm ex optimatibus audîsset, Israelitarum plurimos connubia cum feminis, quibuscum interdicta erant commercia, miscuisse, altè eo nuntio sauciatus, vestes dolore actus dilaceravit, evulsisque crinibus et barbâ, humi sedens, tum lacrymis, tum jejunio veniam à Domino deprecabatur. Insueto viri habitu populus permotus in templo illum convenit. Tum Esdras causâ mœroris sui indicatâ, quid facto opus esset, consultavit. Visum est optimatibus, ut innovato cum Domino fœdere mulieres alienigenæ et nati ex iis liberi remitterentur. Nec mora, vulgato per universam provinciam edicto, Hebræi Hierosolymis se sistere jubentur : si quis contra faxit, omnibus bonis suis et jure gentis mulctandus.

Condictâ igitur die omnes in unum cœtum collecti, quæcumque ab Esdrâ sancirentur, servaturos se polliciti sunt. Cùm tamen gravius anni tempus jam sæviret, neque satis domorum suppeteret, quò se ab injuriis cœli populus reciperet, selectis in eam rem viris negotium commissum est, ut peragratis urbibus, alienigenarum feminarum fæce loca purgarent.

Secundùm hæc Esdras totum se ad docendum populum, legemque exponendam, quæ illi potissima fuit reliquæ vitæ occupatio, contulit. Ita sub Nehemiâ illum religioso huic ministerio, legendi nempe et exponendi legem in frequenti populi concione, præcipuis anni solemnitatibus in atrio templi, intentum videmus. 2 Esdr. 8, 1. Reliqua ejus viri gesta latent; neque enim habendum hìc sermonem censemus de iis quæ in quarto libro, Esdræ nomine inscripto, leguntur. Ejus operis auctorem amplissimi viri nomen impudenter ementitum, infra demonstrabimus. Hunc non minùs gloriâ, quàm annis plenum obiisse, et magnifico funere ejus corpori Hierosolymæ parentatum fuisse Josephus est auctor Antiq. lib. 11, c. 2. Ejus obitum, ante inductum de Nehemiâ sermonem, idem Josephus describit : quanquàm habemus compertum, Esdram sub eo principe vixisse, atque in dedicatione mœnium Hierosolymæ inter viros amplissimos locum habuisse, 2 Esdr. 12, 26, 35. Qui Babylone primò reducem unà cum Zorobabele Esdram constituunt, illi vitam ejus ultra 120 annos prorogant. Vide Commentarium in primum Esdræ 12, 1. In Perside obiisse, cùm secundò ad Artaxerxem rediit, à Judæis traditum est; ejusque tumulum in ejus regionis urbe Samuzâ ostendunt.

Exstant sub ejus nomine quatuor libri, quorum duo priores unâ serie apud Hebræos continuati, in Canone universæ Ecclesiæ, summo omnium assensu, recepti sunt. Duo posteriores ad apocrypha ab Ecclesiâ Latinâ rejecta, ad constituenda religionis dogmata nullam obtinent auctoritatem, quanquàm apud Græcos tertius cum geminis prioribus in Canone recensetur (1). De singulis seorsùm

(1) Ruppell. narrat se apud Abyssinos *unum* aut *duos novos Esdræ libros* reperisse. (Annales de philosoph. chrét. 9, 48). (Editores.)

« Si nous croyons, dit Voltaire (Bible expliquée), toute l'église grecque, mère sans contredit de l'église latine, Esdras a dicté tous les Livres saints pendant quarante jours et quarante nuits de suite à cinq secrétaires qui écrivirent perpétuellement sous lui, comme il est marqué dans le quatrième livre d'Esdras adopté par l'église grecque.... Mais s'il fut inspiré en parlant, ses cinq secrétaires ne le furent pas en écrivant. Le premier livre dit que la multitude des Juifs qui revinrent dans la terre promise se montait quarante-deux mille trois cent soixante, et il compte toutes les familles et le nombre de chaque famille pour plus grande exactitude. Cependant quand on a additionné le tout, on ne trouve que vingt-neuf mille huit cent dix-huit âmes. »

« Si nous en croyons toute l'église grecque. »

Deux ou trois Pères sont-ils toute l'eglise grecque? C'est à quoi se réduit le nombre de ceux qui ont dit que tous les anciens livres avaient péri pendant la captivité, et qu'Esdras les dicta de mémoire.

« L'église grecque, mère sans contredit de la latine. »

Les deux fondateurs de l'église latine sont

agemus. Primus liber, cujus nomine inscribitur, ejusdem labor creditur; in quo plura sibi oculato testi explorata, quorum ipse potissimus auctor fuerat, Esdras litteris consignat. Sex priora capita historiam complectuntur libertatis à Cyro Judæis concessæ, adventûs Zorobabelis Hierosolymam, restitutionis sacrorum in templo, ejusdemque templi restaurationis, plura interim adversariis Judæorum in contrarium molientibus; intermissi etiam operis, Artaxerxe jubente, urgentibus vicissim prophetis Aggæo et Zachariâ, ut ædificium resumeretur; ac tandem Darii litteras, absolvendum permittentis.

Aderat inter cæteros scriptor, cùm legati regis Persarum, Hierosolymam venientes, quæsivère, quâ facultate Judæi intermissum opus resumerent: *Ad quod respondimus eis*, addit, *quæ essent nomina hominum auctorum ædificationis illius*, 1 Esdr. 5, 3. Cùm pariter historiam narrat reditûs Esdræ in Judæam, copiâ redeundi per Artaxerxem factâ, scriptor de se

saint Pierre et saint Paul, le premier né en Galilée, le second à Tarse en Cilicie, mais de parents juifs. Le second successeur de saint Pierre, Clément, n'était pas grec: son nom est latin.

« Le quatrième livre d'Esdras adopté par « l'Église grecque. »

Les Grecs reçoivent au nombre des livres sacrés le troisième livre d'Esdras; mais le quatrième, qui contient la prétendue histoire des cinq secrétaires, est tellement rejeté des Grecs qu'on n'en trouve plus d'exemplaires en leur langue.

« Les secrétaires d'Esdras ne furent pas ins« pirés en écrivant. »

Puisque le critique reconnaît qu'il y a faute de scribe dans les dénombrements du premier et du second livre d'Esdras, serait-il raisonnable de l'attribuer plutôt aux cinq premiers prétendus secrétaires d'Esdras qu'à cette foule de copistes qui pendant l'espace de vingt siècles ont transcrit son livre? Des copistes qui travaillent ordinairement machinalement sont exposés à se tromper, surtout dans les lettres numérales; et cette erreur copiée par d'autres peut devenir générale lorsqu'elle n'est point essentielle et ne tire point à conséquence. Mais qu'un auteur qui dicte et cinq secrétaires qui écrivent ne s'aperçoivent pas que des sommes qui étant additionnées ne donnent que 29,818 ne sauraient donner 42,360, c'est ce que suppose le critique, mais c'est ce qu'un homme sensé n'admettra jamais.

« Pour comble, le dénombrement de Néhé« mie est tout aussi erroné, et c'est une chose « extraordinaire de se tromper ainsi, en comp« tant scrupuleusement le nombre des fa« milles. »

C'est ce qui démontre évidemment que ces sortes de fautes ne peuvent point être attribuées aux auteurs, mais à des copistes peu attentifs. (Duclot.)

nunquàm non loquitur, quasi historicus simul et potissimus rei auctor: *Benedictus Deus patrum nostrorum, qui dedit hoc in corde regis*, etc., *et in me inclinavit misericordiam suam*, etc., *et ego confortatus manu Domini Dei mei, quæ erat in me, congregavi de Israel principes*, 1 Esdr. 7, 27, 28. Eadem semper phrasis usque ad exitum libri regnat. Ex quo aperto satis argumento discimus, totum ab exordio librum Esdræ auctori esse tribuendum. Quædam tamen adversùs hanc sententiam opponuntur.

I. Scriptor operis Hierosolymæ versabatur, cùm missi à rege Persarum legati Judæos de resumpto ædificio interpellârunt, 1 Esdr. 5, 4, ut in superioribus demonstravimus. Porrò Esdras nonnisi diù post Zorobabelem rediit; quare cùm Persæ Hierosolymam venerunt, abesse debuit (Huet. Demonstrat. Evang. proposit. 4, pag. 166). Huic argumento duo reponimus. 1° Esdras fortè bis Hierosolymam venit, primò cum Zorobabele, ac deinde iterùm Babylonem repetens, facultatem ædificandi templi à rege impetraturus, tandem eâ obtentâ, iterùm se in patriam contulit, vide 2 Esd. 12, 1. 2° Esto, abfuerit, adhuc tamen quasi præsens loqui poterat, communi satis more, ut scriptor, e. gr., Judæus, Romanus, Gallus, ita de rebus gentis suæ, quasi de propriis agat, et absens quasi præsens loquatur. Hoc ita familiari sermone usurpatur: *Diximus, sumus, ivimus*, etc., quæ loquendi formulæ non semper scriptoris præsentiam rebus ab eo narratis, sed tantùm sententiarum, morum, rerumque cum illis, qui præsentes fuerunt, conjunctionem significant.

Objiciunt secundò, auctorem primi Esdræ censum retulisse, sub Nehemiâ solummodò institutum; qui etiam totidem ferè verbis in libro, ejusdem Nehemiæ nomine apud Hebræos inscripto, legitur. Hujus igitur historiæ, quæ in exordio libri occurrit, alter ab Esdrâ scriptor fuerit necesse est. Hanc objectionem in Commentario occupavimus; duo tantùm addimus. 1° Esto, hic census omninò ad Nehemiam pertinuerit; potuit tamen optimè ab Esdrâ, qui sub Nehemiâ aliquandiu vixit, narrari: familiare est enim scriptoribus, ut alter ab altero ejus generis documenta mutuetur. 2° Nehemias plura se ex veteri scripto sub Zorobabele derivâsse profitetur, 2 Esd. 7, 5: *Inveni librum census eorum, qui ascenderant primùm.* Huic censui ipse nomina eorum adjecit, qui secum, et facilè etiam qui cum Esdrâ ascenderant. Nec addi-

tionem suam dissimulat ; ita enim censum exorditur 2 Esd. 7, 7 : *Isti filii, qui ascenderunt de captivitate cum Zorobabel, Josue, Nehemias, Azarias*, etc. Summam igitur præcedentium censuum retexuisse auctor videtur.

At enim cur census Esdræ inde exordium ducit, unde et Nehemias ? quî utrinque virorum summa constat ad quadragies et bis mille trecentos et sexaginta ? Ideò fortassè, quia Esdras censum Nehemiæ iisdem penè verbis descripsit. Facilè etiam vel ipse, vel amanuensis censum priorem jam ductum, ad normam Nehemiæ fusiorem et numero hominum majorem reformavit ; et ut major constaret similitudo, eumdem titulum, quem in censu Nehemiæ nactus est, adscripsit alteri.

III. Si Nehemias superiores census sub Zorobabele et Esdrâ complexus est, cur utrinque Esdræ nomen siletur, cùm tamen nec Zorobabelis, nec Josue summi sacerdotis, nec Nehemiæ desideretur ? Respondeo, nomen Esdræ in altero censu seorsùm à Nehemiâ relato, in quo nomina sacerdotum et Levitarum cum Zorobabele reducum, adscribi. Quin etiam Esdras ipse satis se in fronte censûs eorum, qui secum ascenderunt, apposuit : *Hi sunt principes familiarum, qui ascenderunt mecum de Babylone*, 1 Esd. 8, 1.

IV. Tandem si prima libri capita Esdræ tribuantur, isque rediisse sub Zorobabele statuatur, debuit vitam ad 120 annos producere. Esto : an homines id ætatis vixisse impossibile est ? Esdras ineunte juventâ Babylone primùm rediit ; deinde quòd ætatis robore et solertiâ valeret, ut rediret electus est. Omnia hæc prona sunt.

Aiunt nonnulli, utrumque Esdræ librum unico scriptori esse tribuendum, cùm ambo unâ serie apud Hebræos continuentur, Vassor, *De la Vérité de la Religion*, lib. 2, part. 3, cap. 6 ; auctor Tract. Theologico-Politic. cap. 4. Auctor prioris libri, addunt illi, refert uno censu viros, qui nonnisi cum Nehemiâ redierunt ; et auctor secundi meminit Darii Condomani, ab Alexandri Magni armis regno exuti, et Jeddoæ, sive Jaddi, qui victorem regem Hierosolymæ excepit ; quare alterum fuisse oportet librorum auctorem ab Esdrâ et Nehemiâ, et ad Alexandri Magni ætatem, vel etiam post Machabæos referendum. Ita Auctor Tract. Theologico-Politic. ; quanquàm, ut nominis veneratione gratiam sibi apud Judæos conciliaret, Esdræ nomen adoptavit.

Has objectiones antea satis occupavimus. Junguntur libri apud Hebræos ex connexâ utrinque rerum serie. Olim Biblia universa unum ferè perpetuum volumen constituebat ; deinde ad arbitrium pleraque in libros dissecta sunt. Potuit amanuensium operâ irrepere in Nehemiæ textum locus de Dario, Jeddoâ, et Sanaballat. De censu satis mentem nostram explicavimus.

Primus Esdræ historiam complectitur duorum et octoginta annorum, ab inito Cyri in Babylonios regno, anno mundi 3468, ad usque decimum nonum Artaxerxis Longimani, qui Nehemiam Hierosolymam misit, anno mundi 3550.

Epistola *Reum* et *Samsai* ad regem Artaxerxem adversùs Judæos data, 1 Esdr. 4, 7, 8, usque ad cap. 5, quemadmodùm et altera regis ad ipsos, ac tandem capita 5 et 6, usque ad v. 19, Chaldaicè scripta sunt. Ita pariter exaratum est edictum Artaxerxis Esdræ traditum, 1 Esdr. 7, 12, usque ad v. 27 : reliqua Hebraico sermone constant.

IN LIBRUM I. ESDRÆ

COMMENTARIUM.

Paralipomenon libros excipit ille qui ab Esdrâ scriptore nomen est sortitus. Erat autem Esdras eruditissimus et in lege versatissimus : cui hoc insuper debetur, quòd totam Scripturam sacram, negligentiâ sacerdotum et injuriâ temporum multis locis depravatam, correxerit et restaurârit. Samaritanos characteres quibus antea Judæi utebantur, Samaritanis relinquens, Chaldaicos ille tum

substituisse dicitur, sive quòd populus his jam assuevisset tempore captivitatis, sive ut animos Judæorum à Samaritanis longiùs alienaret.

Est autem series historiæ hoc libro comprehensæ ann. 82 : Ab anno scilicet mundi 3468, quo Cyrus, Cambyse patre, et Cyaxare, vità functis, Orientis monarchiâ potitus est, ad annum 3550, Artaxerxis illius qui Longimanus dictus est vigesimum. Qui annorum numerus, hâc quam in Chronologiâ nostrâ ratione probamus, ita colligitur.

Cyrus,	an. 7.	
Cambyses,	7.	et mens. 5.
Magus,	0.	mens. 7.
Darius Hystaspis filius,	36.	
Xerxes,	12.	
Artaxerxes,	19.	
Summa	82.	

CAPUT PRIMUM.

1. In anno primo Cyri regis Persarum, ut compleretur verbum Domini ex ore Jeremiæ, suscitavit Dominus spiritum Cyri regis Persarum : et traduxit vocem in omni regno suo, etiam per scripturam, dicens :

2. Hæc dicit Cyrus rex Persarum : Omnia regna terræ dedit mihi Dominus Deus cœli, et ipse præcepit mihi ut ædificarem ei domum in Jerusalem quæ est in Judæâ.

3. Quis est in vobis de universo populo ejus? Sit Deus illius cum ipso. Ascendat in Jerusalem quæ est in Judæâ, et ædificet domum Domini Dei Israel : ipse est Deus qui est in Jerusalem.

4. Et omnes reliqui in cunctis locis ubicumque habitant, adjuvent eum viri de loco suo, argento et auro, et substantiâ, et pecoribus, excepto quod voluntariè offerunt templo Dei, quod est in Jerusalem.

5. Et surrexerunt principes patrum de Judâ et Benjamin, et sacerdotes, et Levitæ, et omnis cujus Deus suscitavit spiritum, ut ascenderent ad ædificandum templum Domini, quod erat in Jerusalem.

6. Universique qui erant in circuitu, adjuverunt manus eorum in vasis argenteis et aureis, in substantiâ et jumentis, in supellectili, exceptis his quæ spontè obtulerant.

7. Rex quoque Cyrus protulit vasa templi Domini, quæ tulerat Nabuchodonosor de Jerusalem, et posuerat ea in templo dei sui.

8. Protulit autem ea Cyrus rex Persa-

CHAPITRE PREMIER.

1. La première année *du règne* de Cyrus, roi de Perse, le Seigneur, pour accomplir la parole qu'il avait prononcée par la bouche de Jérémie, suscita l'esprit de Cyrus, roi de Perse, et il fit publier *pour cela* dans tout son royaume, même par lettres, disant :

2. Voici ce que dit Cyrus, roi de Perse : Le Seigneur Dieu du ciel m'a donné tous les royaumes de la terre, et m'a commandé de lui bâtir une maison dans la ville de Jérusalem qui est en Judée.

3. Qui d'entre vous est de son peuple? que son Dieu soit avec lui; qu'il monte à Jérusalem qui est en Judée; et qu'il édifie la maison du Seigneur, du Dieu d'Israël : il est le Dieu qui réside à Jérusalem.

4. Et que tous les autres, dans tous les lieux où ils habitent, les assistent, du lieu où ils sont, en argent et en or, en biens et en bestiaux, outre ce qu'ils offrent volontairement au temple de Dieu, qui est à Jérusalem.

5. Alors les chefs des familles paternelles de Juda et de Benjamin, les prêtres et les Lévites, et tous ceux dont Dieu suscita l'esprit, se préparèrent à s'en retourner pour bâtir le temple du Seigneur, qui était dans Jérusalem.

6. Et tous ceux qui demeuraient aux environs les assistèrent de vaisselle d'argent et d'or, de leurs biens, de leurs bêtes et de leurs meubles, outre ce qu'ils avaient offert volontairement.

7. Le roi Cyrus leur remit aussi entre les mains les vases du temple du Seigneur que Nabuchodonosor avait emportés de Jérusalem, et qu'il avait mis dans le temple de son dieu.

8. Cyrus, roi de Perse, les donna par la

rum per manum Mithridatis filii Gazabar, et annumeravit ea Sassabasar principi Juda.

9. Et hic est numerus eorum : Phialæ aureæ triginta, phialæ argenteæ mille, cultri viginti novem, scyphi aurei triginta,

10. Scyphi argentei secundi, quadringenti decem : vasa alia mille :

11. Omnia vasa aurea et argentea, quinque millia quadringenta : universa tulit Sassabasar, cum his qui ascendebant de transmigratione Babylonis in Jerusalem.

main de Mithridate, fils de Gazabar, qui les donna par compte à Sassabasar, *appelé aussi Zorobabel,* prince de Juda.

9. Voici le nombre de ces vases : trente coupes d'or, mille coupes d'argent, vingt-neuf couteaux, trente tasses d'or,

10. Quatre cent dix tasses d'argent pour les moindres usages, et mille autres vases.

11. Il y avait en tout cinq mille quatre cents vases, tant d'or que d'argent. Sassabasar les emporta tous, en même temps que ceux qui avaient été emmenés captifs en Babylone retournèrent à Jérusalem.

TRANSLATIO EX HEBRÆO.

1. Et anno primo Chores regis Paras, ut perficeretur verbum Domini ex ore Irmeiah, suscitavit Dominus spiritum Chores regis Paras, et transire fecit vocem per omne regnum suum, et etiam per scripturam, dicendo : — 2. Sic dixit Chores rex Paras : Omnia regna terræ dedit mihi Dominus Deus cœli : et ipse præcepit mihi, ut ædificem ei domum in Jerusalaim, quæ *est* in Jehudah. — 3. Quis est in vobis de universo populo ejus? Sit Deus ejus cum eo : et ascendat in Jerusalaim, quæ *est* in Jehudah, et ædificet domum Domini Dei Israel (ipse *est* Deus), quæ *est* in Jerusalaim. — 4. Et omnem *Jehudæum,* qui remansit ex omnibus locis *in* quibus peregrinatur, sublevabunt eum viri loci sui argento, et auro, et substantià, et jumentis, cum oblatione spontaneà domui Dei, quæ *est* in Jerusalaim. — 5. Et surrexerunt principes patrum Jehudah, et Biniamin, et sacerdotes, et Levitæ, omnis cujus suscitavit Deus spiritum, ut ascenderet ad ædificandum domum Domini, quæ *est* in Jerusalaim. — 6. Et omnes qui erant in circuitu eorum roboraverunt manus eorum vasis argenteis, et aureis, substantià, et jumentis, et pretiosis, præter omne spontè oblatum. — 7. Rex autem Chores protulit vasa domûs Domini, quæ eduxerat Nebuchadnesar de Jerusalaim, et posuerat in domo dei sui. — 8. Et eduxit ea Chores rex Paras per manum Mithredath thesaurarii, et numeravit ea ipsi Sesbasar principi Jehudah. — 9. Et isti numeri eorum, phialæ aureæ triginta phialæ argenteæ mille : cultri novem et viginti. — 10. Cochlearia aurea triginta : cochlearia argentea secundi *ordinis* quadringenta et decem, vasa alia mille. — 11. Omnia vasa aurea et argentea, quinque millia et quadringenta : omnia ascendere fecit Sesbasar, cùm ascendere faceret captivitatem è Babel in Jerusalaim.

COMMENTARIUM.

Vers. 1. — Et anno primo. Aut ו, *et,* redundat, aut ponitur, ut hæc historia fini libri secundi Paralipomenon attexatur, et velut continuatio quædam esse videatur, cùm idem repetat quod illic habetur. Sic verti potest : *Anno, inquam, primo* (1), *Chores.* Septuaginta verterunt Κῦρος, *Cyrus. Cyrus* Persicè idem est quod *sol.* Is Cyrus est qui primus, devicto Astyage, transtulit regnum Medorum ad Persas. Agit autem de reductione populi Israelitici in patriam sub ipso Cyro rege Persarum. Primo igitur anno, inquit, quo Cyrus regnare cœpit in Babylone super Chaldæos, qui antea regnabat in Perside. Ut perficeretur, etc. Vide ipsa eadem verba ultimo capite secundi libri Paralipomenon v. 22. Quidam vertunt : *Tempore quo completum erat,* vel, *cùm compleretur,* aut, *quando complebatur,* id est, quando incipiebat compleri, *prophetia Domini dicta per Jeremiam;* tunc enim cœpit Dominus visitare populum suum. Ex ore Irmeiah, sub. quod exierat. Vide Jerem. 29. Spiritum, id est, voluntatem (1).

(1) Spinosa (tract. theol. pol., cap. 10,) existimat librum Esdræ, qui in Bibliis Hebraicis Danielem sequitur ab eodem auctore scriptum fuisse ac Danielis prophetiam; at in Septuaginta [illegible] post Paralipomena collocatus, [illegible] majorem habent cum Paralipomenon quam cum Danielis ultimo capite connexionem.
(Calmet.)

(1) Id est, cor, mentem, voluntatem, Cyri regis. Et traduxit (Cyrus) vocem (præconis) in omni regno suo, etiam per scripturam, puta per epistolas scriptas quaquaversùm missas; q. d. : Excitavit Deus affectum et voluntatem Cyri ad Judæorum liberationem, ac Jerusalem et templi restaurationem, objiciendo ejus menti regna et beneficia sibi a Deo Hebræorum collata, oracula de eo pronuntiata, alia

PARAS, Persem, sive Persidem significat. ET TRANSIRE FECIT, etc., id est, voce præconis significavit in toto imperio suo Babylonico. PER SCRIPTURAM, id est, scriptis litteris, q. d : Idem quoque significavit missis litteris.

VERS. 2. — OMNIA REGNA TERRÆ. Hyperbolè : vel significat omnia regna circumjecta. Persis, Medis, Chaldæis, Armenis, Syris, Arabibus, Asiæ minori, etc., Cyrus imperabat (1). IPSE PRÆCEPIT MIHI, etc. Fortè per Isai. 44, 28, et 45, 13, ubi legerat Cyrus, et nomen suum, et egregia sua gesta prænuntiata. Quidam Hebræorum vertit : *Constituit.* DOMUM, vel, *ædem* (2).

que divinitatis signa è quibus Cyrus agnovit verum Deum Hebræorum, ac immittendo ejus voluntati pias affectiones ad opus hoc fabricæ moraliter bonum et pium re ipsâ exequendum, ut hac ratione per eum vera Dei Ecclesia in Israele conservaretur, et juxta morem pristinum publico Dei in templo ejus cultu coalesceret. Hæc Deus operatus est interiùs in mente Cyri, sed exteriùs valdè eum excitavit per oraculum ab Isaiâ de Cyro editum c. 44, ult., et c. 45, 1, ubi et Cyri nomen enuntiat, et eum vocat suum Christum, eidemque promittit se subjugaturum gentes, ac divitem potentemque effecturum. Audi Isaiam : *Qui dico Cyro : Pastor meus es, et voluntatem meam complebis. Qui dico Jerusalem : Ædificaberis, et templo : Fundaberis.* Et rursùm c. 45, 1 : *Hæc dicit Dominus Christo meo Cyro, cujus apprehendi dexteram, ut subjiciam ante faciem ejus gentes, et dorsa regum vertam. Ego ante te ibo, et gloriosos terræ humiliabo. Et dabo thesauros tibi absconditos,* etc., *ut scias, quia ego Dominus, qui voco nomen tuum, Deus Israel, propter servum meum Jacob, et Israel electum meum,* ut scilicet tu, ô Cyre, Judæis et Israelitis posteris Jacobi meis fidelibus benefacias, et templum ædifices. Hanc prophetiam Judæi, præsertim Daniel propheta, qui familiaris, imò conviva fuit tam Cyro, quàm Dario Medo, ostendit Cyro ; itaque eumdem ad Deum Israelis agnoscendum venerandumque ac ad Israeli benefaciendum allexit, uti docet Josephus l. 11, c. 1, et Theod. in c. 1 Danielis, præsertim, quia Isaias hæc de Cyro prædixerat ducentis annis ante Cyri ortum. Id ipsum esse patet ex Epistolâ Cyri, quam subdit hîc Esdras.
(Corn. à Lap.)

Il suscita l'esprit de ce prince pour lui faire *publier dans tout son royaume l'ordonnance* dont il est parlé ici. Les peuples, accoutumés à regarder les événements du monde avec des yeux tout humains, ont besoin que l'esprit de Dieu s'applique quelquefois lui-même à les leur faire considérer par la lumière de la foi. Et c'est pour cela que l'Ecriture nous fait remarquer en cet endroit que lorsque le roi Cyrus fit publier cette ordonnance si favorable à tous les Juifs, ce ne fut point de lui-même et par son propre mouvement qu'il le fit, mais par un instinct de l'Esprit divin, qui *suscita* pour cela *son esprit,* c'est-à dire, qui lui inspira le mouvement de rendre la liberté à Israël, et de rétablir Jérusalem et son temple. Elle nous fait encore remarquer que Dieu, en donnant cette volonté au roi Cyrus, accomplissait ses promesses, et la vérité contenue dans ses prophéties, afin que les hommes soient convaincus par ces grands exemples du temps de l'ancienne loi, que ce qu'il a déclaré au temps de la loi nouvelle s'accomplira aussi infailliblement, jusqu'à un seul iota et un seul point, comme il l'assure dans l'Evangile. (Sacy.)

(1) Imperium suum habere se à Domino Deo cœli, qui Hierosolymis colitur, Cyrus fatetur. Isaiæ vaticinium, quod legerat, cujus fidem impletam in se nôrat, vis veritatis unum solumque Numen esse docentis, quam homines menti altè impressam gerunt, sinceram hanc confessionem elicuère, suumque hoc edictum dare coegerunt. Nabuchodonosorem exhibet Daniel pari vi coactum, evidentiâ scilicet prodigiorum, quæ ipse testis oculatus spectaverat, fateri Numinis illius veritatem, quod gens Judæorum agnoscebat. Reges Ægyptii, Romanique imperatores nomine suo victimas in templo Hierosolymitano mactari jussère. Quid verò illis profuit cognitio sterilis et confusa veri Numinis, cui agnito cultum sincerum, purum, ac religiosum vitæ sanctitate et innocentiâ impendere neglexerunt, rati nullo negotio se conciliaturos profanam numinum, et sacram Dei religionem, thura Deo simul et Beliali adolentes ? (Calmet.)

(2) « Un roi de Perse, dit Voltaire, n'a jamais pu dire : Adonaï, le Dieu du ciel, m'a donné tous les royaumes de la terre et commandé de lui bâtir une maison à Jérusalem ; c'est précisément comme si le Grand-Turc disait : Saint Pierre et saint Paul m'ont commandé de leur bâtir une chapelle dans Athènes. » — C'est précisément cela. Saint Pierre et saint Paul chez les Chrétiens, et par rapport *au Grand-Turc,* sont *précisément* ce qu'était *le Dieu du ciel chez les Juifs,* et par rapport au roi de Perse. Cependant, *s'il est incontestable,* comme le critique l'a dit expressément, *que les Romains et les Grecs adoraient un Dieu suprême, comme le seul qu'on nommait très-grand et très-bon, que de l'Italie à l'Inde et à la Chine on trouve le culte d'un Dieu suprême,* si, dis-je, cela est aussi vrai que le philosophe l'a avancé, Cyrus, roi de Perse, serait-il le seul qui n'eût pas *connu* et craint *ce Dieu du ciel, ce Dieu suprême* que les Juifs adoraient uniquement? A-t-il cru la religion des Perses plus grossière, plus superstitieuse que celle des Grecs et des Romains? Mais laissons à part les idées bizarres et contradictoires de l'irréligieux sophiste ; montrons directement comment et par quels moyens Cyrus a connu le Dieu du ciel adoré des Juifs et servi à Jérusalem. Ecoutons ce qu'Isaïe avait annoncé de ce conquérant, plus de deux siècles avant qu'il existât. Nous ferons voir, en son lieu, l'authenticité des écrits de ce prophète, et nous savons, par le témoignage de Josèphe, que Cyrus eut connaissance de cette prédiction. Cet auteur nous apprend qu'*elle lui fut présentée et qu'elle le détermina à donner l'édit pour le retour des Juifs.* Et quand nous n'aurions pas le témoignage formel de cet historien, peut-on raisonnablement douter que les Juifs qui étaient dispersés autour de Babylone lorsque Cyrus en fit le siége, et ceux

VERS. 3. — QUIS EST IN VOBIS, etc. Scilicet, qui tenetur amore patriæ, et templi Dei? Quis est Israelitarum, qui tanti Deum facit, ut illuc redeat? SIT DEUS EJUS CUM EO, id est, Deus sit ei propitius : A me nihil desiderabitur. Alii reddunt : *Cum quo sit Deus ejus, ascendat.* ו, *et*, redundabit ante verbum, nisi vertas, *ascendat itaque,* id est, qui ab eo incitatur ut revertatur. ET ASCENDAT, q. d. : Per me licet illi reverti; do illi facultatem revertendi. ET ÆDIFICET, vel, *atque instauret.* IPSE EST DEUS. Observanda parenthesis : nam quod mox sequitur, præcedentibus jungi debet, q. d.: Qui est verus ille ac solus Deus. QUÆ, etc., sub. ædes, est, vel erat, vel extruetur *in Jerusalem.*

VERS. 4. — QUI REMANSIT EX OMNIBUS, vel, *qui reliquus erit in omnibus,* etc., id est, qui cogeretur remanere propter inopiam rerum necessariarum ad iter, et qui redire volet. PEREGRINATUR, id est, est advena et peregrinus. SUBLEVABUNT, vel, *sublevent,* id est, dono donent eum concives ejus (1). VIRI LOCI SUI, vel, *homines loci ejus.* Per *homines loci,* sive concives, nostri intelligent gentes; Hebræi verò Judæos qui decreverant remanere in Chaldæâ : neminem enim cogebat Cyrus abire. SUBSTANTIA, sive omnibus divitiis. CUM OBLATIONE, id est, cum eo quod spontè offerent pro domo Dei, hoc est, præter id quod liberaliter concives illi mittent per manus illorum pro instaurando templo, q. d. : Non tantùm permitto vobis reditum in patriam, sed etiam ut discedatis cum muneribus amplis. Recepto jure, non licebat collectas facere impermissu regis.

VERS. 5. — ET SURREXERUNT (id est, accinxerunt se itineri) PRINCIPES PATRUM (id est, capita familiarum), sive qui in tribubus illis erant primæ auctoritatis ac dignitatis. OMNIS CUJUS SUSCITAVIT DEUS SPIRITUM ; id est, omnes quibus injecit Deus hanc mentem, vel animum, sive studium instaurandæ civitatis (1).

qui étaient enfermés dans ses murs quand il y entra, lui aient laissé ignorer une prédiction si précieuse, qu'ils avaient depuis si long-temps dans leurs livres sacrés, prédiction après l'accomplissement de laquelle ils soupiraient depuis soixante dix ans, et qu'ils virent enfin accomplir littéralement?

Voici la prophétie d'Isaïe qui regarde Cyrus, et qu'on juge de l'impression qu'elle dut faire sur ce prince : « Je suis le Seigneur, cause « unique de tout ce qui existe. C'est moi seul « qui ai étendu les cieux ; personne ne m'a « aidé quand j'ai affermi la terre... C'est moi « qui renverse l'esprit des sages et qui con« vaincs de folie leur vaine science. C'est moi « qui rends stables les paroles de mon servi« teur, et qui accomplis ici les paroles de mes « prophètes. Je dis à Jérusalem : Tu seras ha« bitée de nouveau ; aux villes de Juda : Vous « serez rebâties, je repeuplerai vos déserts. Je « dis à des eaux profondes : Soyez épuisées ; « Je mettrai vos canaux à sec. Je dis à Cyrus : « Tu es le pasteur de mon peuple ; tu exécu« teras mes décrets en tout ; je dis à Jérusa« lem : Tu sortiras de tes cendres ; et au « temple : Tu seras fondé de nouveau. Voici « ce que je dis à Cyrus, mon oint, que j'ai pris « par la main pour lui assujétir les nations et « pour lui livrer les portes de toutes les forte« resses : Je marcherai devant toi ; j'humi« lierai les grands de la terre ; je forcerai les « portes d'airain ; je briserai les gonds de fer ; « je te livrerai les trésors cachés et des riches« ses accumulées depuis des siècles, afin que « tu saches que je suis le Seigneur, le Dieu « d'Israël, qui t'ai désigné par ton nom. »

Les auteurs profanes nous apprennent l'accomplissement littéral de ces prophéties.

(Duclot.)

(1) Quasi diceret : Reliqui Judæorum, qui in Babylone aliisve locis sedes fixerunt, uxores duxerunt, liberos procreârunt, agros comerunt, ut non possint vel nolint illis dimissis redire in Jerusalem, hi adjuvent eos, qui redire cupiunt argento et auro, tum ad viaticum tam longi itineris, tum ad urbis templique restaurationem.

VIRI DE LOCO SUO, id est, quisque in loco et de loco suo, putà de agris et domibus suis suppeditet id quod habet. Cyrus ergo hic Judæos in Babylone remanentes, redeuntibus in Jerusalem quasi vectigales constituit. Rursùm *omnes reliqui* non solùm Judæi, sed et cæteri populi meæ ditioni subjecti similiter adjuvent redeuntes in Jerusalem, præsertim præfecti provinciarum, quos Josephus *amicos regios* vocat. Undè hi ex hoc Cyri edicto juverunt Judæos regredientes, ut patet vers. 6, et cap. 3, v. 7.

EXCEPTO QUOD VOLUNTARIE OFFERUNT TEMPLO DEI; τὸ *excepto,* vox est augentis et confirmantis, q. d.: Scio multos jam mente designâsse, et animo destinâsse certa dona, quæ ipsi cupiunt offerre templo : illa ergo non veto, sed laudo et confirmo, cupioque offerri ; sed præter hoc volo ut quisque insuper alia adjungat, quæ redeuntibus serviant pro viatico, et urbis domorumque reædificatione, atque ad alias multiplices necessitates et usus. Undè nonnulli censent Cyrum taxâsse pretium, quod quisque ad eos conferre deberet, sicut postea fecêre Darius et Artaxerxes Cyri successores ; imò Cyrum decrevisse, ut templum ex regio ærario suoque sumptu ædificaretur, patet c. 6, 4.

(Corn. à Lap.)

(1) *Alors les chefs des familles paternelles de Juda et de Benjamin, les prêtres et les Lévites, et tous ceux dont Dieu suscita l'esprit, se préparèrent à s'en retourner pour bâtir le temple du Seigneur*, etc. Il paraît ici, selon la remarque d'un interprète (Estius), combien il est dangereux qu'on ne s'attache à Babylone, et que du lieu de son exil on n'en fasse insensiblement comme sa patrie. Le peuple de Dieu avait autrefois regardé comme le plus grand de tous les malheurs, d'être transporté à Babylone. Et il s'était cependant peu à peu accoutumé à ce pays étranger ; en sorte que

VERS. 6. — QUI ERANT IN CIRCUITU, etc., id est, vicini eorum. ROBORAVERUNT MANUS EORUM, vel, *firmaverunt manus eorum*, id est, omnes vicini eorum ornârunt eos donis ac muneribus: nam ab illis vicinis acceperunt multa dona ac munera. SUBSTANTIA ET JUMENTIS, vel, *supellectile*, opibus, divitiis, et *pecoribus*. PRÆTER OMNE SPONTE OBLATUM, id est, ultra id quod spontè quisque offerebat.

VERS. 7. — PROTULIT, sub. è sacrario regio. EDUXERAT, vel, *extulerat*.

VERS. 8. — PER MANUM, id est, operâ. THESAURARII, id est, qui præerat thesauro regis. ET NUMERAVIT EA, id est, consignavit, et numero reddidit. SESBASAR. Ita vocabatur Zorobabel apud Chaldæos; vel *Sesbasar* erat non Judæus aliquis, sed legatus regis Judæis reducibus præfectus (1).

VERS. 9. — ET ISTI NUMERI EORUM, vel, *hæc autem* sunt vasa illa *in numero suo*, id est, hic est numerus illorum vasorum. CULTRI, quibus scilicet utebantur sacerdotes et Levitæ in mactandis et præparandis victimis (2).

lorsque le roi Cyrus leur donna la liberté de retourner à Jérusalem, plusieurs préférèrent la Chaldée à la Palestine. Ils s'étaient mariés à Babylone; ils y avaient eu des enfants; ils avaient acquis des héritages. C'étaient donc comme autant de liens qui les arrêtaient, et qui leur ôtèrent le désir de retourner en leur patrie. Ainsi on ne peut assez s'étonner que comme il fallut que *le Seigneur suscitât l'esprit de Cyrus, roi de Perse,* pour lui faire rendre la liberté à son peuple, qui était captif depuis soixante-dix ans, il fallut aussi que le même Dieu *suscitât,* selon l'expression de l'Ecriture, *l'esprit de ceux* qui étaient en captivité, afin qu'ils voulussent s'en retourner *pour bâtir son temple dans Jérusalem.* Car si le Seigneur ne les avait réveillés de leur assoupissement; s'il ne leur avait touché le cœur, et fait élever leurs yeux vers cette Jérusalem qui fit autrefois toutes les délices et toute la gloire d'Israël, ils seraient toujours demeurés à Babylone: *Et surrexerunt principes,.. et omnis cujus Deus suscitavit spiritum, ut ascenderent ad ædificandum templum Domini.*

Il semble que nous soyons encore, nous autres, dans cette espèce de léthargie où se trouvèrent alors les Juifs, mais d'une manière beaucoup plus inexcusable. Depuis le péché d'Adam, nous avons été transférés d'un paradis de délices dans une terre couverte d'épines, que nous sommes obligés de défricher et de cultiver à la sueur de notre visage. Et néanmoins nous nous attachons par toutes sortes de liens à cette terre, tout ingrate et misérable qu'elle est. Jésus-Christ, figuré en quelque sorte par Cyrus, *a été suscité* par son Père, comme dit saint Pierre, afin qu'il vînt déclarer aux hommes que le temps de *retourner à* la céleste *Jérusalem,* et de *bâtir la* vraie *maison du Seigneur,* était arrivé. Cependant combien est-il rare que ceux qui sont attachés au monde, comme ces anciens Israélites l'étaient alors à Babylone, prennent la résolution de *monter à Jérusalem, et de bâtir une maison au Seigneur leur Dieu!* Tous cherchent leurs intérêts, dit saint Paul, et non ceux de Jésus-Christ: *Omnes quæ sua sunt quærunt, non quæ sunt Jesu Christi.* Il n'appartient donc qu'à celui qui *suscita* autrefois *l'esprit* de ces Juifs pour les faire sortir de Babylone, de susciter encore aujourd'hui notre esprit et de toucher notre cœur, pour nous faire obéir à cette voix du Saint-Esprit, qui nous crie sans cesse par la bouche de l'Apôtre: *Quel accord entre* Jésus-Christ *et Bélial? Quel rapport entre le temple de Dieu et les idoles? C'est pourquoi, sortez du milieu d'eux, séparez-vous-en, dit le Seigneur, et ne touchez point à ce qui est impur;* ce qui est de même que s'il disait: Hâtez-vous de sortir de Babylone. Jouissez de la liberté que je vous ai procurée. Et ne songez plus qu'à *monter à Jérusalem, et à bâtir au Seigneur une maison* qui soit vraiment digne de lui. (Sacy.)

(1) Hebræum nomen *Gazabar* genericum est, sonans thesauri præfectum. Eam vocem accepisse videntur Septuaginta pro nomine loci; vertunt enim: *Per manum Mithridatis Gasbareni.* Hebræum fuisse virum hunc, tradit Arabs; in tertio libro Esdræ apocrypho, qui primo loco apud Græcos legitur, est *Mithridates ærarii custos;* quam etiam lectionem Josephus sequitur.

ANNUMERAVIT EA SASSABASAR PRINCIPI JUDA. *Sassabasar* idem creditur Zorobabel filius Salathielis, primus Davidici sanguinis princeps. Inter custodes corporis Darii accenset illum Josephus. Zorobabel princeps erat reducum è captivitate; quâ pariter dignitate distinguebatur Sassabasar, cùm illi Cyrus sacra templi vasa tradiderit. Insuper templi fundamenta jecit Zorobabel: *Manus Zorobabel fundaverunt domum istam.* Idem pariter de Sassabasaro affirmat Scriptura. Credibile est igitur, Zorobabelis nomen fuisse apud Chaldæos *Sassabasar,* quemadmodùm Daniel Balthasar nuncupabatur. Rabbini quidam Zorobabelem cum Daniele miscendum censent. Sed Danielis in Judæam reditus nullo argumento demonstratur.

Est aliis Sassabasar vir Persa, præfectus, sive legatus à Cyro, ut Judæis regionis suæ possessionem traderet, ac novæ coloniæ præesset. Nunquàm in Scripturâ nomen Sassabasari Zorobabeli datur, nec vicissim. Eadem tamen Scriptura, quæ Danielem appellat Baltasarum, sæpè sæpiùs monet duo esse unius ejusdemque hominis nomina. Si Sassabasar vir fuisset Judæus, genealogia illius alicubi traderetur. Sassabasaro, vel *Sammanasaro,* ut illi vocant, præfecti seu præsidis Judææ dignitatem Græci adscribunt. Jecisse autem templi fundamenta dicitur, quòd ipso præside et opus urgente cœptum est ædificium. Constat utique, regios præfectos consedisse Hierosolymæ usque ad Nehemiam; incertum verò est, utrùm Zorobabel præfecturam illam obtinuerit ante regnum Darii Hystaspis, quo rerum potiente magistratum hunc gessisse videtur. Itaqu rejici nolim opinionem, quæ Zorobabelem Sassabasaro distinguit. (Calmet.)

(2) PHIALÆ AUREÆ TRIGINTA. Hebræus: *Tri-*

VERS. 10. — COCHLEARIA ARGENTEA SECUNDI, etc., vel, *alia ab illis* (1). Hoc versu et præcedente agit de magnis vasis templi tantùm, ut ait quidam Hebræorum.

VERS. 11. — OMNIA VASA, etc. Describitur summa, sive numerus omnium vasorum templi tam parvorum quàm magnorum. QUINQUE MILLIA, etc. Septuaginta edit. Rom. referunt summam vasorum fuisse quinque millium quadringentorum novem et sexaginta. Joseph Antiq. lib. 11, cap. 1, illum fuisse docet quinque millium ducentorum et deginta *agartelei aurei*. Genuina significatio vocis *agartelei* ignoratur. Persica esse, et scyphos significare creditur. Malo arcessere è Græco *crateres*, vel *creteres*, scyphi, *L* pro *R* positâ, ut sit *crateles* pro *crateres*. Porrò in vernaculo Chaldæorum sermone plures contineri voces è Græco deductas, omnes consentiunt.

CULTRI VIGINTI NOVEM. Syrus, Arabs, et Septuaginta : *Mutatoriæ vestes viginti novem.*

SCYPHI AUREI TRIGINTA. Hebræa vox sonat potiùs *pateras*, seu vasa, quibus excipitur cruor victimarum, in altari vel ad basim fundendus. Ad litteram sonat *vas ad expiandum.* (Calmet.)

(1) SCYPHI ARGENTEI SECUNDI QUADRINGENTI DECEM, vel quadringenti decem scyphi minoris pretii et magnitudinis. Alii : *Quadringenti decem scyphi argentei duplices, ejusdem magnitudinis ac aurei.* (Calmet.)

cem (1). OMNIA, sub. illa vasa *ascendere fecit*, id est, extulit, sive exportavit. CUM ASCENDERE FACERET CAPTIVITATEM, id est, quando qui transmigraverunt in Babylonem, summo desiderio, summâque diligentiâ, atque animi alacritate ascenderunt ut reverterentur in Jerusalem. Vox Hebræa significat studium quoddam in conjugatione secundâ.

(1) OMNIA VASA QUINQUE MILLIA QUADRINGENTA. Recensentur autem tantummodò duo millia quadringenta nonaginta novem. Septuaginta editionis Romanæ legunt : *Mille pateræ aureæ pro libationibus, et mille argenteæ; viginti novem thuribula argentea; triginta aureæ lances, bis mille quadringentæ et decem argenteæ; et mille vasa* : omninò quinque millia quadringenta, novem et sexaginta. Josephus ab Hebræo et Septuaginta discrepat, recenset enim quinquaginta aureos scyphos, argenteos quadringentos; crateres, appellatos *thericleta*, aureos quinquaginta, ex argento quadringentos; quinquaginta situlas vel cados aureos, quingentos ex argento; vasa pro libationibus aurea triginta, argentea trecenta; lances aureas triginta, argenteas bis mille quadringentas; ac præterea mille vasa majora : quibus conficitur summa vasorum quinque millium ducentorum et decem. Variantia hæc demonstrant, codices non satis inter se convenire, atque in Hebræo mendum esse, sive in privatis calculis, sive in universali. (Calmet.)

CAPUT II.

1. Hi sunt autem provinciæ filii, qui ascenderunt de captivitate, quam transtulerat Nabuchodonosor rex Babylonis in Babylonem, et reversi sunt in Jerusalem et Judam, unusquisque in civitatem suam.

2. Qui venerunt cum Zorobabel, Josue, Nehemiâ, Saraiâ, Rahelaiâ, Mardochai, Belsan, Mesphar, Beguai, Rehum, Baana. Numerus virorum populi Israel :

3. Filii Pharos, duo millia centum septuaginta duo.

4. Filii Sephatia, trecenti septuaginta duo.

5. Filii Area, septingenti septuaginta quinque.

6. Filii Phahath-Moab, filiorum Josue-Joab, duo millia octingenti duodecim.

7. Filii Ælam, mille ducenti quinquaginta quatuor.

8. Filii Zethua, nongenti quadraginta quinque.

9. Filii Zachai, septingenti sexaginta.

10. Filii Bani, sexcenti quadraginta duo.

CHAPITRE II

1. Voici le dénombrement des fils de la province qui, ayant été emmenés captifs à Babylone par Nabuchodonosor, roi de Babylone, revinrent à Jérusalem et en Juda, chacun dans sa ville.

2. Ceux qui vinrent avec Zorobabel, Josué, Néhémias, Saraïa, Rahelaia, Mardochaï, Belsan, Mesphar, Béguaï, Réhum, Baana. Voici le nombre des hommes du peuple d'Israël :

3. Les fils de Pharos, deux mille cent soixante-douze;

4. Les fils de Séphatia, trois cent soixante-douze;

5. Les fils d'Aréa, sept cent soixante-quinze;

6. Les fils de Phaath-Moab, des fils de Josué-Joab, deux mille huit cent douze;

7. Les fils d'Elam, mille deux cent cinquante-quatre;

8. Les fils de Zéthua, neuf cent quarante-cinq;

9. Les fils de Zachaï, sept cent soixante;

10. Les fils de Bani, six cent quarante-deux;

11. Filii Bebai, sexcenti viginti tres.

12. Filii Azgad, mille ducenti viginti duo.

13. Filii Adonicam, sexcenti sexaginta sex.

14. Filii Beguai, duo millia quinquaginta sex.

15. Filii Adin, quadringenti quinquaginta quatuor.

16. Filii Ather, qui erant ex Ezechiâ, nonaginta octo.

17. Filii Besai, trecenti viginti tres.

18. Filii Jora, centum duodecim.

19. Filii Hasum, ducenti viginti tres.

20. Filii Gebbar, nonaginta quinque.

21. Filii Bethlehem, centum viginti tres.

22. Viri Netupha, quinquaginta sex.

23. Viri Anathoth, centum viginti octo.

24. Filii Azmaveth, quadraginta duo.

25. Filii Cariathiarim, Cephira et Beroth, septingenti quadraginta tres.

26. Filii Rama et Gabaa, sexcenti viginti unus.

27. Viri Machmas, centum viginti duo.

28. Viri Beth-El et Hai, ducenti viginti tres.

29. Filii Nebo, quinquaginta duo.

30. Filii Megbis, centum quinquaginta sex.

31. Filii Ælam alterius, mille ducenti quinquaginta quatuor.

32. Filii Harim, trecenti viginti.

33. Filii Lod, Hadid et Ono, septingenti viginti quinque.

34. Filii Jericho, trecenti quadraginta quinque.

35. Filii Senaa, tria millia sexcenti triginta.

36. Sacerdotes : Filii Jadaia in domo Josue, nongenti septuaginta tres.

37. Filii Emmer, mille quinquaginta duo.

38. Filii Pheshur, mille ducenti quadraginta septem.

39. Filii Harim, mille decem et septem.

40. Levitæ : Filii Josue et Cedmihel filiorum Odoviæ, septuaginta quatuor.

41. Cantores : Filii Asaph, centum viginti octo.

11. Les fils de Bebaï, six cent vingt-trois;

12. Les fils d'Azgad, mille deux cent vingt-deux;

13. Les fils d'Adonicam, six cent soixante-six ;

14. Les fils de Béguaï, deux mille cinquante-six;

15. Les fils d'Adin, quatre cent cinquante-quatre;

16. Les fils d'Ather, qui venaient d'Ezéchia, quatre-vingt-dix-huit ;

17. Les fils de Bésai, trois cent vingt-trois ;

18. Les fils de Jora, cent douze;

19. Les fils de Hasum, deux cent vingt-trois;

20. Les fils de Gebbar, quatre-vingt-quinze;

21. Les fils de Bethléhem, cent vingt trois;

22. Les hommes de Nétupha, cinquante-six ;

23. Les hommes d'Anathoth, cent vingt-huit;

24. Les fils d'Azmaveth, quarante-deux ;

25. Les fils de Cariathiarim, de Céphira et de Beroth, sept cent quarante trois ;

26. Les fils de Rama et de Gabaa, six cent vingt-un ;

27. Les hommes de Machmas, cent vingt-deux ;

28. Les hommes de Béthel et de Haï, deux cent vingt-trois ;

29. Les fils de Nébo, cinquante-deux;

30. Les fils de Megbis, cent cinquante-six ;

31. Les fils de l'autre Elam, douze cent cinquante-quatre ;

32. Les fils de Harim, trois cent vingt;

33. Les fils de Lod, d'Hadid et d'Ono, sept cent vingt-cinq ;

34. Les fils de Jéricho, trois cent quarante-cinq;

35. Les fils de Sénaa, trois mille six cent trente.

36. Les prêtres : les fils de Jadaïa dans la maison de Josué, neuf cent soixante-treize ;

37. Les fils d'Emmer, mille cinquante-deux ;

38. Les fils de Phéshur, douze cent quarante sept ;

39. Les fils d'Harim, mille dix-sept.

40. Les Lévites : les fils de Josué et de Cedmihel, fils d'Odovia, soixante-quatorze.

41. Les chantres : les fils d'Asaph, cent vingt-huit ;

42. Filii janitorum : filii Sellum, filii Ater, filii Telmon, filii Accub, filii Hatita, filii Sobai : universi centum triginta novem.

43. Nathinæi : filii Siha, filii Hasupha, filii Tabbaoth.

44. Filii Ceros, filii Siaa, filii Phadon.

45. Filii Lebana, filii Hagaba, filii Accub,

46. Filii Hagab, filii Semlai, filii Hanan,

47. Filii Gaddel, filii Gaher, filii Raaia,

48. Filii Rasin, filii Necoda, filii Gazam,

49. Filii Aza, filii Phasea, filii Besee,

50. Filii Asena, filii Munim, filii Nephusim,

51. Filii Bacbuc, filii Hacupha, filii Harhur,

52. Filii Besluth, filii Mahida, filii Harsa,

53. Filii Bercos, filii Sisara, filii Thema,

54. Filii Nasia, filii Hatipha,

55. Filii servorum Salomonis, filii Sotai, filii Sopheret, filii Pharuda,

56. Filii Jala, filii Dercon, filii Geddel,

57. Filii Saphatia, filii Hatil, filii Phochereth, qui erant de Asebaim, filii Ami.

58. Omnes Nathinæi, et filii servorum Salomonis trecenti nonaginta duo.

59. Et hi qui ascenderunt de Thel-Mala, Thel-Harsa, Cherub, et Adon, et Emer : et non potuerunt indicare domum patrum suorum, et semen suum, utrùm ex Israel essent.

60. Filii Dalaia, filii Tobia, filii Necoda, sexcenti quinquaginta duo.

61. Et de filiis sacerdotum : Filii Hobia, filii Accos, filii Berzellai, qui accepit de filiabus Berzellai Galaaditis uxorem, et vocatus est nomine eorum.

62. Hi quæsierunt scripturam genealogiæ suæ, et non invenerunt, et ejecti sunt de sacerdotio.

63. Et dixit Athersatha eis, ut non co-

42. Les fils des portiers : les fils de Sellum les fils d'Ater, les fils de Telmon, les fils d'Accub, les fils d'Hatita, les fils de Sobaï ; tous ensemble cent trente-neuf.

43. Les Nathinéens : les fils de Siha, les fils d'Hasupha, les fils de Tabbaoth,

44. Les fils de Céros, les fils de Siaa, les fils de Phadon,

45. Les fils de Lébana, les fils d'Hagaba, les fils d'Accub,

46. Les fils d'Hagab, les fils de Semlaï, les fils de Hanan,

47. Les fils de Gaddel, les fils de Gaher, les fils de Raaïa,

48. Les fils de Rasin, les fils de Nécoda, les fils de Gazam,

49. Les fils d'Aza, les fils de Phasea, les fils de Bésée,

50. Les fils d'Aséna, les fils de Munim, les fils de Nephusim,

51. Les fils de Bacbuc, les fils de Hacupha, les fils de Harhur,

52. Les fils de Besluth, les fils de Mahida, les fils de Harsa,

53. Les fils de Bercos, les fils de Sisara, les fils de Théma,

54. Les fils de Nasia, les fils de Hatipha,

55. Les fils des serviteurs de Salomon, les fils de Sotaï, les fils de Sopheret, les fils de Pharuda,

56. Les fils de Jala, les fils de Dercon, les fils de Geddel,

57. Les fils de Saphatia, les fils de Hatil, les fils de Phochéreth qui étaient d'Asébaïm, les enfants d'Ami ;

58. Tous les Nathinéens et les fils des serviteurs de Salomon, trois cent quatre-vingt-douze.

59. Voici ceux qui vinrent de Thel Mala, de Thel-Harsa, de Chérub, d'Adon et d'Emer, et qui ne purent faire connaître la maison de leurs pères, et s'ils étaient de la maison d'Israël :

60. Les fils de Dalaïa, les fils de Tobie, les fils de Nécoda, six cent cinquante deux ;

61. Et, des fils des prêtres, les fils de Hobia, les fils d'Accos, les fils de Berzellaï qui épousa l'une des filles de Berzellaï de Galaad, et qui fut appelé de leur nom.

62. Ceux-ci cherchèrent l'écrit de leur généalogie, et ne l'ayant point trouvé, ils furent rejetés du sacerdoce ;

63. Et Athersatha leur dit de ne point man-

mederent de Sancto sanctorum, donec surgeret sacerdos doctus atque perfectus.

64. Omnis multitudo quasi unus, quadraginta duo millia trecenti sexaginta :

65. Exceptis servis eorum, et ancillis, qui erant septem millia trecenti triginta septem : et in ipsis cantores atque cantatrices ducenti.

66. Equi eorum, septingenti triginta sex : muli eorum, ducenti quadraginta quinque :

67. Cameli eorum, quadringenti triginta quinque : asini eorum, sex millia septingenti viginti.

68. Et de principibus patrum, cùm ingrederentur templum Domini, quod est in Jerusalem, spontè obtulerunt in domum Dei ad extruendam eam in loco suo.

69. Secundùm vires suas dederunt impensas operis, auri solidos sexaginta millia et mille, argenti minas quinque millia, et vestes sacerdotales centum.

70. Habitaverunt ergo sacerdotes et Levitæ, et de populo, et cantores, et janitores et Nathinæi in urbibus suis, universusque Israel in civitatibus suis.

ger des viandes sacrées jusqu'à ce qu'il s'élevât un pontife docte et parfait.

64. Toute cette multitude était comme un seul homme; et elle comprenait quarante-deux mille trois cent soixante personnes,

65. Sans compter les serviteurs et les servantes, qui étaient sept mille trois cent trente-sept; et parmi eux il y avait deux cents chantres, hommes et femmes.

66. Ils menaient avec eux sept cent trente-six chevaux, deux cent quarante-cinq mulets,

67. Quatre cent trente-cinq chameaux, six mille sept cent vingt ânes.

68. Quelques-uns des chefs de familles, étant entrés dans Jérusalem au lieu où avait été le temple du Seigneur, offrirent d'eux-mêmes de quoi rebâtir la maison de Dieu au lieu où elle était autrefois.

69. Ils donnèrent selon leurs moyens pour faire la dépense de cet ouvrage, soixante-un mille drachmes d'or, cinq mille mines d'argent et cent vêtements sacerdotaux.

70. Les prêtres et les Lévites, et ceux d'entre le peuple, les chantres, les portiers et les Nathinéens s'établirent donc dans leurs villes; et tout le peuple d'Israël demeura chacun dans sa ville.

TRANSLATIO EX HEBRÆO.

1. — Et isti sunt filii provinciæ ascendentes de captivitate transmigrationis, quam transmigrare fecit Nebuchadnesar rex Babel in Babel : et reversi sunt in Jerusalaim et in Jehudah, unusquisque in civitatem suam. — 2. Qui venerunt cum Zerubbabel, Jesuah, Nechemiah, Seraiah, Rehelaiah, Mordochai, Bilsan, Mispar, Biguai, Rechum, Bahanah. Numerus virorum populi Israel : — 3. Filii Parhos, duo millia centum septuaginta et duo. — 4. Filii Sephathiah, trecenti septuaginta et duo. — 5. Filii Arach, septingenti quinque et septuaginta. — 6. Filii Pachath Moab, filiorum Jesuah-Joab : duo millia octingenti et duodecim. — 7. Filii Helam, mille ducenti quinquaginta et quatuor. — 8. Filii Zattu, nongenti et quadraginta et quinque. — 9. Filii Zacchai, septingenti et sexaginta. — 10. Filii Bani, sexcenti quadraginta et duo. — 11. Filii Bebai, sexcenti viginti et tres. — 12. Filii Hasghad, mille ducenti viginti et duo. — 13. Filii Adonicham, sexcenti sexaginta et sex. — 14. Filii Biguai, duo millia quinquaginta et sex. — 15. Filii Hadin, quadringenti quinquaginta et quatuor. — 16. Filii Ater Chizchiiah, nonaginta et octo. — 17. Filii Besai, trecenti viginti et tres. — 18. Filii Jorah, centum et duodecim. — 19. Filii Chasum, ducenti viginti et tres. — 20. Filii Ghibbar, nonaginta et quinque. — 21. Filii Bethlechem, centum viginti et tres. — 22. Viri Netophah, quinquaginta et sex. — 23. Viri Hanathoth, centum viginti et octo. — 24. Filii Hasmaveth, quadraginta et duo. — 25. Filii Chiriathharim, Chephirah et Beeroth, septingenti quadraginta et tres. — 26. Filii Ramah et Ghabah, sexcenti viginti et unus. — 27. Viri Michmas, centum et viginti et duo. — 28. Filii Bethel et Hai, ducenti viginti et tres. — 29. Filii Nebo, quinquaginta et duo. — 30. Filii Maghbis, centum quinquaginta et sex. — 31. Filii Helam alterius, mille ducenti quinquaginta et quatuor. — 32. Filii Charim, trecenti et viginti. — 33. Filii Lod, Chadid et Ono, septingenti viginti et quinque. — 34. Filii Jerecho, trecenti quadraginta et quinque. — 35. Filii Senaah, tria millia et sexcenti et triginta. — 36. Sacerdotes : Filii Jedahiah domui Jesuah, nongenti septuaginta et tres. — 37. Filii Immer, mille quinquaginta et duo. — 38. Filii Paschur, mille ducenti quadraginta et septem. — 39. Filii Charim, mille et se-

ptem decem. — 40. Levitæ : Filii Jesuah et Cadmiel de filiis Hodaviah, septuaginta et quatuor. — 41. Cantores : Filii Asaph, centum viginti et octo. — 42. Filii janitorum : filii Sallum, filii Ater, filii Talmon, filii Hacub, filii Chathithah, filii Sobai, omnes centum triginta et novem. — 43. Nethinim : filii Sichah, filii Chasupha, filii Tabaoth. — 44. Filii Cheros, filii Sihaha, filii Padon, — 45. filii Lebanah; filii Chaghabah, filii Hacub, — 46. filii Chaghab, filii Samlai, filii Chanan, — 47. filii Ghiddel, filii Ghachar, filii Reaiah, — 48. filii Resin, filii Nechoda, filii Ghazan, — 49. filii Huzza, filii Paseach, filii Besai, — 50. filii Asna, filii Mehunim, filii Nephusim, — 51. filii Bachbuch, filii Chachupha, filii Charchur, — 52. filii Basluth, filii Mechida, filii Charsa, — 53. filii Barchos, filii Sisera, filii Tamach, — 54. filii Nesiach, filii Chathipha, — 55. filii servorum Selomoh, filii Sothai, filii Sophereth, filii Peruda, — 56. filii Jahalah, filii Darcon, filii Ghiddel, — 57. filii Sephathiah, filii Chattil, filii Pochereth Hasbaim, filii Ami. — 58. Omnis Nethinim, et filii servorum Selomoh, trecenti nonaginta et duo. — 59. Et isti ascendentes de Telmalach, Telcharsa, Cherub, Addan, Immer; et non potuerunt indicare domum patrum suorum, et semen suum, an ex Israel essent. — 60. Filii Delaiah, filii Thobiiah, filii Nechodia, sexcenti quinquaginta et duo. — 61. Et de filiis sacerdotum : Filii Chabaiah, filii Cos, filii Barzillai, quòd accepit de filiabus Barzillai Ghiliaditis uxorem, et vocatus est nomine earum. — 62. Hi quæsierunt scripturam suam, genealogias, et non sunt inventæ, et elongati sunt à sacerdotio. — 63. Et dixit Thirsatha ad eos ut non comederent de Sanctitate sanctitatum, donec staret sacerdos in Urim et Thummim. — 64. Omnis congregatio tanquàm unus, quater decem millia, et duo millia trecenti sexaginta. — 65. Præter servos eorum, et ancillas eorum, septem millia trecenti triginta et septem : et eis *erant* cantores, et cantatrices ducenti. — 66. Equi eorum septingenti triginta et sex, muli eorum, ducenti quadraginta et quinque. — 67. Cameli eorum, quadringenti triginta et quinque, asini sex millia septingenti et viginti. — 68. Et *quidam* de principibus patrum, cum ingrederentur domum Domini, quæ *est* in Jerusalem sponte se obtulerunt ob domum Dei, ut stare facerent eam in loco suo. — 69. Secundùm vires suas dederunt in thesaurum operis, auri drachmas sexies decem millia et mille, et argenti minas quinque millia, et tunicas sacerdotales centum. — 70. Et habitaverunt sacerdotes et Levitæ, et de populo, et cantores, et janitores, et Nethinim in urbibus suis, et omnis Israel in urbibus suis.

COMMENTARIUM.

Vers. 1. — Filii provinciæ, id est, Judæ, quæ abducto Sedeciâ in formam provinciæ redacta erat, et quæ inf. cap. 5, 8, vocatur *provincia* (1), id est, qui diù habitaverunt in Chaldæâ, vel qui nati sive orti erant in regione Israelis. Significat enim incolatum aut captivitatem. Vide Nehem. cap. 7.

De captivitate transmigrationis, id est, qui demigraverant in Babylonem, quos, etc. Unusquisque in, etc., id de plerisque, et quidem Judæis, intelligendum.

Vers. 2. — Qui venerunt cum Zerubbabel, id est, ducibus Zorobabele, etc. Recensio hæc sæpè numeris differt ab eâ, quæ est Nehem. 7, et in quibusdam Græcis exemplaribus hìc ea deest, ut et caput sequens. Fortè ex Nehemiæ libro hùc translata est à descriptoribus ista recensio, et quæ sequuntur ad cap. 7, 68. Nam 1°, qui *Thirsata* v. 63, est ipse Nehemias, ut apparet ex Nehem. 8, 9, et quod scribitur ibi dixisse, id evenit demùm cùm post templum urbs ædificaretur, ut cognoscere est Nehem. 7, 70 ; 2° præterea Mardochæus cujus hìc nomen extat, fuit in comitatu posterioris itineris, non prioris, ut Judæi consentiunt. Ita Grot. Existimamus Esdram, qui sub Nehemiâ etiam floruit, exscripsisse recensionem jam à Nehemiâ ex antiquis catalogis factam, paucaque in eâ immutâsse inspectis aliis catalogis ex quibus comperit, plures sese adjunxisse jam adscriptis, vel plurimos ex iis qui descripti erant in libris quos secutus erat Nehemias, et qui videntur ante profectionem compositi, Jerosolymam non pervenisse. Recensiones apud Esdram et Nehemiam eamdem summam totalem referunt, nempe quadraginta et duo millia, homines trecentos et sexaginta : at numeri singulares utrobique dispares, nullibi hanc summam conficiunt : apud Esdram enim summa tantummodò viginti et novem millia octingenti octodecim; apud Nehemiam verò

(1) *Filii provinciæ* sunt Judæi in Babyloniâ nati, ut distinguantur à cæteris in Judæa natis, vel sunt *Judæi Judææ* revertentes in Judæam, quæ capite 5 appellatur *provincia*, quæque post victoriam à Nabuchodonosore in provinciam redacta fuerat. Is pariter rerum status perseverabat sub Persis, fuitque tributo obnoxia usque ad Alexandrum. Igitur filii provinciæ stylo Chaldæorum familiari erant Judææ populi, Cyro subditi et tributarii, ac imperii provinciam frequentantes. (Calmet.)

triginta et unum millia et novem et octoginta. Præterea refert Nehemias homines mille septingentos quinque et sexaginta, qui desunt apud Esdram : Esdras verò quadringentos quatuor et nonaginta exhibet, quorum non meminit Nehemias.

Recensio apud Esdram	29818.	Recensio apud Nehemiam	31089.
Numerus excurrens apud Nehemiam	1765.	Numerus excurrens apud Esdram	494.
Summa	31583.	Summa	31583.

Si verò 31583 tollas ex 42360, residuum erit 10777. Non recensiti sunt autem illi, vel quia seriem suæ genealogiæ probare non valuerunt, vel quòd ad tribum Judæ et Benjaminis non pertinerent, sed ad alias tribus. Ex his concordiam statuere sibi videtur Altin g Sed ista solutio non sufficit ad difficultatem tollendam. Nodus positus est in tribus sequentibus quæstionibus, quibus conabimur facere satis. Prima quæstio : Quomodò fieri potest ut in summâ totali consentiant, nempe 42360? Resp.: Hic versu 64 expone *omnis congregatio*, sub. qualem eam exhibebant libri quos consuluit Nehemias, 42360. Secunda quæstio : Quare 11271 desiderantur ultra summam 31089, quæ exurgit ex collectione numerorum singularium apud Nehemiam, etc.? Resp., illos fuisse omissos, vel quia seriem suæ genealogiæ probare non potuerunt, utpote cum essent posteri Chabaiah, Kots, et Barzillai, de quibus infra, versu 61, vel quia non pertinebant ad tribus Judæ et Benjaminis, sed ad alias tribus, quarum reliquæ superfuerunt, usque ad reipublicæ Judaicæ excidium, ut patet Act. 26, 7, Luc. 2, 36. Tertia quæstio : Quare numeri singulares sunt utrobique dispares? Resp.: Quia Esdras qui exscripsit recensionem à Nehemiâ jam factam, pauca in eâ immutavit, ut diximus supra. NECHEMIAH. Ille non est qui scripsit librum. SERAIAH, qui *Hazariah*, 2 Esdr. 7. REHELAIAH, qui *Rehamiah*, ibid. MISPAR, qui *Mispereth*, ibid. RECHUM, qui *Nechum*, ibid. NUMERUS VIRORUM, q. d. : Hic est numerus, etc. Continetur his verbis titulus sequentis recensionis. POPULI ISRAEL. *Israel* hìc ponitur pro *Judâ*.

VERS. 3. — FILII PARHOS. Quoties hæc dictio *Filii* jungitur nominibus propriis virorum, significat *filios, posteros*, ut exinde, ad v. 21, ferè ubique; quando verò jungitur nominibus locorum, ut à versu 21 ad 35, significat *cives, incolas* (1). (*Filii*. Hæc dictio, *Bene*, id est, *filii*, juncta nominibus virorum significat nativitatem ; nominibus locorum, habitationem. Prius enim significat filios, nepotes, posteros; posterius, homines, cives, incolas.)

VERS. 5. — FILII ARACH SEPTINGENTI QUINQUE ET SEPTUAGINTA. Nehem. 7, 10, legitur : *Sexcenti quinquaginta et duo*. Dici potest quosdam sese adjunxisse jam adscriptis. Vide quæ diximus v. 2.

VERS. 6. — FILII PACHATH MOAB FILIORUM JESUAH-JOAB, id est, incolæ loci dicti Pachath-Moab, qui erant de filiis Jesuah-Joab, vel Jesuah et Joab, id est, qui originem ducebant, aut genus suum referebant ad, etc. Pachath Moab sumitur pro quodam loco, inf. cap. 8, 4, et cap. 10, 30; videtur fuisse trans Jordanem. *Jesuah* ille et *Joab* (si tamen non sint pro uno accipiendi), fuerunt suo tempore viri insignes et clarissimi. ET DUODECIM. Nehem. 7, 11, legitur : *Decem et octo*.

VERS. 8. — NONGENTI, etc. Nehem. 7, 13 : *Octingenti*, etc.

VERS. 10. — QUADRAGINTA ET DUO. Nehem. 7, 15 : *Quadraginta et octo*.

VERS. 11. — VIGINTI ET TRES. Nehem. 7, 16 : *Viginti et octo*.

VERS. 12. — MILLE DUCENTI VIGINTI ET DUO. Nehem. : *Duo millia sexcenti viginti et duo*.

VERS. 13. — SEXAGINTA ET SEX. Nehem. *Sexaginta et septem*. Inf. cap. 8, 13, reperiuntur alii de filiis Adonicam, qui redierunt *novissimi*, id est, post istos.

VERS. 14. — QUINQUAGINTA ET SEX. Nehem. 7, 19 : *Sexaginta et septem*.

VERS. 15. — QUADRINGENTI QUINQUAGINTA ET QUATUOR. Nehem. : *Sexcenti quinquaginta et quinque*.

VERS. 16. — FILII ATER IPSI CHIZCHIIAH, id est, qui erant ex nepotibus Ezechiæ viri cujusdam clarissimi, qui fuit illorum avus, ut sup. v. 6. Post filios Ater, Nehem. 7, 22, legitur : *Filii Chasum trecenti viginti et octo*, qui hìc, v. 19, dicuntur *ducenti viginti et tres*.

VERS. 17. — VIGINTI ET TRES. Nehem. 7 : *Viginti et quatuor*.

VERS. 18. — JORAH, qui *Chariph*, Nehem. 7, 24.

VERS. 20. — GHIBBAR. Nehem. 7, 25 : *Ghibhon*, id est, cives illius urbis Benjaminiticæ. Nomina sunt locorum quæ sequuntur (1).

(1) Discrimina sunt longè plurima inter censum hunc et alterum, de quo tertius Esdræ 5, 9, etc. (Calmet.)

(1) FILII GIBBAR NONAGINTA QUINQUE. Ita legendum cum Hebr., Septuag. et Rom.; malè ergo nonnulli legunt, *nongenti*. (Corn. à Lap.)

VERS. 21. — FILII BETHLECHEM CENTUM VIGINTI ET TRES (1), id est, cives, seu incolæ.

VERS. 22. — VIRI NETOPHAH QUINQUAGINTA ET SEX. Summa est centum septuaginta novem. Nehem. 7, 26 : *Viri Bethlechem et Netophah centum octoginta et octo.*

VERS. 24. — HASMAVETH. Nehem. : *Beth-Hazmaveth.*

VERS. 28. — DUCENTI VIGINTI ET TRES. Nehem. 7, 32 : *Centum viginti et tres.*

VERS. 29. — *Filii Nebo* (2). Nomina virorum. Nehem. 7, 33, legitur : *Viri Nebo alterius*, etc. Olim in antiquis codicibus Latinis, Nehem. 7, 30, pro *Gebah* legebatur *Nebo*. Textui Hebraico qualis nunc est, consentiunt (2) Septuag. et Arabs. *Nebo* erat trans Jordanem, *Nob* in tribu Benjamin.

VERS. 30. — FILII MAGHBIS, etc. Hic versus non legitur Nehem. 7, sed Nehem. 10, 20, appellatur nomine *Magpihas*.

VERS. 31. — FILII HELAM ALTERIUS, sub. à supra enumerato, v. 7. Totidem sunt filii alterius (quod mirum).

VERS. 33. — LOD, CHADID ET ONO. Erant hæc tria oppida in sorte Benjamin. VIGINTI ET QUINQUE. Nehem. 7, 37 : *Viginti et unus.*

VERS. 34. — FILII JERECHO, nomina locorum.

VERS. 35. — FILII SENAAH. *Senaah* est in sorte Ephraim. SEXCENTI ET TRIGINTA. Nehem. 7 : *Nongenti et triginta.*

VERS. 36. — SACERDOTES. Sequitur catalogus sacerdotum, qui reversi sunt de Babylone in Jerusalem. Priùs enim recensuit filios Juda et Benjamin ; nunc transit ad filios Levi, incipiens à sacerdotibus. DOMUI JESUAH, id est, qui erant de familiâ Jesuah viri insignis et clarissimi. Forsan est Jesuah, de quo sup. v. 2, qui erat summus sacerdos.

VERS. 40. — DE FILIIS HODAVIAH, qui *Jehudah*, inf. c. 3, 9.

VERS. 41. — CENTUM VIGINTI ET OCTO. Nehem. 7, 44 : *Centum quadraginta et octo.*

VERS. 42. — TRIGINTA ET NOVEM. Nehem. 7 : *Triginta et octo.*

VERS. 43. — NETHINIM. Ita dicti quasi dati sive donati, aut ordinati, id est, consecrati ministerio templi : ipsi enim traxerunt originem à Gabaonitis; fueruntque constituti primùm à Josue, deinde à Davide, in hoc scilicet ut cæderent ligna, et comportarent aquam in usum sacrificiorum.

VERS. 45. — HACCUB. VERS. 46. — CHAGHAB. Nehem. 7, omittuntur. SAMLAI. Nehem. 7, 48, *Salmai.*

VERS. 50. — ASNA. Omittitur Nehem. 7.

VERS. 55. — FILII SERVORUM SELOMOH. Orti ex proselytis illis, quos Salomon in structurâ templi servilibus ministeriis addixerat, et quos deinceps deputaverat ad perpetuam templi reparationem, sive instaurationem. Fuerunt illi annumerati cum Nathinæis. FILII SOPHERETH. Videtur esse potiùs cognomen ita inditum, vel ab eventu quodam, quàm nomen proprium viri : aut est nomen mulieris, matris scilicet illorum.

VERS. 57. — FILII POCHERETH HASBAIM. Septuaginta : *Filii Pochereth filii Hasbaim.* AMI. Nehem. 7, *Amon* (1).

(1) FILII BETHLEHEM CENTUM VIGINTI TRES. Filii, id est, cives et incolæ, ut dixi v. 1, sive ex civibus et incolis *Bethlehem* oriundi. Hucusque enim per patres familiâs distinxit capita ; deinceps verò usque ad vers. 31, per urbes distinguit, fortè quia patres erant ignoti vel obscuri.

Dices : Judæi jam per 70 annos fuerant in Babylone, unde plerique qui ex Bethlehem aliisque urbibus erant abducti, jam erant mortui, filii verò eorum erant nati in Babylone, etc. — Resp. ita esse, sed tamen iidem vocantur filii Bethlehem, quia à Bethlehemitis, qui ex Bethlehem venerunt, erant progeniti. Aut certè Judæi in Babylone in suos vicos et pagos distributi, eis nomina Bethlehem aliarumque Judææ urbium indiderunt, ut se in exilio memoriâ patriæ suæ solarentur, ut jam Hispani in Peru et Mexico urbibus suis indunt nomina urbium Hispaniæ ; ut vocantur Granata, Corduba, Vallisoletum, etc. Simili modo Helenus Priami filius, Trojâ eversâ fugiens urbem novam condens, nuncupavit eam Trojam. Audi Virgil. 3 Æneid. :

Procedo, et parvam Trojam simulataque magnis
Pergama, et arentem Xanthi cognomine rivum
Agnosco, Scææque amplector limina portæ.

Ita Sanch. (Corn. à Lap.)

(2) FILII NEBO, QUINQUAGINTA DUO. In secundo Esdræ 7, 33, legitur : *Viri Nebo alterius, quinquaginta duo:* veluti de alterâ urbe cognomine sermo jam habitus fuisset. In vetustis equidem Latinis codicibus legebatur in v. 30 : *Viri Rama* ; in v. 29 : *Et Nebo*, pro *viri Rama et Geba*, quod hodiè legitur. Si verò τὸ *alterius* additum non est in Hebræo secundi Esdræ 7, corrigenda videntur duo loca, ubi legitur nomen *Geba*, ibique adscribendum nomen *Nebo*. Constat enim τὸ, *Nebo alterius* ad alteram urbem ejusmodi nominis referri ; quemadmodùm in eodem capite illud, v. 34 : *Ælam alterius*, refertur ad alteram urbem, de quâ superiùs, v. 12. Illud, *alterius*, deest apud Septuaginta, et Arabem, qui legunt tantummodò *Nebo* in secundo Esdræ 7, 33, et in v. 30 ejusdem capitis habent *Rama*, ut hic v. 26. Nebo locus erat trans Jordanem, uti et *Phahath Moab*, de quo superiùs, v. 6. Hinc autem demonstratur, Israelitas aliarum tribuum, non minùs quàm filios Judæ et Benjamin esse reversos. (Calmet.)

(1) OMNES NATHINÆI, ET FILII SERVORUM SA-

Vers. 59. — De Telmalach, Telcharsa. Nomina sunt urbium Chaldææ sive Babyloniæ. Cherub, Addan, Immer. Isti duces eorum qui ex his regionibus redierant, et qui cùm fortè primi translati fuissent, genealogiarum codices amiserant. Et semen suum. Vel *genus.*

Vers. 60. — Quinquaginta et duo. Nehem. 7 : *Quadraginta et duo.*

Vers. 61. — Vocatus est nomine earum, id est, posteri sponsi filiæ Barzillai, de quo 2 Sam. 17, 27, vocati sunt filii Barzillai (1).

Vers. 62. — Hi quæsierunt scripturam suam, genealogias, vel, *scriptum* eorum *qui per genealogias descripti erant,* vel, *quorum genealogia descripta erat,* id est, diligenter scrutati sunt catalogum genealogiæ suæ. Alii meliùs vertunt : *Ad illos quod attinet,* a. v. *Illi* (nominativus absolutus.) *quæsierunt recensionem eorum, illi qui jam erant recensiti in genealogiâ, et non sunt inventi.* Familiarum distinctio apud Israelitas studiosè observata fuit, ne familiæ, possessionesque confunderentur, neve gentes exteræ se miscerent populo Dei, et ut scirent, quibus essent connubiali nexu copulandi, et quinam sacra deberent administrare. Non sunt inventæ, vel, *non sunt inventi,* sub. *in eo catalogo.* Et elongati sunt, id est, rejecti (2).

Vers. 63. — Et dixit Thirsatha, id est, Nehemias ita vocatus 2 Esdr. 8, 9, et 10, 1. Erat nomen officii aut dignitatis apud Chaldæos, vel nomen viri cujusdam apud Judæos, puta Nehemiæ. Nomen illud componunt ex *thirosch, vino,* et *schathah, bibere,* quòd Nehemias esset pincerna regis. Alii dicunt *thirschath* significare *austerum,* quòd Nehemias *Judex* esset et *Censor.* De sanctitate sanctitatum, id est, de sacrosanctis sacerdotum escis. Donec staret sacerdos in Urim et Thummim, id est, donec Deo placitum esset oracula responsaque reddere, sicut stante primo templo, consulenti per Urim et Thummim pontifici. Vide Exod. 28, 30 (1). Hic obiter prædicit adventum Christi, qui fuit plenus sapientiâ, et qui peccatum non fecit. Per Urim enim, quod sonat *lumina,* significatur perfecta sapientia; et per Thummim *integritas vitæ,* sive inculpata vita, q. d., donec adveniat unus, qui dignus sit gestare Urim et Thummim, sicut tempore primi templi : ea enim posuerat Moses in ipso rationali.

lomonis; sicut Josue Gabaonitas, sic Salomon alios bello captos vel proselytos templo donavit. Hi vocantur *servi Salomonis;* unde ex eis multi ab eo addicti fuère fabricæ templi, 2 Paral. 2, 17. (Corn. à Lap.)

(1) Vers. 61. — Qui accepit de filiabus Berzellai Galaaditis uxorem, et vocatus est nomine eorum; de nomine scilicet filiarum Berzellai, vel de nomine posterorum Berzellai. Sacerdos Berzellai filiam Berzellai duxit uxorem, natisque ex eâ filiis nomen deinceps mansit ex origine matris, *filiis Berzellai.* Textus Hebræus, ויקרא צל שמם, et Vulgata ferunt in masculino : *Vocatus est nomine eorum,* filiorum scilicet Berzellai. Posteri sunt inclyti illius senis Berzellai, qui liberalem adeò præstitit operam Davidi, trans Jordanem fugienti.

(2) Vers. 62. — Quæsierunt scripturam genealogiæ suæ. Quâ olim sollicitudine tuerentur Hebræi sacerdotes tabulas suas genealogicas, ex Josepho discimus. Habebant ab ipso gentis initio ductas, solertique cautione provisum fuerat, ut ad gentis usque exitum incorruptæ perseverarent. Neque id erat studii tantummodò sacerdotibus Hierosolymitanis : ii pariter, qui in Ægypto, Babyloniâ, aliisque provinciis versabantur, missis Hierosolymam viris describi jubebant suas genealogias, adhibitis ob majorem publicamque fidem testibus, eas totidem verbis in publicis tabulis contineri asserentibus. Cum verò bellum aliquod seu graves aliquæ vices genti acciderent, uti sub Antiocho Epiphane, et deinde sub Romanis, exscribendos curabant veteres libros genealogicos, exscriptosque codices summâ curâ servabant. Porrò sollicitudinis hujus incredibilis sacerdotum illud argumentum est, pergit Josephus, quòd « jam inde à bis mille annis successio est « continuata pontificum apud nos ex patre in « filium, pura putaque, nullâ admixtione cor« rupta » Meritò igitur rejecti sunt quicumque è genere sacerdotali, nullâ exhibitâ fide, se esse gloriabantur.

Affirmant Rabbini, in ejusmodi genealogiarum examine genus tantummodò maternum investigari consuevisse; quod repugnare videtur iis quæ hìc produximus ex Josepho, ipsique Scripturæ universæ, genealogias nunquàm maternas, sed paternas tantùm adducenti. Dogma est quidem juris Rabbicini, filios maternam conditionem sequi; sed veterum hunc esse morem Israelitarum, demonstrandum est.

(1) Ut non comederent de Sancto sanctorum, donec surgeret sacerdos doctus atque perfectus. Hæc extra suum locum hìc posita esse satis constat, cùm Nehemias in Judæam non venerit, nisi anno 3550, post Zorobabelem octogesimo. Mandavit igitur sacerdotibus, qui documenta originis suæ exhibere nequiverunt, ne ad communionem victimarum sacerdotalium et panum propositionis venirent; denique ne quid participarent è rebus in altari oblatis, et cæteris quæ *Sancta sanctorum* appellantur. Quâ in re secutus est ille consilium legis vetantis, ne sacerdotes vitio aliquo corporis notati accederent ad altare, neque Sanctum ingrederentur. Sed majori severitate utendum hic sibi erga illos censuit, quos interdicit usu dapum et panum sanctificatorum, à quibus nullo legis præcepto arcebantur. Quanquàm edicto huic suo limitem hunc apposuit : *Donec surgeret sacerdos doctus atque perfectus;* vel, ex Hebræo. *Donec staret sacerdos cum Urim et Thummim.*

At verò deeratne tunc in Israele pontifex.

VERS. 64. — OMNIS CONGREGATIO TANQUAM UNUS, id est, simul vel in unum collecta (1).

Si quis autem erat, an non gestabat ephod et rationale, cujus portio erat *Urim* et *Thummim?* Erat utique tunc summus universæ gentis sacerdos; sed Rabbini docent, post captivitatem deposuisse Urim et Thummim. Diu erat, ex quo Deus cessaverat per ejusmodi oraculum arcana sua revelare; neque post Davidem ulteriùs consultum fuisse, alicubi legimus. Porrò veteris hujus oraculi, ad consilia Dei investiganda, restitutionem sperare videtur Nehemias, cùm hæc sanxerit de sacerdotibus, qui originem suam sacerdotalem productis documentis asserere nequiverunt. Quid inde acciderit, ignoramus. Malachias tunc prophetam agebat, quem facilè consuluerunt.

(Calmet.)

Allegoricè significatur Christus Pontifex, per quem lux et veritas facta est, Joan. 1. Tropolog., per hæc duo admonebatur tum pontifex, tum populus, studere veritati doctrinæ et perfectioni vitæ; atque per hæc duo anagog. aspirare ad lumen gloriæ, et perfectam Dei fruitionem et amorem.

(Corn. à Lap.)

Et Athersatha leur dit de ne point manger des viandes consacrées, jusqu'à ce qu'il s'élevât un pontife docte et parfait. S'il fallait, selon l'expression du texte sacré, *un pontife docte et parfait*, pour juger si ces anciens Juifs, dont il est parlé ici, étaient véritablement de la race sacerdotale, combien est-il nécessaire encore aujourd'hui, que ceux-là soient *doctes*, c'est-à-dire, savants de la science de l'Eglise, et *parfaits*, c'est-à-dire consommés dans la vertu, et surtout dans la charité, qui est la perfection des autres vertus, qui doivent juger par la lumière d'une science accompagnée de piété, des vrais ministres que Dieu a choisis pour le ministère de ses autels, et qui appartiennent véritablement, non à la race d'Aaron, mais à *la race choisie* par la volonté de celui de qui il est dit dans l'Evangile au sujet de l'élection des Apôtres, *qu'étant monté sur une montagne, il appela à lui ceux que lui-même voulut, et que s'étant approchés de sa personne, il en établit douze pour être avec lui?* C'est là véritablement ce *pontife docte et parfait*, qui devait enfin *se lever* au milieu du peuple d'Israël, pour établir parmi eux le vrai sacerdoce, qui est selon l'ordre de Melchisédech. Lui seul *a la* vraie *science*, puisqu'il assure que *nul ne connaît le Père, que le Fils, et celui à qui le Fils l'aura voulu révéler*. Car c'est cette unique connaissance qui rend les hommes vraiment savants. Lui seul est *parfait* puisqu'on peut dire que lui seul a accompli en un souverain degré ce précepte qu'il a proposé lui-même à tous ses disciples : *Soyez parfaits, comme votre Père céleste est parfait*. Et ainsi c'est par l'Esprit, c'est par la lumière toute divine de ce pontife de la loi nouvelle, que ceux qui par l'onction sacrée de leur ministère participent à quelque chose de sa science et de sa perfection, doivent juger des ministres que *lui-même appelle selon* les règles de *sa volonté* suprême, *pour être avec lui* établis dans la participation de son sacerdoce.

(Sacy.)

VERS. 65. — ET EIS, id est, in numero servorum. Illos Levitæ, institutâ profectione, pecuniâ comparâsse videntur, ad revocandam in usum musicam sacram, quam oblivioni tradiderant. DUCENTI, Nehem. 7, 67, sunt, *ducenti quadraginta quinque* (1).

VERS. 68. — DE PRINCIPIBUS PATRUM, id est, aliquot ex præcipuis patribus sive patriarchis tribuum OB DOMUM DEI, vel, *pro domo Dei*, id est, liberaliter, non coacti, obtulerunt de opibus suis munera. UT STARE FACERENT EAM, id est, ut instaurarent eam à fundamentis ipsis (2).

VERS. 69. — SECUNDUM VIRES SUAS, vel, *pro virili suâ*, id est, pro facultatibus suis. Intelligit de totâ congregatione unà cum principibus

(1) QUADRAGINTA DUO MILLIA TRECENTI SEXAGINTA. Numerat Josephus quadraginta duo millia quadringentos sexaginta duos. Animadversum jam est, in secundo libro Esdræ eumdem, quem hìc, numerum adscribi. Collectis in unam summam minoribus calculis supra recitatis, 29,818 fiunt. Sed præter illos, qui hìc censentur, non defuisse plures arbitramur ingenuos servosque ex Judâ, Benjamino, aliisque tribubus, qui defectu genealogiæ, quam exhiberent, in censu sub patrum suorum nomine descripti non sint. Licet etiam suspicari, mendum irrepsisse in minores calculos. In tertio libro Esdræ recitantur quadraginta duo millia, trecenti et quadraginta.

(Calmet.)

(1) EXCEPTIS SERVIS, ET ANCILLIS, ex alienis facilè, et fortassè paganis, quos è censu Hebræorum vernaculorum excludere visum est. Servi Judæi nunquàm non liberi habebantur, nec libertate in perpetuum privabantur, nisi privilegio, sibi à lege Exodi 21, 6, concesso, solemni ritu cessissent. (Calmet.)

ET IN IPSIS CANTORES ATQUE CANTATRICES DUCENTI. *Cantores* templo adhibebantur ad canendos Psalmos, *cantatrices* ad laicas cantiones, v. g., ad canendum in funeribus, nuptiis, conviviis, etc., significatur lætissimus fuisse Hebræorum à Babylone reditus, ut præ gaudio canerent et jubilarent, juxta oraculum Isaiæ c. 66 : *Adducent omnes fratres vestros de cunctis gentibus donum Domino in equis et in quadrigis, et in lecticis, et in mulis, et in carrucis, ad montem sanctum Jerusalem*. Et psalm. 125 : *In convertendo Dominus captivitatem Sion, facti sumus sicut consolati*. (Hebr., *sicut somniantes*, id est, ita exultantes, ut videremur somniare reditum, non autem verè redire in patriam.) *Tunc repletum est gaudio os nostrum, et lingua nostra exultatione*.

VERS. 66. — EQUI EORUM 736. Ita Hebr. et Roman.; malè ergo aliqui legunt, *sexcenti*.

(Corn. à Lap.)

(2) CUM INGREDERENTUR TEMPLUM DOMINI. Templum jam erat à Chaldæis exustum. Templum ergo hìc vocatur locus in quo steterat templum, quia is sacer erat, ac sacrificiis et divino cultui à Deo destinatus. Unde Judæi mox in eo altare erexerunt, in eoque sacrificârunt, ut patet Jerem. et Baruch.

(Corn. à Lap.)

suis, et iis qui de regno Cyri spontè obtulerunt de opibus suis. In thesaurum operis, vel, *thesauro operis*, id est, templi. Auri drachmas. *Darchmonim* singularum valor fuit unius sicli aurei, id est, undecim libellarum undecim assium novem denariorum nostratium, cum unius denarii quartâ parte. Argenti minas. Mina valebat sexaginta siclos argenti, id est, nostræ monetæ Francicas libras nonaginta septem sex asses et decem denarios cum semisse (1).

Vers. 70. — Et de populo, id est, pars aliqua populi, sive aliquot ex plebe. Et omnis Israel. Non ergo solùm ex tribu Judâ et Benjamin solis redierunt. In urbibus suis, sub. *singuli*.

(1) Auri solidos sexaginta millia et mille, hoc est, sexaginta et unum millia; ita legunt Hebr. et Rom. Alii pro *sexaginta millia*, legunt: *quadraginta millia*; tot enim numerantur Nehem. 7, 5, de quo ibidem plura. Diversitas hæc orta videtur ex transpositione ciphrarum obviâ et facili : nam LX sunt 60, XL verò sunt 40. (Corn. à Lap.)

Auri solidos sexaginta millia et mille. Hebræus : *Sexaginta et unum mille darcmonim auri.* Hebræum *darcmonim* modò vertitur à S. Hieronymo drachmæ, modò solidi, nec desunt interpretes quidam opinantes vocem *darcmonim* ex Græco *drachma* derivari. Alii designari eâ voce malunt *daricum*, nummum Persarum ex Dario, veteri earum gentium rege, nomen suum trahentem. Jam alibi, 2 Paral. 29, 7, animadvertimus daricum ex Gronovii de pecuniâ veterum lib. 1, c. 3, supputatione æstimari 20 drachmis argenteis, id est, libris nostratibus novem cum octavâ; sive ex supputatione Pelleterii Rothomagensis libris nostratibus 11 solidis 11 denariis novem cum quadrante. Cæterùm darici nomen suum traxerunt, non quidem ex Dario filio Hystaspis, qui post Esdram vixit, sed ex alio potiùs Dario multò vetustiori, de quo Scholiastes Aristophanis in Eccle. v. 392.

Argenti minas quinque millia. Mina argenti æstimabatur sexaginta siclis argenteis, id est, monetæ nostratis libris nonaginta septem, solidis sex, et denariis decem ac dimidio. (Calmet.)

CAPUT III.

1. Jamque venerat mensis septimus, et erant filii Israel in civitatibus suis : congregatus est ergo populus quasi vir unus in Jerusalem.

2. Et surrexit Josue filius Josedec, et fratres ejus sacerdotes, et Zorobabel filius Salathiel, et fratres ejus, et ædificaverunt altare Dei Israel, ut offerrent in eo holocautomata, sicut scriptum est in lege Moysi viri Dei.

3. Collocaverunt autem altare Dei super bases suas, deterrentibus eos per circuitum populis terrarum, et obtulerunt super illud holocaustum Domino manè et vesperè.

4. Feceruntque solemnitatem Tabernaculorum, sicut scriptum est, et holocaustum diebus singulis per ordinem, secundùm præceptum opus diei in die suo.

5. Et post hæc holocaustum juge, tam in calendis quàm in universis solemnitatibus Domini, quæ erant consecratæ, et in omnibus, in quibus ultrò offerebatur munus Domino.

6. A primo die mensis septimi cœperunt offerre holocaustum Domino : porrò templum Dei nondùm fundatum erat.

7. Dederunt autem pecunias latomis et cæmentariis : cibum quoque et potum, et

CHAPITRE III.

1. Le septième mois était déjà venu, et les enfants d'Israël étaient dans leurs villes. Le peuple s'assembla donc comme un seul homme dans Jérusalem.

2. Et Josué fils de Josédec, et ses frères, *qui étaient* prêtres, et Zorobabel fils de Salathiel, et ses frères, commencèrent à bâtir l'autel du Dieu d'Israël, pour y offrir des holocaustes selon qu'il est écrit dans la loi de Moïse, l'homme de Dieu.

3. Ils posèrent l'autel de Dieu sur ses bases, pendant que tous les peuples dont ils étaient environnés s'efforçaient de les en empêcher; et ils offrirent au Seigneur sur cet autel l'holocauste le matin et le soir.

4. Ils célébrèrent la solennité des Tabernacles selon qu'il est écrit, et ils offrirent l'holocauste chaque jour, selon son ordre, en la manière qu'il est commandé de l'observer jour par jour.

5. Ils offrirent encore l'holocauste perpétuel, tant au premier jour des mois que dans toutes les fêtes solennelles consacrées au Seigneur, et dans toutes celles auxquelles on offrait volontairement des présents au Seigneur.

6. Ils commencèrent au premier jour du septième mois à offrir des holocaustes au Seigneur. Or on n'avait pas encore jeté les fondements du temple de Dieu; *on avait seulement rétabli l'autel.*

7. Ils donnèrent donc de l'argent aux tailleurs de pierres et aux maçons, ainsi que du

oleum, Sidoniis, Tyriisque, ut deferrent ligna cedrina de Libano ad mare Joppe, juxta quod præceperat Cyrus rex Persarum eis.

8. Anno autem secundo adventûs eorum ad templum Dei in Jerusalem, mense secundo, cœperunt Zorobabel filius Salathiel, et Josue filius Josedec, et reliqui de fratribus eorum sacerdotes et Levitæ, et omnes qui venerant de captivitate in Jerusalem, et constituerunt Levitas à viginti annis et supra, ut urgerent opus Domini.

9. Stetitque Josue et filii ejus, et fratres ejus, Cedmihel et filii ejus, et filii Juda, quasi vir unus, ut instarent super eos qui faciebant opus in templo Dei : filii Henadad, et filii eorum, et fratres eorum Levitæ.

10. Fundato igitur à cæmentariis templo Domini, steterunt sacerdotes in ornatu suo cum tubis : et Levitæ filii Asaph in cymbalis, ut laudarent Deum per manus David regis Israel.

11. Et concinebant in hymnis et confessione Domino : Quoniam bonus, quoniam in æternum misericordia ejus super Israel. Omnis quoque populus vociferabatur clamore magno in laudando Dominum, eò quòd fundatum esset templum Domini.

12. Plurimi etiam de sacerdotibus et Levitis, et principes patrum, et seniores, qui viderant templum prius cùm fundatum esset, et hoc templum in oculis eorum, flebant voce magnâ : et multi vociferantes in lætitiâ, elevabant vocem.

13. Nec poterat quisquam agnoscere vocem clamoris lætantium, et vocem fletûs populi : commixtim enim populus vociferabatur clamore magno, et vox audiebatur procul.

froment et du vin avec de l'huile aux Sidoniens et aux Tyriens, afin qu'ils portassent des bois de cèdre du Liban à la mer de Joppé, selon ce qu'avait commandé Cyrus, roi de Perse.

8. La seconde année de l'arrivée du peuple en la ville de Jérusalem, où avait été le temple de Dieu, au second mois, Zorobabel fils de Salathiel, Josué fils de Josédec, et leurs autres frères, prêtres et Lévites, avec tous ceux qui étaient venus du lieu de leur captivité à Jérusalem, commencèrent à presser l'œuvre du Seigneur, et ils établirent pour cela des Lévites depuis vingt ans et au-dessus.

9. Et Josué avec ses fils et ses frères, Cedmihel et ses fils, et les fils de Juda, comme un seul homme, furent toujours présents pour presser ceux qui travaillaient au temple de Dieu, comme aussi les enfants de Hénadad, avec leurs fils, et leurs frères qui étaient Lévites.

10. Les fondements du temple du Seigneur ayant donc été posés par les maçons, les prêtres, revêtus de leurs ornements, se présentèrent avec leurs trompettes, et les Lévites fils d'Asaph avec leurs cymbales, pour louer Dieu par les cantiques de David, roi d'Israël.

11. Ils chantaient tous ensemble des hymnes, en confessant le Seigneur, disant : Parce qu'il est bon, et que sa miséricorde s'est répandue pour toujours sur Israël. Tout le peuple poussait aussi de grands cris, en louant le Seigneur, parce que les fondements du temple du Seigneur étaient posés.

12. Et plusieurs des prêtres et des Lévites, des chefs de familles et des anciens qui avaient vu le premier temple, après qu'on eut posé devant eux les fondements de celui-ci, jetaient de grands cris mêlés de larmes, et plusieurs aussi, élevant leurs voix, poussaient des cris de réjouissance.

13. On ne pouvait discerner les cris de joie d'avec les plaintes de ceux qui pleuraient, parce que tout était confus dans cette grande clameur du peuple ; et le bruit en retentissait bien loin.

TRANSLATIO EX HEBRÆO.

1. Et attigit mensis septimus, et filii Israel erant in urbibus : et congregati sunt populus tanquàm vir unus in Jerusalaim. — 2. Et surrexit Jesuah filius Josadach, et fratres ejus sacerdotes, et Zerubbabel filius Sealthiel, et fratres ejus, et ædificaverunt altare Dei Israel ut offerrent super illud holocausta, sicut scriptum est in lege Moseh viri Dei. — 3. Et firmaverunt altare (in loco suo) super bases suas, eò quòd timerent sibi ipsis à populis terrarum, et obtulerunt super illud holocausta Domino, holocausta manè et vesperè. — 4. Et fecerunt solemnitatem tabernaculorum sicut scriptum est, et holocausta per singulos dies in numero secundùm consuetudinem per singulos dies. — 5. Et postea holocaustum juge, et in calendis, et omnibus solemnitatibus

Domini sanctificatis, et omni spontaneè offerenti spontaneum Domino. — 6. A die primo mensis septimi cœperunt offerre holocausta Domino : templum autem Domini non erat fundatum. — 7. Et dederunt argentum latomis et opificibus, et cibum, et potum, et oleum, Sidoniis et Soriis ut adducerent ligna cedrina de Lebanon ad mare Jappo, juxta voluntatem Chores regis Paras eis. — 8. Anno autem secundo adventûs eorum ad domum Dei in Jerusalaim, mense secundo, cœperunt Zerubbabel filius Sealthiel, et Jesuah filius Josadach, et reliqui fratres eorum sacerdotes, et Levitæ, omnes qui venerunt de captivitate in Jerusalaim, et statuerunt Levitas à filio viginti annorum, et supra, ut præessent operi domûs Domini.—9. Stetitque Jesuah, filii ejus, et fratres ejus, Chadmiel, et filii ejus, filii Jehudah tanquàm unus, ut præessent facienti opus in domo Dei filii Chenadad, filii eorum, et fratres eorum Levitæ.—10. Et fundaverunt ædificantes templum Domini, et stare fecerunt sacerdotes indutos cum tubis, et Levitas filios Asaph cymbalis, ut laudarent Dominum per manus David regis Israel. — 11. Et concinebant, dùm laudarent Dominum, et confiterentur Domino : Quoniam bonus, quoniam in seculum misericordia ejus super Israel. Et omnis populus vociferati sunt vociferatione magnâ, dùm laudarent Dominum, eò quòd fundata esset domus Domini. — 12. Et multi ex sacerdotibus et Levitis, et principibus patrum, seniores, qui viderunt domum primam, dùm fundarent hanc domum in oculis eorum flebant voce magnâ, et multi in vociferatione in lætitiâ, et elevando vocem. — 13. Et non agnoscebat populus vocem clamoris lætitiæ à voce fletûs populi, quia populus vociferabatur vociferatione magnâ, et vox audiebatur usque ad longinquum.

COMMENTARIUM.

Vers. 1. — Et attigit mensis septimus. Judæi qui Babylone discesserant initio veris, cùm per aliquot menses domibus sibi ædificandis incubuissent, sese ad festa comparant mense septimo, id est, mense Tisri, qui respondet partim nostro septembri, partim octobri. Tanquam vir unus, id est, ad unum : omnes nullo excepto (1).

Vers. 2. — Zerubbabel filius Sealthiel. Zerubbabel erat filius Phadaiæ, vide Paral. 3, 17, 18, 19. Erat ergo filius Sealthiel non generatione, sed educatione; educaverat enim eum Sealthiel patruus suus : erat itaque pater ipsius nutritius. Ædificaverunt, vel, *instauraverunt*. Nolentes scilicet dùm templum struitur à sacrificiis vacare. Ut offerrent super illud holocausta, id est, ut cum oblatione holocaustorum precarentur Dominum.

Vers. 3. — Firmaverunt, vel, *collocaverunt autem, concinnaverunt*. Quod timerent, etc., vel, id *enim* fecerunt *ob timorem* qui erat *super eos*, id est, præ timore quo tenebantur ob vicinos hostes populos. Vel potiùs, *quamvis cum terrore super eos*; id est : Propter hunc metum, non destiterunt à, etc. (2).

(1) Et surrexit Josue (sive Jesus) filius Josedec, qui mortuo patre Josedec, ei in pontificatu successerat, eratque Esdræ ex fratre nepos; Esdras enim erat frater Josedec. Et Zorobabel filius Salathiel, filii Jechoniæ, qui mortuo avo et patre, successit in ducatum populi. Hi duo ergo duces fuère populi reducis in Jerusalem, Jesus in ecclesiasticis, Zorobabel in politicis. (Corn. à Lap.)

(2) Collocaverunt altare Dei super bases suas. Ibi erexerunt, ubi vetus olim altare steterat : super veteris fundamenta novum excitârunt.

Obtulerunt holocaustum mane et vespere, holocaustum scilicet à lege imperatum; neque enim toto eo tempore, quo ædificationi opera navabatur, carere sacrificiis voluerunt.

Deterrentibus eos populis, Samaritanis scilicet aliisque finitimis, qui florentes Hebræorum res ægrè ferebant. In hebræo legimus, Zorobabelem altare illud constituisse *in terrore* finitimorum, metu scilicet finitimorum, illum ab incœpto deterrere nequidquàm conante. (Calmet).

Ils posèrent l'autel de Dieu sur ses bases, pendant que tous les peuples dont ils étaient environnés s'efforçaient de les en empêcher, etc. On peut voir dans le vingt-troisième chapitre du Lévitique, qu'on célébrait au septième mois, qui répondait à peu près au mois de septembre, trois grandes fêtes ordonnées par la loi de Dieu; que le premier jour on solennisait celle qu'on nommait la fête *des Trompettes;* le dixième celle *des Expiations*, et le quinzième, celle *des Tabernacles*. Ce fut donc pour recommencer les saints exercices de la Religion du vrai Dieu, que les captifs, étant de retour en Palestine, s'assemblèrent à Jérusalem pour dresser l'autel qui devait servir aux holocaustes, et pour célébrer, selon les cérémonies de la loi, les trois fêtes solennelles dont on a parlé.

Il est dit que *tous les peuples des environs s'efforçaient de les empêcher* d'accomplir ce qu'ils avaient résolu. Mais c'était par cette même opposition des peuples soulevés contre les Juifs, que Dieu voulait faire éclater davantage sa toute-puissance. Il voulait convaincre toute la terre que comme il avait détruit Jérusalem et son temple, quand il l'avait résolu, pour punir les crimes et l'ingratitude de son peuple, sans que les nations infidèles, qui avaient servi en cela de ministres à sa justice, eussent aucun lieu de s'en glorifier; aussi il était en son pouvoir de les rétablir, dans le temps précis marqué par les prophéties, sans

Vers. 4. (1). In numero, etc., id est, servatâ ratione numeri victimarum, pro ratione et dignitate dierum. Alia enim erant sacrificia in solemnitatibus, quàm in aliis diebus.

Vers. 5. — Et postea, etc., id est, post festum tabernaculorum obtulerunt holocaustum juge, sive quod singulis diebus fieri solet. Et in calendis, etc.; vel, *et holocaustum neomeniarum*, et holocaustum *omnium* aliarum *solemnitatum Domini sanctificatarum*, et holocaustum *omnium qui spontè offerebant munus liberale Domino*. Sanctificatis, id est, in honorem ac reverentiam Domini institutis ac consecratis.

Vers. 6. — A die primo, q. d.: Non solùm cœperunt à festo illo tabernaculorum, sed à primo die mensis: attamen nondùm jacta erant fundamenta templi Domini.

Vers. 7. — Latomis et opificibus, vel, *fabris lignariis et artificibus*. Ad mare Jappo, id est, ad portum maris Joppe, quod erat proximum ipsi Jerusalem. Juxta voluntatem, vel, *juxta præceptum*. Alii, *Juxta facultatem* à Cyro rege Persarum *eis* datam, sive quæ à Cyro rege illis facta erat.

Vers. 8. — Adventus eorum, id est, ex quo venerant. Ad domum, id est, ad locum in quo steterat templum. De captivitate, sub. illâ Babylonicâ. Operi domus, sub., *instaurandæ*.

Vers. 9. — Stetitque, etc., id est, electi fuerunt isti ut præessent, etc. Tanquam unus, id est, simul, sive pariter. Filii eorum, sub., *electorum*.

Vers. 10. — Indutos, sub. vestibus sacerdotalibus. Per manus David, id est, recitando ac decantando Psalmos Davidis.

que tous les hommes unis ensemble fussent capables de l'empêcher. Il fallait donc qu'ils s'y opposassent de tout leur pouvoir, tant pour exercer la patience de ses serviteurs, que pour relever sa propre gloire. Et ils étaient destinés à figurer par cette persécution qu'ils suscitèrent à Israël, les grandes et effroyables oppositions que *toutes les nations de la terre* devaient former dans la suite contre l'établissement de la sainte Eglise, et qui cependant ne serviraient qu'à l'affermir davantage. (Sacy.)

(1) Fecerunt solemnitatem tabernaculorum, incidentem in mensem septimum tizri. Omnia ibi offerebantur sacrificia in lege singulis diebus præscripta: *Holocaustum diebus singulis... opus diei in die suo.* Hebræus: *Offerebatur holocaustum die in die, in numero, secundùm consuetudinem diei in die suo;* id est, pro numero imperato, nullâ non die offerentes, quod eâ die debebatur. Cœperunt autem offerri consueta sacrificia die primâ septimi mensis; sed festum Tabernaculorum nonnisi die quintâ decimâ ejusdem mensis initum fuit. (Calmet.)

Vers. 11. — Concinebant, vel *canebant* vel *dicebant*. Dum laudarent Dominum, id est, dùm sacerdotes et Levitæ decantarent psalmum illum 117 secundùm Septuaginta; secundùm Hebræos 118, in honorem Domini. Quod fundata esset, id est, quòd viderent jaci fundamenta.

Vers. 12. — Seniores, id est, qui jam erant provectâ ætate. Dum fundarent, etc., id est, ipsis cernentibus ac videntibus hujus templi fundamenta jaci. (1)

(1) Flebant voce magna, quòd templi novi fundamenta non responderent magnitudini et majestati prioris templi, quòdque ejus ruinas circumquàque conspicerent; vicissim tamen gaudebant de novi templi reædificatione, deque suo in patriam reditu, ac Cyri benevolentiâ, sed præsertim de Deo priùs irato jam sibi reconciliato; quare fletus hic gaudio miscebatur, ac voces flentium et exultantium commixtæ harmoniam efficiebant mixtam planctu et jubilo. (Corn. à Lap.)

Cave credas, secundum hoc templum molem non fuisse magnificam et sumptuosam; struebatur enim super ipsa prioris ædificii fundamenta. Maximum templum appellat auctor secundi libri Machabæorum. Denique Aggæus de gloriâ templi hujus nondùm absoluti vaticinans, futurum prænuntiavit: *Magna erit gloria domûs istius novissimæ plusquàm primæ, dicit Dominus exercituum.* Ingenuè tamen fatendum est, ædificii hujus magnificentiam et structuram, eximiam licet augustamque, multùm tamen magnificentiæ prioris concessisse. Si quâ in re templum Salomonicum à Zorobabelico superabatur, ea certè fuit, quòd singulari beneficio venientem mundi Servatorem vidit, et excepit. Præterea privilegia, quæ priori templo, non item secundo, à Rabbinis tribuuntur, inter quæ certissima sunt arca fœderis, et facilè etiam *Urim* et *Thummim*, quibus primum templum decorabatur, secundum carebat. (Calmet.)

Et plusieurs des prêtres et des Lévites, des chefs des familles et des anciens, qui avaient vu le premier temple, lorsqu'il subsistait encore, considérant les fondements de celui-ci qui était devant leurs yeux, jetaient de grands cris mêlés de larmes; et plusieurs aussi, élevant leurs voix, poussaient des cris de réjouissance.

Ces prêtres et ces anciens d'Israël, *considérant* donc les *fondements de ce* nouveau *temple* que l'on bâtissait alors, et les comparant avec cet autre qui avait été comme le chef-d'œuvre de la magnificence de David et de Salomon, son fils, ne se purent empêcher de verser des larmes, par le souvenir de tout ce qu'ils avaient vu, et des grands malheurs qui leur avaient enlevé toute la gloire de leur religion. Ainsi il paraît qu'en même temps que les plus jeunes se réjouissaient et *jetaient des cris de réjouissance* à la vue du temple que l'on bâtissait, les autres *poussaient*, au contraire, *de grands cris mêlés de larmes*, par la triste comparaison de ce qu'ils voyaient, et de ce dont ils se souvenaient. C'est ce que Dieu marque encore ailleurs, lorsqu'il fait dire à son peuple par

Vers. 15. — Et non agnoscebat populus vocem clamoris lætitiæ a voce fletus populi, quia populus vociferabatur vociferatione magna, et vox audiebatur usque ad longinquum, vel, *remotum*, sub. *locum*. Erat itaque vox illa confusa, conflata scilicet ex lætitiâ et mœstitiâ, unde excitabatur strepitus ac tumultus magnus inter eos. Secundum templum quod non adæquabat splendore divitiisque templum prius, et à quo aberat arca fœderis, Urim et Thummim, superavit tamen gloriam templi Salomonici; nam in templum secundum ingressus est *desideratus cunctis gentibus.*

la bouche d'un de ses prophètes : *Qui est celui d'entre vous qui ait vu cette maison dans sa première gloire ? Et en quel état la voyez-vous maintenant? Ne paraît-elle pas à vos yeux comme n'étant point*, au prix de ce qu'elle a été ?

On est cependant surpris, lorsqu'on entend Dieu déclarer ensuite, par la bouche du même prophète, *que la gloire de cette dernière maison serait encore plus grande que celle de la première.* Mais comme il a dit immédiatement auparavant, qu'il *ébranlerait tous les* peuples, et que celui qui était désiré de toutes les nations *viendrait*, et qu'il *remplirait de gloire sa maison*, il est évident qu'il parlait alors de l'Eglise de Jésus-Christ, qu'il a toujours regardée comme son vrai temple, puisqu'il ne devait *remplir de gloire cette maison*, qu'après *la venue de celui que toutes les nations désiraient*, c'est-à-dire, après l'incarnation de celui qui devait sauver par sa mort tout l'univers. C'est donc de cette *dernière maison* du Seigneur, qui s'est proprement formée au jour de la Pentecôte, qu'il est vrai de dire que *sa gloire a été* sans comparaison *plus grande que celle de la première* bâtie seulement par Salomon. L'une a été resserrée dans des bornes très-étroites et dans l'enceinte de Jérusalem ; l'autre n'a point eu de limites différentes de celles de toute la terre, puisque Jésus-Christ, en envoyant ses Apôtres annoncer la foi aux hommes, leur a dit *d'aller par tout le monde prêcher l'Evangile à toutes les créatures.* L'une n'a été bâtie que de grandes pierres, de marbres et de bois de cèdres ; l'autre est composée d'hommes animés par le Saint-Esprit, et enrichis de toutes les vertus, dont les différentes pierreries qui servirent d'ornement à la première, étaient de faibles images. L'une enfin était seulement revêtue de lames d'or, et l'autre est toute couverte de la charité, de la pureté et de la grâce de Jésus-Christ. Combien donc est-il véritable de dire avec le prophète, ou avec Dieu même, que *la gloire de cette dernière maison est* beaucoup *plus grande que celle de la première*, puisqu'il déclare autre part que *David ayant trouvé grâce devant lui, et lui ayant demandé qu'il pût bâtir une demeure au Dieu de Jacob, ce fut néanmoins Salomon*, son fils, *qui lui bâtit un temple, mais que le Très-Haut n'habite point dans des temples faits par la main des hommes!* Il dit encore que c'est nous-mêmes qui sommes *son temple, et un temple saint*, parce que chacun de nous fait partie de ce temple auguste et de cette sainte *maison que la Sagesse s'est bâtie*, comme parle l'Ecriture, c'est-à-dire, de l'Eglise, que le Fils de Dieu s'est formée, et *dans la structure de laquelle nous entrons* tous, dit le saint Apôtre, *comme autant de pierres vivantes, pour composer une maison toute spirituelle* et toute céleste.

Mais si *la gloire de cette dernière maison*, que la divine Sagesse s'est bâtie à elle-même, *a été* beaucoup *plus grande que celle de la première* bâtie par Salomon, qui n'en était qu'une image, ne pourrions-nous point dire, au contraire, dans un sens très-véritable, que *les prêtres* qui sont remplis de la lumière du Saint-Esprit, et *les anciens*, qui jugent des choses par le souvenir de l'antiquité, trouvent une grande différence entre le premier état de cette même maison du Seigneur, et le second, entre la primitive Eglise tout animée par l'Esprit de Jésus-Christ, et tout éclatante des vertus des premiers Chrétiens, qui n'avaient qu'un cœur et qu'une âme, et l'Eglise de ces derniers temps, où le bon grain est tellement enveloppé sous la paille, et où l'ivraie semble si fort étouffer la divine semence, qu'on a souvent de la peine à y découvrir quelques rayons de cette divine lumière de la présence de Jésus-Christ, qui a promis de n'abandonner jamais son Epouse ? Il est vrai que la sainte Eglise subsistera jusqu'à la fin des siècles, malgré toute la puissance de ses ennemis, et qu'elle se conservera toujours dans la pureté de sa foi et de ses mœurs, au milieu de la corruption de tous les hommes du siècle. Mais il est vrai aussi que Jésus-Christ a lui-même declaré que *la charité de plusieurs se refroidira* à la fin des temps, et qu'à *peine le Fils de l'homme trouvera de la foi en venant* juger le monde, c'est-à-dire, de cette foi animée par la charité, et qui est propre aux enfants de Dieu : *Filius hominis veniens, putas, inveniet fidem in terrâ ?* Ainsi l'on pourrait sans doute avec encore plus de raison que ces anciens Juifs, s'attrister et *verser des larmes*, en considérant combien ce dernier état de la maison du Seigneur est différent du premier, et combien ce qui donne souvent de la joie à ceux qui sont moins instruits de la structure si magnifique et des anciens ornements de ce sacré temple, fait souvent pleurer les saints prêtres et les ministres de Jésus-Christ, qui ont plus de piété et plus de lumière. (Sacy.)

CAPUT IV.

1. Audierunt autem hostes Judæ et Benjamin quia filii captivitatis ædificarent templum Domino Deo Israel.

2. Et accedentes ad Zorobabel, et ad principes patrum, dixerunt eis : Ædifice-

CHAPITRE IV.

1. Or les ennemis de Juda et de Benjamin apprirent que les Israélites revenus de leur captivité bâtissaient un temple au Seigneur, Dieu d'Israël.

2. Et s'approchant de Zorobabel et des chefs de famille, ils leur dirent : Laissez-nous bâtir

mus vobiscum, quia ita ut vos, quærimus Deum vestrum : ecce nos immolavimus victimas à diebus Asor-Haddan regis Assur, qui adduxit nos hùc.

3. Et dixit eis Zorobabel et Josue, et reliqui principes patrum Israel : Non est vobis et nobis ut ædificemus domum Deo nostro, sed nos ipsi soli ædificabimus Domino Deo nostro, sicut præcepit nobis Cyrus rex Persarum.

4. Factum est igitur, ut populus terræ impediret manus populi Judæ, et turbaret eos in ædificando.

5. Conduxerunt autem adversùs eos consiliatores, ut destruerent consilium eorum omnibus diebus Cyri regis Persarum, et usque ad regnum Darii regis Persarum.

6. In regno autem Assueri in principio regni ejus, scripserunt accusationem adversùs habitatores Judæ et Jerusalem.

7. Et in diebus Artaxerxis scripsit Beselam, Mithridates et Thabeel, et reliqui qui erant in consilio eorum, ad Artaxerxem regem Persarum : epistola autem accusationis scripta erat syriacè, et legebatur sermone syro.

8. Reum Beelteem, et Samsai scriba, scripserunt epistolam unam de Jerusalem Artaxerxi regi, hujusce modi :

9. Reum Beelteem, et Samsai scriba, et reliqui consiliatores eorum, Dinæi et Apharsathachæi, Terphalæi, Apharsæi, Erchuæi, Babylonii, Susanechæi, Dievi et Ælamitæ,

10. Et cæteri de gentibus quas transtulit Asenaphar magnus et gloriosus : et habitare eas fecit in civitatibus Samariæ, et in reliquis regionibus trans flumen in pace :

11. (Hoc est exemplar epistolæ quam miserunt ad eum) : Artaxerxi regi, servi tui, viri qui sunt trans fluvium, salutem dicunt.

12. Notum sit regi, quia Judæi qui ascenderunt à te ad nos, venerunt in Jerusalem civitatem rebellem et pessimam, quam ædificant, exstruentes muros ejus, et parietes componentes.

avec vous, car nous cherchons votre Dieu comme vous; voilà que nous avons immolé des victimes depuis les jours d'Asor-Haddan, roi d'Assyrie, qui nous a amenés en ce lieu.

3. Zorobabel, Josué et les autres chefs des familles d'Israël leur répondirent : Nous ne pouvons bâtir avec vous une maison à notre Dieu ; mais nous bâtirons nous seuls un temple au Seigneur notre Dieu, comme Cyrus, roi des Perses, nous l'a ordonné.

4. Ainsi le peuple du pays arrêtait les travaux du peuple de Juda, et le troublait pendant qu'il bâtissait.

5. Et ils gagèrent quelques conseillers du roi pour être contre eux, afin de ruiner leur dessein pendant tous les jours de Cyrus, roi des Perses, jusqu'au règne de Darius, roi des Perses.

6. Et sous le règne d'Assuérus ils présentèrent par écrit une accusation contre ceux qui habitaient en Juda et dans Jérusalem.

7. Et dans les jours d'Artaxerxès, Bésélam, Mithridate, Thabéel et les autres qui étaient de leur conseil écrivirent à Artaxerxès, roi de Perse. Or cette lettre d'accusation était écrite en syriaque, et se lisait en la langue des Syriens.

8. Réum Béeltéem et Samsaï le scribe écrivirent de Jérusalem une lettre au roi Artaxerxès en ces termes :

9. Réum Béeltéem, et Samsaï secrétaire, et leurs autres conseillers, les Dinéens, les Apharsathachéens, les Terphaléens, les Apharséens, les Erchuéens, les Babyloniens, les Susanéchéens, les Diévéens et les Elamites,

10. Et les autres d'entre les peuples que le grand et glorieux Asenaphar a transportés et qu'il a fait demeurer en paix dans les villes de Samarie et dans les autres provinces au-delà du fleuve.

11. (Voici la copie de cette lettre qu'ils lui envoyèrent) : Les serviteurs du roi Artaxerxès qui sont au-delà du fleuve souhaitent au roi toute sorte de prospérité.

12. Que le roi sache que les Juifs qui sont montés de vous à nous sont venus à Jérusalem, ville rebelle et très-mauvaise, qu'ils édifient, élevant les murailles et bâtissant les maisons.

13. Nunc igitur notum sit regi, quia si civitas illa ædificata fuerit, et muri ejus instaurati, tributum et vectigal, et annuos reditus non dabunt, et usque ad reges hæc noxa perveniet.

14. Nos autem memores salis, quod in palatio comedimus, et quia læsiones regis videre nefas ducimus, idcircò misimus et nuntiavimus regi,

15. Ut recenseas in libris historiarum patrum tuorum, et invenies scriptum in commentariis : et scies quoniam urbs illa, urbs rebellis est, et nocens regibus et provinciis, et bella concitantur in eâ ex diebus antiquis : quam ob rem et civitas ipsa destructa est.

16. Nuntiamus nos regi, quoniam si civitas illa ædificata fuerit, et muri ipsius instaurati, possessionem trans fluvium non habebis.

17. Verbum misit rex ad Reum Beelteem et Samsai scribam, et ad reliquos qui erant in consilio eorum habitatores Samariæ, et cæteris trans fluvium, salutem dicens et pacem :

18. Accusatio quam misistis ad nos, manifestè lecta est coram me.

19. Et à me præceptum est : et recensuerunt, inveneruntque quoniam civitas illa à diebus antiquis adversùm reges rebellat, et seditiones et prælia concitantur in eâ.

20. Nam et reges fortissimi fuerunt in Jerusalem, qui et dominati sunt omni regioni, quæ trans fluvium est : tributum quoque et vectigal, et reditus accipiebant.

21. Nunc ergo audite sententiam : Prohibeatis viros illos, ut urbs illa non ædificetur, donec si fortè à me jussum fuerit.

22. Videte ne negligenter hoc impleatis, et paulatim crescat malum contra reges.

23. Itaque exemplum edicti Artaxerxis regis lectum est coram Reum Beelteem et Samsai scribâ, et consiliariis eorum : et abierunt festini in Jerusalem ad Judæos, et prohibuerunt eos in brachio et robore.

24. Tunc intermissum est opus domûs Domini in Jerusalem, et non fiebat usque

13. Maintenant donc que le roi sache que, si cette ville est bâtie et ses murailles restaurées, ils ne paieront ni les tributs, ni les impôts, ni les revenus annuels ; et cette perte retombera jusque sur les rois.

14. Or nous nous souvenons du sel que nous avons mangé au palais, et, regardant comme un crime de voir avec indifférence les torts faits au roi, nous avons envoyé avertir le roi,

15. Afin que vous consultiez les annales de vos pères ; et vous trouverez écrit dans les mémoires et vous reconnaîtrez que cette ville est une ville rebelle, funeste aux rois et aux princes, qui a excité des guerres dans les temps anciens; et c'est pour cela même qu'elle a été détruite.

16. Nous vous déclarons donc, ô roi, que, si cette ville est rétablie et qu'on en rebâtisse les murailles, vous n'aurez aucune possession au delà du fleuve.

17. Le roi répondit à Réum Béeltéem et à Samsaï secrétaire, aux autres habitants de Samarie qui étaient de leur conseil, et à tous ceux qui demeuraient au-delà du fleuve, leur disant : Salut et paix ;

18. L'accusation que vous avez envoyée vers nous a été lue devant moi.

19. D'après mon ordre on a consulté les histoires, et il s'est trouvé que cette ville, dès les temps anciens, s'est révoltée contre les rois, et qu'il s'y est excité des séditions et des troubles;

20. Car il y a eu dans Jérusalem des rois très-vaillants, qui ont été maîtres de tous les pays qui sont au-delà du fleuve, et ils recevaient d'eux des tributs, des tailles et des impôts.

21. Maintenant donc écoutez la sentence : Empêchez ces hommes-là de rebâtir cette ville, jusqu'à ce qu'il y ait ordre de ma part.

22. Prenez garde d'être négligents à exécuter cette ordonnance, de peur que ce mal ne croisse peu à peu, contre l'intérêt des rois.

23. La copie de cet édit du roi Artaxerxès fut lue devant Réum Béeltéem, Samsaï secrétaire, et leurs conseillers. Ils allèrent ensuite en grande hâte la porter aux Juifs dans Jérusalem, et ils les empêchèrent par force de continuer à bâtir.

24. Alors l'ouvrage de la maison du Seigneur fut interrompu à Jérusalem ; et on n'y

ad annum secundum regni Darii regis Persarum.

travailla point jusqu'à la seconde année du règne de Darius, roi de Perse.

TRANSLATIO EX HEBRÆO.

1. Audierunt autem hostes Jehudah, et Binjamin, quòd filii transmigrationis ædificarent templum Domino Deo Israel. — 2. Et accesserunt ad Zerubbabel, et ad capita patrum, et dixerunt eis : Ædificabimus vobiscum, quia sicut vos quærimus Deum vestrum, et ei immolamus à diebus Esarchadon regis Assur, qui ascendere fecit nos hùc. — 3. Et dixit eis Zerubbabel, et Jesuah, et reliqui principes patrum Israel : Non vestrâ, sed nostrâ interest ædificare domum Deo nostro, sed nos pariter ædificabimus Domino Deo Israel, quemadmodùm præcepit nobis rex Chores, rex Paras. — 4. Et fuit, populus terræ dissolvebat manus populi Jehudah, et perturbabat eos, ne ædificarent. — 5. Et conduxerunt contra eos consiliarios (ut dissiparent consilium eorum) omnibus diebus Chores regis Paras, et usque ad regnum Dariaves regis Paras. — 6. Et in regno Achasueros in principio regni ejus scripserunt accusationem contra habitatores Jehudah et Jerusalaim. — 7. Et in diebus Arthachsasthe scripsit verbis pacificis Mithredath, Thabel, et reliqui socii ejus ad Arthachsasthe regem Paras : et scriptura epistolæ scripta erat Syriacè, et interpretata erat Syriacè. — 8. Rechum præfectus consilii (à commentariis), et Simsai scriba scripserunt epistolam unam super Jerusalaim ad Arthachsasthe regem, hujuscemodi. — 9. Edain Rechum præfectus consilii, et Simsai scriba, et reliqui socii eorum, Dinaie, et Apharsathchaie, Tharpelaie, Apharsaie, Archanaie, Bablaie, Susanchaie, Dehave, Helmaie. — 10. Et reliquæ gentes quas transtulit Asnaphar magnus et gloriosus ; et habitare fecit eas in urbibus Samariæ, et reliquæ gentes quæ sunt trans flumen, et Cheheneth. — 11. Hoc exemplar epistolæ quam miserunt ad ipsum Arthachsasthe regem : servi tui, quicumque sunt trans flumen, et Cheheneth. — 12. Notum sit regi, quòd Jehudæi qui ascenderunt à te ad nos venerunt in Jerusalaim civitatem, rebellem et malam, ædificantes, et muros fundaverunt, et parietes composuerunt. — 13. Nunc notum sit regi, quòd si civitas illa ædificata fuerit, et muri fundati fuerint, tributum, vectigal, et reditum annuum non dabunt, et tributum regum lædes (lædetur). — 14. Nunc pro omni vicissitudine salis palatii quem comedimus, contemptum regis non est pulchrum nobis videre : propterea misimus, et notificavimus regi, — 15. ut quærat in libro historiarum patrum tuorum, et invenies in libro historiarum, et scies quòd urbs illa urbs est rebellis et nocens regibus, et defectionem facientes fuerunt in medio ejus à diebus seculi : propterea civitas hæc destructa est. — 16. Notificamus regi, quia si civitas hæc ædificata fuerit, et muri ipsius fundati fuerint, pro vice illâ, portio quæ tibi debetur ab iis qui sunt in trans flumen, non erit tibi. — 17. Verbum misit rex ad Rechum, præfectum consilii, et Simsai scribam, et reliquos socios ejus, qui habitant in Sameraiin, et alios qui erant trans flumen, Selam et Chebeth : — 18. Epistola quam misistis ad nos manifestè lecta est coram me. — 19. Et à me positum est decretum, et quæsierunt, et invenerunt, quòd civitas illa à diebus seculi elevatur adversùm reges et rebellat, et rebellio fiebat in eà. — 20. Et reges fortes fuerunt in Jerusalaim, et dominati sunt omnibus qui erant trans flumen, et tributum, vectigal, et reditus annuus (annualis) dabatur eis. — 21. Nunc ponite edictum, ut cessent viri illi, et urbs illa non ædificetur, donec à me præceptum positum fuerit. — 22. Et cauti estote ne errorem faciatis super hoc (moniti estis, ut faciatis juxta hoc) : cur crescet corruptio ad nocendum regibus ? — 23. Illicò, cùm exemplar epistolæ Arthachsasthe regis lectum esset coram Rechum, et Simsai scribâ, et sociis eorum, abierunt festinanter in Jerusalaim ad Jehudæos, et cessare fecerunt eos brachio et robore. — 24. Tunc cessavit opus domûs Dei quæ erat in Jerusalaim, et cessavit usque ad annum secundum Dariaves regis Paras.

COMMENTARIUM.

Vers. 1. — Audierunt autem, etc. Hoc capite describit impedimenta quibus prohibiti sunt Judæi ab ædificatione templi ab iis qui habitabant in Samariâ et in urbibus ejus, quos scilicet ex Assyriâ illùc transtulerat Asarhaddon, qui successerat in regno ipsi Sennacherib, ut scribitur 2 Reg. 17, 24, et 19, 37. Filii transmigrationis, id est, ii qui transmigraverant in Babylonem, et illinc redierant, permittente ac jubente Cyro rege Persarum.

Vers. 2. — Et ad capita patrum, id est, ad præcipuos patres tribuum, sive patriarchas. *Ædificabimus*, vel, *ædificemus*, sub. templum Domino. Sicut vos quærimus Deum vestrum, id

est, nos colimus et colemus Deum vestrum ut vos facitis. Id non dicebant ex animo : sed ut imponerent illis, et hâc ratione impedirent eos, et averterent ab ædificatione templi. Et ei immolamus. Legitur et לא lo *non*, pro לו lo *ei*, q. d., *et non sacrificavimus*, sub. alteri Deo, quàm vestro. Ascendere fecit, vel, *transtulit*, posteaquàm scilicet abductæ fuissent decem tribus in Assyriam per Salmanasar. Cuthæi, sive Samaritani miserunt ad Judæos, suos sacerdotes, qui reipsà ab Asarhaddone ipsis dati fuerant. (1)

Vers. 3. — Non vestra, sed nostra, interest. a. v. *Non vobis, et nobis*, vel, *nihil vobis, et nobis*, id est, vobiscum, sub. commune est, ut ædificetis : vel, ut ædificemus, etc., q. d. : Vos estis idololatræ, nos autem colimus Deum verum. Pariter, id est, nos omnes Judæi unanimi consensu. Rex Paras ; id est, qui an-

(1) Ædificemus vobiscum, quia ita ut vos quærimus Deum vestrum. Samaritani ac gentes reliquæ in regnum Samariæ à Salmanasaro translatæ, avitam superstitionem retinuerunt aliquandiù, cujus in pœnam Deus immissis leonibus regionem vastavit. Re delatâ ad Asarhaddonem, filium et successorem Sennacheribi, misit eò unum vel plures è sacerdotibus, qui eas gentes cultum Dei Israelis docerent. Amplexi sunt illi quidem cultum non purum, nec superstitione vacuum ; religioni enim Domini veterem idololatriam junxère : *Et cùm Dominum colerent, diis quoque suis serviebant, juxta consuetudinem gentium.* Ad reductos è captivitate Judæos Cuthæi vel Samaritani legatos miserunt aliquos è posteris sacerdotis illius, qui ad sese docendos ab Asarhaddone missus fuerat. Narrârunt illi Zorobabeli, nullâ, equidem fraude, deductos sese ab Asarhaddone in eam regionem, statim Domini cultum amplexos esse. Verùm si ejusmodi verbis exprimere volebant, Asarhaddonem omnes eas gentes in ditionem Israeliticam transtulisse, omninò mentiebantur, cùm certissimè constet, plerasque jussu Salmanasari eò migrâsse.

Constat autem ex eo quod hìc postularûnt Samaritani, aliæque ejus regionis gentes, nullum tunc fuisse illis commune templum, in quo cultum exercerent. Suppetebant tantummodò edita loca, quæ privatâ quisque religione frequentabat, ubi superstitionem suam exercerent. Sub Alexandro Magno primùm Sanaballat in gratiam generi sui Manasse viri Judæi, facultatem condendi Samaritanis templi in monte Garizim impetravit.

Nihilò tamen seciùs jactitant Samaritani se habuisse templum in monte Garizim Salomonico antiquius, aiuntque, Abrahamum et patriarchas in monte Garizim adorâsse : *Patres nostri adoraverunt in monte hoc.* Addunt, Josue, trajecto Jordane, templum ibi et altare condidisse ; conditumque ab illo sacrum ædificium semper deinceps perseverâsse, sacrumque ministerium ibi semper obiisse ex Aaronicâ stirpe sacerdotes, qui hodiè pariter hìc non desunt. Hisce sacerdotibus omnium primum præfuisse *Rus*, è principibus illius familiæ unum.

Ut vetera hæc præjudicia fulciant, quæ in eorum Chronico, paucis abhinc annis publici juris facto, referuntur, textum Mosaicum jamdiù à longâ ætate corruperunt, substituto nomine *Garizim* pro *Hebal*, quod in Pentateucho Hebraico legitur. Jubet legislator erigi altare monte Hebal ; Samaritani Garizim pro Hebal adscripserunt. Impudentissimæ huic corruptioni fabellas addunt, captivitatem Samariæ et adventum Cuthæorum aliter quàm Scriptura narrantes. Rex Syriæ, inquiunt, et Hierosolymæ desciverant à Becthenezaro rege Persidis (nempe Nabuchodonosore, Chaldæorum rege,) cui solidis undecim annis tributum solverant : quare ille armis in perduelles motis, prælio fregit, cepitque Hierosolymam, inde perrexit Sichem, cujus incolis septem dierum spatium permisit, ut regione decederent. In relictas horum sedes urbesque colonias Persarum misit : sed novi incolæ vitam tueri non poterant, quòd terra nonnisi venenatos fructus suppeditaret. Prodigii hujus ad aures suas delati causas sciscitatus est rex ab Israelitis, quos è regione pepulerat, utque intellexit pœnam hanc luere criminum suorum eas gentes nequissimas, nec averruncari posse malum, nisi restitutis in patriam Hebræis, actutùm rex copiam regrediendi edicto suo permisit, mandavitque ut dispersi omnes in certum locum convenirent.

Cùm pervenissent in Palæstinam, dissidium ortum est inter Samaritanos, vel Israelitas regni Samariæ, et Judæos. Aiebant hi redeundum esse Hierosolymam, ut ibi templum restitueretur ; illi monti Sion montem Garizim præferendum arbitrabantur, Zorobabel pro concione defendens Judæos, demonstravit, Hierosolymam designari à prophetis, veluti locum à Domino delectum, ut ibi nomen suum constitueret. Adversùs Zorobabelis argumenta urgebat Sanaballat, libri, unde hæc oracula petebantur, corruptionem opponens. Ventum igitur est ad ignis experimentum. Codicem Zorobabelis actutùm flamma corripuit : sed ter injectus codex Sanaballat, ter ignem illæsus sustinuit. Eo prodigio persuasus rex, honoribus cumulato Sanaballat, illum decem tribuum ducem misit, ut Garizim et Samariam occuparet. Ita rem totam texunt Samaritani.

Quæ in hàc re certissima sunt, accipe. 1° Non satis disertè exprimit Scriptura tempus quo decem tribus domum redierint, quamvis hunc reditum prophetæ non obscurè prænuntiaverint, et fidem eventûs libri historici præstent. 2° Genuina templi Garizim origo illa est facilè, quam affert Josephus. Narrat ille, Manassem, pontificis summi Hierosolymitani fratrem, reum ductæ peregrinæ uxoris invitâ lege, jussumque edicto sese submittere, uxore abdicatâ, cùm parere recusaret, templo et altari fuisse interdictum. Injuriâ publicâ offensus ille, recepit sese Samariam ad socerum suum, Samariæ præfectum ; eoque rogante, facultatem ab Alexandro Magno impetravit templum in monte Garizim condendi. Frequens turba Levitarum, et laicorum, quos eadem ac Manassem urgebat causa, ad illum accedentes, schismaticorum numerum auxerunt. Sed hæc satis de templo Garizim. (Calmet.)

tequàm assecutus esset imperium Babylonicum, rex erat Persarum. (1)

Vers. 4.—Dissolvebat manus. Hebraïsmus, id est, *debiles ac remissas reddebat*, q. d., conabatur ac studebat avertere eos ab ædificatione templi. Significat vox Hebræa *adimere animos*. Gallicè, *décourager*. (2)

Vers. 5. — Et conduxerunt, etc. Largitione scilicet et pecuniâ, unde Danieli trium septimanarum luctus obortus est, anno imperii Cyri 3, qui est mundi 3470. Vide Daniel cap. 10. Consiliarios, puta, Persarum in Samariâ, Syriâ, Judæâ præfectos ac quæstores, ut tardè et malignè sumptus subministrarent; vel quosdam mittebant Samaritani, qui consulerent (Judæis) ut desisterent ab incœpto. Ut dissiparent, etc., vel *dissolverent*, id est, ut dissuaderent illis, ne ædificarent. Usque ad regnum Dariaves, (id est) Darii filii Hystaspis, qui regnum auspicatus est anno mundi 3483. (1)

(1) Non est vobis et nobis (societas et communio in hâc templi fabricâ) ut vobiscum conjuncti ædificemus domum Deo nostro, quia vos estis schismatici, imò hæretici et idololatræ : nam cum Deo nostro et vero colitis idola, quæ coluistis in Assyriâ, ex quâ traducti estis in Samariam. Noluerunt ergo Judæi Samaritas habere in fabricâ socios, primò, quia ipsi erant hæretici ; unde disce quàm communionem cum hæreticis fugere debeamus, præsertim in rebus sacris et sacramentis. Secundò, quia ipsi erant hostes Judæorum, unde fraudem in fabricâ committere potuissent, ut pro templo idolum fabricarent. Tertiò, ne Samaritæ templum quasi à se fabricatum sibi vendicarent, aut certè ejus partem habere vellent, in eoque suas superstitiones et idolorum cultus celebrarent. Quartò, ne malo dolo arenam pro calce, ac terram pro lapidibus fabricæ immiscerent, itàque fabrica templi ruinas ageret, ac tandem rueret. (Corn. à Lap.)

(2) *Ainsi tout le peuple du pays empêcha autant qu'il put le peuple de Juda de bâtir le* temple, *et le troubla dans son ouvrage.* L'hypocrisie des ennemis de Juda ne put se cacher long-temps, et la prompte opposition qu'ils formèrent à l'édifice du temple de Jérusalem découvrit la cruelle envie qu'ils avaient dissimulée jusqu'alors. On voit dans ces peuples une image très-sensible de la jalousie pleine de fureur que le démon fit paraître contre l'Eglise, lorsque ce vrai temple du Dieu vivant commença à s'élever dans Jérusalem. Et cet ennemi, déclaré de Jésus-Christ, ne cessera point pendant tout le cours des siècles de s'opposer de tout son pouvoir, soit par lui-même, soit par ses ministres, à la structure de ce divin temple dans les âmes des fideles. Mais, comme dit admirablement saint Paulin, nous ne devons point nous étonner que quelques-uns du parti de celui par l'envie duquel la mort est entrée dans le monde, grincent des dents et sèchent de jalousie contre nous : *Aliquos de parte illius, cujus invidiâ mors introivit in orbem terrarum, dentibus suis fremere et tabescere, non miramur.* Ce sont, dit-il, les imitateurs des Assyriens qui, portant envie aux vrais citoyens de Jerusalem, lorsqu'ils travaillaient à rebâtir le temple de Dieu, s'efforcèrent de s'opposer à ce saint ouvrage par les fréquentes hostilités qu'ils exercèrent contre eux : *Et in Jerusalem, cùm reædificaretur templum Dei, invidebant Assyrii, et fabricam resurgentem conabantur hostilibus sæpè incursionibus impedire.* Mais parce que celui qui est en nous, ajoute ce saint évêque, est plus puissant que celui qui est dans ce monde, leur désir criminel périra et le nôtre sera accompli. Car nous mettons notre espérance en la miséricorde de celui qui ne permet point que jamais ceux qui espèrent en sa bonté soient confondus : *Sed quia potior est qui in nobis est, quàm qui in hoc mundo, desiderium illorum peribit; nostrum verò confirmabitur; quia speramus in misericordiâ ejus, qui nunquàm confundit sperantes in se.* (Sacy.)

(1) Conduxerunt adversus eos consiliatores, ut destruerent consilium eorum omnibus diebus Cyri. Optimâ licet esset erga Hebræos voluntate Cyrus, Samaritani tamen illud obtinuêre, ut à restitutione templi Judæos turbarent, artibus ministrorum quorumdam, quos pecuniâ corruperunt. Non satis apertè exprimit textus nequitiam adversariorum Judaici nominis adversùs Judæos prævaluisse, quamdiù Cyrus rerum potitus est : satis tamen indicat, auctoritate suâ illos id obtinuisse, ut eos turbarent ac molestiâ afficerent, sive id agerent inscio rege, qui tunc bello Scythico occupabatur; sive regis præfecti querelas intentarent Judæis, nec nisi ægrè et dimidiata concederent vel planè negarent Judæis, quæ illis dari Cyrus jusserat. Scitum est, quid possint adversùs ipsas regis jussiones et propensum favendi animum ministri vel præjudiciis, vel avaritiâ occupati.

Usque ad regnum Darii regis, filii Hystaspis, qui Cambysi filio Cyri successit, vel, si mavis, Oropasto, qui sub ementito *Smerdis*, fratris Cambysis, nomine, regnum quinque mensibus occupavit. (Calmet.)

Nota epistolas tam regum, quàm præfectorum hoc c. et c. seq., v. 6 et 7, in textu Hebræo, proprio ipsorum idiomate scilicet Chaldæo scribi, non Hebræo. Idem fit in Daniele, præsertim quia Hebræi nuper in Babylone captivi ibidem linguam Chaldæam didicerant, ac inde redeuntes, in illam declinârunt, atque avitam linguam Hebræam cum Chaldæâ commiscuerunt; ex quâ commixtione orta est lingua Syro-Hebræa, vel Chaldæo-Hebræa, quam alii Jerosolymitanam vocant. Sic lingua latina à Gothis cum Gothicâ commixta peperit nobis linguam Hispanicam, Italicam, Francicam.

Dices : Cur Judæi non recurrerunt ad Cyrum sibi faventem, eique fraudes et dolos Samaritarum et præfectorum non detexerunt?— Resp. quia teste Josepho, Cyrus domo abierat, profectus in bellum contra Lydos rebellantes, ac deinde contra Scythas ubi et anno sequenti interiit. Cyro ergo absente, domi regebat Cambyses, cujus consiliarios muneribus corruperunt Samaritæ, ut templi fabricam impedirent. Fuit autem hoc per biennium, ut habet liber 3 Esdræ c. 5, vers. ultim., ex quo liquet, octo annos, qui vulgò dantur regno Cambysis, inchoandos esse ab eo tempore quo patre Cyro apud Lydos et Massagetas occupato, ipse

VERS. 6. — ET IN REGNO ACHASUEROS, id est, Cambysis, qui Cyri major filius et successor in regno fuit anno mundi 3475. ACCUSATIONEM, a. v. *odium*, *inimicitias*, hebr. *scripturam*.

rebus imperii domi præerat. Nam post biennium occiso Cyro, solus Cambyses regnavit sex annos duntaxat. Vide Josephum. (Corn. à Lap.)

Ils gagnèrent par argent les ministres du roi *pour ruiner leur dessein pendant tout le règne de Cyrus, roi de Perse, jusqu'au règne de Darius, roi de Perse,* etc. Daniel, qui était en Perse après le retour des captifs, apprit avec la dernière affliction que les nations voisines de la Judée empêchaient le peuple de Dieu de bâtir le temple de Jérusalem, et il résolut de passer trois semaines entières dans les exercices d'une pénitence très-austère et d'un jeûne très-rigoureux, afin d'attirer la miséricorde de Dieu sur Israël. Sa prière, qui n'était pas, dit saint Jérôme, superficielle ni passagère, mérita d'être exaucée, et il connut dans cette admirable vision, qu'il a lui-même décrite, que *le prince du royaume des Perses,* c'est-à-dire, le mauvais ange, qui sous l'empire de Satan, prince du monde, tyrannisait l'empire des Perses, travaillait de tout son pouvoir à empoisonner l'esprit du roi à l'égard du peuple de Dieu, mais que l'ange saint Gabriel, assisté de *saint Michel, le premier d'entre les princes*, c'est-à dire, le premier d'entre les saints anges, combattait sans cesse la mauvaise volonté de cet esprit de malice.

C'est ce que la sainte Ecriture nous déclare qui se passait d'une manière invisible entre ces bons et ces mauvais anges, quoiqu'à l'extérieur et aux yeux des hommes il ne parût autre chose qu'une opposition sensible que formaient les infidèles contre le dessein des Juifs, soit avec les armes et à force ouverte, soit par les conseils pernicieux qu'ils faisaient donner au roi de Perse, c'est-à-dire, à Cambyse, fils de Cyrus, qui gouvernait l'état dans l'absence de son père, occupé alors dans la guerre contre les Scythes, et ensuite à Oropaste, ce mage de Perse, qui feignant d'être le fils de Cambyse, jouit de l'empire par usurpation pendant quelques mois, sous le nom d'Artaxerxès. Qu'on ne s'étonne donc point si les desseins les plus pieux, tel qu'était celui du temple de Jérusalem, sont très-souvent traversés par la persécution des méchants. Qu'on cesse de s'arrêter à ce qui paraît, et qu'on s'accoutume à porter les yeux de sa foi jusqu'à ces ressorts cachés que l'Esprit-Saint nous découvre par son prophète. Ainsi, quand la main des hommes se fait sentir aux vrais serviteurs de Dieu, pour les affliger, pour troubler leur âme, et pour empêcher que l'édifice de son saint temple se bâtisse en eux, qu'on soit convaincu que c'est celui qui est appelé le prince du monde et le prince des impies qui s'oppose alors d'une manière invisible à ces hommes justes, et qui combat leur piété. Mais qu'on se souvienne aussi, que lorsque le prince du royaume des Perses travaillait de tout son pouvoir à nuire aux Israélites, les saints anges, tout remplis de la force du Seigneur, combattaient en même temps contre lui et résistaient à tous ses mauvais desseins. Qui

Quidam vertunt, scripturam *odii,* id est, epistolam plenam odii et inimicitiarum.

VERS. 7. — ET IN DIEBUS ARTHACHSASTHE. Is est Assuerus. Artaxerxes Persicum est nomen. Alii dicunt hunc fuisse Cambysem filium Cyri. Is esse videtur Oropastes magus, qui mortuo Cambyse fratrem regis Smerdim mentitus, per aliquot menses regnum obtinuit, *Justin, Herod.*, etc.; idque anno mundi 3482, videtur post Cyrum illum magnum nomen gentilitium fuisse Persarum regibus Ξέρξης et Ἀρταξέρξης præter nomen, quod habebant ante imperium. אחשורוש ACHASCHUEROSCH omissis gutturalibus est *Xvverx*, unde Græci euphoniæ causâ fecerunt *Xerxes.* Si verò sequimur Herodotum lib. 6, cap. 98, *Xerxes* apud Persas idem est ac *bellator, Artaxerxes,* idem ac *bellator magnus. Arta* enim significat *magnum* Quidam deducunt *Achaschuerosch* ab *Achasch, magnus*, et *rosch, caput.* Scaligero, cujus sententia nobis probabilior videtur, *Achasueros* est *Xerxes, Arthachsasthe* est *Artaxerxes Longimanus*, *Darius* est *Ochus,* qui *Darius Nothus* est; alter *Arthachsasthe* est *Artaxerxes Mnemon.* Tamen ut non invertantur tabulæ chronologicæ calculum et sententiam Eusserii non abjicimus. SCRIPSIT VERBIS *pacificis Mithredath,* etc. Vel, *in pace,* id est, tempore pacis, hoc est, necdùm odio detecto et patefacto. Id est, scripsit pacem regi precando. Ita Syr. et Arab. Alii vertunt: *Scripsit Bistam, Mithridates,* etc. *Mithredath,* etc., erant Toparchæ regionum trans Euphratem. ET RELIQUI SOCII EJUS. Septuaginta *coæquales.* Vel: *Et residuum societatum ejus,* nempe Mithridatis. *Societates* vocat turmas. ET SCRIPTURA EPISTOLÆ, sub. *ejus.* Alii: *Et scriptura exemplaris.* SCRIPTA ERAT SYRIACÈ, id est, litteris et characteribus Chaldæis. ET INTERPRETATA ERAT SYRIACÈ, vel *Aramicè,* id est, scripta erat oratione et sermone Chaldæo. Tunc lingua Chaldæa communis erat Syris, Chaldæis, etc., et in multis etiam hodie linguæ Chaldæa et Syra consentiunt. Forsan sensus est, huic epistolæ Syriacè scriptæ aliquid vice interpretamenti adjectum fuisse, quod etiam Syriacè scriptum erat.

VERS. 8. — RECHUM PRÆFECTUS CONSILII, vel, *magister sapientiæ,* id est, qui erat à consiliis; Gallicè, *le chancelier,* a. v. *Begnel-Thegnem, magister saporis*, vel *gustûs.* Ab hoc loco Esdras

pourrait donc craindre la puissance de cet ennemi, qu'une parole de saint Michel a terrassé autrefois dans l'élèvement de son orgueil, lorsque pour le réprimer, il se contenta de lui dire : Que le Seigneur soit ton maître : *Imperet tibi Dominus?* (Sacy.)

Syriacè, sive Chaldaicè loquitur, usque ad versum 18 inclusivè capitis sexti. SUPER JERUSALAIM, vel, *contra Jerusalem*. HUJUSCEMODI, id est, isto tenore. (1)

VERS. 9.—SOCII. Septuag. et Arabs *conservi*. DINAIE, etc. Nomina sunt populorum, qui (quorum duces) adhibiti sunt in consilium contra Judæos. Vide annot. ad 2 Reg. 17, 24. HELMAIE, vel, *Helmæi*, fortè Elamitæ. (2)

VERS. 10. — ASNAPHAR (is est Sancherib), id est, Salmanasar, ut ferebant olim quædam antiqua exemplaria. Vide Lyranum. GLORIOSUS, vel *inclytus*, clarus. ET HABITARE FECIT, etc., id est, adduxit eas in locum decem tribuum. Hæc enim fuerat antea sedes decem tribuum. TRANS FLUMEN. Euphratem intelligit per excellentiam. Euphrates separabat terram Israel ab imperio Babylonico, dicebanturque populi isti qui tunc habitabant in urbibus Samariæ habitare trans Euphratem, respectu Babyloniorum. ET CHEHENETH. Alii vertunt: *Et cætera*. Alii vertunt, *Cheheneth* sicut nunc, quasi legeretur כעת, *secundùm tempus*, ut habetur inf., v. 17, q. d., salutem regi optant, qualis nunc ei est (3). *Et Cheheneth*, id est, et ultra, sub. scripserunt ad regem; vel, est nomen gentis seu populi.

VERS. 11.—HOC EXEMPLAR..... REGEM. Ista verba parenthesi includenda sunt. AD IPSUM ARTHACHSASTHE, a. v. *ad ipsum, ad Arthachsasthe*.

VERS. 12. — NOTUM SIT, q. d., optamus notum esse regi. ET MUROS FUNDAVERUNT, id est, murorum fundamenta jecerunt. ET PARIETES COMPOSUERUNT, vel, *et fundamenta compegerunt*, a. v. *consuerunt*.

VERS. 13. — ÆDIFICATA FUERIT, vel, *instaurata fuerit*. TRIBUTUM, quod in capita datur. VECTIGAL, quod in merces. REDITUM ANNUUM, (qui de agris. *Grot.*) LÆDES, vel, *nocumento afficies*, sub. si id permiseris. Vel *lædet*, sub. hæc urbs si instaurata fuerit. (1)

VERS. 14. — PRO OMNI VICISSITUDINE SALIS PALATII QUEM COMEDIMUS, a.v. *quoniam sale palatii saliti sumus*, id est, propterea quòd sal è palatio allatum comedimus; hoc est, quòd in palatio educati fuimus. *Sal* Persis, sicut *panis* Gallis pro mensâ ac cibis usurpatur; omnes cibi sale condiuntur. *A sale salarium*. Alii: *Propterea quòd destructionem templi destruximus*, id est, fuimus causa quòd templum quod erat in Jerusalem, destructum fuerit. (2) CONTEMPTUM.

(1) REUM BEELTEHEM. Duo hæc nomina unicum hominem designant, cujus genuinum nomen est *Reum*, *Beeltehem* dignitatem significante. Porrò commentariensem, seu *cancellarium* fuisse aiunt aliqui; alii regium prætorem; alii præfectum thesauri, vel ærarii, vel opsonii sectorem, vel à secretis, vel præsidem consilii. Textus ad litteram sonat præfectum gustûs, vel sapientiæ, edicti, mandati, vel rationis. Josephus vertit *Rathymum*. Arabs: *Reum filium Baltam*. Inferiùs, v. 23, in exemplari non legitur *Beeltehem* cum *Reum* conjunctum; nomen ibi hominis tantummodò scribitur, non dignitas.

SCRIPSERUNT DE JERUSALEM ARTAXERXI REGI. Hebræus ad litteram: *Scripserunt super Jerusalem*, ad regem detulerunt quæcumque gerebantur. (Calmet.)

(2) RELIQUI CONSILIATORES. Chaldæus textus: *Residuum societatis eorum*. Septuaginta et Arabs: *Reliqui conservi nostri*.

DINÆI, facilè Denareni. Diversarum hujusmodi gentium certas sedes definire, in quarto Regum 17, 24, conati sumus.

SUSANECHÆI; præfecti è Susis, vel Susam venientes. (Calmet.)

(3) QUAS TRANSTULIT ASENAPHAR MAGNUS ET GLORIOSUS. Vetusti quidam codices pro *Asenaphar* legebant *Salmanasar*. Sedet tamen plerisque opinio, ad Asarhaddonem hæc referenda esse quanquàm nullo satis idoneo argumento suadetur, eas gentes ab Asarhaddone in Samariam fuisse translatas, cùm tamen eò venisse Cuthæos, aliasque gentes, à Salmanasaro missas, satis constet.

IN PACE, fausta omnia precantur Vox Chaldæa כענת crucem figit interpretibus. Vertunt quidam: *In tempore illo*, quasi hìc adscribenda esset dies quâ datæ sunt litteræ, quæ adscriptio perierit. At graviusne fuisset amanuensi tempus hìc litterarum quàm hæc verba adscribere? Præterea hicne locus erat, ubi dies adscriberetur? Quæ hujus moris exempla? Alii retinendum censent Hebræum *Keheneth*, ac si nomen esset certæ gentis vel provinciæ: *Servi tui, qui sunt trans fluvium et in Cheheneth*. Sed ubi locorum regio est, vel populus Cheheneth? Clericus vertendum censet: *Et reliqua*, corripiente epistolæ titulum amanuense. Sed multò verisimilius suspicamur, corruptum esse hìc textum, legendumque *keheth* pro *keheneth*. Certè *keheth* legitur frequenter, passimque per sacra volumina, ac præsertim inferius, v. 17, in litteris ad hasce rescriptis ab Artaxerxe. Verti igitur potest: Reum, Samsai, cæterique, qui sunt trans fluvium, regi Artaxerxi salutem et prosperitatem, uti modò. Optamus, ut salute et prosperitate, quâ modò fruitur, æternùm fruatur. Interpres tertii libri Esdræ verba hæc jungit cum reliquis, quæ sequuntur: *Reum, et Samsai regi Artaxerxi pacem et prosperitatem. Et nunc notum sit domino regi*, etc., *Chenan*, vel *Cheheneth*, Chaldaicè significare potest *nunc*. (Calmet.)

(1) TRIBUTUM, ET VECTIGAL, ET ANNUOS REDITUS Textus variè redditus est. Septuaginta, Syrus et Arabs, tres exemplaris voces sub uno communi nomine *tributi* conjunxerunt. Quidam *tributum* exponunt de tributo bonis privatorum imposito; alteram vocem de capitatione, vel honoribus provinciæ communibus; tertiam de portoriis. (Calmet.)

(2) NOS AUTEM MEMORES SALIS, QUOD IN PALATIO COMEDIMUS vel memores salarii, quod nobis à rege solvitur. Nomen *salarii*, quod usurpatur pro mercede operariis solutâ, luculen-

Vox originalis ערות *Gnaruath*, propriè *nuditatem verendorum* significat, id est, turpitudinem : accipitur et pro contemptu. NON EST PULCHRUM NOBIS, id est, non decet nos; vel, non convenit nobis.

tissimè derivatur à sale et diurno victu, qui opificibus et domesticis suppeditabantur. Sal et annona aliud erant ab annuis pensionibus argenti et vestium, quæ dabantur præfectis et domesticis principis. Utriusque discrimen proditur in epistolâ Valeriani ad Gallienum, apud Vopiscum in vitâ Probi. Notat Plinius, sal olim apud veteres adeò in honore fuisse, ut præmia et honores militares salarii nomine designarentur : *Honoribus etiam militiisque interponitur, salariis inde dictis*. Hebræus hìc ad litteram : *Nos autem memores quòd sale palatii saliti sumus*. Significant illi, officii sui esse, utpote regis ministrorum, rebus illius consulere; notandosque se ingratissimi animi vitio, si segniorem adhiberent curam pro bono reipublicæ et imperii Persarum. Phrasis hæc : *Memores quòd sale palatii saliti sumus*, vel salivimus dapes nostras, minùs insolens reputabitur iis, qui animadverterint, præfectos omnes regis Persarum è cibis regiæ mensæ victitâsse. Penes Arabes religiosa est panis et salis veneratio, et cùm quempiam de aliquâ re obsecraturi sunt. Adjuro te, inquiunt, per panem et salem, qui est inter nos (è quibus simul comedimus). Iisdem etiam verbis utuntur cùm vel negant aliquid, vel affirmant. Darvieux, *Coutumes des Arabes*, c. 6, p. 167.

Interpretum quidam textum ita reddunt : *Et quoniam nos demoliti sumus templum, nefas ducimus videre ignominiam regis*. Cùm ad eversionem templi Hierosolymitani operam nostram contulerimus, nostrum pariter esse duximus docere regem causas, quæ olim nos ad eam rem impulerunt, et adhuc perseverant. Verbum *malach* sonat salire, destruere. Scitum est, sal interdùm sparsum esse super rudera eversarum urbium, odio incolarum, et eorum, qui eversas restituere deinceps aggressuri sunt. Hæc tamen interpretatio subtilior nimiò videtur. (Calmet.)

VERS. 13, 14, 15, etc. — *Si cette ville se rebâtit... on ne paiera plus les tributs.... Et comme nous nous souvenons que nous avons été nourris autrefois au palais du roi, et que nous ne pouvons souffrir qu'on blesse ses intérêts en la moindre chose, nous avons cru vous devoir donner cet avis*. Les ennemis de la piété en ont usé en tout temps comme ces lâches flatteurs du roi de Perse, et leur secrète malignité a toujours agi avec prudence afin d'opprimer les justes plus sûrement. Ces infidèles se mettaient sans doute fort peu en peine que l'on payât le tribut au roi. Mais ce prétexte leur fut nécessaire pour piquer ce prince, et le rendre plus susceptible du mauvais conseil qu'ils lui donnaient. Ils le flattent par la vaine ostentation d'une fausse reconnaissance qu'ils feignent d'avoir pour ses bienfaits, et ils se vantent d'être sensibles à ses propres intérêts, afin de le rendre lui même plus sensible aux leurs. Cependant ils ne pouvaient ignorer que le roi Cyrus avait déclaré par une ordonnance publique dans tout son empire, que *le Seigneur le Dieu du ciel, lui ayant donné tous les royaumes de la terre, lui avait* en même temps *commandé de lui bâtir un temple dans Jérusalem*. Ils ne doutaient point non plus que ce prince n'eût accordé par cette même ordonnance la liberté à tous les Juifs, et publié hautement qu'ils *retournassent à Jerusalem*, et qu'ils *y bâtissent un temple à la gloire du Seigneur le Dieu d'Israël*. Que pouvaient-ils donc trouver à redire à l'exécution d'un ordre formel de Cyrus ? Et combien étaient-ils même criminels de s'y opposer ! Cependant on ajoute foi à leurs faux conseils, et un prince, prévenu par leur malice, détruit ce que son prédécesseur plus éclairé avait établi.

C'est ainsi que l'on a vu aussitôt après la fin des persécutions, les plus saints évêques accablés par les fausses accusations des ennemis de la piété et de la foi. Le seul exemple de saint Athanase, absous plusieurs fois par Constantin, et exilé à la fin par ce même prince, qu'une foule d'imposteurs obsédait sans cesse, lui représentant ce prélat comme ennemi de sa couronne, sera capable jusqu'à la fin des siècles, de consoler ceux qu'une semblable malice pourrait accabler.

Mais il est bon de considérer que si la fureur des ennemis de Juda a pu suspendre pour quelque temps l'ouvrage de Dieu, elle n'a pu cependant en empêcher l'exécution. Il s'est enfin accompli malgré toutes les oppositions des infidèles qui environnaient Juda, comme la suite le fera voir, et il paraît, par ce grand exemple, que nul obstacle de la part des hommes ni des démons ne doit affaiblir la foi de ceux qui sont convaincus par l'autorité de l'Ecriture que la parole du Seigneur s'accomplit toujours, et souvent par les moyens mêmes qu'on emploie pour s'y opposer.

Saint Jean Chrysostôme rapporte que ces infidèles, qui avaient entrepris d'empêcher les Juifs de bâtir le temple de Jérusalem, ayant obtenu du roi ce qu'ils souhaitaient, ne demeurèrent pas impunis; mais que l'orgueil même avec lequel ils se glorifièrent d'avoir réussi dans leur malice, au lieu de la reconnaître et d'en gémir, leur attira un grand châtiment de la part de Dieu; qu'il se forma au milieu de leur pays une si prodigieuse multitude de vers, que la terre en était toute couverte, et qu'on eût cru voir comme des sources qui poussaient sans cesse de ces insectes répandus partout. On ne sait point d'où ce saint évêque a pris ce qu'il dit. Mais il n'est pas surprenant que le même Dieu qui avait, comme on l'a vu, envoyé d'abord contre ces peuples des lions qui les déchirèrent en punition de ce qu'ils le blasphémaient en un lieu où il devait être adoré, les ait ensuite punis de s'être opposés au bâtiment de son temple, en infectant leur pays par cette inondation de vers, qui leur traçait une image affreuse de leur corruption et de leur néant. (Sacy.)

VERS. 15. — QUÆRAT, sub. *aliquis*, mandante ac jubente rege. HISTORIARUM. דכרניה *Dukeranojiah*. Ita dicitur historia à reminiscentiâ, quasi *memoriale*, id est, ut consulas historias et annales. (1)

(1) IN LIBRIS HISTORIARUM PATRUM TUORUM,

Et defectionem facientes fuerunt in medio ejus, vel, *et seditionem facere solent in medio ejus.* A diebus seculi, id est, ab omni ævo.

Vers. 16. — Portio, quæ tibi debetur ab iis qui sunt *in trans flumen*, vel potiùs, *nullam hæreditatem,* sive possessionem in regione quæ est *ultra Euphratem, habiturus es.* Per regionem quæ est ultra flumen, intelligit terram Israel, quam amnis ille Euphrates separabat ab imperio Babylonico, ut dictum est supra versu decimo.

Vers. 17. — Verbum, id est, responsum; q. d., respondit rex ad epistolam supradictam. In Samerain, id est, in urbibus provinciæ Samariæ. Selam, sub. *misit,* inquam, id est, misit epistolam quâ dicebat illis *salutem.* Et Cheheth, id est, *et secundum tempus,* sub. *præsens.* Vide not. ad v. 10. Et Cheheth, id est, et ad populum, qui dicebatur *Cheheth,* per contractionem. Paulò superiùs, v. 10, integrè ponitur *Cheheneth.*

Vers. 18. — Manifestè lecta est, vel, *exposita,* id est, explicata et lecta fuit.

Vers. 19. — Positum est decretum, vel *lata est sententia*, id est, ego à vobis admonitus, statui ac decrevi, sub. quòd legerentur historiæ. Et quæsierunt, vel, *et scrutati sunt.* Sub. *historias.* Elevatur, id est, elevari solet. Et rebellio, etc., vel, *et defectio sit*, fieri solet *ab habitantibus in eâ.* (1)

Vers. 20. — Vectigal, et reditus annuus. Vide hæc paulò supra, versu 13.

Vers. 21. — Ponite edictum, ut cessent viri illi, vel *ponite statutum,* decretum, id est, statuite, sive decernite *ut cessare faciant,* vel faciatis *homines illos.* Præceptum, vel, *decretum, statutum,* sub. *Aliud*, id est, donec à me aliter statutum fuerit. Gallicè : *Jusqu'à ce que par nous il en ait été autrement ordonné.*

Vers. 22.—Et cauti estote ne errorem, etc., id est, videte ne erretis in hoc. Crescet corruptio, etc., vel *multiplicabitur destructio;* detrimentum : damnum *in perniciem regum?* sub. vestrâ culpâ, si id permittatis.

Vers. 23.—Et sociis eorum, vel, *et societate* turmâ sodalitiâ *eorum.* Brachio, et robore. Id est, vi et exercitu ; vel, vi et armis.

Vers. 24. — *Cessavit*, id est, intermissum fuit. Et cessavit, id est, et fuit intermissum, inquam. Usque ad annum secundum Dariaves regis Paras. Id est, Darii Hystaspis filii, nempe ad annum mundi 3485. Vide quæ notavimus ad v. 7, sup. (1)

(1) Vers. 19. — A diebus antiquis adversum reges rebellat. Defectionem appellant justos conatus regum Judæorum pro libertate sive tuendâ, sive labante jam confirmandâ, sive restituendâ deperditâ. (Calmet.) Chaldæorum nempe, quibus in hoc amplum imperium Persæ successerunt. (Calmet.)

(1) Vers. 24. — Tunc intermissum est opus domus Domini usque ad annum regni Darii. Plusquàm sibi permitteretur, Judaici nominis osores sibi usurpârunt; cavebat enim tantummodò edictum, ne urbs restitueretur : *Prohibeatis viros illos, ut urbs illa non ædificetur :* at verò illi templi ædificium pariter impedivère. (Calmet.)

CAPUT V.

1. Prophetaverunt autem Aggæus propheta et Zacharias filius Addo, prophetantes ad Judæos, qui erant in Judeâ et Jerusalem, in nomine Dei Israel.

2. Tunc surrexerunt Zorobabel filius Salathiel, et Josue filius Josedec, et cœperunt ædificare templum Dei in Jerusalem, et cum eis prophetæ Dei adjuvantes

3. In ipso autem tempore venit ad eos Thathanai, qui erat dux trans flumen, et Stharbuzanai, et consiliarii eorum : sicque dixerunt eis : Quis dedit vobis consilium, ut domum hanc ædificaretis, et muros ejus instauraretis?

4. Ad quod respondimus eis, quæ essent nomina hominum auctorum ædificationis illius.

5. Oculus autem Dei eorum factus est

CHAPITRE V.

1. Cependant les prophètes Aggée et Zacharie, fils d'Addo, prophétisèrent au nom du Dieu d'Israël aux Juifs qui étaient en Judée et dans Jérusalem.

2. Alors Zorobabel fils de Salathiel et Josué fils de Josédec commencèrent *de nouveau* à bâtir le temple de Dieu à Jérusalem. Les prophètes de Dieu étaient avec eux, et les aidaient.

3. En ce même temps Thathanaï, qui était gouverneur au-delà du fleuve, Stharbuzanaï et leurs conseillers vinrent à eux, et leur dirent: Qui vous a conseillé de rebâtir ce temple et de rétablir ses murailles ?

4. Nous leur répondîmes en leur déclarant les noms de ceux qui nous avaient conseillé de travailler à ce bâtiment.

5. Or l'œil de leur Dieu regarda favorable-

super senes Judæorum, et non potuerunt inhibere eos. Placuitque ut res ad Darium referretur, et tunc satisfacerent adversùs accusationem illam.

6. Exemplar epistolæ, quam misit Thathanai, dux regionis trans flumen, et Stharbuzanai, et consiliatores ejus, Arphasachæi, qui erant trans flumen, ad Darium regem.

7. Sermo quem miserant ei, sic scriptus erat : Dario regi pax omnis.

8. Notum sit regi, îsse nos ad Judæam provinciam, ad domum Dei magni, quæ ædificatur lapide impolito, et ligna ponuntur in parietibus : opusque illud diligenter exstruitur, et crescit in manibus eorum.

9. Interrogavimus ergo senes illos, et ita diximus eis : Quis dedit vobis potestatem ut domum hanc ædificaretis, et muros hos instauraretis?

10. Sed et nomina eorum quæsivimus ab eis, ut nuntiaremus tibi, scripsimusque nomina eorum virorum, qui sunt principes in eis.

11. Hujusce modi autem sermonem responderunt nobis dicentes : Nos sumus servi Dei cœli et terræ, et ædificamus templum, quod erat exstructum ante hos annos multos, quodque rex Israel magnus ædificaverat et exstruxerat.

12. Postquàm autem ad iracundiam provocaverunt patres nostri Deum cœli, tradidit eos in manus Nabuchodonosor regis Babylonis Chaldæi : domum quoque hanc destruxit, et populum ejus transtulit in Babylonem.

13. Anno autem primo Cyri regis Babylonis, Cyrus rex proposuit edictum, ut domus Dei hæc ædificaretur.

14. Nam et vasa templi Dei aurea et argentea, quæ Nabuchodonosor tulerat de templo quod erat in Jerusalem, et asportaverat ea in templum Babylonis, protulit Cyrus rex de templo Babylonis, et data sunt Sassabasar vocabulo, quem et principem constituit,

15. Dixitque ei : Hæc vasa tolle, et vade, et pone ea in templo quod est in

ment les anciens des Juifs; et ces gens ne purent les empêcher de bâtir. Et il fut arrêté que l'affaire serait rapportée à Darius, et que les Juifs répondraient devant lui à l'accusation qu'on formait contre eux.

6. Voici la lettre que Thathanaï, chef des provinces d'au-delà du fleuve, et Stharbuzanaï et leurs conseillers les Arphasachéens, qui étaient au-delà du fleuve, envoyèrent au roi Darius.

7. Le rapport qu'ils lui envoyèrent était écrit en ces termes : Au roi Darius, paix et toute sorte de prospérité.

8. Que le roi sache que nous avons été dans la province de Juda, dans la maison du grand Dieu qu'on bâtit de pierres non polies, mettant la charpente sur les murailles; et cet ouvrage se fait avec ardeur et s'avance entre leurs mains.

9. Nous avons interrogé les anciens, et nous leur avons parlé ainsi : Qui vous a donné le pouvoir de rebâtir cette maison et de rétablir ces murailles?

10. Nous leur avons aussi demandé leurs noms pour pouvoir vous les rapporter; et nous avons écrit le nom de ceux qui sont les premiers d'entre eux.

11. Ils nous ont répondu en ces termes à la demande que nous leur avons faite : Nous sommes serviteurs du Dieu du ciel et de la terre; nous rebâtissons le temple qui subsistait il y a bien des années, ayant été fondé et bâti par un grand roi d'Israël.

12. Mais nos pères ayant provoqué la colère du Dieu du ciel, il les livra entre les mains de Nabuchodonosor, le Chaldéen, roi de Babylone. Il détruisit aussi cette maison, et transféra à Babylone le peuple de cette ville.

13. Mais Cyrus, roi de Babylone, la première année de son règne, fit un édit pour rétablir cette maison de Dieu.

14. Et même il tira du temple de Babylone les vases d'or et d'argent du temple de Dieu, lesquels Nabuchodonosor avait fait transporter du temple de Jérusalem au temple de Babylone; et ces vases furent donnés à un nommé Sassabasar, que le roi établit chef des Israélites;

15. Et il lui dit : Prenez ces vases, et allez, et mettez-les dans le temple qui était à Jéru-

Jerusalem, et domus Dei ædificetur in loco suo.

16. Tunc itaque Sassabasar ille venit, et posuit fundamenta templi Dei in Jerusalem, et ex eo tempore usque nunc ædificatur, et necdùm completum est.

17. Nunc ergo, si videtur regi bonum, recenseat in bibliothecâ regis, quæ est in Babylone, utrumnam à Cyro rege jussum fuerit, ut ædificaretur domus Dei in Jerusalem, et voluntatem regis super hâc re mittat ad nos.

salem; et que la maison de Dieu soit rebâtie en son lieu.

16. Alors Sassabasar vint à Jérusalem, et y jeta les fondements du temple de Dieu. Depuis ce temp-slà on a toujours travaillé à cet édifice, et il n'est pas encore achevé.

17. Maintenant donc, s'il semble bon au roi, que l'on recherche dans la bibliothèque du roi qui est à Babylone, s'il est vrai que le roi Cyrus ait ordonné par son édit que la maison de Dieu fût rebâtie à Jérusalem; et que le roi nous déclare sa volonté à ce sujet.

TRANSLATIO EX HEBRÆO.

Et prophetavit Chaggai propheta, et Zechariah filius Hiddo prophetæ, qui *erant* in Jehudæâ et in Jerusalaim in nomine Dei Israel super eos. — 2. Tunc surrexerunt Zerubbabel filius Sealthiel, et Jesuah filius Josadach, et cœperunt ædificare domum Dei quæ *est* in Jerusalaim, et cum eis *erant* prophetæ Dei auxiliantes eis. — 3. In illo tempore venit ad eos Tattenai dux *eorum qui erant* trans flumen, et Setharbozenai, et socii eorum, et sic dixerunt eis : Quis posuit vobis præceptum, ut domum hanc ædificaretis, et muros istos fundaretis? — 4. Tunc *adhuc* hujusmodi diximus eis : Quæ sunt nomina virorum qui hoc ædificium ædificant? — 5. Et oculus Dei eorum fuit super senes Jehudæorum, et non cessare fecerunt eos, donec res ad Dariaves pergeret, et tunc responderent per epistolam super his. — 6. Exemplar epistolæ, quam misit Tattenai dux *eorum qui erant* trans flumen, et Setharbozenai, et socii ejus, Apharsechaie qui *erant* trans flumen ad Dariaves regem. — 7. Verbum miserunt ad eum, et juxta hoc scriptum erat in medio ejus: Dariaves regi pax omnis. — 8. Notum sit regi, quòd ivimus in Jehudæam provinciam ad domum Dei magni, et ipsa ædificatur lapide impolito, et ligna ponuntur in parietibus, et opus ipsum festinanter fit, et prosperatur in manibus eorum. — 9. Tunc interrogavimus seniores illos, hujuscemodi diximus eis : Quis posuit vobis præceptum, ut domum hanc ædificaretis, et parietes hos fundaretis? — 10. Et etiam de nominibus eorum interrogavimus eos, ut notificaremus tibi, ut scriberemus nomina virorum qui *sunt* duces eorum. — 11. Et ejuscemodi verbum responderunt nobis, dicendo : Nos *sumus* servi Dei cœli et terræ, et reædificamus domum, quæ fuit ædificata ante hos annos multos : et rex Israel magnus ædificavit eam, et fundavit eam. — 12. Verumtamen ex quo provocaverunt patres nostri Deum cœli, tradidit eos in manu Nebuchadnesar regis Babel Chaldæi, et domum hanc destruxit, et populum ejus transmigrare fecit in Babel.—13. Verumtamen anno primo Chores regis Babel, Chores rex posuit edictum, ut domus Dei hæc ædificaretur. — 14. Et etiam vasa domûs Dei aurea et argentea, quæ Nebuchadnesar eduxerat è templo quod *est* in Jerusalaim, et tulerat in templum Babel, eduxit Chores rex è templo Babel, et data sunt ipsi Sesbasar nomen ejus, quem ducem constituerat.— 15. Dixitque ei : Hæc vasa tolle, vade, deferre fac ea in templum quod *est* in Jerusalaim, et domus Dei ædificetur in loco suo. — 16. Tunc Sesbasar ille venit, posuit fundamenta domûs Dei quæ est in Jerusalaim, et ex eo tempore usque ad hoc tempus ædificatur, et non est perfecta. — 17. Et nunc si regi bonum *est*, quæratur in domo thesaurorum regis quæ *est* in Babel, an sit à Chores rege positum edictum, ut ædificarent domum Dei hanc, *quæ est* in Jerusalaim, et voluntatem regis super hoc mittat ad nos.

COMMENTARIUM.

Vers. 1. — Chaggai propheta, et Zechariah. Illi sunt duo è prophetis minoribus. Filius Hiddo, id est, nepos : nam filius erat Barachiæ filii Hiddo, Zachar. 1, 1. Super eos, id est, qui erat cum eis. Afflabantur enim Spiritu Dei. Alii : *Quod invocatum erat super eos.*

Vers. 2. — Surrexerunt, moti scilicet adhortationibus prophetarum. Filius, id est nepos (1).

(1) Vers. 2. — Tunc surrexerunt Zorobabel et Josue, et cœperunt ædificare templum Dei, hortantibus præsertim Aggæo et Zachariâ. Arguerat etiam segnitiem illorum Aggæus, vitio illis vertens, quòd abjectâ templi ædificandi curâ, studium quisque suum convertis-

Vers. 3. — Dux, vel, prorex (1). Et socii eorum, vel, et sodales eorum. Præceptum, vel, decretum, statutum, edictum, id est: Quisnam statuit ac præcepit, vel cujus potestate atque edicto freti, ædificatis hoc templum? Nullus recens datus erat Judæis concessus ædificandi; sed jusserat illud Deus per suos prophetas. Et muros. Singularis numeri est vox Chaldæa, et propriè *robur* significat; accipitur tamen pro muris, quòd robur urbis partim sit in mœnibus. Fundaretis? vel, *perficeretis?*

Vers. 4. — Tunc. Verba sunt Tattenai et sociorum ejus; inducit enim auctor libri eos adhuc loquentes. *Tattenai* videtur esse nomen officii; vide dicta ad 2 Reg. 18, 17, de Tharthan (1).

Vers. 5. — Oculus. Intelligit providentiam et favorem Dei. Et non cessare fecerunt eos, id est, propterea non potuerunt tantùm efficere, ut illi intermitterent opus tantisper, dùm negotium referretur ad Darium (2).

set ad privatarum ædium constructionem Hierosolymis. Intermisso ædificio manus iterùm admota est anno secundo Darii filii Hystaspis. Ex totius narrationis serie colligere est, Judæos novâ facultate urgendi operis donatos non fuisse. Post Artaxerxis decessum putavêre, cautionem ab illo factam desiisse, suoque robori restitutam esse datam sibi antea à Cyro facultatem, quare se ædificio non interdici; neque enim aliud objiciunt ministris regiis sciscitantibus, quâ id auctoritate gererent, quàm factam sibi primitùs à Cyro potestatem. Regnum Artaxerxis, vel Oropasti perinde habebatur ac usurpatio tyrannica; et fortassè nihil, quod ab illo sancitum fuerat, ratum ac firmum esse passi sunt.

Docent Rabbini, Assuerum, de quo in capite 4, v. 6, uxorem duxisse Estherem Darii matrem, qui à matre religionem Judaicam edoctus, facultatem Judæis concesserit sacrum ædificium promovendi. Hæc tamen opinio nullam fidem meretur. Josephus et auctor tertii libri Esdræ rem aliter narrant. Zorobabel, qui à Cyro missus Hierosolymam venerat, cernens opus templi molimine adversariorum Judaici nominis jacere, Babylonem reversus est. Eò veniens, pristinum munus custodis regii corporis recepit. Cùm autem contigisset, ut Darius, exceptis convivio regni optimatibus, cubitum abiret, Zorobabel ejusque socii, regii corporis custodes duo, disceptandum sibi proposuerunt, quid esset inter homines validissimum. Primus vinum prætulit; alter regem; Zorobabel ait, mulieres quidem validissimas, sed validiorem esse veritatem. Sententiam quisque suam scripsit, scriptamque schedam pulvinari cubantis regis supposuerunt. Experrectus Darius schedas legit, convocavitque optimates, ut tres socios disputantes auscultarent. Peroravit unusquisque suo loco, sententiam suam argumentis defendens: sed æmulos superavit Zorobabel judicio totius cœtûs, obtinuitque à rege facultatem redeundi domum, ac templum restituendi. Vide dissertationem nostram in duos postremos libros Esdræ. (Calmet.)

(1) Vers. 3. — Thathanai, qui erat dux trans flumen. Præfectus provinciarum cis Euphratem, quæ imperio Persarum parebant. Præfectura hæc complectebatur Syriam, Arabiam desertam, Phœniciam, Samariam, aliasque provincias Dario subditas. Porrò hic artibus adversariorum Judaici nominis deceptus fuisse non videtur: eâ se moderatione gessit, ut ostenderit, agere se omnia pro debito muneris sui, quo jubebatur regem monere de omnibus quæ in subditis sibi provinciis agebantur. (Calmet.)

(1) Vers 4. — Ad quod respondimus eis, quæ essent nomina auctorum ædificationis illius. Zorobabel et Josue duces se præbuerunt et auctores moliminis, suaque nomina ceu principum populi dederunt. Poterant etiam Aggæum et Zachariam prophetas, aliosque ex optimatibus nominare. Textus ad litteram: *Tunc hoc pacto diximus eis: Quæ ipsa nomina virorum, qui hoc ædificium ædificabant?* Sequitur hìc interrogatio Thathanai et sociorum, Zorobabelem cæterosque Judæos rogantium, quibus hortatoribus aggressi fuissent ædificium, quodque illis nomen esset. Ex epistolis eorum ad Darium, ambo hæc separatim postulâsse videntur. Vide v. 9, 10. *Thathanai* appellatur in textu *Thathenai*, idque nomen esse dignitatis potiùs quàm proprium hominis credimus. Alii etiam *Tharthan*, vel *Thanthan* in historiâ occurrunt. Vide 4 Reg. 18, 17; Isa. 20, 1. Septuaginta, Syrus et Arabs legunt: *Responderunt eis*, pro, *respondimus eis*. Quid Judæi responderint, luculentiùs habes inferiùs, v. 11, 12 et seqq. (Calmet.)

(2) Vers. 5. — Oculus Dei factus est super senes Judæorum. Ad litteram: *Oculus Dei factus est super eos, qui redierunt* è captivitate; quâ phrasi exprimi solet favor propitii Numinis erga suos: *Oculi Domini super justos*, ait Psalmus 33, 16, et in Psalmo 32, 18: *Oculi Domini super metuentes eum, et in eis, qui sperant super misericordiâ ejus.* Auctor Ecclesiastici 34, 15: *Oculi Dei in diligentes se*, et psalmus 10, 5: *Oculi ejus in pauperem respiciunt*; et psalmus 16, 2: *Oculi tui videant æquitates.* Hic utique est genuinus hujus loci sensus; sæpè tamen hâc phrasi innuitur furor et indignatio. *Oculi tui in me*, ait Job. 7, 8, *et non subsistam.* Et capite 24, 23: *Oculi ejus* (Domini) *sunt in viis illius* (peccatoris). Et Amos 9, 8: *Oculi Domini Dei super regnum peccans, et conteram illud à facie terræ.*

Placuitque, ut res ad Darium referretur, et tunc satisfacerent adversus accusationem illam. Pressior Hebræus: *Non cessare fecerunt eos, donec placitum ad Darium pergeret, et rediret epistola super hoc.* (Calmet.)

Vers. 5.— Oculus autem Dei, q. d.: Divinæ providentiæ, gratiæ et favoris (hujus enim signum et symbolum est oculus benignus, quo Deus Judæos respexit) erga Judæos opus fuit, quòd ipse Thathanai præfecto hanc mentem injecerit, ut non impediret templi urbisque fabricam, licet necdùm consuluisset Darium, imò ut scriberet appositè Dario ad utilitatem Judæorum, ac Darius lectis ejus litteris concesserit templum restaurari. Nullus enim hostium

VERS. 7. — *Verbum*, id est, epistolam. ET JUXTA HOC SCRIPTUM ERAT IN MEDIO *ejus*, sub. epistolæ. PAX OMNIS, id est, salutem plurimam dicunt.

Judæis se opponebat, ac Darius in Judæos fuit benevolus operâ Zorobabelis, qui erat aulicus Darii.

Nota. S. Scriptura Deo dat oculos, aures, brachia, pedes non verè et propriè, ut voluerunt Anthropomorphitæ, censentes Deum habere corpus (quod etiam sensisse videtur Tertull., licet eum excuset Pamelius), teste S. Epiphan. et S. August. in eorum hæresi, sed metaphoricè, ut humano captui se accommodet, ac per humanas actiones et membra Dei attributa significet, scilicet per oculos, quòd omnia videat; per aures, quòd omnia audiat; per brachia, quòd omnia possit; per pedes, quòd sit summè stabilis, constans et æternus. Ita S. Eucherius de Formulis spirital. cap. 2. (Corn. à Lap.)

Or, l'œil de Dieu regarda favorablement les anciens des Juifs, et ces gens ne purent les empêcher de bâtir, etc. On peut remarquer ici avec un auteur l'artifice de l'ennemi du peuple de Dieu. Ceux qui s'étaient opposés de toutes leurs forces à l'édifice du temple de Jérusalem, demeurèrent en repos et ne causèrent aucun trouble aux Juifs, lorsqu'ils les virent appliqués à se bâtir de magnifiques maisons, et indifférents pour les choses qui regardaient le culte divin et l'exercice de la vraie Religion. Au contraire, dans l'instant que Dieu parla à son peuple par ses prophètes, pour le réveiller de cet assoupissement, et qu'il lui eut inspiré de s'élever au-dessus de toutes les craintes humaines pour lui rendre ce qu'ils lui devaient, en recommençant à bâtir son temple, les officiers du roi des Perses, qui commandaient au-delà de l'Euphrate, vinrent les troubler dans leurs desseins. Cependant, comme ceux-ci paraissaient mieux disposés à l'égard des Juifs que ne l'avaient été ceux de Samarie, ils n'usèrent point de violence à leur égard, mais se contentèrent de leur demander *qui leur avait donné le pouvoir de bâtir le temple*, et qui étaient *ceux qui le leur avaient conseillé*. Car le prince qui leur avait fait défense de travailler à ce temple étant mort alors, et un autre, qui était Darius, ayant pris sa place, il semble que ces officiers n'avaient pas dessein formellement de s'opposer à ce saint ouvrage, mais plutôt de s'assurer, comme ils le firent, de la véritable disposition du roi sur cela, afin qu'étant informés de sa volonté, ils eussent droit de la faire exécuter.

Lors donc qu'il est dit ici que *l'œil de Dieu regarda favorablement les anciens des Juifs*, et que *ces gens ne purent les empêcher de bâtir*, on peut entendre par là que les officiers du roi Darius, ne connaissant point encore la volonté de leur maître, auraient bien voulu que les Juifs eussent sursis l'ouvrage du temple, jusqu'à ce qu'ils eussent écrit à la cour de Perse, et reçu la réponse du roi. Mais Dieu, qui avait d'abord parlé à son peuple par ses prophètes pour les engager à reprendre cet ouvrage de piété, les affermit de nouveau

VERS. 8. — LAPIDE IMPOLITO. Alii, *marmoreo*, vel, *magno*. Alii, *lapide convolvendo*. LIGNA PONUNTUR IN PARIETIBUS, id est, parietes teguntur tabulis ligneis, hoc est, cedrinis. Vide not. ad 1 Reg. 6, 36 (1).

VERS. 9. — QUIS POSUIT VOBIS PRÆCEPTUM? Vide hæc paulò supra, v. 3 et 4.

VERS. 10. — ET ETIAM DE NOMINIBUS EORUM INTERROGAVIMUS EOS. Præterea nomina sua petiimus ab eis. QUI *sunt* DUCES EORUM, ad v., *qui in capite eorum*, id est, qui præerant illis.

VERS. 11. — ET EJUSCEMODI VERBUM RESPONDERUNT NOBIS, a. v., *et sic verbum reddiderunt nobis*. REX ISRAEL MAGNUS, etc., id est, Salomon potentissimus, vel opulentus. ÆDIFICAVIT, etc., vel, *ædificaverat et consummaverat*, sive perfecerat *eam*.

pour ne le point interrompre. C'est cette assistance toute divine, par laquelle *les anciens des Juifs* se sentirent encouragés, que l'Ecriture nomme *un regard favorable de l'œil de Dieu*: car c'est en nous regardant favorablement de cet œil divin de sa grâce, qu'il nous soutient contre tous nos ennemis, et nous en rend victorieux.

Le courage de ces Juifs fortifiés intérieurement par *ce regard favorable de l'œil de Dieu*, fut donc plus puissant que la crainte de la colère du roi de Perse, parce que lorsque Dieu regarde de cette sorte ses serviteurs, ils ne voient plus et n'écoutent plus ce que leur peut suggérer la crainte des hommes. On l'a vu principalement dans les martyrs, qui semblaient être devenus également sourds aux menaces des persécuteurs, et indifférents à tous leurs supplices. Attachés uniquement à cet œil de Dieu qui les regardait, à la voix intérieure de la vérité qui leur parlait, et qui enivrait divinement leurs âmes, ils souffraient tout dans une paix étonnante, songeant seulement à achever dans eux-mêmes l'édifice spirituel du temple de Dieu par la destruction de ce corps de mort que les bourreaux déchiraient, selon cette parole de saint Paul : *Si terrestris domus nostra dissolvatur, ædificationem ex Deo habemus*. (Sacy.)

VERS. 6. — STHARBUZANAI, ET CONSILIATORES EJUS ARPHASACHÆI. Utrùm Stharbuzanai nomen hominis sit, an alicujus ex gentibus, quas Salmanasar in Syriam misit, ignoramus. Noti sunt ex Herodoto et Stephano Busæi in Mediâ : ex his fortè Busis, vel Busæis originem traxit *Sethar*; nisi nomen id esse dignitatis arbitremur, in satrapæ appellatione comprehensum. Arphasachæi recensentur inter gentes ab Asenapharo missas, de quibus in capite præcedenti, v. 9. Eosdem credimus Perso-Scythas. (Calmet.)

(1) VERS. 8. — ÆDIFICATUR LAPIDE IMPOLITO. Septuaginta : *Lapidibus electis*.

LIGNA PONUNTUR IN PARIETIBUS. In structurâ muri tribus ordinibus lapidum addi consuevisse alterum è trabibus, opinamur. (Calmet.)

VERS. 12. — CHALDÆI, id est, qui regnabat in Chaldæâ. TRANSMIGRARE FECIT, id est, transtulit.

VERS. 13. — UT DOMUS DEI, etc., vel, UT DOMUM DEI HANC ÆDIFICARENT; sub. Judæi (1).

VERS. 14.—EDUXERAT, vel, *extulerat*, transtulerat. ET TULERAT, id est, et asportaverat, vel, deferenda jusserat. DUCEM, sub. transmigrationis, id est, eorum qui de captivitate Babylonicâ revertebantur in Jerusalem ac Judæam.

VERS. 15. — VADE, DEFERRE FAC, vel, *proficiscere, depone*, id est, colloca, sive constitue. Sine conjunctione verba; q. d. citò transfer illa in templum. IN LOCO SUO, id est, ubi antea fuerat (2).

(1) VERS. 13. — CYRUS REX PROPOSUIT EDICTUM, quo templi restitutionem permittebat. Nequicquam contra annitentibus adversariis, jus sibi concessum priore edicto templum ædificandi minimè negligendum censuêre Judæi; neque enim constabat sive revocatum fuisse, vel etiam revocari posse, cùm edicta regum Persarum semel de consilio optimatum proposita semper vigerent. (Calmet.)

(2) VERS. 15. — HÆC VASA TOLLE, ET VADE, ET PONE EA IN TEMPLO, QUOD EST IN JERUSALEM, ET DOMUS DEI ÆDIFICETUR. Est hysteronproteron, sive ordo præposterus: priùs enim erat ædificanda domus Dei sive templum, antequàm in eâ vasa à Chaldæis ablata reponi possent; ita Cajet., aut certè per templum intellige locum, et gazophylacium vicinum templo jam exusto; in hoc enim inferebantur et servabantur vasa et dona templi. (Corn. à Lap.)

VERS. 16. — EX EO TEMPORE USQUE NUNC ÆDIFICATUR. Ægrè credimus, hæc respondisse Zorobabelem et principes Israelis Thathanai sociisque, cùm palàm omnibus esset, templi ædificium intermissum diù jacuisse. Id tamen facilè de suo adjecerunt regis ministri, vel illud significabant, Judæos nunquàm cessâsse ab aliquo saltem levissimo opere, etiam regiis jussionibus prohibitos.

SASSABASAR POSUIT FUNDAMENTA TEMPLI. Jam superiùs, 1, 8, animadvertimus, Sassabasarum Hierosolymæ præfecturâ donatum à Cyro fuisse, ut Judæos patriæ restitutos moderaretur. Jecit ille templi fundamenta, utpote primus inter ministros regis, qui restitutionem ejus ædificii imperaverat. (Calmet.)

Depuis ce temps-là, on a toujours travaillé à cet édifice, et il n'est pas encore achevé. Il paraît de plus en plus que les officiers étaient favorables au dessein des Juifs, et qu'ils voulaient principalement se mettre à couvert du reproche qu'on eût pu leur faire, s'ils n'eussent point averti la cour de ce qui se passait en Judée: car, outre que dans la lettre qu'ils écrivirent au roi de Perse, ils témoignèrent leur vénération pour le Seigneur le Dieu d'Israël, en nommant son temple *la maison du grand Dieu,* ce que des païens n'avaient pas accoutumé de faire, eux qui étaient d'ordinaire aussi opposés à la religion du vrai Dieu, qu'attachés aveuglément aux superstitions du paganisme, ils y disent tout ce qui pouvait paraître plus favorable aux desseins des Juifs. Ils rapportent que le sentiment de ce peuple était que ce même temple qu'ils rebâtissaient n'avait été détruit par Nabuchonosor, qu'à cause de leurs péchés qui leur avaient *attiré la colère du Dieu du ciel;* que s'ils avaient entrepris de le rebâtir, c'avait été en suivant les ordres du roi Cyrus, et que depuis ce temps-là, *on avait toujours travaillé à cet édifice.* Or ils ne pouvaient ignorer que le prédécesseur du roi Darius n'eût fait interrompre ce travail, puisqu'ils ne lui écrivaient eux-mêmes qu'après avoir su que les Juifs avaient de nouveau recommencé à y travailler. Lors donc qu'ils disent au roi *qu'on a toujours travaillé depuis ce temps-là à cet édifice,* ils veulent visiblement lui rendre la chose plus favorable, et lui faisant voir que les Juifs ne travaillaient au temple de Jérusalem qu'en exécution des ordres du roi Cyrus, qui avait rendu pour cela la liberté à tous les captifs, ils s'abstiennent, au contraire, de lui parler de la défense que leur avait faite son prédécesseur d'en continuer le bâtiment.

Heureux les princes dont les ministres, semblables à ceux de ce roi, s'acquittent de telle sorte de leur ministère, que sans manquer à ce qu'ils doivent à leur maître, ils favorisent en même temps de tout leur pouvoir ce qui peut contribuer et à la gloire de Dieu et à l'avantage de ses serviteurs! Il est vrai que ces officiers auraient dû ne pas user de mensonge pour servir les Juifs, puisqu'il n'est jamais permis de mentir pour procurer même l'avantage de la religion, dont toute la gloire et toute la force consiste dans la vérité. Mais si l'on pouvait blâmer ce mensonge officieux dans les infidèles, que dira-t-on de ces mensonges cruels et meurtriers que les ennemis de la piété ont employés dans tous les siècles pour accabler l'innocence des plus justes? (Sacy.)

VERS. 17. — SI REGI BONUM, id est, si regi videatur, aut placuerit. IN DOMO THESAURORUM. Vide in primo versu sequentis capitis. AN SIT A CHORES, id est, itane res habeat quod, etc. UT ÆDIFICARENT, sub. Judæi, id est, de extruendâ, sive instaurandâ æde. ET VOLUNTATEM REGIS. Antecedens pro relativo, id est, voluntatem suam super hâc re rex mittat ad nos.

CAPUT VI.

1. Tunc Darius rex præcepit, et recensuerunt in bibliothecâ librorum qui erant repositi in Babylone.

2. Et inventum est in Ecbatanis, quod

CHAPITRE VI.

1. Alors, d'après l'ordre du roi Darius, on fit des recherches dans la bibliothèque des livres qui étaient à Babylone,

2. Et il se trouva à Ecbatane, qui est un

est castrum in Medenâ provinciâ, volumen unum, talisque scriptus erat in eo commentarius :

3. Anno primo Cyri regis : Cyrus rex decrevit, ut domus Dei ædificaretur, quæ est in Jerusalem, in loco ubi immolent hostias, et ut ponant fundamenta supportantia altitudinem cubitorum sexaginta, et latitudinem cubitorum sexaginta :

4. Ordines de lapidibus impolitis tres, et sic ordines de lignis novis : sumptus autem de domo regis dabuntur.

5. Sed et vasa templi Dei aurea et argentea, quæ Nabuchodonosor tulerat de templo Jerusalem, et attulerat ea in Babylonem, reddantur et referantur in templum in Jerusalem in locum suum, quæ et posita sunt in templo Dei.

6. Nunc ergo Thathanai dux regionis quæ est trans flumen, Stharbuzanai, et consiliarii vestri Apharsachæi, qui estis trans flumen, procul recedite ab illis.

7. Et dimittite fieri templum Dei illud à duce Judæorum, et à senioribus eorum, ut domum Dei illam ædificent in loco suo.

8. Sed et à me præceptum est, quid oporteat fieri à presbyteris Judæorum illis, ut ædificetur domus Dei, scilicet ut de arcâ regis, id est, de tributis, quæ dantur de regione trans flumen, studiosè sumptus dentur viris illis, ne impediatur opus.

9. Quòd si necesse fuerit, et vitulos, et agnos, et hædos, in holocaustum Deo cœli, frumentum, sal, vinum et oleum, secundùm ritum sacerdotum qui sunt in Jérusalem, detur eis per singulos dies, ne sit in aliquo querimonia,

10. Et offerant oblationes Deo cœli, orentque pro vitâ regis et filiorum ejus.

11. A me ergo positum est decretum : Ut omnis homo qui hanc mutaverit jussionem, tollatur lignum de domo ipsius, et erigatur et configatur in eo, domus autem ejus publicetur.

12. Deus autem qui habitare fecit nomen suum ibi, dissipet omnia regna, et populum qui extenderit manum suam, ut repugnet et dissipet domum Dei illam

château de la province de Médie, un volume où était écrit ce mémoire :

3. La première année du règne du roi Cyrus : Le roi Cyrus a ordonné que la maison de Dieu qui est à Jérusalem fût rebâtie dans le lieu où elle était pour y offrir des hosties, et qu'on en posât les fondements qui pussent porter un édifice de soixante coudées de haut et de soixante coudées de large ;

4. Qu'il y eût trois étages de pierres non polies, et autant de rangs de bois tout neuf, et que l'argent pour cette dépense fût fourni de la maison du roi ;

5. Que l'on rendît aussi les vases d'or et d'argent du temple de Dieu, que Nabuchodonosor avait transportés du temple de Jérusalem à Babylone, et qu'ils fussent reportés dans ce temple, au même lieu où ils avaient été autrefois placés dans le temple de Dieu.

6. Maintenant donc, vous, Thathanaï, chef du pays qui est au-delà du fleuve, Stharbuzanaï, et vous, Apharsachéens leurs conseillers, qui demeurez au-delà du fleuve, retirez-vous loin des Juifs ;

7. Et n'empêchez point le chef de ces Juifs et leurs anciens de travailler au temple de Dieu, et de bâtir sa maison dans le même lieu où elle était.

8. J'ai ordonné aussi de quelle manière on doit en user envers les anciens des Juifs pour rebâtir cette maison de Dieu ; savoir que de l'épargne du roi et des tributs qui se lèvent sur le pays au-delà du fleuve, on leur fournisse avec soin tout ce qui sera nécessaire pour les frais, afin que l'œuvre ne soit pas arrêtée.

9. Que s'il est nécessaire, on leur donne chaque jour des veaux, des agneaux et des chevreaux pour les offrir en holocauste au Dieu du ciel, le froment, le sel, le vin et l'huile, selon les cérémonies des prêtres qui sont á Jérusalem, sans qu'on leur laisse aucun sujet de se plaindre,

10. Afin qu'ils offrent des sacrifices au Dieu du ciel, et qu'ils prient pour la vie du roi et de ses enfants.

11. Ce décret a donc été porté par moi. Si quelqu'un contrevient à cet édit, qu'on tire une pièce de bois de sa maison, qu'on la plante en terre, qu'on l'y attache, et que sa maison soit confisquée.

12. Que le Dieu qui a établi son nom en ce lieu-là dissipe tous les royaumes et extermine le peuple qui étendra sa main pour s'opposer à sa volonté et pour ruiner cette maison qui

quæ est in Jerusalem. Ego Darius statui decretum, quod studiosè impleri volo.

13. Igitur Thathanai dux regionis trans flumen, et Stharbuzanai, et consiliarii ejus, secundùm quod præceperat Darius rex, sic diligenter executi sunt.

14. Seniores autem Judæorum ædificabant et prosperabantur, juxta prophetiam Aggæi prophetæ, et Zachariæ filii Addo : et ædificaverunt, et construxerunt, jubente Deo Israel, et jubente Cyro, et Dario, et Artaxerxe, regibus Persarum.

15. Et compleverunt domum Dei istam, usque ad diem tertium mensis adar, qui est annus sextus regni Darii regis.

16. Fecerunt autem filii Israel, sacerdotes et Levitæ, et reliqui filiorum transmigrationis, dedicationem domûs Dei in gaudio.

17. Et obtulerunt in dedicationem domûs Dei, vitulos centum, arietes ducentos, agnos quadringentos, hircos caprarum pro peccato totius Israel duodecim, juxta numerum tribuum Israel.

18. Et statuerunt sacerdotes in ordinibus suis et Levitas in vicibus suis, super opera Dei in Jerusalem, sicut scriptum est in libro Moysi.

19. Fecerunt autem filii Israel transmigrationis, pascha, quartâ decimâ die mensis primi.

20. Purificati enim fuerant sacerdotes et Levitæ, quasi unus : omnes mundi ad immolandum pascha universis filiis transmigrationis, et fratribus suis sacerdotibus, et sibi.

21. Et comederunt filii Israel, qui reversi fuerant de transmigratione, et omnes qui se separaverant à coinquinatione gentium terræ ad eos, ut quærerent Dominum Deum Israel.

22. Et fecerunt solemnitatem azymorum septem diebus in lætitiâ, quoniam lætificaverat eos Dominus, et converterat cor regis Assur ad eos, ut adjuvaret manus eorum in opere domûs Domini Dei Israel.

est dans Jérusalem. Moi Darius j'ai fait cet édit, et je veux qu'il soit exécuté très-exactement.

13. Thathanaï, gouverneur des provinces au-delà du fleuve, Stharbuzanaï et leurs conseillers exécutèrent donc avec un grand soin tout ce que le roi Darius avait ordonné.

14. Cependant les anciens des Juifs continuaient de bâtir ; et tout leur succédait heureusement, selon la prophétie d'Aggee et de Zacharie, fils d'Addo. Ils travaillaient à cet édifice par le commandement du Dieu d'Israël et par l'ordre de Cyrus, de Darius et d'Artaxerxès, rois de Perse,

15. Et ils achevèrent la maison de Dieu le troisième jour du mois d'adar, la sixième année du règne du roi Darius.

16. Alors les enfants d'Israël, les prêtres et les Lévites, et tous les autres qui étaient revenus de captivité, firent la dédicace de la maison de Dieu avec de grandes réjouissances.

17. Et ils offrirent pour cette dédicace de la maison de Dieu cent veaux, deux cents béliers, quatre cents agneaux, douze boucs pour le péché de tout Israël, selon le nombre des tribus d'Israël.

18. Et ils établirent les prêtres en leurs ordres et les Lévites en leur rang sur toutes les œuvres de Dieu dans Jérusalem, selon qu'il est écrit dans le livre de Moïse.

19. Les enfants d'Israël qui étaient revenus de captivité, célébrèrent la pâque le quatorzième jour du premier mois.

20, Car les prêtres et les Lévites s'étaient tous purifiés comme s'ils n'eussent été qu'un seul homme ; et, étant tous purs, ils immolèrent la pâque pour tous les Israélites revenus de captivité, pour les prêtres leurs frères et pour eux-mêmes.

21. Les enfants d'Israël qui étaient retournés après la captivité mangèrent la pâque avec tous ceux qui, s'étant séparés de la corruption des peuples du pays, s'étaient joints à eux pour chercher le Seigneur Dieu d'Israël ;

22. Et ils célébrèrent la fête solennelle des pains sans levain pendant sept jours avec grande réjouissance, parce que le Seigneur les avait comblés de joie, et avait tourné vers eux le cœur du roi d'Assyrie, afin qu'il les favorisât de son assistance pour pouvoir rebâtir la maison du Seigneur Dieu d'Israël.

TRANSLATIO EX HEBRÆO.

1. Tunc Dariaves rex posuit præceptum, et quæsierunt in domo librorum thesaurorum, qui positi erant ibi in Babel. — 2. Et inventum est in scrinio scripturarum (lagenâ quæ erat) in palatio, quod *erat* in Madai provinciâ volumen unum, et sic scriptum *erat* intrinsecùs memoriale. — 3. Anno primo Chores regis, Chores rex posuit edictum, *ut* domus Dei *quæ est* in Jerusalaim domus ædificaretur, *quæ est* locus *in* quo immolant victimas, parietes ejus colligarentur. Altitudo ejus cubitorum sexaginta : latitudo ejus cubitorum sexaginta. — 4. Parietes, ex lapidibus marmoreis tres, et paries *interior* è lignis novis, et sumptus de domo regis dabitur. — 5. Et etiam vasa domûs Dei aurea et argentea, quæ Nebuchadnesar eduxerat è templo quod *erat* in Jerusalaim, et detulerat in Babel, reddant et vadant ad templum, quod *est* in Jerusalaim ad locum suum, et descendere facias (*descendant*) in domum Dei. — 6. Nunc Tattenai dux *eorum qui sunt* trans flumen, Setharbozenai, et socii eorum, Apharsechaie, qui *estis* trans flumen, longinqui estote inde. — 7. Dimittite ut fiat domus Dei hujus à duce Jehudæorum, et senioribus Jehudæorum : domus Dei hæc ædificabitur in loco suo. — 8. Et à me positum est edictum illi, quod facietis cum senioribus Jehudæorum istorum, in ædificando domum Dei hanc, et de substantiâ regis quæ est tributum trans flumen, festinanter reditus sit datus viris illis, ut non cessent. — 9. Et quod necessarium *fuerit*, et filii boum, et arietes, et agni in holocaustum sacerdotum, qui *sunt* in Jerusalaim, dabuntur eis per singulos dies, ut non sit error.— 10. Ut offerant suffimenta Deo cœli, et orent pro vitâ regis, et *pro* filiis ejus. — 11. Et à me positum est decretum, quòd omnis homo qui mutaverit verbum hoc, diruatur lignum è domo ejus, et erectum suspendatur in eo, et domus ejus sterquilinium fiat propter hoc. — 12. Deus autem qui habitare facit nomen suum ibi, dissipet omnem regem et populum qui miserit manum suam ad mutandum et corrumpendum domum Dei hanc, quæ *est* in Jerusalaim. Ego Dariaves posui decretum, festinanter fiat. — 13. Tunc Tartenai dux *eorum qui erant* trans flumen, Setharbozenai, et socii eorum, secundùm quòd misit Dariaves rex, secundùm hoc festinanter fecerunt. — 14. Seniores autem Jehudæorum ædificabant et prosperabantur, secundùm prophetiam Chaggai prophetæ, et Zechariah filii Hiddo, et ædificaverunt, et fundaverunt ex præcepto Dei Israel, et ex præcepto Chores, et Dariaves, et Arthachsasthe regis Paras. — 15. Et perfecta est domus hæc usque ad diem tertium mensis Adar, qui *est* annus sextus regni Dariaves regis. — 16. Et fecerunt filii Israel sacerdotes, et Levitæ, et reliqui filii transmigrationis dedicationem domûs Dei hujus cum gaudio. — 17. Et obtulerunt in dedicatione domûs Dei hujus vitulos centum, arietes ducentos, agnos quadringentos, et hircos caprarum pro peccato pro toto Israel duodecim, secundùm numerum tribuum Israel. — 18. Et statuerunt sacerdotes in divisionibus suis, et Levitas in distinctionibus suis super opera Dei quæ *erant* in Jerusalaim. — 19. Et fecerunt filii transmigrationis Pesach quartâ decimâ mensis primi. — 20. Purificati enim sunt sacerdotes et Levitæ tanquàm unus, cuncti ipsi mundi, et immolaverunt Pesach *pro* omnibus filiis transmigrationis, et fratribus eorum sacerdotibus, et seipsis (sibi ipsis). — 21. Et comederunt filii Israel qui reversi erant de transmigratione, et omnis qui se separaverat à coinquinatione gentium terræ ad eos, ut quærerent Dominum Deum Israel. — 22. Et fecerunt solemnitatem infermentatorum septem diebus cum lætitiâ, quia lætificaverat eos Dominus, et converti fecerat cor regis Assur ad eos, ad confortandum eos in opere domûs Dei Israel.

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — POSUIT PRÆCEPTUM, sub., ut requirerent, an ita res haberet. IN DOMO LIBRORUM THESAURORUM, id est, in bibliothecâ ubi thesauros reponebant, vel reponere solebant, sub., et non invenerunt illic. Deinde perquisierunt in aliis regionibus. Postea sequitur proximo versu : *Et inventum est,* etc. Olim duplices fuerunt bibliothecæ ; aliæ erant in quibus reservabantur libri qui spectabant ad eruditionem ; aliæ verò in quibus reponere solebant libros qui pertinebant ad rem nummariam : etiam alii sunt libri rationum, et alii libri sapientiæ ac philosophiæ. Hic autem loquitur de libris rationum, et ultimo versu præcedentis capitis (1).

(1) VERS. 1. — RECENSUERUNT IN BIBLIOTHECA LIBRORUM, QUI ERANT REPOSITI IN BABYLONE. Textus legit : *Quæsierunt in domo librorum, ubi gazæ repositæ in Babylone.* Ubi gazæ, ibi pariter erant publicæ tabulæ, ut uno eodemque in loco essent tabularium et thesaurus. Arabs fert solùm : *Cùm inspectum fuisset in archivis regiis, quæ erant in terrâ Babyloniæ.* Accuratâ perquisitione priùs investigata fuisse creduntur tabularia Babylonis; et cùm frustra id cederet, Ecbatanis in Mediâ, quò

Vers. 2.— In Scrinio, etc., a. v., *in Achmetha,* quo nomine multi intelligunt *Ecbatana*, ubi Persarum reges æstivam habebant stationem. *In Madai,* id est, Mediâ. Et sic, vel, *hujusmodi,* vel, *tale.* Memoriale. Commentarium intelligit (1).

facilè translatæ fuerant tabulæ rerum sub Cyro gestarum, perquisitum esse. Narrantur hæc versiculo sequenti. Malunt alii, *Babylonem* hìc poni pro regno, non pro ejusdem nominis urbe; statimque investigata fuisse tabularia Ecbatanis, Mediæ urbe, regni Babyloniæ, ubi publica erant imperii tabularia. Denique arbitrantur quidam, narrari in sequenti versiculo, inventas esse litteras Cyri et commentarios qui quærebantur, in pluteo epigraphen præferente : *Ecbatana in Mediâ.* Sed quid esse poterat affinitatis Hierosolymam Judæamque inter, et Ecbatana Mediæ, ut sub eo titulo res ad Hierosolymam et templum pertinentes continerentur? (Calmet.)

(1) Vers. 2. — Inventum est in Ecbatanis, quod est castrum in Medena provincia. Textus ad litteram : *Inventum est in Achmethâ in castro* (vel palatio) *quod in Mediâ,* Ecbatana condidit Dejoces Medorum rex primus; Phraortes auxit munivitque, ut in primum caput Judith annotabimus. Cœli illius temperies alliciebat reges Persidis, ut æstivos calores ibi transigerent. Interpretum plures vertunt : *Inventum est in pluteo,* vel in armario *palatii, ubi erat inscriptio Mediæ.* Septuaginta editionis Romanæ : *Inventum est in urbe in palatio volumen, et scriptus in eo commentarius.* Codices alii ferunt : *Inventum est in urbe Amathâ*, etc. Urbem hanc Arabs vocat *Athanam;* Syrus *Ahmathanam.* Hebræus : *Acmetham,* quæ vox redditur à nonnullis *lagena,* vel *scrinium* scripturarum. *Inventum est in scrinio, in castro quod est in Mediâ.* De Ecbatanis Vid. Iter Moschov. tom. 1, pag. 549. (Calmet.)

« Le premier livre d'Esdras, dit Voltaire, « raconte qu'on retrouva dans Ecbatane un « mémoire dans lequel étaient écrits ces mots: « La première année du roi Cyrus, le roi « Cyrus a ordonné que la maison de Dieu qui « est à Jérusalem fût rebâtie pour lui offrir des « hosties. Si les Juifs avaient le diplôme de « Cyrus donné à Babylone, pourquoi en cher- « cher un autre dans Ecbatane ? »

Les Juifs ne pouvaient-ils pas avoir des raisons très-fortes pour ne point se dessaisir de l'exemplaire de l'édit qui avait été délivré à Zorobabel, et surtout pour ne pas le confier à ceux qui leur suscitaient des oppositions et des traverses à la cour de Perse?

« Pourquoi en aller chercher un autre dans Ecbatane ? »

C'est qu'au temps de Darius, fils d'Hystaspe, les archives des rois de Perse et des Mèdes étaient conservées à Ecbatane, capitale de la Médie, où elles avaient été transférées lorsque ces rois y allèrent résider. Le critique ignorait-il que, selon Hérodote, Babylone se révolta au commencement du règne de Darius, qui la fit démanteler après l'avoir prise d'assaut? Il était bien naturel que les rois de Perse ne confiassent pas leurs personnes et des archives à des sujets si portés à la révolte qu'ils commencèrent à remuer, selon le même Hérodote, pendant l'usurpation du mage auquel Darius succéda. Peut-être aussi que le trésor et les registres avaient été transportés de Babylone à Ecbatane dès la fin du règne de Cyrus qui y passait, selon Xénophon, deux mois pendant chaque année. Le premier livre d'Esdras fait foi que ce fut dans *la forteresse d'Ecbatane* qu'on trouva le registre qui avait été ci-devant *à Babylone*, et qui contenait l'édit pour le rétablissement du temple de Jérusalem.

« Que veut dire la première année du règne « de Cyrus ? Il régna dans Ecbatane avant de « prendre Babylone. Il ne pouvait rien or- « donner concernant les Juifs esclaves à Ba- « bylone lorsqu'il n'était roi que des Mèdes. « Il y a ici une contradiction palpable. »

Il n'y a rien ici de *palpable* que l'ignorance et la mauvaise foi du critique. *La première année du règne de Cyrus à Babylone* est, selon tous les écrivains, la vingt-unième de son règne sur les Perses. C'est *du règne de Cyrus à Babylone* qu'Esdras date, ainsi que Xénophon et le canon de Ptolomée. C'est à Babylone que fut donné l'édit en faveur des Juifs. Le registre qui en faisait mention se trouve 20 ans après à Ecbatane, où les archives avaient été transportées : y a-t-il là, nous ne disons pas *contradiction palpable*, mais même la plus légère ombre de difficulté?

(Duclot.)

Vers. 3. — Posuit, vel, *fecit.* Domus. Sub., inquam, *ædificaretur.* Alii incipiunt decretum hoc modo : *Domus Dei, quæ est in Jerusalem*, *domus*, inquam, *ædificetur,* vel *ædificabitur. Quæ est* locus *in* quo immolant, vel, quæ erit *locus* in *quo immolabunt* hostias. Parietes ejus colligarentur. Scilicet lignis et trabibus. Alii legunt : *Fundamenta ejus contingantur,* vel, *contingentur.* Alii : *Fundamenta ejus sint portantia,* id est, firma, ut possint portare materiam superstruendam. Altitudo ejus cubitorum sexaginta, etc., sub. ad summum. Concessio est, non imperium. Idem dici potest de *latitudine.* Multi per *latitudinem* hìc intelligunt longitudinem. Pro τὸ *latitudo,* multi vertunt, *amplitudo ejus* (1).

(1) Vers. 3. — Ut ponant fundamenta supportantia altitudinem cubitorum sexaginta, et latitudinem cubitorum sexaginta. Legit Græcus : *Rex Cyrus posuit decretum de domo sacrâ Dei, ubi sacrificent igne perpetuo. Et posuit elevationem cubitorum sexaginta.* Nihil ibi de fundamentis, neque in Syriaco et Arabico; sed apud Chaldæum, qui archetypus est, disertè exprimuntur. Templum hoc à Zorobabele conditum, magnificentiâ quidem et opibus inferius, altitudine verò et latitudine superius erat Salomonico, quippe quod porrigeretur in altum et in latum cubitos sexaginta, cùm Salomonicum ipsâ suî mole non excederet viginti, triginta verò altitudinis haberet. Centùm altitudinis cubitos, totidemque latitudinis templo Domini tribuunt Rabbini, quorum

VERS. 4. — PARIETES, EX LAPIDIBUS.... TRES, vel, *ordines,* sub. parietum sint, vel erunt ex, etc. Vide quæ notavimus ad 1 Reg. 6, 36. E LIGNIS NOVIS, vel, *recentibus.* In libro Regum, *è tabulis cedrinis.* ET SUMPTUS, q. d. : Permitto ut templum Jerosolymitanum instauretur, idque sumptu proprio. Nempe dari jussit ligna, etc., forsan et aliquam pecuniæ summam ; cætera Judæi persolverunt, 1 Esd. 3, 7 (1).

VERS. 5. — REDDANT, vel, *restituant,* sub. ministri ac servi regis. ET VADANT, vel, *et eant, et proficiscantur;* sub. vasa illa, id est, referantur. ET DESCENDERE FACIAS. Mutat personam, et convertit sermonem suum ad Zorobabelem, quem vocavit supra Sesbasar. Deponas, inquit, omnia illa (2).

VERS. 6. — NUNC TATTENAI. Hùc usque decretum Cyri. Sequuntur Darii verba ad prius decretum adjuncta. DUX, id est, prorex. APHARSECHAIE, id est, Apharsachæi. LONGINQUI ESTOTE INDE, id est, procul recedite à Jerusalem ubi instauratur templum Dei : nolite esse impedimento iis qui instaurant illud (3).

VERS. 7. — DIMITTITE UT FIAT DOMUS, vel, *sinite opus domûs,* id est, ut fiat ac perficiatur templum hoc Dei. A DUCE, vel, *ducem,* etc. Subaudi verbum præcedens, dimittite, vel sinite.

VERS. 8. — QUOD FACIETIS, id est, quod volo vos facere. ET DE SUBSTANTIA, id est, nempe ut de opibus, facultatibus, etc. Declarat seipsum cùm mox dicit : *Quæ est tributum.* QUÆ EST TRIBUTUM TRANS FLUMEN. Alii, *De tributo* regionis quæ est *ultra flumen,* id est, quod solvere solent qui habitant ultra Euphratem. UT NON CESSENT, vel, *ut non faciant cessare;* sub. eos qui ædificant templum, id est, ne efficiant ut intermittatur instauratio templi (1).

si fidem admittamus, hæ profectò dimensiones templum ab Herode restitutum indicabunt, majus utique et amplius quàm Salomonicum et Zorobabelicum. Hâc certè mensurâ complectuntur illi alas templo contiguas, perpetuo ambitu circa Sanctum et Sanctuarium ductas. Eâdem planè complexione intelligendi sunt sexaginta cubiti latitudinis templi Zorobabelici. Josepho moles est centum cubitorum altitudinis, et sexaginta latitudinis; sed juxta dimensiones in Regibus et in Ezechiele recitatas, duos vel omninò quatuor et quinquaginta cubitos latitudinis, et nonaginta novem longitudinis, non superabat, ipsis etiam ædificiis atque alis, templo adhærentibus, comprehensis, uti superiùs animadversum est. (Calmet.)

(1) VERS. 4. — ORDINES DE LAPIDIBUS IMPOLITIS TRES, ET SIC ORDINES DE LIGNIS NOVIS. In templo Salomonico erant *tres ordines lapidum politorum, et unus ligni cedrini.*

SUMPTUS DE DOMO REGIS DABUNTUR. Ex iis quæ supra narrantur, collata fuisse à Cyro tota pecunia, sacro ædificio necessaria, non videtur. Jusserat enim tantummodò suppeditari cedrum è Libano, eamque Joppen usque deferri : sed opificibus mercedem et annonam Hebræi sufficiebant. Sumptus igitur à Cyro præstiti, annuam solummodò pensionem ab illo in usum ædificii datam, vel sumptus ad holocaustum quotidianum, significant. (Calmet.)

(2) VERS. 5. — POSITA SUNT IN TEMPLO, id est, ponenda sunt in templo ædificando. Septuag., *ut ponantur.* Meliùs, propriè, *posita sunt in templo,* id est, in gazophylacio templi, ut dixi c. 5, 15. Narrat enim Darius edictum Cyri jam esse expletum. Cyrus enim præceperat vasa reponi in templo ; Darius jam narrat esse reposita, juxta ejus præceptum. (Corn. à Lap.)

(3) VERS. 6, 7. — *Maintenant donc, vous, Thathanaï, chef du pays qui est au-delà du fleuve..... retirez-vous loin des Juifs, et n'empêchez point le chef et les anciens des Juifs de travailler au temple de Dieu, et de bâtir sa maison au lieu même où elle était.* Darius, roi des Perses, ayant fait chercher l'ordonnance de Cyrus touchant le temple de Jérusalem, la trouva dans ses archives, telle que la sainte Ecriture l'a rapportée en ce lieu, et il déclare présentement quelle était sa volonté sur ce sujet. Il mande donc à ses officiers qui demeuraient au-delà de l'Euphrate, à l'égard de la Judée, et qui l'avaient consulté sur le temple de Jérusalem qu'on rebâtissait : *Retirez-vous loin des Juifs,* c'est-à-dire, laissez-les en paix achever l'ouvrage qu'ils ont commencé; car c'est *le temple de Dieu;* et je ratifie le pouvoir que le roi Cyrus leur a donné, de *rebâtir cette maison* du Seigneur *au même lieu où elle a été.*

On ne sait ce qui nous doit étonner le plus, ou le zèle que ces princes témoignaient pour la réparation d'un temple qu'ils nommaient absolument *le temple de Dieu,* ou l'indifférence qu'ils faisaient paraître pour rendre à celui dont ils attestaient publiquement la divinité, le culte qu'ils lui devaient. Mais si c'était, d'une part, une preuve très-funeste de l'aveuglement de ces mêmes princes, qui se rendaient, comme dit S. Paul, inexcusables, en retenant *la vérité de Dieu dans l'injustice,* et en *transférant* toujours *aux créatures l'honneur qui n'est dû qu'à Dieu ;* c'était aussi, d'une autre part, une très-forte conviction de la vertu toute-puissante de ce même Dieu, qui remuait invisiblement leur cœur, et qui les faisait agir pour sa gloire malgré leur aveuglement, par un effet de cette autorité infaillible qu'il a sur les hommes, pour exécuter ses ordres divins par ceux mêmes qui en paraissent les plus éloignés. (Sacy.)

(1) VERS. 8. — A ME PRÆCEPTUM EST QUID OPORTEAT FIERI. Septuaginta : *A me decretum positum est, ne quid faciatis cum senioribus Judæorum.* Syrus : *A me latum est hoc decretum. Cavete igitur, ne impediatis Judæos,* etc. Arabs : *Mandato decerno ego, ut ne quam molestiam inferatis senioribus Judæorum.* Hi textûs Hebræi sententiam ita acceperunt : *Ita à me constitutum est : ut quid res erit vobis cum senioribus Judæorum ?* Ne quid molestiæ illis inferatis, ne quid cum illis rei habeatis, volo. (Calmet.)

Vers. 9. — Et quod necessarium, etc. Aliquid subaudiendum, sic : Et à me factum est, inquam, decretum, ut id quod, etc. Et filii boum, *et arietes, et agni*, etc. Solebant enim hæc omnia adhiberi et commisceri sacrificiis, oblationibus et libaminibus (1).

Vers. 10. — Suffimenta, id est, odores suavissimos et fragrantissimos (2).

Vers. 11. — Verbum hoc, id est, hoc meum decretum, vel constitutionem. Diruatur lignum, id est, diruendo extrahantur ligna. Et erectum, etc., id est, et in eo ligno quod remanserit in domo suâ rectum, sive erectum deleatur, id est, perdatur, hoc est, suspendatur. Sterquilinium fiat propter hoc, id est, sit tanquàm sterquilinium, hoc est, prorsùs destruatur, quòd contravenerit huic meo edicto. Mos erat Persarum, de damnati domo lignum sumere, de quo suspenderetur. Grot. Alii loco, *et erectum*, etc., vertunt : *Et erectus cædatur in eo*, sub. flagellis. Alii : *Lignum elevatum percutiatur super ipsum*, id est, palus transadigatur à natibus ad caput ejus (3).

(1) Vers. 9. — Ne sit in aliquo querimonia. Textus : *Ne in aliquo erret*. Sufficiantur omnia integrâ fide, ut nihil desit. Alii : *Absque morâ*, quantò citiùs.

(2) Vers. 10. — Et offerant oblationes Deo, etc. Ex quo patet, quòd iste rex habebat fidem unius veri Dei, nec tenebatur ad legem Mosaicam, cùm esset gentilis, ut frequenter dictum est. Sufficiebat enim gentilibus ad salutem, credere unum Deum providentem saluti hominum, per modum sibi congruum, et in hoc articulo providentiæ continetur totum Christi mysterium implicitè. (Lyranus.)

(3) Vers. 11, 12. — *Nous ordonnons que si quelqu'un, de quelque qualité qu'il soit, contrevient à cet édit, on tire une pièce de bois de sa maison, qu'on la plante en terre, qu'on l'y attache..... Que le Dieu qui a établi son nom en ce lieu-là, dissipe tous les royaumes*, etc. Peut-on croire que ce soit un infidèle qui parle si fortement pour la gloire du vrai Dieu ? Mais qui en sera surpris, lorsqu'on se souvient que Balaam, ce devin, ce magicien, ce vendeur de prédictions, ce prophète du démon et cet homme très-méchant, comme l'appellent les anciens, n'a pas laissé de servir à Dieu de ministre pour bénir son peuple, quoique Balac, roi des Moabites, l'eût mandé exprès pour le maudire : *Pourrais-je dire autre chose*, s'écria-t-il, en parlant à ce même prince, *que ce que le Seigneur m'aura commandé ?* Il parlait donc, parce que Dieu même le faisait parler, comme il mit aussi la parole dans la bouche de l'ânesse même qui le portait, pour lui reprocher sa cruauté. C'est ainsi, sans doute, que ces rois païens dont nous parlons, se déclarèrent alors en faveur des Juifs, et qu'ils ordonnèrent que le temple du vrai Dieu fût rebâti, même à leurs propres dépens, quoiqu'ils demeurassent, comme Balaam, toujours attachés à leurs damnables superstitions.

Vers. 12. — Dissipet, vel, *dejiciat*, sub. in terram. Ad mutandum, sub. hoc meum decretum. Festinanter, sive, *celeriter*, id est, diligenter et exactè.

Vers. 13. — Secundum quod misit, etc. vel, *miserat*, sub. per epistolam.

Vers. 14. — Secundum prophetiam Chaggai, etc. Per quos scilicet Dominus jusserat ac mandaverat, ut instaurarent templum. Filii, id est, nepotis. Fundaverunt, vel, *perfecerunt*. Chores, etc., id est, Cyri, Darii et Artaxerxis regis Persarum. Dicunt hunc Artaxerxem fuisse filium Darii, et tempore ejus absoluta fuisse quæcumque pertinebant ad ornatum templi. Etsi tunc solus Darius Judæis favebat, Cyrus tamen per repetitionem, et Artaxerxes Longimanus, qui post Xerxem Darii successorem regnavit, per occupationem recensetur. Edictum Cyri datum est anno mundi 3469 ; confirmatum est à Dario anno mundi 3485 ; ampliatum ab Artaxerxe Longimano, anno 3537, quo misit Esdram ; anno verò 3550, ab eodem rege missus est Jerosolymam Nehemias. Vide annot. sup. ad v. 7, cap. 4 (1).

Il n'y avait que Dieu seul qui pût lui mettre en la bouche ces paroles foudroyantes, par lesquelles il témoignait souhaiter *que le Dieu qui avait établi son nom dans Jérusalem*, c'est-à-dire, qui s'y était fait connaître et adorer, *dissipât tous les royaumes, et exterminât tous les peuples qui entreprendraient de ruiner le temple qu'il y avait*. Car un tel souhait supposait la toute-puissance de ce Dieu, et la sainteté de sa religion, que ce prince néanmoins ne pouvait connaître qu'autant que la conjoncture présente de l'état des Juifs, et l'accomplissement nécessaire des ordres de Dieu, demandaient qu'il en eût la connaissance, pour y contribuer par l'autorité que lui-même avait mise entre ses mains. (Sacy.)

(1) Vers. 14. — Ædificaverunt, etc., jubente Cyro et Dario et Artaxerxe. Hoc refer non ad ædificationem templi in se, puta Sancti et Sancti sanctorum ; hæc enim perfecta est anno sexto Darii, v. 15, sed ad consummationem atriorum et ornamentorum templi, et ad prosperitatem oblationum, donorum et celebritatum templi ; hæc enim perfecta est sub Artaxerxe. Rursùm templi fabrica consummata fuit sub Dario, urbis verò Jerusalem sub Artaxerxe.

Quæres quis fuit hic Artaxerxes, de quo hìc et c. 7 et seq. Nonnulli putant esse Xerxem ; hic enim fuit Darii Hystaspis filius, eique in regno successit. Neque enim apparet ratio cur Esdras omiserit Xerxem, et per saltum à Dario avo transiliat ad nepotem Artaxerxem Longimanum, præsertim cùm celeberrimus fuerit hic Xerxes, utpote qui undecies centena millia militum duxit in aciem contra Græcos, ac copiis suis terras, classibus maria stravit, ideòque priùs fuit terror Græciæ, sed mox ludibrium, cùm victus penè solus fugere coactus

VERS. 15. — ET PERFECTA EST DOMUS HÆC USQUE AD DIEM TERTIUM MENSIS ADAR, QUI est ANNUS SEXTUS, etc. Completa est igitur ædificatio templi anno mundi 3489, ante viginti annos sub Cyro inchoata. Igitur quod dicunt Judæi Joan. 11, 20, *quadraginta et sex annis ædificatum est templum hoc,* aut verum non est, aut de templo à Zorobabele extructo non præcisè, sed forsan de omni tempore insumpto ad ædificandum templum secundum à Zorobabele, simul et à summo sacerdote Simone, Eccli. 51, 2; à Machabæis, 1, Mach. 4, 36, et ab Herode magno accipiendum est. ADAR est mensis duodecimus qui respondet partim nostro februario, partim martio. QUI, sub. annus (1).

16. TRANSMIGRATIONIS, id est, qui de transmigratione redierant (1).

VERS. 17. — HIRCOS CAPRARUM, sub. filios. PRO PECCATO, id est, in sacrificium pro peccato (2).

VERS. 18.—IN DIVISIONIBUS SUIS, id est, juxta classes suas. Fecerunt ex sacerdotibus diversas classes, juxta quas vicissim rem sacram agerent Deo in templo. Similiter et ex Levitis, ut ipsi per vices suas ministrarent. SUPER OPERA *Dei,* vel, *in ministerio Dei.*

VERS. 19. — QUARTA DECIMA, sub. die (3).

VERS. 20. — TANQUAM UNUS, vel pariter, id est, omnes (4). PESACH, id est, agnum paschalem.

VERS. 21.— ET OMNIS QUI SE SEPARAVERAT, etc.,

est. Unde Xerxem speciatim descripsit Daniel c. 11, 1. Adde, Xerxes optimè in Judæos fuit affectus, ut narrat Josephus lib. 11 Antiq. c. 5; quare videtur ipse fabricam templi promovisse. Denique Esdras, jam planè grandævus et senex, non videtur post tempora Xerxis idoneus fuisse tam arduæ legationi in Jerusalem, de quâ c. 7, v. 6. Unde Josephus ait Esdram senem sub Xerxe vitâ functum non multò post reformatam rempub. Quocirca in hâc reformatione clauditur hic liber gestorum Esdræ.

Verùm alii passim probabiliùs censent Artaxerxem hunc esse Longimanum Xerxis filium, primò quia non Xerxes, sed Longimanus propriè ab omnibus historicis vocatur Artaxerxes, secundò idem liquet ex continuatione hujus historiæ cum historiâ Nehemiæ, quæ olim unus erat liber cum hoc Esdræ. Nam qui hìc dicitur Artaxerxes, et qui, c. 7, anno septimo regni sui misit Esdram in Jerusalem, idem Nehemiæ c. 2, v. 5, dicitur eòdem misisse Nehemiam anno regni sui vigesimo : ille autem qui misit Nehemiam, fuit Longimanus, ut ibi patebit. Causa cur Esdras Xerxem omiserit, est quòd ille totus occupatus bello Græco, non cogitârit de Judæis et templo, nec quid opis ad hoc eis contulerit. Porrò Josephus confundit Xerxem cum Artaxerxe, nam Xerxi dat 28 annos, cùm constet eum nonnisi viginti annos regnâsse : quare cæteri octo anni dandi sunt Artaxerxi. Causa cur Artaxerxes tam benevolus fuerit Judæis, fuit Esther, quam multi putant ejus fuisse uxorem, ideòque ab eo suspensus fuit Aman, Mardochæus verò exaltatus. (Corn. à Lap.)

(1) Petes, quomodò dicatur hìc, Judæos *complevisse domum Dei anno sexto regni Darii regis,* cùm versu præcedenti dicantur iidem ædificâsse non modò *jubente Dario,* sed et *Artaxerxe* Longimano rege Persarum quinto ? — Respondeo : Sub Artaxerxe non templum ædificârunt, sed urbem Jerosolymitanam, sub Dario verò compleverunt fabricam templi; et hoc quidem anno regni ejus sexto compleverunt *Sanctuarium et Sanctum sanctorum* (quod propriè templum vocatur), sed non nisi ad altitudinem 60 cubitorum, ut hìc insinuatur vers. 3, cùm Salomonis templum fuisset duplò altius, ut dixi 3 Reg. 6. Porrò in atriis et porticibus instaurandis alio integro triennio occupati fuerunt : nam, teste Josepho

protracta fuit ea fabrica usque ad *annum nonum Darii.* (Tirinus.)

(1) VERS. 16. — FILII ISRAEL, id est, Judæi et Benjaminitæ, aliique fortè ex tribubus aliis. Ili per synecdochen totius nomine notantur. FILIORUM TRANSMIGRATIONIS. Asperam eorum fortunam memorat, ut unde essent erepti, et quem in locum restituti, meminissent. DEDICATIONEM, *initiationem, renovationem,* hoc est, hanc ædem cultui Dei et religionis officiis dicârunt, ut deinceps semper esset eisdem usibus dedicata, et à reliquis usibus segregata; idque adhibitis ritibus ac cæremoniis divinitùs institutis. (Wolphius.)

(2) VERS. 18. — ET STATUERUNT SACERDOTES, etc. Hunc ordinem, qui cum reliquis corruptus atque confusus fuerat, emendare aggrediuntur, et in integrum restituere. Tempora meliora meliores postulant mores. (Synopsis.)

PRO PECCATO TOTIUS ISRAEL DUODECIM. — Etsi enim decem tribus abductæ essent, nonnullos tamen ex plebe remansisse tam ex hoc loco colligitur, quàm ex 2 Par. 30, 1, 5, 10, 11, et 34, 7, 9, et 35, 3, 17, et Esd. 8, 35, Act. 26, 7. (Bochartus.)

PRO PECCATO ISRAEL. Sic in dedicatione primi altaris Num. 7, 87, legimus immolatos hircos duodecim pro peccato. De sacrificio pro peccato populi, vide Riberam de Templo lib. 4, cap. 6. (Menochius.)

(3) VERS. 19. — FECERUNT... PASCHA. Nunc primùm, ut videtur, quia nec tempus pacatum erat, nec locus satis capax tantæ multitudinis, etc., nec purificarentur, etc., ut sequitur in vers. 20. (Sanctius.)

FECERUNT AUTEM FILII ISRAEL, id est, filii Israel qui venerant de transmigratione.

PASCHA QUARTA DECIMA, secundùm quod præcipitur Exod. 12. (Lyranus.)

(4) VERS. 20. — QUASI UNUS, non minore scilicet curâ ac diligentiâ, quàm si unus aliquis duntaxat fuisset purificandus. (Menochius.)

QUASI UNUS. Quidam connectunt cum sequentibus : *Erantque pariter* omnes puri. (Munsterus.) FILIIS TRANSMIGRATIONIS, etc.; qui nimirùm ipsi mactâssent, si fuissent æquè mundi. (Bochartus.)

id est, qui de infidelitate gentium conversi erant ad fidem : hoc est, proselyti.

Vers. 22. — Et converti fecerat. Hebraismus, id est, quòd reddidisset illum eis propitium, qui antea erat animo infenso in eos. Meminit hìc regis Assyriorum, quòd tunc qui rex erat Persarum, erat etiam rex Assyriorum : at rex Assyriorum abduxerat decem tribus captivas (1). Ad confortandum eos, ad verbum, *ad roborandum manus eorum*, id est, ut fortificaret eos.

(1) Et converterat cor regis Assur, sive Assyriæ. Superior tractus regni Persici, qui ad mare Caspium, Assyria; inferior, qui ad Rubrum mare vel sinum Persicum pertinebat, dicebatur Persis. Porrò, Darius communicato regno cum Artaxerxe filio, citeriores ac meridianas regni partes ei commiserat, sibi verò ulteriores et boreales, sive superiores, regendas assumpserat, utpote sibi magis exploratas; quamobrem rex Assyriæ hoc loco appellatur. Illius autem hìc fit mentio, quòd hæc altera pars Judæorum reducum ex superiore illo tractu regni Persici profecta sit, quemadmodùm ex inferiore tractu illius discesserant plurimùm ii quos priùs Zerubbabel reduxerat in Judæam. (Junius.)

Regis Assur. Sic vocatur hìc Persarum monarcha Darius : quia Assyriorum monarchia olim ut toto orbe celeberrima, sic Judæis notissima erat, à quâ toties vexati, ac demùm etiam captivi abducti fuerant. Deinde, quia rex Persarum, uti alia Orientis regna, sic et Assyriam olim omnium dominam nunc suo subjectam habebat imperio, eratque et vocabatur non minùs rex Assyriorum, quàm Chaldæorum, Medorum, vel Persarum, ut solent potentiores monarchæ varios variorum regnorum, quibus imperant, titulos, nunc hos, nunc illos, nunc simul omnes usurpare. (Tirinus.)

Darius vocatur *rex Assur*, sicut rex Franciæ dicitur rex Navarræ. (Lyranus.)

CAPUT VII.

1. Post hæc autem verba, in regno Artaxerxis regis Persarum, Esdras filius Saraiæ, filii Azariæ, filii Helciæ,

2. Filii Sellum, filii Sadoc, filii Achitob,

3. Filii Amariæ, filii Azariæ, filii Maraioth.

4. Filii Zarahiæ, filii Ozi, filii Bocci,

5. Filii Abisue, filii Phinees, filii Eleazar, filii Aaron sacerdotis ab initio.

6. Ipse Esdras ascendit de Babylone, et ipse scriba velox in lege Moysi, quam Dominus Deus dedit Israel, et dedit ei rex, secundùm manum Domini Dei ejus super eum, omnem petitionem ejus.

7. Et ascenderunt de filiis Israel, et de filiis sacerdotum, et de filiis Levitarum, et de cantoribus, et de janitoribus, et de Nathinæis, in Jerusalem, anno septimo Artaxerxis regis.

8. Et venerunt in Jerusalem mense quinto, ipse est annus septimus regis.

9. Quia in primo die mensis primi cœpit ascendere de Babylone, et in primo die mensis quinti venit in Jerusalem, juxta manum Dei sui bonam super se.

10. Esdras enim paravit cor suum, ut investigaret legem Domini, et faceret et doceret in Israel præceptum et judicium.

11. Hoc est autem exemplar epistolæ edicti, quod dedit rex Artaxerxes Esdræ sacerdoti, scribæ erudito in sermonibus

CHAPITRE VII.

1. Après cela, sous le règne d'Artaxerxès *Longue-Main*, roi de Perse, Esdras, fils de Saraias, fils d'Azarias, fils d'Helcias,

2. Fils de Sellum, fils de Sadoc, fils d'Achitob,

3. Fils d'Amarias, fils d'Azarias, fils de Maraïoth,

4. Fils de Zarahias, fils d'Ozi, fils de Bocci,

5. Fils d'Abisué, fils de Phinéès, fils d'Eléazar, fils d'Aaron le premier pontife;

6. Esdras, *dis-je*, vint de Babylone ; il était docteur, et fort habile dans la loi de Moïse, que le Seigneur Dieu avait donnée à Israël. Et le roi lui accorda tout ce qu'il lui avait demandé, parce que la main favorable du Seigneur son Dieu était sur lui.

7. Et plusieurs des enfants d'Israël, des enfants des prêtres, des enfants des Lévites, des chantres, des portiers et des Nathinéens, vinrent à Jérusalem en la septième année du roi Artaxerxès.

8. Et ils arrivèrent à Jérusalem au cinquième mois de la septième année de ce roi.

9. Il partit de Babylone le premier jour du premier mois, et arriva à Jérusalem le premier jour du cinquième mois, selon la main favorable de son Dieu sur lui;

10. Car Esdras avait préparé son cœur pour rechercher la loi du Seigneur, et pour exécuter et enseigner dans Israël ses préceptes et ses ordonnances.

11. Voici la copie de la lettre en forme d'édit que le roi Artaxerxès donna à Esdras, prêtre et docteur instruit dans les paroles et

et præceptis Domini, et cæremoniis ejus in Israel :

12. Artaxerxes rex regum Esdræ sacerdoti, scribæ legis Dei cœli doctissimo, salutem.

13. A me decretum est, ut cuicumque placuerit in regno meo de populo Israel, et de sacerdotibus ejus, et de Levitis, ire in Jerusalem, tecum vadat.

14. A facie enim regis, et septem consiliatorum ejus missus es, ut visites Judæam et Jerusalem in lege Dei tui, quæ est in manu tuâ :

15. Et ut feras argentum et aurum, quod rex et consiliatores ejus spontè obtulerunt Deo Israel, cujus in Jerusalem tabernaculum est.

16. Et omne argentum et aurum quodcumque inveneris in universâ provinciâ Babylonis, et populus offerre voluerit, et de sacerdotibus quæ spontè obtulerint domui Dei sui, quæ est in Jerusalem,

17. Liberè accipe : et studiosè eme de hâc pecuniâ vitulos, arietes, agnos et sacrificia et libamina eorum, et offer ea super altare templi Dei vestri, quod est in Jerusalem.

18. Sed et si quid tibi et fratribus tuis placuerit, de reliquo argento et auro, ut faciatis, juxta voluntatem Dei vestri facite.

19. Vasa quoque quæ dantur tibi in ministerium domûs Dei tui, trade in conspectu Dei in Jerusalem.

20. Sed et cætera, quibus opus fuerit in domum Dei tui, quantùmcumque necesse est ut expendas, dabitur de thesauro et fisco regis,

21. Et à me. Ego Artaxerxes rex statui atque decrevi omnibus custodibus arcæ publicæ, qui sunt trans flumen, ut quodcumque petierit à vobis Esdras sacerdos, scriba legis Dei cœli, absque morâ detis,

22. Usque ad argenti talenta centum, et usque ad frumenti coros centum, et usque ad vini batos centum, et usque ad batos olei centum, sal verò absque mensurâ.

23. Omne quod ad ritum Dei cœli per-

les préceptes du Seigneur et dans les cérémonies qu'il a ordonnées à Israël :

12. Artaxerxès, roi des rois, à Esdras prêtre et docteur très-savant dans la loi du Dieu du ciel, salut.

13. Il a été décrété par moi que dans mon royaume quiconque du peuple d'Israël, de ses prêtres et de ses Lévites, désirera aller à Jérusalem, s'y rende avec vous ;

14. Car vous êtes envoyé par le roi et par ses sept conseillers pour visiter la Judée et Jérusalem, selon la loi de votre Dieu, qui est en votre main,

15. Et pour porter l'argent et l'or que le roi et ses conseillers ont volontairement offert au Dieu d'Israël, qui a établi son tabernacle à Jérusalem.

16. Prenez avec toute liberté tout l'or et l'argent que vous trouverez dans toute la province de Babylone, que le peuple aura voulu offrir, et que les prêtres auront offert d'eux-mêmes au temple de leur Dieu, qui est dans Jérusalem ;

17. Et ayez soin d'acheter de cet argent des veaux, des béliers, des agneaux, et des hosties avec leurs libations, pour les offrir sur l'autel du temple de votre Dieu, qui est à Jérusalem.

18. Si vous trouvez bon, vous et vos frères, de disposer de quelque autre manière du reste de l'argent et de l'or qui vous aura été donné, usez-en selon la volonté de votre Dieu.

19. Placez aussi devant votre Dieu les vases qui vous sont donnés pour servir au ministère du temple de votre Dieu.

20. S'il est nécessaire de faire quelque autre dépense pour la maison de votre Dieu, quelque grande qu'elle puisse être, on vous fournira de quoi la faire du trésor et de l'épargne du roi,

21. Et de ce que je vous donnerai en particulier. Moi Artaxerxès, roi, j'ordonne et je commande à tous les gardes du trésor public qui sont au-delà du fleuve, qu'ils donnent sans retard à Esdras, prêtre et docteur de la loi du Dieu du ciel, tout ce qu'il leur demandera,

22. Jusqu'à cent talents d'argent, cent muids de froment, cent tonneaux de vin, cent barils d'huile, et du sel sans mesure.

23. Qu'on ait grand soin de fournir au tem-



tinet, tribuatur diligenter in domo Dei cœli : ne fortè irascatur contra regnum regis, et filiorum ejus.

24. Vobis quoque notum facimus de universis sacerdotibus et Levitis, et cantoribus et janitoribus, Nathinæis, et ministris domûs Dei hujus, ut vectigal, et tributum, et annonas, non habeatis potestatem imponendi super eos.

25. Tu autem, Esdra, secundùm sapientiam Dei tui, quæ est in manu tuâ, constitue judices et præsides, ut judicent omni populo qui est trans flumen, his videlicet qui noverunt legem Dei tui, sed et imperitos docete liberè.

26. Et omnis qui non fecerit legem Dei tui, et legem regis diligenter, judicium erit de eo, sive in mortem, sive in exilium, sive in condemnationem substantiæ ejus, vel certè in carcerem.

27. Benedictus Dominus Deus patrum nostrorum, qui dedit hoc in corde regis, ut glorificaret domum Domini, quæ est in Jerusalem,

28. Et in me inclinavit misericordiam suam coram rege et consiliatoribus ejus, et universis principibus regis potentibus! Et ego confortatus manu Domini Dei mei, quæ erat in me, congregavi de Israel principes qui ascenderent mecum.

ple du Dieu du ciel tout ce qui sert à son culte, de peur que sa colère ne s'allume contre le royaume du roi et de ses enfants.

24. Nous vous déclarons aussi que vous n'aurez point de pouvoir d'imposer ni taille, ni tribut, ni d'autres charges sur aucun des prêtres, des Lévites, des chantres, des portiers, des Nathinéens et des ministres de ce temple de Dieu.

25. Et vous, Esdras, établissez des juges et des magistrats, selon la sagesse que votre Dieu vous a donnée, afin qu'ils jugent tout le peuple qui est au-delà du fleuve, c'est-à-dire tous ceux qui connaissent la loi de votre Dieu; et enseignez aussi avec liberté ceux qui auront besoin d'être instruits.

26. Quiconque n'observera pas exactement la loi de votre Dieu et cette ordonnance du roi, sera condamné ou à la mort, ou à l'exil, ou à une amende sur son bien, ou bien à la prison.

27. Béni soit le Seigneur Dieu de nos pères, qui a inspiré au roi cette pensée de relever la gloire du temple du Seigneur qui est dans Jérusalem,

28. Et qui par sa miséricorde m'a fait trouver grâce devant le roi et ses conseillers et devant tous les princes puissants de sa cour! C'est pourquoi, étant soutenu de la main du Seigneur mon Dieu qui était sur moi, j'ai assemblé les premiers d'Israël pour venir avec moi à Jérusalem.

TRANSLATIO EX HEBRÆO.

1. Et post hæc in regno Arthachsasthe regis Paras, erat Hezra filius Seraiah, filii Hazariah, filii Chilchiiah, — 2. filii Sallum, filii Sadoc, filii Achitub, — 3. filii Amoria, filii Hazariah, filii Meraioth, — 4. filii Zerachiah, filii Huzzi, filii Bucchi, — 5. filii Abisuah, filii Pinechas, filii Elhazar, filii Aharon sacerdotis primi. — 6. Ipse Hezra ascendit è Babel, et erat scriba velox in lege Moseh, quam dedit Dominus Deus Israel : et dedit ei rex secundùm manum Domini Dei sui super eum omnem petitionem ejus. — 7. Et ascenderunt de filiis Israel, et de sacerdotibus, et Levitis, et cantoribus, et janitoribus, et Nethinim in Jerusalaim anno septimo Arthachsasthe regis. — 8. Et venit in Jerusalaim quinto mense, ipse est annus septimus regis. — 9. Quia in primâ mensis primi fuit initium ascensionis de Babel, et in primâ mensis quinti venit in Jerusalaim, secundùm manum Dei sui bonam super eum. — 10. Quia Hezra paravit cor suum, ut quæreret legem Domini, et faceret, et doceret Israel præceptum et judicium. — 11. Et hoc est exemplar epistolæ, quam dedit rex Arthachsasthe Hezræ sacerdoti scribæ, scribæ verborum præceptorum Domini, et statutorum ejus super Israel. — 12. Arthachsasthe rex regum Hezræ sacerdoti, scribæ legis Dei cœli consummato, et Chenenoth. — 13. A me positum est decretum, quòd omnis qui spontaneus est in regno meo de populo Israel, et Sacerdotibus, et Levitis, ut eat in Jerusalaim, tecum vadat. — 14. Pro eo quòd à facie regis, et septem consiliariorum ejus missus es, ad visitandum Jehudæam et Jerusalaim in lege Dei tui, quæ est in manu tuâ : — 15. Et ad ferendum argentum et aurum quod rex, et consiliarii ejus spontè obtulerunt Deo Israel, cujus in Jerusalaim est habitaculum. — 16. Et omne argentum et aurum, quod inveneris in universâ provinciâ Babel, cum spontaneis populi, et sacerdotibus, qui spontè obtulerint domui Dei sui quæ *est* in Jerusalaim. — 17. Ut citò emas argento

hoc, vitulos, arietes, agnos, et sacrificia eorum, et libamina eorum et offeras ea super altare domûs Dei vestri, quæ *est* in Jerusalaim. — 18. Et illud quod tibi, et fratribus tuis placuerit de residuo argento et auro, ut facias, secundùm voluntatem Dei vestri facite. — 19. Et vasa quæ data sunt tibi in ministerium domûs Dei tui redde coram Deo in Jerusalaim. — 20. Et reliqua quæ fuerint necessaria pro domo Dei tui quæ opus fuerint tibi, ut dentur, dabis è domo thesaurorum regis. — 21. Et à me Arthachsasthe positum est decretum omnibus thesaurariis qui sunt trans flumen, ut omnia quæ petierit à vobis Hezra sacerdos, scriba legis Dei, citò fiat. — 22. Usque ad argenti talenta centum, et usque ad tritici coros centum, et usque ad vini batos centum, et usque ad batos olei centum, et sal, quod non scriptum est (ut non scribatur).—23. Omne quod *est* ex decreto Dei cœli, fiat festinanter domui Dei cœli, cujus ut quid futura est ira contra regnum regis, et filiorum ejus? — 24. Et vobis notificamus, quòd omnibus sacerdotibus, et Levitis, cantoribus, janitoribus, Nethinæis, et ministris domûs Dei hujus, tributum, vectigal, et reditus, præfectus non imponet.— 25. Tu autem, Hezra, secundùm sapientiam Dei tui, quæ est in manu tuâ, constitue judices et causidicos, qui judicent omnem populum qui est trans flumen, omnes scientes legem Dei tui : et eum qui non novit, scire facietis. — 26. Et omnis qui non fecerit legem Dei tui, et legem regis, citò judicium fiat de eo, sive ad mortem, sive ad eradicationem ejus, sive ad condemnationem substantiæ, et ad vinciendum. — 27. Benedictus Dominus Deus patrum nostrorum, qui dedit simile in corde regis, ut glorificaret domum Domini, quæ *est* in Jerusalaim. — 28. Et super me inclinavit misericordiam coram rege, et consiliariis ejus, et omnibus principibus regis potentibus : et ego confortatus sum secundùm manum Dei mei super me, et congregavi de Israel principes, ut ascenderent mecum.

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — IN REGNO ARTACHSASTHE. Is est qui Longimanus dictus est, Darii Hystaspis nepos et Xerxis filius, cui per Artabanum jugulato successit anno mundi 3531. Hebræi dicunt omnes reges Persarum vocatos fuisse *Artachsastha*, id est, *Artaxerxes*. HEZRA. Hìc describitur genealogia Esdræ, quæ ascendit ad Aaronem primum illum ac summum sacerdotem, à quo ille descendit. FILIUS SERAIAH, id est, nepos. Hìc omittuntur sex generationes à Meraioth ad Azariam filium Jochanani, quæ supplendæ sunt ex 1 Paral. 6, 7, 8, etc. Lapsus est scilicet antiquus librarius : cùm videret, 1 Paral. 6, 11, et 7, dici utrobique Amariam genuisse Achitub, putavit utrosque esse eosdem homines, conjunxitque *Azariam*, v. 10, et *Amariam* v. 11, cum *Meraioth*. v. 7. Capel. (1).

VERS. 6. — SCRIBA VELOX IN LEGE. *Scribæ* Judæis iidem erant qui *Philosophi* Græcis, *Magi* Chaldæis, Gallis *Druides*. *Scribæ* nomine intelligebant eum qui haberêt notitiam rerum divinarum jurisque pontificii ac civilis. Hìc autem *scriba velox*, vel, *scriba promptus*, est legisperitus, sive legisdoctor doctissimus et exercitatissimus in lege Dei. Hi enim scribæ dicebantur, quòd officium eorum esset describendi legem, et eam docendi. Qui Matth. 22, 35, et Luc. 10, 25, dicitur legisperitus, sive legisdoctor, idem Marci 12, 28, appellatur scriba. SECUNDUM MANUM DOMINI DEI SUI SUPER EUM. Hebraismus, id est, juxta magnam illam gratiam, vel, pro magno illo favore quo prosequebatur Esdram Dominus Deus, sive prout favit illi Deus (1).

(1) Esdras voluit hìc brevitati studere, et satis ipsi fuit accuratiùs jam has generationes recensuisse in libro Chronicorum quem priùs scripserat quàm hunc librum. (Buxtof.) Fortè illos prætermisit, vel quòd ipsi nunquàm pontificatu functi essent; vel quòd, minùs celebribus omissis, auctor voluerit lectores fastidio sublevare. Utroque loco satis evidens est demonstratio generis Esdræ ad id quòd ex Aarone genus ducat. (Wolphius.)

In quarto libro Esdræ 1, 1, exhibentur duodeviginti Aaronem inter et Esdram ; et in lib. 3, v. 8, 1, ejusdem Esdræ nomen præferente, nonnisi undecim leguntur. Nominum similitudo uberem errandi materiam indiligentibus librariis præbuit. Non satis constat, utrùm Saraias, Esdræ pater, ipse sit ejusdem nominis summus sacerdos, à Nabuchodonosore, centum viginti et unum annos ante hoc Esdræ iter, interfectus. Credibile est potiùs, Esdram nepotem illius vel abnepotem fuisse, quippe qui Nehemiæ ætate adhuc viveret. (Calmet.)

Rabbini Hebræorum dicunt se traditione accepisse hunc *Esdram* eumdem esse cum Malachiâ prophetâ. Et idem tenent S. Hier., Rupertus, et quidam alii Patres. Etverò materia quam uterque tractat, eadem penè est; et tempora consonant, inquit Ribera. Sed alia quædam obstant, quo minùs id ausim asserere. (Tirinus.)

(1) *Il était docteur et fort habile dans la loi de Moïse, que le Seigneur Dieu avait donnée à Israël. Et le roi lui accorda tout ce qu'il lui avait demandé, parce que la main favorable du Seigneur son Dieu était sur lui.*

Ce saint homme, devenu depuis si illustre par l'ardeur avec laquelle il s'employa pour le

VERS. 7. — ASCENDERUNT, sub. cum eo aliquot, etc. (1).

VERS. 8. — QUINTO MENSE. Judæi ex remotis à se invicem locis convenire debuerunt. Ipsis erant impedimenta multa, liberi, greges, onera : nec fortassis rectà, nec sine intermissione venerunt Jerosolyma : his de causis iter fecisse dicuntur per quatuor menses. Quintus mensis partim julio nostro, partim augusto respondet (2). REGIS, sub. Darii.

VERS. 9. — SECUNDUM MANUM DEI SUI BONAM SUPER EUM. Hebraismus, de quo paulò ante, versu sexto, id est, per gratiam Dei. Reditum prosperum atque incolumem tribuit gratiæ Dei.

VERS. 10. — PARAVIT COR SUUM, id est, omnes cogitationes et curas suas in hoc intendit. *Ut quæreret*, vel, *ut perquireret*, investigaret, id est, disceret. ET FACERET, id est, adimpleret eam. PRÆCEPTUM ET JUDICIUM. Sing. Heb. pro plur. *statuta et judicia*, Alii, *ritus*, cæremonias *et judicià*. Planè disce, prior fac, postea doce legem Dei (1).

VERS. 11. — EPISTOLÆ. Esdras cùm accingeret sese itineri, accepit litteras à rege. SCRI-

rétablissement de toutes les choses qui regardaient la religion du vrai Dieu, demanda au roi apparemment la permission de rétablir Jérusalem, *et il en obtint*, dit l'Ecriture, *tout ce qu'il lui demanda, par un effet de l'assistance du Seigneur son Dieu.* Car si le Seigneur n'avait remué l'esprit et touché le cœur d'Artaxerxès, en même temps qu'Esdras lui parlait en faveur des Juifs, ce roi infidèle aurait infailliblement suivi plutôt l'instinct du paganisme, dont l'intérêt le portait à ne pas souffrir que les adorateurs du vrai Dieu relevassent sa religion dans Jérusalem, en rebâtissant ce temple fameux qui faisait auparavant toute la gloire des Juifs. Mais que peuvent les plus puissants princes et tous les païens unis ensemble avec les démons contre les décrets de la divine Providence? (Sacy.)

(1) VERS. 7. — ANNO SEPTIMO ARTAXERXIS. A sexto anno Darii, quo absolutum et dedicatum fuit templum, usque ad annum septimum Artaxerxis, qui Darii ex filio Xerxe fuit nepos, fluxêre anni 57. Quare Esdras tunc erat grandævus et plusquàm centenarius, sed fortis adhuc et vegetus, Deo eum sustentante ad commodum populi, ut eum in lege Domini erudiret et expoliret. (Corn. à Lap.)

(4) VERS. 8. — VENERUNT IN JERUSALEM MENSE QUINTO. Itaque solidos quatuor menses itineri Babylone Hierosolymam dedêre. Id verò temporis spatium paulò majus videtur, quàm quod via postularet : sed Esdras ingentem vulgi turbam, mulierum et puerorum, cum impedimentis ad usum plurium familiarum, res suas omnes secum ferentium, trahebat : quæ res iter, ne citiùs conficeretur, impediebat. Insuper proficiscendum illi erat multà cautione, nec sine metu, cùm ausi non fuerint militare præsidium à rege postulare. Denique Esdras rectum iter non tenuit; flexit enim Adiabenen versùs, misitque nuntios ad Israelitas montis Caspii, ut ad reditum Hierosolymam illos invitaret. (Calmet.)

(1) VERS. 9, 10. — *La main favorable de son Dieu était sur lui. Car Esdras avait préparé son cœur pour rechercher la loi du Seigneur, et pour exécuter et enseigner dans Israël ses préceptes et ses ordonnances.* Dieu exauce la simplicité et la droiture du cœur de l'homme. Mais c'est lui-même qui rend ce cœur simple et droit, et digne d'être exaucé, puisque saint Paul nous assure que *nous ne sommes point capables de former de nous-mêmes aucune bonne pensée comme de nous-mêmes; mais que c'est Dieu qui nous en rend capables.* Lors donc qu'il est dit ici que *la main favorable de Dieu était sur Esdras, parce qu'il avait préparé son cœur,* il faut reconnaître et adorer une double miséricorde du Dieu d'Israël sur ce docteur de sa loi, l'une, de ce qu'il lui avait donné la grâce de *préparer,* comme il dit, *son cœur à la recherche de ses ordonnances,* et l'autre, de ce qu'à cause de cette préparation du cœur d'Esdras, il lui fit sentir dans la suite le secours de cette *main favorable* qui le soutint et le seconda dans toutes ses entreprises, qui ne tendaient qu'à sa gloire et qu'au salut de son peuple. Ainsi, quelle est la raison pour laquelle il est si rare que la main de Dieu nous soit favorable dans ce que nous entreprenons? C'est fort souvent que nous avons négligé de *préparer notre cœur pour rechercher sa volonté,* et de le prier de nous accorder la grâce de cette même préparation de notre cœur, qui nous rend dignes ensuite de son assistance. On n'a point, par conséquent, ce cœur simple et droit qui est nécessaire pour rechercher et pour pénétrer la loi de Dieu. Et en prétendant s'approcher de la lumière de sa vérité avec un cœur double et partagé, on s'en éloigne de plus en plus, et on mérite qu'elle se cache à notre orgueil.

C'est une chose très-remarquable, qu'après que le Saint-Esprit a déclaré qu'Esdras avait eu soin de préparer son cœur pour rechercher la loi de son Dieu, il ajoute : Et *pour exécuter et enseigner dans Israël ses préceptes et ses ordonnances.* Car c'est ce que l'Ecriture a marqué long-temps depuis, en parlant de Jésus-Christ même, lorsqu'elle dit que Jésus *commença à faire, et* ensuite *à enseigner.* Or c'est souvent un très-grand défaut dans les docteurs et dans les pérdicateurs de la vérité, de ne pas faire ce qu'ils enseignent aux autres. C'est pourquoi le Fils de Dieu eut soin d'avertir les peuples, de faire ce que ces docteurs leur enseignaient, et non pas ce qu'ils faisaient, parce que leurs œuvres n'étaient pas d'accord avec leurs paroles, et qu'ils démentaient par leur mauvaise conduite la vérité attestée publiquement par leur langue. *Quæcumque dixerint vobis, servate et facite; secundùm opera verò eorum nolite facere; dicunt enim, et non faciunt.*

Esdras n'était point du nombre de ces docteurs de la loi que Jésus-Christ a condamnés, et qui se condamnent eux-mêmes par la vérité qu'ils enseignent et qu'ils ne pratiquent pas. Dieu vit dans *son cœur* cette *préparation* sin-

BÆ, SCRIBÆ, sub. inquam. Alii vertunt : *Scribæ erudito* (1).

VERS. 12. — REX REGUM, id est, regum maximus (2). CONSUMMATO, vel, *perfecto, absolutissimo*, id est, doctissimo, et omnibus numeris absoluto. Vel potiùs, *Consummatio, perfectio, sicut nunc* est. ET CHEHENETH, sub. salutem plurimam dicit. Nomen est gentis quæ habitabat ultra Euphratem in terrâ Israelis. De *Cheheneth*, vide dicta ad cap. 4, v. 10, sup.

VERS. 13. — POSITUM EST DECRETUM, vel, *factum est edictum*, id est, à me decretum est quòd, etc. (3). QUI SPONTANEUS EST, etc., vel, *quicumque sponte suâ*, sub., sese obtulerit, id est, quicumque voluerit ire, vel, cuicumque placuerit ire, per me licebit ut eat.

VERS. 14. — PRO EO QUOD, etc. Pendet sententia, quæ perficietur in fine versûs 17, subaudiendo, ita facias. ET SEPTEM CONSILIARIORUM EJUS. Septem illi consiliarii erant viri sapientissimi, doctissimi, et prudentissimi, qui assistebant regi, erantque illi à consilio. Vide Esther 1, 10, 14. MISSUS ES, vel, *mitteris*. AD VISITANDUM JEHUDÆAM, etc., id est, ut inquiras an Jehudæi et Jerosolymitæ servent legem Dei quam habes in promptu, sive quam tenes (1).

VERS. 15. — HABITACULUM, id est, templum, ad verbum, *cujus in Jerusalaim tabernaculum ejus* (2).

VERS. 16. — ET OMNE ARGENTUM, ET AURUM, id est, omnem pecuniam. CUM SPONTANEIS POPULI, id est, cum iis qui sese liberales ostenderunt, sive qui liberalitatem suam exercuerunt (3).

cère, qui le rendait disposé à *accomplir ses préceptes et ses ordonnances*, avant qu'il *les enseignât à Israël*. Et c'est pour cela qu'il lui fit sentir sa main favorable, ayant besoin pour le rétablissement de son culte dans Jérusalem, d'un ministre qui enseignât Israël autant par l'exemple de sa vie que par ses paroles, et qui mît lui-même la main à l'œuvre pour exciter tous les autres à le suivre. (Sacy.)

(1) VERS. 11. — ESDRÆ SACERDOTI, SCRIBÆ ERUDITO. At propria laus sordet. Verùm Esdras non id agit ut se commendet, sed ut causam suam promoveat, et officii sui notas proferat; et ut alii libentiùs ipsi obsequerentur. (Porrò, hunc titulum recitat Esdras, non tanquàm à se assumptum, sed ipsi ab Artaxerxe tributum, ut sequentia indicant.) (Synopsis.)

(2) VERS. 12. — ARTAXERXES REX REGUM, id est, regum maximus. Quomodò *Cantica canticorum* dicuntur, quæ præstantissima sunt; et *Sancta sanctorum*, quæ sanctissima. Titulus hic erat regum Persarum. Ita dictus est Cyrus in inscriptione sepulcri, Strab. l. 15, p. 730, et Artaxerxes inter Epistolas Hippocratis. Non immeritò se *reges regum* appellabant reges Persæ; habebant enim reges in obsequio suo, ut ex Æschyli Persis videre est. Tales erant Armeniæ, Cypri, Cariæ, Sidonis reges, et alii reges Medi, Lydi, Babylonii, Samii, Ægyptii, etc., clientes eorum erant. Porrò à notariis, qui ad assentationem assuefacti sunt, tales epistolæ conscribi solent. (Synopsis.)

SCRIBÆ LEGIS DOCTISSIMO, SALUTEM. Textus : *Esdræ, (scribæ* vel doctori) *legis Dei cœli, consummationem, et secundum tempus*. Vertunt alii : *Esdræ, scribæ doctissimo legis Dei cœli, salutem*, vel perfectionem, et vitam diuturnam. At textus syntaxis exigere videtur, ut Hebræum *gemir* accipiatur potiùs de perfectione, vel perfectâ felicitate, quàm ut epithetum Esdræ; nimis enim à suo antecedente abest. Est etiam hæc genuina significatio vocis hujus *gemir;* sonat enim consummationem, perfectionem. Commodè igitur reddi posset : *Esdræ doctori legis Dei cœli, perfectionem, et in præsenti*, quo fruitur, statu perseverantiam. (Calmet.)

(3) VERS. 13. — A ME DECRETUM. Lata est sententia, quæ nequit revocari, ne à rege quidem, ex more Persarum. Sic omnem aditum præcludit eis qui res novas molirentur. Invitabat omnes, neminem cogebat, nec invitos retinuit. (Wolphius.)

(1) VERS. 14. — A FACIE REGIS, *ex parte regis*, q. d., illius nomine et auctoritate. Heb., *de coram rege*, jussu regis. ET SEPTEM CONSILIARIORUM EJUS. Hi erant satraparum præcipui, qui regi semper aderant, Esth. 1, 14. Persarum reges habebant septem summos consiliarios. Septem enim fuerunt qui, interfectis Magis, Persicum imperium asseruerunt, ideòque summi satrapæ erant, qui regibus Persiæ adfuerunt, et quidem eo modo, ut putatur, quo Spartanis regibus ephori, et tribuni consulibus Romanis. Porrò, hoc additur in terrorem hostium Judæorum. (Synopsis.)

UT VISITES JUDÆAM... IN LEGE DEI TUI, QUÆ EST IN MANU TUA. Mitto te cum potestate statuendi, imperandi, moderandi, ad normam legis Dei tui, omnia in Judæâ. Hâc sanctione concessam ab Artaxerxe libertatem Judæis, ut legibus suis viverent, judices haberent è gente suâ datos, causasque ex lege Mosaicâ judicarent, constat. (Calmet.)

(2) VERS. 15. — UT FERAS, etc. Ex dono regis et ex donis principum, et etiam popularium, sive sint gentiles, quoniam auditâ virtute Dei, multi gentilium miserunt munera ad templum ; sive Judæi, quia plures de illis noluerunt recedere de Babylone, detenti uxorum suarum et filiorum et bonorum temporalium amore ; tamen miserunt munera. (Lyranus.)

(3) « Esdras, dit Voltaire, fait rendre à ces « malheureux (*aux Juifs*), cinq mille quatre « cents vases d'or et d'argent, et le moment « d'après, c'est Artaxerxès qui les donne; or « entre le commencement du règne de Cyrus « dans Ecbatane, et celui d'Artaxerxès à Ba- « bylone, on compte environ 120 ans : suppu- « tez, lecteurs, et jugez. » — D'abord *il est faux* qu'Artaxerxès ait donné aux Juifs *cinq mille quatre cents vases d'or et d'argent*. Voici ce qu'on lit dans l'édit de ce prince : *Portez à Jérusalem, et exposez devant votre Dieu les vases qui vous sont donnés pour le* ministère de son

VERS. 17. — DEI VESTRI, id est, qui tibi communis est cum popularibus tuis.

VERS. 18. — FACITE, q. d., per me licebit vobis facere quod voletis (1).

VERS. 19. — ET VASA QUÆ, etc., id est, porrò vasa quæ concredita sunt fidei tuæ, ut cedant in usum templi Dei tui, depone coram Deo in Jerusalem; vel coram Deo Jerusalem, id est, civium Jerusalem, hoc est, quem colunt Jerosolymitani (2).

VERS. 20. — ET RELIQUA QUÆ FUERINT NECESSARIA, ad verbum, *residuum necessitatis*, id est, rerum necessariarum domûs. DABIS È DOMO, etc., id est, cape omnia ex thesauris regis (3).

VERS. 21. — OMNIBUS THESAURARIIS, id est, vobis omnibus qui præestis arcæ publicæ, et habitatis in regione quæ sita est ultra Euphratem.

VERS. 22. — TALENTA CENTUM, etc. *Talentum* est librarum nostratium 4867, assium 3, denariorum 9. *Corus* continet pintas 298, cum tribus quartis partibus pintæ. *Batus* pintas 29, et septem partes pintæ et paulò plus. ET SAL QUOD NON SCRIPTUM EST, vel, *et salis quantùm non est scriptum*, vel, *non scribitur*, id est, salis mensuram non descriptam, sive præscriptam et præfinitam, sed indefinitam et incertam (1).

VERS. 23. — QUOD EST EX DECRETO, etc., vel, *quidquid Deus præceperit fieri*. CUJUS UT QUID FUTURA EST IRA, vel, *cur enim committemus ut sit ira*, sub. Dei (2).

VERS. 24. — OMNIBUS SACERDOTIBUS, id est, nullis sacerdotibus, q. d.: Volo omnes istos esse immunes: nolo quempiam esse qui possit imponere illis tributum, etc. IMPONET, ad verbum, *injiciet* (3).

temple. L'exécution de cet ordre est exprimée par Esdras en ces termes : *Je leur délivrai cent vases d'argent, vingt cratères d'or, et deux vases d'un airain clair et brillant.* — Les vases apportés de Babylone, par la permission d'Artaxerxès, sont au nombre de 122; ce sont *des offrandes faites par les Juifs de Babylone;* et ceux qui avaient été rapportés par Zorobabel étaient au nombre de *cinq mille quatre cents;* c'étaient des *dépouilles du premier temple,* qui furent rendues par Cyrus. *Supputez, lecteurs, et jugez* si ce sont les mêmes vases.

Supputons encore, et *voyons* « s'il y a six-« vingts ans entre le commencement du règne « de Cyrus à Ectabane, et celui d'Artaxerxès « à Babylone. » — Le règne de Cyrus sur les Mèdes a commencé en l'an 560 avant notre ère, selon tous les anciens, et de l'aveu de tous les modernes; la première année du règne d'Artaxerxès qui envoya Esdras, comptée de la mort de Xerxès, tombe en l'an 495 avant notre ère. C'est 95 et non pas 120 ans de distance entre le commencement des deux règnes. Mais les vases du temple n'ayant été délivrés que lorsque Cyrus fut maître de Babylone, ce qui n'arriva que la vingt-unième année de son règne sur les Mèdes, il ne se trouve que 82 ans entre la permission donnée par Artaxerxès, la septième année de son règne, de porter à Jérusalem les offrandes des Juifs de Galilée. (Duclot.)

(1) VERS. 18. — ET FRATRIBUS TUIS, sive cognatis, h. e., collegio sacerdotum. Esdræ auctoritatem rex dedit: ille aliorum quoque sacerdotum consilium adhibebat. (Synopsis.)

(2) VERS. 19. — VASA QUOQUE QUÆ DANTUR TIBI... TRADE IN CONSPECTU DEI. Vasa scilicet pretiosa, quæ rex, optimates, et Israelitæ conferebant, munus templo Hierosolymitano. (Calmet.)

(3) VERS. 20. — DABITUR DE THESAURO REGIS. Vide hic pietatem regum gentilium, scilicet Artaxerxis, qui æquè ut Cyrus et Darius, ex suo ærario, præstitit sumptus necessarios ad templi ministeria. (Corn. à Lap.)

(1) VERS. 22. — SAL ABSQUE MENSURA. Textus ad litteram: *Sal, quod scriptum non est*, mensuræ incertæ. Nulla erant absque sale sacrificia: *Quidquid obtuleris sacrificii, sale condies.* Tertius liber Esdræ 8, 22, legit: *Alia quæcumque abundant, sine taxatione.* (Calmet.)

(2) VERS. 23. — CONTRA REGNUM REGIS. Rectè sensit hic rex, non diù posse rempublicam esse salvam, ubi religionis veræ exercitium negligitur. ET FILIORUM EJUS. Hi à Plutarcho nominantur Darius, Ochus, Ariaspes et Arsames. (Synopsis.)

(3) VERS. 24. — VOBIS QUOQUE NOTUM FACIMUS DE UNIVERSIS SACERDOTIBUS ET LEVITIS, UT VECTIGAL ET TRIBUTUM ET ANNONAS NON HABEATIS POTESTATEM IMPONENDI SUPER EOS. Sic præcipit rex ille ethnicus Artaxerxes præfectis provinciæ Judææ, nolens ministros templi Domini ullo onere persolvendi tributi gravari. Quod sanè æquissimum est, ut qui divino servitio sunt mancipati, ab oneribus communitatis, cui serviunt, sint exempti. Hoc tunc ita statuit rex ille ethnicus, qui modicam adhuc veri Dei notitiam habebat. Et verisimile est propterea hoc eum statuisse, quia sacerdotes idolorum jure gentium tali immunitate fruebantur, de quo Genes. 47. Multò magis igitur christiani principes, qui sunt filii Ecclesiæ, eamdem libertatem viris ecclesiasticis, tanquàm patribus suis spiritualibus, inviolatam servare debent. Vide etiam 2 Par. v. 4. (Estius.)

UT VECTIGAL, etc., NON HABEATIS POTESTATEM IMPONENDI SUPER EOS. Hinc patet Judæos fuisse servos et tributarios Persarum; sed rex eorum hic ab omni tributo similive onere publico immunes facit sacerdotes, Levitas, cæterosque templi ministros. Quod notent principes christiani. (Corn. à Lap.)

UT VECTIGAL NON HABEATIS POTESTATEM IMPONENDI SUPER EOS. Ratam hic esse jubet Artaxerxes legem Dei, eximentem sacerdotes Levitasque à publicis oneribus, ut uni dominico cultui et servitiis Tabernaculi relinquerentur. Idem erat privilegium sacerdotibus Ægyptiis, Josephi ætate; idemque juris apud omnes æquè gentes obtinent sacerdotes. (Calmet.)

VERS. 25. — QUÆ EST IN MANU TUA, id est, quam habes in promptu. CONSTITUE JUDICES. His verbis conceditur Judæis αὐτοδικία, id est, ut ipsi Judæi exerceant judicia etiam capitalia. Supra versu 14, ipsis concessa est αὐτονομία, id est, ut patriis legibus viverent. Grot(1).

VERS. 26. — JUDICIUM FIAT DE EO, q. d.: Volo judicium fieri de eo, id est, morietur, aut mittetur in exilium, vel, mulctabitur mulctâ pecuniariâ, aut retrudetur in carcerem, pro exigentiâ vel circumstantiâ peccati. AD ERADICATIONEM, id est, ad exilium. ET AD VINCIENDUM, aut AD CARCERES, sive vincula (2).

Nunc ea est quorumdam magistratuum ingratitudo, ut illis nequaquàm parcant. Hìc ministris omnibus datur ἀτέλια, à multis postea regibus confirmata, ut ex Josepho discimus. (Synopsis.)

(1) VERS. 25. — CONSTITUE JUDICES ET PRÆSIDES. Confert Artaxerxes judicibus Judæorum omnem potestatem animadvertendi in legum divinarum et principis violatores. Hactenùs jus gladii sedisse videtur penes judices regios et exteros, saltem in rebus gravioribus, et publicam animadversionem exigentibus. Causæ minores, quæque fori contentiosi non essent, vel in solius legis Mosaicæ observatione versarentur, coram principibus populi definiebantur. In tertio libro Esdræ 8, 26, fertur constituendos fuisse ab Esdrâ judices *in totâ Syriâ et Phœnice;* quod utique putidum mendacium est. (Calmet.)

(2) VERS. 26. — ET OMNIS QUI NON FECERIT LEGEM, etc., JUDICIUM ERIT DE EO SIVE IN MORTEM. Ecce hìc rex dat Esdræ et judicibus ab eo è populo constituendis, potestatem necis in prævaricatores, quam Judæis negârunt Romani; illam enim duntaxat Pilato, cæterisque suis præsidibus concesserunt. Unde Judæi, dicente Pilato, ut ipsi Christum secundùm legem judicarent, responderunt: *Nobis non licet interficere quemquam*, Matth. 27. (Corn. à Lap.)

Rex ethnicus statuit pœnas transgressoribus legis Dei, easque varias, et est verisimile intelligi leges ad cultum Dei pertinentes. Nam quæ ad politiam pertinebant, leges regis erant. Hinc ergo ostendi potest pertinere ad principes seculares punitionem eorum qui in religionem peccant, etiamsi de rebus religionis non cognoscant, nisi ex Ecclesiæ judicio seu testimonio; sicut rex iste ethnicus de religione Judaicâ non cognoscebat, nisi generaliter fidem habens testimonio et judicio sacerdotum. (Estius.)

SIVE IN EXILIUM. Textus ad litteram: *Sive ad exterminationem*, vel *eradicationem.* Hoc quidem accipiunt alii de nece, alii de exilio, quo quis è patriâ evellitur, ut arbor ex avito solo eradicatur. Ludovico de Dieu est proscriptio, quâ reus interdicitur penitùs commercio ac civili societate, privaturque subsidiis omnibus vitæ, ut qui olim apud Romanos igne et aquâ interdicebantur. Expositio hæc confirmatur iis, quæ leguntur inferiùs, 10, 8, ubi Esdras traditâ sibi potestate usus, pœnas in eos decernit, qui statâ die non venerint ad locum. Statuit inter cætera: *Ipse abjicietur de cœtu transmigrationis.* (Calmet.)

JUDICIUM ERIT DE EO. Quâ ratione tyrannis æquè atque ἀναρχία exploduntur. (Wolphius.)

SIVE IN EXILIUM. Rectè Aben Ezra dixit esse expulsionem ex hæreditate. Existimo eradicationem hìc esse supplicium quale ferè apud Hebræos erat tertia excommunicatio, eratque proscriptio (verba sunt Buxtorfii in Instit. epistolari), quâ reus, omnibus humanæ societatis juribus, legibus, officiis et commerciis exclusus, judicio divino committebatur, et ad extremam desolationem condemnabatur; qui apud Romanos aquâ et igni interdicebatur. (Drusius.)

VERS. 27. — BENEDICTUS, id est, laudetur ab omnibus. SIMILE, ad verbum, *secundùm hoc* (1).

VERS. 28. — ET SUPER ME INCLINAVIT, id est, qui reddidit me gratiosum regi: dignum misericordiâ et gratiâ. CONFORTATUS (2), vel, *corroboratus*, id est, tunc cœpi esse forti animo pro

(1) Hìc consequenter ponitur gratiarum actio, et in aliquibus libris præmittitur: *Et dixit Esdras scriba;* sed non est in Hebræo, nec est de textu, sed subintelligitur, propter quod aliqui doctores apposuerunt in libris suis per modum glossæ, et postea textui insertum fuit per imperitiam scriptorum, sicut et in pluribus aliis locis simile factum est.

QUI DEDIT. Totum enim beneficium à rege impetratum Deo attribuit tanquàm gratus.

UT GLORIFICARET, magnis muneribus et privilegiis concessis ibidem ministrantibus, ut patet per prædicta. (Lyranus.)

In hoc versu 27 auctor iterùm Hebraicè scribit, et v. sequenti Esdras de se in primâ personâ loquitur: *Inclinavit in me Dominus misericordiam suam coram rege.* (Calmet.)

(2) Id est, ejus directione.

CONGREGAVI DE ISRAEL, capitaneos vel principales domorum.

QUI ASCENDERANT MECUM, ut tractarent ad invicem de pertinentibus ad meum processum. (Lyranus.)

VERS. 27, 28. — *Béni soit le Seigneur, le Dieu de nos pères, qui a mis au cœur du roi cette pensée d'élever en gloire le temple du Seigneur qui est dans Jérusalem, et qui par sa miséricorde m'a fait trouver grâce devant le roi et ses conseillers*, etc. C'est Esdras qui parle ici, et qui ayant rapporté la lettre que le roi Artaxerxès écrivit en faveur des Juifs, d'une manière plus digne d'un adorateur du vrai Dieu que d'un païen tel qu'il était, nous développe les secrets ressorts d'une conduite si surprenante, lorsqu'il s'écrie dans l'admiration de ce grand miracle: *Béni soit le Seigneur le Dieu de nos pères, qui a mis au cœur du roi cette pensée*, etc. Car comment un infidèle aurait-il pu condamner ou *à la mort*, ou *à l'exil*, ou *à la prison*, ou *à l'amende*, ceux d'entre les Juifs qui *manqueraient d'observer la loi de leur Dieu*, si la volonté toute-puissante du Dieu d'Israël n'avait agi sur son cœur, pour l'engager à parler et à agir d'une manière si opposée à l'esprit et à la conduite du paganisme? C'était donc, commme Esdras le re-

gratiâ et favore quo me prosequebatur Deus meus, et congregavi, etc. PRINCIPES, sub. familiarum. UT ASCENDERENT MECUM, sub. de Babylone in Jerusalem.

connaît publiquement, l'effet d'une *miséricorde de Dieu,* toute singulière sur lui, de *lui avoir fait trouver grâce devant le roi et son conseil,* pour obtenir en faveur de la vraie religion ce que la sagesse d'un païen privé de la lumière de la foi aurait dû ne pas accorder.

L'on ne peut se souvenir de l'impiété avec laquelle les rois de Juda avaient attiré la juste colère de Dieu sur Jérusalem et sur son temple, dont la ruine avait été un effet de l'ingratitude de ces princes juifs, qu'on ne soit encore dans un plus grand étonnement, en voyant cette conduite si opposée de princes païens qui concourent tous ensemble, ou pour mieux dire l'un après l'autre, à rétablir dans cette même Jérusalem une sainte religion que ses propres habitants avaient contribué à y détruire. Que vos jugements, ô mon Dieu! sont impénétrables, lorsque vous souffrez que votre peuple s'élève lui-même insolemment contre vous, et vous mette en quelque sorte les armes entre les mains pour l'exterminer et réduire en cendres tout ce qu'il avait de plus sacré! Mais que vos miséricordes sont admirables, lorsque des loups vous en faites, quand il vous plaît, des agneaux, et que des persécuteurs de votre nom adorable, vous en faites des ministres obéissants à vos volontés, et des réparateurs de votre saint culte! (Sacy.)

CAPUT VIII.

1. Hi sunt ergo principes familiarum, et genealogia eorum, qui ascenderunt mecum in regno Artaxerxis regis de Babylone:

2. De filiis Phinees, Gersom. De filiis Ithamar, Daniel. De filiis David, Hattus.

3. De filiis Secheniæ, filiis Pharos, Zacharias; et cum eo numerati sunt viri centum quinquaginta.

4. De filiis Phahath-Moab, Elioenai filius Zarehe, et cum eo ducenti viri.

5. De filiis Secheniæ, filius Ezechiel, et cum eo trecenti viri.

6. De filiis Adan, Abed filius Jonathan, et cum eo quinquaginta viri.

7. De filiis Alam, Isaias filius Athaliæ, et cum eo septuaginta viri.

8. De filiis Saphatiæ, Zebedia filius Michael, et cum eo octoginta viri.

9. De filiis Joab, Obedia filius Jahiel, et cum eo ducenti decem et octo viri.

10. De filiis Selomith, filius Josphiæ, et cum eo centum sexaginta viri.

11. De filiis Bebai, Zacharias filius Bebai, et cum eo viginti octo viri.

12. De filiis Azgad, Johanan filius Eccetan, et cum eo centum et decem viri.

13. De filiis Adonicam, qui erant novissimi; et hæc nomina eorum: Elipheleth et Jehiel, et Samaias, et cum eis sexaginta viri.

14. De filiis Begui, Uthai et Zachur, et cum eis septuaginta viri.

15. Congregavi autem eos ad fluvium qui decurrit ad Ahava, et mansimus ibi tribus diebus: quæsivique in populo et in

CHAPITRE VIII.

1. Voici les noms des chefs de familles et la généalogie de ceux qui sont venus avec moi de Babylone sous le règne du roi Artaxerxès:

2. Des fils de Phinéès, Gersom. Des fils d'Ithamar, Daniel. Des fils de David, Hattus.

3. Des fils de Séchénias, fils de Pharos: Zacharias; et on compta avec lui cent cinquante hommes.

4. Des fils de Phahath-Moab, Elioënaï, fils de Zaréhé, et avec lui deux cents hommes.

5. Des fils de Séchénias, le fils d'Ezéchiel, et avec lui trois cents hommes.

6. Des fils d'Adan, Abed, fils de Jonathan, et avec lui cinquante hommes.

7. Des fils d'Alam, Isaï, fils d'Athalias, et avec lui soixante-dix hommes.

8. Des fils de Saphatias, Zébédia, fils de Michaël, et avec lui quatre-vingts hommes.

9. Des fils de Joab, Obédia, fils de Jahiel, et avec lui deux cent dix-huit hommes.

10. Des fils de Sélomith, le fils de Josphias, et avec lui cent soixante hommes.

11. Des fils de Bébaï, Zacharie, fils de Bébaï, et avec lui vingt-huit hommes.

12. Des fils d'Azgad, Johanan, fils d'Eccétan, et avec lui cent dix hommes.

13. Des fils d'Adonicam, qui étaient les derniers, voici leurs noms: Eliphéleth, Jéhiel, Samaïas, et avec eux soixante hommes.

14. Des fils de Béguï, Uthaï et Zachur, et avec eux soixante-dix hommes.

15. Je les assemblai près du fleuve qui coule vers Ahava, et nous demeurâmes trois jours en ce lieu; et ayant cherché parmi le peuple

sacerdotibus de filiis Levi, et non inveni ibi.

16. Itaque misi Eliezer, et Ariel, et Semeiam, et Elnathan, et Jarib, et alterum Ennathal et Nathan, et Zachariam et Mosollam principes, et Joiarib et Elnathan sapientes.

17. Et misi eos ad Eddo, qui est primus in Chasphiæ loco, et posui in ore eorum verba quæ loquerentur ad Eddo, et fratres ejus Nathinæos, in loco Chasphiæ, ut adducerent nobis ministros domûs Dei nostri.

18. Et adduxerunt nobis per manum Dei nostri bonam super nos, virum doctissimum de filiis Moholi filii Levi, filii Israel, et Sarabiam et filios ejus, et fratres ejus decem et octo.

19. Et Hasabiam, et cum eo Isaiam de filiis Merari, fratresque ejus et filios ejus viginti :

20. Et de Nathinæis, quos dederat David et principes ad ministeria Levitarum, Nathinæos ducentos viginti ; omnes hi suis nominibus vocabantur.

21. Et prædicavi ibi jejunium juxta fluvium Ahava, ut affligeremur coram Domino Deo nostro, et peteremus ab eo viam rectam nobis et filiis nostris, universæque substantiæ nostræ.

22. Erubui enim petere à rege auxilium et equites, qui defenderent nos ab inimico in viâ, quia dixeramus regi : Manus Dei nostri est super omnes qui quærunt eum in bonitate : et imperium ejus et fortitudo ejus, et furor super omnes qui derelinquunt eum.

23. Jejunavimus autem et rogavimus Deum nostrum per hoc : et evenit nobis prosperè.

24. Et separavi de principibus sacerdotum duodecim, Sarabiam et Hasabiam, et cum eis de fratribus eorum decem.

25. Appendique eis argentum et aurum, et vasa consecrata domûs Dei nostri, quæ obtulerat rex et consiliatores ejus, et principes ejus, universusque Israel eorum qui inventi fuerant.

26. Et appendi in manibus eorum argenti talenta sexcenta quinquaginta, et

et les prêtres les enfants de Lévi, je n'y en trouvai point.

16. J'envoyai donc Eliézer, Ariel, Séméïa, Elnathan, Jarib, et un autre Elnathan, Nathan, Zacharie et Mosollam, les princes, et Joïarib et Elnathan, les sages.

17. Et je les envoyai vers Eddo, qui était le premier, au lieu nommé Casphia ; et je leur marquai les propres paroles qu'ils devaient y dire à Eddo et aux Nathinéens ses frères, afin qu'ils nous amenassent des ministres du temple de notre Dieu.

18. Et par la main de notre Dieu, laquelle était sur nous, ils nous amenèrent un homme très-savant des enfants de Moholi, fils de Lévi, fils d'Israël, et Sarabia avec ses fils et ses frères, dix-huit personnes,

19. Et Hasabia, et avec lui Isaïe des enfants de Mérari avec ses frères et ses fils, vingt personnes.

20. Et deux cent vingt Nathinéens, de ceux que David et les princes avaient établis pour servir les Lévites. Toutes ces personnes étaient désignées par leurs noms.

21. Etant sur le bord du fleuve Ahava, je publiai un jeûne, pour nous humilier devant le Seigneur notre Dieu, et pour lui demander qu'il nous conduisît heureusement dans notre chemin, nous, nos enfants et tout ce que nous portions avec nous ;

22. Car j'eus honte de demander au roi du secours et des cavaliers pour nous défendre de nos ennemis pendant le chemin, parce que nous avions dit au roi : La main de notre Dieu est sur tous ceux qui le cherchent sincèrement ; et son empire, sa puissance et sa fureur sont sur tous ceux qui l'abandonnent.

23. Nous jeûnâmes donc, et nous fîmes dans ce dessein notre prière à notre Dieu, et tout nous succéda heureusement.

24. Et je choisis douze d'entre les premiers des prêtres, que je séparai des autres, Sarabias, Hasabias, et dix d'entre leurs frères ;

25. Et je leur livrai l'argent et l'or, et les vases consacrés de la maison de notre Dieu, qu'avaient offerts au Seigneur le roi, ses conseillers et ses princes, et tous ceux qui s'étaient trouvés dans Israël.

26. Et je remis entre leurs mains six cent

vasa argentea centum, auri centum talenta.

27. Et crateres aureos viginti, qui habebant solidos millenos, et vasa æris fulgentis optimi duo, pulchra ut aurum.

28. Et dixi eis : Vos sancti Domini, et vasa sancta, et argentum et aurum quod spontè oblatum est Domino Deo patrum nostrorum.

29. Vigilate et custodite, donec appendatis coram principibus sacerdotum et Levitarum, et ducibus familiarum Israel in Jerusalem, in thesaurum domûs Domini.

30. Susceperunt autem sacerdotes et Levitæ pondus argenti et auri, et vasorum, ut deferrent Jerusalem in domum Dei nostri.

31. Promovimus ergo à flumine Ahavâ duodecimo die mensis primi, ut pergeremus Jerusalem : et manus Dei nostri fuit super nos, et liberavit nos de manu inimici et insidiatoris in viâ.

32. Et venimus Jerusalem, et mansimus ibi tribus diebus.

33. Die autem quartâ appensum est argentum et aurum, et vasa in domo Dei nostri per manum Meremoth filii Uriæ sacerdotis, et cum eo Eleazar filius Phinees, cumque eis Jozabed filius Josue, et Noadaia filius Bennoi Levitæ,

34. Juxta numerum et pondus omnium : descriptumque est omne pondus in tempore illo.

35. Sed et qui venerant de captivitate filii transmigrationis, obtulerunt holocaustomata Deo Israel, vitulos duodecim pro omni populo Israel, arietes nonaginta sex, agnos septuaginta septem, hircos pro peccato duodecim : omnia in holocaustum Domini.

36. Dederunt autem edicta regis satrapis, qui erant de conspectu regis, et ducibus trans flumen, et elevaverunt populum et domum Dei.

cinquante talents d'argent, cent vases d'argent, cent talents d'or,

27. Vingt tasses d'or du poids de mille drachmes, et deux vases d'un airain clair et brillant, aussi beaux que s'ils eussent été d'or.

28. Et je leur dis : Vous êtes les saints du Seigneur; et ces vases sont saints, comme tout cet or et cet argent, qui a été offert volontairement au Seigneur Dieu de nos pères.

29. Veillez et gardez *ce dépôt* jusqu'à ce que vous *le* délivriez dans Jérusalem aux princes des prêtres et des Lévites et aux chefs des familles d'Israël, pour être conservé au trésor de la maison du Seigneur.

30. Les prêtres et les Lévites reçurent cette somme d'argent et d'or et les vases dans le même poids, pour les porter à Jérusalem dans la maison de notre Dieu.

31. Nous partîmes donc du fleuve Ahava le douzième jour du premier mois pour aller à Jérusalem; et la main de notre Dieu fut sur nous, et il nous délivra des mains de tout ennemi, et de qui aurait voulu nous dresser des embûches pendant le voyage.

32. Nous arrivâmes à Jérusalem; et après y avoir demeuré trois jours,

33. Le quatrième jour, l'argent, l'or et les vases furent délivrés en la maison de notre Dieu par Mérémoth, fils d'Urie, prêtre, qui était accompagné d'Eléazar, fils de Phinéès; et Jozabed, fils de Josué, et Nodaïa, fils de Bennoï, Lévites, étaient avec eux.

34. Tout fut livré par compte et par poids; et on écrivit alors tout le poids.

35. Les fils de la transmigration qui étaient revenus de captivité offrirent pour holocauste au Dieu d'Israël, douze veaux pour tout le peuple d'Israël, quatre-vingt-seize béliers, soixante-dix-sept agneaux, et douze boucs pour le péché; le tout en holocauste au Seigneur.

36. Ils donnèrent les édits du roi aux satrapes qui étaient de sa cour, aux gouverneurs d'au-delà du fleuve, lesquels commencèrent à favoriser le peuple et la maison de Dieu.

TRANSLATIO EX HEBRÆO.

1. Et isti principes patrum eorum, et genealogiæ eorum, qui ascenderunt mecum in regno Arthachsasthe regis, de Babel. — 2. De filiis Pinechas, Ghersom. De filiis Ithamar, Daniel. De filiis David, Chattus. — 3. De filiis Secheniah, de filiis Parhos, Zechariah, et cum eo genealogia

eorum masculorum centum et quinquaginta. — 4. De filiis Pachath-Moab, Eliehohenai filius Zerachiah, et cum eo ducenti masculi. — 5. De filiis Secheniah, filius Jachaziel, et cum eo trecenti masculi. — 6. De filiis Hadin, Hebed filius Jonathan, et cum eo quinquaginta masculi. — 7. Et de filiis Helam, Jesahiah filius Hathaliah, et cum eo septuaginta masculi. — 8. Et de filiis Sephathiah, Zebadiah filius Michael, et cum eo octoginta masculi. — 9. De filiis Joab, Hobadiah filius Jechiel, et cum eo ducenti et octo et decem masculi. — 10. Et de filiis Selomith, filius Josiphiah, et cum eo centum et sexaginta masculi. — 11. Et de filiis Bebai, Zechariah filius Bebai, et cum eo viginti et octo masculi. — 12. Et de filiis Hazghad, Jochanan filius Chatan, et cum eo centum et decem masculi. — 13. Et de filiis Adonicam novissimis, et hæc nomina eorum, Elipheleth, Jehiel et Semahiah, et cum eis sexaginta masculi. — 14. Et de filiis Bighuai, Huthai et Zabud, et cum eis septuaginta masculi. — 15. Et congregavi eos ad flumen, quod venit ad Ahava, et mansimus ibi diebus tribus: et consideravi populum, et sacerdotes, et de filiis Levi non inveni ibi. — 16. Et misi ad Elihezer, ad Ariel, ad Semahaiah, et ad Elnathan, et ad Jarib, et ad Elnatha, et ad Nathan, et ad Zechariah, et Mesullam principes, et Joiarib, et ad Elnathan peritos. — 17. Et præcepi eis *ut loquerentur* ad Iddo principem in Chasiphiah loco, et posui in ore eorum verba, ut loquerentur ad Iddo et fratrem (fratres) ejus Nethinim in Chasiphiah loco, ut adducerent nobis ministros pro domo Dei nostri. — 18. Et adduxerunt nobis secundùm manum Dei nostri Lonam super nos, virum intelligentem de filiis Machli, filii Levi, filii Israel, et Serebiah, et filios ejus, et fratres ejus, octo et decem. — 19. Et Chasabiah, et cum eo Jesahiah de filiis Merari, fratres ejus, et filii eorum viginti. — 20. Et de Nethinim quos posuit David, et principes ad ministerium Levitarum, Nethinim ducentos et viginti. Omnes hi nominati sunt per nomina. — 21. Et prædicavi ibi jejunium juxta fluvium Ahava, ut affligeremur coram Deo nostro, ut quæreremus ab eo viam rectam nobis et parvulis nostris, et omni substantiæ nostræ. — 22. Erubui enim petere à rege exercitum, et equites, ut auxiliarentur nobis ab inimico in viâ; dixeramus enim ad regem, dicendo: Manus Dei nostri super omnes quærentes eum in bonitate, et fortitudo ejus, et furor ejus super omnes derelinquentes eum. — 23. Et jejunavimus, et quæsivimus à Deo nostro propter hoc, et placatus est nobis. — 24. Et separavi de principibus sacerdotum duodecim, Serebiah, Chasabiah, et cum eis ex fratribus eorum decem. — 25. Et appendi eis argentum et aurum, et vasa oblationis domûs Dei nostri, quæ obtulerunt rex, et consiliarii ejus, et principes ejus, et omnis Israel *qui* reperti *fuerant*. — 26. Et appendi manibus eorum argenti talenta sexcenta et quinquaginta, et vasa argentea centum talentorum, auri centum talenta. — 27. Et crateres aureos viginti drachmarum mille, et vasa ærea aurei coloris boni duo desiderabilia ut aurum. — 28. Et dixi eis: Vos estis sanctitas Domino, et vasa sanctitas, et argentum et aurum spontaneum Domino Deo patrum nostrorum. — 29. Vigilate, et custodite donec appendatis coram principibus Sacerdotum, et Levitarum, et principibus familiarum Israel in Jerusalaim *in* cubiculis domûs Domini. — 30. Et susceperunt sacerdotes et Levitæ pondus argenti et auri et vasorum, ut adducerent in Jerusalaim ad domum Dei nostri. — 31. Et profecti sumus à flumine Achavâ duodecimâ mensis primi, ut pergeremus Jerusalaim, et manus Dei nostri fuit super nos, et eruit nos de manu inimici, et insidiatoris in viâ. — 32. Et venimus *in* Jerusalaim, et mansimus ibi diebus tribus. — 33. Die autem quartâ appensum est argentum et aurum, et vasa in domo Dei nostri per manum Meremoth filii Uriiah sacerdotis, et cum eo Elhazar filius Pinechas, et cum eis Josabad filius Jesuah, et Nehadia filius Binnui Levitæ. — 34. Juxta numerum, et pondus omnium, et scriptum est omne pondus in tempore illo. — 35. Venientes de captivitate filii transmigrationis obtulerunt holocausta Deo Israel, vitulos duodecim pro omni populo Israel, arietes nonaginta et sex, agnos septuaginta et septem, hircos *pro* peccato duodecim, omnia in holocaustum Domino. — 36. Et dederunt leges regis satrapis regis, et ducibus *qui erant* trans flumen, et exaltaverunt populum, et domum Dei.

COMMENTARIUM.

1. Principes patrum, id est, familiarum. In hoc capite recensentur nominatim per genealogias suas principes familiarum, sive duces qui unà cum Esdrâ ascenderunt de transmigratione Babylonicâ in Jerusalem, regnante in Babylone Artaxerxe rege. In regno Artachsasthe regis, id est, regnante Artaxerxe rege (1).

(1) Vers. 1. — Qui ascenderunt mecum. Hinc patet Esdram hunc catalogum scripsisse, ip-

VERS. 2. — DE FILIIS PINECHAS (1). Filii Aaronis.

VERS. 3. — DE FILIIS PARHOS, sub. qui erat. Istud apponitur, ut distinguatur ab altero Secheniah, de quo v. 5. ET CUM EO GENEALOGIA eorum *masculorum*, etc., id est, dux erat et secum ducebat turmam virorum centum et quinquaginta insignium et egregiorum. Idem in sequentibus nomine *masculi* significabit (2).

VERS. 4. — PACHATH-MOAB. Vide dicta ad v. 6, cap. 2, sup.

VERS. 5. — DE FILIIS SECHENIAH FILIUS JACHAZIEL. Subticet nomen proprium istius. Alii vertunt, *de filiis Secheniah filii Jachaziel*, N. *et cum eo*, etc. Syr. legit, *de filiis Secheniah Gado filius Nehzael, et cum eo*, etc. Inf. cap. 10, 2, habemus Secheniam filium Jehielis (3).

VERS. 10. — DE FILIIS SELOMITH, FILIUS JOSIPHIAH. Septuaginta: *De filiis Baani erat Selimoth filius Josephia* (1).

VERS. 13. — DE FILIIS ADONICAM NOVISSIMIS, vel, *qui erant postremi*, id est, qui postremo loco secuti sunt Esdram. Vel dicuntur *novissimi*, sub. redeuntes, respectu eorum ex eâdem familiâ, qui cum Zorobabele reversi sunt, sup. cap. 2, 13 (2).

VERS. 15. — AD FLUMEN, QUOD VENIT AD AHAVA, id est, ad flumen quod influit, incurrit et exoneratur in Ahava fluvium; vel ad flumen Ahava, quod perfluit regionem Ahava, quam eruditi putant esse *Adiabenam* regionem Assyriæ, conterminam Armeniæ et Mesopotamiæ, sic dictam ab Adiavâ fluvio, si Marcellino credimus. Grot. Igitur vel Esdras ad majorem Israelitarum numerum colligendum Babylone Assyriam èt Mediam versùs progressus est; vel egressus est Susis, ubi degere solebat Artaxerxes: quo posito, cùm dicitur passim ascendisse de *Babel*, sumitur *Babel* pro toto imperio regum Persarum, qui etiam reges Babylonii vocabantur. ET MANSIMUS IBI, etc. (3).

sumque esse hujus libri auctorem. (Corn. à L.)

(1) Dicunt hic expositores nostri communiter, quòd iste non potest intelligi Phinees, qui fuit filius Eleazari, filii Aaron. Similiter cum subditur.

DE FILIIS ITHAMAR, DANIEL, DE FILIIS DA, id est descendentibus ab Ithamar; non potest intelligi Ithamar qui fuit filius Aaron; quia infra eodem capite dicitur quòd de filiis Levi non fuerunt aliqui inventi in populo illo qui tunc erant cum Esdrâ. Phinees autem filius Eleazari, et Ithamar filius Aaron, fuerunt de tribu Levi, et ideò dicunt quòd isti fuerunt alii similium nominum. Sed quidquid sit de principali dicto, scilicet, quòd fuerint de tribu Aaron, vel de aliis tribubus habentes nomina similia, ratio tamen inducta non valet; imò contrariatur textui quem pro se allegant, quia ibi sic loquitur Esdras: *Quæsivique in populo, et in sacerdotibus de filiis Levi, et non inveni*, ex quo patet, quòd cum Esdrâ erant aliqui populares sive laici, qui erant de tribu Juda et Benjamin, et aliqui sacerdotes de tribu Aaron; et quod subditur: *De filiis Levi non inveni*, intelligendum est de simplicibus Levitis prout Levitæ contra Aaronitas distinguuntur. (Lyranus.)

GERSOM. Gersom è posteris erat celebris Phineis, filii Eleazari, filii Aaronis. Daniel in hoc versiculo recitatus, è posteris est Ithamari; et *Hattus* genus è Davide referebat. (Calmet.)

(2) VERS. 3. — DE FILIIS SECHENIÆ, FILIIS PHAROS, ZACHARIAS. Sechenias ad stirpem Pharos pertinuisse ideò dicitur, ut distinguatur ab altero *Secheniâ*, de quo in v. 5; in tertio libro Esdræ hæ genealogiæ ita describuntur: *Ex filiis Phares, Gersomus; ex filiis Siemarith, Amenus; filiorum David, Acchus filius Sceciliæ; ex filiis Phares, Zacharias.* (Calmet.)

(3) VERS. 5. — DE FILIIS SECHENIÆ, FILIUS EZECHIEL. *E posteris Schechaniæ, filii Jachazielis.* Ex analogiâ reliquorum conjicio, post vocem *Schechaniæ* excidisse nomen aliquod proprium viri qui fuerit filius *Jachazielis;* ac proinde vertendum esse: *E posteris Schechaniæ, N. filius Jachazielis.* (Piscator.)

An ita vertendum est? *De filiis Secheniæ filii Jachaziel, N. et cum eo trecenti.* Certè Sechenias filius Jehielis legitur inferiùs 10, 2. Hanc sententiam expresserunt Septuaginta cum Arabico. Nomen filii Secheniæ, quod interiisse in textu videtur, supplet Syriacus: *Ex posteris Sechaniæ, Gado, filius Nehzaelis, et cum eo trecenti mares.* Junius reddit: *De posteris Secheniæ, N. filius Jachaziel*, etc. Tertius Esdræ legit: *Ex filiis Zachues, Jechonias, Zecholei, et cum ipso viri ducenti quinquaginta.* (Calmet.)

(1) VERS. 10. — DE FILIIS SELOMITH, FILIUS JOSPHIÆ. Deesse hìc nomen aliquod non obscurè videtur. Septuaginta: *De filiis Baani, Selimuth filius Josephia.* Idem nomen *Baani* legitur capite 12, 9. (Calmet.)

(2) VERS. 13. — DE FILIIS ADONICAM, QUI ERANT NOVISSIMI, seu qui redierunt Babylone post fratres suos, qui antea cum Zorobabele venerant. In censu descripto superiùs, capite 2, 13, legitur Adonicam, ejusque filii sexcenti sexaginta sex. (Calmet.)

VERS. 14. — ZACHUR. Hebræus, זכיר, et Septuaginta, Ζαβουδ, *Zabud.* S. Hieronymus legit זכור.

(3) VERS. 15. — AD FLUVIUM QUI DECURRIT AB AHAVA. Exhibentur in 4 Reg. 17, 31, populi *Hevæi*, et regio *Avah.* Gens *Avah* ab Assyriæ regibus in Palæstinam translata est, traditâ illis vacuâ Israelitarum regione. Meditans Esdras coloniam suam augere, et non Judæos modò, verùm etiam Israelitas decem tribuum colligere, à recto itinere deflectens secùs Tigrim contrario amne, Assyriam et Mediam versùs profectus est, ut secum duceret eos qui redire voluissent. Hinc itineris hujus diuturnitas.

Facilè etiam Esdras non ex urbe Babylone movit, sed è Susis, ubi sedem habebat Arta-

Ut tempus impenderetur lustrationi cœtûs, et ut profectionis laboribus fatigatæ multitudini tantillùm quietis concederetur. ET DE FILIIS LEVI : qui non erant sacerdotes (1).

VERS. 16. — ET MISI AD ELIHEZER, etc. Ut scilicet ad me venirent recepturi mandata quæ deferrent ad Iddo. Alii, *misi igitur Eliezer, Arielem*, etc. (2).

VERS. 17. — PRINCIPEM IN CHASIPHIAH LOCO, id est, qui præerat loco illi. (*In Chasiphiah*, id est, qui præerat loco illi fortissimo et munitissimo, et fortassè inexpugnabili.) Septuaginta : *In loco Gazophylacii*, à כסף *Keseph, argento*. Alii exponunt, qui præerat argenti fodinis. Alii Caspios montes inter Mediam et Hyrcaniam positos intelligunt (1). ET POSUI IN

xerxes, et Judæi maximè florebant. Ut Hierosolymam rectà pergeret, per mediam provinciam *Avah* ad Tigrim in Assyriâ illi transeundum erat. Fatemur equidem, in textu non semel legi, Esdram venisse Babylone; sed eo nomine significari etiam potest universum Babyloniæ regnum, universæque regiones, quæ tunc Persis parebant. Ejus imperii urbs omnium notissima erat Babylon ; neque alio nomine apud Judæos exprimebatur. *Captivi Babylonis* erant Judæi omnes, latè per totam ditionem regum Babyloniæ dispersi; et *reditus Babylone* indicat libertatem captivis restitutam quâcumque demùm è regione trans Euphratem venissent. Igitur ex itinere per regionem ad amnem *Ahava* nuntios misit Esdras ad montes Caspios, Judæos vocaturus, ut sibi jungerentur, v. 17. Tertius liber Esdræ legit in Græco : *Ad fluvium Thera;* et in Latino : *Ad fluvium Thia.* Septuaginta : *Ad fluvium Evi*, vel *Aove.* (Calmet.)

(1) QUÆSIVIQUE IN POPULO ET IN SACERDOTIBUS DE FILIIS LEVI, ET NON INVENI IBI. Quæstio ex his verbis oritur, nempe quomodò dicat se in sacerdotibus, id est, inter sacerdotes quæsivisse de filiis Levi, et non invenisse, cùm sacerdotes esse non possent, nisi de tribu Levi? Respondeo Levitas in Scripturâ sacrâ dupliciter dici, uno modo, omnes qui ex Levi progeniti sunt, comprehensis etiam sacerdotibus; alio modo eos, qui ex illâ tribu sunt, non sacerdotes. Nam nomen generis sæpè apud scriptores attribuitur speciei imperfectiori, sicut vulgò solas bestias vocamus animalia, et tamen reverà etiam homines sunt animalia. Ita ergo sacerdotes quidem erant Levitæ, sed vulgò apud Judæos nomen Levitarum referebatur tantùm ad Levitas non sacerdotes. Et tales Levitas requirebat Esdras inter sacerdotes, et non inveniebat. (Estius.)

(2) VERS. 16. — JOIARIB, ET ELNATHAN, SAPIENTES. Ad litteram : *Intelligentes*, seu potiùs doctores, et erudiendis aliis idoneos, vel quibus institutio populi commissa erat. Vide 2 Esdr. 8, 7, et 2 Paral. 35,3, ubi eadem originalis vox exprimit Levitas populum docentes. Septuaginta, Arabs, et interpretum plures ita reddunt hunc versiculum, veluti Esdras miserit ad Eliezerum, Arielem, aliosque, non verò illos eosdem viros missos fuisse ad Eddonem principem commorantium in montibus Caspiis, ut habet Vulgata. Sed orationis series postulat, sive ut sensus Latini interpretis retineatur, sive ut reputemus, Esdram misisse accitum Eliezerum et Arielem cum aliis, ut illos jussionibus suis oneraret, legaretque ad Eddonem. (Calmet.)

(1) VERS. 17. — ET MISI EOS AD EDDO. Dicunt autem expositores nostri communiter, quòd misit nuntios ad Judæos qui erant ultra montes Caspios, quos transtulerant Theglathphalasar et Salmanasar reges Assyriorum de regno decem tribuum, ut habetur quarto Regum. Sed hoc potest improbari per textum secundi Paral. 2 c., ubi dicitur, quòd sacerdotes et Levitæ qui erant in universo regno Israel, dimisso Jeroboam qui colebat vitulos aureos, venerunt ad Roboam regem Judæ ; et ex tunc in regno suo manserunt usque ad transmigrationem quæ facta est per Nabuchodonosor. Ex quo patet quòd non fuerunt captivati cum decem tribubus; et ideò frustra misisset illùc nuntios Esdras ad quærendum Levitas. Item potest improbari per textum in hoc libro, quia capitulo præcedenti dicitur, quòd Esdras cum pluribus aliis recessit de Babylone ad eundum versùs Jerusalem septimo anno regis Artaxerxis, primo die primi mensis, et venerunt usque ad fluvium qui decurrit ad Ahavâ, ut habetur in hoc cap., et ibi manserunt tribus diebus, et postea miserunt nuntios ad quærendum Levitas, quibus adductis, die 12 mensis ejusdem recesserunt de fluvio Ahava, ut habetur infra, isto cap., et sic missio nuntiorum pro Levitis, et eorum præparatio ut venirent ad Esdram, et adventus ipsorum ad eum, totum hoc fuit factum in spatio octo dierum, et propter hoc locus Caspiæ, unde fuerunt adducti, non poterat esse multùm longè à flumine Ahavâ, ubi erat Esdras cum suâ comitivâ, et ideò dicit hìc Rab. Salom. quòd Caspia est nomen loci in regione Babylonis, ubi multi de Levitis et Nathinæis manebant, qui non ascenderant cum Zorobabel et Josue filio Josedech; loca verò ad quæ decem tribus fuerunt captivatæ, multùm valdè distant à Babylone : propter quod in tam parvo tempore nuntii non potuissent illùc ire et redire. Unde dicunt Hebræi, quòd nulli redierunt de illâ captivitate ; sed Judæi qui sunt dispersi per orbem in Europâ et Africâ, sunt de tribubus Juda, et Benjamin, et Levi, exceptis paucis qui de captivitate decem tribuum fugiendo evadentes conjunxerunt se regno Judæ, et in captivitate Babylonicâ fuerunt captivati cum tribus tribubus prædictis, et cum eis redierunt qui voluerunt redire. (Lyranus.)

VERS. 17. — MISIT EOS AD EDDO, QUI EST PRIMUS IN CHASPHIÆ LOCO. Cum doctis pluribus interpretibus censemus, *Caspiam* vel *Chasphiam* significare montes Caspios, inter Mediam et Hyrcaniam; Eddonem verò Israelitam fuisse, Nathinæis regionis illius præpositum. Nathinæi servi erant proselyti è Gabaonitis, veteribusque populis Chanaanitidis, quos Josue, David, et Salomon templi ministerio addixerant. Hos amandârunt Chaldæi reges ad montes Caspios, facilè ut servirent operibus. Optabat autem Esdras ex iis aliquos secum reducere in Judæam, ne servis in usum

ORE, etc., q. d.: Dictavi illis quæ loquerentur. *Ponere aliquid in ore alicujus*, pro admonere aliquem eorum quæ dicturus sit. NETHINIM. Forsan erant Nathinæi, vel qui collocati erant in, etc.

VERS. 18. — SECUNDUM MANUM DEI NOSTRI BONAM SUPER NOS. Hebraismus, id est, pro favore Dei nostri erga nos, sive quo prosequebatur nos. De hoc capite præcedenti versu 6 et 9. VIRUM INTELLIGENTEM, ad verbum, *virum intellectûs*, id est, sapientissimum ac prudentissimum. DE FILIIS MACHLI, id est, nepotibus, qui priores redierunt de Babylone.

VERS. 20. — QUOS POSUIT, vel, *quos tradiderat*, id est, dedicaverat operi ac ministerio Levitarum. NOMINATI SUNT, etc., vel, *designati fuerunt nominibus*, sub. suis (1).

VERS. 21. — UT AFFLIGEREMUR, id est, ut affligeremus corpora nostra, ut hâc ratione testaremur nos peccatores esse, et peccâsse in Dominum. UT QUÆREREMUS, etc., id est, et peteremus ab eo ut ostenderet nobis viam rectam. OMNI SUBSTANTIÆ, id est, omnibus rebus nostris.

VERS. 22. — ERUBUI ENIM, vel, *siquidem puduit me*, q. d.: Habui rationem nominis Dei. MANUS DEI NOSTRI, q. d.: Solet Deus noster tueri ac protegere quotquot requirunt eum, et illis ostendere fortitudinem suam: furorem autem suum contra omnes qui deficiunt ab ipso (1). IN BONITATE, vel, *in bonum*.

templi careret: *Ut adducerent nobis ministros domûs Dei nostri*. Igitur Nathinæis hisce montium Caspiorum libera erat facultas redeundi; iisque conditio servorum templi dulcior fuerit in Judæâ necesse est, quàm vitæ genus in montibus laboriosum. Septuaginta: *Emisi eos ad principes in argento loci, ut adducerent nobis cantores in domum Dei nostri*; vel ex tertio Esdræ: *Dixi eis, ut venirent ad Loddeum, qui erat apud locum gazophylacii*.

CHASPHIÆ LOCO. Num fortè urbs est Caswin? Vide Iter. Moschov. tom. 1, pag. 459. Alii designari malunt Casoin veteris Arsaciæ. (Calmet.)

(1) VERS. 20. — SUIS NOMINIBUS VOCABANTUR. Septuaginta habent: *Omnes congregati sunt in nominibus*, quo significari videtur eos inter cæteros fuisse eximios et præcipuos. (Menochius.)

VERS. 21. — ET PRÆDICAVI, id est, indixi et promulgavi commune JEJUNIUM, etc., UT PETEREMUS AB EO VIAM RECTAM, ut scilicet Deus viâ rectâ nos salvos et incolumes per tot hostes, pericula et anfractus deduceret in Jerusalem, omniaque nostra prosperaret. (Corn. à Lap.)

PRÆDICAVI IBI JEJUNIUM, tanquàm deductor coloniæ à rege constitutus. UT AFFLIGEREMUR, *ut affligeremus nos*, subtrahendo scilicet iis cibum necessarium. (Synopsis.)

Hoc exemplo monemur, ut quotiescumque opus aliquod magni momenti aggredimur, jejunium et orationes præmittamus. Notandum etiam quòd jejunium præmittitur orationi. Primò enim dicit: *Ut affligeremur coram Domino*; deinde verò, *et peteremus ab eo viam rectam*. Etsimiliter paulò post rursùm: *Jejunavimus et rogavimus Dominum*. Oportet enim, inquit Beda, ut quicumque ad precandam misericordiam Domini ingreditur, primùm se continentiùs vivendo, dignum exaudiri præbeat, et sic confidenter orationis effectum à Domino expectet. Sic ille. Item jejunium mentem reddit aptam orationi, quia purificat et elevat, ut Ecclesia canit. Et in proposito, hi ad iter se paraturi, per jejunium seipsos affligentes, et peccata præterita castigantes, præveniunt manum Dei, ne eos fortè justè puniret objiciendo periculis. (Estius.)

Videtur Esdras octo dierum jejunium indixisse, inchoatumque illud fuisse post tres illos dies, quibus mansit juxta fluvium Ahava, deinde progredi cœpisse, ut infra dicitur.

(1) VERS. 22. — ERUBUI PETERE A REGE AUXILIUM, etc. Prudenter, ne rex minùs edoctus res divinas vana crederet, quæ de Dei in se benevolentiâ et vaticiniis sibi editis Judæi publicabant; ne rex eam postulationem diffidentiam divini auxilii interpretaretur. Pereundum potiùs pii judicant, quàm humanis auxiliis conservari velle cum damno gloriæ Dei. QUID DIXERAMUS REGI. Quærenti satisne tutò tam longum et periculosum iter facturi essemus. MANUS DEI, etc. Cùm autem rex et proceres ejus essent ignari operum Dei, perquàm opus erat augustâ bonitatis et potentiæ Dei prædicatione, eâque ex antiquitatis monumentis repetitâ. Hanc ergo laudem Dei minuere noluit petitione ullius auxilii, etc. (Synopsis.)

ERUBUI ENIM, etc. At videtur quòd in hoc peccaverit, exponendo se et comitativam suam periculis propter erubescentiam. Ad quod dicendum quòd non fecit propter erubescentiam propriæ personæ, sed quia hoc verti poterat in opprobrium divinæ potentiæ, quia rex gentilis posset credere et dicere quòd Deus Judæorum non esset potens ad eos defendendum, et ideò non peccavit Esdras hoc faciendo propter honorem divinum. Secundò fuit dispositio profectionis in hoc quòd pretiosa quæ portanda erant in Jerusalem fuerunt tradita sacerdotibus ad deferendum. SUPER OMNES QUI DERELINQUUNT EUM. Quoniam apostatas, ut majoris multò criminis reos, quàm reliquos infideles, qui nunquàm fidem complexi sunt, acriùs punit. (Lyranus.)

VERS. 21, 22. — *Etant sur le bord du fleuve Ahava, je publiai un jeûne, pour nous affliger devant le Seigneur notre Dieu, et pour lui demander qu'il nous conduisît heureusement.... Car j'eus honte de demander au roi une escorte*, etc. Les vrais serviteurs de Dieu envisagent plus sa gloire que leurs propres intérêts. Le saint homme Esdras avait relevé la grandeur du Dieu d'Israël, et son pouvoir souverain sur tous les hommes en parlant à Artaxerxès. Il était donc obligé de ne pas détruire dans l'esprit de ce roi païen l'idée véritable qu'il lui avait fait concevoir du Dieu tout-puissant qu'il adorait. C'est néanmoins ce qu'il aurait fait, s'il avait suivi en cette rencontre les règles les plus ordinaires de la

Vers. 23. — Et quæsivimus a Deo nostro propter hoc, id est, fecimus petitionem nostram ad Deum ut ostenderet nobis viam rectam (1). Et placatus est nobis, vel, *et exoratus est nobis*, id est, exaudivit preces nostras.

Vers. 24. — De principibus sacerdotum, id est, ex iis qui inter sacerdotes primas tenebant (2).

politique et de la prudence humaine, qui semblaient devoir l'engager à demander à ce prince quelque escorte qui pût le mettre à couvert avec tous les siens des insultes qu'ils avaient sujet de craindre de la part de leurs ennemis pendant un si long voyage. Mais parce qu'il considéra qu'en demandant cette escorte au roi, il lui aurait donné lieu de le soupçonner de peu de sincérité dans ce qu'il lui avait dit, *que leur Dieu faisait sentir sa main favorable à tous ceux qui le cherchaient sincèrement*, il aima mieux abandonner ces moyens humains, quoique très-permis d'ailleurs, et se confier uniquement en l'assistance du divin Protecteur d'Israël. Il eut donc recours au jeûne et à la prière, et il obligea tous ceux qui l'accompagnaient de jeûner et de prier comme lui dans un esprit de pénitence, afin d'obtenir de Dieu par cette humble *affliction* de leurs esprits et de leurs cœurs, le secours *qu'il avait honte de demander* à un roi païen, comme si leur Dieu n'eût pas été tout-puissant pour les secourir.

Il est vrai que Dieu ne nous empêche pas de nous servir des moyens humains pour nous défendre de nos ennemis, et qu'il pourrait même y avoir souvent de l'orgueil et de la témérité, de négliger les voies ordinaires et légitimes, pour ne s'attendre qu'à des miracles. Ce n'est pas ainsi qu'il nous oblige de nous conduire. Il ne fait pas tous les jours des prodiges pour sauver ses serviteurs. Et l'humilité les engage à prendre toutes les sûretés qu'ils peuvent légitimement, en se confiant néanmoins toujours principalement en lui. Mais lorsqu'il s'agit, comme en cette occasion, de donner lieu aux infidèles de connaître quelle est la grandeur et la puissance de notre Dieu, et qu'il y a lieu de craindre raisonnablement qu'on ne diminue dans leurs esprits la haute idée de sa gloire que nous tenons à honneur de professer publiquement, la seule crainte que l'on doit avoir alors, est de témoigner par quelque crainte, qu'on n'a pas une entière confiance dans le Seigneur qu'on adore. Et c'est alors qu'à l'exemple du saint prêtre Esdras, nous devons *rougir* d'attendre des hommes ce que nous devons uniquement attendre de Dieu. (Sacy.)

(1) Vers. 23. — Rogavimus Deum nostrum per hoc, Hebr. et Septuag. : *Pro hoc*, vel *propter hoc*, ut scilicet propter hoc jejunium dirigeret et prosperaret iter nostrum : quod et fecit : nam evenit nobis prospere. Vide hìc quàm apud Deum potens sit oratio armata jejunio, ut videatur Deo vim inferre ad concedendum id quod petitur. (Corn. à Lap.)

(2) Vers. 24. — Separavi.... duodecim, quibus donaria templo Dei collata credidit. (Wolphius.)

Vers. 25.—Et appendi eis argentum (1), etc., id est, appensum, vel in pondere tradidi argentum. Et vasa, id est, quæ mihi concredita fuerant, supra, capite præcedenti, v. 19. Oblationis, vel, oblationem, appositivè. Et omnis Israel, etc., id est, omnes Israelitæ qui inventi sunt, sive qui erant in Babylone (2).

Vers. 26. — Centum talentorum, id est, ad pondus centum talentorum, q. d. : Omnia vasa argentea simul appenderunt centum talenta. Alii distinguunt post centum, tanquàm fuerint centum vasa argentea, et unumquodque vas appenderit centum talenta, q. d., vasa argentea centum totidem talentorum (3).

Vers. 27. — Et crateres aureos, vel, et pelves aureas. Alii : *Et cochlearia aurea.* Drachmarum mille, ad verbum, *mille adarchonim.* Quodlibet eorum valebat siclum aureum, id est, undecim libellas, undecim asses, novem denarios et quartam denarii nostratis partem. (Calmet.) Ærea auri coloris boni, vel *æris fulgentis*, fulvi, splendentis, *boni*, id est, pretiosi ac probati (4). Desiderabilia ut aurum, id est, pretiosa tanquàm aurum optimum, q. d., duo vasa ænea pretiosissima et elegantissima.

Vers. 28. — Sanctitas Domino, et vasa sanctitas, id est, dicati ac consecrati Domino, vasa quoque dicata et consecrata Domino, q. d., par est ergo ut rem Deo consecratam cu-

(1) Vers. 25. — Appendique eis argentum, etc. Id fecit, tum ut suam eis fidem atque diligentiam probaret, tum ut omnem eis occasionem peculatûs ac perfidiæ præriperet. (Wolphius.)

(2) Vers. 26. — Vasa argentea centum. Hebræus ad litteram : *Vasa argenti centum talentorum.* (Calmet.)

(3) Quod minimè probabile est, cùm neque textus id suadeat. Erant utique vasa argentea varii ponderis et figuræ, ut simul omnia centum talentis æquivalerent. Accedebant vasa aurea pondo centum talentorum, et sexcenta argenti talenta ære cusa. (Calmet.)

(4) Vers. 27. — Vasa æris fulgentis optimi duo, pulchra ut aurum. Materia horum vasorum fuisse creditur æs illud pretiosum, quod Latini appellârunt *aurichalcum*, quòd aurum ære mixtum referre arbitrarentur. Alii conflata credunt ex ære Corinthio, quod mixtura credebatur ex auro, argento, ære conflata, ex liquatis varii metalli simulacris in direptione Corinthi per L. Mummium. Sed Esdræ ætas genus illud æris minimè nôrat, cùm diù postea Corinthus conflagrârit. Insuper fabulam sapit historia de origine ejus metalli, cujus nullæ veteres reliquiæ hodiè supersunt, nullum è vasis hisce Corinthiis exhibetur. Frustra igitur scrutari hujus æris, de quo Esdras, naturam conamur, utrùm æris genus fuerit, an fusile, an arte confectum. (Calmet.)

retis deferendam in templum suum. AURUM SPONTANEUM, id est, liberaliter datum (1).

VERS. 29. — VIGILATE ET CUSTODITE, id est, diligenter custodite illa, q. d. : Ego committo illa fidei vestræ. APPENDATIS, id est, in pondere tribuatis et reddatis ac deponatis ea. In CUBICULIS, vel, *in exedris*, seu gazophylaciis.

VERS. 30. — ET LEVITÆ, qui scilicet adjuncti erant illis sacerdotibus. UT ADDUCERENT, vel, *ut deferrent*, id est, deferendum curarent.

VERS. 31. — ET PROFECTI SUMUS A FLUMINE, vel, *promovimus autem à ripâ fluminis*, MENSIS PRIMI; is est mensis Nisan. ET MANUS DEI NOSTRI, etc. Hebraismus, de quo antea. *Manum Dei* vocat gratiam et auxilium, q. d. : Deus noster auxiliatus est nobis, liberavitque nos ab inimicis nostris, et iis qui insidiabantur nobis in viâ (1).

VERS. 33. — APPENSUM EST, id est, in pondere redditum (2).

VERS. 35. — VENIENTES DE CAPTIVITATE FILII TRANSMIGRATIONIS, id est, qui venientes fuerant cum Esdrâ de captivitate Babylonicâ, id est, filii transmigrationis, hoc est, qui transmigraverunt in Babylonem; unde postea unà cum Esdrâ reversi erant. DUODECIM. Erant enim duodecim tribus in Israele. HIRCOS pro *peccato*, ad verbum, *hircos peccati*, id est, in sacrificium pro peccato. OMNIA, sub. inquam, illa obtulerunt (3).

VERS. 36. — LEGES REGIS, vel, *edicta regis*,

(1) Fortè ex tali ære fecit Salomon vasa templi, de quibus 1 Reg. 7, vers. 45. Porrò, pondus et numerum singulorum generum tam diligenter retulit scriptor, ut animadverterentur et benedictio Dei, qui sic inflexit hominum voluntates, cui idcircò gratiarum actio debebatur, et dantium liberalitas, et accipientium necessitas. (Synopsis.)

VERS. 28. — VOS SANCTI DOMINI, etc.; quasi dicat : Vos qui sancti estis, et Deo dicati, decet sanctè et fideliter tractare, etc. (Menochius.)

VOS SANCTI, Hebr. : *Vos sanctum*, etc., tum ob munus, tum ob horum bonorum custodiam, q. d. : Decet vos tueri illam fidei ac probitatis spem quam in animis hominum suscitâstis. ET VASA SANCTA. Sancta sunt, etc.; ergo sacrilegium est ea injustè dispensare. OBLATUM DOMINO, honori Dei. Illius igitur honori detrahitur eorumdem subtractione. (Synopsis.)

VERS. 28, 29. — *Vous êtes les saints du Seigneur, et ces vases sont saints, comme cet or et cet argent qui a été offert volontairement au Seigneur, au Dieu de nos pères. Gardez donc ce dépôt avec grand soin, jusqu'à ce que vous le rendiez dans le même poids à Jérusalem*, etc. Esdras tient ici en quelque façon la place de Dieu. Et ces douze prêtres qu'il choisit pour leur confier les vases destinés au temple, nous peuvent représenter tous les saints ministres, à qui Dieu confie le soin et la garde des fidèles qui sont nommés par saint Paul, tantôt *des vases de miséricorde, qu'il a préparés pour la gloire*, tantôt *des vases d'honneur sanctifiés et propres au service du Seigneur;* tantôt *des vases de terre, qui renferment un* grand *trésor*, et qui servent à *faire éclater* davantage *la grandeur de la puissance de Dieu;* tantôt *des vases d'or et d'argent*. Car quoique le même Apôtre ordonne de la part de Dieu, à chacun de nous, de prendre le soin de posséder son vase saintement et avec honneur : *Ut sciat unusquisque vestrûm vas suum possidere in sanctificatione et honore*, Dieu ne laisse pas de confier encore, d'une manière toute particulière, aux saints ministres le soin et la garde de *ces vases saints*, consacrés à son service; et il leur dit, comme Esdras disait alors aux douze prêtres qu'il avait choisis : *Vous êtes les saints du Seigneur*, c'est-à-dire, séparés de la corruption du siècle, et sanctifiés pour le ministère de son Eglise; *et ces vases*, qu'on vous met présentement entre les mains, *sont saints aussi*, étant devenus par le baptême les temples du Saint-Esprit. *Gardez donc avec grand soin ce dépôt, afin que vous le rendiez dans le même poids à Jérusalem, pour être mis dans le trésor de la maison du Seigneur.* C'est un dépôt de très-grand prix, qui est confié à vos soins, et c'est Dieu même qui vous le confie, et qui confie, à *vous* autres, *qui êtes saints, des vases qui sont saints aussi.* Prenez donc bien garde de ne pas profaner et de ne pas perdre ce qui a été sanctifié pour le Seigneur, parce que vous serez un jour obligés d'en rendre compte, et de *redonner poids pour poids*. (Sacy.)

(1) INIMICI ET INSIDIATORIS; singularem etiam numerum habet Hebræus, et Græcus textus, nec tamen unum aliquem inimicum, aut insidiatorem designat, sed universè omnes hostes et insidiatores intelligit. (Menochius.)

ET MANSIMUS, etc., ut quiete præhabitâ, cum majori deliberatione traderentur pretiosa quæ erant deportanda. Ideò subditur :

(2) VERS. 33. — DIE AUTEM QUARTA, etc.; id est, sub certo pondere et numero traditum. (Lyranus.)

DESCRIPTUMQUE EST OMNE PONDUS, id est, in acta publica relatum, ut publico instrumento liberata esset illorum fides. Omnium mobilium ad templum datorum factus est inventarius; quod et in privatis familiis faciendum censent qui œconomica præcepta dederunt. (Synopsis.)

(3) VERS. 35.—OBTULERUNT HOLOCAUSTOMATA. Holocaustum propriè erat sacrificium, quo tota victima in honorem Dei cremabatur; sed hic latiùs sumitur pro quâlibet hostiâ, etiam pro peccato oblatâ, ut sequitur.

VITULOS DUODECIM PRO OMNI POPULO ISRAEL; ac si tribus omnes coivissent. Constat utique, plures ex Israelitis decem tribuum adjunxisse sese Judæ et Benjamino. Animadvertere etiam supra, 6, 17, licuit, sacrificium quoddam duodecim hircorum pro peccato universi Israelis.

id est, epistolam regis quæ continebat edicta supradicta. SATRAPIS REGIS, id est, ejus. Antecedens pro relativo. TRANS FLUMEN, scilicet Euphratem. ET EXALTAVERUNT, etc., id est, satrapæ illi et duces regis faverunt quàm maximè populo et templo Dei ; Israelitas singulari favore prosecuti sunt (1).

(1) VERS. 36. — ET ELEVAVERUNT POPULUM, etc., *sublevàrunt* muneribus et subsidiis, amicè tractàrunt. Alii, *levaverunt*, nempe onere et impedimento ; q. d. : Non fuerunt eis impedimento. (Synopsis.)

SATRAPIS. In textu : לאחשדרפני, *achasdarpenei*. Septuaginta : *Domesticis regis*, vel rerum illius procuratoribus. Syrus : *Principibus*. Tertius Esdræ : *Regalibus dispensatoribus, et subregulis Cœlesyriæ et Phœnicis*.

ELEVAVERUNT POPULUM ET DOMUM DEI. Hoc ingenium est optimatum, ut ad mores principis totos se forment, sententias, animum, verba, omnia. (Calmet.)

CAPUT IX.

1. Postquàm autem hæc completa sunt, accesserunt ad me principes, dicentes : Non est separatus populus Israel, sacerdotes et Levitæ, à populis terrarum et abominationibus eorum, Chananæi videlicet, et Hethæi, et Pherezæi, et Jebusæi, et Ammonitarum, et Moabitarum, et Ægyptiorum, et Amorrhæorum.

2. Tulerunt enim de filiabus eorum sibi et filiis suis, et commiscuerunt semen sanctum cum populis terrarum : manus etiam principum et magistratuum fuit in transgressione hâc primâ.

3. Cùmque audîssem sermonem istum, scidi pallium meum et tunicam, et evelli capillos capitis mei, et barbæ, et sedi mœrens.

4. Convenerunt autem ad me omnes qui timebant verbum Dei Israel pro transgressione eorum qui de captivitate venerant, et ego sedebam tristis usque ad sacrificium vespertinum :

5. Et in sacrificio vespertino surrexi de afflictione meâ, et scisso pallio et tunicâ, curvavi genua mea, et expandi manus meas ad Dominum Deum meum,

6. Et dixi : Deus meus, confundor et erubesco levare faciem meam ad te : quoniam iniquitates nostræ multiplicatæ sunt super caput nostrum, et delicta nostra creverunt usque ad cœlum,

7. A diebus patrum nostrorum ; sed et nos ipsi peccavimus graviter usque ad diem hanc, et iniquitatibus nostris traditi sumus ipsi, et reges nostri, et sacerdotes nostri in manum regum terrarum, et in gladium et in captivitatem, et in rapinam et in confusionem vultûs, sicut et die hâc.

8. Et nunc quasi parùm et ad momen-

CHAPITRE IX.

1. Après que cela fut fait, les princes vinrent vers moi, disant : Le peuple d'Israël, les prêtres et les Lévites ne sont point séparés des abominations des peuples de ce pays, des Chananéens, des Héthéens, des Phérézéens, des Jébuséens, des Ammonites, des Moabites, des Egyptiens et des Amorrhéens ;

2. Car ils ont pris de leurs filles pour eux et pour leurs fils, et ils ont mêlé la race sainte avec les nations ; et même les princes et les magistrats se sont rendus coupables les premiers de cette violation de la loi.

3. Lorsque je les eus entendus parler ainsi, je déchirai mon manteau et ma tunique ; je m'arrachai les cheveux de la tête et les poils de la barbe, et je m'assis accablé de tristesse.

4. Tous ceux qui craignaient la parole du Dieu d'Israël s'assemblèrent auprès de moi, à cause de la transgression de ceux qui étaient revenus de la captivité ; et je demeurai assis et tout triste jusqu'au sacrifice du soir.

5. Et lorsqu'on offrait le sacrifice du soir je me levai de mon affliction ; et, ayant mon manteau et ma tunique déchirés, je me mis à genoux, et j'étendis mes mains vers le Seigneur mon Dieu,

6. Et je lui dis : Mon Dieu, je suis dans la confusion, et j'ai honte de lever les yeux devant vous, parce que nos iniquités se sont multipliées sur nos têtes depuis le temps de nos pères, et que nos péchés se sont accrus jusqu'au ciel.

7. Nous sommes tombés aussi nous-mêmes jusqu'aujourd'hui dans de grands péchés ; et nos iniquités ont été cause que nous avons été livrés, nous, nos rois et nos prêtres, entre les mains des rois des nations, et que nous avons été abandonnés à l'épée, à la servitude, au pillage, aux insultes et à la confusion, comme nous le sommes encore en ce jour-ci.

8. Et maintenant à peine le Seigneur notre

tum facta est deprecatio nostra apud Dominum Deum nostrum, ut dimitterentur nobis reliquiæ, et daretur nobis paxillus in loco sancto ejus: et illuminaret oculos nostros Deus noster, et daret nobis vitam modicam in servitute nostrâ,

9. Quia servi sumus, et in servitute nostrâ non dereliquit nos Deus noster, sed inclinavit super nos misericordiam coram rege Persarum, ut daret nobis vitam, et sublimaret domum Dei nostri, et exstrueret solitudines ejus, et daret nobis sepem in Judâ et Jerusalem.

10. Et nunc quid dicemus, Deus noster, post hæc ? quia dereliquimus mandata tua,

11. Quæ præcepisti in manu servorum tuorum prophetarum, dicens : Terra ad quam vos ingredimini, ut possideatis eam, terra immunda est, juxta immunditiam populorum, cæterarumque terrarum, abominationibus eorum qui repleverunt eam ab ore usque ad os in coinquinatione suâ ;

12. Nunc ergo filias vestras ne detis filiis eorum, et filias eorum ne accipiatis filiis vestris, et non quæratis pacem eorum et prosperitatem eorum usque in æternum : ut confortemini, et comedatis quæ bona sunt terræ, et hæredes habeatis filios vestros usque in seculum.

13. Et post omnia quæ venerunt super nos in operibus nostris pessimis, et in delicto nostro magno, quia tu, Deus noster, liberâsti nos de iniquitate nostrâ, et dedisti nobis salutem, sicut est hodie,

14. Ut non converteremur, et irrita faceremus mandata tua, neque matrimonia jungeremus cum populis abominationum istarum. Numquid iratus es nobis usque ad consummationem, ne dimitteres nobis reliquias ad salutem ?

15. Domine Deus Israel, justus es tu, quoniam derelicti sumus, qui salvaremur sicut die hâc. Ecce coram te sumus in delicto nostro : non enim stari potest coram te super hoc.

Dieu a-t-il depuis quelque temps écouté nos prières, et commencé de nous faire grâce pour nous laisser quelques restes et nous donner un établissement dans son lieu saint, aussi pour éclairer nos yeux et nous laisser un peu de vie dans notre servitude;

9. Car nous sommes esclaves, et notre Dieu ne nous a pas abandonnés dans notre captivité; mais il nous a fait trouver miséricorde devant le roi des Perses afin qu'il nous donnât la vie, qu'il élevât la maison de notre Dieu, qu'il en relevât les ruines, et qu'il nous laissât un lieu de retraite dans Juda et dans Jérusalem.

10. Et maintenant, ô notre Dieu, que dirons-nous, après de telles choses? car nous nous sommes écartés des commandements

11. Que vous nous avez donnés par la main des prophètes vos serviteurs, en nous disant : La terre que vous allez posséder est une terre impure, selon la souillure des peuples et des autres terres, à cause de leurs abominations qui l'ont remplie d'un bout jusqu'à l'autre par leur infamie.

12. C'est pourquoi ne donnez point vos filles à leurs fils, ne prenez point leurs filles pour vos fils, et ne recherchez jamais ni leur paix ni leur prospérité, afin que vous deveniez puissants, que vous mangiez les biens de la terre, et qu'après vous vos enfants en héritent et en jouissent pour jamais.

13. Et après tous ces maux qui nous sont arrivés à cause de nos œuvres très-déréglées et de nos grands péchés, vous nous avez délivrés de notre iniquité, ô notre Dieu ! et vous nous avez sauvés, comme nous le voyons aujourd'hui,

14. Afin que nous ne retournassions point à rendre vains vos commandements, et que nous ne contractassions point de mariages avec les peuples abandonnés à toutes ces abominations. Serez-vous irrité contre nous jusqu'à nous perdre entièrement, sans laisser aucun reste de votre peuple pour le sauver?

15. Seigneur, Dieu d'Israël, vous êtes juste, puisque nous avons été réservés pour être sauvés ainsi que nous le sommes en ce jour. Voici que nous sommes devant vous dans notre péché; car après cela nul ne peut subsister devant vous.

TRANSLATIO EX HEBRÆO.

1. Et cùm finita essent hæc, accesserunt ad me principes, dicendo : Non sunt separati populus Israel, et sacerdotes, et Levitæ, à populis terrarum in abominationibus eorum, Chenahanæi, Chitthæi, Perisæi, Jebusæi, Hammonitæ, et Moabitæ, Misritæ, et Emoræi. — 2. Quia tulerunt de filiabus eorum sibi, et filiis suis, et mixtum est semen sanctum cum populis terrarum, et manus principum et magistratuum, fuit in prævaricatione istâ prima. — 3. Et cùm audissem verbum istud, scidi vestimentum meum, et pallium meum, et evulsi capillos capitis mei, et barbam meam, et sedi stupens. — 4. Et ad me congregabantur omnes pavidi in verbis Dei Israel pro prævaricatione transmigrationis, et ego sedebam stupens usque ad sacrificium vespertinum. — 5. Et in sacrificio vespertino surrexi de afflictione meâ, et cùm scidissem vestimentum meum, et pallium meum, curvavi me super genua mea, et expandi palmas meas ad Dominum Deum meum, — 6. Et dixi : Deus mi, pudore affectus sum, et erubui elevare, Deus mi, faciem meam ad te, quoniam iniquitates nostræ multiplicatæ sunt super caput, et delictum nostrorum crevit usque ad cœlum. — 7. A diebus patrum nostrorum fuimus in delicto magno usque ad diem hanc : et propter iniquitates nostras traditi sumus nos, reges nostri, et sacerdotes nostri, in manum regum terrarum, in gladium, in captivitatem, et in rapinam, et in pudorem vultûs, secundùm diem hanc. — 8. Et nunc modico momento, fuit miseratio (deprecatio) à Domino Deo nostro, ut derelinqueret nobis evasionem, et daret nobis clavum in loco sanctitatis ejus, ut illuminaret oculos nostros Deus noster, et daret nobis vitam modicam in servitute nostrâ. — 9. Quia servi sumus, et in servitute nostrâ non dereliquit nos Deus noster, et inclinavit super nos misericordiam coram rege Paras, ut daret nobis vitam, ut exaltaret domum Dei nostri, et stare faceret solitudines ejus, et daret nobis sepem in Jehudah et in Jerusalaim. — 10. Et nunc quid dicemus, Deus noster, post hoc ? quia dereliquimus præcepta tua, — 11. quæ præcepisti per manum servorum tuorum prophetarum, dicendo : Terra *ad* quam ingredimini, ut possideatis eam, terra immunda est juxta immunditiam populorum terrarum, secundùm abominationes eorum quibus repleverunt eam ab ore ad os in immunditiâ suâ. — 12. Et nunc filias vestras ne detis filiis eorum, et filias eorum ne accipiatis filiis vestris, et ne quæratis pacem eorum, et bonum eorum usque in seculum, ut confortemini, et comedatis bonum terræ, et hæreditate accipere faciatis filios vestros usque in seculum. — 13. Et post omne quod venit super nos propter opera nostra mala, et propter delictum nostrum magnum (quia tu Deus noster prohibuisti *ne essemus* deorsùm propter iniquitates nostras, et dedisti nobis evasionem secundùm hoc). — 14. Numquid convertemur ad dissipandum præcepta tua, et ad affinitatem contrahendam cum populis abominationum istarum ? Numquid non irasceris in nos usque ad consumptionem, ut non *sit* residuum, et evasio ? — 15. Domine Deus Israel, justus *es* tu, quoniam residui sumus, *et* evasio secundùm diem hanc. Ecce sumus coram te in delictis nostris : non enim *est* stare coram te propter hoc.

COMMENTARIUM.

Vers. 1. — Accesserunt ad me, id est, admoverunt sese, q. d., suâ sponte et ultrò venerunt ad me. Populus. Intellige plebem ac vulgum. Loqui videtur de his qui cum Zorobabele redierant. Terrarum, id est, aliarum regionum ac provinciarum, nempe Chananæorum. Seipsum mox declarat. In abominationibus eorum. Noster legit ב pro כ, quod est in textu. Verti potest textus : *Secundùm abominationes eorum*, nempe *Chenahanæi*, etc., id est, opera eorum mala, similia sunt operibus Chananæorum, etc., eadem faciunt quæ facere solebant Chananæi, etc. (1).

Vers. 2. — De filiabus eorum. Mulieres autem alliciebant et pertrahebant viros suos

(1) Vers. 1. — Postquam autem. Filii Israel qui de Babylone venerant cum Zorobabel et Josue, videntes quòd uxores suæ de populo Israel essent deturpatæ, et confractæ ex labore itineris, et aliis miseriis quas sustinuerant in viâ, cùm venissent in Judæam, contempserunt eas, et pro magnâ parte abjecerunt, accipientes sibi uxores alienigenas contra præceptum legis Deut. 7, eò quòd erat occasio idololatriæ, quia Salomon sapientissimus per uxores alienigenas fuit ad idololatriam tractus, et hæc transgressio fuit denuntiata Esdræ sacerdoti per illos qui venerant cum eo, et hoc est quod dicitur. (Lyranus.)

Non est separatus populus. Non abstinuit populus à sociandis nuptiis cum gentibus idolorum cultoribus.

Abominationibus, peccatis. (Menochius.)

Postquam hæc completa sunt. Nempe, post curata corpora labore fatigato, traditos thesauros, etc. ; tempus conveniens deligit Esdras, quando otii, consilii, virium plurimum tunc habuerunt ; nec reis spatium ad excusationes comminiscendas, vel ad conjurationem, vel ad corrumpendos judices, sufficiens erat. Accesserunt ad me principes, etc. Rectè pec-

ad cultum deorum alienorum. Et manus principum, etc., id est, principes quidem et magistratus, omnium primi cœperunt hoc facto transgredi legem Dei, et prævaricari in eam. *Prima* refertur ad τὸ *Manus* (1).

Vers. 3. — Verbum istud, nempe legem Dei esse violatam. Capillos, vel, *de pilis*, id est, partem pilorum et barbæ. Et sedi stupens, vel, *et desedi pavidus*, attonitus, præ admiratione scilicet, q. d., scissione vestimentorum meorum, etc., volui ostendere ac testari dolorem cordis mei, et zelum quem habebam ob transgressionem legis Dei (1).

Vers. 4. — Pavidi, etc., vel, *trepidantes*, id est, omnes timentes verbum Dei. Transmigrationis, id est, eorum qui transmigraverant in Babylonem, unde tamen postea redierant duce Zorobabele. Usque ad sacrificium vespertinum, id est, usque ad tempus quo fieri solet sacrificium vespertinum. Fieri solebat inter duas vesperas, seu ad horam diei nonam (2).

cata deferunt ad eum cui summa erat potestas; non apud plebem, nedùm apud homines factiosos, qui occasione ad res novas oblatâ gaudent. Ne ergo magistratuum vitia traducamus et amplificemus apud plebem : sic enim in odium et contemptum is ordo adducitur (quem utilissimum erat auctoritate et benevolentiâ plurimùm valere), seditiosis ad tumultus via aperitur nec quicquam momenti ad vitiorum emendationem affertur. Non est separatus populus Israel, etc. At Deus ipsos à nationibus aliis segregavit, iisque ipsos anteposuit. Meminerimus societatem cum impiis perniciosam esse, et divinitùs vetitam. (Wolphius.)

Et Ammonitarum, et Moabitarum, etc. Cùm illi populi tam longè abfuerint à Babylone, ubi commorati fuerant Judæi, quomodò hi cum illis connubia inire poterant? Resp. 1° : Hi quoque populi à Nabuchod. subacti fuerunt, et Babylonem traducti, indeque post annos 70 redierunt : quæ omnia prædixit Jeremias, cap. 25, vers. 9, 10, 11, etc. Resp. 2°: Vel de iis hìc agitur qui cum Zorobabele venerant, et post reditum suum in hoc crimen incidere facilè poterant. (Synopsis.)

(1) Manus etiam principum. Notandum hìc, quàm grave peccatum æstimetur in Scripturâ sacrâ ducere jugum, id est, inire connubia cum infidelibus. De quibus Dominus 3 Reg. 2 : *Certissimè enim avertent corda vestra*, etc. (Estius.)

Vers. 2. — Tulerunt enim de filiabus eorum sibi, uxores. Nota : Deus Exodi 34, et Deuter. 7, 3, præceperat Judæis ne uxores ducerent Chananæas, quæ incolebant terram sanctam à Judæis occupandam, idque ob periculum perversionis, ne scilicet ab idololatris uxoribus pellicerentur ad colendum idola, ut insinuat Nehemias, cap. ult. vers. 24 et 26. Idem judicium erat de Ammonitis, Moabitis, Ægyptiis, etc.; intellige, nisi uxores priùs abjectis idolis ad Deum verum et Judaismum se converterent; tunc enim licebat eas ducere, uti Salmon duxit Rahab, et Booz duxit Ruth. (Corn. à Lap.)

Fuit in transgressione hac prima. Non minùs principes quàm plebeios hìc accusant, quò justitiam et integritatem suam ostendant. Credibile est eos antea monendo atque dehortando nihil profecisse, impeditos multitudine et potentiâ delinquentium ; post, adeptos hoc auxilium Esdræ, rem denuò aggressos esse. Exemplum hoc nobis constantiæ, et ne spem abjiciamus, si vitæ morumque emendatio primâ vice non successerit. (Wolphius.)

(1) Vers. 3. — Scidi pallium meum et tunicam. Utrumque laceravit, ad testandum magnitudinem doloris; vestem lacerare mos Judæis, ubi Deum offendi vident. Mos hic in luctu, Gen. 37, 24, Num. 14, 6, Jos. 7, 6. Idem fecerunt gentes, Job. 1, 20 ; Lacedæmonii, re à Mardonio infeliciter gestâ, Herodot. 6 ; Sabini, Liv. 1 ; Latinus rex, Æneid. 12.

Evelli capillos. Comas vellere, lacerare, laniare, mos omnium propè gentium : cujus mentio apud Homerum, qui dixit τίλλοντό τε χαίτας. Virgil., Ovid., Senec., Martial. Aliud est radere comam ; quod in luctu ob mortuos fieri ideò lex vetat, quòd vicinæ gentes id usurpabant. Capillos in luctu vellebant Agamemnon, Cic. 3 Tusc.; Sysigambis mater Darii in Curtio, l. 10, cap. 5; Chariclea in Heliod. 6, 17. Sic Ovid. Metamorph. 6 :

Passos laniata capillos,
Lugenti similis.

Hoc autem fecit Esdras, non religiosæ superstitionis ergo, Levit. 19, vers. 27, et Deut. 14, vers. 1, sed præ gravitate mœroris. Et sedi mœrens, in loco à conventu hominum remoto. In atrio templi, quò confluebant, cap. 10, 1. Non est quòd impatientiam et mollitiem quisquam huic nostro objiciat, cùm ei hæc doloris indicia non privata calamitas, sed publica miseria, extorsit. Periclitabantur enim legum auctoritas, salus publica, gloria divina ; quæ illi imprimis cordi erant. (Synopsis.)

Et sedi mœrens. Sicut Job tonso capite sedit in terrâ, lamentabatur autem iste peccata aliorum tanquàm sua : quia erat membrum illius populi, sicut et Daniel. cap. 9, confitetur peccata populi Israel tanquàm ipsorum particeps, licèt esset innocens. (Lyranus.)

(2) Qui de captivitate venerant. Tam sub Dario, quàm sub Artaxerxe, nam qui sub Cyro, jam ferè defuncti erant, agebatur enim annus octuagesimus à solutâ primùm captivitate. (Lyranus.)

Qui de captivitate venerant, non cum Esdrâ postremò, sed diù antea cum Zorobabele primùm.

Usque ad sacrificium vespertinum. Usque ad tempus, quo tradebatur sacro igni holocaustum quotidianum. Duo adolebantur holocausta, manè scilicet ac vespere; matutinum, summo mane ante cætera sacrificia; vespertinum sacrificia omnia illius diei claudebat, quare non offerebatur nisi sole jamjam occiduo : *Inter duas vesperas*. Solemne est Judæis, jejunium usque ad exortum siderum prorogare. (Calmet.)

Vers. 5. — Curvavi me super genua mea, vel, *accidi in genua* (1).

Vers. 6. — *Super caput.* Hebraismus, id est, adeò multiplicatæ sunt, ut excedant capita nostra : hoc est, ut obruant nos, q. d., obruti sumus iniquitatibus nostris. Metaphora sumpta est ab aquis. Usque ad cœlum. Hyperbolè, id est, adeò creverunt, ut cœlum ipsum pertingere videantur.

Vers. 7. — A diebus patrum, etc., q. d., non solùm hoc tempore cœpimus peccare in Deum. Fuimus, vel, *sumus.* Et in pudorem vultus, id est, in confusionem. Secundum diem hanc, id est, ut videre est. Vel, ut hoc quoque die apparet (1).

Vers. 8. — Nunc modico momento, etc., ad verbum. *Et nunc juxta parvum*, modicum *momentum*, vel, *parùm momenti.* Hebraismus, in quo nonnulla subaudienda, ac si dicat : Cùm magna et multa essent peccata nostra, modico momento, sive subitò ac repentè, misertus est nostrî Dominus Deus noster. Evasionem. Hebraismus, id est, ita ut relinqueret ex nobis aliquot qui evaderent, servarentur ac liberarentur. Clavum, vel, *paxillum*, id est, sedes certas, fixas, stabiles ac permanentes. Solent enim è paxillis dependere vestes et cætera hujusmodi. Vel metaphora est ducta à

(1) Vers. 5, 6. — *Et lorsqu'on offrait le sacrifice du soir, je me levai de l'affliction où j'avais été; et ayant mon manteau et mes tuniques déchirés, je me mis à genoux, et j'étendis mes mains vers mon Seigneur et mon Dieu; et je lui dis : Je suis dans la confusion*, etc. Ce n'est point ici un emportement et une impatience ; mais c'est un effet très-louable de la très-juste douleur dont ce saint prêtre fut pénétré, en considérant l'aveuglement si déplorable de son peuple, que les châtiments de Dieu n'avaient point rendu plus sage, et dont le cœur ne lui était point devenu soumis après les rudes épreuves d'une si longue captivité. Tant s'en faut donc que Dieu pût être offensé par cet excès de la tristesse d'Esdras, qui *déchire son manteau et sa tunique*, et qui *s'arrache les cheveux et la barbe* ; qu'une douleur plus modérée lui aurait été moins agréable en cette rencontre, où il s'agissait de faire éclater aux yeux de tout Israël ses sentiments, et leur inspirer, par toutes ces marques extérieures de sa profonde tristesse, une plus grande horreur de leurs crimes. Il sait que les sacrifices sont destinés pour honorer la grandeur de Dieu. *Et le sacrifice du soir*, dont il est parlé ici, s'offrait tous les jours, aussi bien que le sacrifice du matin, pour lui rendre un perpétuel hommage. Mais ce docteur, si éclairé, et ce saint prêtre, si zélé pour la vraie gloire du Dieu d'Israël, est très-convaincu que ces mêmes sacrifices ne peuvent lui plaire, et lui sont même en horreur, lorsqu'on manque en même temps à lui obéir. Il se souvenait sans doute de ce qu'un prophète, envoyé de la part de Dieu, avait déclaré sur ce sujet, au roi Saül, lorsqu'il lui dit : *Sont-ce des holocaustes et des victimes que Dieu demande ? et ne demande-t-il pas plutôt qu'on obéisse à sa voix ? L'obéissance est meilleure que les victimes, et il vaut mieux lui être soumis, que de lui offrir les plus gras d'entre les béliers : car c'est une espèce d'idolâtrie de ne se pas rendre à sa volonté.* Il se souvenait encore de ces paroles foudroyantes que le même Dieu dit par la bouche d'un autre prophète à son peuple d'Israël, qui l'avait abandonné : *Qu'ai-je affaire de cette multitude de victimes que vous m'offrez ? Tout cela m'est à dégoût. Je n'aime point les holocaustes de vos béliers, ni la graisse de vos troupeaux. Ne m'offrez plus de sacrifices inutilement. L'encens m'est en abomination. Je ne puis plus souffrir vos sabbats et vos autres fêtes; l'iniquité règne dans vos assemblées.*

Esdras, considérant donc que ce *sacrifice du soir*, qu'on offrait alors, ne pouvait être agréable à Dieu, tant que son peuple violait sa loi, se mit devant tout le monde, en une posture de pénitent, et tout *affligé*, comme il était, *ayant son manteau et sa tunique déchirés, étendant ses mains vers le temple, devant lequel il se tenait prosterné*, il s'efforça de fléchir Dieu par sa prière, et de toucher en même temps le cœur de son peuple par l'exemple de sa profonde humiliation. Car, quelque innocent qu'il fût, il ne se sépara point de tous ceux qui avaient péché. Il prit sur lui *la confusion* de tout Israel ; et se déclarant coupable avec eux, il travailla à leur inspirer quelque chose de cette douleur salutaire, dont il se sentait percé à cause de leurs péchés. (Sacy.)

Dolet Esdras ob suorum hominum peccata, tanquàm suî ipsius essent ; idque, 1° propter conjunctionem eorum secum, tum naturâ ; tum Religione ; 2° quòd ob unius noxam multi sæpè plectuntur, et viri pii in eâdem sunt cum peccantibus navi. Super caput nostrum. Metaphora ab aquis. Notum est *aquis* afflictiones significari. Toti demersi sumus in peccatis. (Synopsis.)

(1) Vers. 7. — In iniquitatibus nostris traditi sumus.... in manum regum terrarum.... sicut et die hac. Libertate licet donati fuissent Judæi à Cyro, Dario, et Artaxerxe, factâ redeundi in patriam potestate, totius tamen gentis corpus dispersum adhuc per varias regiones vagabatur exul, non per imperium modò regum Persarum, sed per Ægyptum atque insulas pulsi regionis suæ calamitatibus, quas sub Nabuchodonosore passi sunt. Decem tribus penitùs fermè adhuc exulabant. Juda et Benjamin pro majori parte trans Euphratem adhuc extorres erant. Meritò igitur Esdras minimam illam Judæorum è captivitate reducum turbam perinde habet ac parvam naufragorum manum è communi naufragio servatam. (Calmet.)

A diebus patrum nostrorum. Prout habetur 4 Reg., quòd tempore Manasse regis Judæ, et Sedeciæ, et plurium aliorum, multiplicata fuerunt peccata valdè.

Et in iniquitatibus. In manibus regis Ægypti, et regis Babylonis, et Assyriorum, ut patet in pluribus locis 4 Reg. (Lyranus.)

paxillis, sive iis quibus tabernacula firmantur; vide Isai. 33, 20, sive iis qui panguntur in littore, circa quos navium volvuntur rudentes, ad firmandas naves. Alii per *clavum* intelligunt *principem* è gente Judaicâ : à principe enim dependet populus, ut vas è paxillo. Vide Isai. 22, 23. OCULOS NOSTROS. Oculos mentis intelligit, sive animi, id est, ut ostenderet nobis justitiam suam et misericordiam, et ita agnosceremus peccata nostra, ac tandem resipisceremus. Oculi Judæorum erant gravitate calamitatum offusi, et defecti. VITAM MODICAM, vel, *modicùm vitæ*, id est, parùm respirationis, refrigerii et solatii (1).

VERS. 9. — QUIA SERVI SUMUS. Declarat præcedentem versum : Servi enim sumus regis Babyloniorum, etc. ET INCLINAVIT, vel, *sed extendit*. UT DARET NOBIS VITAM, id est, ut sineret nos vivere, et aliquantulùm respirare. UT EXALTARET, vel, *ut erigeret*. Istud præcedenti verbo ita connectunt; ut in vitâ nostrâ, sive nobis viventibus, nostroque tempore extrueretur, sive instauraretur templum. ET STARE FACERET, id est, instauraret ruinas ejus. SEPEM. Sic vocat munimentum atque mœnia, id est, ut tuti incoleremus Judæam et Jerusalem citra injuriam hostium. Solent enim sepes arcere feras ab agris (1).

VERS. 10. — POST HOC? id est, posteaquàm omnia illa evenerunt nobis? QUIA DERELIQUIMUS. Quidam exponunt, cùm dereliquerimus præcepta ac mandata tua (2).

(1) VERS. 8. — NUNC QUASI PARUM ET AD MOMENTUM FACTA EST DEPRECATIO NOSTRA : precibus nostris Deus aurem præbuit aliquantulùm, seque nobis benevolum exhibuit veluti ad momentum. Respirandi inter tot mala breve aliquod intervallum concessit, ne penitùs periremus : nos verò, cùm pacati judicis clementia agnoscenda esset, nequitiam amori rependimus. Aliter : Nequidquam obstantibus præteritis criminibus, Dominus propitias aures, statim ut vocem ac suspiria dedimus, accommodavit. Vel potiùs : Quasi adhuc levia à Numine retulerimus, ita nos agimus, ut ejus iram provocemus, ac flagella iterùm in caput nostrum inducamus. Denique : Momentum est, ex quo Deus exorandum se nobis præbuit, quos è vinculis servitutis eduxit, et nos iterùm irritamus ejus clementiam, sanctis ejus legibus violatis.

ET DARETUR NOBIS PAXILLUS IN LOCO SANCTO : daretur scilicet nobis paxillus, vel clavus, nempe sedes fixa in loco sancto. Locum nobis in regione hâc suâ dedit, ubi tentoria nostra erigere ac fulcire paxillis, humi defixis, possemus ; denique concessit, ut in Judæâ iterùm sedem haberemus. Aliter : Permisit nobis ut clavum figeremus parieti domûs suæ, cui clavo res nostras vestesque suspenderemus. Exponi id solet de principibus ac magistratibus, è quibus populi pendent, veluti res clavo parieti infixo suspensæ. Agens Isaias 22, 21, de Eliacimo Helciæ filio, qui dignitate potiturus erat in Judâ : *Figam illum*, ait, *paxillum in loco fideli*, id est, in loco firmo et stabili ; *et suspendent super eum omnem gloriam domûs patris ejus, vasorum diversa genera*. Ut locus ei fiat, *auferetur paxillus, qui fixus fuerat in loco fideli, et frangetur, et cadet, et peribit quod pependerat in eo*. Innuit his verbis Sobnam, cui Eliacim successit. Latini quidam codices pro *paxillus* ferunt, *pax illius*.

ET ILLUMINARET OCULOS NOSTROS, ut nos educeret è statu servitutis, oppressionis, doloris, tenebrarum, in quibus squalebamus, atque in libertatem et lætitiam revocaret.

ET DARET NOBIS VITAM MODICAM IN SERVITUTE NOSTRA. Hebræi cùm quempiam ex ingenti periculo et servitute evasisse narrant, vitæ restitutum, eductum è sepulcro et umbrâ mortis aiunt. (Calmet.)

(1) VERS. 9. — DARET NOBIS SEPEM IN JUDA, confugium, locum scilicet ab hostibus tutum in Judâ. Animadversum est, Carthaginienses urbi, quæ modo *Cadix*, vel *Cadice* appellatur, nomen indidisse *Gadir*, quod et hìc legitur, et sepem vel septum significat. Latini quidam veteres codices pro *sepem* ferunt *spem*. Mœnibus septa Hierosolyma non fuit, nisi aliquantò post sub Nehemiâ. (Calmet.)

(2) VERS. 10. — QUIA DERELIQUIMUS MANDATA TUA, quæ præcepisti in manu servorum tuorum prophetarum, scilicet Mosi et Aaron, quia Moses accipiebat mandata à Deo, et Aaron proponebat ea populo, ut habetur Exod. 4. (Lyranus.)

Et maintenant, ô mon Dieu, que dirons-nous après tant de grâces, puisque nous avons violé vos commandements. Le grand sujet de la confusion que le prêtre Esdras témoigne ici en la présence de Dieu, est cette comparaison qu'il fait de *tant de grâces*, dont il reconnaît qu'Israël lui est redevable, et surtout de la dernière, par laquelle ils avaient été délivrés de la captivité, et de l'horrible ingratitude avec laquelle ils avaient tout de nouveau violé sa loi, en s'alliant, contre sa défense, avec les Chananéens, et en embrassant leurs abominations. C'est peut-être aussi ce qui l'a porté auparavant à s'exprimer en ces termes remarquables, *que Dieu avait écouté un peu leurs prières, et leur avait fait une grâce comme d'un moment*. Car la crainte où il était que ce nouveau violement de la loi de Dieu ne leur attirât des châtiments tout nouveaux, lui faisait envisager la grâce de leur délivrance, comme *une grâce d'un moment*, et sur laquelle ils ne devaient pas s'appuyer beaucoup. Ou peut-être même qu'il appelle l'assistance qu'ils avaient reçue, *une grâce d'un moment*, parce qu'ils étaient déjà tombés devant Dieu, en abandonnant sa loi, et qu'ils avaient mérité, dès lors, d'être abandonnés de lui, et de retomber dans la même captivité qu'auparavant : car c'est ce qui lui fait dire à Dieu dans la suite : *O Seigneur, serez-vous en colère contre nous, jusqu'à nous perdre entièrement, sans laisser aucun reste de votre peuple pour le sauver?* Ce qui est de même que s'il lui eût dit : Après une si grande infidélité, qu'avons-nous, Seigneur, à attendre, que les effets les plus rigoureux de votre co-

VERS. 11. — QUÆ PRÆCEPISTI, etc., q. d., non potuimus ea ignorare. Vide Deut. 7, 3. TERRARUM, id est, aliarum nationum. AB ORE AD OS, id est, usque ad summum. Metaphora à vase quod plenum est ad labra usque (1).

VERS. 12. — NE QUÆRATIS PACEM EORUM ET BONUM EORUM. Hebraismus, id est, ne curetis salutem eorum : nihil posthàc sit vobis cum illis commune. Eamdem locutionem habes Deut. 23, 6 (2). UT CONFORTEMINI, id est, ut sitis fortiores illis : vel, ut fortiores facti, possitis illis resistere.

VERS. 13. — PROHIBUISTI, sub. teipsum, vel, iram tuam. Ne essemus DEORSUM PROPTER INIQUITATES NOSTRAS. Hebraismus, id est, cohibuisti te, ne propter iniquitates nostras deprimeres nos ac pessundares : vel, ne prorsùs inferiores essemus inimicis nostris, ut resurgere non liceret nobis : nam statim subjicit : *Et dedisti nobis evasionem*, etc. Sic Deut. 28, 13 : *Constituet te Dominus in caput et non in caudam : et eris semper supra, et non subter*, etc. (3) Alii vertunt : *Infra iniquitates nostras*, id est, non punivisti nos pro ratione peccatorum nostrorum, et prout eramus meriti. Ex doctioribus Hebræorum alter exponit : *Tu prohibuisti in inferiori loco peccata nostra*, ne sursùm ascenderent contra nos : juxta illud Michææ 7, 19 : *Et projiciet in profundum maris omnia peccata nostra*. SECUNDUM HOC, id est, qualis nunc apparet (1).

VERS. 14. — AD DISSIPANDUM, vel, *ut dissipemus*. Peccatis nostris et legum vincula, et initæ cum Deo societatis jura, et nexus consociationis humanæ, et animi, corporis, et externa bona omnia dissipantur. ET AD AFFINITATEM CONTRAHENDAM. Hìc ו *et* pro *id est* positum. Exponit enim quæ peccata intelligat, nempe *affinitatem contrahere*, etc. ABOMINATIONUM ISTARUM ? id est, qui has abominationes admittere solent. IRASCERIS IN NOS, sub., si hæc fecerimus. RESIDUUM, ET EVASIO ? id est, ut neminem in nobis relinquas qui evadat (2).

lère ? Mais, mon Dieu, voudriez-vous donc *vous mettre en colère contre nous, jusqu'à nous perdre entièrement ?* Et ne vous souviendrez-vous point de votre miséricorde que vous nous avez promise en la personne d'Abraham, notre père, et de David, votre fidèle serviteur ? Voudriez-vous exterminer tout Israël? (Sacy.)

(1) VERS. 11. — REPLEVERUNT EAM AB ORE USQUE AD OS, מפה אל פה, ab orâ ad oram, vel à limite ad limitem, tanquàm amnis exundans, seu vas ad labium usque plenum, et extra fluens. (Calmet.)

AB ORE, USQUE AD OS, IN COINQUINATIONE SUA, id est, abundanter nimis, sicut 4 Reg. 21, dicitur quòd Manasses effudit sanguinem innoxium multùm nimis, et implevit Jerusalem sanguine prophetarum usque ad os. (Lyranus.)

(2) VERS. 12. — ET NON QUÆRATIS PACEM EORUM, id est, gentium vicinarum. Nihil posthàc sit vobis cum illis commune. Nunquàm sanciatis cum illis pacem aut fœdus, sed illis infesti estote, illos perdite. Vide de hâc parte Deut. 23, 6. Dices nos obligatos esse diligere proximum, licèt inimicum, adeòque illi bona temporalia præstare. — Resp. 1° : Ita sanè, quatenùs vel eos vel nos non remorentur à bonis æternis. Quòd si sic reddantur pejores, vel nos in periculum seductionis conjecti simus, ut erat in proposito, tunc non tenemur iis externa signa benevolentiæ exhibere. 2° Illi secundùm divinam justitiam poterant interfici. (Et Deus, summus vitæ necisque arbiter, qui omnes homines jure poterat morte afficere, non injuriâ hos, præ aliis sceleratos, pœnæ addicere potuit.) (Synopsis.)

(3) VERS. 13. — PROHIBUISTI DEORSUM A PECCATIS, etc., id est, ne ab iis suffocemur. Admirabilis hæc sermonis forma ostendit peccati proprium esse, ut obruat, opprimat, suffocet, et conscientias desperatione, corpora morbis et morte, bona externa damnis afficiat, nisi nos Christus levet. (Synopsis.)

(1) ET POST OMNIA, supple, quæ transgressoribus legum tuarum justè minatus fueras, jam in nobis septuaginta et pluribus annis completa : *Quia tu Deus noster*, quo es animo plusquàm paterno in tuos, rursùm misericorditer minuisti flagella, et *liberâsti nos* iterùm, *sicut est hodiè*. Et de facto experimur, idque providè fecisti, *ut* illecti novo, et insperato beneficio, et sic magis magisque tibi obstricti, *non* iterùm ad pristina scelera *converteremur*. Nos nihilominùs, obliti jam omnium tum veterum pœnarum, tum beneficiorum recentium (quæ humana est fragilitas et ingratitudo), relapsi sumus in pristina scelera, et cum gentilibus populis istis abominandis matrimonia junximus. (Tirinus.)

(2) VERS. 14. — UT NON CONVERTEREMUR, ET IRRITA FACEREMUS MANDATA TUA ; ne terga verteremus retrò, tuaque mandata violaremus. Seu potiùs : Ne iterùm præceptis tuis refragaremur ; ne ad pristinam nequitiam regrederemur. Hebræus ad litteram : *Numquid convertemur ad infringenda præcepta tua ?* Iterùmne te ad iracundiam provocabimus ? (Calmet.)

Admiratur Esdras immensam Dei in Judæos clementiam, quòd eos ob tanta scelera in Babylone non dereliquerit, nec planè disperdiderit, sed pepercerit ; quin et novis magnisque donis auxerit, nimirùm libertate, reditu in patriam, restauratione urbis et templi ; adeò ut beneficiis suis cum ipsorum ingratitudine et maleficiis certâsse videatur. Hæc est divina clementia omnem humanam superans, et Deo soli propria.

NUMQUID IRATUS ES NOBIS USQUE AD CONSUMMATIONEM (ut nos planè disperderes et consumeres) NE DEMITTERES NOBIS RELIQUIAS AD SALUTEM? ne scilicet ex tot millibus Judæorum salvares paucos aliquos, quasi populi reliquias ? q. d. : Minimè gentium ; licèt enim tu id optimo jure

VERS. 15. — QUONIAM RESIDUI SUMUS, etc., q. d., multi quidem ex nobis perierunt, idque justo Dei judicio : aliquot tamen servati sunt (1), magnâ ipsius Dei misericordiâ, ut hodie apparet. IN DELICTIS NOSTRIS, id est, peccatores. NON ENIM, etc., vel, *non enim est consistere in conspectu tuo super* contra *hoc,* id est, non sunt nobis vires, hoc est, opera bona, ut possimus resistere tibi, et excusationes quibus tegere possimus hanc nostram transgressionem ac prævaricationem.

nobis facere potuisses ob nostra scelera, tamen noluisti. Vicit enim tua clementia tuam justitiam, ut non tantùm paucas reliquias, sed multa millia Judæorum tam in Judæâ quàm in Babylone salvâris, et in vitâ conservâris, quæ pristinum Israelis ac reipublicæ et Ecclesiæ tuæ decus et splendorem quasi emortuum suscitabunt, et redivivum gloriosumque exhibebunt. (Corn. à Lap.)

(1) VERS. 15. — JUSTUS ES TU, QUONIAM DERELICTI SUMUS QUI SALVAREMUR, SICUT DIE HAC; nos reliqui sumus ex omni populo, qui salutem ex te opperimur. Vel aliter : Justus es tu, Domine, qui modicas hasce populi tui reliquias, cæteris æquissimâ justitiæ tuæ severitate dissipatis deletisque, mero clementiæ tuæ beneficio servari volueris. Vel : Agnoscimus, Domine, fore ut ne istæ quidem populi reliquiæ vel servarentur, vel servitute liberarentur, quibus beneficiis hodiè fruuntur, siquidem cum illis ex justitiæ tuæ severitate agere voluisses. Denique : Justus es, Domine, nihilque beneficii ex te nos mereri fatemur : cùm verò brevem hanc populi tui manum servâris, misericordiam nos impetraturos confidimus. (Calmet.)

O Seigneur, Dieu d'Israël, vous êtes juste. Nous sommes aujourd'hui les seuls restes de votre peuple, qui attendons le salut de vous ; vous nous voyez abattus devant vos yeux, etc. C'est-à-dire, quelque raison que vous eussiez de *nous perdre entièrement,* à cause des *abominations* des infidèles, dont *nous ne nous sommes point séparés, vous êtes* trop *juste*, ô mon Dieu, pour oublier les promesses que vous avez faites à vos serviteurs. Et quelque grande que soit notre ingratitude, votre miséricorde sera encore plus grande. Ou bien : Il paraît, Seigneur, combien est redoutable votre justice, puisque *nous voici les seuls restes de votre peuple,* tous les autres ayant éprouvé les tristes effets de votre fureur. Mais comme c'est par votre pure miséricorde que nous n'avons point péri avec tous les autres, c'est aussi *de vous que nous attendons notre salut*. C'est en votre seule bonté que nous mettons notre confiance. Et *nous tenant abattus devant vos yeux* dans la vue d'une si grande infidélité dont nous nous sommes rendus coupables, nous avouons qu'il ne nous reste aucune excuse, et que l'unique moyen d'espérer notre salut, est de nous anéantir comme des victimes en votre présence.

C'est, sans doute, d'une prière si touchante qu'on peut dire ce que S. Augustin disait autrefois à Dieu sur un semblable sujet : *Quas tu preces audis, si has non exaudis?* Quelles prières, Seigneur, exauceriez-vous, si vous n'aviez pas exaucé celle de ce prêtre, prosterné devant votre temple, humilié profondément devant vos yeux, et percé jusqu'au fond du cœur, par le crime de ses frères, qu'il s'attribuait comme le sien propre? C'est là la sainte violence que vous voulez que vos serviteurs vous fassent. C'est ainsi que vous aimez à être importuné par les hommes. Vous ne refusez que ceux qui, pour ne connaître pas assez le prix de vos dons, ou pour n'être pas assez convaincus de leur propre indignité, sont froids et indifférents dans leurs prières. Il faut que les justes, pour fléchir votre miséricorde en faveur des criminels, se chargent eux-mêmes, en quelque façon, de leurs péchés, depuis que le juste et l'innocent par excellence a pris sur lui tout le poids des crimes des hommes, et s'est revêtu de la forme d'un pécheur pour sauver tous les pécheurs de votre colère. C'est en cela qu'ils paraissent ses vrais disciples, quoique leur justice ait elle-même besoin de votre miséricorde, sans laquelle nul des hommes ne peut être regardé comme juste devant vous. Et quoiqu'alors votre Fils ne se fût pas encore couvert de notre mortalité, c'était pourtant par la foi de son incarnation, que ces justes de l'ancienne loi agissaient, et qu'ils méritaient que vous les exauçassiez, puisque vous n'avez jamais exaucé personne pour le salut, qu'en vue des mérites infinis de celui qui a été seul capable d'attirer votre miséricorde sur tous les pécheurs. (Sacy.)

CAPUT X.

1. Sic ergo, orante Esdrâ, et implorante eo, et flente, et jacente ante templum Dei, collectus est ad eum de Israel cœtus grandis nimis virorum et mulierum et puerorum, et flevit populus fletu multo.

2. Et respondit Sechenias, filius Jehiel de filiis Ælam, et dixit Esdræ : Nos prævaricati sumus in Deum nostrum, et duximus uxores alienigenas de populis terræ : et nunc si est pœnitentia in Israel super hoc,

CHAPITRE X.

1. Lorsque Esdras priait de cette sorte, qu'il implorait *la miséricorde de Dieu,* qu'il pleurait, et qu'il était prosterné devant le temple de Dieu *hors du parvis des prêtres,* une grande foule du peuple d'Israël, d'hommes et de femmes, et de petits enfants, s'assembla autour de lui ; et le peuple versa une grande abondance de larmes.

2. Alors Séchénias fils de Jéhiel, l'un des enfants d'Elam, dit à Esdras : Nous avons violé la loi de notre Dieu ; nous avons épousé des femmes des nations étrangères ; et maintenant, si Israël se repent de ce péché,

3. Percutiamus fœdus cum Domino Deo nostro, ut projiciamus universas uxores, et eos qui de his nati sunt, juxta voluntatem Domini, et eorum qui timent præceptum Domini Dei nostri : secundùm legem fiat.

4. Surge, tuum est decernere, nosque erimus tecum : confortare et fac.

5. Surrexit ergo Esdras, et adjuravit principes sacerdotum et Levitarum, et omnem Israel, ut facerent secundùm verbum hoc, et juraverunt.

6. Et surrexit Esdras ante domum Dei, et abiit ad cubiculum Johanan filii Eliasib, et ingressus est illùc : panem non comedit, et aquam non bibit : lugebat enim transgressionem eorum qui venerant de captivitate.

7. Et missa est vox in Judâ et in Jerusalem, omnibus filiis transmigrationis ut congregarentur in Jerusalem :

8. Et omnis qui non venerit in tribus diebus juxta consilium principum et seniorum, auferetur universa substantia ejus, et ipse abjicietur de cœtu transmigrationis.

9. Convenerunt igitur omnes viri Juda et Benjamin in Jerusalem tribus diebus, ipse est mensis nonus, vigesimo die mensis : et sedit omnis populus in plateâ domûs Dei, trementes pro peccato et pluviis.

10. Et surrexit Esdras sacerdos, et dixit ad eos : Vos transgressi estis, et duxistis uxores alienigenas, ut adderetis super delictum Israel.

11. Et nunc date confessionem Domino Deo patrum vestrorum, et facite placitum ejus, et separamini à populis terræ, et ab uxoribus alienigenis.

12. Et respondit universa multitudo, dixitque voce magnâ : Juxta verbum tuum ad nos, sic fiat.

13. Verumtamen quia populus multus est, et tempus pluviæ, et non sustinemus stare foris, et opus non est diei unius vel duorum (vehementer quippe peccavimus in sermone isto),

14. Constituantur principes in universâ

3. Faisons alliance avec le Seigneur notre Dieu ; chassons toutes ces femmes et ceux qui en sont nés, nous conformant à la volonté du Seigneur et de ceux qui révèrent les préceptes du Seigneur notre Dieu ; et que tout se fasse selon la loi.

4. Levez-vous ; c'est à vous à ordonner ; nous serons avec vous : revêtez-vous de force, et agissez.

5. Esdras se leva, et fit jurer les princes des prêtres et des Lévites et tout Israël qu'ils feraient ce qu'on venait de dire ; et ils le lui jurèrent.

6. Esdras se leva de devant la maison de Dieu, et s'en alla à la chambre de Johanan fils d'Eliasib, où étant entré, il ne mangea point de pain et ne but point d'eau, parce qu'il pleurait le péché de ceux qui étaient revenus de captivité.

7. Or il fut annoncé dans Juda et dans Jérusalem, que tous les fils de la transmigration s'assemblassent à Jérusalem ;

8. Et que quiconque ne s'y trouverait pas dans trois jours, selon l'ordre des princes et des anciens, perdrait tout son bien, et serait chassé de l'assemblée de ceux qui étaient revenus en leur pays.

9. Ainsi tous ceux de Juda et de Benjamin s'assemblèrent en trois jours à Jérusalem, le vingtième jour du neuvième mois, et tout le peuple se tint dans la place de la maison de Dieu, tremblant à cause de leurs péchés et des pluies.

10. Alors le prêtre Esdras se levant, leur dit : Vous avez transgressé, et vous avez épousé des femmes étrangères, pour ajouter ce péché à tous ceux d'Israël.

11. Rendez donc maintenant gloire au Seigneur Dieu de vos pères; faites ce qui lui est agréable, et séparez-vous des nations de la terre et des femmes étrangères.

12. Tout le peuple répondit à haute voix : Que ce que vous nous avez dit soit exécuté.

13. Mais parce que l'assemblée du peuple est grande, et que pendant cette pluie nous ne pouvons demeurer dehors, outre que ce n'est pas ici l'ouvrage d'un jour ni de deux, le péché que nous avons commis étant très-grave,

14. Qu'on établisse des chefs d'entre tout

multitudine : et omnes in civitatibus nostris qui duxerunt uxores alienigenas, veniant in temporibus statutis, et cum his seniores per civitatem et civitatem, et judices ejus, donec avertatur ira Dei nostri à nobis super peccato hoc.

15. Igitur Jonathan filius Azahel et Jaasia filius Thecue, steterunt super hoc, et Mesollam et Sebethai Levites adjuverunt eos :

16. Feceruntque sic filii transmigrationis. Et abierunt Esdras sacerdos, et viri principes familiarum, in domos patrum suorum, et omnes per nomina sua, et sederunt in die primo mensis decimi, ut quærerent rem.

17. Et consummati sunt omnes viri qui duxerant uxores alienigenas, usque ad diem primam mensis primi.

18. Et inventi sunt de filiis sacerdotum qui duxerant uxores alienigenas : De filiis Josue, filii Josedec, et fratres ejus, Maasia, et Eliezer, et Jarib et Godolia.

19. Et dederunt manus suas, ut ejicerent uxores suas, et pro delicto suo arietem de ovibus offerrent.

20. Et de filiis Emmer, Hanani et Zebedia.

21. Et de filiis Harim, Maasia, et Elia, et Semeia, et Jehiel et Ozias.

22. Et de filiis Pheshur, Elioenai, Maasia, Ismael, Nathanael, Josabed et Elasa.

23. Et de Filiis Levitarum, Jozabed, et Semei, et Celaia, ipse est Calita, Phataia, Juda et Eliezer.

24. Et de cantoribus, Eliasib. Et de janitoribus, Sellum, et Telem, et Uri.

25. Et ex Israel, de filiis Pharos, Remeia, et Jezia, et Melchia, et Miamin, et Eliezer, et Melchia et Banea.

26. Et de filiis Ælam, Mathania, Zacharias, et Jehiel, et Abdi, et Jerimoth, et Elia.

27. Et de filiis Zethua, Elioenai, Eliasib, Mathania, et Jerimuth, et Zabad, et Aziza.

28. Et de filiis Bebai, Johanan, Hanania, Zabbai, Athalai.

29. Et de filiis Bani, Mosollam, et Melluch, et Adaia, Jasub, et Saal, et Ramoth.

le peuple ; que toüs ceux d'entre nous qui ont épousé des femmes étrangères comparaissent au jour marqué ; et les anciens et les magistrats de chaque ville viendront avec eux, jusqu'à ce que nous ayons détourné de dessus nous la colère de notre Dieu, que nous nous sommes attirée par ce péché.

15. Jonathan fils d'Azahel et Jaasia fils de Thécué furent donc établis pour cette affaire, et Mésollam et Sébéthaï Lévites les y aidèrent;

16. Et ceux qui étaient revenus de captivité firent ce qui était ordonné. Esdras prêtre et les chefs de familles allèrent dans les maisons de leurs pères, chacun selon son nom, et commencèrent au premier jour du dixième mois à faire leurs informations.

17. Et l'instruction de ceux qui avaient épousé des femmes étrangères fut terminée le premier jour du premier mois.

18. Entre les fils des prêtres on trouva ceux-ci qui avaient épousé des femmes étrangères : Des fils de Josué, les fils de Josédec et ses frères, Maasia et Eliézer, Jarib et Godolia.

19. Et ils consentirent à chasser leurs femmes, et à offrir un bélier du troupeau pour leur péché.

20. Des fils d'Emmer, Hanani et Zébédia.

21. Des fils de Harim, Maasia, Elia, Séméia, Jéhiel et Ozias.

22. Des fils de Phéshur, Elioënaï, Maasia, Ismaël, Nathanaël, Josabed et Elasa.

23. Des fils des Lévites, Josabed, Séméi, Célaïa, c'est le même qui est appelé Calita, Phataïa, Juda et Eliézer.

24. Des chantres, Eliasib. Des portiers, Sellum, Télem, et Uri.

25. Et de ceux d'Israël : des fils de Pharos, Réméïa, Jézia, Melchia, Miamin, Eliézer, Melchia, et Banéa.

26. Des fils d'Elam, Mathania, Zacharias, Jéhiel, Abdi, Jérimoth, et Elia.

27. Des fils de Zéthua, Elioënaï, Eliasib, Mathania, Jerimuth, Zabad et Aziza.

28. Des fils de Bébaï, Johanan, Hanania, Zabbaï et Athalaï.

29. Des fils de Bani, Mosollam, Melluch, Adaïa, Jasub, Saal et Ramoth.

30. Et de filiis Phahath-Moab, Edna, et Chalal, Banaias, et Maasias, Mathanias, Beseleel, Bennui et Manasse.

31. Et de filiis Herem, Eliezer, Josue, Melchias, Semeias, Simeon,

32. Benjamin, Maloch, Samarias.

33. Et de filiis Hasom, Mathanai, Mathatha, Zabad, Eliphelet, Jermai, Manasse, Semei.

34. De filiis Bani, Maaddi, Amram et Vel,

35. Baneas, et Badaias, Cheliau,

36. Vania, Marimuth, et Eliasib,

37. Mathanias, Mathanai, et Jasi,

38. Et Bani, et Bennui, Semei,

39. Et Salmias et Nathan, et Adaias,

40. Et Mechnedebai, Sisai, Sarai,

41. Ezrel, et Selemiau, Semeria,

42. Sellum, Amaria, Joseph.

43. De filiis Nebo, Jehiel, Mathatias, Zabad, Zabina, Jeddu et Joel, et Banaia.

44. Omnes hi acceperunt uxores alienigenas, et fuerunt ex eis mulieres quæ pepererant filios.

30. Des fils de Phahath-Moab, Edna, Chalal, Banaïas, Maasias, Mathanias, Béséléel, Bennui et Manassé.

31. Des fils de Hérem, Eliézer, Josué, Melchias, Séméias et Siméon,

32. Benjamin, Maloch, Samarias.

33. Des fils d'Hasom, Mathanaï, Mathatha, Zabad, Eliphélet, Jermaï, Manassé et Séméi.

34. Des fils de Bani, Maaddi, Amram et Vel,

35. Banéas, Badaïas, Chéliau,

36. Vania, Marimuth, Eliasib,

37. Mathanias, Mathanaï, Jasi,

38. Bani, Bennui, Séméi,

39. Salmias, Nathan, Adaïas,

40. Mechnédébaï, Sisaï, Saraï,

41. Ezrel, Sélémiau, Séméria,

42. Sellum, Amaria, et Joseph.

43. Des fils de Nébo, Jéhiel, Mathathias, Zabad, Zabina, Jeddu, Joël et Banaïa.

44. Tous ceux-ci avaient pris des femmes étrangères; et il y avait de ces femmes qui eurent des enfants.

TRANSLATIO EX HEBRÆO.

1. Et cùm orâsset Hezra, et confessus esset flens, et cecidisset coram domo Dei, congregati sunt ad eum de Israel cœtus multus valdè virorum, et mulierum, et parvulorum, quoniam flevit populus multo fletu. — 2. Et respondit Secheniah filius Jechiel de filiis Helam, et dixit ad Hezra : Nos prævaricati sumus in Deum nostrum, et duximus uxores alienigenas de populis terræ, sed nunc est spes Israeli super hoc. — 3. Nunc enim percutiamus fœdus cum Deo nostro, ut educamus omnes uxores, et natos ex eis, secundùm consilium Domini, et paventium præceptum Dei nostri; et secundùm legem fiat. — 4. Surge, quia ad te *pertinet* res, et nos *erimus* tecum : confortare, et fac. — 5. Et surrexit Hezra, et adjuravit principes sacerdotum, et Levitarum, et omnem Israel, ut facerent secundùm verbum hoc, et juraverunt. — 6. Et surgens Hezra à facie domûs Dei, abiit ad cubiculum Jehochanan filii Eliasib, et abiens illùc, panem non comedit, et aquam non bibit : lugebat enim super prævaricatione transmigrationis. — 7. Et transire fecerunt vocem per Jehudah, et Jerusalaim omnibus filiis transmigrationis, ut congregarentur in Jerusalaim. — 8. Et omnis qui non venerit in tribus diebus juxta consilium principum, et seniorum, peribit omnis substantia ejus, et ipse separabitur à cœtu transmigrationis. — 9. Et congregati sunt omnes viri Jehudah et Binjamin in Jerusalaim intra triduum, *eratque* ipse mensis nonus, in vicesimâ mensis : et sederunt omnis populus in plateâ domûs trementes propter rem, et propter pluvias. — 10. Et surrexit Hezra sacerdos, et dixit ad eos : Vos prævaricati estis, et duxistis uxores alienigenas, ut adderetis delicto Israel. — 11. Et nunc date confessionem Domino Deo patrum vestrorum, et facite voluntatem ejus, et separamini à populis terræ, et ab uxoribus alienigenis. — 12. Et responderunt omnis cœtus, et dixerunt voce magnâ : Sic, secundùm verbum tuum nobis est faciendum. — 13. Sed populus multus et tempus pluviarum est, et non *est* vis ad standum foris, et opus non est diei unius, neque duorum, quia multi sumus qui prævaricati sumus in hoc. — 14. Stent, obsecro, principes nostri in universo cœtu, et omnis in urbibus nostris qui duxit uxores alienigenas, veniat temporibus statutis, et cum eis sint seniores singularum civitatum, et judices ejus, usque ad avertendum iram furoris (aversionem furoris iræ) Dei nostri à nobis propter hoc. — 15. Verumtamen Jonathan filius Hasael, et Jachaziah filius Tichuah consti-

tuti fuerunt super hoc, et Mesullam, et Sabbethai Levites adjuverunt eos. — 16. Et fecerunt sic filii transmigrationis, et separati sunt Hezra sacerdos, et viri principes familiarum per domum patrum suorum, et universi ipsi per nomina, et sederunt in die unâ mensis decimi, ut quærerent rem . — 17. Et perfecerunt *opus* in omnibus viris qui duxerunt uxores alienigenas usque ad diem primum mensis primi. — 18. Et inventi sunt de filiis sacerdotum, qui duxerunt uxores alienigenas : de filiis Jesuab filii Josadach, et fratrum ejus, Mahaseiah, et Elihezer, et Jarib, et Chedaliah. — 19. Et dederunt manum suam, ut educerent uxores suas : et delinquentes *expiationem fecerunt* in ariete pecorum pro delicto suo. — 20. Et de filiis Immer, Chanaui, et Zebadiah. — 21. Et de filiis Harim, Mahaseiah, et Eliah, et Semahaiab, et Jechiel, et Huzziiah. — 22. Et de filiis Paschur, Eliohenai, Mahaseiah, Ismahel, et Nethanel, Jozabad, et Elhasah. — 23. Et de Levitis, Josabad, et Simhi, et Chelaiah, qui et Chelitha, Pethachiah, Jehudah, et Elihezer. — 24. Et de cantoribus, Eliasib ; et de janitoribus, Sallum, et Thelem, et Uri. — 25. Et de Israel : de filiis Parhos, Ramiah, et Jeziiah, et Malchiiah, et Miiamin, et Elhazar, et Malchiiah, et Benaiah. — 26. Et de filiis Helam, Mathaniah, Zechariah, et Jechiel, et Habdi, et Jeremoth, et Eliiah. — 27. Et de filiis Zatthu, Eliohenai, Eliasib, Mathaniah, et Jeremoth, et Zabad, et Haziza. — 28. Et de filiis Bebai, Jehochanan, Chananiah, Zabbai, et Hathlai. — 29. Et de filiis Bani, Masullam , Malluch, et Hadaiah, Jasub, et Seal, Jeramoth. — 30. Et de filiis Pachath Moab, Hadna, et Chelal, Benaiah, Mahaseiah, Mathaniah, Besalel, et Binnui, et Menasseh. — 31. Et de filiis Charim, Elihezer, Isiiah, Malchiiah, Semahiah, Simhon. — 32. Binjamin, Malluch, Semariah. — 33. De filiis Chasum, Matthenai, Matthathah, Zabad, Elipheleth, Jeremai, Menasseh, Simhi. — 34. De filiis Bani, Mahadai, Hamram, et Vel. — 35. Benaiah, Bediah, Cheluhu, — 36. Vaniah, Meremoth, Eliasib, — 37. Mathaniah, Mathenai, et Jahasai, — 38. et Bani, et Binnui, Simhi, — 39. et Selemiah, et Nathan, et Hadaiah, — 40. et Machnadebai, Sasai, Sarai, — 41. Hazarel, et Selemiahu, Semariah, — 42. Sallum, Amariah, Joseph. — 43. De filiis Nebo, Jehiel, Mathithiah, Zabad, Zebinah, Jadau, et Joel, Benaiah. — 44. Omnes hi acceperunt uxores alienigenas, et erant ex eis mulieres, et quæ posuerunt filios.

COMMENTARIUM.

Vers. 1. — Et confessus esset, sub. peccata sua et populi. Et cecidisset. Alii : Et demitteret sese ; sub. in terram, id est, cùm esset humi prostratus. Coram domo Dei, in atrio Israelis, ut videtur nobis. Flevit, vel, *flebat*(1).

(1) Vers. 1 — Esdra jacente ante templum Dei ; in magno populi atrio ; è regione orientalis portæ atrii Sacerdotum. Viri, mulieres, pueri nunquàm circùm Esdram sese collegissent, si stetisset in atrio Sacerdotum. (Calmet.)

Fecit hoc Esdras, ut populum ad pœnitentiam inveterati abusûs ducendi alienigenas, suâ oratione et fletu impelleret ; ipse enim confitetur et deflet hìc peccatum non suum, sed populi ejusque personam et peccatum in se suscipit (æquè ac fecit Christus, cujus Esdras hìc est typus), ideòque publicam orationem instituit, cum gemitu et lacrymis prostratus in terram, et jacens ante templum, quasi indignum se existimans qui templum ingrederetur , ibique oraret ; utque ante templum orans et plorans , ut habent Septuag., à toto populo circumfuso audiretur. (Corn. à Lap.)

Lorsqu'Esdras priait de cette sorte, qu'il implorait la miséricorde de Dieu, qu'il pleurait et qu'il était étendu par terre devant le temple de Dieu, une grande foule du peuple.... s'assembla autour de lui, et.... versa une grande abondance de larmes. L'exemple agit presque toujours plus efficacement que les paroles. Si le prêtre Esdras avait parlé avec force contre Israël , et s'il s'était contenté d'invectiver contre les désordres auxquels ils s'étaient abandonnés, on eût vu peut-être assez peu de fruit de ses discours. Et ce peuple, naturellement obstiné, aurait résisté, selon sa coutume, à la force de ses justes répréhensions. *Têtes dures,* leur dit autrefois le premier des saints martyrs, *hommes incirconcis de cœur et d'oreilles, vous résistez toujours au Saint-Esprit , et vous êtes tels que vos pères ont été.... Vous qui avez reçu la loi par le ministère des anges, et qui ne l'avez point gardée.* Esdras, éclairé de la lumière de l'Esprit de Dieu, prend donc une voie sans comparaison plus forte que les paroles. Il *se tient couché devant le temple ;* il *prie ;* il *pleure ;* il *implore la miséricorde de Dieu ;* il se confond avec les pécheurs ; il représente aux yeux du Seigneur, d'une part, ce qui les rendait inexcusables devant sa justice, et, de l'autre , le sujet qui leur restait d'espérer encore en sa divine bonté, à cause de la fidélité de ses promesses. Enfin, la posture d'un saint prêtre couché par terre et gémissant pour eux tous, et une prière si touchante et accompagnée d'une si profonde humilité, a la force d'amollir ces cœurs de pierre, et tire, pour parler ainsi, de ces rochers les eaux de la pénitence, qui sont les larmes. (Sacy.)

Vers. 2. — Respondit, idest, locutus est. Secheniah filius Jechiel, vel hìc loquitur non suo, sed populi nomine, vel in sequente catalogo inf. v. 20, ubi recensentur, qui duxerant uxores alienigenas omissus est. At inter reos habentur *Jehiel*, et sex ex filiis Helam. Et duximus. Syr. et Arab. *cohabitare fecimus.* De populis

TERRÆ, id est, quæ sunt de filiabus populorum alienigenarum. SED NUNC EST SPES, id est, aliquid spei est Israeli ut convertatur ad Dominum et resipiscat, q. d., nos quidem peccatores sumus : at Deus noster misericors est. Alii exponunt : *Spes est Israeli*, ac si dicat, possunt Israelitæ abjicere à se uxores suas alienigenas. Alii : *Nunc ergo* si *est spes Israeli super hoc, nunc*, inquam, *percutiamus*, etc. Alii, *Nunc autem estne spes Israeli super hoc* (1)?

VERS. 3. — PERCUTIAMUS FOEDUS, etc., q. d. : Resipiscamus abjiciendo uxores nostras alienigenas. UXORES ; sub. alienigenas, ut paulò post, v. 10. ET NATOS EX EIS, id est, liberos earum (1). Apud Hebræos vigebat jus illud, ut ea quæ lege prohibentur, si fuerint facta, non solùm inutilia, sed pro infectis etiam habeantur (Grot.). Præterea Judæi privilegio libelli repudii sibi permissi usi sunt meritò ad matrimonia tam periculosa et contra legem inita dissolvenda. Filii verò jubentur matrem sequi, ut in illicitis nuptiis fieri solet; et ne educati in superstitionibus alios filios corrumperent, et ne ipsorum amor patres sollicitaret ad matres revocandas. Probabile est matribus et liberis de annuis alimentis provisum esse.

VERS. 4. — SURGE. Jacebat enim humi. AD TE pertinet RES, ad verbum, *super te res*, id est, tuum est istud facere. ET NOS erimus TECUM, id est, nos aderimus, ac favebimus tibi, feremusque opem. CONFORTARE ET FAC, id est, forti animo aggredere rem ipsam. His verbis utuntur Hebræi ad exhortationem (2).

(1) VERS. 2. — SECHENIAS FILIUS JEHIEL. In tertio Esdræ 8, 93, appellatur *Jechonias Jeheli*. Nomen Secheniæ non legitur inter eos qui uxores profanas adsciverant, descriptos inferiùs, v. 20. Legitur verò Jehiel, v. 26. Cæterùm verisimillimum est, hunc ex illis fuisse, qui Babylone cum Esdrâ redierunt. Quare cùm hìc reorum verba usurpat, loquitur nomine populi, quem ad humilem criminis sui confessionem inducit.

SI EST PŒNITENTIA IN ISRAEL SUPER HOC. Hebræus : *Nunc exspectatio Israeli super hoc*. Sperandum est populo fore ut à Deo veniam criminis impetret ; neque enim malum est deploratum. Reddi etiam potest : *Cœtus est in Israele super hoc*. Populus coivit, vel cœtus populi habendus est, ut huic malo medicina adhibeatur. Legimus v. 1, populum convenisse ad Esdram, ut illum hoc crimine mœrentem vidit. (Calmet.)

VERS. 2, 3. — *Nous avons violé la loi de notre Dieu. Nous avons épousé des femmes des nations étrangères. Et maintenant, si Israël se repent de ce péché, faisons alliance avec le Seigneur notre Dieu, chassons toutes ces femmes avec ceux qui en sont nés*, etc. Celui qui parle en ce lieu au nom de tout Israël pouvait bien n'être pas coupable lui-même du violement de la loi, son nom n'étant point marqué dans la suite avec ceux des autres. Et ainsi il parlait peut-être par le même esprit de charité qui faisait parler Esdras, comme s'il avait porté les péchés du peuple. Mais, quoi qu'il en soit, considérons dans ses paroles les marques certaines d'un vrai repentir. *Et maintenant*, dit cet homme, *si Israël se repent de ce péché, chassons toutes ces femmes avec ceux qui en sont nés, nous conformant à la volonté du Seigneur, et de ceux qui révèrent ses préceptes*. Il ne suffisait donc pas à Israël de verser des larmes comme il le fit; car Dieu demande de dignes fruits de pénitence. Et ces fruits étaient de se séparer de celles avec lesquelles les Israélites s'étaient unis contre sa loi, et qui leur avaient été un vrai sujet de scandale, en les engageant dans les abominations de leur infidélité. Ce peuple était dans la disposition très-sincère de témoigner au Seigneur son repentir par ses œuvres, puisque celui qui porta pour lui la parole au saint prêtre Esdras, s'engagea pour lui à faire tout ce qui serait *conforme à la volonté de Dieu* et à la lumière de *ceux qui avaient de la vénération pour ses préceptes*, et qu'il demanda au nom du peuple, que *toutes choses se fissent selon la loi*. C'était la disposition la plus parfaite où il pût être, dans le dessein qu'il avait de fléchir la colère de Dieu, si justement irrité contre lui, puisque ce n'est nullement aux malades à déterminer ce qu'ils doivent faire, mais aux autres qui ont la lumière et la crainte du Seigneur, et qu'il était juste que ce fût la loi de Dieu même qui redressât ce qui avait été fait contre la loi ; la règle de la vérité étant, comme dit saint Augustin, une règle qui ne plie point, pour se conformer à la volonté de l'homme, mais à laquelle notre volonté doit nécessairement se rendre conforme, pour être droite. (Sacy.)

(1) Arbitrati sunt quidam, filios cum matribus extorres actos non fuisse, sed jussos solummodò circumcidi atque educari ad legis præcepta in scholis publicis, ab oculis patrum suorum remotos, ne fortè puerorum aspectu matrum pietate moverentur, quas constanter adeò abjecerant. Sed opinio hæc malè fulta nutat. Narrat inferiùs, v. 42, Scriptura, plures ex hisce dimissis uxoribus filios peperisse; quo innui videtur, nihil in hâc re indulgentiæ datum, sed omnes inexorabili severitate ejectos fuisse. Credibile tamen est, in ejus rei executione nihil omissum fuisse temperamenti, quod per Dei legem liceret, ac postularet humanitas, ne in sævitiem rueretur. (Calmet.)

Petes an saltem non nimis durum, abjicere etiam *filios* proprios *qui de* uxoribus alienigenis *nati erant*. — Respondeo cum Cajet. : Non abjiciebant prorsùs et absolutè filios illos suos, quasi nullam eorum curam deinceps haberent ; sed *juxta voluntatem*, Heb. et Græcè, *consilium Domini, et* piorum virorum *qui timent legem Dei*. Nempe ex horum præscripto dimittebant à se filios ad aliqua pedagogia, ubi à probis præfectis instituebantur, pauperes è publico ærario, divites è peculio parentum. Et sanè sic expediens erat, ne si liberi penes parentes remansissent, assiduo eorum intuitu, et amore inde exardescente, animi parentûm ad matres repetendas accenderentur. (Tirinus.)

(2) VERS. 4. — SURGE, TUUM EST DECERNERE.

VERS. 5. — ADJURAVIT, vel *juramento adegit*. UT FACERENT SECUNDUM VERBUM HOC, id est, ut ita facerent.

VERS. 6. — A FACIE DOMUS, vel : A CONSPECTU TEMPLI. JEHOCHANAN FILII ELIASIB. Jehochanan erat junior filius Eliasib pontificis, nam filius ejus primogenitus, qui ei successit *Joiada* dicitur 2 Esd. 12, 10 (1). LUGEBAT, etc., vel, *mærebat*, etc. Alii : *Quòd lugeret propter transgressionem transmigrationis*, id est, eorum qui de transmigratione Babylonicà redierant in terram sanctam duce Zorobabele, ante an. 70.

VERS. 7. — ET TRANSIRE FECERUNT VOCEM PER JEHUDAH, etc., id est, voce præconis significârunt, etc. (2).

Gentis principatum cum supremâ potestate pro Artaxerxe in universos Judæos tum Esdras gerebat. Præterea viri eruditio, piumque studium id apud omnes obtinebat, ut ultrò ad ejus judicium deferrentur quæcumque ad legis observantiam pertinerent. (Calmet.)

VERS. 4, 5. — *Levez-vous, c'est à vous à ordonner. Nous serons avec vous, revêtez-vous de force, et agissez. Esdras se leva, et demanda que les princes des prêtres et les Lévites lui promissent avec serment de faire ce qu'on venait de dire*, etc. Comme Esdras était prosterné devant le temple, celui qui parlait au nom du peuple le pria de *se lever*, et de ne s'affliger point plus long-temps, parce que son affliction avait produit sur les cœurs tout l'effet qu'il aurait pu espérer. Il ajoute que *c'était à lui à ordonner*, ce qu'il dit, tant à cause qu'il avait une parfaite connaissance de la loi, selon laquelle il était besoin de réformer toutes choses, que parce qu'il avait reçu un plein pouvoir du roi des Perses, de faire observer aux Juifs la loi de leur Dieu. Il est étonnant qu'on l'exhorte *à se revêtir de force* pour *agir*, comme si Esdras n'avait pas eu cette force toute divine qui convient aux ministres du Seigneur, lui qui était tout rempli de son esprit. Mais c'est qu'il était très-digne de la charité et de la sagessse de ce saint homme, d'emprunter en quelque façon la force avec laquelle il devait agir pour la réformation d'Israël, de ceux-mêmes qui devaient être réformés, c'est-à-dire, que pour travailler d'une manière plus avantageuse à leur salut, il fallait qu'ils lui missent eux-mêmes, pour le dire ainsi, entre les mains les armes dont il devait se servir pour les faire rentrer dans la voie dont ils s'étaient écartés. Car un ministre de Dieu n'agit jamais plus efficacement pour sauver les âmes, que lorsqu'elles s'abandonnent ainsi à sa conduite, sans craindre la sévérité de la discipline qu'elles savent leur devoir être salutaire, et dont elles souhaitent pour cette raison que l'on use à leur égard. C'est ainsi que saint Augustin, évêque, mettait en quelque façon le fer et le feu entre les mains de Dieu même, lorsqu'il lui disait, dans l'extrême ardeur qu'il sentait pour satisfaire à sa justice par les souffrances : *Modò ure et seca, dùm in æternum parcas.* Brûlez et coupez présentement, ô mon Dieu, pourvu que vous m'épargniez dans l'éternité.

Cependant la connaissance que le prêtre Esdras avait de l'inconstance effroyable de ce peuple, toujours prêt à faire les plus belles résolutions de se donner tout entier à Dieu, et toujours prêt à violer ses promesses, le porta à s'assurer autant qu'il lui fut possible de la véritable disposition des cœurs. C'est pourquoi il est marqué qu'il *demanda* avant toutes choses *que les princes des prêtres et les Lévites lui promissent avec serment de faire ce qu'on avait proposé*, c'est-à-dire d'exécuter ce qui serait ordonné par le jugement des personnes qui connaissaient la volonté du Seigneur, et qui révéraient ses saints préceptes. Car il craignait que cette première ferveur fût seulement passagère en eux, et ne vînt pas d'un vrai regret d'avoir violé le précepte que Dieu leur avait donné pour leur salut. Ainsi, étant éclairé dans la loi de Dieu, il ne voulait pas qu'ils renouvelassent à la légère une alliance avec lui, comme ils l'avaient demandé, de peur que s'ils la rompaient ensuite, ils n'ajoutassent un nouveau poids à leur propre condamnation. (Sacy.)

(1) VERS. 6. — JOHANAN FILII ELIASIB, summum sacerdotium tunc gerentis. Eliasibo natus est filius *Joiada*, qui in sacrâ dignitate patri successit, et alter Eliasibi filius, Johanan, nisi unus idemque cum Joiadâ constituatur pro solemni Judæorum more, ut unius viri plura sæpè sint nomina. In tertio Esdræ 9, 1, legimus : *Jonathæ filii Nasabi.* Esdram adiisse Joannem et Eliasibum, scribit Josephus. (Calmet.)

Vel non erat hic Eliasib pontifex, sed et synonymus, nam Eliasib pontificis filius dictus est Joiada, ut habetur 2 Esdræ 12, 10 ; vel, quod probabilius est, Johanan, cujus hic mentio fit, secundò aut tertiò genitus fuit Eliasib pontificis. (Menochius.)

ET ABIIT AD CUBICULUM JOHANAN, vel, 1° ut consilium de hâc re ibi haberet ; vel, 2° ut se reficeret cibo et potu, ut qui jam luctum deposuisset, ob juramentum populi, etc. Habebat templum cubicula quædam in quibus degebant sacerdotes et Levitæ, quando vices suas obibant. (Synopsis.)

(2) VERS. 7. — ET MISSA EST VOX IN JUDA, q.d.: Missus est præco, qui suâ voce omnes Judæos citaret, et convocaret in Jerusalem sub pœnâ excommunicationis et confiscationis bonorum, ut audirent mandatum Esdræ et principum de dimittendis uxoribus gentilitiis. Porrò sub Judâ et Benjamin intellige cæteros Israelitas, qui se tribui Judæ aggregârant sub duce Zorobabele et Jesu pontifice.

VERS. 8. — ABJICIETUR, etc., SEPARABITUR A CŒTU, id est, excommunicabitur. Alii : Mittetur in exilium ; exilium non erat inter pœnas legis, sed licebat senatui novis decretis novas pœnas addere. (Synopsis.)

AUFERETUR UNIVERSA SUBSTANTIA EJUS, ET IPSE ABJICIETUR DE CŒTU TRANSMIGRATIONIS. Hebræus ad litteram : *Erit anathema omnis substantia ejus, et ipse separabitur à cœtu transmigrationis.* Sacro templi ærario ejus res et bona addicentur ; ipse verò inustus anathemate, è gente suâ pelletur ; exuetur omnibus privilegiis, jure reipublicæ ; exilio damnabitur. Exercet hic Esdras, juncto cum optimatibus populi

VERS. 9. — IPSE MENSIS NONUS, IN VICESIMA MENSIS, id est, vicesimâ die mensis noni. Mensis nonus est *Casleu*, respondet partim novembri, partim decembri. PROPTER REM, vel, *ob negotium* illud, ob quod scilicet convenerant illùc. ET PROPTER PLUVIAS. Erat enim tunc tempus pluviosum (1).

VERS. 10. — UT ADDERETIS DELICTO ISRAEL, vel, *ut adderetis* delictum *delicto Israelis*, hoc est, ut delicta Israelis auctiora et majora faceretis.

VERS. 11. — DATE CONFESSIONEM, id est, fatemini peccatum vestrum coram Domino. Alii : *Date laudem Domino*, vel, *gloriam*, id est, agnoscite vos esse peccatores, et resipiscite (2).

VERS. 12. — SIC, SECUNDUM, etc., ad verbum, *sic, secundùm verbum tuum super nos, ut faciamus*, id est, ita ut dicis, debemus, sive tenemur facere (1).

VERS. 13. — ET NON EST VIS AD STANDUM FORIS, vel, *neque est virtus*, neque sunt vires, sub., populo *ut consistat foris*, id est sub dio. MULTI SUMUS QUI, etc.; ad verbum, *multiplicavimus transgredi in hâc re* (2).

VERS. 14. — STENT, OBSECRO, etc. Hebraismus, id est, præficiantur principes nostri universæ multitudini, vel, *stent principes nostri*, sub. in hâc re, id est, cognoscant de hoc negotio *usque ad*, etc. DUXIT, ad verbum, *habitare fecit*, sub. secum. VENIAT, sub. ad principes istos. Vel Jerosolymis congregati erant, vel singulas urbes obibant; et ad illos communes arbitros veniebant seniores urbis cujusque, personarum et factorum circumstantias noscentes, ut testes essent simul et aliis judicibus assessores. SINGULARUM CIVITATUM, ad verbum, *urbis, et urbis*. A NOBIS PROPTER HOC, id est, quam commeruimus et aliis et hâc nostrâ transgressione. Alii vertunt : *A nobis usque ad hanc rem*, id est, à peccatis nostris usque ad pœnitentiam, hoc est, donec propositâ resipiscentiâ nostrâ, vel per resipiscentiam nostram placemus Deum nostrum iratum in nos. Judæi post tot promissiones, juramenta, lacrymas, etc., videntur rediisse ad vomitum. Nehem. 13, 23 (3).

consilio, potestatem sibi à regibus Persidis traditam superiùs, 7, 16. (Calmet.)

(1) VERS. 9. — TREMENTES PRO PECCATO. Tremebant interiùs, ex conscientiâ sceleris, metuque judicii divini : exteriùs, ob pluvias et frigora. ET PLUVIIS. Pluviæ solito majores indicia erant iræ Dei. Opportunus erat hic metus ad reprimendam contumaciam, et obtinendam emendationem. Cruciabat eos peccatum suum. Qui seriò non dolent de peccatis, etc., imaginariam tantùm, non veram, pœnitentiam habent. (Synopsis.)

IN PLATEA DOMUS DEI, in atrio videlicet populi, nullis adhuc clauso ædificiis, sive porticibus, ubi ab imbribus, per eam anni tempestatem copiosis, perfugium quæreretur. (Calmet.)

(2) VERS. 11. — ET NUNC DATE CONFESSIONEM DOMINO DEO. Hebr., *date todhah*, id est, *confessionem, laudem, gloriam*, q. d. : Pœniteat vos, ac confitemini Domino reatum peccati vestri, cum serio et efficaci satisfactionis et emendationis proposito, repudiandi scilicet uxores alienigenas. Hæc enim confessio et pœnitentia vestra valdè Deum laudabit et glorificabit. Nam primò testabitur ipsum esse justum, vos verò peccatores; secundò, subdet vos Deo Deique voluntati et legi, tertiò abdicabit à vobis periculum idololatriæ. Quartò, separabit vos quasi fideles et sanctos à contactu et contaminatione infidelium et immundorum. Vide dicta Josue, 7, 19, ubi Josue ait ad Achan : *Fili, da gloriam Deo*. (Corn. à Lap.)

ET NUNC DATE CONFESSIONEM DEO PATRUM VESTRORUM. Placitum hoc Dei intelligit Esdras præceptum Dei, Deut. 7 et alibi; quo prohibebantur filii Israel ducere alienigenas. Et notandum quòd etsi expressè aliud præceptum non esset, nisi de Chananæis in conjugium non assumendis, quorum terram possessuri essent, tamen Esdras etiam extendit (ut patet cap. præc.) ad Ammonitas, Moabitas et Ægyptios; idcircò, scilicet, quia jam eadem ratio in istis locum habebat, quæ nuper in Chananæis solis, in quorum medio habitabant, nempe ne abducerentur per eos ad cultum idolorum. Utrùm verò hæc separatio fuerit tantùm quoad torum, et habitationem, an etiam quoad vinculum, non ita constat. Similiter non satis constat utrùm cum matribus, et filii ex hujuscemodi conjugiis nati, rejecti sint. Sechenias quidem princeps dixit ad Esdram : *ut projiciamus universas uxores*, etc. Tamen utrùm ita factum sit, Scriptura non commemorat. Beda quoque annotat quòd filios non abjecerint, sed apud se servatos docuerint renuntiare maternæ infidelitati, et per circumcisionem eos Domino et fidelium societati consecraverint. (Estius.)

(1) Exemplum obedientiæ verbo Dei nos accusanti : Non quærunt effugia, etc., castigationem patienter ferunt, et se in viam revocari patiuntur. Rara hodiè talis in auditoribus obedientia. (Wolphius).

(2) VERS. 13. — NON SUSTINEMUS STARE FORIS. Citra periculum valetudinis. OPUS NON EST DIEI UNIUS, etc., q. d. : Opus est aliquo tempore, ne quid præcipitanter aut perperam fiat; ne uxores nimiùm inhumaniter dimittendo, sicut priùs cupidè accipiendo, denuò peccemus. (Osiander.)

VEHEMENTER PECCAVIMUS IN SERMONE ISTO, id est, latè patet hoc peccatum, et ad multos pertinet. (Menochius.)

(3) VERS. 14. — CONSTITUANTUR PRINCIPES, qui exequantur edictum jam editum, ac curent ut singuli qui uxores alienigenas duxerunt, eas dimittant. Hinc videtur edictum hoc executioni mandatum fuisse, ac singulos partim spontè, partim coactos à principibus dimisisse uxores gentilitias; id enim factum esse expressè narrat Josephus, l. 11, c. 5, ac lib. 3 Esdræ cap. 9, 36. Negat tamen hoc Cajet., aitque Esdram non prævaluisse, ut id posset exequi ob multitudinem resistentium,

VERS. 15. — VERUMTAMEN, q. d.: Non omnes principes præfecti fuerunt huic negotio, sed isti tantummodò qui hìc recensentur. CONSTITUTI FUERUNT SUPER HOC, ad verbum *steterunt super hoc*, id est, præfecti fuerunt huic negotio (1).

VERS. 16. — PER DOMUM PATRUM SUORUM, id est, per familias suas. PER NOMINA, sub. fuerunt designati, id est, omnes quidem nominatim. Omnis populus distinctus fuit in familias, et quælibet familia in capita, ut vitaretur confusio. Esdras verò et principes sese contulerunt ad urbes alii alias ut, etc. Syr.: *Separavitque Esdras viros principes*, etc., nempe qui de hoc negotio judicarent. UT QUÆRERENT REM, id est, ut cognoscerent de hoc negotio (2).

VERS. 17. — ET PERFECERUNT, etc., id est perstiterunt in hoc negotio per tres menses, nempe usque ad mensem primum quo illud absolverunt (1).

VERS. 19. — ET DEDERUNT MANUM SUAM, etc. Hebraismus, id est, tunc ejecerunt, sive expulerunt uxores suas alienigenas (2). ARIETE PECORUM, vel, *ovium*, vel *gregis*, id est, captum è grege. PRO DELICTO SUO, id est, in expiationem delicti quod admiserunt in ducendis uxoribus alienigenis (3).

VERS. 20. — ET DE FILIIS IMMER, sub. inventi sunt; et sic infra.

VERS. 23. — QUI ET CHELITHA, id est, qui alio nomine dicitur Chelitha.

VERS. 25. — ET DE ISRAEL, id est, de plebe sive plebeiis (4).

VERS. 44. — ERANT EX EIS MULIERES, QUÆ POSUERUNT FILIOS, ad verbum, *et erant ex eis mulieres, et posuerunt filios*, id est, quibusdam ex illis alienigenæ illæ mulieres procreaverant liberos, qui et ejecti fuerunt unà cum matribus. Alii interpretantur, sed non benè, hæc res enim non spectabat ad mulieres: quæ exposuerunt liberos suos arbitrio ac voluntati judicum, ut ejicerent eos aut retinerent (5).

qui uxoribus suis agglutinati erant, sed id perfecisse post decem annos Nehemiam, c. 13, 23: *In diebus*, inquit, *illis, vidi Judæos ducentes uxores Azotidas, Ammonitidas, Moabitidas; et filii eorum ex mediâ parte loquebantur Azoticè, et nesciebant loqui Judaicè, et loquebantur juxta linguam populi et populi.*

Verùm hic locus non convincit. Dici enim potest, estque valdè probabile, Judæos post tot promissiones, juramenta, lacrymas et gemitus rediisse ad vomitum, ac easdem uxores alienigenas revocâsse, vel alias similes duxisse. Nam disertè totus populus hoc loco consensit Esdræ in alienigenarum repudium, ut patet v. 12, ubi dicitur: *Et respondit universa populi multitudo, dixitque voce magnâ: Juxta verbum tuum ad nos* (sicut locutus es et edixisti nobis) *sic fiat.*

(1). VERS. 15. — IGITUR JONATHAN... ET JAASIA. Ex sacerdotum ordine hi duo isti negotio præfecti fuêre, nimirùm inter illos principes quos constitutos modò dixit. VERUMTAMEN, etc., q. d.: Non omnes principes præfecti erant huic negotio, sed isti tantummodò qui hìc recensentur. Videntur hi duo solummodò inter sacerdotes hujus criminis non fuisse reos. Nec summus quidem sacerdos huic concilio interfuit. (Synopsis.)

(2). VERS. 16. — ET ABIERUNT, ESDRAS SACERDOS, ET VIRI PRINCIPES FAMILIARUM, IN DOMOS PATRUM EORUM, contulerunt se in urbes singulas ut accuratum singularum familiarum catalogum describerent, ac nôssent quinam connubia cum feminis profanis miscuissent. Operi vacare cœperunt primâ die mensis decimi. Hebræus ad litteram: *Et separati sunt Esdras sacerdos, viri capita patrum* (principes familiarum) *per domum patrum suorum, et universi ipsi per nomina, et sederunt in die unâ mensis decimi;* quasi Esdras et delecti in eâ causâ judices distribuerint inter se urbes, ut seorsùm quisque de re inquirerent. Præferendam censeo lectionem Syriacam, et tertii libri Esdræ. Dicitur ibi Esdras è principibus familiarum elegisse certum judicum numerum, quos de nomine appellavit, ut eâ de re secum cognoscerent: selectosque judices primâ die mensis decimi simul convenisse. Viginti judices fuisse Syrus definit. Hebræus, levi adhibitâ mutatione, reddi potest: *Esdras separavit è principibus familiarum*, etc. Separare usurpatur interdùm pro deligere. Eodem sensu etiam ab Josepho hìc locus accipi videtur. Illud hìc animadvertendum est, Josephum facilè usum esse Græco textu tertii libri Esdræ, ubique enim per historiam easdem phrases persequitur, quæ in eo libro, sub nomine prioris libri Esdræ in editione Romanâ Septuaginta impresso, leguntur. (Calmet.)

(1) VERS. 17. — ET CONSUMMATI SUNT OMNES VIRI; id est, planè et plenè numerati, et in catalogum redacti. (Synopsis.)

VERS. 18. — DE FILIIS SACERDOTUM, etc. Indicat hoc magnam morum corruptionem, quæ sacerdotes quoque pervaserit. (Synopsis.)

(2) VERS. 19. — DEDERUNT MANUS; vel fidem dederunt, spoponderuntque expulsuros se profanas uxores. Dare manum ritus erat solemnis et irrevocabilis fidei obligandæ apud Persas, qui tunc in Asiâ regnabant. (Calmet.)

(3) ET PRO DELICTO SUO ARIETEM, etc. Quia sicut aries est dux gregis, ita sacerdotes sunt duces populi communis. (Lyranus.)

De meris Israelitis, nempe laicis, ut distinguantur à præcedentibus, qui omnes sacerdotio vel leviticâ dignitate ornabantur. (Calmet.)

(4) VERS. 43. — JEDDU. Hebræus et Septuaginta, *Jaddau.* (Calmet.)

(5) VERS. 44. — FUERUNT EX EIS MULIERES, QUÆ PEPERERANT FILIOS. Animadverti hæc videntur, ut ostendatur, nullâ ex parte mitigatam esse latæ ab judicibus sententiæ severitatem; quamvis enim plures ex hisce feminis liberos genuissent, nullus tamen misericordiæ locus habitus est, sed omnes cum filiis expulsæ.

AUGUSTINI CALMETI

IN LIBRUM SECUNDUM ESDRÆ

Prolegomenon.

Nehemias, cognomento *Athersatha*, vide 1 Esdr. 2, 63; 2 Esdr. 7, 65, nempe *Pincerna*, à munere quod apud Artaxerxem Longimanum regem Persidis obibat; Nehemias, inquam, verus hujus operis auctor vulgò esse reputatur. E familiâ Levi, et ex ordine sacerdotali originem ducens, uti quidam sentiunt, nempe Malv., Est., Tirin., Menoc., sive è tribu Judâ, ut putant alii, Euseb. Isidor. Genebr. in Chronic. Rab. Arab. in Cabbalâ, Scaliger. ad Euseb. Chronic., patrem habuit Helchiam sive Chelchiam. Qui è genere sacerdotali virum arcessunt, laudant in eam rem illud 2 Mach. 1, 18, 21 : *Jussit sacerdos Nehemias aspergi sacrificia aquâ :* ac illud : *Ædificato templo et altari obtulit sacrificia.* Insuper hoc libro 10, 1 : *Signatores autem fuerunt, Nehemias, Sedecias Saraias,* etc. Vers. 8 : *Hi sacerdotes.*

Eo tamen Machabæorum testimonio nequidquàm obstante, ea quæ virum ad tribum Juda revocat opinio, tum apud veteres fermè omnes, tum apud plerosque recentiores obtinuit. Persuasum enim habebant veteres, eos omnes, qui populo è captivitate restituto jura dederunt usque ad Asmonæos, ad tribum Juda spectâsse. Nehemias ipse *Hanani* et alios è tribu Juda, Judæam repetentes, fratres suos appellat : *Venit Hanani unus de fratribus meis, ipse, et viri ex Judâ.* Denique pincernæ munus, quod illustre erat eâ ætate, unisque viris clari generis demandabatur, nonnisi virum principem è tribu Judâ decebat. Tandem Nehemias ne in templum ingrederetur se continuit, quasi scilicet sese non initiatum ingredi nefas esse reputaret : *Et quis ut ego ingredietur templum et vivet? Non ingrediar,* 2 Esdr. 6, 11.

Auctoritati autem ex Machabæis adductæ reponunt, 1° Nehemiam à sacrificiis per se offerendis abstinuisse, jussisse tantùm, veluti totius gentis principem, à sacerdotibus offerri : familiari enim sermone usurpamus, ut quæ per alios, auctoribus nobis, gesta sunt, eadem à nobis facta habeantur. 2° Textus Græcus sacerdotalem viri dignitatem non legit, habet enim : *Jussit sacerdotes Nehemias aspergere aquâ* (crassâ scilicet, è puteo, ubi olim ignem abdiderant, haustâ) *ipsa* (sacrificia) *et ligna*, etc.; quo aperto satis documento intelligimus, non sacerdotalem seu leviticam dignitatem egisse illum, sed universo populo præfectum, huic rei præfuisse. 3° Si nomen suum in adscriptionibus primum ante sacerdotes et Levitas posuit, illud in causâ fuit, quòd summum in republicâ, locum, veluti regis Persarum nomine regionem administranti, sibi deberi arbitraretur. 4° Demùm viri nomen nusquàm in censu sacerdotum sive apud Esdram, sive apud Paralipomena legitur.

Cùm Nehemias afflictas esse prostratasque res Hierosolymæ, Babylone agens, didicisset; monitus insuper, mœnibus dejectis, crematisque portis, Judæos in summo luctu et gentium omnium opprobrio versari; effusus in preces, corpusque jejunio macerans, tempus opperiebatur, quo et munus suum obiturus, et regi pro urbe suâ supplicaturus accederet, 2 Esdr. 1, 1, et seq. Cœnanti igitur regi ille munus suum fungens adfuit; cùmque tristior consueto videretur, 2 Esdr. 2, 1, etc., rex vix illum intuitus, turbidum aliquid illum moliri suspicatus est; ut verò intellexit, patriæ illum suæ vices dolere, copiam fecit ut in Judæam reverteretur, eâ tamen conditione, ut intra præscriptum tempus rediret; quod benevolentiæ in illum regiæ certissimum erat argumentum. Scriptæ insuper pro Nehemiâ regis epistolæ

In tertio Esdræ 9, disertissimè exprimitur : *Omnes isti conjunxerunt sibi uxores alienigenas, et dimiserunt eas cum filiis.* Textus Hebræus reddi etiam potest : *Fuerunt ex eis mulieres quæ exposuerant filios suos.* Sed plerique sensum retinent Vulgatæ et Septuaginta. Clericus : *Plures ex iis viri filios ex his mulieribus genuerant.* (Calmet.)

ET EX EIS uxoribus alienigenis FUERUNT non paucæ MULIERES, QUÆ jam PEPERERANT maritis FILIOS. Sed et hæ nihilominùs ejectæ sunt è toro maritali, et filii seorsim quoque positi.

ad præfectos provinciarum trans Euphratem, quibus ligna omnia præberi Nehemiæ jubebantur, quotquot opus esset in usum templi, mœnium, et ædium præfecti regionis.

Venit itaque Nehemias Hierosolymam, 2 Esdr. 2, 11, 12, etc., totoque triduo consilium suum suppressit. Nocte tertiæ diei totam urbem circumivit, mœnia lustrans, ut eorum statum penitùs exploratum haberet. Tum optimatibus ad concionem vocatis, auctoritatem suam et adventûs consilium aperuit, hortatus ut mœnium portarumque Hierosolymæ restaurationem aggrederentur. Omnium assensu ac favore exceptâ Nehemiæ concione, statim operi manus admota est. Eâ re intellectâ, gentis adversarii, quâ tenebantur in Judæos invidiâ, cùm opus inhibere, regis jussionibus prohibiti, non possent, ad irrisiones versi, 2 Esdr. 3, 19, 20, et 4, 1, 2, illud invicem dictitabant: Quid Judæi strue hâc cæmenti et lapidum moliuntur? Si vulpes suffodere muros incipiant, profectò molem omnem dejicient? Cùm verò reparata mœnia, stantemque urbem viderunt, verso consilio, omni operâ sibi annitendum censuerunt, ut Nehemiam perderent. Frustra tamen; insidiis enim Nehemiæ revelatis, 2 Esdr. 4, 7, etc., ipse armari suos, ac militari ordine adversarios opperiri jussit. Illi, cùm se proditos intellexissent, abjecto consilio destiterunt. Exinde Nehemias civium suorum partem semper sub armis tenuit, dùm cæteri urgendo operi incumbebant; jussit etiam populum ita reparationi vacare, ut simul suis armis instructus semper præstò esset ad prælium, 2 Esdr. 4, 16, etc.

Minimè tamen Sanaballat cæterique gentis hostes animis despondentes, insidias struere Nehemiæ moliti sunt. Ficto igitur fœderis ineundi consilio, virum invitârunt, ut secum in agrum conveniret, quibus tamen ille respondendum imperavit, 2 Esdr. 6, 1, etc., præsentiam suam opus exigere, nec aliò divertere interim posse; quod non semel, et iterùm, sed quartò respondit, viros à Sanaballat missos simili semper responso vacuos remittens.

Denique Sanaballat ejusque clientes datis ad Nehemiam litteris significârunt, sparso in populum rumore vulgatum esse, illum res novas adversùs regem moliri, eoque consilio mœnia urbis reparare; prophetas sibi amicos illum fingere, qui populum ad eligendum se gentis regem excitarent; proinde, ut invidiam in se conceptam amoliretur, simul secum opportuniora consilia suscepturus conveniret, Esdr. 6, 6, 7. Nihil his commotus Nehemias respondit, mera esse et ad arbitrium excogitata commenta. Consulendum tamen censuit Semaiam, quem prophetam esse reputabat: quo hortante ut in templum sese reciperet, futurum enim ut proximâ nocte in illius cædem armati hostes clam venirent, renuit Nehemias, statimque didicit, illum adversariorum arte corruptum ficta oracula venditâsse. Plures etiam ex optimatibus Hierosolymæ, juncto cum hostibus consilio, secretò in ejus necem conspiraverant, 2 Esdr. 6, 7, 17, 18. Nihil tamen deterrere Nehemiam ab opere incœpto valuit; brevique ejus potissimùm operâ intra duorum et quinquaginta dierum spatium tota moles stetit, 2 Esdr. 6, 15.

Habita deinde est absolutorum mœnium dedicatio, eo apparatu, qui tantum opus decebat, 2 Esdr. 12. Divisi igitur in duos choros sacerdotes, Levitæ, principes, ac vulgus, ambo seorsùm super mœnia incedebant, alteri meridionale latus, alteri septentrionale mœnium tenentes, omnibus interim perstrepentibus tum musicis vocibus, tum instrumentorum concentu, donec templum ingrederentur, quò duo simul chori coiverunt. Habita ibi lectio Mosaicæ legis, oblata sacrificia, nullaque omissa ingentis gaudii significatio. Cùm verò in idem tempus incidisset festum Tabernaculorum, geminata solemnitas gaudium cumulavit, 2 Esdr. 8.

Amplior erat restitutæ urbis ambitus, quàm rarus incolarum numerus exigeret; quare, ut huic rei consuleret, imperavit Nehemias, singuli optimates ædes suas Hierosolymis conderent, et decimam totius populi portionem, jactu sortium electam, eò migrare coegit. Hâc arte tum ex iis quibus sortitò urbs obtigit, tum ex iis qui spontè venerant, satis frequens civium numerus comparatus est, 2 Esdr. 11. Militum excubias ad portas urbis distribuit Nehemias, ne quid ab hostibus, excidium novæ urbis molientibus, pateretur, 2 Esdr. 7, 1, 2, etc. Quâ cautione satis ab externorum injuriis tutus, curas suas omnes auferendis, quæ irrepserant in populum, criminibus vertit.

In eo maximè omnium laboravit, quod gravissimum videbatur; sævitiâ nempe, quâ divites in tenuiores furebant, eò enim crudelitatis processerant, ut eorum filios et filias mancipiorum jure servitiis suis addicerent, omnesque illorum res obligurirent, 2 Esdr. 5, 1, etc. Tot miserorum clamoribus excitatus

Nehemias, in frequenti optimatum et magistratuum cœtu eorum sævitiam pluribus detestatus est: Cùm enim nos, inquit, fratres sororesque nostras è captivitate redemptas in hanc regionem reduxerimus, vos iterùm excussæ captivitatis jugo opprimitis. An iterùm nos redimere captivos cogetis? Ego meique plura mutuò dedimus : jus nostrum omne remittimus : remittatis et vos suadeo; quæque oppignerata servatis, ultrò restituite. Dicentem pronis auribus exceperunt Israelitæ, ære alieno statim remisso, manumissis Hebræorum mancipiis, restitutis, quos loco pignoris tenuerant, fundis.

Alterum supererat perniciosum maximè et vetus in populo vitium, quod Esdras delere laboraverat; connubia nempe Israelitarum cum feminis peregrinis. Prospero illud eventu delevit Nehemias, quo suadente, omnes præcepto legis morem gesturi, peregrinas uxores, unà cum filiis eo connubio genitis, dimiserunt, 2 Esdr. 9, 1, 2. Verùm cùm abesse deinde urbe, ac Babylonem proficisci duodecimo anno præfecturæ suæ cogeretur, 2 Esdr. 5, 14, 13, 26, etc., non defuerunt, qui per ejus absentiam pristinas uxores revocarent; quin et Joiada ipse, filius Eliasibi summi sacerdotis, filium suum connubio cum filiâ Sanaballat Moabitide junxit. Eam rem iniquissimè ferens Nehemias, studio legis armatus, illum urbe expulit, omnemque supellectilem Tobiæ, in domo Domini commorantis, ejici jussit è templo, cæterosque deinde Israelitas coegit reductis iterùm feminis filiisque repudium dare.

Cùm pristina sacerdotibus et Levitis stipendia deessent, atque adjunctas templo ædes, sibi destinatas, à Tobiâ occupari cernerent, deserto templi servitio, aliò diverterant, 2 Esdr. 13, 10, 11, etc. Nehemiæ jussu omnia suo loco restituta sunt, coactus populus stipendia ministris Domini præbere, ministri ad pristina munia revocati. Præscriptæ sacerdotum vicibus et tempori illorum ministerii regulæ, ex constitutis olim à Davide et Salomone sanctionibus; reddita sabbato sua religio, hactenùs Hierosolymis neglecta, clausisque portis prohibiti peregrini, ne quid vendere eâ die auderent.

Ut autem rectissimus urbis ordo perpetuus fieret, inductaque in Israelem morum disciplina diutiùs servaretur, renovatum solemni ritu inter Deum et populum fœdus, juratis pollicentibus fidem Nehemiâ, sacerdotibus, cæterisque optimatibus. Sancitum est, ut jussionibus Domini morigeros se Israelitæ præstarent, legem Mosaicam sanctè custodirent, connubia cum peregrinis feminis ne conciliarent, neve quid venderent, emerentve die sabbati; septimo quoque anno terra feriaretur; singulis annis tertia sicli pars pro sartis tectis templi Domini penderetur; ligna in usum sacrificiorum conferrentur, primitiæ fructuum offerrentur, pretium solveretur primoribus natu redimendis, etc. Hæc statim post mœnium ædificationem gesta sunt, 2 Esdr. 9 et 10. Hactenùs secundus liber Esdræ de rebus Nehemiæ.

Nonnulla etiam de Nehemiâ in libris Machabæorum occurrunt, 2. Mach. 1, 19, 20. Legimus enim ibi, Nehemiam misisse quæsitum sacrum ignem, quem sacerdotes in arenti et profundo puteo occuluerant; inventâque pro igne aquâ lutulentâ, altare aspersisse, quæ aqua ut radiis solis intepuit, excitatum statim divino prodigio ignem victimas in altari cremâsse. Eâ de re monitum regem Persidis, prodigio attonitum, plura Israelitis concessisse, ibid. vers. 34, 35, auctis sacerdotum urbis proventibus, ejusque sanctione loco, ubi ignis delituerat, mœnibus clauso.

Tandem Nehemias, ut de posteris suis omnibus optimè mereret, bibliothecam instruxit, 2 Mach. 2, 13, omnibus, quot unquàm reperiri potuerunt, libris Prophetarum, Davidis, et principum, qui munera templo obtulerant, refertam. Tandem felici senectute diem clausit extremum Hierosolymis, administratâ triginta circiter annorum spatio republicâ.

Ut autem ad librum Nehemiæ regrediamur, communi licet sententiâ genuinum ejusdem auctoris opus, cujus nomen in primi capitis fronte præ se fert, habeatur, cùm præsertim in primâ personâ veluti de se auctor loquatur; plura tamen, neque contemnenda, rationum momenta in dubium revocant, num liber, saltem qualis nunc exstat, à Nehemiâ exaratus sit : nullus enim dubio locus esse videtur, quin ipsâ re liber opus Nehemiæ, sit, vel saltem ex relictis ab eo commentariis alterius labore derivatum. 1° Enim observant, in textu Hebræo unâ serie cum præcedenti libro olim conjunctum fuisse; quasi scilicet ad unum eumdemque auctorem uterque pertineat. Ita Hieron. Præfat. in Esdr. et alii passim.

2° Commentarii Nehemiæ in Machabæis laudantur (1); recitataque ibi verba in libris

(1) 2 Machab. 2, 13 : *Inferebantur autem in*

ejusdem nomine inscriptis nuspiàm occurrunt; quare alterutrum statuamus oportet, vel partem solummodò et epitomen librorum Nehemiæ nostrâ ætate superesse; vel præter eos qui in Machabæis, libros, alium à Nehemiâ exaratum esse, quem nomine *Verborum Nehemiæ* inscripserit. Id autem vix contingere potuisse censemus, ut scilicet duos de eodem argumento libros Nehemias scripserit.

3° Liber Nehemiæ, qualis nunc exstat, plura continet à Nehemiâ planè aliena. Recitat monumenta sive commentarios, in quibus nomina referebantur sacerdotum et Levitarum, ad ætatem Jonathani nepotis Eliasibi, quin et Jeddoæ vel Jaddi summi sacerdotis, regisque Darii Condomani pertinentium, 2 Esdr. 12, 25; qui ambo, utpote ad ætatem Alexandri Magni spectantes, ampliùs 120 annis Nehemiæ in Judæam adventu recentiores sunt. Igitur ejus capitis auctor Nehemias non est. Præterea quorsùm ejuscemodi commentarii recitandi erant? An ut constaret fides rebus eâ ætate exploratissimis? Hujus generis testimonia tum exiguntur, cùm res supra fidem vel incognitæ narrandæ sunt, vel saltem cùm de rebus agitur à scriptoris ætate remotissimis.

4° Agit ibidem auctor de Nehemiâ quasi de alieno, et longâ jam ætate fatis functo : *Hi in diebus Joacim filii Josue, et in diebus Nehemiæ ducis, et Esdræ sacerdotis scribæque,* 2 Esd. 12, 26.

descriptionibus et commentariis Nehemiæ hæc eadem.

5° In narrationis serie multa extra sedem vagantur. Ita dedicatio mœnium extra locum aberrat, ibid. v. 27; aberrat caput quintum, in quo Nehemias de rebus gestis anno duodecimo regiminis sui disserit, 2 Esdr. 5, 14, quanquàm ea quæ præcedunt ac sequuntur caput 4 et 6, ultra quinquagesimum ab adventu diem non feruntur. Quare illud statuendum est, siquidem Nehemiam operis auctorem esse arbitremur, saltem versus 22, 23, 24, 25, 26, imò omnes viginti sex versiculos capitis duodecimi alienâ manu in textum irrepsisse; vide Capel. Chronol. Sacr.; sive potiùs Nehemiam accuratas regiminis sui ephemerides reliquisse, ad ætatem usque Machabæorum servatas; ex quibus monumentis hic liber, ipsis Nehemiæ phrasibus servatis, quanquàm non rerum serie nec tempore, pluribus etiam omissis, derivatus erit. Hanc sententiam maximè omnium probamus. Hujus libri scriptorem Esdram reputandum esse Genebrardus putavit; qui sanè Esdras debuit diutissimè vitam prorogare, ut hunc litteris mandaret. Adde, inter utrumque librum, Esdræ et Nehemiæ, adeò multa in censibus earumdem familiarum recitandis variare, ut neque eadem utrinque succurrere veterum monumenta appareat.

Nehemiæ liber historiam continet triginta circiter annorum, à primo ejus viri in Judæam adventu anno 3550, usque ad annum 3580, emortualem ipsius.

IN LIBRUM NEHEMIÆ,

QUI ET ESDRÆ SECUNDUS DICITUR,

COMMENTARIUM.

Hic liber à Nehemiâ nomen accepit, quòd ex commentariis ab ipso compositis, fermè verbo ad verbum exscriptus fuerit. Nehemiæ profectionem evenisse postquàm ascendit Zorobabel anno 82, et postquàm Esdras ascendit, anno 13, patet ex annotatis ad marginem libri, cùm hujus, tùm superioris. Vidit hic Esdram, eique superstes fuit. Esdræ secundus dictus liber, qui olim à priori non discriminabatur, ut testis est Hieronymus. Continet autem instaurationem Jerosolymorum, correctionem reducis populi, et labentis Dei cultûs renovationem. Historia est annorum circiter 31, ab anno scilicet Artaxerxis Longimani 20, qui est mundi 3550, ad regnum jam inchoatum Darii Nothi, ejus filii, qui anno mundi 3581 auspicatus est.

CAPUT PRIMUM.

1. Verba Nehemiæ filii Helchiæ. Et factum est in mense Casleu, anno vigesimo, et ego eram in Susis castro.

2. Et venit Hanani unus de fratribus meis, ipse et viri ex Judâ : et interrogavi eos de Judæis, qui remanserant et supererant de captivitate, et Jerusalem.

3. Et dixerunt mihi : Qui remanserunt et relicti sunt de captivitate ibi in provinciâ, in afflictione magnâ sunt, et in opprobrio : et murus Jerusalem dissipatus est, et portæ ejus combustæ sunt igni.

4. Cùmque audîssem verba hujuscemodi, sedi et flevi, et luxi diebus multis : jejunabam, et orabam ante faciem Dei cœli.

5. Et dixi : Quæso, Domine Deus cœli, fortis, magne atque terribilis, qui custodis pactum et misericordiam cum his qui te diligunt, et custodiunt mandata tua,

6. Fiant aures tuæ auscultantes, et oculi tui aperti, ut audias orationem servi tui, quam ego oro coram te hodie, nocte et die, pro filiis Israel servis tuis : et confiteor pro peccatis filiorum Israel, quibus peccaverunt tibi : ego et domus patris mei peccavimus :

7. Vanitate seducti sumus, et non custodivimus mandatum tuum, et cæremonias et judicia quæ præcepisti Moysi famulo tuo.

8. Memento verbi quod mandâsti Moysi servo tuo, dicens : Cùm transgressi fueritis, ego dispergam vos in populos :

9. Et si revertamini ad me, et custodiatis præcepta mea, et faciatis ea, etiamsi abducti fueritis ad extrema cœli, inde congregabo vos, et reducam in locum quem elegi, ut habitaret nomen meum ibi.

10. Et ipsi servi tui, et populus tuus, quos redemisti in fortitudine tuâ magnâ, et in manu tuâ validâ.

11. Obsecro, Domine, sit auris tua attendens ad orationem servi tui, et ad orationem servorum tuorum, qui volunt

CHAPITRE PREMIER.

1. Paroles de Néhémias fils d'Helchias. Et il arriva que la vingtième année, au mois de casleu, lorsque j'étais dans le château de Suses,

2. Hanani, l'un de mes frères, vint, lui et quelques-uns de la tribu de Juda ; et je leur demandai des nouvelles des Juifs qui étaient restés de la captivité et qui vivaient encore, ainsi que de celles de Jérusalem.

3. Ils me répondirent : Ceux qui sont restés de la captivité et vivent dans la province sont dans une grande affliction et dans l'opprobre. La muraille de Jérusalem est toute détruite, et ses portes ont été consumées par le feu.

4. Ayant entendu ces paroles, je m'assis, je pleurai, et je demeurai tout triste pendant plusieurs jours ; je jeûnai, et je priai en la présence du Dieu du ciel ;

5. Et je dis : Je vous prie, Seigneur, Dieu du ciel, qui êtes fort, grand et terrible, qui gardez votre alliance, et conservez votre miséricorde à ceux qui vous aiment et qui observent vos commandements,

6. Que vos oreilles soient attentives et vos yeux ouverts pour exaucer la prière de votre serviteur, que je fais maintenant devant vous nuit et jour pour les enfants d'Israël vos serviteurs. Je vous confesse les péchés que les enfants d'Israël ont commis contre vous ; nous avons péché, moi et la maison de mon père ;

7. Nous avons été séduits par la vanité ; et nous n'avons point observé vos commandements, vos cérémonies et vos ordonnances que vous aviez prescrites à Moïse, votre serviteur.

8. Souvenez-vous de la parole que vous avez dite à Moïse, votre serviteur : Lorsque vous aurez violé ma loi, je vous disperserai parmi les peuples ;

9. Et si vous revenez à moi, si vous observez mes préceptes, et que vous fassiez ce que je vous ai commandé, quand vous auriez été emmenés jusqu'aux extrémités du monde, je vous rassemblerai de ces pays-là, et je vous ramènerai au lieu que j'ai choisi, pour que mon nom y habite.

10. Or ceux-ci sont vos serviteurs et votre peuple que vous avez racheté par votre souveraine force et par votre main puissante.

11. Je vous supplie, Seigneur, que votre oreille soit attentive à la prière de votre serviteur et aux prières de vos serviteurs qui

timere nomen tuum : et dirige servum tuum hodie, et da ei misericordiam ante virum hunc. Ego enim eram pincerna regis.

sont résolus de craindre votre nom. Dirigez aujourd'hui votre serviteur, et faites-lui trouver miséricorde devant ce prince *que je sers.* Car j'étais l'échanson du roi.

TRANSLATIO EX HEBRÆO.

1. Verba Nechemiah filii Chachaliah. Et fuit, in mense Chisleu, anno vigesimo eram in Susan castro. — 2. Et venit Chanani, unus è fratribus meis, ipse, et viri de Jehudah, et interrogavi eos de Jehudæis (*Jehudæorum* statu), *nempe de eorum* evasione, qui remanserant ex captivitate, et de Jerusalaim. — 3. Et dixerunt mihi : Residui qui remanserunt de captivitate, ibi in provinciâ, *sunt* in malo magno, et opprobrio, et murus Jerusalaim dirutus est, et portæ ejus combustæ sunt igni. — 4. Et fuit, cùm audissem verba hæc, sedi, et flevi, et luxi per dies : et jejunavi, et oravi coram Deo cœli. — 5. Et dixi : Quæso, Domine Deus cœli, Deus magne, et terribilis, custodiens pactum et misericordiam diligentibus te, et custodientibus mandata tua. — 6. Sit, quæso, auris tua intendens, et oculi tui aperti, ut audias orationem servi tui, quam oro coram te hodiè die ac nocte, pro filiis Israel servis tuis : et confiteor pro peccato filiorum Israel, quòd peccavimus tibi, et ego, et domus patris mei peccavimus. — 7. Corruptione corrupti sumus tibi, et non custodivimus præcepta, et statuta, et judicia quæ præcepisti Moseh servo tuo. — 8. Memento, quæso, verbi quod mandâsti Moseh servo tuo, dicendo : Vos prævaricabimini, et ego dispergam vos in populos. — 9. Et si reversi fueritis ad me, et custodieritis præcepta mea, et feceritis ea : si fuerit expulsio vestra ad extremum cœli, inde congregabo vos, et adducam vos ad locum quem elegi, ut habitare facerem nomen meum ibi. — 10. Et ipsi servi tui, et populus tuus, quem redemisti in fortitudine tuâ magnâ, et in manu tuâ forti. — 11. Quæso, Domine, sit, obsecro, auris tua attendens ad orationem servi tui, et ad orationem servorum tuorum, qui volunt timere nomen tuum, et prosperare fac, quæso, servum tuum hodiè, et da eum in miserationes coram viro isto : ego verò eram pincerna regis.

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — VERBA NECHEMIAH, id est, sequuntur sermones, vel gesta Nehemiæ (1). IN MENSE CHISLEU : is est mensis nonus, incipiendo à mense nisan ; sed Persarum annus, sicut et Judæorum civilis initium duxisse videtur à mense tisri, cùm in anno vigesimo Artaxerxis sit mensis *Casleu* hìc, et mensis *Nisan,* inf. 2, 1. Chisleu respondet partim novembri, partim decembri. (*Chisleu,* est novem- ber (1). ANNO VIGESIMO, sub. regni Artaxerxis (Hebræi dicunt hunc fuisse Darium), vel Mnemonis, vel ut docent communiter, Longimani. IN SUSAN CASTRO (2), id est, cùm essem in Susis regiâ, vel palatio. Susa sic dicta ob amœnita-

(1) VERS. 1. — VERBA NEHEMIÆ FILII HELCHIÆ, vel, ut Hebræus et veteres codices manuscripti, *filii* Hacheliæ. Nehemias Artaxerxis cognomento *Longimani,* pincerna, ut intellexit, hostes gentis suæ post Esdræ in Judæam adventum intercessisse, ne mœnia Hierosolymæ restituerentur, vel etiam mœnia dejecisse, et cremâsse portas, facultatem ab eo impetravit migrandi in Judæam, ac diruta patriæ suæ mœnia restituendi. Ista liber quem aggredimur narrat. Nehemias venit Hierosolymam anno mundi 3550, Artaxerxis vigesimo, ab adventu Esdræ tertio decimo. (Calmet.)

Nehemias sub Cyro cum Zorobabele Judæos è Babylone reduxerat in Jerusalem : mox cùm Cambyses Cyri filius urbis templique fabricam impediret, rediit in Babylonem, ac suâ industriâ, sanctitate et obsequio Artaxerxem regem sibi et Judæis devinxit. (Corn. à Lap.)

Fuit Nehemias sacerdos ex tribu Levi, qui vivente Eliasib pontifice rempublicam administravit, missus à rege Persidis, ut etiam habemus 2 Machabæorum 1, 20. (Menochius.)

(1) IN MENSE CASLEU, qui nonus est anni sacri, et tertius civilis, respondetque novembri ac decembri. Tres ampliùs menses, à mense casleu ad nisan usque, Nehemias in luctu et ægritudine fuit, opperiens, ut vicem suam regiæ mensæ ministrandi iniret. (Calmet.)

In Chaldaicorum annorum ratione mensis casleu erat tertius; quam rationem hìc Nehemias sequitur. (Synopsis.)

(2) EGO ERAM IN SUSIS CASTRO, in arce, vel in ædibus, quas ibi reges Persidis ad hibernum domicilium habebant : erat enim cœli illius grata temperies per hiemem, æquè ac minimè ferendus per æstatem calor. Nomini Susarum jungit plerùmque Scriptura nomen *Castri;* ac si diceret, *Susis Palatio.* Ibi versabatur Nehemias apud regem, mensibus novembri et decembri. Veterum plures docent, reges Persidis vernam anni tempestatem egisse Susis, æstivam Ecbatanis; quæ tamen non repugnant iis quæ ex Athenæo diximus, Susis nempe illos hiemâsse. Ductâ enim Susis hieme, vernum etiam tempus ibidem transigebant. (Calmet.)

Susa, urbs nota historicis et poetis, sic dicta ob amœnitatem, *à lilio,* quod שושן Hebræis, σοῦσον Persis, ut notat Athenæus : unde et σούσινον μύρον, sive χρῖσμα, *unguentum è lilio,* memoratum eidem Athenæo, Theophrasto, Dioscoridi. (Grotius.)

tem, à *lilio* quod *Susan* Hebræis, Σούσον Persis. Reges Persarum *æstatem* exigebant *Ecbatanis Susis* autem *ver et hyemem.*

Vers. 2. — Et venit (1). Sub. in Susan. E fratribus meis, id est, sociis, vel sodalibus meis, hoc est, ex Judæis (2). Ipse, et viri de Jehudah, id est, unà cum aliquot comitibus; venit, inquam, è Judæâ : refertur ad initium versûs (3). *De Jehudæis,* nempe, etc., id est, de rebus ac statu Jehudæorum qui evaserant, et salvi redierant in Terram sanctam. Ex captivitate, et de Jerusalaim, id est, de captivitate Babylonicâ, et de statu urbis Jerusalem. Vide Joseph. Antiq. lib. 2, cap. 5 (4).

Vers. 3. — In provincia, Judææ scilicet. In malo magno, et opprobrio, vel, *in afflictione maximâ et ignominiâ,* id est, vehementer affliguntur, et probris afficiuntur (1).

Vers. 4. — Sedi, et flevi, et luxi per dies. *Sedi,* nempe humi, vel in cinere, more lugentium; *et flevi,* id est, deploravi miseriam ac calamitatem fratrum ac popularium meo-

(1) Et venit. Aliqui libri habent : *Et venit ad me Hananani.* Sed τὸ, *ad me,* non est de textu. Unde dicit Josephus, quòd Nehemias vidit istos tanquàm peregrinos intrantes civitatem, et audivit eos loquentes, Hebr., *et tunc allocutus fuit eos.* (Lyranus.)

(2) Unus de fratribus meis, ex tribu scilicet meâ Leviticâ.

Viri ex Juda, ex Judæâ venientes, et ad tribum Juda pertinentes.

Qui remanserant, etc. Videtur interrogâsse de statu eorum qui variis temporibus ex captivitate venerant Hierosolymam, et adhuc erant superstites. (Menochius.)

Ipse et viri ex Juda. Hinc colligo multos Judæos, qui cum Zorobabele vel Esdrâ in patriam redierant, duram ibi fortunam expertos, cum eodem Zorobabele in Babylonem rursùs repedâsse. (Sanctius.)

(3) Ipse, et viri ex Juda. Reddi etiam potest Hebræus : *Hanani, et viri quidam ex Judæâ venientes.* Hanani vir erat Nehemiæ necessarius, quem Nehemias secum reduxit Hierosolymam. Tradit Josephus, Nehemiam cùm fortè extra urbem versaretur, advenas quosdam vidisse ad urbem venientes, colloquentesque Hebraicè. Propiùs igitur accedens, quid de rebus Judæorum sciscitatus est, audivitque respondentes, pessimè cum illis agi, jacentibus Hierosolymorum mœnibus, agro penitùs infesto, vastatoque à finitimis, qui obvios quoslibet seu captivos agebant seu trucidabant, ita ut cæsorum cadaveribus viæ impedirentur. Doluit Nehemias, totoque annixus est animo, ut remedium tot malis gentem suam prementibus quæreret. Latini quidam veteres codices legebant, Hanani aliosque ad Nehemiam venisse, veluti ab Judæis Hierosolymitanis ad illum legatos : *Venit ad me Hanani,* etc. Sed textus nihil ejusmodi præ se fert. (Calmet.)

(4) Vers. 3, 4. — *Ceux qui sont restés après la captivité, et qui demeurent en la province de Juda, sont dans une grande affliction et dans l'opprobre..... Ayant entendu ces paroles, je m'assis, je pleurai,* etc. Néhémias était obligé de suivre la cour, étant l'échanson du roi. C'est pourquoi il est dit ici qu'il était dans le château de Suse, où les rois de Perse faisaient leur séjour pendant une partie de l'année. Mais, si ce saint homme était obligé par sa charge de demeurer à la cour d'Artaxerxès, son cœur était à Jérusalem avec ses frères, qui s'y étaient rétablis depuis leur retour de captivité. Et se regardant près de la personne de ce roi païen comme établi par l'ordre de Dieu, non pour son propre avantage, mais pour procurer par tout son crédit le bien de son peuple, il vivait en quelque façon au milieu de cette cour, comme saint Paul a dit depuis que les Chrétiens devaient vivre dans le monde, lorsqu'il les exhorte à *user du monde, comme n'en usant point.*

Ayant donc trouvé l'occasion de s'informer de l'état où étaient alors les Juifs, et quelques-uns de ses frères revenus nouvellement de Jérusalem, peut-être pour solliciter la protection du prince, lui ayant dit l'oppression qu'ils souffraient de la part des peuples voisins, à qui leur retour et leur rétablissement paraissaient insupportables, il fut percé de douleur; il ne put se regarder comme heureux dans cet emploi honorable dont il jouissait, tandis que ses frères les autres Juifs étaient *affligés,* et que la ville de *Jérusalem* ne pouvait se rétablir. Il *s'attriste* donc, il *pleure,* il *jeûne,* et il *prie en la présence du Dieu du ciel,* qu'il savait être et plein de bonté pour ceux qui le cherchent, et fidèle pour accomplir ses promesses en faveur d'un peuple qu'il avait choisi, et tout-puissant pour rendre inutiles tous les efforts de ses ennemis. (Sacy.)

(1) Vers. 3. — Et murus Jerusalem dissipatus est. Interpretum plures aiunt mœnia Hierosolymæ hactenùs derelicta jacuisse, neque ullum pro illorum reparatione edictum latum fuisse à Cyro, Dario et Artaxerxe; eo autem urbis statu usos esse opportunè Judæorum adversarios, ut regionem excurrerent, vexarentque Judæos Hierosolymæ commorantes. Alii tamen mœroris Nehemiæ, dejectorum mœnium, crematarumque portarum causam regerunt in novum adversariorum odium potiùs quàm in veterem Hierosolymæ desolationem per Chaldæos. An ignorabat Nehemias mœnia portasque Hierosolymæ ignis et ferri injurias à Nabuchodonosore sensisse? Rerum potiente Artaxerxe, Hebræorum hostes detulerunt Judæos eo nomine, quòd mœnia metropolis suæ repararent, eoque ab opere, jubente rege, cessatum est. Esdras, ut Hierosolymam venit, grates Deo egit, quòd populo suo sepem claustrumque in Judâ et Hierosolymæ dedisset : *Ut daret nobis sepem in Judâ et Jerusalem.* Quid hæc verba sonant, nisi Hebræos tuto ab injuriis hostium loco donatos fuisse à Deo, Hierosolymâ à Zorobabele mœnibus cinctâ? Valida equidem argumenta : nihilo tamen seciùs ægrè admodùm continemur, ne manus priori sententiæ demus, spectatâ libri totius serie, præsertim capite 3 et 4, in quo Nehemias restitutioni mœnium Hierosolymæ omnem operam impendit, quasi nemo hactenùs id post captivitatem tentârit. (Calmet.)

rum, *luxique* diebus aliquot (1). Coram Deo cœli, q. d., coram Deo omnipotente, qui condidit machinam illam cœlestem, qui fecit cœlum et terram.

Vers. 5. — Deus magne, vel, fortis, magne (2).

Vers. 6. — Intendens, vel *attendens*, sub. orationi meæ. Quod peccavimus, vel, *qui peccavimus*. Alii, *quia peccavimus*. Peccavimus, sub. tibi (3).

(1) Vers. 4. — Luxi diebus multis. Hebræus ad litteram : *Luxi diebus*, quatuor circiter mensibus, à mense *casleu* ad mensem *nisan*. (Calmet.)

(2) Vers. 5. — Fortis, magne atque terribilis. Reddi potest Hebræus : *Qui Deus es*, vel fortis, *magnus et terribilis;* vel Deus maximus, et maximè terribilis. (Calmet.)

(3) Vers. 6. — Confiteor pro peccatis filiorum Israel, etc. Sic et Tobias, c. 3 : *Ne vindictam sumas de peccatis meis, neque reminiscaris delicta mea, vel parentum meorum.* Et Daniel, c. 9 : *Cùm confiterer peccata mea et peccata populi mei.* Quidam hæc sic interpretantur, ut quamvis isti fuerint innocentes, tamen in confessione junxerint se peccatoribus, tantùm quia membra erant populi peccatoris; sed hoc dici non potest. Nam si tantùm dicerent : Nos peccavimus, et non in singulari per vocem, *Ego,* aut per vocem, *peccata mea,* confessionem suam pronuntiâssent, nisi mentiri voluissent. Proinde dicendum sanctos veraciter etiam propria peccata confiteri et agnoscere, quòd propter illa patiebantur afflictionem in quâ erant constituti. Quomodò autem multis modis justi inter peccatores participes fiebant peccatorum ipsorum, et per consequens etiam vindictæ et afflictionum temporalium, doctè explicat D. Aug. lib. 1 de Civitate, per multa capita. (Estius.)

Peccaverunt. In Heb. et apud Sept., *peccavimus*. (Menochius.)

Vers. 6, 7, 8, 9. — *Je vous confesse les péchés que les enfants d'Israël ont commis contre vous. Nous avons péché, moi et la maison de mon père. Nous avons été séduits par la vanité et le mensonge..... Mais souvenez-vous de la parole que vous avez dite à votre serviteur Moïse*, etc. Néhémias, qui connaissait les promesses que Dieu avait faites à son peuple de le protéger contre tous ceux qui le haïssaient, pourvu qu'il gardât fidèlement ses préceptes, jugea aussitôt qu'il fallait que les péchés d'Israël lui eussent fait mériter d'être exposé de nouveau, après leur retour de Babylone, aux insultes de ses ennemis. C'est pourquoi, comme il n'y a que l'humiliation qui soit capable de fléchir Dieu, irrité par notre orgueil, il confesse devant lui les péchés de tout le peuple ; il se reconnaît lui-même pécheur avec toute la maison de son père, et il avoue qu'ils ne se sont éloignés de la vérité de ses ordonnances que pour suivre *la vanité* et *le mensonge* qui *les a séduits*. Car il est très-important de se bien convaincre qu'on ne se peut écarter des saints préceptes que par une illusion de la vanité et du mensonge, qui se substituent en quelque façon dans notre cœur à la place de la vérité, laquelle mérite seule d'occuper tout son amour. Heureux ceux qui, ayant été *séduits* de la sorte, reconnaissent à la fin cette séduction et la détestent; mais plus heureux sont encore ceux, s'il y en a néanmoins, qui n'ont jamais pris la *vanité* et le *mensonge* pour la vérité, et qui se sont conservés toujours dans l'amour et dans la pratique des divins commandements, où se trouve, comme dit le saint Prophète, la vérité! *Omnia mandata tua veritas.*

Après que Néhémias s'est humilié profondément devant Dieu dans la vue de ses péchés et de ceux de tout le peuple ; après qu'il s'est efforcé de le fléchir par ses larmes et par ses jeûnes, il ne craint pas de le faire souvenir de la promesse..... si solennelle qu'il leur avait faite par la bouche de Moïse, de *les rassembler de tous les pays où il les aurait dispersés, pourvu qu'ils retournassent à lui.* Dieu se souvient assurément de ses promesses, et il est toujours fidèle à les accomplir. Mais il est bien aise que son peuple, s'appliquant à l'en faire souvenir comme s'il les avait oubliées, se représente à soi-même les conditions auxquelles il lui a plu de les attacher, et qu'ainsi, en même temps qu'ils le prient de n'oublier pas ces promesses qu'il leur avait faites, de les *rassembler lorsqu'ils reviendraient à lui,* ils se souviennent eux-mêmes qu'il ne *les a dispersés* que pour les punir *d'avoir violé sa loi.* Tant s'en faut donc que Dieu se tienne offensé comme les hommes, quand on le fait souvenir de sa parole, qu'il ne nous exauce jamais avec plus de joie que lorsqu'on le prie en vertu de ses divines promesses; car il ne nous a promis que ce qu'il a résolu de nous accorder. Mais il est très-digne du prix infini des dons qu'il s'est engagé de nous faire, que nous les lui demandions avec ardeur. Comme donc tout notre bonheur consiste en ce qu'il a plu à Dieu de nous promettre ce que nous ne méritions pas, lorsque nous le faisons souvenir de sa promesse toute gratuite à notre égard, nous le prions de n'oublier pas la bonté avec laquelle il s'est obligé de nous faire grâce quand nous nous humilierons devant lui, et que nous reconnaîtrons l'infidélité de notre conduite. C'est alors véritablement qu'il se souvient, selon qu'il est dit ici, que nous sommes *ses serviteurs qu'il a rachetés par sa souveraine force et par sa main toute-puissante,* en nous arrachant au démon dont nous étions les esclaves, comme il avait arraché Israël d'entre les mains de Pharaon, qui le traitait en tyran; et depuis encore d'entre les mains des Chaldéens, sous le joug desquels il avait gémi durant tant d'années. (Sacy.)

Vers. 7. — Corruptione corrupti sumus, vel, *corruptione corrupimus,* sub. præcepta tua *tibi,* id est, in dedecus tuum : nam qui peccant, videntur quasi perdere, sive corrumpere præceptum, ac mandatum. Hic *chabal,* corrupit, pro *peccare* accipitur. Alii vertunt : *Oppignerando oppignerati sumus tibi,* id est, culpam apud te contraximus (1). Quæ præce-

(1) Vers. 7. — Vanitate seducti sumus. Variis rationibus redditur Hebræus, ut, *in*

PISTI, etc., id est, quæ tradidisti ac præcepisti servanda nobis per Mosen servum tuum.

VERS. 8. — PRÆVARICABIMINI, sub. in me et præcepta mea. Vel, *transgrediemini*, sub. præcepta ac mandata mea, id est, cùm transgressi fueritis, ego dispergam vos, etc. Vide Deut. 30, 1. Postquàm confessus est peccata sua, proponit, et quasi ob oculos ponit promissiones Dei quas fecit resipiscentibus. *Vos prævaricabimini*, etc., q. d. : Ut vestrum est et vobis peculiare prævaricari in me, et transgredi præcepta mea, ita meum est, et meâ interest punire vos et affligere, atque pœnas sumere de vobis. Proponit nobis Deus infirmitatem nostram, et simul commendat justitiam suam (1).

VERS. 9. — ET CUSTODIERITIS PRÆCEPTA MEA, ET FECERITIS. Quidam exponunt, si custodieritis corde præcepta mea, et opere sive reipsà feceritis. Oportet enim comprobare resipiscentiam cordis. EXPULSIO VESTRA, sing. Heb. pro plur., *expulsi vestri*, id est, si qui à patriâ vestrâ ejecti fuerint in regionem remotissimam, quæ videatur contingere cœlum ipsum. Nam finitor, sive horizon nostri hemisphærii videtur contingere eam (cœli) regionem quam terminat (2). NOMEN MEUM, id est, gloriam nominis mei.

VERS. 11. — ET DA EUM IN MISERATIONES, etc., id est, da illi misericordiam coram viro isto Artaxerxe, hoc est, fac ut ejus misereatur vir iste (1). Finis est orationis, quæ quidem plena est pietatis et eruditionis (2). Sequentia pertinent ad caput sequens. EGO VERÒ ERAM PINCERNA REGIS, id est, eram à poculis regiis.

quinati sumus; vel *corrupimus* legem tuam; vel, pignus à te accepimus; vel, *oppignerati sumus tibi*. Septuaginta : *Dissolutione dissolvimus erga te*. (Calmet.)

(1) Respicit promissiones et minas Deut. 29 et 30. (Wolphius.)

(2) VERS. 9. — ET SI REVERTAMINI. Per veram pœnitentiam. AD EXTREMA COELI. Quod Deuter. 30, vers. 4, *ad cardines cœli*, polum Arcticum et Antarcticum. Ad extremas, seu ultimas, terræ regiones, quæ, quia in nostro horizonte extremæ sunt, videntur cœli extremitatem contingere. Scriptura sacra sæpè loquitur secundùm hominum opinionem, non veritatem; quomodò Joseph dicitur *pater Christi*, et *stellæ* dicuntur *de cœlo cadere*. *Ad extrema cœli*, id est, terræ subjacentis cœlo, meton. adjuncti. CONGREGABO VOS. Heb. *eos*. Mutantur hìc personæ. (Synopsis.)

ETIAMSI ABDUCTI FUERITIS AD EXTREMA COELI, INDE CONGREGABO VOS. In Deuteronomio 30, 4 : *Si ad cardines cœli fueris dissipatus;* ad cardines nempe, quibus cœli torquentur. Innuitur limes terræ habitabilis, cujus oris cœlos incumbere vulgus putat, ut concameratus fornix fundamentis innititur. Cœperat Deus jam à Cyri ætate opus liberationis populi sui, idemque sub ejus successoribus provexit. Rogat Nehemias ut absolvatur, rediganturque in Judæam reliquiæ ex Judà et Israele. (Calmet.)

EXTREMA COELI. Septuaginta vertunt : *In summitate fundamenti cœli*, id est, ab eâ parte, ubi videtur cœlum fundari, ac quasi inniti et incumbere extremitati terræ. (Corn. à Lap.)

(1) QUOS REDEMISTI, ex Ægyptiâ servitute, ac deinceps sæpè è jugo Philistinorum, Ammonitarum, Madianitarum, etc., ut patet ex libro Judicum et Regum. (Corn. à Lap.)

(2) AD ORATIONEM SERVORUM TUORUM, QUI VOLUNT TIMERE NOMEN TUUM, q. d. : Hactenùs servorum tuorum nudum nomen habuimus, jam cum nomine et officium conjungemus. DIRIGE, etc. Suggere sana consilia, suppedita occasiones, etc. Frustra conatus nostri, nisi det Deus secundos eventus. DA EI, id est, Nehemiæ. MISERICORDIAM, id est, propitius esto in eo quod molior, etc. (Synopsis.)

Que votre oreille soit attentive à la prière de votre serviteur..... Conduisez aujourd'hui votre serviteur, et faites-lui trouver miséricorde devant ce prince, etc. Néhémias, étant établi en dignité auprès du roi, ne crut pas que ce fût assez pour lui de faire des vœux à Dieu pour la prospérité des affaires de son peuple, et il jugea sagement que la place même qu'il occupait l'engageait à quelque chose de plus grand. Ce n'est pas pour moi, disait-il sans doute en lui-même, que Dieu m'a mis en cette place honorable où je me vois, mais c'est pour mes frères qui gémissent sous l'oppression de leurs ennemis, et qui ont besoin que quelqu'un parle en leur faveur. Il résolut donc de s'exposer pour leur salut, et de se servir de la confiance que le roi lui témoignait, pour lui faire entendre l'injustice avec laquelle on traitait les Juifs sous son nom et sous son autorité, de peur que, s'il négligeait d'employer à ce saint usage le crédit que Dieu lui avait donné, il ne se rendît indigne du choix qu'il avait fait de lui, lorsqu'il ne l'avait placé en ce lieu qu'afin qu'il servît ses frères. C'est dans cette vue qu'il demande à Dieu de vouloir *être attentif à sa prière*, de *conduire son serviteur, et de lui faire trouver miséricorde devant ce prince*, afin que, lorsqu'il lui parlerait, il l'écoutât favorablement. (Sacy.)

CAPUT II.

1. Factum est autem in mense Nisan, anno vigesimo Artaxerxis regis : et vinum erat ante eum, et levavi vinum, et dedi regi : et eram quasi languidus ante faciem ejus.

CHAPITRE II.

1. Or il arriva la vingtième année du règne d'Artaxerxès, au mois de nisan, que, le vin étant devant le roi, je le pris et le lui servis. Alors le roi, me trouvant le visage tout abattu,

2. Dixitque mihi rex : Quare vultus tuus tristis est, cùm te ægrotum non videam? Non est hoc frustra, sed malum nescio quod in corde tuo est. Et timui valde ac nimis.

3. Et dixi regi : Rex, in æternum vive : quare non mœreat vultus meus, quia civitas domus sepulcrorum patris mei deserta est, et portæ ejus combustæ sunt igni?

4. Et ait mihi rex : Pro quâ re postulas? Et oravi Deum cœli,

5. Et dixi ad regem : Si videtur regi bonum, et si placet servus tuus ante faciem tuam, ut mittas me in Judæam, ad civitatem sepulcri patris mei, et ædificabo eam.

6. Dixitque mihi rex, et regina quæ sedebat juxta eum : Usque ad quod tempus erit iter tuum, et quando reverteris? Et placuit ante vultum regis, et misit me : et constitui ei tempus.

7. Et dixi regi : Si regi videtur bonum, epistolas det mihi ad duces regionis trans flumen, ut traducant me, donec veniam in Judæam ;

8. Et epistolam ad Asaph custodem saltûs regis, ut det mihi ligna, ut tegere possim portas turris domûs, et muros civitatis, et domum quam ingressus fuero. Et dedit mihi rex juxta manum Dei mei bonam mecum.

9. Et veni ad duces regionis trans flumen, dedique eis epistolas regis. Miserat autem rex mecum principes militum et equites.

10. Et audierunt Sanaballat Horonites, et Tobias servus Ammanites : et contristati sunt afflictione magnâ, quòd venisset homo, qui quæreret prosperitatem filiorum Israel.

11. Et veni Jerusalem, et eram ibi tribus diebus :

12. Et surrexi nocte ego, et viri pauci mecum, et non indicavi cuiquam quid Deus dedisset in corde meo, ut facerem in Jerusalem, et jumentum non erat mecum, nisi animal cui sedebam.

13. Et egressus sum per portam Vallis

2. Me dit : Pourquoi avez-vous le visage si triste, quoique vous ne me paraissiez pas malade? Ce n'est pas en vain, mais vous nourrissez dans le cœur je ne sais quel chagrin. Et je fus saisi d'une très-grande crainte.

3. Et je dis au roi : O roi, que votre vie soit éternelle! Pourquoi mon visage ne serait-il pas abattu, puisque la ville où sont les tombeaux de mes pères est déserte et que ses portes ont été brûlées?

4. Le roi me dit : Que demandez-vous? Alors je priai le Dieu du ciel,

5. Et je dis au roi : S'il semble bon au roi, et si votre serviteur vous est agréable, envoyez-moi en Judée. à la ville des sépulcres de mes pères, afin que je la fasse rebâtir.

6. Le roi et la reine, qui était assise auprès de lui, me dirent : Combien durera votre voyage, et quand reviendrez-vous? Et il plut au roi de m'envoyer. Et je lui marquai le temps.

7. Je lui dis encore : Je supplie le roi de me donner des lettres pour les gouverneurs du pays de delà le fleuve afin qu'ils me fassent passer jusqu'à ce que je sois arrivé en Judée,

8. Et une lettre pour Asaph, grand maître de la forêt du roi, afin qu'il me donne du bois pour pouvoir couvrir les portes des tours du temple, les murailles de la ville et la maison où je me retirerai. Le roi m'accorda ma demande, selon la main de mon Dieu qui était favorable sur moi.

9. Et je me rendis auprès des gouverneurs du pays de delà le fleuve, et je leur présentai les lettres du roi. Or le roi avait envoyé avec moi des officiers de guerre et des cavaliers.

10. Sanaballat Horonite, et Tobie, officier ammanite, l'entendirent et furent saisis d'une grande affliction, parce qu'il était venu un homme qui cherchait à procurer la prospérité des enfants d'Israël.

11. Etant arrivé à Jérusalem, j'y demeurai pendant trois jours;

12. Et je me levai la nuit, ayant peu de gens avec moi. Je ne dis à personne ce que Dieu m'avait inspiré de faire dans Jérusalem; et je n'avais point de bête, hors l'animal sur lequel j'étais monté.

13. Je sortis la nuit par la porte de la Val-

nocte, et ante fontem Draconis, et ad portam Stercoris, et considerabam murum Jerusalem dissipatum, et portas ejus consumptas igni.

14. Et transivi ad portam Fontis, ad aquæ-ductum regis, et non erat locus jumento cui sedebam, ut transiret.

15. Et ascendi per torrentem nocte, et considerabam murum, et reversus veni ad portam Vallis, et redii.

16. Magistratus autem nesciebant quò abiissem, aut quid ego facerem; sed et Judæis, et sacerdotibus, et optimatibus, et magistratibus, et reliquis qui faciebant opus, usque ad id loci nihil indicaveram.

17. Et dixi eis : Vos nôstis afflictionem in quâ sumus, quia Jerusalem deserta est, et portæ ejus consumptæ sunt igni : venite, et ædificemus muros Jerusalem, et non simus ultra opprobrium.

18. Et indicavi eis manum Dei mei, quòd esset bona mecum, et verba regis quæ locutus esset mihi, et aio : Surgamus, et ædificemus. Et confortatæ sunt manus eorum in bono.

19. Audierunt autem Sanaballat Horonites, et Tobias servus Ammanites, et Gosem Arabs, et subsannaverunt nos, et despexerunt, dixeruntque : Quæ est hæc res quam facitis? numquid contra regem vos rebellatis?

20. Et reddidi eis sermonem, dixique ad eos : Deus cœli ipse nos juvat, et nos servi ejus sumus; surgamus et ædificemus : vobis autem non est pars, et justitia, et memoria in Jerusalem.

lée; je vins devant la fontaine du Dragon, et à la porte du Fumier; et je considérais les murailles de Jérusalem, qui etaient abattues, et ses portes, qui avaient été brulées.

14. Je passai de là à la porte de la Fontaine et à l'aquéduc du roi; et il n'y avait point de lieu par où pût passer la bête sur laquelle j'étais monté.

15. Et je montai durant la nuit par le torrent; et je considérais les murailles; et je rentrai par la porte de la Vallée, et m'en revins.

16. Les magistrats cependant ne savaient point où j'étais allé ni ce que je faisais; et jusqu'alors je n'avais rien découvert ni aux Juifs, ni aux prêtres, ni aux princes, ni aux magistrats, ni à aucun de ceux qui avaient le soin des ouvrages.

17. Et je leur dis alors : Vous voyez l'affliction où nous sommes; Jérusalem est déserte, et ses portes sont brûlées. Venez; rebâtissons les murailles de Jérusalem, afin qu'à l'avenir nous ne soyons plus en opprobre.

18. Je leur rapportai ensuite de quelle manière Dieu avait étendu sa main favorable sur moi, et les paroles que le roi m'avait dites; et je leur dis : Levons-nous et bâtissons. Et leurs mains furent affermies dans le bien.

19. Mais Sanaballat Horonite, l'officier Tobie, ammanite, et Gosem, Arabe, en ayant été avertis, se raillèrent de nous avec mépris, et dirent : Que faites-vous là? Vous révoltez-vous contre le roi?

20. Et je leur répondis, et leur dis : C'est le Dieu du ciel qui nous assiste lui-même, et nous sommes ses serviteurs. Levons-nous et bâtissons; car pour vous, vous n'avez aucune part ni aucun droit à Jérusalem, et votre nom y sera toujours en oubli.

TRANSLATIO EX HEBRÆO.

1. Et fuit, in mense Nisan, anno vigesimo Arthachsasthe regis, vinum *erat* ante eum, et accepi vinum, et dedi regi, et non eram *solitus esse* tristis coram eo. — 2. Et dixit mihi rex : Quare vultus tuus *est* tristis, et non ægrotas? non *est* hoc nisi malum cordis. Et timui multùm valdè. — 3. Et dixi regi : Vivat rex in æternum : quomodò non erit tristis vultus meus, cùm civitas domus sepulcrorum patrum meorum deserta *sit*, et portæ ejus consumptæ sunt igni. — 4. Et dixit mihi rex : Pro quo postulas? Et oravi ad Deum cœli. — 5. Et dixi ad regem : Si regi bonum *est*, et si placet servus tuus coram te, *rogo* ut mittas me in Jehudah ad civitatem sepulcrorum patrum meorum, ut ædificem eam. — 6. Dixitque mihi rex, et regina sedens apud eum : Usquequò erit iter tuum, et cùm reverteris? Et placuit coram rege, et misit me, et constitui ei tempus. — 7. Et dixi regi : Si regi *est* bonum, epistolas dent mihi *scribæ* ad duces *qui sunt* trans flumen, ut traducant me, donec veniam in Jehudah : — 8. Et epistolam ad Asaph custodem pomarii quod *est* regi, ut det mihi ligna ad contignandum portas palatii, quæ *erant* domui et muro civitatis, et

domui in quam ingressus fuero. Et dedit mihi rex juxta manum Dei mei bonam super me. — 9. Et veni ad duces *qui erant* trans flumen, et dedi eis epistolas regis. Et misit mecum rex principes exercitûs, et equites. — 10. Et audivit Sanballath Choronites, et Tobiah servus Hammonites, et displicuit eis displicentiâ magnâ, quòd venisset homo ad quærendum bonum filiis Israel. — 11. Et veni in Jerusalaim, et fui ibi diebus tribus. — 12. Et surrexi nocte, et viri pauci *erant* mecum, et non indicavi homini, quid Deus dedisset in cor meum, ut facerem in Jerusalaim, et jumentum non *erat* mecum, nisi jumentum super quod sedebam. — 13. Et egressus sum per portam Vallis nocte, et ante fontem Draconis, et ad portam Stercorum, et consideravi muros Jerusalaim qui *erant* diruti, et portas ejus *quæ* consumptæ erant igni. — 14. Et transivi ad portam Fontis, et ad piscinam regis, et non *erat* locus jumento sub me ad transeundum. — 15. Et ascendi per torrentem nocte, et consideravi murum, et reversus sum, et veni ad portam Vallis, et redii. — 16. Et magistratus nesciebant quò abiissem, et quid facerem, et Jehudæis, et sacerdotibus, et optimatibus, et magistratibus, et residuis facientibus opus, eò usque non indicavi. — 17. Et dixi eis : Vos videtis malum in quo sumus, quia Jerusalaim deserta est, et portæ ejus succensæ sunt igni : venite, et ædificemus murum Jerusalaim, et non simus ultra opprobrium. — 18. Et indicavi eis manum Dei mei, quòd esset bona super me, et verba regis quæ dixit mihi. Et dixerunt : Surgamus, et ædificemus. Et confortaverunt manus suas in bonum. — 19. Audivit autem Sanballath Choronites, et Tobiah servus Hammonites, et Ghesem Harbites, et subsannaverunt nos, et despexerunt nos, et dixerunt : Quid est hoc quod facitis? numquid contra regem rebellatis? — 20. Et reddidi eis verbum, dixique ad eos : Deus cœli, ipse prosperare faciet nos, et nos servi ejus *sumus :* surgamus, et ædificemus : vobis autem non *est* pars, et justitia, et memoria in Jerusalaim.

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — IN MENSE NISAN. Nisan à נס *nas vexillum.* Bellica vexilla illo mense primùm educuntur. Eamdem ob causam dictus est Bithynis Ἄρειος, Romanis *Martius.* Is est mensis primus respondens partim Martio, partim Aprili. Describit Nehemias occasionem, quam nactus, petiit facultatem à rege eundi in Judæam, ut instauraret, ac muro cingeret Jerusalem. Non ante mensem Nisan vices ministerii ad Nehemiam redierant. ERAT. Alii subaudiunt, *attulerunt* (1). NON ERAM, etc., id est, non solebam esse coram eo vultu tristi, sed hilari ac jucundo. Alii, *et non* eram *ingratus coram eo,* id est, illi : hoc est, eram illi gratissimus.

(1) VERS. 1. — FACTUM EST AUTEM IN MENSE NISAN, ANNO VIGESIMO ARTAXERXIS, Longimani; hic enim (non verò Xerxes pater ejus, cui proinde perperàm hoc adscribit Josephus) 32 annis et ampliùs regnavit, ut dicitur c. 13, 6; ita Julius Africanus, S. Hieron., Aug., Euseb., Chrysost., Theod. Beda, Rupert. et alii quos citat Perer. l. 11 in Daniel., qui proinde passìm ab hoc anno vigesimo Artaxerxis, quo ipse Nehemiæ facultatem dedit Hierosolymæ reædificandæ, inchoant 70 hebdomades Danielis c. 9, 25.

ET LEVAVI VINUM (de mensâ), ET DEDI REGI in manus, ut biberet, quasi ejus pincerna. Quæres : Quomodò Nehemias adeò evectus est, ut Artaxerxi monarchæ fuerit familiaris, imò à poculis, quod officium in aulâ est primarium, nec nisi magnis et fidelissimis committitur? — Resp. : Prima causa fuit sapientia, virtus et gratia Nehemiæ, ut dixi, quâ se insinuabat in animos principum, ut eos sibi suæque genti Judaicæ conciliaret. Secunda causa fuit, quòd multi censeant Esther fuisse uxorem hujus Artaxerxis, quæ illum sibi, Nehemiæ et Judæis astrinxit. Tertia causa magis particularis extitit, quòd reges Persarum biberent vinum Syriacum, sive è Syriâ advectum, teste Suidâ l. 15, et Athenæo; Syriæ autem pars vel appendix est Judæa. Quare Nehemiam Judæum voluit Artaxerxes esse suum pincernam, ut is velut vinorum patriæ suæ apprimè peritus, meliora vina è Judæâ vel Syriâ sibi advehi curaret, eaque accuratè conservaret et regeret eâ arte et modo, quo in Syriâ conservari et regi solebant, ne acorem aliudve vitium contraheret.

Audi Athenæum l. 1, c. 26 : « Persarum « reges, inquit, vinum Chalibonium tantùm « bibebant. Possidonius in Damasco Syriæ « gigni tradit, illicque satas à Persis vites. » Porrò de eorum aquâ, quam potabant, ita scribit idem Athen. l. 2, c. 6 : « Herodotus, « ait, l. 1, scribit regi Persarum aquam vehi « ex Choaspe fluvio Susa præterlabente, ex « quo tantùm et alio nullo bibit. » Fuit hæc mira regum superstitio, ut dignitate regiâ indignum ducerent aliam aquam bibere. Audi Ælianum l. 12 : « Cùm alii commeatus ma« gnificentiâ et ostentatione pleni sequebantur « Xerxem, tùm etiam aqua ex Choaspe simul « vehebatur. Cùm verò in loco deserto siti« rent, neque siti remedium ullum invenire« tur, proclamatum in exercitu est, si quis « aquam ex Choaspe haberet, ut regi eam da« ret bibendam, et inventus est quidam qui « paxillum haberet, idque putridum. Bibit igi« tur illam Xerxes, et eum qui dederat in be« nefactoris loco habuit, quoniam nisi illa fuis« set inventa, periisset. »

ET ERAM QUASI LANGUIDUS ANTE FACIEM EJUS. Hebr. : *Et antea non fueram malus* (hoc est, *tristis*) *coram eo.* Ita Pagn. Verùm noster pro

Vers. 2. — Malum cordis, id est, malitia animi; hoc est, id non accidit tibi nisi ex malitiâ cordis, q. d. : Tu machinaris ac moliris quidpiam mali in corde tuo. Vox Hebræa significat et *tristitiam*. Et timui, etc. Ne scilicet

לא, *lo,* per א, id est, *non*, legit לו, *lo*, per ו, id est, *ei*, undè vertit : *Et eram quasi malus*, id est, tristis, macilentus, exhaustus, languidus *coram eo;* nimirùm mœror, vigiliæ, jejunia faciem ejus pallentem, macilentam et languidam effecerant. (Corn. à Lap.)

Levavi vinum, et dedi regi. Pincernæ munus amplissimum erat apud Persas, quod optimatum liberis demandari plerùmque solebat. Apud veteres Græcos Romanosque miscere vina in mensâ publicisque conviviis amplissimum habebatur, ut vel ipsi regum filii id præstare non recusarent. Apud Homerum, regis Menelai filius vinum convivis miscet. Septuaginta legebant : *Et non erat alius coram eo : et dixit mihi rex : Quare facies tua mala ?* Cùm unus ego regi adessem, quas legebat in ore meo, tristitiæ et mœroris notæ suspicionem regi indiderunt. Veritus enim est, ne quid perfidiæ animo versarem, prodente agitatam stimulis conscientiam oris pallore, ac speciem exhibente ceu hominis turbidum et pravum aliquid meditantis. Græcas voces indicare etiam posse arbitror : *Cùm peregrinus non essem coram illo*, nec ignotus eram illi, nec ingratus. Arabs : *Neque exosus eram ipsi, nec iis qui erant in conspectu ipsius.* Syrus : *Cùm non solerem mœstus esse in conspectu regis, dixit mihi rex : Quam ob causam vultus tuus tristis, cùm tu non sis ægrotus?* Non est hoc nisi afflictio cordis. (Calmet.)

Vers. 1, 2. — *La vingtième année du règne d'Artaxerxès, au mois de nisan, on apporta du vin devant le roi. Je le pris et le lui donnai. Alors le roi, me trouvant le visage tout abattu, me dit : Pourquoi votre visage est-il si triste...? Je fus saisi à ces paroles d'une grande crainte.* La tristesse qui parut sur le visage de Néhémias, était un effet de la douleur très-sincère qu'il ressentait de l'état des Juifs. Mais une personne attachée à sa fortune temporelle aurait regardé comme une très-méchante politique de faire paraître un visage triste devant son roi, puisque les princes ne se plaisent pas à voir ces objets de tristesse qui les troublent dans leurs plaisirs. Cependant ce vrai serviteur de Dieu songea plutôt à ce qu'il devait à sa religion et à sa patrie qu'à ce que la complaisance pouvait demander de lui, et peut-être même qu'il était bien aise de faire connaître au roi, par la tristesse de son visage, le sujet qui l'affligeait si sensiblement. Il est vrai que la demande que lui fit ce prince *le saisit* et le frappa *d'une grande crainte ;* ce qui pourrait donner lieu de croire qu'il ne s'était pas attendu à une telle demande, qui l'obligeait de se découvrir. Mais peut-être aussi que quelque résolution qu'il eût prise de parler, Dieu permit exprès que, dans l'ignorance où il était de la disposition du roi, il sentît alors sa faiblesse, par *la crainte qui le saisit* tout-à-coup, afin que la fermeté qu'il sentit ensuite lui parût plus clairement venir de Dieu seul. (Sacy.)

rex quidpiam mali et sinistri de me suspicaretur.

Vers. 3. — In æternum, id est, quàm diutissimè (1). Domus, pro *loco* accipiendum est.

(1) Rex, in æternum vive, q. d. : Opto ut diutissimè et in æternum, si fieri potest, vivas. Dicit hoc ut timorem regi eximat, sciatque se nihil contra ejus vitam moliri.

Quia civitas domus sepulcrorum patris mei deserta est, q. d. : Ego mœstus sum, quia Jerusalem, in quâ sepulti sunt patres mei, extantque eorum sepulcra, deserta est. Sepulcra vocat domus, quia domus Hebræis significat quemvis locum, antrum, thecam, loculum, qui aliquod corpus ambit et continet : sic nidi vocantur domus avium; flumen et mare vocantur domus piscium. Porrò magna fuit priscis cura et religio sepulcri patrum et avorum, ne ossa eorum exhumarentur et abjicerentur, aut profanarentur, et rebus profanis vel immundis miscerentur. Unde Baruch. c. 2, 24, idipsum à Chaldæis factum luget et deplorat dicens : *Statuisti verba tua quæ locutus es in manibus puerorum tuorum prophetarum, ut transferrentur ossa regum nostrorum et ossa patrum nostrorum de loco suo, et ecce projecta sunt in calore solis et in gelu noctis.* Hoc enim eis comminatus erat Deus per Jeremiam c. 8, 1 : *Ejicient*, inquit, *ossa regum Juda, et ossa sacerdotum, et ossa prophetarum, et ossa eorum qui habitaverunt Jerusalem de sepulcris suis.* Apud omnes gentes enim valdè gravis injuria et infamia habita fuit violatio sepulcrorum. Unde Horatius in Epodo, ode 16, id metuens ita luget :

Barbarus, heu! cineres insistet victor, et urbem
Eques sonante verberabit ungulâ.
Quæque carent ventis, et solibus ossa Quirini
(Nefas videre) dissipabit insolens.

Quocirca Artaxerxes hanc justam gravemque Nehemiæ querelam æquis auribus accepit, memor, quid Scythæ Dario avo suo respondissent. Rem gestam narrat Valer. Max. l. 5, c. 4 : « Dario, inquit, totius regni sui viribus « in eorum regiones subinde impetum facienti, « paulatim cedentes ad ultimas Asiæ solitudi« nes pervenerant. Interrogati deinde ab eo « per legatos quem fugiendi finem, aut quod « initium pugnandi facturi essent, responde« runt, se neque urbes ullas, neque agros cul« tos, pro quibus dimicarent, habere. Cæte« rùm cùm ad parentum suorum monumenta « venisset, sciturum quemadmodùm Scythæ « præliari solerent. » Sic etiamnùm Arabes, licet feri et barbari, sepulcra suorum ducum et patrum tuentur, pro iisque quasi pro aris et focis depugnant, uti mihi Romæ narrârunt eorum vicini Maronitæ. (Corn. à Lap.)

Rex, in æternum vive. Ita salutabantur reges Persidis, uti ex Daniele et profanis intelligimus.

Civitas domus sepulcrorum patris mei deserta est. Eamdem pariter causam urget inferiùs, v. 5. Nòrat utique Nehemias Persas religiosissimos esse avitorum sepulcrorum cultores. Fama est, illos cadavera suorum cerâ oblita in ædibus suis conservâsse. Tradit Herodotus mortuos cerâ obductos apud Persas sepeliri. (Calmet.)

IGNI? id est, magno illo incendio quo flagrabat cùm expugnata fuit?

VERS. 4. — PRO QUO POSTULAS? Id est : Quidnam à me petis (1)?

VERS. 5. — CORAM TE, id est, tibi. AD CIVITATEM SEPULCRORUM. Hæc iterata sepulcrorum mentio innuit etiam Persis commendabilem

VERS. 3, 4, 5. — *Pourquoi mon visage ne serait-il pas abattu, puisque la ville où sont les tombeaux de mon père et de mes ancêtres est toute déserte... Le roi me dit : Que me demandez-vous? Je priai le Dieu du ciel,* etc. Comment accorder cette frayeur extraordinaire dont Néhémias fut saisi avec cette liberté qu'il fait paraître à découvrir le sujet de sa tristesse, sans qu'il pût savoir encore ce que le roi lui dirait? C'est sans doute que Dieu, exauçant dans ce moment même son cœur humilié en sa présence, le rendit d'autant plus fort qu'il se regardait comme plus faible. Mais parce que la prudence n'est point défendue dans ces rencontres, et qu'on a vu de grands saints user de pieux artifices pour faire mieux réussir ce qu'ils avaient entrepris, comme saint Paul même en usa pour diviser ceux qui s'unissaient contre lui pour opprimer la vérité ; Néhémias, dans la réponse qu'il fit au roi, n'employa que ce qui pouvait être mieux reçu de lui. Il ne parla point de l'oppression que souffraient les Juifs, mais seulement de l'affliction particulière qu'il ressentait, de ce *qu'une ville où son père et ses ancêtres étaient enterrés* demeurait *déserte,* et dans la dernière désolation. Et comme il vit que le roi lui demanda ce qu'il désirait, il s'adressa aussitôt à Dieu par une prière secrète qu'il lui fit au fond de son cœur, pour lui demander sans doute qu'il tournât favorablement l'esprit de ce prince à son égard, afin qu'il lui accordât ce qu'il avait à lui demander.

On peut donc dire que cette conduite de Néhémias renfermait tout ce que l'humilité, la foi, la sagesse et la confiance au secours de Dieu pouvait inspirer à un de ses serviteurs. Aussi il obtint plus facilement qu'il n'eût osé espérer tout ce qu'il voulait, parce que Dieu, comme parle l'Ecriture, tenant en sa main le cœur des rois, le fait pencher du côté qu'il lui plaît : *Sicut divisiones aquarum, ita cor regis in manu Domini; quòcumque voluerit, inclinabit illud.* Et c'est ce qu'il reconnaît lui-même, lorsqu'il dit ensuite que ce prince lui accorda sa demande, *parce que la main favorable de son Dieu était sur lui,* c'est-à-dire, parce que Dieu l'assistait invisiblement, en touchant le cœur d'Artaxerxès en sa faveur. (Sacy.)

(1) VERS. 4. — ORAVI DEUM. Ut linguam meam dirigeret, et cor regis flecteret. Exemplum vide orationis ejaculatoriæ. Qui preces ad regem præferre vult, priùs ad Deum perferat, cujus in manu corda sunt regum. (Synopsis.)

ET AIT MIHI REX : PRO QUA RE POSTULAS? Quasi dicat : Paratus sum concedere, quia voluntate Dei animus regis mutatus fuerat subitò de indignatione contra Nehemiam ad ejus benevolentiam, secundùm quod dicitur Proverb. 21 : *Cor regis in manu Domini, quòcumque voluerit inclinabit illud.* (Lyranus.)

fuisse sepulcrorum curam. Vide Herod., lib. 1, cap. 140. UT ÆDIFICEM EAM, id est, ut instaurem eam, q. d., per te mihi liceat ire in Jehudah, et instaurare Jerusalem.

VERS. 6. — USQUEQUO, id est : Quantùm temporis insumes in eo itinere faciundo? CORAM REGE, id est, regi. *Et* CONSTITUI EI, etc., vel, *postquàm dedi ei tempus.* Aut hìc ו *et,* per *postquàm* vertendum est, id est : Dedit mihi facultatem abeundi posteaquàm dedi ei tempus aliquod quo reversurus essem. Aut talis esse debet ordo : *Et dedi illi tempus, et placuit regi, et misit me.* Tempus hoc videtur fuisse duodecim annorum, inf. 5, 14 et 13, 6. (1)

VERS. 7. — *Est* BONUM, id est, placet. *Scribæ,* sub. regis (2).

VERS. 8. — POMARII QUOD *est* REGI, vel, *saltùs regis.* Sic vocant regionem à Libano ad Antilibanum, propter amœnitatem, in cujus extremitate, fuit oppidum nomine *Paradisi,* de quo Plin. 5, 23. AD CONTIGNANDUM PORTAS PALATII, QUÆ *erant* DOMUI. Verbum קרה *karah,* significat *componere tigna,* sive *trabes,* id est, ad extruendas portas palatii domûs, sive ædis, hoc est, templi Dei. Templum quidem ædificatum erat,

(1) VERS. 6. — CONSTITUI EI TEMPUS. Interpretum quidam censent, Nehemiam rediisse Babylonem, reparatis mœnibus Hierosolymæ, rectoque politiæ ordine constituto, primo vel altero post adventum anno. Sed vulgaris opinio docet, illum ibi annis duodecim perseverâsse, nec rediisse Babylonem nisi anno secundo et trigesimo Artaxerxis *Longimani;* iterùm verò octo, vel decem annis postea, sub exitum regni Artaxerxis, remigrâsse Hierosolymam. Vide inferiùs, 13, 6. Itaque reputandum est, Nehemiam duodecim annorum dimissionem postulâsse, ut sarciendis patriis mœnibus operam navaret. Eo spatio temporis evoluto, revocatus est à rege, ut in pristinum munus restitueretur.

REGINA QUÆ SEDEBAT JUXTA EUM. Arbitrati sunt plures, reginam hanc ipsam fuisse Estherem, Assueri uxorem. Hic tamen Artaxerxes longè alius est ab Assuero Estheris. Sermonem hìc fieri censuit Usserius de reginâ *Damaspiâ,* quam Ctesias uxorem Artaxerxi tribuit. In solemnibus epulis feminæ vel etiam reginæ raró cum viris convivio aderant ; sed privatas ad mensas uxores cum viris discumbebant. (Calmet.)

(2) VERS. 7. — EPISTOLAS DET MIHI, יתנו לי *tradant,* vel *dent, mihi,* sub. *scribæ,* vel *notarii regis.* Vel : *Tradantur mihi,* nempe, ab illis quibus hoc demandabitur à rege. Verba activa tertiæ personæ sæpè passivè significant ; ut 1 Sam. 23, 22 ; Esth. 2, 2. UT TRADUCANT ME. Esdras quidem præsidium hujusmodi nec postulavit, nec accepit, quia sacerdos erat, et scriba. Nehemias autem erat pincerna regis ; nec minùs ad tuendam majestatem regis, quàm ad ipsius salutem conservandam, pertinebat, ut ne quà parte læderetur. (Synopsis.)

sed appendices templi non erant extructæ. ET MURO, id est, portas muri quo cingitur mons Sion et Moriah in quo exstructum est templum ipsum (1). QUAM INGRESSUS FUERO, hoc est, domum in quâ habitem, cùm pervenero illùc. DEDIT, sub. epistolas. JUXTA MANUM, etc. Hebraismus, id est, pro favore et gratiâ Dei mei erga me, sive, quo prosequebatur me Deus meus.

VERS. 9. — MISIT, etc., id est, mandaverat ut mitterentur, sub., qui me tutò deducerent (2).

VERS. 10. — ET AUDIVIT, etc., vel, *cùm autem audîsset,* sub. adventum meum. Isti erant inimici Judæorum. CHORONITES. Natus erat in *Choronaim* civitate Mohabiticâ, et à rege Persarum præfectus erat Samaritanis. SERVUS HAMMONITES, q. d., servus ille pessimus, qui erat de genere filiorum Ammon : vel, erat Ammonitarum toparcha, beneficiarius regis Persidis. DISPLICUIT EIS DISPLICENTIA MAGNA. Hebraismus, id est, displicuit eis maximoperè; sive ægerrimè tulerunt. AD QUÆRENDUM BONUM FILIIS ISRAEL. Hebraismus, id est, qui consulere vellet commodis filiorum Israel; sive, cui res filiorum Israel curæ essent (3).

VERS. 11. — ET VENI, vel, *ingressus sum in Jerusalem* (1).

(1) VERS. 8. — ASAPH CUSTODEM SALTUS REGIS. Hebræus ad litteram : *Asaph custodem horti* (paradisi) *regis,* Persæ, Hebræi, et post illos Græci Latinique *Paradisos* appellant vireta, et umbrosa amœnaque nemora. Censet Grotius, id nominis inditum fuisse regioni inter Libanum et Antilibanum. *Paradisus* Plinio locus est in Syriâ Cavâ. Opinantur alii, Nehemiam designare hic cedros montis Libani, quæ hactenùs cæduam materiam ædificio templi suffecerant.

PORTAS TURRIS DOMUS. Hoc alii exponunt de vestibulo templi, cui in Paralipomenis tribuitur mensura centum viginti cubitorum, ea scilicet altitudo, quæ meritò nomen turris sibi vindicat. Sed aliis sunt portæ atrii, instar turrium exstructæ, quibus nondùm suprema manus imposita erat. Vide 2 Esdræ 10, 9. Denique plures censent, sermonem hìc esse de turribus regalium ædium, quas exstructa porticus templo jungebat. Quorsùm verò id operis tunc suscipiendum erat? Cui usui ejusmodi ædes? Id profectò temerè suspicionem regi peperisset. (Calmet.)

(2) VERS. 9. — MISERAT REX MECUM, etc. Præter id quod Nehemiah petiit, hoc etiam rex adjunxit. (Sanctius.)

(3) VERS. 10. — SANABALLAT HORONITES. Censet Grotius regulum fuisse urbis Oronaim in Moabitide; cur hic tamen statuendus sit rex in eâ regione, non video. Vir erat ortu Horonites, Moabites origine, et præfectus à rege Persidis datus Samaritanis. Vitam diutissimè prorogâsse necesse est, si idem sit Sanaballat, qui facultatem condendi templi in monte Garizim ad usum Samaritanorum, adversùs Hierosolymitanum, ab Alexandro Magno obtinuit. Geminos Sanaballat distinguit Petavius; unicum Josephus historicus et Scaliger.

TOBIAS SERVUS AMMANITES. Parebat hic regibus Persidis, non secùs ac Sanaballat, hic Moabites, ille Ammonites : ambo præfecti Samaritanorum, vel Cuthæorum, ministri erant et servi regis Persarum. Hi reges subditos suos et ministros perindè habebant ac servos, nec melior erat in eâ re præfectorum provinciæ conditio. (Calmet.)

(1) VERS. 11. — ERAM IBI TRIBUS DIEBUS. Quos scilicet quieti, ut fit, et salutationibus dedisse videtur, et explorandis civium animis, partimque otio sabbati. (Synopsis.)

VERS. 11, 12. — *Etant venu dans Jérusalem, j'y demeurai pendant trois jours, et je me levai la nuit, ayant peu de gens avec moi. Je ne dis à personne ce que Dieu m'avait inspiré de faire dans Jérusalem,* etc. Plus les ennemis du peuple de Dieu étaient jaloux de sa gloire et opposés à son rétablissement, plus ce saint homme se crut obligé d'user de précautions pour exécuter plus sûrement ce qu'il avait résolu, quoiqu'il eût pour cela l'agrément du roi. On ne peut donc considérer qu'avec admiration le zèle joint à la sagesse qu'il fit paraître dans cette affaire. La bonté toute singulière dont le roi et la reine lui donnèrent des marques si suprenantes, lorsqu'ils parurent ne se mettre en peine que du temps de son absence et de celui de son retour, ne fut point capable de ralentir son ardeur pour le dessein qu'il avait pris de travailler autant qu'il pourrait à réparer les ruines de Jérusalem. Tous les charmes d'une cour aussi florissante que celle de Perse ne le purent détourner de la fatigue d'un long voyage, ni des périls où il serait exposé en rendant à sa patrie ce qu'il avait lieu de croire que Dieu exigeait de lui. Et abandonnant sa propre fortune à la providence de celui pour les intérêts duquel il agissait, il marcha où son devoir l'appelait, sans se mettre en peine si dans son absence ses ennemis, dont on ne manque jamais lorsque l'on est en faveur auprès du prince, ne feraient point leurs efforts pour le mettre mal dans son esprit.

Que si en cela il fit éclater son détachement et son zèle, il donna encore des marques aussi éclatantes de sa sagesse. L'expérience lui avait appris que ce n'était pas assez d'avoir obtenu les ordres du roi pour être assuré de pouvoir les exécuter, ayant affaire surtout à des ennemis aussi fins, aussi entêtés et aussi puissants qu'étaient ceux qui haïssaient Israël. Il sut aussi le désespoir où ils étaient de cette même protection que le prince leur donnait. Ainsi, voulant prévenir leur mauvaise volonté et servir son peuple sans faire un trop grand éclat, il tint secret son dessein, et se disposa à prendre toutes ses mesures avant que les habitants de Samarie et les autres peuples voisins pussent rien savoir de ce que Dieu même lui avait inspiré de faire dans Jérusalem. Ce fut donc cette raison qui lui fit choisir la nuit pour aller faire la visite des murailles de la ville, ou, pour mieux dire, de ses ruines,

VERS. 12. — ET VIRI PAUCI, ad verbum, *et virorum parum quid,* id est, paucus numerus : hoc est, cum paucis. HOMINI, id est, cuiquam. Sic paulò ante versu 10 : *Quòd venisset homo,* id est, aliquis. Nemini indicavi, inquit, quid Deus induxisset in animum meum. IN JERUSALAIM, vel *ipsi Jerusalem,* vel *pro Jerusalem,* sive in gratiam Jerusalem (1).

VERS. 13. — *Per portam Vallis,* quæ occidentalis erat (2). Sub. Josaphat, id est, per quam ibatur ad vallem Josaphat. ANTE FONTEM DRACONIS, vel *contra fontem Draconis,* id est, ad locum qui erat contra, vel è regione fontis, aut coram fonte Draconis, sic fortè dicto à figurâ draconis lapidei, vel æneí aquam evomentis, vel à dracone ibi stabulari solito, dùm urbs desolata erat. Fons ille videtur esse *Schiloachus,* seu Ghichon, qui erat occidentalis urbi. IGNI, q. d., incendio illo quo conflagravit in expugnatione.

VERS. 14. — PISCINAM, *Berekath.* Hæc dictio ex doctorum Hebræorum sententiâ, significat aquam congregatam, sive collectam, sive locum lapidibus calceque constructum, quò pluviales colliguntur aquæ, vel è fonte haustæ. Videtur esse aquæductus Ezechiæ, de quo 2 Paral. 32, 3, 4, et 30. JUMENTO SUB ME, AD TRANSEUNDUM; ad verbum, *jumento ad transeundum, sub me.* Ordinem convertit noster interpres, obscurum alioqui, id est, jumento cui insidebam, per quem transire possem, q. d., non potuit jumentum meum illàc transire (1).

VERS. 15. — PER TORRENTEM, nempe Cedron (2).

VERS. 16. — NESCIEBANT QUÒ ABIISSEM, ET QUID FACEREM, vel, *nescierunt,* non nôrunt *quò abiissem, et quid fecissem* (3). ET OPTIMATIBUS, vel,

afin qu'il y mît tout d'un coup des ouvriers qui travaillassent partout en diligence.

C'est ainsi qu'on travaille sûrement à bâtir, non pas seulement la Jérusalem des Juifs, mais encore plus celle des Chrétiens, qui est l'Eglise. Il faut que ceux qui s'engagent à ce grand ouvrage soient détachés comme Néhémias de toute la gloire et de tous les vains plaisirs du siècle; il faut que l'amour de leur céleste patrie les possède souverainement; il faut que leur zèle soit accompagné de sagesse pour réussir dans un dessein si divin : car, quoiqu'ils soient assurés qu'ils travaillent sous les ordres d'un grand Roi, qui est Jésus-Christ, ils doivent savoir aussi qu'ils ont beaucoup d'ennemis très-artificieux et très-obstinés à les combattre; qu'ils sont comme des brebis au milieu des loups, selon qu'il le dit lui-même dans l'Evangile, et qu'ils ont besoin d'une très-grande prudence pour se garantir de tous les piéges qu'on leur tend. Mais cette prudence, qui leur est si nécessaire, n'est pas celle de la chair, que saint Paul appelle *la mort* de l'âme; c'est celle de l'esprit, qu'il appelle au même lieu *la vie et la paix.* Or, cette prudence et cette sagesse qui vient de l'Esprit de Dieu, consiste à prévoir et à éviter avec soin tout ce qui peut être contraire au dessein que nous avons de travailler, soit dans nous-mêmes, soit dans les autres, à l'édifice tout spirituel de la céleste Jérusalem, comme nous voyons ici que Néhémias, quoique appuyé de toute l'autorité du roi de Perse, ne laissa pas d'employer toute sa sagesse pour se garantir des artifices de ceux qui persécutaient le peuple de Dieu, et qui haïssaient la ville de Jérusalem, figure de la sainte Eglise. (Sacy.)

(1) VERS. 12. — JUMENTUM NON ERAT MECUM, etc. Solus ipse equitabat, cæteri pedites erant, ne nocturnus equorum strepitus silentio et secreto, quod quærebant, officeret, quam etiam ob causam noctem elegerat, et modicum comitatum. Voluit etiam explorare murorum statum per totum ambitum, ne quid temerè in magno negotio aggrederetur, et res tota priùs ageretur, quàm illius suscipiendæ consilium ad adversarios deferretur. (Menochius.)

(2) VERS. 13. — PER PORTAM VALLIS. Portam hanc alii ad orientem, alii ad occidentem urbis ponunt. Nobis est ad orientem, spectans vallem, quam interluit torrens Cedron, cùm Nehemias, peragratâ circùm urbe, venerit ad torrentem Cedron, ac per portam Vallis ingressus fuerit, v. 15 : *Ascendi per torrentem nocte... et reversus veni ad portam Vallis, et redii.*

ANTE FONTEM DRACONIS, cui nomen è draconis simulacro, quod hiantibus faucibus aquam evomebat; vel è dracone, fortè ibidem invento : vel è magnis piscibus, qui iis aquis innatabant. Hebræum enim *tanin* usurpatur æquè de magnis piscibus, et colubris ingentibus. Septuaginta : *Fontem Ficuum.* Nullus in eâ regione fons erat, præter Siloen, cui plura erant nomina.

PORTAM STERCORIS. Portam Sordium, quâ ad vallem Ennom, ad orientem urbis, aditus patebat. (Calmet.)

(1) VERS. 14. — ET NON ERAT LOCUS JUMENTO, UT TRANSIRET, quia ruderibus vel aquis plena erant omnia ; unde pedibus mihi eundum, vel circumeundum fuit. (Tirinus.)

(2) VERS. 15. — ET REVERSUS SUM, ET VENI, etc., per quam exieram, ut patet ex prædictis, et sic patet quòd circumivit totam civitatem, ad videndum diligenter qualiter murus posset reædificari. (Lyranus.)

PER TORRENTEM (Cedron), qui ex parte aquilonari versùs meridiem decurrebat. Nehemias verò ab occidentali latere urbis versùs aquilonare tendebat. (Menochius.)

(3) VERS. 16. — MAGISTRATUS. Hebræus : *Saganim.* Designari creduntur hìc civiles magistratus, principes, copiarum duces, sacerdotes à summo sacerdote secundi. Ea vox è Chaldæis ad Hebræos transiit ; atque hinc derivàsse Latini videntur verbum *sagire,* unde *præsagium*, et Germani *segenen*, quod sonat *benedicere.* Septuaginta : Οἱ φυλάσσοντες, *custodes.*

RELIQUIS QUI FACIEBANT OPUS. Neminem adhibui socium, non opificem, non adjutorem

et nobilibus. OPUS, sub. urbis, id est, qui operabantur in reparatione murorum. EO USQUE, id est, ad hoc usque tempus: vel, quousque fecissem sic, non indicavi eis. Quidam vertunt, *Hoc*, sive, *hoc ipsum*. Alii verterunt, *Itidem*, sive, *similiter*.

VERS. 17. — MALUM IN QUO SUMUS, vel, *calamitatem in quâ sumus, quòd Jerusalaim desolata sit*, etc. (1). VENITE, ET ÆDIFICEMUS, id est, agite, instauremus, etc. ET NON, etc., id est, ut posthàc alii non afficiant probris.

VERS. 18. — MANUM, id est, gratiam, sive favorem, vel opem, sive auxilium quo Deus meus me magnoperè adjuvit, q. d., magnum illum favorem quo Deus meus me prosecutus fuerat. De hoc Hebraismo, vide supra versu 8. SURGAMUS, ET ÆDIFICEMUS, etc., id est, agite, sine ullâ morâ instauremus; tunc cœperunt esse bono animo ac forti. IN BONUM, vel, *propter bonum illud*, id est, propter magnum illum favorem Dei erga se. Vel respicit beneficentiam. sive beneficium regis; ac si dicat: Cùm intellexissent Deum et regem sibi favere (2).

VERS. 19. — CONTRA REGEM REBELLATIS? id est, vultisne à rege deficere? (3).

VERS. 20. ET REDDIDI EIS VERBUM, id est, respondi. PROSPERARE FACIET, etc., id est, dabit nobis prosperum successum, prosperabit nobis. SURGAMUS, ET ÆDIFICEMUS, vel, *surgemus*,

operis, ne consilium meum proderem. (Calmet.)

MAGISTRATUS, id est, gentiles qui erant positi ex parte regis ad custodiam terræ.

USQUE AD ID LOCI, etc., id est, usque ad illud tempus, ita quòd accipiatur hìc locus pro tempore; tenuit enim secretum quòd intenderet reædificare civitatem, donec videret quid esset sibi possibile, ita quòd nec Judæis, nec gentilibus qui eum conduxerant in vià propositum suum aperuerat. (Lyranus.)

ET OPTIMATIBUS, Heb. *albis*, qui vestibus utebantur albis, nempe byssinis. Vide Esther. 8, 15. QUI FACIEBANT OPUS, sub. *urbis*, in reparatione murorum. Intelligit opifices; non quòd de facto operarentur, sed quòd ex officio ad operandum destinarentur, licèt ob hostium incursus, etc., opus vel intermiserant, vel tardè exercebant. (Synopsis.)

(1) VERS. 17. — ET DIXI EIS, etc. Hìc consequenter describitur voluntas quam eis aperuit, quia postquàm viderat reædificationem muri possibilem, licet difficilem, aperuit Judæis voluntatem quam habebat de restauratione muri, et gratiam quam super hoc habebat à rege, inducens eos ad opus, et dicens:

VOS NOSTIS AFFLICTIONEM IN QUA SUMUS, quia Samaritani et alii gentiles multas eis molestias inferebant. Cujus causa subditur:

QUIA JERUSALEM DESERTA EST. Et si adversarii poterant eam invadere de facili, tum quia habitatores ejus erant pauci; tum quia portæ erant destructæ, et muri in pluribus locis diruti. (Lyranus.)

(2) VERS. 18. — ET CONFORTATÆ SUNT MANUS EORUM IN BONO, id est, lætis auspiciis, quod eis benè vertit; vel, ope Dei. (Synopsis.)

(3) VERS. 19. — AUDIERUNT AUTEM SANABALLAT HORONITES, etc. Alius est hic à Sanaballat socero Manassis, primi pontificis Samaritanorum in monte Garizim. Ille enim Horonites hunc Manassis socerum antecessit 109 annis, ait Salianus, de quo plura inferiùs.

ET TOBIAS SERVUS AMMONITES, qui ex servo et mancipio evectus, ac Ammonitidis præfectus à rege Persarum erat constitutus, æquè ac Sanaballat Samariæ, et Gosem Arabiæ. Hi ergo tres præfecti vicinarum regionum Nehemiæ et Judæis fuêre infensi et in fabricâ adversarii. (Corn. à Lap.)

GOSEM ARABS. Præfecturam facilè is gerebat Arabum, Judæis finitimorum. Consilio semper junctus videtur adversùs Judæos cum Sanaballat et Tobiâ, Samaritanorum præfectis. Delationem ille tulit adversùs Nehemiam, illum nempe restitutis mœnibus Hierosolymæ consilium agitare defectionis, atque avertendi ad se gentis suæ imperii. (Calmet.)

VERS. 19, 20. — *Sanaballat, Horonite, Tobie... et Gosem, Arabe, ayant été avertis de notre entreprise, se raillèrent de nous avec mépris.... Je leur dis: C'est le Dieu du ciel qui nous assiste lui-même.... Continuons donc à bâtir. Car pour vous, vous n'avez aucune part ni aucun droit à Jérusalem*, etc. Les Juifs ont presque toujours été méprisés par leurs ennemis; et c'est aussi le caractère de tous les vrais serviteurs de Dieu, dont la piété est l'objet de la persécution des méchants. Les habitants de Samarie se raillaient du peuple Juif, parce qu'ils le regardaient comme un peuple faible et méprisable, et ils s'efforçaient de les effrayer, en traitant leur entreprise de *révolte contre le roi.* Mais ils ne consideraient pas que s'ils avaient paru faibles jusqu'alors c'avait été par leur faute, et pour avoir violé la loi de leur Dieu. C'est pourquoi Néhémias leur répond avec assurance qu'ils *continueraient* sans crainte *à bâtir* Jérusalem, parce que *le Dieu du ciel les assistait lui-même*, et qu'ils *étaient ses serviteurs*.

Tant qu'on ne dégénère donc point de la qualité si honorable de *serviteurs* du Très-Haut, on n'a rien à craindre de la part des ennemis de Jérusalem; car on peut s'assurer de sa divine assistance. Et il ne faut pas qu'aucunes persécutions de ces ennemis de la piété soient capables de nous empêcher de *continuer à bâtir* la ville et le temple du Seigneur. Leurs *railleries* et leurs *mépris* nous sont honorables, depuis qu'ils se sont raillés de notre chef, et qu'ils l'ont traité avec les derniers outrages. Il est vrai que l'on travaille inutilement à bâtir cette divine maison, si *le Seigneur* n'est avec nous, et ne nous *assiste* pour la bâtir: *Nisi Dominus ædificaverit domum, in vanum laboraverunt qui ædificant eam.* Mais il n'est guère moins véritable qu'on ne travaille point d'ordinaire impunément à ce divin édifice: mais les persécutions, comme Jésus-Christ l'a dit lui-même, font partie de la récompense qui est promise en ce monde à ceux qui se rendent ses disciples. Ils ne doivent donc point s'éton-

et ædificabimus, id est, sine ullâ morâ instaurabimus urbis nostræ muros. VOBIS AUTEM NON EST PARS, ET JUSTITIA, ET MEMORIA, etc., id est, in hâc structurâ nulla est vobis portio, nullâ ratione ad vos pertinet, cùm sitis Samaritani et alieni à religione nostrâ ; præterea non est vobis meritum ullum, hoc est, nunquàm estis benè meriti de Jerusalem ; neque memoriam vestrî ullam relinquetis in eâ, q. d., neque in labore partem habebitis, neque in merito, neque in famâ, vel, non est jus vobis ullum in hunc locum. *Justitia* significat *meritum,* vel *jus* (1).

ner non plus qu'on les accuse de *révolte contre le roi*, aussi bien que Néhémias, qui ne faisait cependant qu'exécuter les ordres mêmes du roi, puisque les ennemis de leur divin maître ont bien osé l'accuser aussi de *pervertir leur nation, et d'empêcher qu'on ne payât le tribut à César,* lui qui, au contraire, avait déclaré si nettement qu'il fallait *rendre à César ce qui était à César, et à Dieu ce qui était à Dieu.*

Continuons donc *à bâtir* Jérusalem, disait Néhémias aux ennemis d'Israël ; car pour vous autres, *vous n'avez aucune part ni aucun droit à Jérusalem ;* c'est-à-dire, toutes vos raisons ne pourront nous empêcher de continuer l'ouvrage que nous avons commencé. Nous ne sommes point des séditieux, mais *les serviteurs du Dieu du ciel,* qui est avec nous ; et nous agissons avec l'agrément du roi. Mais pour vous autres, vous n'avez rien à voir sur Jérusalem, où vous ne pouvez prétendre aucune part ni aucun droit. Il parlait ainsi sans doute, parce que le royaume de Samarie ayant été séparé du royaume de Juda, et ce premier ayant renoncé au temple de Jérusalem, qui était alors le seul endroit où Dieu voulait être adoré, ses peuples étaient déchus de tout droit sur cette ville et sur son temple, outre que ceux qui demeuraient en ce temps-là dans Samarie, étaient proprement, comme on l'a dit, des infidèles, que les Chaldéens y avaient fait transférer en la place des Israélites. (Sacy.)

(1) VERS. 20 — VOBIS NON EST PARS, ET JUSTITIA, ET MEMORIA IN JERUSALEM. Simili fermè responso Zorobabel legatos Samaritanorum, petentium ut in societatem ædificandi templi admitterentur, rejecit. *Non est vobis memoria;* nec vos novimus, nec qui sitis scimus ; nulla erit vestrî mentio in hâc urbe, è quâ perpetuò excludemini. Porrò jus civitatis Hierosolymæ privilegium erat, quod sollicitâ cautione sibi unis servabant Judæi : *Numquid Sion dicet,* ait Propheta : *Homo, et homo natus est in eâ, et ipse fundavit eam Altissimus ? Dominus narrabit in scripturis populorum et principum* (in censu populorum), *horum, qui fuerunt in eâ. Sicut lætantium omnium habitatio est in te*, id est, incolæ tui, Sion, lætos semper dies agent.

VOBIS AUTEM NON EST PARS, ET JUSTITIA, ET MEMORIA IN JERUSALEM. Dicit hoc Nehemias ad Samaritas volentes impedire murorum ædificationem, sicut et ante conati fuerant extructionem templi. Sensus ergo est : Hæc structura nihil pertinet ad vos, cùm sitis Samaritæ, et alieni à religione nostrâ. Justitia enim ponitur pro jure, quasi dicat : Nullum jus habetis in civitatem, nec unquàm de eâ benè meriti estis. Hinc mysticè ostendi potest infideles non esse admittendos ad baptismum et Ecclesiam, quamdiù fide ac devotione non plenè ostendunt, se ejus societatem ex animo desiderare. (Estius.)

Justitia, id est, jus, q. d. : Vos quasi Samaritani estis (olim ab Assyriis traducti ad incolendam Samariam, 3 Reg. 17), Ammonitæ et Arabes, à Persis jus accepistis ad administrandam Samariam, Ammonitidem et Arabiam, non autem ad Judæam et Jerusalem nec hactenùs in Jerusalem habitâstis ; nulla enim in eâ vestrî est memoria. Quare agite res vestras apud vestros vobis commissos, nostris autem rebus nolite vos immiscere ; ego enim à rege Persarum potestatem reædificandæ Jerusalem pleno jure accepi : quare cavete ne vos mihi opponatis; alioquin enim regi Persarum vos opponetis, eumque vindicem experiemini. Ita Cajet, Sanchez et alii. (Corn. à Lap.)

CAPUT III.

1. Et surrexit Eliasib sacerdos magnus, et fratres ejus sacerdotes, et ædificaverunt portam Gregis : ipsi sanctificaverunt eam, et statuerunt valvas ejus, et usque ad turrim centum cubitorum sanctificaverunt eam, usque ad turrim Hananeel.

2. Et juxta eum ædificaverunt viri Jericho : et juxta eum ædificavit Zachur filius Amri.

3. Portam autem Piscium ædificaverunt filii Asnaa : ipsi texerunt eam, et statuerunt valvas ejus, et seras et vectes. Et juxta eos ædificavit Marimuth filius Uriæ, filii Accus.

4. Et juxta eum ædificavit Mosollam

CHAPITRE III.

1. Alors le grand-prêtre Eliasib, et les prêtres ses frères s'appliquèrent à l'ouvrage; ils bâtirent la porte du Troupeau, et la consacrèrent; ils posèrent le bois, le seuil et les poteaux, et en consacrèrent tout l'espace, jusqu'à la tour de cent coudées, jusqu'à la tour de Hananéel.

2. Ceux de Jéricho bâtirent d'un côté auprès de lui, et de l'autre Zachur, fils d'Amri.

3. Les enfants d'Asnaa construisirent la porte des Poissons ; ils la couvrirent, et y mirent les deux battants, les serrures et les barres. Marimuth, fils d'Urie, fils d'Accus, bâtit auprès d'eux.

4. Mosollam, fils de Barachias, fils de Mésé-

filius Barachiæ, filii Mesezebel : et juxta eos ædificavit Sadoc filius Baana.

5. Et juxta eos ædificaverunt Thecueni : optimates autem eorum non supposuerunt colla sua in opere Domini sui.

6. Et portam veterem ædificaverunt Joiada filius Phasea, et Mosollam filius Besodia ; ipsi texerunt eam, et statuerunt valvas ejus, et seras et vectes.

7. Et juxta eos ædificaverunt Meltias Gabaonites, et Jadon Meronathites, viri de Gabaon et Maspha, pro duce qui erat in regione trans flumen.

8. Et juxta eum ædificavit Eziel filius Araia aurifex : et juxta eum ædificavit Ananias filius pigmentarii : et dimiserunt Jerusalem usque ad murum plateæ latioris.

9. Et juxta eum ædificavit Raphaia filius Hur, princeps vici Jerusalem.

10. Et juxta eum ædificavit Jedaia filius Haromaph contra domum suam : et juxta eum ædificavit Hattus filius Haseboniæ.

11. Mediam partem vici ædificavit Melchias filius Herem, et Hasub filius Phahath-Moab, et turrim Furnorum.

12. Et juxta eum ædificavit Sellum filius Alohes princeps mediæ partis vici Jerusalem, ipse et filiæ ejus.

13. Et portam Vallis ædificavit Hanun, et habitatores Zanoe : ipsi ædificaverunt eam et statuerunt valvas ejus, et seras et vectes, et mille cubitos in muro usque ad portam Sterquilinii.

14. Et portam Sterquilinii ædificavit Melchias filius Rechab, princeps vici Bethacharam : ipse ædificavit eam, et statuit valvas ejus et seras et vectes.

15. Et portam Fontis ædificavit Sellum filius Cholhoza, princeps pagi Maspha : ipse ædificavit eam, et texit, et statuit valvas ejus, et seras et vectes, et muros piscinæ Siloe in hortum regis, et usque ad gradus qui descendunt de civitate David.

16. Post eum ædificavit Nehemias filius Azboc, princeps dimidiæ partis vici Bethsur, usque contra sepulcrum David, et usque ad piscinam, quæ grandi opere con-

zebel, bâtit auprès de lui; et Sadoc, fils de Baana, bâtit auprès d'eux.

5. Ceux de Thécua bâtirent auprès de ceux-ci; mais les principaux d'entre eux ne soumirent point leur cou dans l'ouvrage du Seigneur.

6. Joïada, fils de Phaséa, et Mosollam, fils de Bésodia, construisirent la vieille porte, la couvrirent, et y mirent les deux battants, les serrures et les barres.

7. Meltias Gabaonite, et Jadon Méronathite, qui étaient de Gabaon et de Maspha, bâtirent auprès d'eux devant la maison du gouverneur du pays d'au-delà du fleuve.

8. Eziel, fils d'Araïa, orfèvre, bâtit auprès de lui; et auprès d'Eziel, Ananias, fils du parfumeur; ils laissèrent ensuite Jérusalem jusqu'à la muraille de la grande rue.

9. Raphaïa, fils de Hur, capitaine d'un quartier de Jérusalem, bâtit auprès de lui.

10. Jedaïa, fils d'Haromaph, bâtit auprès de Raphaïa, vis-à-vis de sa maison; et Hattus, fils d'Hasébonias, bâtit auprès de lui.

11. Melchias, fils d'Hérem, et Hasub, fils de Phahat-Moab, bâtirent la moitié d'une rue, et la tour des Fours.

12. Sellum, fils d'Alohès, capitaine de la moitié d'un quartier de Jérusalem, bâtit auprès de ce dernier, lui et ses filles.

13. Hanun et les habitants de Zanoé bâtirent la porte de la Vallée. Ce furent eux qui bâtirent cette porte, qui y mirent les deux battants, les serrures et les barres, et qui refirent mille coudées des murailles, jusqu'à la porte du Fumier.

14. Melchias, fils de Réchab, capitaine du quartier de Bethacharam, bâtit la porte du Fumier; il bâtit cette porte, et y mit les deux battants, les serrures et les barres.

15. Sellum, fils de Cholhoza, capitaine du quartier de Maspha, bâtit la porte de la Fontaine; il bâtit cette porte, la couvrit, y mit les deux battants, les serrures et les barres, ainsi que les murailles de la piscine de Siloé, le long du jardin du roi, jusqu'aux degrés par où l'on descend de la ville de David.

16. Néhémias, fils d'Azboc, capitaine de la moitié du quartier de Bethsur, bâtit proche de Sellum, jusque vis-à-vis du sépulcre de David, jusqu'à la piscine qui avait été bâtie

structa est, et usque ad domum Fortium.

17. Post eum ædificaverunt Levitæ, Rehum filius Benni : post eum ædificavit Hasebias princeps dimidiæ partis vici Ceilæ in vico suo.

18. Post eum ædificaverunt fratres eorum, Bavai filius Enadad, princeps dimidiæ partis Ceilæ.

19. Et ædificavit juxta eum Azer filius Josue, princeps Maspha, mensuram secundam, contra ascensum firmissimi anguli.

20. Post eum in monte ædificavit Baruch filius Zachai mensuram secundam, ab angulo usque ad portam domus Eliasib sacerdotis magni.

21. Post eum ædificavit Merimuth filius Uriæ, filii Haccus, mensuram secundam, à portâ domûs Eliasib, donec extenderetur domus Eliasib.

22. Et post eum ædificaverunt sacerdotes, viri de campestribus Jordanis.

23. Post eum ædificavit Benjamin et Hasub contra domum suam : et post eum ædificavit Azarias filius Maasiæ filii Ananiæ contra domum suam.

24. Post eum ædificavit Bennui filius Henadad mensuram secundam, à domo Azariæ usque ad flexuram, et usque ad angulum.

25. Phalel filius Ozi contra flexuram et turrim, quæ eminet de domo regis excelsâ, id est, in atrio carceris : post eum Phadaia filius Pharos.

26. Nathinæi autem habitabant in Ophel usque contra portam aquarum ad orientem, et turrim quæ prominebat.

27. Post eum ædificaverunt Thecueni mensuram secundam è regione, à turre magnâ et eminente usque ad murum templi.

28. Sursùm autem à portâ Equorum ædificaverunt sacerdotes, unusquisque contra domum suam.

29. Post eos ædificavit Sadoc filius Emmer contra domum suam. Et post eum ædificavit Semaia filius Secheniæ, custos portæ orientalis.

30. Post eum ædificavit Hanania filius Selemiæ, et Hanun filius Seleph sextus,

avec grand travail, et jusqu'à la maison des Courageux.

17. Les Lévites bâtirent après lui; Réhum, fils de Benni, et après Réhum, Hasébias, capitaine de la moitié du quartier de Céila, bâtit le long de sa rue.

18. Leurs frères bâtirent après eux; Bavaï, fils d'Enadad, capitaine de la moitié de Céila.

19. Azer, fils de Josué, capitaine de Maspha, bâtit auprès de lui une seconde mesure vis-à-vis de la montée de l'angle très-fort.

20. Baruch, fils de Zachaï, bâtit après lui sur la montagne une seconde mesure depuis l'angle jusqu'à la porte de la maison du grand-prêtre Eliasib.

21. Mérimuth, fils d'Urie, fils d'Haccus, bâtit après lui une seconde mesure depuis la porte de la maison d'Eliasib, jusqu'au lieu où se terminait la maison d'Eliasib.

22. Les prêtres, habitants des plaines du Jourdain, bâtirent après lui.

23. Benjamin et Hasub bâtirent ensuite vis-à-vis de leur maison; et après celui-ci, Azarias, fils de Maasias, fils d'Ananias, bâtit vis-à-vis de sa maison.

24. Bennui, fils d'Hénadad, bâtit après lui un double espace, depuis la maison d'Azarias jusqu'au tournant et jusqu'à l'angle.

25. Phalel, fils d'Ozi, *bâtit* vis-à-vis du tournant et de la tour qui s'élève au-dessus de la haute maison du roi, c'est-à-dire, le long du vestibule de la prison; après lui, Phadaïa, fils de Pharos.

26. Mais les Nathinéens demeuraient à Ophel, jusque vis-à-vis de la porte des eaux vers l'orient, et jusqu'à la tour qui s'avance en dehors.

27. Ceux de Thécua bâtirent après lui une seconde mesure vis-à-vis, depuis la grande tour qui s'avance au dehors, jusqu'à la muraille du temple.

28. Les prêtres bâtirent en haut depuis la porte des Chevaux, chacun vis-à vis de sa maison.

29. Sadoc, fils d'Emmer, bâtit après eux vis-à-vis de sa maison; et après lui, Sémaïa, fils de Séchénias, qui gardait la porte d'orient.

30. Hanania, fils de Sélémias, et Hanun, sixième fils de Séleph, bâtirent après lui une

mensuram secundam ; post eum ædificavit Mosollam filius Barachiæ, contra gazophylacium suum. Post eum ædificavit Melchias filius aurificis usque ad domum Nathinæorum et scruta vendentium, contra portam Judicialem, et usque ad cœnaculum anguli.

31. Et inter cœnaculum anguli in portâ Gregis ædificaverunt aurifices et negotiatores.

seconde mesure, et après lui, Mosollam, fils de Barachias, bâtit le mur vis-à-vis de sa trésorerie. Melchias, fils de l'orfèvre, bâtit après lui jusqu'à la maison des Nathinéens et des marchands de friperies, vers la porte des Juges, et jusqu'à la chambre de l'angle.

31. Les orfèvres et les marchands bâtirent à la porte du Troupeau le long de la chambre de l'angle.

TRANSLATIO EX HEBRÆO.

1. Et surrexit Eliasib sacerdos magnus, et fratres ejus sacerdotes, et ædificaverunt portam pecorum : ipsi reparaverunt eam, et statuerunt ostia ejus, usque ad turrim Meah, reparaverunt eam usque ad turrim Chananel. — 2. Et juxta locum ejus ædificaverunt viri Jerecho, et juxta locum ejus ædificavit Zacchur filius Imri. — 3. Et portam piscium ædificaverunt filii Hassenaah : ipsi contignaverunt eam, et statuerunt valvas ejus, et seras ejus, et vectes ejus. — 4. Et juxta locum eorum instauravit Meremoth filius Uriah filii Hachos ; et juxta locum eorum instauravit Mesullam filius Berechiah filii Mesezabel; et juxta locum eorum instauravit Sadoc filius Bahana ; — 5. Et juxta locum eorum instauraverunt Techohitæ : et majores eorum non adduxerunt collum suum, in opere Domini sui. — 6. Et portam veterem instauraverunt Joiadah filius Paseah, et Mesullam filius Besodeiah. Ipsi contignaverunt eam, et stare fecerunt valvas ejus, et seras ejus, et vectes ejus : — 7. Et juxta locum eorum instauravit Malatthiah Ghibhonites, et Jadon Moronothites, viri Ghibhon et Mispah pro solio ducis trans flumen ; — 8. Et juxta locum ejus instauravit Huzziel filius Charhoiah, qui erant aurifabri ; et juxta locum ejus instauravit Chananiah filius Haracchachim ; et instauraverunt Jerusalaim usque ad murum latum ; — 9. Et juxta locum eorum instauravit Rephaiah filius Chur princeps mediæ partis Jerusalaim : — 10. Et juxta locum eorum instauravit Jedaiah filius Charumaph, et contra domum suam: et juxta locum ejus instauravit Chattus filius Chasabneiah. — 11. Mensuram secundam instauravit Malchiiah filius Charim, et Chasub filius Pachath Moab, et turrim Furnorum : — 12. Et juxta locum ejus instauravit Sallum filius Halleches, princeps dimidiæ partis Jerusalaim, ipse et filiæ ejus. — 13. Portam Vallis instauravit Chanun, et habitatores Zanoach : ipsi ædificaverunt eam, et statuerunt valvas ejus, seras ejus, et vectes ejus, et mille cubitos in muro, usque ad portam Stercorum. — 14. Et portam Stercorum ædificavit Malchiiah filius Rechab princeps partis Bethhacharem : ipse ædificavit eam, et statuit valvas ejus, seras ejus, et vectes ejus. — 15. Et portam Fontis instauravit Sallun filius Cholchozeb princeps regionis Mispah : ipse ædificavit eam, et texit eam, et statuit valvas ejus, seras ejus, et vectes ejus ; et murum piscinæ pomarii juxta hortum regis usque ad gradus descendentes de civitate David. — 16. Post eum instauravit Nechemiah filius Hazbuch princeps dimidiæ regionis Bethsur, usque contra sepulcra David, et usque ad piscinam factam, et usque ad domum Fortium. — 17. Post eum instauraverunt Levitæ : Rechum filius Bani : juxta locum ejus instauravit Chasabiah princeps dimidiæ regionis Chehilah in regione suâ. — 18. Post eum instauraverunt fratres eorum Bauvai filius Chenadad princeps dimidiæ regionis Chehilah. — 19. Et instauravit juxta locum ejus Hezer filius Jesuah princeps Mispah mensuram secundam è regione ascensûs armorum anguli. — 20. Post eum accendit sese (excandescens), et instauravit Baruch, filius Zacchai mensuram secundam ab angulo usque ad ostium domûs Eliasib sacerdotis magni. — 21. Post eum instauravit Meremoth filius Uriah filii Hachos mensuram secundam, ab ostio domûs Eliasib, usque ad perfectionem domûs Eliasib. — 22. Et post eum instauraverunt sacerdotes viri planitiei. — 23. Post eum instauravit Binjamin, et Chassub contra domum suam : post eum instauravit Hazariah filius Mahaseiah filii Hananiah apud domum suam. — 24. Post eum instauravit Binnui filius Chenadad mensuram secundam, à domo Hazariah, usque ad angulum, et usque ad angulum. 25. — Palal filius Usai contra angulum, et turrim quæ egrediebatur è domo regis excelsam, quæ erat in atrio carceris, post eum Pedaiah filius Parhos. — 26. Et Nethinim qui habitabant in arce usque contra portam aquarum ad orientem, et turrim egredientem. — 27. Post eum instauraverunt Techoitæ mensuram secundam è regione turris magnæ egredientis, usque ad murum arcis,

— 28. Super portam Equorum instauraverunt sacerdotes unusquisque contra domum suam. — 29. Post eum instauravit Sadoc filius Immer contra domum suam ; et post eum instauravit Semahiah filius Secheniah custos portæ orientalis. — 30. Post eum instauravit Chananiah filius Seleniah, et Chanun filius Salaph sextus mensuram secundam. Post eum instauravit Mesullam filius Berechiah contra cubiculum suum. — 31. Post eum instauravit Malchiiah filius aurificis usque ad domum Nethinim, et negotiatorum contra portam Præcepti usque ad cœnaculum anguli. — 32. Et intra cœnaculum anguli ad portam Pecorum instauraverunt aurifices et negotiatores.

COMMENTARIUM.

Vers. 1. — Et surrexit, id est, post hæc surrexit. Hoc capite describitur quo modo, quove ordine murus Jerusalem instauratus fuerit, et à quibus. Eliasib, filius *Joachim* filii *Josedech*. Aliis, filius *Josue* filii *Joachim* filii *Josedech*. Et fratres ejus, id est, qui erant de eâdem familiâ aut tribu ; aut socii et sodales. Portam Pecorum, vel *Gregis*. Fortè per hanc portam ingrediebantur greges in urbem ; vel ibi erat forum pecuarium. Prope illam portam aiunt fuisse *piscinam Probaticam*, de quâ Joan. 5, et in illâ piscinâ abluta pecora fuisse, et inde illata in templum immolanda. Reparaverunt eam, ad verbum, *sanctificaverunt eam*, id est, insignem et claram ædificio reddiderunt. Vel eam et conjunctum illi spatium rebus ad usum templi pertinentibus consecrârunt : in ejus ambitu erant auri fabri, et aromatarii, inf. v. 32, et in plateâ forum pecuarium et piscina. Alii sic exponunt : Mundârunt à ruinis et ruderibus, et profanatione incendii, et pristino decori restituerunt (1). Usque ad turrim Meah, etc. Alii, *turrim centum*. Sensus esse potest : Portæ structuram usque ad turrim ad centum cubitos extenderunt, usque ad turrim, inquam, Chananel.

(1) Vers. 1. — Sanctificaverunt eam, id est, dedicârunt eam Domino, quia hæc erat porta Gregis, per quam victimæ Deo sanctificandæ et per immolationem consecrandæ inducebantur in templum, ideòque portam hanc ipse pontifex et sacerdotes ædificârunt et consecrârunt Deo, ac per eam reliquas portas, totamque urbem. Erat enim et vocabatur Jerusalem urbs sancta, utpote separata à profano gentilium ritu, Deique veri cultui dicata, Deique quasi speculum, maximè per templum à Salomone Deo tam magnificè erectum. Unde Mariana, Salianus, Emmanuel Sâ et Sanchez, censent Eliasib pontificem hanc portam gregis urbemque totam solemni prece, vel sacrificio, vel aquâ lustrali similive benedictione Deo (cui propria erat) dedicâsse et consecrâsse ; idque satis colligitur ex eo quod de eis dicunt Samaritæ cap. sequenti, v. 2 : *Num sacrificabunt et complebunt in unâ die ?* Et cap. 12, v. 27, ubi dicitur : *In dedicatione autem muri Jerusalem requisierunt Levitas.* Et v. 30 : *Et mundati sunt sacerdotes et Levitæ, et mundaverunt populum, et portas, et murum.* Idem imitati sunt gentiles. Unde Servius, in librum 3 Æneid., tradit eos in fundatione urbis sacrificâsse Libero patri, ut libera esset civitas. Audi Æneam è Trojâ profugum in Thraciâ novam molientem urbem, Æneid. 3, paulò post initium :

Mœnia prima loco, fatis ingressus iniquis,
Æneadasque meo nomen de nomine fingo.
Sacra Dionææ matri divisque ferebam
Auspicibus cœptorum operum; superoque nitentem
Cœlicolûm regi mactabam in littore taurum.

Porrò apud gentiles portæ et muri sacri erant, uti docet Alexander ab Alex. lib. 6 Genial. c. 14, et ibi Tiraquellus. (Corn. à Lap.)

Mysticè, per hoc quòd instauratio civitatis cœpta legatur à sacerdote magno, et fratribus ejus sacerdotibus, docemur, quòd qui in ordine et dignitate præcedunt alios in Ecclesiâ, præcedere etiam debeant in Ecclesiæ ædificatione, hoc est, in studio bonorum operum, et sanctâ conversatione. Tali enim modo spiritualiter ædificantur muri Jerusalem. (Estius.)

Nonnulli interpretes, inter quos Cornelius à Lapide, Malvenda, censent hoc in loco indicari solemnem dedicationem, quam sacerdotes præstiterunt. Legimus tamen inferiùs, solemnem mœnium dedicationem iis omninò completis habitam fuisse ; quare peculiaris hæc dedicatio superflua erat et inutilis, adeòque nobis incredibilis. (Calmet.)

Usque ad turrim centum cubitorum, sitam inter portam Gregis et turrim Chananeelis ; fortè sic dictam, quòd centenis cubitis ab utroque loco distaret. Ego credam significari, præter portam, muri partem ad cubitos centum extruxisse, sicque verterem : *Et usque ad turrim centum cubitos sanctificaverunt eam,* q. d. : Portæ structuram usque ad turrim ad centum cubitos extenderunt, usque ad turrim (inquam) Hananeel, quæ erat in angulo orientis et aquilonis ; vel potiùs occidentem versùs ; nam Nehemias, à portâ Gregis incipiens, ad occidentem progreditur, indeque in septentrionem, etc. Porrò, turris hæc celebris erat in Jerem. 31, 38 ; Zach. 14, 10. Omnes hæ turres erant in muro urbis. (Synopsis.)

Tout ce chapitre est employé à marquer les noms des différentes personnes qui s'appliquèrent à réparer les murailles de Jérusalem. Comme c'était un ouvrage qui regardait tout le peuple, tous aussi y prirent part sans distinction. Le grand-prêtre Eliasib ne s'en dispensa point, non plus que les autres prêtres, ses frères. Et cette union du chef principal avec tous ses membres, nous marquait admirablement celle qui doit lier encore plus étroitement ensemble tous ceux qui sont engagés à travailler à l'édifice, sans comparaison plus auguste, de la sainte et spirituelle Jérusalem. Chaque fidèle a son partage dans ce travail tout divin. Il faut que les principaux pasteurs montrent les premiers l'exemple, comme Elia-

VERS. 2. — ET JUXTA LOCUM EJUS, ad verbum, *et juxta manum ejus*, id est, juxta eum, id est, summum sacerdotem. ZACCUR; hunc puto fuisse caput civium Jericho (1).

VERS. 3. — PORTAM PISCIUM. Sic vocat, vel quòd proxima esset foro piscario, vel quòd per eam pisces inferrentur in urbem (1). HASSENAAH. Potiùs est cognomen, sive agnomen, quàm nomen proprium, quod tamen pro nomine proprio ponitur. CONTIGNAVERUNT EAM, vel, *tigna ejus apposuerunt*, id est, tignis ac trabibus texerunt eam.

VERS. 4. — INSTAURAVIT, sub. murum; ad verbum, *fortificavit,* et sic infra.

VERS. 5. — TECHOHITÆ, id est, habitatores Techohah (2). MAJORES EORUM. Vel, *fortes verò*

sib le fit alors. Et tous les autres se tenant unis à eux sont obligés de satisfaire chacun avec zèle à la portion du travail qui leur est échue par l'ordre de la divine Providence.

Or c'est nous-mêmes, selon saint Paul, qui sommes ce saint édifice que Dieu bâtit : *Dei ædificatio estis.* Jésus-Christ est le divin fondement de cet édifice, et personne ne peut poser d'autre fondement. *Fundamentum aliud nemo potest ponere, præter id quod positum est, quod est Christus Jesus.* Ce sont les apôtres, qui, comme de sages architectes, ont posé ce fondement, et tous les fidèles bâtissent dessus avec le secours de Dieu, sans l'aide duquel ils travailleraient en vain, selon que l'assure le prophète-roi. Mais c'est à chacun, continue saint Paul, à prendre garde comment il bâtit : *Ut sapiens architectus fundamentum posui : alius autem superædificat. Unusquique autem videat quomodò superædificet :* c'est-à-dire, que ce qu'on bâtit sur le fondement posé par les saints apôtres, doit être un ouvrage à l'épreuve du feu, dont Dieu même doit se servir pour l'examiner : *Et uniuscujusque opus quale sit ignis probabit.* Il faut donc s'efforcer de bâtir sur ce fondement ce qui est figuré par l'or, par l'argent et par les pierres précieuses, c'est-à-dire, la charité, la crainte chaste du Seigneur, et toutes les autres vertus. Aussi nous voyons que dans la description que saint Jean fait de la céleste Jérusalem, qui lui fut montrée dans cette célèbre vision de l'Apocalypse, et qu'il nomme au même lieu la sainte *Epouse de l'Agneau*, il est dit que *la muraille* de cette ville *était bâtie de jaspe, et la ville d'un or pur semblable à un verre très-clair,* et que *les fondements de la muraille de la ville étaient ornés de toutes sortes de pierres précieuses.*

Il est sans doute que l'Ecriture, inspirée de Dieu pour notre édification et pour notre instruction, ne serait point descendue dans tout ce petit détail des noms de ceux qui travaillèrent à bâtir les murs de Jérusalem, et de la mesure du travail de chacun d'eux, si elle n'avait voulu marquer par là d'une manière figurée, ce qui se passe durant tout le cours des siècles dans l'édifice de la sainte Eglise, qu'on peut assurer que Dieu a toujours eue principalement en vue, toutes les fois qu'il nous a parlé dans les livres saints de la ville de Jérusalem. Et quoiqu'il soit au-dessus de notre lumière de pénétrer dans le sens de toutes ces différentes figures, il est toutefois utile d'avoir au moins cette vue dans l'esprit en les lisant, pour révérer humblement les vérités qui nous sont cachées sous ces voiles. (Sacy.)

(1) VERS. 2. — ET JUXTA EUM, etc. In Hebræo et Græco est : *Ad manum ejus*, quasi dicat : Ubi manus ejus operabantur aut opus finiebant, ibi sequentes inchoabant. Alii vertunt : *Ad latus ejus,* quod eòdem redit. In explicandâ autem murorum extructione, ordine procedit Nehemias, ex orientali latere per aquilonare ad occiduum et meridianum progrediens, donec redeatur ad portam Gregis, unde ductum est initium.

VIRI JERICHO. A turri Hananeel et deinceps ædificaverunt Jerichuntini, eâ fortassè de causâ quòd latus illud civitatem eorum respiceret.

ZACHUR FILIUS AMRI, scilicet usque ad portam Piscium. (Menochius). Non solùm urbani operam suam impenderunt, sed etiam ex universâ Judææ ac Galilææ plurimi. Porrò, viri Jericho specimen hìc præbent eximiæ pietatis et gratitudinis ob beneficium illis præstitum 2 Reg. 2, 15, et quòd ipsorum urbs veteris anathematis onere levata, et in integrum restituta esset. Idcircò se proximos sacerdoti, etc., sistunt. (Synopsis.)

(1) VERS. 3. — PORTAM PISCIUM, quam nos ad occidentem urbis, quà respicit Mediterraneum et urbes maritimas Palæstinæ, collocamus. Hæc, auctore S. Hieronymo, iter Diospolim et Joppen versùs dabat, mare spectans. (Calmet.)

(2) VERS. 5. — ET JUXTA EOS ÆDIFICAVERUNT THECUENI. OPTIMATES AUTEM EORUM NON SUPPOSUERUNT COLLA SUA IN OPERE DOMINI SUI. Thecueni vocantur, sicut, v. 2, viri Jericho. Sensus igitur est : Plebei loci Thecue (ex quo Amos propheta oriundus erat) certam suam partem murorum quoque extruxerunt ; sed optimates ejusdem loci, id est, ditiores et potentiores non paruerunt Domino, nec præfecto suo, præcipienti ut collaborarent in instauratione murorum. Ubi duo moraliter considerare possumus : unum est, sæpè pauperes et plebeios plus ministerii et subsidii conferre ad opera Ecclesiæ, quàm ditiores et potentiores. Alterum, quòd per istos optimates, qui non supposuerunt colla sua in opere domini sui, significari possunt illi Ecclesiæ præfecti, quos Dominus in Pharisæis reprehendit, *quòd aliis imponant onera gravia et importabilia, et ipsi digito suo nolint ea movere.* (Estius.)

Il est dit à la lettre des principaux de Thécua, qu'ils *ne soumirent point leur cou pour travailler,* etc., ce qui est une comparaison prise des bœufs, sur le cou desquels on met le joug qui sert à tirer. Rien n'est, en effet, plus commun dans les saintes Ecritures, que ce langage figuré. Estius nous fait remarquer que lorsqu'il est dit que les peuples de Thécua, d'où était originaire le prophète Amos, travaillant comme les autres à bâtir un certain espace des murs de Jérusalem, les principaux, c'est-à-dire les plus riches et les plus puissants d'entre eux, refusèrent de s'abaisser à ce travail, cela peut nous figurer deux vérités : l'une est que

eorum, id est, præclarissimi et præstantissimi eorum. Magni nominis apud Hebræos vir exponit, divites eorum, id est, qui inter eos ditiores erant. NON ADDUXERUNT, vel, *non induxerunt*, immiserunt, imposuerunt, sub., ni jugum. DOMINI SUI, qui scilicet præfectus fuerat toti familiæ in instauratione muri urbis; hoc est, non paruerunt domino ac præfecto suo, mandanti ac præcipienti ut laborarent in instauratione muri. Metaphora à bobus et aliis jumentis qui colla sua in jugum inferunt ut laborent in agro.

VERS. 6. — PORTAM VETEREM (1), vel, *portam verò veteris*, vel, *antiquæ*, sub. piscinæ, cujus scilicet meminit Jesaias cap. 22, 11. CONTIGNAVERUNT EAM. Vide paulò ante, v. 3.

VERS. 7. — VIRI, id est, cives (1). PRO SOLIO DUCIS, vel, *usque ad solium ducis*, id est, ad illum locum in quo vel palatium extructum, vel solium positum erat gubernatori Persico, qui tum erat fortè Nehemias ipse.

VERS. 8. — QUI, sub. pater et filius, *erant* AURIFABRI; vel, qui erat de familià *aurificum*. vel, *Tsorphim* nomen est familiæ (2). FILIUS

les personnes du peuple et les pauvres contribuent souvent beaucoup plus aux ouvrages de l'Eglise que les riches et que les puissants du siècle, qui regardent d'ordinaire comme une bassesse de s'occuper aux choses de Dieu, parce que ne connaissant point la véritable grandeur, ils prennent pour quelque chose de grand ce qui est très-méprisable à ses yeux. L'autre est qu'il se trouve des ministres dans l'Eglise, qui, semblables à ces principaux de Thécua, ne veulent point *abaisser leur cou pour travailler à l'ouvrage* de leur divin Maître, et que ce sont ceux que le Fils de Dieu reprend en la personne des Pharisiens, lorsqu'il les blâmait de ce qu'ils *mettaient sur les épaules des autres des fardeaux pesants et qu'on ne pouvait porter*, et de ce qu'ils *n'auraient pas voulu eux-mêmes les avoir remués du bout du doigt*. (Sacy.)

(1) VERS. 6. — PORTAM VETEREM. Quæ erat in medio lateris aquilonaris, ita dicta, quòd vestigia ejus apparerent à tempore Jebusæorum et Melchisedechi. (Menochius.)

Aliter: *Portam Judicum*, vel seniorum, cœtus ibi suos agentium. (Calmet.)

Nota ex Villalpando, tomo 3, l. 3, c. 26, præcipuas Jerosolymæ portas fuisse duodecim, quæ sitæ erant ad tria urbis latera, tres mundi partes respicientia: quodlibet enim latus habebat quatuor portas; nam quartum latus respiciens meridiem, in quo præruptæ rupes montis Sion urbem claudebant, exitumque et introitum negabant, nulla erat porta. Orientale latus ergo habebat primò portam *Gregis* jam dictam; secundò portam *Equorum*, per quam equi ducebantur aquatum ad torrentem Cedron; tertiò portam *Aquarum*, ita dictam à collectione aquarum fontis Siloe, quam ibidem fecit Ezechias; quartò *Fictilem*, eò quòd juxta eam figuli suam figulinam artem exercerent, et fictilia vasa formarent. Septentrionale urbis latus habebat primò portam *Benjamin*, quia per eam ibatur in sortem tribûs Benjamin; secundò portam *Piscium*, per quam pisces in urbem et forum piscium invehebantur; tertiò portam *Judiciariam*, in quâ sedebant judices, et judicia tam advenarum quàm civium exercebant, quæ erat vicina templo et portæ *Gregis*. Eadem hoc versu vocatur *Vetus*, eò quòd in eà veteris fabricæ Jebusæorum et Melchisedech vestigia extarent; quartò portam *Ephraim*, per quam scilicet ibatur ad tribum Ephraim. Quarta hæc, æquè ac sequens porta *Anguli*, hìc non nominantur, eò quòd restauratione non indigerent, ut insinuatur v. 8. Occidentale latus habebat primò portam *Anguli*, ita dictam quòd in angulo urbis occidentali et aquilonari consisteret; secundò portam *Vallis* cadaverum et Calvariæ; tertiò portam *Sterquilinii*; quartò portam *Fontis*; de quibus cap. præced. v. 13.

Ad has duodecim portas Jerusalem allusit S. Joannes Apocal. 21, v. 12, ubi totidem Jerusalem cœlestis portas recenset. (Corn. à Lap.)

(1) VERS. 7. — JADON MERONATHITES, vel è Meronath oriundus. Occurrit in primo Paralip. 27, 30, *Jadias Meronathites;* sed urbs *Meronath* nos penitùs latet.

PRO DUCE, QUI ERAT IN REGIONE TRANS FLUMEN. Hebræus ad litteram: *Pro solio ducis trans flumen*. Quasi scilicet laborâssent construendis ædibus ad usum præfecti regionis, vel aulæ, ubi tribunal statueretur, ubi ille venisset in urbem, ut nomine regis Persarum jus diceret. Ex Nehemiâ discimus, antequàm hìc veniret, præfectum constitutum fuisse, Hierosolymis commorantem. Post Esdram verò, Hebræi suis se legibus gubernaverant, habuerantque è gente suâ judices. Certus erat locus, ubi regionis præfectus jus diceret, ac propè eum locum Meltias et Jadon operi vacabant. Interpretum quidam designare se ipsum Nehemiam censent nomine *ducis trans flumen*. Sed multùm utique aberat, quin ejus auctoritas ad universam regionem cis amnem porrigeretur. Præterea nunquàm de se Nehemias in tertiâ personâ loquitur. Censet Grotius, plures fuisse præfectos à rege Hierosolymis constitutos, è quibus ibi adhuc versantes centum quinquaginta veniens Nehemias nactus fuerit: quod tamen nos in animum inducere non possumus. Dux, de quo Nehemias, unicus fuisse videtur, et nullus fortassè adhuc fuerat post Esdram, uti animadvertimus. (Calmet.)

(2) VERS. 8. — EZIEL AURIFEX. Hebræus: *Eziel filius Araias fusor* metallorum seu vitri; quam vitæ professionem Eziel ejusque pater exercebant.

DIMISERUNT JERUSALEM USQUE AD MURUM PLATEÆ LATIORIS, quod spatium à Chaldæis intactum reparatione non indigebat. Alii aliter vertunt: *Promoverunt*, auxerunt, instauraverunt, clauserunt, vel, ut placet Ludovico de Dieu, straverunt *Jerusalem usque ad latum murum*. (Calmet.)

ET DIMISERUNT JERUSALEM, quòd non fuerint solliciti de instaurando muro meridiano, qui ab eâ parte quæ supra portam Ephraimi erat, usque ad portam Veterem protendebatur, ut superiora et inferiora Jeruschalaima civitatem-

HARACCHACHIM, id est, nepos Haraccachim, vel *pigmentariorum,* sive *aromatariorum.* Est etiam nomen familiæ. JERUSALAIM, id est, murum Jerusalem.

VERS. 9. — PRINCEPS MEDIÆ PARTIS, vel, *dux dimidiæ regionis,* vel, *dimidii* unius *regionis.* Jerusalem distributa erat in regiones, ut Roma quoque olim distributa fuit, quarum dimidiæ parti unius iste præerat; vel, unus erat ex duobus, qui præfecti erant operibus, ad duo scilicet urbis latera: Sallum inf. v. 12, erat præfectus alter (1). (Grot.)

VERS. 10. — ET CONTRA DOMUM SUAM, vel, *et è regione domûs suæ* (2).

VERS. 11. — MENSURAM SECUNDAM, id est, portionem alteram muri, quæ proxima erat illi quæ jam instaurata erat ab Hattus, et quæ æqualis erat parti instauratæ ab Hattus. TURRIM FURNORUM. Sic dictam vel à furnis panificorum, vel à furnis calcariis, sive laterariis. Arab.: *Ad turrim fabrorum murariorum.*

VERS. 12. — HALLOCHES. Cognomen potiùs quàm nomen proprium, significatque *incantatorem.* DIMIDIÆ PARTIS. Vide paulò ante, v. 9, id est, dimidiæ regionis, vel, dimidii unius regionis. IPSE ET FILIÆ EJUS, id est, unà cum filiabus suis (1).

VERS. 13. — *Vallis,* occidentalis, sub. Josaphatæ. ÆDIFICAVERUNT EAM, vel, *extruxerunt,* instauraverunt *eam.* STERCORUM, vel, *Sterquilinii,* ut capite præcedenti, v. 13 (2).

VERS. 14. — BETHACHAREM. In tribu Benjamin, Jerem. 6, 1 (3).

VERS. 15. — POMARII. *Hasschelach* significat *hortum arborum pomiferarum*, ab *extensione*, quòd hùc et illùc extendat ramos, sive propagines suas pomiferas. Alii vertunt: *Piscinæ Siloachi. Juxta* HORTUM. Alii subaudiunt: Quæ decurrebat in *hortum.* Alii nihil subaudiunt, vertentes: *Pomarii horti regis*, id est, quod erat in horto regio (4).

VERS. 16. — POST EUM. Quod priùs dixit, *juxta manum,* vel, *locum ejus*, nunc exponit, dicens: POST EUM. SEPULCRA DAVID. Nomen loci, id est, ad locum qui erat, vel est conque Davidis inter se divideret. Illam partem, utpote minùs necessariam, prætererunt, ut opera magis necessaria citiùs promoverent. (Al. sic:) Significat hos viros non continuò manum operi admovisse, sed designatum reliquisse, ut suo tempore construerent. (Synopsis.)

(1) VERS. 9. — PRINCEPS VICI JERUSALEM. Hebræus: *Princeps dimidii vici Jerusalem*, vel *dimidiæ Jerusalem.* Ea urbs, non secùs ac reliquæ majores urbes, in vicos distribuebatur. Sunt qui credant, in duas partes sectam fuisse Hierosolymam, cujus altera pars esset filiorum Juda, altera Benjamitarum. Censet Grotius, totum opus in duas æquas partes divisum fuisse, singulis autem portionibus ad duo urbis latera constitutum fuisse operis sibi commissi præfectum. Sententiæ huic favet caput 4, 19. *Raphaia* unus erat ex hisce præfectis, alter Sellum. Vide inferiùs, v. 12. Ille Benjamita, hic è tribu Juda. Sed ex narrationis serie discimus, præter duos hosce duarum partium præfectos, alios fuisse qui præessent opificibus è Maspha, Gabaone, Bethsur, Bethacharam et Ceila. Hæ opificum catervæ facilè ex urbibus agri Hierosolymitani veniebant, habebantque sua singulæ loca operi assignata. (Calmet.)

JUXTA EUM ÆDIFICAVIT RAPHAIA. Dicitur Raphaias ædificâsse juxta Anaiam, quia primus post illum ædificavit, licet satis amplum spatium intercederet, quod reparatione non indiguerat. (Menochius.)

(2) VERS. 10. — CONTRA DOMUM SUAM, in eâdem scilicet urbis regione sitam: quod prudenter à Nehemiâ dispositum est, ut quisque tantò majori diligentiâ ædificaret, quantò magis se suaque in tuto collocare desiderabat. (Menochius.)

(1) VERS. 12. — PRINCEPS MEDIÆ PARTIS VICI JERUSALEM. Hebræus: *Princeps dimidiæ partis Jerusalem.* Vide superiùs, v. 9.

SELLUM FILIUS ALOHES. Alohes Hebraicè sonat incantatorem. Quare verti posset: *Sellum filius incantatoris,* quo nomine notus erat pater Sellum, quòd fortè angues excantare nôsset.

(2) VERS. 13. — ET PORTAM VALLIS, sub. *Josaphat.* Hìc demùm Nehemias à parte orientali ad meridianam transilit, quia reliquus murus ab oriente ad septentrionem non ita labefactatus fuit. AD PORTAM STERQUILINII. Extremus hic terminus Jerus. ab oriente. (Synopsis.)

ZANOE, urbs tribûs Juda. (Calmet.)

VERS. 13. — ET PORTAM VALLIS ÆDIFICAVIT HANUN, etc. Hæc est quarta pars, sic autem vocabatur, eò quòd per eam erat egressus versùs vallem Josaphat. (Lyranus.)

(3) VERS. 14. — PRINCEPS VICI BETHACHARAM. Hebr. *Bet-Hacharem*, nomen ejus regionis, seu vici. Oppidum est in tribu Benjam. inter Jerusalem et Tekoah, ex Jerem. cap. 6, 1. (Synopsis.)

ET PORTAM STERQUILINII ÆDIFICAVIT, etc. Hæc est quinta pars, et vocabatur sic ista porta, eò quòd immunditiæ civitatis per illam emittebantur in torrentem Cedron tempore pluviali; civitas enim Jerusalem sita est in declivi montis, et ideò aquæ pluviales descendentes, et secum trahentes immunditias civitatis, habebant cursum versùs illam portam. (Lyranus.)

(4) PAGI MASPHA, vici Jerosolymitani, Maspha appellati, fortassè ab altitudine sitûs, nam Maspha speculam significat.

MUROS PISCINÆ SILOE. Hos muros lateritios fuisse putant, et piscinæ aquas reservatas ad rigandos hortos regios. (Menochius.)

USQUE AD GRADUS QUI DESCENDUNT DE CIVITATE DAVID. Inæqualitas soli, cui insidebat Jerusalem, gradus identidem depositos exigebat, præsertim quibus è civitate David ad Mello seu in urbem inferiorem descensus dabatur. De gradibus sermo etiam redit inferiùs, 12, 36. (Calmet.)

tra, sive è regione sepulcrorum Davidis. Factam, id est, quæ mirâ arte, et miro ingenio atque industriâ constructa erat. Domum Fortium. Nomen loci in Jerusalem (1).

Vers. 17. — Dimidiæ regionis. Vide supra v. 12. Vel princeps erat dimidiæ partis Ceilitarum laborantium. Sic etiam v. seq. (2).

Vers. 18. — Fratres eorum, id est, alii Levitæ. Dimidiæ regionis Chehilah, id est, alterius dimidii regionis, sive vici Ceilah.

Vers. 19. — Ascensus armorum. Nomen loci, sic fortassè dicti quòd in eo angulo reponerentur arma. Anguli, vel, usque ad *angulum*, illum scilicet insignem, flexuram, sive curvaturam muri, quales solent esse in muro cingente urbem. Vulg., *contra ascensum firmissimi anguli* (1).

Vers. 20. — Accendit sese, vel, *inflammavit sese*, q. d., iratus est in seipsum, quòd nondùm instaurâsset murum. Vel flagrante animo instauravit (2).

Vers. 22. — Viri planitiei, id est, qui habitabant in planitie, sive campestribus Jordanis, aut Jericho. Vel potiùs, qui habitabant in planitie quæ est circùm Jerusalem, ut explicatur inf. cap. 12, 28. Habebant tamen etiam domos in urbe Jerusalem (3).

(1) Vers. 16. — Et usque ad piscinam factam. Sic dicitur ad differentiam piscinæ Siloe, quæ ex vicino fonte implebatur: hæc autem manu facta est, et industriâ aquâ pluviâ, etc., implebatur.

Ad domum Fortium. Nomen loci sic dicti, vel 1° quòd ibi juventus Jerosol. militaribus exercitiis excoleretur; vel 2° quòd inde fortes aut arma sumebant, bellum ingressuri; aut, re præclarè gestâ, ibi deponebant, tanquàm virtutis insigne. (Synopsis.)

Piscinam, quæ grandi opere constructa est. Hoc aquarum receptaculum facilè construxit Ezechias, ut sese adversùs Sennacheribum muniret.

Domum Fortium. Innui hìc credimus domicilia custodum corporis Davidis virorumque fortissimorum illius exercitûs, de quibus est sermo in libris Regum et Paralipomenon. (Calmet.)

Hæc domus sic vocatur quia ibi manserunt agonistæ, vel fortè quia fortes David ibi habitabant, quando veniebant ad regem. Et secundùm hoc τὸ *usque ad domum Fortium*, intelligitur exclusivè, quia fortes David cum aliis nobilibus manebant intra secundum murum. (Lyranus.)

Hæc domus sic dicta, vel quòd ibi habitâssent fortes David, vel quòd in eâ Jerosolymitana juventus militaribus exercitationibus excoleretur, ut fortes et periti bellatores fierent; vel quòd milites præsidiarii civitatis David in eâ stationem haberent. (Menochius.)

In Hebræo et Græco vocatur illa domus *Bethangarim*. (Tirinus.)

In hàc domo habitârant triginta fortissimi heroes Davidis, ac postea eorum successores. Videtur enim hæc domus fuisse quasi seminarium vel collegium virorum fortium, qui arma tractarent et bellis præessent docerentque milites præliari. (Corn. à Lap.)

Levitæ, id est, genus leviticum, quod etiam sacerdotes complectitur, ut docent sequentia. (Synopsis.)

(2) Vers. 17. — Princeps dimidiæ partis vici Ceilæ; dimidiæ partis Ceilæ, seu potiùs catervæ opificum è Ceilâ delectorum. Ceila nota est urbs in tribu Judâ. (Calmet.)

Vici Ceila. Hic vicus sive regio erat in monte Sion, et claudebatur muro civitatis à duobus principibus ejus Hasebiâ et Banai. Videtur hic vicus nomen habuisse ab oppido Ceilâ, ad quod olim David se fortiter contra Philistæos gesserat, 1 Reg. 23. (Menochius.)

(1) Vers. 19. — Mensuram secundam, id est, duplam, spatium scilicet quod inter tres turres extendebatur. Portionem in secundo muro. *Secundam*, quoad altitudinem. Prima mensura altitudinem muri ad dimidium attulit, secunda eam complet. Fortè murum priùs humilem extruebant, cùm hostis esset in proximo, etc.; postea, cùm plus esset otii, alii secundam mensuram addiderunt. (Synopsis.)

Princeps Maspha, dimidiæ scilicet partis ejus vici; nam alterius dimidiæ princeps fuit Sellum.

Ascensum firmissimi anguli, quem angulum constituit Villalpandus in medio muri meridiani, in eoque altissimam ac munitissimam turrim, quæ utramque muri partem colligaret ac custodiret, quam quidam putant ab Oziâ constructam, 2 Par. 26, 9. (Menochius.)

Hebræus: *E regione ascensûs armaturæ anguli;* ac si hic mœnium angulus suam haberet arcem, vel armamentarium, vel turrim, quâ duo coeuntia mœnia jungerentur. (Calmet.)

(2) Vers. 20. — Post eum in monte ædificavit Baruch. Provinciam habuit Baruch provinciæ Azer conjunctam. Hebræus: *Baruch accendit sese, et ædificavit post illum.* Iratus est Baruch adversùs Azer, manumque admovit operi post illum. Indignatus est facilè, quòd ille segnem ædificio operam navaret, negligeretque spatium sibi commissum implere. Vel planiùs: Baruch ingenti studio manum operi admovit, sollicitè reparans partem mœnium sibi assignatam. Syrus: *Post eum perrexit Baruch, ac reparavit mensuram sequentem.* Arabs: *Post hunc, munivit Baruch.* Septuaginta: *Post eum tenuit Baruch*, locum sequentem occupavit. (Calmet.)

Post eum in monte, quia ædificavit in secundâ clausurâ murum, qui erat in ascensu montis, eò quòd civitas partim erat in monte, partim in valle, et partim in declivi.

Usque ad portam Domus, τὸ *usque*, tenetur hìc exclusivè, quia domus summi sacerdotis erat intra murum interiorem sive tertium, qui erat intermedius inter habitationem sacerdotum et nobilium, quæ claudebatur muro secundo, de quo hìc agitur. (Lyranus.)

Porta domus Eliasib. Porta non urbis, sed domûs Eliasib pontificis. (Menochius.)

(3) Vers. 22. — Sacerdotes viri de campestribus Jordanis. Legit solùm Hebræus: *Sacerdotes viri planitiei.* Animadverte, cantores fuisse ex agro, vel ex jacente circùm Hiero-

VERS. 23. — POST EUM, id est, post ultimum sacerdotum illorum, sive ex sacerdotibus illis. CONTRA DOMUM SUAM, id est, è regione domûs suæ.

VERS. 24. — MENSURAM SECUNDAM, id est, portionem alteram, ut supra, v. 11. USQUE AD ANGULUM, ET USQUE AD ANGULUM, vel, *usque ad flexuram* (1), illam insignem, vel, *curvaturam*. Posterior particula ponitur expositivè, quòd nomen *Pinnah* sit generalius.

VERS. 25. — PALAL, sub. instauravit. CONTRA ANGULUM, id est, à loco qui erat è regione illius anguli sive flexuræ (2).

VERS. 26. — IN ARCE. In munitione illâ scilicet insigni, sub. instauraverunt. USQUE CONTRA, etc., vel, USQUE E REGIONE PORTÆ. EGREDIENTEM; sic versu sequenti, id est, prominentem (3).

VERS. 27. — MURUM ARCIS, id est, quo cingebatur arx illa insignis (4).

VERS. 28. — SUPER PORTAM EQUORUM, id est, à superiori loco portæ Equorum (5).

VERS. 29. — POST EUM, id est, post ultimum illorum, sive ex illis (1).

VERS. 30. — (2) SEXTUS, sub. filiorum ejus;

solymam regione, de quibus inferiùs, 12, 28. In eodem facilè agro sedes habebant sacerdotes, de quibus hîc. Septuaginta: *Sacerdotes Ecchechar,* servatâ voce Hebræâ *Chechar,* vel *Chicchar,* quæ agrum sonat. (Calmet.)

(1) Nam mons Sion in parte orientali curvitatem introrsùm habebat, ubi excavata erat natatoria Siloe, ad cujus formam etiam murus inflectebatur, donec in medio obtusum quemdam angulum efficeret. (Menochius.)

(2) VERS. 25. — DE DOMO REGIS, palatio Salomonis. IN ATRIO CARCERIS, quod in turri illâ situm erat. (Menochius.)

(3) VERS. 26. — NATHINÆI, id est, Gibeonitæ, HABITABANT IN OPHEL, in vico sic appellato Pars muri dicebatur *Ophel;* vide 2 Par. 27, 3, et 2 Par. 33, 14. In eo excelsa turris exstructa fuit.

CONTRA PORTAM AQUARUM, sic dictam, vel 1° quòd per eam aqua pluvia dilaberetur; vel 2° quòd per eam aqua in urbem invecta est ab aquatoribus: hinc Nathinæi, qui aquatores erant, Jos. 9, 21, juxta illam portam vivunt; vel 3° quòd Nathinæi per eam aquas ad usum templi deferrent. Porta hæc rectà respiciebat medium regii palatii, interjectâ plateâ, quæ *Platea portæ Aquarum* vocabatur. (Synopsis.)

Ante hanc portam platea porrigebatur, ubi Esdras in suggesto coram frequenti totius populi concione legis volumen perlegit. Procul à templo Domini hæc porta removenda non est: respondebat orientali portæ atrii majoris. Vide 2 Esdr. 12, 36. (Calmet.)

(4) VERS. 27. — USQUE AD MURUM. Hic accipitur murus templi largè pro muro qui claudebat habitationem sacerdotum, quia habitatio media non poterat procedere usque ad murum templi, accipiendo propriè; imò atrium sacerdotum, et habitacula eorum erant intermedia. (Lyranus.)

(5) *Porta* hæc *Equorum* dicta, vel quòd ibi equos in hippodromo ad cursum incitarent; vel quòd per eam equi ad torrentem Cedron aquatum ducebantur; vel quòd per eam introducerentur et educerentur equi regii. Vide 2 Reg. 11, 16. Porta Equorum duplex erat: una in muro civitatis, altera in regiâ domo. Porrò, hæc porta erat aquilonaris civitatis Davidis, quâ ibatur ad portam Ephraimi. (Synopsis.)

Ex Athaliæ historiâ discimus, Equorum portam nec à templo nec à palatio abfuisse. Post Rabbinos aliquot affirmat Lyranus, usque ad hanc portam equo vehi fas fuisse illos qui ad templum venirent; ulteriùs verò pedites. (Calmet.)

(1) VERS. 29. — POST EOS ÆDIFICAVIT, etc. Iste non habitabat intra murum interiorem, sed extra; verumtamen domus ejus ex unâ parte jungebatur, seu appropinquabat muro interiori, et ideò ibi ædificavit partem suam. CUSTOS PORTÆ ORIENTALIS, nimirùm templi. (Lyranus.)

(2) VERS. 30. — POST EUM, Hebr. *post me*, qui basilicam vel prætorium ædificabam, et muri partem, supra, v. 7. Est autem modestissimum hoc loquendi genus de seipso; quod Judæi non intelligentes, litteram addiderunt hîc et in seq. versu; τὸ *keri*, sive lectio in margine, est אחריו. Sic omninò legendum, ex analogiâ præcedentium.

SEXTUS inter primarios sacerdotes vel, *sextus* ordine ædificantium.

CONTRA GAZOPHILACIUM SUUM, contra ædem in quâ supellectilem et divitias suas repositas habebat, vel in quâ erat ærarium aliquod hujus curæ commissum. Erant autem indubiè æraria complura, et peculiares singulis quæstores, et domus, ad tantam auri argentique vim, quanta in Templum conferebatur. (Synopsis.)

POST EUM ÆDIFICAVIT HANANIA. Provincia illi data est spatium post Semaiam, versiculo præcedenti recitatum. Ita explicant Septuaginta, Syriacus et Arabicus, eamdemque lectionem postulat analogia versiculorum præcedentium, abjectâ lectione codicum quorumdam Hebraicorum ferentium: *Post me ædificavit Hanania;* ac si Nehemias, qui in hoc censu non describitur, hîc de se loqueretur.

CONTRA PORTAM JUDICIALEM. Reddi potest Hebræus: *Contra portam Imperii,* vel Recensionis, vel Visitationis, cujus nominis rationes nonnisi divinando afferre possumus. (Calmet.)

PORTA JUDICIALIS, seu judiciaria, ea vocatur, in quâ judicia publica instituebantur, quæ ut nunc in curiis, ita olim in aliquâ *portarum* urbis celebrari solebant. Erat hæc Jerosolymis propinqua templo, et portæ Gregis, et eadem esse videtur cum *portâ Custodiæ,* 2 Esdræ 12, v. 38. Neque ducebat extra urbem, sed in *vicum Nathinæorum*, qui juxta turrim *Ophel* erat unus è minoribus vicis, seu regionibus, in quas Jerosolyma divisa erat, ad instar Romanæ urbis; et cuilibet regioni, seu vico suus præerat *princeps*, seu præfectus. (Tirinus.)

Plures erant portæ judiciales; hæc tamen

habuerat enim Salaph multos filios, quorum ille erat sextus. MENSURAM SECUNDAM, id est, portionem alteram, ut supra, v. 11.

VERS. 31. — AURIFICIS, vel, *conflatoris*. Nomen appellativum, non proprium. PORTAM PRÆCEPTI. Alii retinentes nomen Hebræum vertunt, *Portam Miphkad*. Nomen loci, ut *et cœnaculum anguli* (1).

VERS. 32. — AURIFICES ET NEGOTIATORES, id est, qui cognomine dicebantur aurifiçes sive conflatores, et mercatores.

(1) VERS. 31. — CONTRA PORTAM PRÆCEPTI, ἀντονομαστικῶς sic dicitur, tanquàm præcipua, aut negotiorum pondere, aut hominum multitudine. (Sanctius.)

vel *Censûs*, ubi forsan agebatur census populi. (Malvenda.)

E REGIONE PORTÆ MANDATI, sic dicta, quòd ibi Synedrium haberetur, et de Ecclesiæ legibus ibi responderetur consulentibus. (Junius.)

CONTRA PORTAM VISITATIONIS, divinæ scilicet, cujus signis hæc erat proxima. Existimant enim hanc portam ædibus sacerdotum et templo vicinam fuisse. (Wolphius.)

CAPUT IV.

1. Factum est autem, cùm audîsset Sanaballat quòd ædificaremus murum, iratus est valdè : et motus nimis subsannavit Judæos,

2. Et dixit coram fratribus suis, et frequentiâ Samaritanorum : Quid Judæi faciunt imbecilles? num dimittent eos gentes? num sacrificabunt et complebunt in unâ die? numquid ædificare poterunt lapides de acervis pulveris qui combusti sunt?

3. Sed et Tobias Ammanites proximus ejus, ait : Ædificent : si ascenderit vulpes, transiliet murum eorum lapideum.

4. Audi, Deus noster, quia facti sumus despectui : converte opprobrium super caput eorum, et da eos in despectionem in terrâ captivitatis.

5. Ne operias iniquitatem eorum, et peccatum eorum coram facie tuâ non deleatur, quia irriserunt ædificantes.

6. Itaque ædificavimus murum, et conjunximus totum usque ad partem dimidiam : et provocatum est cor populi ad operandum.

7. Factum est autem cùm audîsset Sanaballat et Tobias, et Arabes, et Ammanitæ, et Azotii, quòd obducta esset cicatrix muri Jerusalem, et quòd cœpissent interrupta concludi, irati sunt nimis,

8. Et congregati sunt omnes pariter, ut venirent et pugnarent contra Jerusalem, et molirentur insidias.

9. Et oravimus Deum nostrum, et posuimus custodes super murum die ac nocte contra eos.

10. Dixit autem Judas : Debilitata est fortitudo portantis, et humus nimia est,

CHAPITRE IV.

1. Mais il arriva que Sanaballat ayant appris que nous rebâtissions la muraille, entra dans une grande colère; et dans l'émotion où il était, il insulta aux Juifs,

2. Et dit devant ses frères et un grand nombre de Samaritains : Que font ces pauvres Juifs? Les peuples les laisseront-ils faire? Sacrifieront-ils, et achèveront-ils en un même jour? pourront-ils refaire des monceaux de la poudre, les pierres qui sont brûlées?

3. Mais Tobie Ammanite qui était proche de lui, disait : Laissez-les bâtir; et s'il vient un renard, il sautera par-dessus leur muraille de pierres.

4. O notre Dieu, écoutez, car nous sommes tombés dans le mépris; faites retourner leurs insultes sur leur tête, et livrez-les à la honte dans la terre de la captivité.

5. Ne couvrez point leur iniquité, et que leur péché ne s'efface point de devant vos yeux, parce qu'ils se sont raillés de ceux qui bâtissaient.

6. Nous rebâtîmes donc la muraille, et réparâmes tout jusqu'à la moitié; et le peuple s'encouragea de nouveau à bien travailler.

7. Mais Sanaballat, Tobie, les Arabes, les Ammanites et ceux d'Azot, ayant appris que la plaie des murs de Jérusalem se refermait, et que l'on commençait d'en réparer les brèches, entrèrent dans une étrange colère;

8. Et ils se liguèrent tous ensemble, pour venir attaquer Jérusalem et nous dresser des embûches.

9. Et nous priâmes notre Dieu, et mîmes des gardes jour et nuit sur la muraille, pour nous garantir d'eux.

10. Cependant ceux de Juda disaient : La force de celui qui porte est affaiblie; il y a

et nos non poterimus ædificare murum.

11. Et dixerunt hostes nostri : Nesciant et ignorent, donec veniamus in medium eorum, et interficiamus eos, et cessare faciamus opus.

12. Factum est autem, venientibus Judæis, qui habitabant juxta eos, et dicentibus nobis per decem vices, ex omnibus locis quibus venerant ad nos,

13. Statui in loco post murum per circuitum populum in ordinem cum gladiis suis, et lanceis, et arcubus.

14. Et perspexi, atque surrexi : et aio ad optimates et magistratus, et ad reliquam partem vulgi : Nolite timere à facie eorum. Domini magni et terribilis mementote, et pugnate pro fratribus vestris, filiis vestris, et filiabus vestris, et uxoribus vestris, et domibus vestris.

15. Factum est autem, cùm audîssent inimici nostri nuntiatum esse nobis, dissipavit Deus consilium eorum. Et reversi sumus omnes ad muros, unusquisque ad opus suum.

16. Et factum est à die illâ, media pars juvenum eorum faciebat opus, et media parata erat ad bellum, et lanceæ, et scuta, et arcus, et loricæ, et principes post eos in omni domo Juda.

17. Ædificantium in muro, et portantium onera et imponentium, unâ manu suâ faciebat opus, et alterâ tenebat gladium :

18. Ædificantium enim unusquisque gladio erat accinctus renes : et ædificabant, et clangebant buccinâ juxta me.

19. Et dixi ad optimates et ad magistratus et ad reliquam partem vulgi : Opus grande est et latum, et nos separati sumus in muro, procul alter ab altero :

20. In loco quocumque audieritis clangorem tubæ, illùc concurrite ad nos : Deus noster pugnabit pro nobis.

21. Et nos ipsi faciamus opus : et media pars nostrûm teneat lanceas, ab ascensu auroræ, donec egrediantur astra.

22. In tempore quoque illo dixi populo : Unusquisque cum puero suo maneat in medio Jerusalem, et sint nobis vices per noctem et diem ad operandum.

beaucoup de terre ; et ainsi nous ne pourrons bâtir la muraille.

11. Et nos ennemis disaient : Qu'ils ne sachent point notre dessein, afin que, lorsqu'ils n'y penseront pas, nous venions tout d'un coup au milieu d'eux les tuer et faire cesser l'ouvrage.

12. Mais les Juifs qui demeuraient auprès d'eux, étant venus, et nous ayant marqué dix fois leur dessein, de tous les lieux différents d'où ils venaient à nous,

13. Je rangeai le peuple derrière les murs, à l'entour, avec des épées, des lances et des arcs.

14. Et m'étant levé et ayant considéré *toutes choses*, j'allai trouver les personnes les plus considérables, les magistrats et le reste du peuple, et je leur dis : Ne craignez point leur face ; souvenez-vous du Seigneur, grand et terrible ; et combattez pour vos frères, pour vos fils, pour vos filles, pour vos femmes, et pour vos maisons.

15. Mais nos ennemis ayant su que nous avions été avertis, Dieu dissipa leur dessein. Nous revînmes donc tous aux murailles, chacun à son ouvrage.

16. Depuis ce jour-là, la moitié de leurs jeunes gens était occupée au travail, et l'autre moitié se tenait prête à combattre. Ils avaient leur lance, leur bouclier, leur arc et leur cuirasse ; et les chefs du peuple étaient derrière eux dans toute la maison de Juda.

17. Ceux qui étaient employés à bâtir la muraille, et à porter les charges, ou à charger, faisaient leur ouvrage d'une main, et tenaient leur épée de l'autre ;

18. Car tous ceux qui bâtissaient, avaient les reins ceints d'une épée ; ils travaillaient au bâtiment, et sonnaient de la trompette auprès de moi.

19. Et je dis aux personnes les plus considérables, aux magistrats, et à tout le reste du peuple : Cet ouvrage est grand et de longue étendue ; et nous sommes ici le long des murailles, séparés bien loin les uns des autres.

20. En quelque lieu que vous entendiez le son de la trompette, accourez-y vers nous, notre Dieu combattra pour nous.

21. Cependant continuons de faire notre ouvrage, et que la moitié des nôtres ait toujours la lance à la main, depuis le point du jour jusqu'à ce que les étoiles paraissent.

22. Je dis aussi au peuple en ce temps : Que chacun demeure avec son serviteur au milieu de Jérusalem, afin que nous puissions travailler nuit et jour chacun en notre rang.

23. Ego autem et fratres mei, et pueri mei et custodes qui erant post me, non deponebamus vestimenta nostra : unusquisque tantùm nudabatur ad baptismum.

23. Pour ce qui est de moi, de mes frères, de mes gens et des gardes qui m'accompagnaient, nous ne quittions point nos vêtements, et chacun ne les ôtait que pour les ablutions légales.

TRANSLATIO EX HEBRÆO.

1. Et fuit, cùm audisset Sanballath quòd ædificaremus murum, ira fuit ei, et iratus est multùm, et subsannavit Jehudæos. — 2. Et dixit coram fratribus suis, et exercitu Someron; et dixit : Quid Jehudæi imbecilles faciunt? Numquid dimittent eis? Numquid sacrificabunt? Numquid consummabunt in die? Numquid vivificabunt lapides de acervis pulveris, et isti combusti sunt? — 3. Et Tobiah Hammonites erat apud eum, et dixit : Etiam quod ipsi ædificant, si ascenderit vulpes, rumpet murum lapideum eorum. — 4. Audi, Deus noster, quia sumus despectui, et converte opprobrium eorum in caput eorum, et da eos in despectionem in terrâ captivitatis eorum. — 5. Et ne operias iniquitatem eorum, et peccatum eorum à facie tuâ non deleatur, quia irritaverunt ædificantes. — 6. Et ædificavimus murum, et colligatus est totus murus, usque ad medium ejus, et fuit cor populo ad faciendum. — 7. Et fuit, cùm audisset Sanballath, et Tobiah, et Harabes, et Hammonitæ, et Asdodii, quòd ascendisset longitudo muri Jerusalaim, quòdque cœpissent interrupta concludi, ira fuit eis valdè. — 8. Et conspirârunt omnes pariter, ut venirent ad pugnandum contra Jerusalaim, ut facerent ei errorem. — 9. Et oravimus ad Deum nostrum, et statuimus custodiam juxta eos die ac nocte à facie eorum. — 10. Dixit autem Jehudah : Debilitatæ sunt vires portantis, et humus multa est, et non poterimus ædificare murum. — 11. Et dixerunt hostes nostri : Nesciant, et non videant, donec veniamus in medium eorum, et interficiamus eos, et cessare faciamus opus. — 12. Et fuit, cùm venissent Jehudæi habitantes apud eos, et dicerent nobis decem vicibus ex omnibus locis ex quibus reversi fueritis (fuerant) volunt venire ad nos. — 13. Statui ab inferioribus locis post murum in excelsis, et statui populum per familias cum gladiis suis, lanceis suis, et arcubus suis. — 14. Et vidi, et surrexi, dixique ad optimates, et ad magistratus, et ad residuum populi : Ne timeatis à facie eorum : Domini magni et terribilis mementote, et pugnate pro fratribus vestris, filiis vestris, et filiabus vestris, uxoribus vestris, et domibus vestris. — 15. Et fuit, cùm audissent inimici nostri, quòd notificatum esset nobis, dissipavit Deus consilium eorum, et reversi sumus omnes ad murum, unusquisque ad opus suum. — 16. Et fuit, à die illâ dimidia pars juvenum meorum faciebat in opere, et media pars eorum tenebat lanceas, et scuta, et arcus, et loricas, et principes post omnem domum Jehudah. — 17. Qui ædificabant in muro, et portabant onera, et qui onerabant, unâ manu suâ faciebat opus, et alterâ tenebat gladium. — 18. Et ædificantium unusquisque gladio suo accincti *erant* super lumbos suos, et ædificabant, et clangebant tubâ apud me. — 19. Et dixi ad optimates et magistratus, et ad residuum populi : Opus multum, et latum *est*, et separati *sumus* in muro, remoti unusquisque ab altero. — 20. In loco *in* quo audieritis sonitum tubæ, illùc congregamini ad nos : Deus noster pugnabit *pro* nobis. — 21. Et nos faciamus opus; et media pars eorum tenebat lanceas ab ascensu auroræ usque ad exitum stellarum. — 22. Etiam tempore illo, dixi populo : Unusquisque et puer ejus maneat in medio Jerusalaim, et sint nobis nocte *in* custodiam, et die *in* opere. 23. Nec ego, nec fratres mei, nec pueri mei, neque viri custodes, qui *erant* post me, exuebamus vestimentum nostrum, quisque dimittebat illud *ad* aquas (nec quisquam dimittebat illud, nisi lavandi gratiâ).

COMMENTARIUM.

VERS. 2. — (1) FRATRIBUS SUIS, id est, concivibus, vel sodalibus et sociis. *Et dixit: Quid*, etc., id est, dixit, inquam : Quid, etc. IMBECILLES, vel, *infirmi*, *debiles*, q. d., frustra laborant. NUMQUID DIMITTENT EIS ? sub. gentes. Alii: *Num fortificabuntur ?* q. d., numquid suppetent illis vires ad absolvendum opus illud (1) ?

(1) CUM AUTEM SANABAL, qui erat primus inter Samaritanos.

IRATUS EST VALDE. De Judæorum prosperitate. (Lyranus.)

SUBSANNAVIT. Ita risum præ se ferunt, dùm dolor eos intùs agitat, seque contemnere simulant, quod valdè metuunt. (Wolphius.)

(1) VERS. 2. — DIXIT CORAM FRATRIBUS SUIS. *Fratribus*, vel sanguine, vel gente, vel officio, collegis suis, aliis Cuthæorum præfectis, de quibus supra, 2, 19.

ET FREQUENTIA, etc. Hebr., *et exercitu*, apud milites vociferans, quasi ad arma conclamaret.

NUM DIMITTENT EOS GENTES ? Nimirùm opus absolvere ? Nosne, qui sumus tot et tam validæ gentes sinemus Judæos ædificare ? etc. (Synopsis.)

Numquid sacrificabunt ? id est, numquid offerent hostias, ut solet fieri in dedicatione templi. In die, sub. illâ ab eis præfixâ, id est, quâ statuerunt se perfecturos opus illud ? Numquid vivificabunt, etc. Hebraismus, id est, numquid restituent in pristinum statum lapides illos muri, jam redactos in cinerem, qui scilicet usti fuerunt in expugnatione urbis ?

Vers. 3. — Si ascenderit vulpes; q. d.: Structura tam est infirma, ut si vulpes vim adhibet, eam perforare ac subvertere possit. Rumpet murum. Antecedens pro relativo; q. d.: Si ascenderit vulpes aliqua murum, diruet *illum* (1).

Vers. 4. — Converte opprobrium, vel, *ignominiam.* Et da eos in despectionem, vel, *in prædam*, id est, abeant in captivitatem, et diripiantur bona eorum (2).

Vers. 5. — Et ne operias, etc., q. d., versetur tibi semper ante oculos. Talia sanctorum dicta non sunt imprecatoria; sed partim prophetica, partim approbativa justitiæ divinæ. Non petit Nehemias, ut Deus non ignoscat culpam pœnitentibus, sed impœnitentibus. Non deleatur, etc., q. d., semper memineris ejus. Irritaverunt ædificantes, sub. ipsos, id est, nos; ad verbum, *irritaverunt in conspectu ædificantium*, id est, ad iram provocârunt nos coram ædificantibus.

Vers. 6. — Et colligatus est, vel, *et compactus est.* Ad faciendum, id est, ad perficiendum, sub. opus illud (1).

Vers. 7. — Tobiah, sub. servus ille Ammonites. Quod ascendisset, etc. Alii : *Quòd as-*

(1) Vers. 3. — Si ascenderit vulpes, transiliet murum eorum. Eorum conatus minimè profectò nos terrent : humilibus enim adeò mœnibus defenduntur, ut vulpes nullo negotio illa transiliat. Septuaginta et Arabs : *Ascendet vulpes, destruetque mœnia eorum.* Syriacus : *Evellet lapides murorum eorum.* (Calmet.)

(2) Vers. 4, 5. — *Considérez que nous sommes devenus la fable et le mépris des hommes. Faites retomber leurs insultes sur leurs têtes. Rendez-les un objet de mépris dans le lieu où ils auront été emmenés captifs, ... parce qu'ils se sont raillés de ceux qui bâtissaient.* Les ennemis d'Israël quoique *outrés* intérieurement et piqués jusqu'au vif de l'entreprise par laquelle ce peuple de Dieu s'engageait à rebâtir les murailles de Jérusalem, dont le rétablissement paraissait insupportable à leur jalousie, feignent cependant de n'avoir que du mépris de leur dessein pour mieux couvrir leur colère ; ils s'en raillent et s'en moquent, ainsi que d'un jeu d'enfants : *Laissez-les faire*, disaient-ils, *si un renard vient, il passera par dessus leurs murs de pierre.* Ainsi Dieu permit que le mépris même que ces ennemis de Jérusalem témoignèrent d'abord de ces murs, contribua à les faire croître plus sûrement. Néhémias souffre humblement cette raillerie insolente des peuples voisins. Il ne la repousse point par d'autres outrages ; mais il les combat de la manière du monde la plus redoutable, en n'opposant à leurs insultes que la prière qu'il fait à Dieu, et il l'engage seulement à considérer que le peuple qu'il avait choisi, *était devenu la fable et le mépris des hommes.* Vous savez, Seigneur, lui disait-il, que nous n'avons entrepris de rebâtir Jérusalem que sous vos ordres. Lors donc que nos ennemis se raillent de nous en nous voyant rebâtir votre ville sainte, lorsqu'ils insultent à notre travail, comme à un ouvrage que les renards peuvent détruire, c'est à vous, mon Dieu, qu'ils s'attaquent, c'est de votre toute-puissance qu'ils se jouent, puisque vous vous êtes déclaré le Dieu d'Israël. Il est vrai que ces murailles autrefois si fortes ont été réduites en poudre, ainsi qu'ils nous le reprochent : mais c'a été par un effet de votre justice, qui voulait punir la révolte de votre peuple. Maintenant, Seigneur, que nous nous sommes abaissés sous votre puissance, et que vous nous avez pris en votre protection, nos ennemis pourraient-ils se glorifier d'avoir anéanti vos promesses, et prévalu sur ce peuple, que vous aimez ? *Faites* donc *retomber leurs insultes sur leurs propres têtes.*

Ce qu'il ajoute lorsqu'il dit à Dieu : *Ne couvrez point leur iniquité, et que leur péché ne s'efface point de devant vos yeux*, peut d'abord paraître une prière très-indigne d'un homme juste, tel qu'était Néhémias, dont la charité, comme celle de tous les saints, semblait devoir le porter plutôt à prier Dieu que leur péché fût effacé de devant ses yeux, et leur iniquité couverte par l'abondance de sa divine miséricorde. Mais il faut savoir, comme l'a fort bien remarqué un interprète (*Estius*), que ces sortes de prières qui se trouvent fort souvent dans les Ecritures, ont été dans la bouche des prophètes ou des autres hommes animés de l'Esprit de Dieu, non pas des imprécations et des effets de leur haine, ce qui eût été incompatible avec leur charité, mais des prophéties ou des déclarations authentiques qu'ils faisaient de ce que la divine justice préparait à ses ennemis, s'ils persistaient dans l'obstination de leur péché. Or, il n'y a guère de caractère plus visible de la réprobation de ces méchants, que lorsqu'ils insultent avec le dernier mépris aux vrais serviteurs de Dieu ; et qu'en se jouant de son peuple, ils se rient en quelque façon de lui-même. Il est néanmoins tout-puissant pour les toucher et les convertir. Mais l'Esprit-Saint faisait sans doute parler prophétiquement Néhémias touchant ces hommes impies, qui furent jusqu'à la fin endurcis dans leur haine contre Israël et contre le Seigneur son Dieu. (Sacy.)

(1) Vers. 6. — Usque ad medium ejus, vel 1° quoad longitudinem ; id est : Dimidia urbis pars muro clausa est ; vel 2° quoad altitudinem ; q. d. : Tota longitudo muri perfecta fuit, sed non tota altitudo, nam dimidium altitudinis muri supererat extruendum. Huic sensui nonnihil favet quod Tobias innuebat de humilitate muri. (Synopsis.)

cendisset medicina, malagma, emplastrum, *super muros*, id est, quòd instaurati, ac reparati essent muri. Metaphora sumpta à chirurgis, qui imposito malagmate sive emplastro, vulnera curant, quæ dùm coeunt, sanantur. Ita muri cùm obturantur et instaurantur, videntur sanari. Vide eamdem locutionem 2 Paral. 24, 13. INTERRUPTA CONCLUDI, vel, *fracta* muri *obturari*, id est, conjungi (1). IRA FUIT EIS, vel, *succensus est furor eorum.*

VERS. 8. — UT FACERENT EI ERROREM. Ei, pronomen istud refert Nehemiam, vel populum Jerosolymitanum, id est, ut redderent eos palatos et errantes, ac vagantes, sive inopes consilii, ut nescirent quid facturi essent. Alii exponunt, ut molirentur eis insidias, aut ut verterent eos in fugam (2).

VERS. 9. — ET ORAVIMUS. Ego scilicet Nehemias, et principes populi. Plebs enim despondebat animum, et desperabat de viribus suis.

(1) VERS. 7. — QUOD OBDUCTA ESSET CICATRIX MURI : id est, totus murus in longum productus est. (Malvenda.)

INTERRUPTA (vel *fracta* muri) CONCLUDI. Hinc colligo omnes muros Jerusalem neque à Chaldæis excisos fuisse, neque à Judæis de integro ædificatos : quare muri non dicuntur collapsi, sed interrupti. τὸ פרץ est *dividere*, vel *rumpere*, non autem, *sternere.* (Sanctius.)

(2) VERS. 8. — CONGREGATI SUNT OMNES PARITER, UT PUGNARENT CONTRA JERUSALEM. Narrant Judæi, Samaritanos, exercitu centum et octoginta millibus instructo, adversùs Hierosolymam profectos, collectis ab Esdrâ et Nehemiâ trecentis sacerdotibus, majore anathemate inustos fuisse. Sacerdotes sequebatur trecentorum juvenum præsidium, alterâ manu tenentium legis codices, alterâ tubam. Canebant illi tubis, simulque, jaculabantur in Cuthæos anathema, dirisque devovebant eos, qui panem cum illis gustaturi essent, quasi comestæ suillæ reos. Simul Deo supplicabant, ut à resurrectione illos excluderet, nec in Judaismum recipi pateretur. Ejusmodi minarum terror adeò corripuit Samaritanos, ut fugâ sese proripientes, liberum permiserint Nehemiæ cæterisque ædificium. Bellam adeò historiolam nullo Scripturæ testimonio fulciri, proh quantùm dolemus! (Calmet.)

Procedunt hostes adversùs Jerusalem, quasi cineribus reviviscentem, non quòd auderent Judæos aperto Marte obruere, quos sciebant regiâ auctoritate fulciri; sed per *insidias* et clam conabantur imparatos invadere, disturbare et perdere. (Tirinus.)

CONGREGATI SUNT. Rectiùs conjurârunt, ut vel vi, vel dolo eos impedirent. (Sanctius.)

ET MOLIRENTUR INSIDIAS, ולעשות לו תרעה: *Et ad faciendum ei errorem, impedimentum*, vel *aberrationem*, scilicet à scopo sive instituto. Alii sic reddunt : *Negotiumque ei facesserent, et molirentur ipsi* populo *negotium anceps, et irritum facerent opus*, scilicet ædificii. (Synopsis.)

JUXTA EOS, qui scilicet laborabant in instauratione et reparatione muri (1). A FACIE EORUM, sub. qui laborabant in instauratione templi; id est, ne quippiam detrimenti acciperent ab hostibus, neve hostes adorirentur eos imprudentes, ac incautos, ac nihil tale cogitantes.

VERS. 10. — DIXIT AUTEM JEHUDAH : id est, dixerunt aliqui ex Judæis. PORTANTIS, vel, *bajuli.* Sing. pro plur., id est, infirmæ ac debiles factæ sunt vires bajulorum, id est, eorum qui portant lapides ac reliqua necessaria ad instaurationem muri. ET HUMUS MULTA *est*, vel, *et pulvis multus* est, id est, calx cum arenâ, ex quâ fit intritum comportandum ad murum ipsum. Alii : *Plurimùm ruderis* est. ET NON POTERIMUS, sub. liberè. Alii vertunt : *Ut non possimus instaurare murum* (2).

(1) VERS. 9. — POSUIMUS CUSTODES. Justa defensio ex regis edicto contra satrapas. Vide prudentiam Nehemiæ, qui diu noctuque custodias non intermittit, etc. In periculis ad Deum confugiendum est; interim media non sunt negligenda, ne Deum tentemus. (Synopsis.)

(2) VERS. 10. — DEBILITATA EST FORTITUDO PORTANTIS, ET HUMUS NIMIA EST; eorum qui onera vehunt, vires defecêre, immensaque est humus removenda : quare ab ædificio cessandum erit. Vanas ejusmodi causationes objiciebant Judæi quidam, laboris magnitudine et minis Samaritanorum territi. Hebræus ad litteram : *Impegit virtus bajuli, et pulveris multæ.* Qui vehunt onera, arenam, calcem, saxa, succumbunt labori; nimiùm adhuc ruderum est atque humi efferendæ : impares huic labori sumus. Aliter : Servorum onera ferentium vires exhaustæ sunt; nimiùm adhuc exigitur calcis et arenæ, ut opus absolvatur : nunquàm supremam illi manum imponemus. Arabs ab Hebræo recedit : *Erat animus Judæorum fortis, et bajuli terræ multi erant; at non poteramus ædificare murum.* Septuaginta : *Contrita est fortitudo inimicorum, et humus multa, et nos non poteramus ædificare in muro.* (Calmet.)

Cependant les Juifs disaient : Ceux qui sont occupés à porter se trouvent fort fatigués. Il y a beaucoup de terre à ôter, et ainsi nous ne pourrons bâtir la muraille. Dieu permet, pour éprouver davantage la fermeté et la foi de Néhémias, que non seulement les ennemis déclarés du peuple de Dieu entreprennent de traverser son ouvrage, mais que quelques-uns des Juifs mêmes se soulèvent en quelque façon contre lui par leurs murmures. Ils commencent à se plaindre qu'ils sont accablés par la grandeur du travail. La vue des monceaux de terre et des ruines des anciens murs, qu'il fallait nécessairement remuer pour en rebâtir de neufs, les étonne, et ils désespèrent enfin de pouvoir venir à bout de l'ouvrage qu'ils ont entrepris : *Nous ne pourrons* jamais, disent-ils, *bâtir la muraille.* C'est ainsi que le grand Apôtre, travaillant depuis à la fondation des saintes Églises, ne voyait que combats au-dehors, et que frayeur au-dedans : *Foris pugnæ, intùs timores.* Mais Dieu, *qui console les humbles* et les

Vers. 11. — Nesciant, et non videant, id est, ne resciant quid eis moliamur, neque videant nos, donec aggrediamur eos, atque obruamus incautos, et nihil tale cogitantes, ut eos intermittere faciamus reparationem muri.

Vers. 12. — Decem vicibus, id est, multis vicibus, sive frequenter. Numerus certus pro incerto. Ad nos, id est, ad vos: non enim separant sese ab aliis Judæis, hoc est, volunt nos adoriri imprudentes ac incautos, et nihil tale cogitantes. Istud, *ex quibus reversi fueritis,* significat, tempore quo revertemini à cibo, vel sub noctem. Sensus Vulgatæ satis planus est ; nempe, undique veniebant indices idem indicantes. Alii vertunt : *Ex omnibus locis*, ad restaurandam urbem confluxistis, *utique revertimini ad nos* : id est, nobiscum pacem cum Sanballato colite (1).

Vers. 13. — Ab inferioribus locis post murum in excelsis ; id est, in illis murorum partibus, quæ cùm nondùm in altum extructæ

affligés, *le consola*, comme il le dit, et le soutint puissamment dans cet état si pénible. Il le fit aussi à l'égard de Néhémias : car il le mit en état d'encourager tous ses frères par ses saintes exhortations, en les faisant souvenir de la grandeur et de la puissance du Dieu pour lequel ils travaillaient. Et il le mit à couvert en même temps du mauvais dessein de ses ennemis, qui, pour l'attaquer plus sûrement, avaient résolu de venir le surprendre *dans le temps qu'il y penserait le moins.* Le Seigneur lui envoya donc de divers endroits des Juifs établis parmi ces peuples, qui vinrent lui découvrir ce qu'ils avaient reconnu du mauvais dessein de leurs communs ennemis. Ainsi il trouva moyen de s'assurer contre toutes leurs entreprises, et de rendre vains tous leurs projets.

Il arrive aussi très-souvent que ceux qui sont engagés par la divine vocation de leur baptême à travailler en commun aux réparations de la céleste Jerusalem, dont tant de pierres vivantes sont tombées par la chute des anges prévaricateurs, et dont les élus de Dieu s'efforcent sans cesse de remplir les places vides, se laissent aller au murmure et au découragement par la vue du grand travail qu'il est nécessaire de soutenir pour achever un si saint ouvrage. Nous sommes, disent ces Chrétiens à l'exemple de ces lâches Israélites, *fatigués à porter* toujours des fardeaux. Nous ne voyons devant nous *que de grands monceaux de terre à transporter.* Nous désespérons de pouvoir finir ce travail, *et bâtir cette muraille* de Jérusalem. Mais que ceux qui parlent ainsi écoutent le Fils de Dieu qui leur crie à haute voix dans l'Evangile : *Venez à moi, vous tous qui êtes fatigués et chargés, et je vous soulagerai. Prenez mon joug sur vous, et apprenez de moi que je suis doux et humble de cœur, et vous trouverez le repos de vos âmes. Car mon joug est doux, et mon fardeau est léger.* Il faut donc nécessairement que la douceur et l'humilité évangéliques manquent à ces personnes, puisque Jésus-Christ assure que ceux qui sont doux et humbles de cœur trouvent le repos de leurs âmes. Il faut qu'étant fatiguées et chargées, elles négligent d'aller au Sauveur, puisqu'il déclare formellement qu'il soulagera celles qui viendront à lui. Il faut enfin que le joug dont elles se chargent ne soit pas celui du Fils de Dieu, ou qu'il soit au moins accompagné de quelque autre joug, puisqu'il ne nous peut tromper en nous disant que son joug est doux, et que son fardeau est léger. Qu'elles se souviennent donc que saint Paul témoigne que l'on n'accomplit la loi de Jésus-Christ, qu'en portant les fardeaux les uns des autres. Qu'elles comparent, comme fait encore le même Apôtre, toutes les fatigues, tous les fardeaux et tous les travaux de la vie présente, avec la gloire qui en doit être la récompense, et elles reconnaîtront comme lui que toutes les afflictions que l'on souffre en cette vie sont très-légères et d'un moment, au lieu que la gloire souveraine et incomparable qu'elles procurent sera éternelle, et, selon son expression, d'un poids éternel. *Quod in præsenti est momentaneum et leve tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis.*

Allons donc à Jésus-Christ, comme il nous l'ordonne, lorsque nous sommes fatigués et chargés. Et ne craignons plus le travail, du moment que nous commençons à nous appuyer sur le secours de celui qui nous promet si solennellement de nous soulager. Ne disons plus, comme ces Juifs effrayés, que nous ne pourrons achever de *bâtir les murailles* de Jérusalem, mais *ayons*, comme l'Apôtre, *une ferme confiance, que celui qui a commencé en nous le saint ouvrage* de notre salut, *l'achèvera* et *le perfectionnera* de plus en plus, *jusqu'au jour de* Jésus Christ. Soyons consolés par l'assurance que saint Pierre nous a donnée, *que le Dieu de toute grâce qui nous a appelés en Jésus-Christ à son éternelle gloire, nous perfectionnera, nous affermira, nous fortifiera après que nous aurons souffert quelque temps.* Enfin n'oublions jamais que le Fils de Dieu ne promet notre salut qu'à notre persévérance : *Qui autem perseveraverit usque in finem, hic salvus erit.* (Sacy.)

(1) Vers. 12. — Judæis dicentibus nobis per decem vices, ex omnibus locis, quibus venerant ad nos. Mixti inter Cuthæos Judæi, *decies*, id est, sæpiùs è variis locis Nehemiam adivêre, illum de iis monituri quæ adversarii moliebantur. Hebræus : Venerunt ad nos *ex omnibus locis quibus reversi estis ad nos.* Reversi *estis* pro, reversi *sunt.* Septuaginta, Syriacus et Arabs, quemadmodùm et Vulgata, legunt, *venerunt*, quod tamen illi ad Hebræorum adversarios referunt : *Venerunt in nos ex omnibus locis,* ex omnibus scilicet locis ubi diversantur. Undique in nos concurrerunt. Ludovicus de Dieu vertit : Judæi qui inter Cuthæos versantur, sæpè sæpiùs nos vocantes, dixerunt : *Revertimini ad nos*, et colite, uti nos, amicitiam Sanaballat : pacem cum illo tuemini. Vel potiùs : *Revertimini domum singuli*, ne operi pervicaciùs insistite, ne denique opprimamini, et dissipemini ab hostibus. Sed Vulgatæ sensus pronior est et melior. (Calmet.)

essent, facilè poterant hostium ascensu superari, in summitatibus saxorum statui, etc. (1).

VERS. 14. — ET VIDI, *et* SURREXI, id est, cùm aspexissem instructam aciem, surgens dixi, id est, habui orationem ad optimates. A FACIE EORUM, id est, ab eis. TERRIBILIS, id est, qui cuivis metum ac terrorem incutere potest. ET PUGNATE, sub. alacriter, sive alacri animo.

VERS. 15. — NOTIFICATUM ESSET NOBIS, id est, quòd detectæ essent nobis eorum insidiæ. DISSIPAVIT, ad verbum, *et dissipavit.* ו tantùm convertit futurum in præteritum (2).

VERS. 16. — DIMIDIA PARS JUVENUM MEORUM. Omnis populus gladio accinctus operi incumbebat; at dimidia pars servorum Nehemiæ, vel selectæ ab eo juvenum turmæ in excubiis manebat ad subitos hostium impetus repellendos. PRINCIPES POST OMNEM DOMUM JEHUDAH; id est, urgebant illos, ut diligentiùs operarentur, vel præerant illis (3).

VERS. 17. — UNA MANU SUA FACIEBAT, sub. quisque, *opus.* Proverbialis est dicendi modus; sic juris utriusque peritus unâ manu dicitur civile jus tractare, alterâ jus canonicum. Sensus est Judæos ad utrumque fuisse intentos, ut et opus facerent ædificandi muros, et gladio accincti parati essent ad defensionem contra hostes (1).

(1) VERS. 13. — STATUI IN LOCO POST MURUM PER CIRCUITUM POPULUM IN ORDINEM. Hebræus: *Statui ab inferioribus locis post murum in petris.* Quî verò hæc inter se cohæreant? *Statui in inferioribus in petris.* Contrarium potiùs exprimendum videbatur: *Statui in locis editissimis.* Responderi potest, constituisse populum post mœnia in rupibus, quæ locis humilioribus imminebant, ut telorum jactu hostem repellerent. Apud Septuaginta constituti dicuntur in locis, ubi mœnibus protegerentur. Reddi etiam potest Hebræus: *Statui in locis purgatis, retrò et infra mœnia.*

(2) VERS. 15. — CUM AUDISSENT, etc., DISSIPAVIT DEUS, etc. Retectis insidiis procedere non poterant, sed animos desponderunt: spem enim totam in silentio et subitâ irruptione posuerant. (Synopsis.)

(3) VERS. 16. — MEDIA PARS JUVENUM EORUM FACIEBAT OPUS, ET MEDIA PARATA ERAT AD BELLUM. Hebræus legit: *Dimidium puerorum meorum,* servorum, copiarum, *facientes in opere, et media pars eorum tenentes lanceas,* etc. Itaque qui Nehemiæ parebant, à reliquo populo in eâ re distinguebantur, quòd cæteri armati opus urgerent, dimidia verò pars subditorum Nehemiæ labori incumberent, reliqua pars armata excubias ageret, parata semper ad populi defensionem adversùs aggressores. Si quis Vulgatæ lectionem servàrit, ille utique reputabit, primò quidem Nehemiam imperâsse, ut dimidia populi pars in armis esset, cùm reliqui occuparentur labore; deinde verò mutato consilio jussisse omnes incumbere operi, præter paucos, quos apud se habebat: ii verò qui ædificio vacarent, suspensum lateri ensem ferrent, ut versiculo sequenti narratur. (Calmet.)

(1) VERS. 17. — UNA MANU FACIEBAT OPUS, ET ALTERA TENEBAT GLADIUM. Id sive de universo populo, sive de populi dimidio, sive de fabris cæmentariis, aliisque operis, vel servis intelligendum est: *Unâ manu agebant in opere, alterâ tenebant arma.* Phrasis hæc proverbium sapit, ut nihil aliud significet præter quàm quod versiculo sequenti exprimitur: *Ædificantium unusquisque gladio erat accinctus renes.* Profectò quî fieri potest, ut quis alterâ manu opus exequatur, alterâ semper gladium teneat? Ita pariter Ovidius scribentem inducit Canacen, Æoli filiam, ad Macareum:

Dextra tenet calamum, strictum tenet altera ferrum.

Quorum quidem verborum sententia est: Dùm ad te scribo, parata sum ensem intra viscera condere. Maluerim ego in hanc sententiam exponere: *Unâ manu faciebant opus, et alterâ tenebant spiculum,* ponè scilicet habebant apud se, et præterea, v. 18: *Unusquisque gladio accinctus renes.* Habebant ponè juxta se hastam vel spiculum vibrandum in hostes, et ensem lateri appensum. Prior Hebræa vox השלח, significat βελίδα, jaculum; altera חרב ῥομφαίαν, ensem. (Calmet.)

Sic olim Hispani assiduè cùm Saracenis Hispaniam occupantibus confligentes, cùm orarent, aut quid aliud agerent, gladium ad manus habebant, ut eos incursantes propellerent: unde mos adhuc viget, ut nunc quoque rustici in Hispaniâ gladiati incedant, imò non arent nisi gladio accincti. Sic etiamnùm Hungari ab aratro prosiliunt ad arma, cùm vicini Turcæ repentè eos invadunt.

Allegoriam et tropol. vide apud Bedam, qui ait: « Ædificantes namque gladio accinguntur « renes, cùm hi qui bonis insistunt operibus, « et commissos sibi regulari curant ratione « disponere (hoc enim est vivos lapides in ædi- « ficio Ecclesiæ ordine competenti locare) « fluxo in se luxuriæ acumine verbi Dei re- « stringere satagunt. » Igitur dùm orationi, operi charitatis, prædicationi, aliisque piis virtutum actibus, quibus fabricam spiritalem meritorum in animâ construimus, insistimus, alterâ manu teneamus gladium mortificationis, quo carnis tentationes et diaboli mundique suggestiones vanæ gloriæ, superbiæ, invidiæ, gulæ, libidinis, etc., fortiter repellamus, imò à nobis amputemus. Hæc sunt *arma justitiæ,* quibus quemlibet fidelem *à dextris et sinistris* communit Apostolus 2 Corinth. 6, 7, et fusiùs Ephes. 6, 13: *Induite,* inquit, *armaturam Dei, ut possitis resistere in die malo, et in omnibus perfecti stare.* Deinde Panopliam, quâ militem Christi à capite ad talos obarmat, assignat, nimirùm cingulum veritatis, loricam justitiæ, calceum præparationis Evangelii, scutum fidei, galeam salutis et gladium spiritûs, quod est verbum Dei. (Corn. à Lap.)

VERS. 17, 18. — *Ceux qui étaient employés à bâtir les murs..., faisaient leur ouvrage d'une main, et tenaient l'épée de l'autre,* etc. C'est l'état où la malice des ennemis d'Israël réduisit le peuple de Dieu, de bâtir d'une main avec la truelle, et d'avoir l'epée dans l'autre

VERS. 18. — ET CLANGEBANT TUBA APUD ME, id est, qui clangebant tubâ militari et bellicâ, erant apud me.

VERS. 19. — MULTUM ET LATUM EST, id est, magnum et spatiosum. SEPARATI SUMUS, vel, *divulsi ab invicem.* Seipsum mox declarat, cùm dicit, *remoti*, vel distantes *unusquisque ab altero*, id est, alii ab aliis.

VERS. 21. — NOS FACIAMUS. Quidam vertunt: *Nos interim operabamur.* ET MEDIA PARS EORUM. Nempe juvenum qui illic aderant; de quibus paulò supra, versu 16. AB ASCENSU AURORÆ, etc., id est, à tempore quo ascendit aurora supra horizontem, hoc est, ab ortu auroræ, usquedùm egrederentur stellæ, id est, apparere

pour se défendre. C'est ainsi que l'ancienne Jérusalem des Juifs fut rebâtie, et c'est ainsi que la nouvelle Jérusalem des Chrétiens se bâtit encore, et se bâtira jusqu'à la fin des siècles. Les Anges déchus de cette céleste cité par leur orgueil, ne cessent point et ne cesseront jamais, tant que le monde durera, de l'attaquer en la personne des fidèles. Ils s'efforcent et par eux-mêmes et par le cruel ministère de ceux qu'ils animent de leur fureur, d'empêcher la consommation de cette ville sainte, d'où ils sont éternellement exclus. Mais que ceux qui appartiennent à la vraie race d'Israël écoutent avec respect ces paroles si consolantes de Néhémias : *Ne craignez point ces ennemis* qui veulent vous imprimer de la terreur. *Souvenez-vous que le Seigneur* que vous servez *est grand et terrible*, *et combattez* généreusement *pour vos frères.* Qu'ils ne soient point effrayés par le *rugissement de ces lions qui tournent sans cesse*, comme dit saint Pierre, *pour les dévorer.* Mais qu'ils leur *résistent*, selon l'avis du même Apôtre, *en demeurant fermes dans la foi*, et qu'ils se soutiennent par cette pensée continuelle, *que leurs frères qui sont répandus dans tout le monde souffrent les mêmes afflictions qu'ils souffrent eux-mêmes.*

Il ne faut donc pas que nous nous attendions à travailler dans un plein repos à l'édifice de notre sainte cité. Le soulagement que Jésus-Christ nous promet n'exclut ni les croix ni les souffrances ; mais il consiste à faire trouver de la douceur dans ces mêmes croix, comme l'Apôtre témoigne effectivement qu'il *sentait de la satisfaction et de la joie dans les faiblesses, dans les outrages*, *dans les nécessités*, où il se trouvait réduit, *dans les persécutions et dans les afflictions pressantes* qu'il souffrait pour Jésus-Christ, et qu'il *ne voulait se glorifier en aucune autre chose qu'en la croix de notre Seigneur.* Ainsi il se faut armer, comme saint Paul, *des armes de la justice.* Il faut *se revêtir*, selon qu'il le dit, *de toutes les armes de Dieu*, pour *pouvoir nous défendre des embûches et des artifices du démon*, et pour *pouvoir résister au jour mauvais.* Car c'est ainsi qu'en portant dans une main *l'épée spirituelle*, figurée par celle que tenaient ces Juifs, l'on est en état de travailler sûrement à l'édifice de la sainte Jérusalem, sans craindre toutes les insultes des ennemis de notre salut. (Sacy.)

inciperent. Videntur enim antea quasi esse in cubiculis in quibus delitescant : hoc est, ab aurorâ usque ad noctem.

VERS. 22. — IN OPERE, id est, noctu custodiant nos, et interdiù operentur in muro (1).

VERS. 23. — NEC EGO, NEC FRATRES MEI, etc., id est, nunquàm exuebamus nos, sive deponebamus vestes et arma, sive per diem, sive per noctem (2). QUISQUE DIMITTEBAT ILLUD AD AQUAS; ad verbum, *cujusque depositio*, expoliatio *ejus* ad *aquas*, id est, quisque exuebat vestes suas tantùm cùm vellet sese mundare et sanctificare, vel, *cujusque ensis* erat in manu suâ etiam ad *aquas*, expiatorias scilicet, sive lustratorias, id est, quando ibat ad aquas illas expiatorias, hoc est, cùm vellet sese expiare et lustrare. Alii exponunt: Etiam in lotio reddendo quisque gladium suum tenebat. Alii : *Unicuique* ob periculum et diligentiam *telum suum*, et *aqua* ad sitim sedandam.

(1) VERS. 22. — UNUSQUISQUE CUM PUERO SUO MANEAT IN MEDIO JERUSALEM. Hactenùs quisque domum suam cubitum revertebatur, quique in agro habitabant, singulis vesperis urbe egressi, manè redibant ad opus. Sed Nehemias subitam hostium invasionem veritus, ut omnes intra urbis ambitum sese continerent, imperavit. (Calmet.)

(2) VERS. 23. — EGO AUTEM ET FRATRES MEI, ET PUERI MEI, ET CUSTODES QUI ERANT POST ME NON DEPONEBAMUS VESTIMENTA, ut ego quasi dux cæteros cives et milites idem facere docerem, non tam verbo et jussu, quàm facto et exemplo, ut scilicet vestes et arma noctu non deponerent, juxta illud ducis illius apud Livium lib. 7 : « Facta, non dicta mea, vos, milites, « sequi volo : nec disciplinam modò, sed exem- « plum etiam à me petere. » Quod fecit Cato, de quo Lucanus libro 9 :

Ipse manu sua pila gerens præcedit anheli
Militis ora pedes: monstrat tolerare labores,
Non docet.

Simili modo cùm in Belgio degerem, Marchio Spinola biennio obsidens Ostendam, per septem integros menses dormiens vestes nunquàm exuit, atque hâc suâ vigilantiâ tandem urbem in maris faucibus sitam, ideòque quasi inexpugnabilem cepit, magnâque nominis sui gloriâ, de eâ triumphavit.

UNUSQUISQUE TANTUM NUDABATUR AD BAPTISMUM, cùm nimirùm vellet corpus abluere, seque mundare. Judæi enim tum ob immunditiem legalem, quam contactu rei legaliter immundæ, v. g., ex conversatione cum gentilibus facilè contrahebant ; tum ob calorem indeque sudorem et fœtorem, tum ob sordes aliunde contractos (unde Ammianus libro 2, et Martial. libro 4, epigram. 4, Judæos appellant fœtentes), crebrò totum corpus abluebant, imò vestes quoque et lectos. (Corn. à Lap.)

FILII NOSTRI ET FILIÆ NOSTRÆ MULTÆ SUNT NIMIS ; emphaticè dictum ; q. d. : Quod est benedictio, nobis in maledictionem acerbissimam convertitur. (Junius.)

CAPUT V.

1. Et factus est clamor populi et uxorum ejus magnus, adversùs fratres suos Judæos.

2. Et erant qui dicerent : Filii nostri, et filiæ nostræ multæ sunt nimis : accipiamus pro pretio eorum frumentum, et comedamus et vivamus.

3. Et erant qui dicerent : Agros nostros et vineas, et domos nostras opponamus, et accipiamus frumentum in fame.

4. Et alii dicebant : Mutuò sumamus pecunias in tributa regis, demusque agros nostros et vineas :

5. Et nunc sicut carnes fratrum nostrorum, sic carnes nostræ sunt, et sicut filii eorum, ita et filii nostri. Ecce nos subjugamus filios nostros et filias nostras in servitutem, et de filiabus nostris sunt famulæ, nec habemus unde possint redimi, et agros nostros, et vineas nostras alii possident.

6. Et iratus sum nimis, cùm audîssem clamorem eorum secundùm verba hæc.

7. Cogitavitque cor meum mecum : et increpavi optimates et magistratus, et dixi eis : Usurasne singuli à fratribus vestris exigitis? Et congregavi adversùm eos concionem magnam,

8. Et dixi eis : Nos, ut scitis, redemimus fratres nostros Judæos, qui venditi fuerant gentibus, secundùm possibilitatem nostram ; et vos igitur vendetis fratres vestros, et redimemus eos? et siluerunt, nec invenerunt quid responderent.

9. Dixique ad eos : Non est bona res quam facitis : quare non in timore Dei nostri ambulatis, ne exprobretur nobis à gentibus inimicis nostris?

10. Et ego et fratres mei, et pueri mei, commodavimus plurimis pecuniam et frumentum : non repetamus in commune istud, æs alienum concedamus, quod debetur nobis.

11. Reddite eis hodie agros suos, et vineas suas, et oliveta sua, et domos suas : quin potiùs et centesimam pecuniæ, frumenti, vini et olei, quam exigere soletis ab eis, date pro illis.

CHAPITRE V.

1. Alors s'éleva un cri parmi le peuple et les femmes contre les Juifs leurs frères.

2. Et il y en avait qui disaient : Nous avons trop de fils et de filles ; vendons-les, et en achetons du blé pour nous nourrir, et pour avoir de quoi vivre.

3. D'autres disaient : Engageons nos champs, nos vignes et nos maisons, afin d'en avoir du blé dans notre besoin pressant.

4. D'autres disaient encore : Empruntons de l'argent des tributs du roi, et donnons nos champs et nos vignes.

5. Toutefois notre chair est comme la chair de nos frères, et nos fils sont comme leurs fils. Voici que nous réduisons en servitude nos fils et nos filles, et nous n'avons rien pour acheter celles de nos filles qui sont esclaves ; et d'autres possèdent nos champs et nos vignes.

6. Lorsque je les entendis se plaindre de la sorte, j'entrai dans une grande colère.

7. Et je consultai en moi-même et je fis une réprimande aux principaux du peuple et aux magistrats, et je leur dis : Exigez-vous donc de vos frères des intérêts usuraires de ce que vous leur donnez? Et je convoquai une grande assemblée du peuple contre eux ;

8. Et je leur dis : Vous savez que nous avons racheté, autant que nous l'avons pu, les Juifs, nos frères, qui avaient été vendus aux nations. Est-ce donc que vous vendrez vos frères, et qu'il faudra que nous les rachetions? Ils demeurèrent dans le silence, et ne surent que *me* répondre.

9. Je leur dis ensuite : Ce que vous faites n'est pas bien ; pourquoi ne marchez-vous pas dans la crainte de notre Dieu, afin de ne pas nous exposer aux reproches des peuples qui sont nos ennemis?

10. Mes frères, mes gens et moi, nous avons prêté à plusieurs de l'argent et du blé ; accordons-nous tous à ne leur rien demander, et à leur faire remise de ce qu'ils nous doivent.

11. Rendez-leur aujourd'hui leurs champs et leurs vignes, leurs plants d'oliviers et leurs maisons ; payez même pour eux le centième de l'argent, du blé, du vin et de l'huile que vous avez coutume d'exiger d'eux.

12. Et dixerunt : Reddemus, et ab eis nihil quæremus : sicque faciemus ut loqueris. Et vocavi sacerdotes, et adjuravi eos, ut facerent juxta quod dixeram.

13. Insuper excussi sinum meum, et dixi : Sic excutiat Deus omnem virum qui non compleverit verbum istud, de domo suâ, et de laboribus suis : sic excutiatur, et vacuus fiat. Et dixit universa multitudo : Amen. Et laudaverunt Deum. Fecit ergo populus sicut erat dictum.

14. A die autem illâ quâ præceperat rex mihi ut essem dux in terrâ Juda ab anno vigesimo usque ad annum trigesimum secundum Artaxerxis regis, per annos duodecim, ego et fratres mei annonas, quæ ducibus debebantur, non comedimus.

15. Duces autem primi, qui fuerant ante me, gravaverunt populum, et acceperunt ab eis, in pane et vino, et pecuniâ, quotidie siclos quadraginta : sed et ministri eorum depresserunt populum. Ego autem non feci ita propter timorem Dei :

16. Quin potiùs in opere muri ædificavi, et agrum non emi, et omnes pueri mei congregati ad opus erant.

17. Judæi quoque et magistratus, centum quinquaginta viri, et qui veniebant ad nos de gentibus quæ in circuitu nostro sunt, in mensâ meâ erant.

18. Parabatur autem mihi per dies singulos bos unus, arietes sex electi, exceptis volatilibus, et inter dies decem vina diversa, et alia multa tribuebam : insuper et annonas ducatûs mei non quæsivi : valdè enim attenuatus erat populus.

19. Memento meî, Deus meus, in bonum, secundùm omnia quæ feci populo huic.

12. Ils me répondirent : Nous rendrons tout, et nous ne leur redemanderons rien, et nous ferons ce que vous nous dites. Alors je fis venir les prêtres, et je leur fis jurer qu'ils agiraient comme j'avais dit.

13. Après cela je secouai mes habits, et je dis : Que tout homme qui n'accomplira point cette parole soit ainsi secoué et rejeté de Dieu loin de sa maison, et privé *du fruit* de ses travaux ; qu'il soit ainsi secoué et dépouillé de tout. Tout le peuple répondit : Amen. Et ils louèrent Dieu. Le peuple fit donc selon qu'i avait été dit.

14. Pour ce qui est de moi, depuis le jour où le roi m'avait commandé d'être gouverneur dans le pays de Juda, c'est-à-dire, depuis la vingtième année du règne d'Artaxerxès, jusqu'à la trente-deuxième, durant douze ans, nous n'avons rien pris, mes frères et moi, des revenus qui étaient dus aux gouverneurs.

15. Mais ceux qui l'avaient été avant moi avaient accablé le peuple, en prenant tous les jours quarante sicles en pain, en vin et en argent, et leurs officiers le surchargeaient encore ; mais pour moi je n'ai point agi ainsi, à cause de la crainte de Dieu.

16. J'ai même travaillé aux réparations des murailles ; je n'ai acheté aucun champ ; et mes gens se sont trouvés tous ensemble au travail.

17. De plus, les Juifs et les magistrats, au nombre de cent cinquante personnes, et ceux qui venaient à nous d'entre les peuples qui sont autour de nous, mangeaient à ma table ;

18. Or on m'apprêtait tous les jours un bœuf et six excellents moutons, sans compter les volailles ; de dix en dix jours, je distribuais une grande abondance de vin, et je donnais aussi beaucoup d'autres choses. D'ailleurs, je ne demandai rien de tout ce qui était dû à ma charge, car le peuple était extrêmement appauvri.

19. O mon Dieu, souvenez-vous de moi en bien, selon tout ce que j'ai fait à ce peuple.

TRANSLATIO EX HEBRÆO.

1. Et fuit clamor populi, et uxorum eorum magnus adversùs fratres suos Jehudæos. — 2. Et erant qui dicerent : *Cum* filiis nostris, et filiabus nostris sumus multi : accipiamus frumentum, et comedamus, et vivamus. — 3. Et erant qui dicerent : Agros nostros, et vineas nostras, et domus nostras in pignus tradamus, et accipiamus frumentum in fame. — 4. Et erant qui dicerent : Mutuò sumamus argentum ad mensuram (usuram) regis, super agros nostros et vineas nostras. — 5. Et nunc sicut caro fratrum nostrorum *est* caro nostra, sicut filii eorum filii nostri, et ecce nos subjicimus filios nostros et filias nostras in servos (servitutibus), et è filiabus nostris subjiciuntur, et non est facultas *in* manibus nostris ad redimendum ; et agri nostri et vineæ nostræ *sunt apud* alienos (*alios*). — 6. Et iratus sum vehementer, cùm audissem clamorem eorum, et verba

ista. — 7. Et cogitavit cor meum in me, et increpavi optimates, et magistratus, et dixi eis: Usuram unusquisque à fratribus suis accipitis? Et posui contra eos congregationem magnam. — 8. Et dixi eis: Nos redemimus fratres nostros Jehudæos, qui venditi erant gentibus, secundùm facultatem *quæ erat* in nobis, et vos etiam venditis fratres vestros, et vendentur (venduntur) nobis? Et siluerunt, et non invenerunt, *quo se excusarent,* verbum. — 9. Et dixi: Non est bonum quod facitis: nonne in timore Dei nostri ambulabitis (ambulare debetis) propter opprobrium gentium inimicarum nostrarum? — 10. Et etiam ego, fratres mei, et pueri mei, commodavimus eis argentum, et frumentum. Relinquamus, quæso, usuram hanc. — 11. Reddite, quæso, eis hâc die agros eorum, vineas eorum, et oliveta eorum, et domos eorum, et centesimam partem argenti, et frumenti, vini et olei, quam exigitis ab eis. — 12. Et dixerunt: Reddemus, et ab eis non quæremus: sic faciemus sicut tu loqueris. Et vocavi sacerdotes, et adjuravi eos, ut facerent juxta verbum hoc. — 13. Etiam vestimentum meum excussi, et dixi: Sic excutiat Deus omnem virum, qui non statuerit verbum istud, de domo suâ, et de labore suo, et sic sit excussus, et vacuus. Et dixerunt omnis cœtus: Amen. Et laudaverunt Dominum; et fecit populus secundùm verbum istud. — 14. Etiam à die quâ præcepit mihi, ut essem dux eorum in terrâ Jehudah, ab anno vigesimo, usque ad annum trigesimum et secundum Artachsasthe regis, annis duodecim, nec ego, neque fratres mei panem ducis (ducalem) comedi. — 15. Duces autem primi, qui fuerunt ante me, gravaverunt populum, et acceperunt ab eis in pane, et vino, post (postea) argenti seclos quadraginta, etiam pueri eorum dominati sunt populo. Ego autem non feci ita propter timorem Dei. — 16. Et etiam in opere muri hujus instauravi, et agrum non emimus, et omnes pueri mei congregati *erant* ibi ad opus. — 17. Et Jehudæi, et magistratus, centum et quinquaginta viri, et venientes ad nos è gentibus, quæ *sunt* in circuitu nostro, in mensâ meâ *erant.* — 18. Quod autem parabatur per singulos dies, *erat* bos unus, pecudes sex electæ, et aves parabantur mihi: et *in dies tantùm bibebant vini quantùm sat fuisset per* decem dies in omni vino ad multiplicandum; et cum hoc panem ducis (ducalem) non quæsivi, quia gravis erat servitus populo huic. — 19. Memento meî, Deus meus, in bonum, *secundùm* omnia quæ feci populo huic.

COMMENTARIUM.

Vers. 1. — Et fuit clamor. Quæ referuntur in isto capite, gesta sunt longè post ea quæ dicentur cap. seq., quæ scilicet ante quinquagesimum secundum diem ab adventu Nehemiæ evenerunt. Populi, sub. pauperis et egeni. Describitur inclementia et inhumanitas, imò crudelitas Judæorum in invicem, fratres suos, sub. divites et opulentos,

Vers. 2. — Accipiamus, etc., q. d., cùm familia nostra multa sit, et numerosa, cogimur accipere frumentum pretio (quod recipimus venditis filiis nostris. Id juris lex patribus facit in extremâ necessitate, Exod. 21. 7), ut vivamus. Alii: *Auferamus* vi *frumentum,* undecumque poterimus (1).

Vers. 3. — (1) In pignus tradamus, id est, parati sumus dare pignori, ut accipiamus à

(1) Vers. 1, 2. — *Alors le peuple et leurs femmes firent de grandes plaintes contre les Juifs leurs frères. Et il y en avait qui disaient: Nous avons trop de fils et de filles; vendons-les, et achetons-en du blé,* etc. La persécution que souffraient les Juifs de la part des peuples voisins, qui prirent les armes pour les empêcher de bâtir les murs de Jérusalem, fut cause en partie que la famine commença à les tourmenter. La crainte des ennemis, dont ils se voyaient comme assiégés, leur ôtait sans doute la liberté de faire venir autant de vivres qu'il était besoin. Et d'ailleurs, étant pressés de travailler aux murailles de leur ville, ils ne pouvaient pas songer comme auparavant, à pourvoir aux besoins de leurs familles. Dans une si grande extrémité, les personnes riches auraient dû sans doute assister leurs frères de leur abondance: mais l'avarice leur ferma le cœur et les mains, et ouvrit en même temps la bouche des pauvres, qui commencèrent à *crier beaucoup,* et à faire de grandes plaintes contre ceux qui étant *leurs frères,* les traitaient aussi inhumainement que des étrangers. Cette résolution qu'ils prirent de *vendre leurs fils et leurs filles, pour en acheter du blé dont ils pussent vivre,* était un effet de leur désespoir: car ces pauvres peuples n'auraient eu garde de se plaindre *d'avoir trop de fils et de filles,* si la grande nécessité où ils se trouvaient ne les y eût engagés, puisque la gloire des Juifs consistait dans le grand nombre de leurs enfants, à cause de l'espérance qu'ils avaient de voir naître de leur race le Messie. Mais il paraît que la loi de Dieu ne défendait point à un père de vendre son fils ou sa fille, s'il arrivait qu'il se trouvât dans quelque nécessité. (Sacy.)

(1) Vers. 3. — Agros nostros, etc., opponamus, q. d.: Alii jam ante oppigneravimus, et alii in dies oppignerare cogimur; est enim in his versibus zeugma. Charitas hæc annonæ inde orta, quòd 1° in ædificando occupati, procurationem suæ familiæ negligere cogebantur; 2° quòd ob metum hostium non ausi erant commeatum de foris importare. (Synopsis.)

fratribus nostris frumentum in fame quâ premimur et penè conficimur.

Vers. 4. — (1) Ad mensuram regis, vel, *pro tributo*, id est, ut pendamus, ac solvamus tributum. Gallicè, *la taille*. Mutuò dabant pecuniam sub onere usuræ, inf. 7, contra legem, Exod. 22, 25.

Vers. 5. — (2) Subjicimus, id est, subjicere cogimur, q. d.: Nos et illi, sumus eadem caro, id est, ex eodem genere: ipsi tamen aspernantur carnem suam, et nullam rationem nostrî habent, neque volunt subvenire inopiæ ac necessitati nostræ. Subjiciuntur, id est, serviunt. Facultas, vel, *virtus*, id est, non habemus quo eas redimamus. Et agri nostri, etc., vel: *Agri namque nostri et vineæ nostræ* sunt *aliorum* (3).

Vers. 7. — In me, id est, apud memetipsum. Quidam vertunt: *Et consilium iniit animus meus apud me*, id est, capto apud memetipsum consilio, contendi, rixatus sum, litigavi cum optimatibus. Et posui contra eos, id est, et congregavi contra eos, ut visâ tantâ multitudine puderet eos scelerum suorum (1).

(1) Vers. 4. — Mutuo sumamus pecunias in tributa regis. Soluti licet captivitate Judæi, suisque legibus vivendi facultate donati, tributo tamen regibus Persarum obnoxii erant: *Nos ipsi servi sumus in eâ (terrâ)*, 2 Esdr. 9, 36. Sunt qui Hebræum in præterito reddant: *Fœnori accepimus argentum*, quo solvamus onera, vel tributa *super agros nostros et vineas nostras*. Narrationis series demonstrat, rem hìc non esse de mero mutuo, sed fœnore lege interdicto. (Calmet.)

Demusque agros nostros. Vendendos vel impignorandos. Sicut Ægyptii tempore famis vendiderunt terras suas regi, ut habetur Gen. 47. (Lyranus.)

(2) Vers. 5. — Et nunc sicut carnes fratrum nostrorum, sic carnes nostræ sunt, et sicut filii eorum, ita et filii nostri. Hoc à nonnullis ita exponitur: Reducti sumus in hanc terram, promissâ nobis libertate et prosperitate; nunc autem contrarium reipsà experimur. Quia sicut fratres nostri, qui remanserunt in Babylone cum filiis suis, sunt in afflictione et egestate, ita et nos, quia non minùs cogimur servire et laborare, quàm si in captivitate remansissemus. Hic sensus, etiamsi satis commodus, tamen non videtur germanus hujus loci. Continent enim verba ista clamorem plebis contra fratres suos, id est, alios Judæos ditiores, à quibus opprimebantur. Sit ergo hic sensus: Nos et illi eadem caro sumus, id est, ex eodem genere prognati; proinde liberi esse debemus, sicut illi, et similiter filii nostri non debent esse deterioris conditionis, quàm filii eorum, et tamen oppressi paupertate cogimur filios nostros vendere et illis subjicere in servitutem, tanquàm alienos. Querela itaque est pauperum contra divites, qui usuris aliisque modis eos opprimebant. (Estius.)

(3) Vers. 6. — Et iratus sum nimis. Hic ponitur reprehensio divitum propter oppressionem pauperum prædictam, cùm dicitur: *Et iratus sum nimis*. Verbum est Nehemiæ irati, non ira quæ est per vitium, sed per zelum.

Cum audissem clamorem, etc. Quæ sonabant displicere eis quòd de Babylone redissent. (Lyranus.)

(1) Vers. 7. — *Je fis une réprimande aux principaux du peuple et aux magistrats, et je leur dis: Exigez-vous donc de vos frères les intérêts et l'usure de ce que vous leur donnez?* Il paraît par là que les riches se servant cruellement du temps de cette famine, pour s'enrichir de nouveau aux dépens des pauvres qui étaient leurs frères, ne les assistaient dans leur extrême besoin qu'en leur prêtant à usure, contre l'expresse défense que Dieu leur en avait faite par ces paroles: *Vous ne prêterez point à usure à votre frère, ni de l'argent, ni du blé, ni quelque autre chose que ce soit. Mais vous prêterez à votre frère ce dont il aura besoin, sans en tirer aucun intérêt, afin que le Seigneur votre Dieu vous bénisse en tout ce que vous ferez.* On ne peut assez exagérer cette injustice et ce crime de l'usure, qui ne ruine pas seulement la fortune temporelle de ceux qui sont pauvres, en les consumant peu à peu par des intérêts illégitimes, sous le poids desquels ils sont obligés à la fin de succomber, mais qui éteint tout-à-fait la charité dans ces riches criminels, dont les trésors ne se multiplient que par cette sorte d'effusion du sang de leurs frères qu'ils sucent, s'il est permis de parler ainsi, comme des sangsues, jusqu'à les réduire dans la dernière extrémité. Il ne faut donc pas s'étonner si Néhémias s'éleva alors avec tant de force contre ceux d'entre les Juifs qui traitaient leurs frères avec cette inhumanité.

Il est vrai que la loi de Moïse ne défendait l'usure aux Hébreux qu'à l'égard des autres Hébreux. Mais c'était sans doute à cause de la dureté de leur cœur, que Dieu ménageait ainsi leur faiblesse. Et l'on pouvait regarder cette ordonnance comme une de celles dont il a parlé depuis par la bouche d'un de ses prophètes, lorsqu'il disait qu'il *avait donné à son peuple* des préceptes imparfaits, *præcepta non bona*, et des lois où ils ne trouveraient point la vie, *et judicia in quibus non vivent*. Il n'en est pas de la sorte au temps de la loi nouvelle, qui est le temps de la perfection de la loi: car il n'y a plus, comme dit saint Paul, *de distinction de Juifs ni de gentils; et en Jésus-Christ, ni la circoncision ni l'incirconcision ne servent de rien, mais la foi qui agit par la charité*. Ainsi, au lieu qu'autrefois Dieu disait aux Juifs: *Vous ne prêterez point à votre frère*, c'est-à-dire, à un autre juif, *mais à un étranger*, c'est-à-dire, aux infidèles, Jésus-Christ dit à ses disciples: *Aimez, vous autres, vos ennemis* mêmes: *Faites-leur du bien, et prêtez sans en rien espérer*, c'est-à-dire, sans en tirer d'intérets. *Car par là vous témoignerez que vous êtes les enfants du Très-Haut, parce qu'il est bon aux ingrats* mêmes *et aux méchants*. C'est la raison pour laquelle les saints Pères se sont élevés avec tant de force contre tous ceux qui se rendent coupables d'un si grand crime. « Que dirai-je des « usures, s'écriait saint Augustin, puisque les « lois mêmes et les juges séculiers ordonnent

VERS. 8. — (1) SECUNDUM FACULTATEM *quæ erat* IN NOBIS, id est, pro virili nostrâ. ET VOS ETIAM, sub. qui deberetis redimere fratres vestros. ET VENDENTUR NOBIS? id est, ut postea redimamus eos? Alii: VENDUNTUR NOBIS, id est, et ipsi sunt quos redemimus.

VERS. 9. — ET DIXI, ad verbum, *et dixit*, sub. Nehemias, tertia persona pro primâ. AMBULABITIS, id est, ambulare debetis. PROPTER OPPROBRIUM GENTIUM, etc., id est, ne malè audiamus apud gentes quæ odio nos prosequuntur.

VERS. 10. — ET ETIAM EGO, etc. Respondet tacitæ objectioni : potuerant enim dicere alii : *Nos mutuavimus eis pecunias et frumentum.* USURAM HANC, vel *debitum hoc*, q. d., dimittamus nos omnes fratribus debitum.

VERS. 11. — REDDITE, QUÆSO, EIS HAC DIE AGROS, etc. Quasi in jubilæo, cui parem lætitiam hoc tempus habebat. CENTESIMAM PARTEM ARGENTI, etc., id est, centesimam partem redituum, quam exigitis à pauperibus, ut ea provinciæ rectoribus stipendii loco solvatur, pro illis ex vestro solvite. Alii sic exponunt : Centesimam partem sortis, quam singulis

« qu'on les restitue? Dira-t-on que celui-là est « plus cruel qui enlève quelque chose à une « personne riche, que celui qui égorge le pau- « vre par la dureté de ses usures? *An crude- « lior est, qui subtrahit aliquid vel eripit diviti, « quàm qui trucidat pauperem fœnore?* » Saint Jérôme nous fait voir le progrès de la perfection des divins commandements, lorsqu'il remarque qu'au commencement Dieu ne défendait, comme on l'a dit, l'usure aux Juifs, qu'à l'égard des Juifs leurs frères; qu'ensuite les saints prophètes l'ont regardée comme une chose illicite à l'égard de toutes sortes de personnes, et qu'enfin le Fils de Dieu, le Maître de tous les prophètes, perfectionnant encore notre vertu, nous oblige de donner à ceux mêmes qui ne peuvent point nous rendre. « Ceux d'entre les usuriers, dit ce Père, qui « se croient les plus justes, ont coutume de « raisonner de cette sorte : J'ai donné un muid « de blé, qui étant semé a produit dix muids. « N'est-il pas juste que je reçoive un demi-muid « de plus que ce que j'ai prêté, puisque celui à « qui je l'avais donné, a profité par ma libé- « ralité de neuf muids et demi de blé? *Ne vous « trompez pas*, comme dit l'Apôtre, *on ne se « moque point de Dieu.* Que cet usurier qui fait « le miséricordieux et le bon (continue le « même saint), me réponde en peu de mots, « et me dise s'il a prétendu donner à une per- « sonne qui ne fût pas dans le besoin, ou s'il « a cru qu'elle y était. Si elle n'était pas dans « le besoin, il n'a pas dû lui donner. Il ne lui « a donc donné que parce qu'il l'a regardée « comme étant dans le besoin. Ainsi pourquoi « exige-t-il du profit de cette personne, comme « si elle était riche?

« Il y en a d'autres, ajoute le même saint, « qui ne font pas difficulté de recevoir de « petits présents de différentes espèces, en vue « de l'argent qu'ils ont prêté. Mais ils ne con- « sidèrent pas qu'on appelle usure tout ce « qu'on reçoit pardessus ce qu'on a donné, de « quelque nature que ce puisse être. » Et la raison est qu'il ne faut pas que la cupidité se glisse en aucune façon dans l'exercice de la charité, ni qu'en prétendant assister son frère qui est pauvre, on profite de cette assistance même qu'on lui donne dans sa pauvreté.

C'est ce qui fait déplorer à saint Chrysostôme l'inhumanité des Chrétiens, qui après avoir reçu gratuitement du Sauveur les plus riches témoignages de son ineffable miséricorde, sont néanmoins si cruels envers leurs frères. Et c'est encore ce qui fait dire à un autre saint docteur de l'Eglise, que celui qui répand sans intérêts sa charité sur ses frères, reçoit lui-même de la part de Dieu l'usure la plus précieuse et la plus digne d'un chrétien.
(Sacy.)

(1) VERS. 8. — NOS, UT SCITIS, REDEMIMUS FRATRES. Licet enim illi qui erant in Babylone rediissent sine redemptore, tamen Zorobabel, Esdras et Nehemias, aliquos Judæos redemerant qui fuerant venditi gentilibus extra potestatem regis Babylonis. (Lyranus.)

Vous savez que nous avons racheté autant que nous l'avons pu, les Juifs, nos frères, qui avaient été vendus aux nations. Vous autres donc, vous vendrez maintenant vos frères, et pour nous, nous les rachèterons? etc. C'est un très-juste reproche que Néhémias fait aux Juifs qui voulaient vendre leurs enfants pour avoir du pain, ou plutôt aux riches avares qui les obligeaient par leurs cruelles usures à en user de la sorte. *Vous savez* bien, leur dit-il, que nous autres, Zorobabel, Esdras et Néhémias, nous nous sommes employés de tout notre pouvoir auprès des rois de Perse, pour tirer de captivité nos compatriotes, et pour les faire revenir dans leur patrie, après leur avoir procuré la liberté. Et vous voudriez maintenant vendre de nouveau vos frères que nous avons rachetés, afin que nous les rachetassions une seconde fois d'entre vos mains à prix d'argent? Jugez vous-mêmes si cela est équitable, si cette conduite est digne du peuple de Dieu, et si c'est traiter en frères des Juifs qui sont une même chair que vous!

C'est néanmoins ce que les Chrétiens, rachetés par le sang de Jésus-Christ de la tyrannie, non du roi de Babylone, mais du démon, dont il était la figure, font encore tous les jours, lorsqu'ils se vendent eux-mêmes, ou qu'ils vendent leurs propres enfants tout de nouveau pour quelques biens périssables, à celui de la puissance duquel ils avaient été tirés par un si grand prix. Mais c'est encore en un autre sens ce que font ceux qui abusant cruellement de leurs richesses pour opprimer les petits, les pauvres, et ceux qui sont faibles, les réduisent à la fin dans une espèce de servitude, d'où ils ne peuvent être rachetés que par la généreuse charité de leurs frères.
(Sacy.)

VENDETIS FRATRES VESTROS, pari impietate, imò graviori, quia illi vendiderunt eos, quibuscum nullum vinculum commune habebant sanguinis, aut patriæ : vos autem fratres et contribules vestros venditis. (Menochius.)

mensibus ab illis exegistis, ipsis restituite (1).

Vers. 12. — Sicut tu loqueris, vel, dicis.

(1) Vers. 11. — Reddite eis hodie agros, etc. Quasi in jubilæo, cui parem lætitiam hoc tempus habebat. (Grotius.)

Hæc prædia vel vendita, vel oppignerata, fuisse videntur : sed quia debitoribus nihil erat reliquum, unde victum haberent, æquitas ipsa admonebat, ut cederent necessitati. (Wolphius.)

Centesimam pecuniæ, frumenti, vini et olei. *Centesimam*, scilicet usuram, quâ nimirùm singulis mensibus pro usu mutui sive usurâ exigebant unum pro centum, hoc est, annuatim duodecim pro centum. Hinc patet hanc usuram frequentem fuisse apud Judæos, uti postea fuit apud Romanos, eratque gravis, utpote in quâ singulis annis octava pars summæ capitalis mutuò acceptæ solveretur; nam duodecim, v. g., aurei, sunt octava pars centum aureorum, quia octies duodecim faciunt 96, quibus adde quatuor, habebis centum. Quare octavo anno, usura æquabat penè ipsum capitale, ideòque illud duplicabat, ut pro mutuo centum aureorum solvendi essent penè ducenti aurei, scilicet præcisè 196, ac post alios octo annos idem triplicabat, et post alios octo quadruplicabat. Cùm verò dimidium hujus usuræ, scilicet sex pro centum quotannis solverentur, vocabantur *usuræ semisses*, sive dimidiatæ; cùm quatuor pro centum penderentur, dicebantur *trientariæ*; cùm unum duntaxat, nominabantur *unciales*, quæ erat usura minima, sicut illa duodenariæ erat maxima. (Corn. à Lap.)

Quam exigere soletis ab eis, date pro illis. Quodnam solvere jubentur creditores nomine obæratorum ea, quæ ab illis exigere solebant? Hactenùs locupletes exegisse videntur à miseris centesimam redituum rerumque suarum, ut præfectis regionis mulctam solverent. Igitur Nehemias locupletes hortatur, ut de suo conferant, quod hactenùs solvere tenuiores coegerant. In hanc sententiam descendisse videtur auctor Vulgatæ; fulciturque à Wolphio et celebri Carolo Molinæo, qui minimè hìc agi arbitratur de vero strictoque fœnore, quod horrori erat Judæis, nec de *centesimâ*, Romanis legibus notâ, sed de centesimâ redituum, rerumque Hebræorum, quam solvere præfectis suis loco stipendii tenebantur. Palam edicit Nehemias, nolle se uti privilegio dignitatis suæ, nec populum opprimere, exigens quæ præsidibus ante se cæteris solvebantur. Ultrò indigentibus condonat ea, quæ ex illis peti mos ferebat. E regis ærario facilè stipendium suum, et ad sumptus pecuniam accepit, quamdiù Hierosolymæ fuit. Magis perspicua textûs sententia esse videtur : *Reddite eis.... centesimam pecuniæ, frumenti, vini, olei, quam vos ab illis exigitis.* Restituite quæ ex fœnore usurpâstis. Interpretum plerique aiunt, centesimam hanc singulis mensibus solvi consuevisse, ut fœnoratoribus duodena in singula centum quotannis provenirent. Centesima est hæc Romanis legibus notissima : quibus legibus fœnus ultra centesimam permitti non solet : si quod autem gravius imperabatur, mulctæ loco erat potiùs quàm fœnoris. (Calmet.)

Vers. 11, 12. — *Payez même pour eux le centième de l'argent, du blé, du vin et de l'huile que vous avez coutume d'exiger d'eux*, etc. Il exhorte les personnes riches, non seulement à rendre aux pauvres leurs maisons, leurs plants et leurs vignes, qu'ils avaient acquises d'eux dans leur grande nécessité, mais encore *à payer pour eux*, c'est-à-dire, pour leur impôt, aux officiers du roi de Perse, *le centième*, qu'ils avaient eux-mêmes coutume d'exiger de ces pauvres pour le paiement de leurs usures. C'était réparer l'injustice qu'ils avaient faite, de payer ainsi à l'acquit de leurs frères, ce qu'ils recevaient auparavant pour l'intérêt de ce qu'ils avaient prêté. Et c'est ainsi que le célèbre Zachée, cet homme si riche, et ce chef des publicains, s'étant converti sincèrement, s'engagea en la présence de Jésus-Christ, non pas seulement à rendre ce qu'il avait pris, mais à donner quatre fois autant à ceux à qui il pourrait avoir fait tort, et même à distribuer la moitié de son bien aux pauvres. Car les vrais enfants d'Abraham, tel qu'il l'était, selon l'éloge que le Fils de Dieu fit de lui, imitent le désintéressement de ce père de tous les fidèles, qui parut plus grand par le mépris généreux qu'il fit des biens de la terre, que par ces grands biens qu'il possédait, puisque, comme dit saint Paul, *il demeura dans la terre que Dieu lui avait promise, comme dans une terre étrangère*, envisageant seulement cette *autre cité qu'il attendait, bâtie sur un* ferme *fondement, et dont Dieu même est le fondateur et l'architecte.*

L'exhortation de Néhémias étant soutenue par son exemple, qui confondait encore plus ces riches avares que ses paroles, eut tout le succès qu'il en pouvait désirer. Ils comprirent la vérité de ce qu'a dit le plus sage de tous les rois, que *l'iniquité se rachète par la miséricorde.* Ayant ainsi reconnu leur faute, ils s'engagèrent à racheter leur iniquité, et à réparer le violement qu'ils avaient fait de la loi, par la pratique de la miséricorde dont ils promirent d'user envers ces pauvres qui étaient leurs frères. Heureux le peuple qui a un tel chef, capable de le faire rentrer dans la voie de la justice lorsqu'il s'en est écarté ! Heureux les pécheurs lorsqu'ils trouvent dans un tel guide des paroles de vérité, qui, en les piquant salutairement, les font revenir à Dieu, dont ils s'étaient éloignés ! Que les riches ne se plaignent point de la rigueur apparente de ces pasteurs charitables, dont le zèle tend uniquement à procurer leur salut. Que les pauvres ne murmurent point non plus, et ne tombent point dans l'impatience, puisque l'infinie charité de Dieu suscite toujours quelques défenseurs zélés des petits, dont la faiblesse leur inspire une sainte ardeur pour les protéger. C'est ainsi et que les justes et les pécheurs, et que les riches et les pauvres, se trouvent par un effet de la divine Providence dans une certaine relation entre eux, qui se les rend en cette vie comme nécessaires les uns aux autres, en sorte que les hommes justes ne sont pas plus nécessaires aux pécheurs pour les convertir par leurs discours et par leur exemple, que les pécheurs ne le sont aux justes pour leur fournir une matière perpétuelle d'exercer le zèle

Et adjuravi eos, etc., id est, coegi eos jurare,

coram sacerdotibus tanquàm testibus, quòd facerent sicut dictum est (1).

Vers. 13. — (2) Vestimentum meum, id est, oram, sive fimbriam vestis meæ. Alii, *sinum meum*, ita scilicet ut nihil remaneret in sinu meo, q. d.: Malè precatus sum iis qui aliter facerent, idque adhibito signo exteriore. Statuerit, id est, adimpleverit ac ratam fecerit hanc rem, hoc est, qui hoc non fecerit. De domo sua. Refertur ad verbum *excutiat*. Et de labore suo, id est, de opibus ac facultatibus quas opere suo peperit ac congregavit. Secundum verbum istud, id est, ita ut dictum fuerat.

Vers. 14. — Ducis, id est, qui solitus erat, sive debebat dari ducibus à Persarum regibus regioni isti præfectis (1).

de leur charité, et que les riches de même ne contribuent pas plus au soulagement des pauvres par l'assistance de leurs aumônes, que les pauvres ne contribuent au salut des riches par la vue même de leur pauvreté, qui les excite sans cesse à user de miséricorde envers leurs frères, afin d'obtenir eux-mêmes la miséricorde du Seigneur. (Sacy.)

(1) En quàm facilè, quàm placidè novas in Judæam universam tabulas indicit Nehemias, quod Romæ tantis cum tumultibus toties tentatum, nunquàm plenè perfectum fuit.

Et vocavi sacerdotes, nempe quotquot ejusdem sceleris participes erant. Et hos propter reverentiam ordinis sacerdotalis nolui publicè coram populo confundere: sed privatim *adjuravi eos, ut* idem *facerent*, additâ hâc imprecatione, quam *excusso sinu* vestis meæ extimæ, seriò ipsis imprecatus sum. (Lyranus.)

(2) Insuper, etc. Sic enim prophetæ aliquando utebantur sensibilibus signis, ut prophetiæ eorum essent magis notæ. Sicut Isaias ivit nudus et discalceatus, ut habetur Isai. 20. Et Jeremias posuit catenas ligneas in collo suo, Jerem. 28, in signum quòd populus Israel sic duceretur in captivitatem. Sic Nehemias excussit sinum suum orando, ut sic evacuaretur bonis suis, et ejiceretur de communitate populi quicumque non consentiret verbo et facto in hujusmodi remissione. (Lyranus.)

Excussi sinum meum. Reddi potest Hebræus: *Excussi vestem meam*, vel *limbum vestis meæ.* Gestus ejusmodi, symbolicè significantes, Hebræis maximoperè sapiebant, cujusmodi exempla in Scripturâ sese offerunt plura. Neque aliarum gentium exempla desunt in historiâ. Senatum Carthaginiensem ingressis Romanorum legatis, « Romanus (legatus) sinu ex togâ « facto: *Hìc*, inquit, *vobis bellum et pacem « portamus: utrum placet, sumite.* Sub hanc « vocem, haud minùs ferociter, *daret utrum « vellet*, succlamatum est, et cùm is iterùm « sinu effuso bellum dare dixisset, accipere se « omnes responderunt, et *quibus acciperent « animis, iisdem se gesturos.* »

Sic excutiat Deus, etc. Justum Dei hoc judicium in avaros: hi enim ideò de sinubus vel thecis suis quæ egentibus largiantur ægrè promunt, ut in thesauris suis quasi in tuto conquiescant; Deus autem interdùm improviso aliquo infortunio, incendio, rapinâ, etc., opes illis è thecis suis excutit. (Wolphius.)

De domo sua (ut domo suâ spoliatus, exul et vagus, oberrare cogatur) et de laboribus suis, ut fructu et mercede laborum suorum privetur, uti ego sinum meum excussi. Qui enim alios per usuras excutiunt, merentur et ipsi à domibus et opibus suis excuti, exulare et depauperari, uti sæpè justo Dei judicio fit. (Corn. à Lap.)

(1) Vers. 14. — A die autem illa, qua præceperat mihi rex, ut essem dux in terra Juda, ab anno vigesimo usque ad annum trigesimum secundum Artaxerxis, ego et fratres mei annonas, quæ ducibus debebantur, non comedimus. Solebant duces à civibus Jerosolymæ, quibus præerant, accipere annonas, id est, necessaria ad victum, verbi gratiâ, certam mensuram frumenti, vini, olei, pecuniæ, etc.; sed Nehemias noluit ea accipere, tum ne populum pauperem ac contributione gravaret, tum ut divitibus daret exemplum remittendi usuras; idque fecit per duodecim annos, quibus præfuit Jerosolymæ quasi dux, unde multi putant eum continuè per duodecim annos commoratum fuisse Jerosolymæ. Verùm hoc non satis respondet desiderio regis et reginæ optantium, ut illicò Nehemias ad se rediret, ac tempore modico ab eo constituto, ut dictum est cap. 2, vers. 6. Quamobrem videtur Nehemias paulò post fabricam murorum absolutam, puta post 52 dies, ut dicitur cap. 6, 15, ad regem rediisse, ac vicarium loco suî, sive viceducem Jerosolymæ reliquisse, qui populo præesset. Artaxerxes enim eum Jerosolymæ ducem constituerat per duodecim annos, sive absens foret, sive præsens. Quare absens jure suo poterat has annonas, quasi stipendia ducatûs sui à populo exigere, præsertim qui absens erat ob evocationem et obsequium regis; sed noluit ea accipere ob causas jam dictas: ita Salianus et Sanchez. Hæc magis patebunt vers. 17, et c. 13, v. 6, ubi Nehemias anno 32 Artaxerxis, rediens in Jerusalem, correxit multos abusus, qui per duodecim annos quibus ipse abfuerat, in Jerusalem irrepserant. (Corn. à Lap.)

Vers. 14. — *Depuis le jour que le roi m'avait commandé d'être gouverneur dans le pays de Juda, ... pendant l'espace de douze ans, nous n'avons rien pris, mes frères et moi, des revenus qui étaient dus aux gouverneurs.* On doit admirer dans Néhémias une disposition qu'on peut appeler apostolique, long-temps avant les Apôtres. Car ce gouverneur aurait pu, sans commettre aucune injustice, et par un droit attaché legitimement à sa charge, tirer du pays les appointements qui lui étaient dus. Cependant sa charité pour son peuple qui était pauvre, et le grand désir qu'il avait d'être en état de les servir plus utilement, en leur relâchant tous ses droits, le porta à se contenter de son propre bien. Il en usa même avec une générosité digne d'un roi à l'égard de plusieurs Juifs et des magistrats, qu'il faisait manger tous les jours à sa table, jusqu'au nombre de cent cinquante, sans parler des autres qui venaient de divers pays le trouver, et qu'il recevait tous également.

Ne peut-on pas dire que l'on vit alors en lui

VERS. 15. — (1) GRAVAVERUNT, id est, grave, sive gravius tributum imposuerunt populo. His versibus commemorat Nehemias quæ contulit beneficia in hunc populum cui tum ipse præerat. POST, vel, *præter, ultra,* id est, postquàm accepissent ab eis quadraginta illos siclos argenti olim constitutos ducibus pro victu suo in singulos dies. DOMINATI SUNT, id est, tyrannidem exercuerunt in populum, et malè illum tractârunt. PROPTER TIMOREM DEI, id est, quòd Deum timerem.

VERS. 16. — INSTAURAVI, sub. partem quamdam (2). EMIMUS, sub. à pauperibus. Plurale est pro singulari; aut intellige: Ego et fratres mei. PUERI MEI. Pueros hìc vocat famulos suos. AD OPUS. Defendendo scilicet eos qui operabantur, vel operantes et ipsi.

VERS. 17. — ET JEHUDÆI, qui scilicet inter eos erant illustriores. IN MENSA MEA *erant,* vel, alebantur, q. d., nihilominùs cogebar facere magnas expensas (1).

quelque chose de semblable à ce qu'on a vu depuis dans saint Paul, lorsqu'il disait aux fidèles de l'Eglise de Corinthe : *Qui est celui qui aille à la guerre à ses dépens? Qui est celui qui plante une vigne et qui n'en mange point de fruit? Qui est le pasteur qui ne mange point du lait du troupeau? Si nous avons* donc *semé au milieu de vous des biens spirituels, est-ce une grande chose que nous recueillions quelque fruit de vos biens temporels! Si d'autres usent de ce pouvoir à votre égard, ne pourrions-nous pas le faire plus justement qu'eux? Mais nous n'avons point usé de ce pouvoir, et nous souffrons, au contraire, toutes sortes d'incommodités, pour n'apporter aucun obstacle à l'Evangile de Jésus-Christ.... Je n'ai usé d'aucun de ces droits, et..... j'aimerais mieux mourir que de souffrir que quelqu'un me fît perdre cette gloire.* Ce fut donc aussi la gloire de Néhémias, de n'avoir levé parmi ses frères, pendant l'espace de douze années que dura son gouvernement, aucun des droits attachés à sa dignité, pour n'apporter aucun obstacle aux bons desseins qu'il avait, quoiqu'il travaillât comme les autres à la réparation des murailles de Jérusalem. Ainsi il n'est pas si étonnant de ce qu'un homme détaché de tous les biens temporels et bienfaisant à l'égard de tout le monde, eut la force d'amollir la dureté du cœur de ces riches auparavant impitoyables, et de changer leur avarice en miséricorde, puisque la pratique de la charité est la plus vive éloquence qu'on puisse employer pour convaincre de la vérité ceux qui en paraissent le plus éloignés. (Sacy.)

(1) VERS. 15. — DUCES PRIMI, etc. Laudat seipsum, non stultè tamen, nec sine justâ ratione, sed partim ad excitandam in Deum fiduciam ex conscientiâ boni operis, partim, ut declaret quod sit officium boni ducis ac principis, fortè etiam propter quosdam æmulos et calumniatores, quo modo Paulus et Job quoque seipsos laudâsse leguntur. Et etiam accipiendum est quod subjicit aliquoties : *Memento meî, Deus,* etc. Nam sic David quoque dicit Psalm. 13 : *Feci judicium,* etc. Et Ezechias 4 Reg. 20 : *Memento, Domine, quomodò ambulaverim,* etc. (Estius.)

EGO NON FECI ITA. Nehemiæ valdè similis fuit Cato Major, qui sociis nullâ in parte gravis fuit, ac ne ea quidem accepit quæ mos ferebat, quòd diceret, *malle se cum optimis de virtute, quàm cum ditissimis de pecuniâ, certare.* (Grotius.)

(2) VERS. 16. — IN OPERE MURI ÆDIFICAVI. Uti nolui jure dignitatis meæ, ut me operi eximerem; partem meam ædificii mœnium accepi, cui familiares meos addixi, non secùs ac novissimus quisque in populo.

AGRUM NON EMI. Hebræus : *Agrum non possedimus.* Nolui uti privilegio dignitatis meæ et auctoritatis, ut opes cumularem; neque enim vel minimum agrum possedi. Rarum animi cupiditate vacui exemplum! Laudibus hìc suis nonnihil indulget Nehemias, sed ita indulget, ut ne delicatissimos quidem offendat. Præclarè à se gesta omnia in Deum refert tantâ animi moderatione et demissione, ut facilè quivis intelligat, minùs illum gloriolam aucupari, quàm alios excitare, ut suî imitatione potestate sibi commissâ levandis potiùs miseris quàm opprimendis utantur. Moyses, S. Paulus, David, Ezechias, et Jobus laudibus suis non parcunt, neque tamen in suspicionem quæsitæ gloriolæ unquàm venerunt. (Calmet.)

QUIN POTIUS IN OPERE MURI ÆDIFICAVI. Cap. 3, nullum audivimus locum particularem Nehemiæ ad fabricandum assignatum, sed ipse quasi dux omnibus in loco sibi determinato fabricantibus aderat, et præerat omnes dirigendo, incitando, ope et operâ per se et suos adjuvando; ET AGRUM NON EMI, q. d. : Rem meam et prædia non auxi, sed potiùs me, meaque omnia expendi pro urbis et civium commodis. Fuit hæc mira continentia Nehemiæ, æquè ac charitas et liberalitas in cives suos. Multi enim duces et præsides subditos expilant, ut se ditent : unde paucis præfecturæ suæ annis, opibus onusti domum redeunt. Non ita fecit Nehemias, cujus proinde memoria in benedictione est. Idem fecit Thomas Morus, qui cùm plures annos cancellarium Angliæ egisset, rem tamen suam et annuum censum non auxit ad aureos ducentos, uti narrat Staplet. in ejus Vitâ. (Corn. à Lap.)

IN OPERE MURI ÆDIFICAVI, etiam manu propriâ, ut populum incitaret. Omnibus invigilabat, omnes, ubi opus esset, juvabat per se, per suos, neque alienis, sed propriis sumptibus. Etsi potuissem immunitatis jure me excusare.

ET AGRUM NON EMI. Non emi, ut sæpè poteram, bono pretio, ne viderer alienis ærumnis ad lucrum meum abuti. (Synopsis.)

(1) VERS. 17. — MAGISTRATUS, CENTUM QUINQUAGINTA VIRI, ET QUI VENIEBANT AD NOS DE GENTIBUS... IN MENSA MEA ERANT. Hi magistratus, numero centum quinquaginta, Judæi erant utique Hierosolymitani, aliisque è locis, Hierosolymæ commorari apud Nehemiam consueti. Ministros regis Persidis esse, Grotius censuit, cujus opinionis nulla exhibet argumenta. Præter hos centum quinquaginta magistratus, convivas adhibebat Nehemias propinquarum gentium legatos, qui de rebus

VERS. 18. — (1) PARABATUR, ad verbum, *fuit factum.* Declarat quænam fuerit impensa. ELECTÆ, id est, pingues, quòd eligantur quæ pinguiores sunt. *Et in dies tantùm,* etc. Alii vertunt, *decimo quoque die dabatur omnibus vinum affatim : nec tamen hâc in re panem præsidi debitum exegi.* Scilicet aliis diebus dabatur vinum mensurâ certâ, vel alii liquores offerebantur; sed decimo quoque die convivium celebrabatur splendidius. In fine convivii tantùm, vinum Persæ promebant. Ælian. Var. Hist. lib. 12, cap. 1. Quidam sic exponunt : Singulis diebus dabantur varia vina, idque per decem dies, quibus exactis exhauriebantur dolia, ac alia vina suggerere oportebat.

VERS. 19. — IN BONUM, id est, ut benefacias mihi, vel, pro bonitate tuâ (1).

acturi ad illum veniebant. Theatrum hìc facit liberalitatis et magnificentiæ suæ, ne scilicet reputari posset, si nihil ille quidem acciperet, neque vicissim quidquam dare. Profectò si Nehemias sumptibus hisce suffecit toto tempore duodennis præfecturæ, opibus illum abundâsse necesse est, vel Judæi locupletes affatim illi conferebant pecuniarium; vel denique ingenti stipendio è regis ærario pro duplici munere, pincernæ et præfecti Judææ, donabatur; superiùs enim, v. 11, narratum est, condonâsse illum egenis quidquid antecessoribus suis solvere consueverant. (Calmet.)

(1) VERS. 18. — INTER DIES DECEM VINA DIVERSA. Locus hic obscurus est, undè primò Pagnin. sic vertit et explicat, q. d. : Tantùm vini absumebant hi convivæ uno die, quantùm mihi, meæque familiæ suffecisset ad decem dies. Secundò Sanchez : Porrigebantur, inquit, decem vinorum genera, singula diebus singulis, ita ut exacto decem dierum curriculo, decem illa vina jam essent propinata, et iterùm atque iterùm idem vinorum genus et series eodem ordine recurreret. (Corn. à Lap.)

Nunquàm in eâdem mensâ idem vinum plusquàm decem diebus apponebatur. Hebræus hujus loci habet : *Intra decem dies omnibus vinum largitur,* id est, ex Syriaco : *Semel denis quibusque diebus multùm vini.* Non omnibus igitur in conviviis vinum, vel saltem non abundè, nisi per singula decem convivia ministrabatur. Neque id mirum; familiaria sunt enim apud Orientales convivia, in quibus vini loco sunt aqua et liquores. Meminit auctor Ecclesiastici *conviviorum vini,* ut ab iis distinguantur, quæ vino carebant. Apud Estherem pariter legitur : *Convivium vini,* significans certum quoddam in convivio tempus, quo vinum misceri incipiebat; convivio enim desinente Persæ vinum potabant. Sanè cur tam sollicitè cavebant, ut iter habentes plaustra ducerent plura onusta aquis Choaspis, et iis aureis aquis, quarum historici meminerunt, quibus nonnisi reges Persidis utebantur, si in conviviis suis aquam tantummodò ad vinum diluendum adhibebant? Itaque fieri optimè potuit, ut Nehemias in conviviis suis nonnisi semel per singulos decem dies vinum ministraret. Quin et ex pluribus Scripturæ locis discimus, rarum fuisse vini usum præterquàm in conviviis solemnibus, et cùm convivæ vocabantur.

VALDE ENIM ATTENUATUS ERAT POPULUS. Hebræus : *Quia grave erat onus super populo,* servitus erat gravissima. (Calmet.)

(1) VERS. 19. — *O mon Dieu, souvenez-vous de moi pour me faire miséricorde, selon tout le bien que j'ai fait à ce peuple.* Lorsque Néhémias demande à Dieu qu'il daigne *se souvenir de lui pour lui faire miséricorde, selon tout le bien qu'il avait fait à son peuple,* il fait connaître quel était l'esprit avec lequel il parlait, et combien il était éloigné de se louer par orgueil, puisqu'il implorait en même temps la bonté de Dieu, appuyé sur cette humble confiance qu'il avait, que Dieu voudrait bien faire miséricorde à celui qui avait usé de miséricorde envers ses frères. (Sacy.)

CAPUT VI.

1. Factum est autem cùm audisset Sanaballat et Tobias et Gossem Arabs, et cæteri inimici nostri, quòd ædificâssem ego murum, et non esset in ipso residua interruptio (usque ad tempus autem illud valvas non posueram in portis),

2. Miserunt Sanaballat et Gossem, ad me dicentes : Veni, et percutiamus fœdus pariter in viculis, in campo Ono. Ipsi autem cogitabant ut facerent mihi malum.

3. Misi ergo ad eos nuntios, dicens : Opus grande ego facio, et non possum descendere, ne fortè negligatur, cùm venero et descendero ad vos.

4. Miserunt autem ad me secundùm verbum hoc per quatuor vices : et respondi eis juxta sermonem priorem.

CHAPITRE VI.

1. Or il arriva que Sanaballat, Tobie, Gossem l'Arabe, et nos autres ennemis, ayant appris que j'avais rebâti la muraille, et qu'il n'y avait plus aucune brèche (or jusque-là je n'avais pas encore mis les battants aux portes),

2. Sanaballat et Gossem m'envoyèrent dire : Venez, afin que nous fassions alliance avec vous, en quelque village dans la campagne d'Ono. Mais leur dessein était de me faire quelque violence.

3. Je leur envoyai donc des messagers, disant : Je travaille à un grand ouvrage et ne puis descendre, de peur qu'il ne soit négligé pendant mon absence, lorsque je descendrai vers vous.

4. Ils me renvoyèrent dire la même chose par quatre fois, et je leur répondis selon la première parole par quatre fois.

5. Et misit ad me Sanaballat juxta verbum prius quintâ vice puerum suum, et epistolam habebat in manu suâ scriptam hoc modo :

6. In gentibus auditum est, et Gossem dixit, quòd tu, et Judæi cogitetis rebellare, et propterea ædifices murum, et levare te velis super eos regem : propter quam causam,

7. Et prophetas posueris, qui prædicent de te in Jerusalem dicentes : Rex in Judæâ est. Auditurus est rex verba hæc : idcircò nunc veni, ut ineamus consilium pariter.

8. Et misi ad eos, dicens : Non est factum secundùm verba hæc, quæ tu loqueris : de corde enim tuo tu componis hæc.

9. Omnes enim hi terrebant nos, cogitantes quòd cessarent manus nostræ ab opere, et quiesceremus : quam ob causam magis confortavi manus meas.

10. Et ingressus sum domum Semaiæ filii Dalaiæ filii Metabeel secretò. Qui ait : Tractemus nobiscum in domo Dei in medio templi, et claudamus portas ædis : quia venturi sunt ut interficiant te, et nocte venturi sunt ad occidendum te.

11. Et dixi : Num quisquam similis meî fugit? et quis ut ego ingredietur templum, et vivet? non ingrediar.

12. Et intellexi quòd Deus non misisset eum, sed quasi vaticinans locutus esset ad me, et Tobias et Sanaballat conduxissent eum.

13. Acceperat enim pretium, ut territus facerem, et peccarem, et haberent malum, quod exprobrarent mihi.

14. Memento meî, Domine, pro Tobiâ et Sanaballat juxta opera eorum talia : sed et Noadiæ prophetæ, et cæterorum prophetarum qui terrebant me.

15. Completus est autem murus vigesimo quinto die mensis Elul, quinquaginta duobus diebus.

16. Factum est ergo cùm audîssent omnes inimici nostri, ut timerent universæ gentes quæ erant in circuitu nostro, et conciderent intra semetipsos, et sci-

5. Enfin Sanaballat m'envoya encore pour la cinquième fois un de ses gens qui portait une lettre écrite en ces termes :

6. Il court un bruit parmi le peuple, et Gossem le publie, que vous, ainsi que les Juifs, avez résolu de vous révolter ; que, dans ce dessein, vous relevez les murs de Jérusalem, et que vous voulez vous faire roi des Juifs ; pour cette raison

7. Vous avez aposté des prophètes, afin qu'ils vous prônent dans Jérusalem, disant : C'est lui qui est le roi de Judée. Et comme le roi doit être informé de ces choses, venez avec nous, pour que nous délibérions ensemble.

8. Et j'envoyai vers eux, disant : Ce que vous dites n'est point véritable ; mais ce sont des choses que vous inventez de votre tête.

9. Car tous ceux-ci voulaient nous effrayer, s'imaginant que nous cesserions ainsi de bâtir, et que nous quitterions notre travail ; c'est pourquoi je m'y appliquai avec encore plus de persévérance.

10. J'entrai ensuite en secret dans la maison de Séméïas, fils de Dalaïas, fils de Métabéel, et il me dit : Consultons ensemble dans la maison de Dieu au milieu du temple, et fermons-en les portes ; car ils doivent venir dans le dessein de vous ôter la vie, et ils viendront la nuit vous tuer.

11. Je lui répondis : Un homme tel que moi doit-il s'enfuir? Et qui est l'homme comme moi, qui entre dans le temple pour y sauver sa vie? Je n'y entrerai point.

12. Et je reconnus que ce n'était point Dieu qui l'avait envoyé, mais qu'il m'avait parlé en feignant d'être prophète, et qu'il avait été gagné par Tobie et par Sanaballat ;

13. Car il avait été payé par eux pour m'intimider, afin que je tombasse dans le péché, et qu'ils eussent toujours à me faire ce reproche.

14. Souvenez-vous de moi, Seigneur, en considérant toutes ces œuvres de Tobie et de Sanaballat ; et souvenez-vous aussi de ce qu'a fait le prophète Noadia et les autres prophètes, pour me donner de la terreur.

15. La muraille fut enfin achevée le vingt-cinquième jour du mois d'Elul, ayant été bâtie en cinquante-deux jours.

16. Nos ennemis l'ayant donc appris, tous les peuples qui étaient autour de nous, furent frappés de terreur, et consternés au dedans d'eux-mêmes ; et ils reconnurent que c'était l'ouvrage de Dieu.

rent quòd à Deo factum esset opus hoc.

17. Sed et in diebus illis, multæ optimatum Judæorum epistolæ mittebantur ad Tobiam, et à Tobiâ veniebant ad eos.

18. Multi enim erant in Judæâ habentes juramentum ejus, quia gener erat Secheniæ filii Area, et Johanan filius ejus acceperat filiam Mosollam filii Barachiæ:

19. Sed et laudabant eum coram me, et verba mea nuntiabant ei : et Tobias mittebat epistolas ut terreret me.

17. Pendant tout ce temps, plusieurs d'entre les principaux des Juifs envoyaient des lettres à Tobie, et Tobie leur envoyait aussi des siennes;

18. Car il y en avait plusieurs dans la Judée qui avaient juré d'être de son parti, parce qu'il était gendre de Séchénias, fils d'Aréa, et que Johanan, son fils, avait épousé la fille de Mosollam, fils de Barachias.

19. Ils venaient même le louer devant moi, et ils lui faisaient savoir ce que je disais, et Tobie envoyait des lettres pour m'épouvanter.

TRANSLATIO EX HEBRÆO.

1. Et fuit, cùm auditum esset ipsi Sanballath, et Tobiah, et Ghesem Harabi, et residuo inimicorum nostrorum, quòd ædificâssem murum, et non remaneret in eo interruptio (verùm usque ad tempus hoc valvas non statueram in portis), — 2. Misit Sanballath, et Ghesem ad me, dicendo : Veni, et conveniamus pariter in Chephirim in campo Ono. Ipsi autem cogitabant facere mihi malum. — 3. Et misi ad eos nuntios, dicendo : Opus grande facio, et non possum descendere : ut quid cessabit opus, cùm (*ut*) negligam illud, et descendam ad vos? — 4. Et miserunt ad me juxta verbum hoc quatuor vicibus, et respondi ei juxta verbum hoc. — 5. Et misit ad me Sanballath juxta verbum hoc vice quintâ puerum suum, et epistolam apertam in manu ejus. — 6. Scriptum erat in eâ : In gentibus auditum est, et Ghasmu dicit, quòd tu, et Jehudæi cogitatis rebellare : idcircò tu ædificas murum, et tu eris rex secundùm verba hæc. — 7. Et etiam prophetas statueris ad prædicandum de te in Jerusalaim, dicendo : Rex in Jeduhah *est*. Et nunc divulgabitur regi secundùm verba hæc : et nunc veni, et consilium ineamus pariter. — 8. Et misi ad eum, dicendo : Non est factum secundùm verba hæc quæ tu dicis, sed de corde tuo fingis ea. — 9. Omnes enim illi terrebant nos, dicendo : Debilitabuntur manus eorum ab opere, et non fiet. Et nunc conforta manum meam. — 10. Et ingressus sum domum Semahiah filii Delahiah filii Mehetabel, et ipse clausus, et ait : Conveniamus ad domum Dei ad medium templi, et claudamus ostia templi, quia veniunt ad occidendum te, et nocte veniunt ad occidendum te. — 11. Et dixi : Num quisquam similis mihi fugiet (*fugit*)? et quis ut ego, qui ingrediatur templum, et vivat? non ingrediar. — 12. Et cognovi, et ecce non Deus misit illum, sed prophetiam locutus est ad me, et Tobiiah, et Sanballath conduxit eum mercede. — 13. Quia mercede conductus erat, ut timerem, et facerem sic, et peccarem, et esset illis (*mihi*) ad nomen malum, ut probris afficerent me. — 14. Memento, Deus meus, Tobiiah, et Sanballath secundùm opera ejus ista, et etiam Nohadiah prophetissæ, et reliquorum prophetarum, qui terrebant me. — 15. Et perfectus est murus vigesimâ et quintâ Elul, quinquaginta et duobus diebus. — 16. Et fuit, cùm audissent omnes inimici nostri, timuerunt omnes gentes, quæ *erant* in circuitu nostro, et conciderunt valdè in oculis suis, et cognoverunt, quòd à Deo nostro factum est opus hoc. — 17. Etiam in diebus illis multiplicabant optimates Jehudah epistolas suas, euntes ad Tobiiah, et quæ *erant* ipsi Tobiiah veniebant ad eos. — 18. Multi enim in Jehudah habebant juramentum ejus, quia gener erat Sechaniah filii Arach, et Jochanan filius ejus acceperat filiam Mesullam filii Berechiah. — 19. Etiam bonitates ejus dicebant coram me, et verba mea referebant ei; epistolas misit Tobiiah ad terrendum me.

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — INTERRUPTIO, vel, *ruptura, fractura,* sub. ulla. In hoc capite describit insidias quas paraverant hostes populi Israelitici, cùm murus ille jam penè esset instauratus.

VERS. 2. — ET GHESEM, sub. et alii (1). ET CONVENIAMUS PARITER. Gallicè, *pour parlementer ensemble.* IN CHEPHIRIM, vel, *in villis, in*

(1) VERS. 2. — VENI, ET PERCUTIAMUS FOEDUS PARITER IN VICULIS, IN CAMPO ONO. Mirum quid potuerit oscitantia librariorum; nempe hìc duplex irrepserat error. Nam sic pridem legebatur : *In vitulis, in campo uno*, quasi in vitulorum, seu taurorum oblatione, in aperto campo, pro securitate utriusque voluerint fœdus sanciri. Sed rectè corrigunt Sixt. Biblia tam ex Hebr. quàm ex Sept., nempe ut sensus sit : Percutiamus fœdus in viculis, seu locis, quæ sunt in campo, seu planitie, quæ vocatur Ono. Unde patet allegoriam, quam non nulli ad hunc locum afferunt de hæreticis

campo Ono, id est, in pagis, vicis, *qui sunt* in valle Ono. Nomen est loci, juxta Jordanem, in tribu Benjamin.

VERS. 3. — (1) ET NON POSSUM DESCENDERE, sub. ad vos. Utitur hoc verbo quòd Jerusalem sita esset in loco eminentiore.

VERS. 4. — JUXTA VERBUM HOC QUATUOR VICIBUS, id est, hâc de causâ quater. JUXTA VERBUM HOC, id est, sic, ut priùs dictum est.

VERS. 5. — JUXTA VERBUM HOC, id est, eisdem verbis (1). ET EPISTOLAM APERTAM IN MANU EJUS, id est, habebat epistolam in manu suâ.

VERS. 6. — ET GHASMU DICIT, id est: Idque Ghasmu asserit. Is est Gesem Arabs cujus antea meminit, v. 2, et c. 2, 19. SECUNDUM VERBA HÆC, quæ scilicet narrantur inter gentes. Magni nominis apud Hebræos vir jungit hæc verba cum principio versûs: *Scriptum erat in eâ juxta hæc verba*, id est, hoc pacto (2).

qui cum Catholicis volunt inire fœdus societatis, in campo latioris vitæ, quæ ducat ad interitum, et trahere ad societatem sacramentorum, quæ per vitulos significantur, falso et inani niti fundamento, etiamsi etiam apud Bedam hæc allegoria reperiatur. Nempe, inde apparet, etiam ipsum usum fuisse vitiosis exemplaribus. (Estius.)

PERCUTIAMUS FŒDUS PARITER IN VICULIS. Sic Septuag. Verùm Pagnin. retinet nomen Hebræum quasi proprium, vertitque *in Kephirim.* Utrumque verum, quia *Kephirim* erat nomen loci ita dicti à copiâ villarum et viculorum. (Corn. à Lap.)

(1) VERS. 3. — MISI ERGO AD EOS NUNTIOS DICENS: OPUS GRANDE EGO FACIO, ET NON POSSUM DESCENDERE, NE FORTE NEGLIGATUR. Hæc inter cæteras una erat causa, quare non posset ad eos descendere, quia videlicet per ejus absentiam opus illud ædificationis murorum minùs gnaviter processisset, et fortassè impeditum fuisset. Hæc tamen non videtur fuisse præcipua causa, quare nollet descendere. Nam præcipua erat, quia metuebat insidias, et quia vitabat amicitias improborum et infidelium. Quo exemplo Christiani principes admonentur ut vitent fœdera cum infidelibus, tanquàm insidiosa et perniciosa. Deinde hoc exemplum docet, non malè eos facere, neque mendacii accusandos esse, qui facti alicujus rationem reddentes, subticent eam causam quæ possit ipsis esse adversa et noxia, et exprimunt aliam causam, licet minùs principalem, dummodò vera sit causa. Ita et Samuel, etiam à Domino instructus, quando venit in Bethleem ad hoc principaliter, ut regem novum ungeret, causam protulit secundariam, dicens, se eò venisse ad sacrificandum Domino. (Estius.)

Je leur fis dire : Je travaille à un grand ouvrage ; ainsi je ne puis vous aller trouver, de peur qu'il ne soit négligé pendant mon absence, etc. C'était, en effet, une très-grande entreprise que celle de Néhémias, et d'autant plus grande qu'il voulait l'exécuter en peu de jours, et qu'il avait plus d'ennemis qui s'y opposaient. Plus donc ce qu'il avait entrepris était important et exposé à de grands périls, plus sa présence dans Jérusalem était nécessaire pour achever cet ouvrage, et pour empêcher qu'on y apportât d'obstacle. Ainsi il était très-véritable qu'il y avait à craindre que, s'il s'absentait, il n'y arrivât du changement. C'est pourquoi il ne mentait point en faisant cette réponse à ceux qui voulaient le faire sortir de Jérusalem, puisque, quoique sa principale raison fût la juste crainte qu'il avait de leur violence, il suffisait que celle qu'il leur fit dire fût vraie aussi, et il n'était point obligé de leur dire l'autre. C'est ainsi que, dans l'Ecriture, Samuël étant envoyé de la part de Dieu pour sacrer David roi d'Israël à la place de Saül, et craignant que Saül ne le fît mourir lorsqu'il le saurait, Dieu même lui ordonna de prendre un veau, et de dire qu'il s'en allait à Bethléem immoler une victime au Seigneur, quoique le sujet principal de son voyage fût le sacre de David.

Nous pouvons d'ailleurs envisager dans cet exemple de Néhémias, une excellente figure du devoir de ceux qui sont établis comme intendants des ouvrages de la sainte Jérusalem. Ils doivent dire véritablement qu'ils *travaillent à un grand ouvrage*, puisqu'en effet il n'y en a point dans le monde de plus grand que celui de l'édifice de cette cité spirituelle et divine. Combien donc doivent-ils appréhender de *descendre*, comme il est dit, de Jérusalem, pour aller ailleurs ! Combien ont-ils lieu de craindre que leur absence ne soit également préjudiciable, et à l'ouvrage qu'ils ont entrepris, et à eux-mêmes ! Combien sont-ils obligés de se défier des artifices de leurs ennemis, du moment qu'ils auront quitté le poste où la divine Providence les a placés, et hors lequel ils ne peuvent trouver d'assurance ! Combien enfin le devoir de leur ministère et l'amour des âmes qui leur ont été confiées leur donne-t-il de sujet de trembler, qu'en s'éloignant de leur peuple, *l'ouvrage* du salut de ces mêmes peuples *ne soit négligé* par leur absence ! Ainsi toute leur sûreté consiste à demeurer fermes, comme le saint homme Néhémias, pour ne point *descendre de Jérusalem*, et pour travailler jusqu'à la fin à la consommation de ce *grand ouvrage*, dont le choix de la divine volonté les a chargés. (Sacy.)

(1) VERS. 5. — EPISTOLAM HABEBAT IN MANU SUA SCRIPTAM HOC MODO. Hebræus : *Epistolam apertam in manu ejus : scriptum erat in eâ* quod hìc subditur. Epistolam hanc obsignatam non fuisse, sed apertam, neque Syriacus nec Vulgata animadvertunt ; sed accuratè id notant Septuaginta et Arabs. Quo consilio ita agendum duxerit Sanaballat cum Nehemiâ, non satis intelligimus, nisi fortè hoc argumento demonstrare voluerit illius contemptum, vel indicârit, epistolæ hujus latorem virum esse arcanorum conscium, qui plura quàm ferebat epistola, expositurus esset : vel denique litteræ erant patentes et judiciales, quibus dies illi dicebatur, ut sisteret se ad judicium, objecta sibi crimina purgaturus. (Calmet.)

(2) VERS. 6. — PROPTER QUAM CAUSAM ET PROPHETAS POSUERIS. Hoc erat manifestè falsum, quia Aggæus et Zacharias tunc prophetantes,

VERS. 7. — (1) REX IN JEHUDAH est, q. d.: Jam habemus regem præter Artaxerxem. DIVULGABITUR REGI SECUNDUM VERBA HÆC, id est, narrabuntur regi talia. ET CONSILIUM INEAMUS PARITER. Ut scilicet eluas à te hanc infamiam et hoc crimen. Epistola enim illa Sanballath accusabat Nehemiam et Jehudæos læsæ majestatis.

VERS. 8. — ET MISI, sub. puerum, vel epistolam. DE CORDE TUO FINGIS EA, id est, ex te finxisti illa, q. d., mentiris.

VERS. 9. — OMNES ENIM ILLI TERREBANT, id est, omnes hæ gentes terrebant, metum ac timorem incutere conabantur nobis, ut abducerent nos ab opere ipso. Quidam Hebræorum: *Vos omnes terretis*, id est, terrere conamini; nam est particip. Heb. *terrentes*, ut utroque modo vertere possis. DEBILITABUNTUR, etc., id est, debiles factæ manus eorum, desistent ab opere ipso, et non perficietur (2). CONFORTA, vel, *confirma, corrobora*, ô Sanballath, me ad opus ipsum, et ne deterreas, q. d., tu potiùs cohortare me ad opus, quàm deterrendo avoces me ab illo. Alii meliùs: *Nunc*, ô Deus, conforta manus meas.

non prophetabant à Nehemiâ positi, sed à Deo inspirati et ordinati, nec prophetabant de regno Nehemiæ, sed de templi et civitatis ædificatione. (Lyranus.)

(1) VERS. 7. — ET PROPHETAS POSUERIS QUI PRÆDICENT DE TE IN JERUSALEM, DICENTES: REX IN JUDÆA EST. Prophetas propriè accipe. Criminantur enim Nehemiam, quòd is se vellet regem facere, ideòque prophetas subornet, qui populo vaticinentur idipsum velle Deum, ut scilicet Judææ, quæ tot annis regibus caruit, jam suus rex restituatur. Ita Sanchez. Alii tamen per *prophetas* intelligunt præcones, qui per plateas Nehemiam regem proclament. (Corn. à Lap.)

PROPHETAS POSUERIS, — viros loquaces, ambitioni tuæ servientes, qui ementitâ vaticinandi specie incautos decipiant, disponantque populi animos, laudes tuas plenis buccis conclamantes, ut vulgus te regem creet. Prophetis hisce, veris scilicet, fictos fucatosque oppositur, Nehemiæ hostes Semaiam et Noadiam corruperunt. (Calmet.)

IDCIRCO VENI, UT INEAMUS CONSILIUM. Ut sic malo quod tibi et toti provinciæ imminet occurramus; et ne nos vicinos idem malum involvat. Ut eluas à te hanc infamiam et hoc crimen, scilicet læsæ majestatis. Deliberemus, quo pacto hæc fama sopiri, tuque regi Persico purgari queas: ne, præoccupato animo ejus opinione rebellionis aliquid durius in te tuosque statuat. Tùm maximè cavendi sunt hostes, cùm se amicissimos simulant. (Synopsis.)

INEAMUS CONSILIUM PARITER. Ambiguum relinquunt Nehemiam, si fortè vellet rebellare contra Artaxerxem, an velint conjurare cum eo, an verò audire duntaxat quid ille afferret purgationis ad hujusmodi calumniam, ut haberent quod possent ad regem scribere de defectione quæ vulgò jactabatur. (Menochius.)

(2) VERS. 9. — QUAM OB CAUSAM MAGIS CONFORTAVI MANUS MEAS. Hebræus: *Et nunc conforta manus meas.* Decebat quidem, te, ô Sanaballat, non animos mihi demere et ab accepto absterrere, sed juvare, et me in consilio semel inito confirmare. Septuaginta, Syrus et Arabs, in eamdem ac Vulgata sententiam reddiderunt: *Confortavi manus meas;* neque id respuit Hebræus, si in participio vel infinito legitur: *Nunc confirmans manus meas*, vel: *Nunc ego confirmandus sum.* Recentiorum interpretum plures orationem hanc esse Nehemiæ aiunt: *Domine, conforta manus meas.* Novas mihi adde vires, ut opus meum absolvam. (Calmet.)

Tous ces gens ne travaillent qu'à nous effrayer, s'imaginant que nous cesserions ainsi de bâtir.... Mais je m'y appliquai avec encore plus de courage. Il n'y a point d'artifice ni de fourberie que n'emploient les ennemis de notre sainte cité, pour en détacher ceux qui y travaillent avec plus de zèle. Ils ont toujours accusé ses plus saints pasteurs, comme ils font ici Néhémias, d'avoir des desseins contre les princes à qui ils sont le plus religieusement soumis, et de former des projets de soulèvement dont ils se sentent le plus éloignés. C'est ainsi que dès les premiers commencements de l'Église on représentait aux empereurs idolâtres les Chrétiens comme ennemis de leur empire, et comme des gens toujours prêts à prendre les armes contre eux. Ce sera jusqu'à la fin des siècles le stratagème dont le démon et ceux qu'il remplit de sa malice useront toujours contre les personnes uniquement occupées à l'ouvrage de la cité sainte, qui seule est capable de faire toutes leurs délices. On n'aime point Jérusalem, qu'on ne se voie exposé nécessairement aux calomnies des méchants: *Omnes qui piè volunt vivere in Christo Jesu, persecutionem patientur.* Néhémias était chargé des ordres du roi de Perse, pour faire bâtir les murailles de la ville de Jérusalem. *Sanaballat, Tobie*, et ses autres ennemis en pouvaient être informés. Cependant ils font *courir le bruit parmi le peuple* que Néhémias *a résolu de se révolter;* que son dessein en rétablissant ces murs, est de *se faire lui-même roi des Juifs;* qu'il *a aposté* pour ce sujet *des prophètes*, afin qu'ils trompent ces peuples, en leur persuadant que *c'est lui*, et non le roi de Perse, *qui est le roi de Judée.*

Mais tous ces bruits, toutes ces accusations, et toutes ces impostures sont-elles capables de troubler et d'intimider cet homme de Dieu, qui travaillait seulement pour lui plaire? Non sans doute. Mais songeant uniquement à procurer le repos des Juifs, ses frères, il marche toujours d'un pas égal dans sa voie, sans qu'aucune crainte puisse l'en faire écarter, parce que la crainte de Dieu le rendait comme insensible à celle des hommes. Et toutes les oppositions de ses ennemis, bien loin de lui faire *abandonner son travail*, comme ils l'auraient souhaité, le portèrent même à *s'y appliquer avec encore plus de courage.*

Tous les efforts du démon tendent aussi à nous rendre le travail qui regarde notre salut et l'édifice de la cité sainte, odieux et insupportable. S'il peut, par ses artifices, par ses

confirma manus meas. Ex ingenti affectu incidit in orationem ad Deum.

VERS. 10. — SEMAHIAH FILII DELAIAH. Pseudopropheta hic sacerdos erat ex vice *Delaiæ*, 1 Paral. 24, 18. Voluit Semaiah reddere Nehemiam contemptibilem, ejusque fugâ tum animum Judæis adimere, tum illam calumniam de regno affectato reddere verisimilem, tum ipsum, qui non erat sacerdos, peccare in Deum, ingrediendo in locum solis sacerdotibus pervium. CLAUSUS, sub. in domo suâ; id est, continebat se domi. Vel abstinebat ab omnibus voluptatibus et deliciis, ut solent prophetæ. Narrat Nehemias alias insidias quas sibi paraverant hostes per pseudo-prophetas. CONVENIAMUS, etc., id est, recipiamus nos, vel confugiamus, sive concedamus ad domum Dei. OSTIA TEMPLI. Antecedens pro relat. *ejus*, sub. super nos. VENIUNT. Præs. Heb. pro fut. *venturi sunt.* ET NOCTE VENIUNT AD OCCIDENDUM TE. Pro, et quidem hâc nocte primâ venturi sunt, inquam, Sanballath et alii hostes ut te occidant.

VERS. 11.— NUM QUISQUAM SIMILIS, etc., q. d., debeone ego, qui dux sum, et quem Deus tantis beneficiis affecit, fugere metu mortis? QUI INGREDIATUR TEMPLUM, ET VIVAT? id est, qui ingredi possit templum, quem Deus non statim interficiat? quòd scilicet templum violaverit (1). NON INGREDIAR, id est, nequaquàm ingrediar: non enim licet mihi ingredi, q. d., si facerem quæ hortaris, peccarem in me, fugiendo scilicet, et in Deum, ingrediendo templum ipsum.

VERS. 12. — ET COGNOVI, ET ECCE. Subaudiendum aliquid hoc modo: Dedi operam ut cognoscerem essetne verus propheta; et deprehendi quòd non misisset eum Deus, hoc est, eum esse pseudo-prophetam; nam veri prophetæ mittuntur à Deo (1). LOCUTUS EST AD ME. Alii: *Adversùm me.*

persécutions, par ses calomnies, nous inspirer de la frayeur et du découragement, il a obtenu ce qu'il demandait, et nous sommes misérablement trompés. Mais si on conserve, à l'exemple de Néhémias, une fermeté toujours égale; si l'on écoute tous les outrages des gens du siècle, comme si on ne les entendait pas, et si au lieu de se relâcher dans son travail, en se laissant vaincre par leur malice, on *s'y applique*, comme ce grand homme, *avec plus d'ardeur*, c'est alors qu'en surmontant le mal par le bien, et la malice par la patience, on est en état d'achever heureusement l'ouvrage qu'on a commencé. Or c'est à Dieu même qu'il faut demander cette patience et ce courage, sans lequel on ne parvient point à la fin qu'on se propose. Disons-lui donc avec le plus saint de tous les rois: *Faites éclater, ô Dieu*, en notre faveur *votre vertu* toute-puissante. O Dieu, *affermissez ce que vous avez fait en nous.* (Sacy.)

(1) VERS. 11. — QUIS UT EGO INGREDIETUR TEMPLUM, ET VIVET? An ego sacerdos sum, ut ingredi in templum audeam? Si quid tale ego committerem, audaciæ meæ, utpote loci sancti violator, pœnas Deo vindice darem. Suadebat igitur Semaias, ut non modò atrium Israelis, sed locum, quo unis sacerdotibus ingredi fas erat, ingrederetur. Fortè tunc atrium Israelis nondùm muro clausum erat. Qui sacerdotem fuisse Nehemiam aiunt, aliter explicant: Adeòne parùm constantis animi me facis, ut tuendæ vitæ gratiâ in templo claudar? Utrùm Nehemias sacerdos fuerit, disputavimus in præfatione, et in sententiam negantem concessimus. (Calmet.)

NUM QUISQUAM SIMILIS MEI FUGIT? Æneid. 12: *Terga dabo, et Turnum fugientem hæc terra videbit? Usque adeòne mori miserum est?*

« In maximâ fortunâ minima est licentia », Sallust. « Multa tibi non licent quæ humillimis « et in angulo jacentibus licent. Magna servi- « tus est magna fortuna, » Senec. ad Polyb. 26. « Splendor vester facit, ut peccare sine « summo reip. detrimento non possitis, » Cic. Ver. 3. Indecora esset ducis fuga, et rei communi perniciosa. (Synopsis.)

ET QUIS UT EGO INGREDIETUR TEMPLUM, ET VIVET? *Templum* intellige illam basilicam quam sacerdotibus solis ingredi jus erat. (Grotius.)

Volunt ergo Nehemiam non fuisse sacerdotem, sed ex tribu Judæ; *quia* (inquit Scaliger in Euseb. ad numerum 1584) *omnes duces Israelis et Æchmalotarchæ sunt ex tribu Juda, et ex stirpe Davidis.* Verùm id falsum esse docet exemplum Esdræ, qui sacerdos erat et Æchmalotarcha, Esd. 7, 6. Adde quòd Nehemias cap. 10, 1, 8, sacerdos asseritur: quem frustra alium esse somniat Scaliger, cùm et patris nomen omninò consentiat. (Malvenda.)

Ne quidem vitæ servandæ causâ me (scilicet exterum, non sacerdotem,) ad templum fugere decet (vel licet, Num. 3, 38.) (Junius.

Crimen morte dignum committerem, si eò ingrederer. (Osiander.)

Aut, *et vivat?* q. d.: Si fugiam ad templum, ipsi contribules me interiment, quasi indignum magistratu, aut hostem domesticum, qui, quasi sceleris alicujus conscius, quæsiverit asylum, adeòque sceleratum se profitetur, et dignum odio publico. (Sanctius.)

(1) VERS. 12. — INTELLEXI QUOD DEUS NON MISISSET EUM. Ex eo quod suadebat, atque ex oris habitu, quo verba mea excepit, id statim intellexi. Denique id nôsse potuit ex aliis, qui tunc florebant, prophetis, Aggæo, Zachariâ, Malachiâ. (Calmet.)

ET INTELLEXI, etc. Unde? Resp. 1° quòd contra legem suaderet. Vide Deut. 13, 2; 2° quòd consilium illud erat perniciosum reip.; 3° quòd vaticinium non probavit effectus, quia non venerunt hostes, etc.; 4° ex revelatione Dei; 5° vel ex naturali prudentiâ; 6° quòd habebat pro se indubitatos prophetas, Jerem., Agg., Zach., Mal. Al. aliter: Subaudiendum

VERS. 13. — QUIA MERCEDE CONDUCTUS ERAT. Subaudiendum aliquid, quale : Hæc, inquam, dicebat, propterea quòd mercede, etc. Vel : Deus inquam non miserat illum, nam, etc. UT TIMEREM, ET FACEREM SIC, etc., id est, ut metum ac timorem mihi incuteret, et facerem ut dicebat, atque ita peccarem (1). ESSET ILLIS, etc., vel, *essetque illis in famam malam*, sub. adversùm me, id est, ut haberent quod mihi tanquàm crimen impingere possent. UT PROBRIS AFFICERENT ME, cùm scilicet me illorum metu aufugisse cognoscerent.

VERS. 14. — NOHADIAH, nomen mulieris, quæ etiam sibi prophetæ nomen sumebat (2). QUI aliquid hoc modo : *Dedi operam ut cognoscerem*, etc.

SED QUASI VATICINANS LOCUTUS ESSET AD ME, quoniam esset isthæc prophetia mihi quasi adversaria oratio; atque hinc rectè respuit Nehemias illam prophetiam, quòd adversa esset operi instaurandæ civitatis, ad quod perficiendum Dei (qui sibi semper constat, nec, ut homo, mutatur) tum mandatum, tum auxilium, accepit. (Synopsis.)

(1) VERS. 13. — ET PECCAREM; inconsultò aliquid agerem, quod invidiam mihi apud populum creare posset. (Calmet.)

(2) VERS. 14. — NOADIÆ PROPHETÆ. Hebr. נדעויה הנביאה *Prophetissæ Noadiæ*. Septuaginta, Syrus, Arabs et Vulgata de viro prophetâ acceperunt. (Calmet.)

Souvenez-vous de moi, Seigneur, en considérant toutes ces œuvres de la malice *de Tobie et de Sanaballat. Et souvenez-vous aussi de ce qu'a fait le prophète Noadie et les autres prophètes, pour me donner de la terreur.* C'est-à-dire, faites-moi miséricorde, Seigneur, en considération de ce que Tobie et Sanaballat m'ont fait souffrir, et des artifices dont ceux qui feignaient d'être prophètes, ont usé pour me surprendre sous de beaux prétextes, et me détourner de l'œuvre à laquelle votre Providence m'avait engagé. Vous savez, Seigneur, que je n'ai point acquiescé à tous leurs conseils, qui ne tendaient qu'à nous perdre, et que j'ai persévéré jusqu'à la fin dans mon ministère, sans craindre qui que ce soit que vous seul. *Toutes les nations reconnurent,* par la suite, que *cet ouvrage était* véritablement *l'ouvrage de Dieu, et la terreur dont elles furent frappées,* ayant appris que tout était achevé, ne contribua pas seulement à relever le courage de tous les Juifs, mais à augmenter leur reconnaissance envers Dieu, qui les avait assistés si visiblement pour leur faire consommer ce grand ouvrage dans l'espace de cinquante-deux jours, et à la vue de tant d'ennemis. Car il était important que la gloire du Seigneur se fît sentir par la manière extraordinaire dont une si grande ville se trouva toute environnée de fortes murailles en si peu de temps, afin que Juda ne pût attribuer à son propre bras un effet si surprenant de la puissance de Dieu, et que tous les peuples, ses ennemis, fussent eux-mêmes sensiblement convaincus que c'était un coup miraculeux de la main du Tout-Puissant. Ainsi, rien n'était plus

TERREBANT ME, id est, qui terrore conati sunt avocare me ab opere ipso.

VERS. 15. — ELUL (1). Mensis est qui partim augusto nostro respondet, partim septembri. QUINQUAGINTA ET DUOBUS DIEBUS, id est, quinquagesimo secundo die, postquàm misit Sanballath epistolam illam ad Nehemiam. Josephus dicit hoc opus absolutum esse duobus annis et tribus mensibus; sed verosimilius est instaurationem murorum perfectam fuisse spatio dierum quinquaginta duorum. 1° Quia ingens erat ædificantium multitudo et ardor. 2° Quia non erant diruta murorum fundamenta, sed tantùm interrupta. Nec desunt similia exempla. Alexander Magnus muros novæ Alexandriæ ad Tanaïm per longitudinem sexaginta stadiorum erexit septemdecim diebus, *Curt.* vel viginti, *Arrian.* Jos. de Bell. Jud. lib. 6, c. 13, refert trium dierum spatio muro à Romanis circumdatam esse Jerusalem.

VERS. 16. — CUM AUDISSENT, sub. murum esse perfectum. ET CONCIDERUNT, etc., id est, humiliatæ sunt valdè, q. d., existimaverunt se jacturam magnam fecisse nominis sui et rerum suarum (2).

VERS. 17. — IN DIEBUS ILLIS, sub. quibus ædificatum est. MULTIPLICABANT OPTIMATES JEHUDAH EPISTOLAS SUAS, EUNTES, id est, missas *ad Tobiiah.* Hebraismus, id est, crebras ac frequentes epistolas mittebant ad Tobiam, et ab eodem frequentes etiam recipiebant (3).

VERS. 18. — HABEBANT JURAMENTUM EJUS, id est, conjuraverant cum ipso Tobiâ, eique erant arcano fœdere colligati (4).

capable de rendre Jérusalem plus inaccessible à tous ceux qui la haïssaient, que cette protection si éclatante du Très-Haut, et que la profonde humilité qu'inspirait à ses habitants la vue de ce prodige, qui leur causait à eux-mêmes le dernier étonnement. (Sacy.

(1) Sextus est anni sacri, et duodecimus civilis. Hoc eodem mense habita est solemnis dedicatio mœnium Hierosolymæ, de quâ inferiùs, 12, 27. (Calmet.)

(2) VERS. 16. — UT TIMERENT UNIVERSÆ GENTES nos, nostramque fabricam, quam tam citò videbant esse perfectam, ut ipsæ faterentur hoc esse opus Dei potiùs quàm hominum. (Corn. à Lap.)

(3) Erant hi patriæ proditores, qui contra Nehemiam cum hostibus conspirârant, eisque gesta et consilia Nehemiæ perscribebant, ut ea disturbarent. (Corn. à Lap.)

(4) VERS. 18. — QUIA GENER ERAT SECHENIÆ. Iste enim Sechenias erat de majoribus inter Judæos, et similiter Mosollam. (Corn. à Lap.)

MULTI ENIM ERANT IN JUDÆA HABENTES JURAMENTUM EJUS, q. d. : Multi Judæorum jurârant

Vers. 19. — Bonitates ejus dicebant, id est, merita ejus, benefacta, magnificentias narrabant, vel recitabant (1). Et verba mea. Nempe ista : Quòd scilicet epistolas quasdam misisset Tobias ut me terreret, ut ab instauratione muri desisterem.

Tobiæ, eique per juramentum fidem suam addixerant, se scilicet illi fore amicos et fideles, et proinde cum eo contra me et patriam suam conjurârant.

(1) Vers. 19. — Sed et laudabant eum (Tobiam) coram me. Hæc fuit summa Judæorum iniquitas, et summa Nehemiæ injuria et afflictio, scilicet civium suorum proditio, quam tamen ipse dissimulando, patientiâ, consilio et constantiâ superavit. (Corn. à Lap.)

CAPUT VII.

1. Postquàm autem ædificatus est murus, et posui valvas, et recensui janitores, et cantores, et Levitas :

2. Præcepi Hanani fratri meo et Hananiæ principi domûs de Jerusalem (ipse enim quasi vir verax et timens Deum plus cæteris videbatur),

3. Et dixi eis : Non aperiantur portæ Jerusalem usque ad calorem solis. Cùmque adhuc assisterent, clausæ portæ sunt et oppilatæ : et posui custodes de habitatoribus Jerusalem, singulos per vices suas, et unumquemque contra domum suam.

4. Civitas autem erat lata nimis et grandis, et populus parvus in medio ejus, et non erant domus ædificatæ.

5. Deus autem dedit in corde meo, et congregavi optimates et magistratus, et vulgus, ut recenserem eos : et inveni librum censûs eorum qui ascenderant primùm, et inventum est scriptum in eo :

6. Isti filii provinciæ, qui ascenderunt de captivitate migrantium, quos transtulerat Nabuchodonosor rex Babylonis, et reversi sunt in Jerusalem et in Judæam, unusquisque in civitatem suam.

7. Qui venerunt cum Zorobabel, Josue, Nehemias, Azarias, Raamias, Nahamani, Mardochæus, Belsam, Mespharath, Begoai, Nahum, Baana. Numerus virorum populi Israel :

8. Filii Pharos, duo millia centum septuaginta duo.

9. Filii Saphatia, trecenti septuaginta duo.

10. Filii Area, sexcenti quinquaginta duo.

11. Filii Phahath-Moab, filiorum Josue et Joab, duo millia octingenti decem et octo.

CHAPITRE VII.

1. Après que la muraille fut achevée, je posai les portes, et je fis la revue des portiers, des chantres et des Lévites.

2. Alors je donnai mes ordres touchant Jérusalem à mon frère Hanani, et à Hananias prince du temple; car il paraissait être un homme sincère et craignant Dieu plus que tous les autres; et je leur dis : Qu'on n'ouvre point les portes de Jérusalem jusqu'à ce que le soleil soit déjà haut. Et comme ils étaient encore présents, les portes furent fermées et barrées; et je mis en garde les habitants de Jérusalem chacun à son tour, et chacun devant sa maison.

4. La ville était très-grande et très-étendue, et il n'y avait dedans que fort peu de peuple, et les maisons n'étaient point bâties.

5. Or Dieu m'inspira la pensée d'assembler les plus considérables, les magistrats et le peuple, pour en faire la revue ; et je trouvai un mémoire où était le dénombrement de ceux qui étaient venus la première fois, et où était écrit ce qui suit :

6. Ce sont ici ceux de la province qui sont revenus de la captivité où ils étaient, lesquels, après avoir été transférés à Babylone par le roi Nabuchodonosor, sont retournés à Jérusalem et dans la Judée, chacun dans sa ville.

7. Ceux qui vinrent avec Zorobabel, Josué, Néhémias, Azarias, Raamias, Nahamani, Mardochée, Belsam, Mespharat, Bégoaï, Nahum, Baana. Voici le nombre des hommes du peuple d'Israël :

8. Les fils de Pharos *étaient* deux mille cent soixante-douze.

9. Les fils de Saphatia, trois cent soixante-douze.

10. Les fils d'Aréa, six cent cinquante-deux.

11. Les fils de Phahath-Moab, qui était de la famille de Josué-Joab, deux mille huit cent dix-huit.

12. Filii Ælam, mille ducenti quinquaginta quatuor.
13. Filii Zethua, octingenti quadraginta quinque.
14. Filii Zachai, septingenti sexaginta.
15. Filii Bannui, sexcenti quadraginta octo.
16. Filii Bebai, sexcenti viginti octo.
17. Filii Azgad, duo millia trecenti viginti duo.
18. Filii Adonicam, sexcenti sexaginta septem.
19. Filii Beguai, duo millia sexaginta septem.
20. Filii Adin, sexcenti quinquaginta quinque.
21. Filii Ater, filii Hezeciæ, nonaginta octo.
22. Filii Hasem, trecenti viginti octo.
23. Filii Besai, trecenti viginti quatuor.
24. Filii Hareph, centum duodecim.
25. Filii Gabaon, nonaginta quinque.
26. Filii Bethlehem et Netupha, centum octoginta octo.
27. Viri Anathoth, centum viginti octo.
28. Viri Bethazmoth quadraginta duo.
29. Viri Cariathiarim, Cephira et Beroth, septingenti quadraginta tres.
30. Viri Rama et Geba, sexcenti viginti unus.
31. Viri Machmas centum viginti duo.
32. Viri Bethel et Hai, centum viginti tres.
33. Viri Nebo alterius, quinquaginta duo.
34. Viri Ælam alterius, mille ducenti quinquaginta quatuor.
35. Filii Harem, trecenti viginti.
36. Filii Jericho, trecenti quadraginta quinque.
37. Filii Lod, Hadid et Ono, septingenti viginti unus.
38. Filii Senaa, tria millia nongenti triginta.
39. Sacerdotes : Filii Idaia in domo Josue, nongenti septuaginta tres.
40. Filii Emmer, mille quinquaginta duo.

12. Les fils d'Elam, mille deux cent cinquante-quatre.
13. Les fils de Zéthua, huit cent quarante-cinq.
14. Les fils de Zachaï, sept cent soixante.
15. Les fils de Bannui, six cent quarante-huit.
16. Les fils de Bébaï, six cent vingt-huit.
17. Les fils d'Azgad, deux mille trois cent vingt-deux.
18. Les fils d'Adonicam, six cent soixante-sept.
19. Les fils de Béguaï, deux mille soixante-sept.
20. Les fils d'Adin, six cent cinquante-cinq.
21. Les fils d'Ater, fils de Hézécias, quatre-vingt-dix-huit.
22. Les fils de Hasem, trois cent vingt-huit.
23. Les fils de Bésaï, trois cent vingt-quatre.
24. Les fils de Hareph, cent douze.
25. Les fils de Gabaon, quatre-vingt-quinze.
26. Les fils de Bethléhem et de Nétupha, cent quatre-vingt-huit.
27. Les hommes d'Anathoth, cent vingt-huit.
28. Les hommes de Bethazmoth, quarante-deux.
29. Les hommes de Cariathiarim, de Céphira et de Béroth, sept cent quarante-trois.
30. Les hommes de Rama et de Géba, six cent vingt-un.
31. Les hommes de Machmas, cent vingt-deux.
32. Les hommes de Béthel et de Haï, cent vingt-trois.
33. Les hommes de l'autre Nébo, cinquante-deux.
34. Les hommes de l'autre Elam, mille deux cent cinquante-quatre.
35. Les fils de Harem, trois cent vingt.
36. Les fils de Jéricho, trois cent quarante-cinq.
37. Les fils de Lod, de Hadid et d'Ono, sept cent vingt-un.
38. Les fils de Sénaa, trois mille neuf cent trente.
39. Les prêtres : les fils d'Idaïa dans la maison de Josué, neuf cent soixante-treize.
40. Les fils d'Emmer, mille cinquante-deux.

41. Filii Phashur, mille ducenti quadraginta septem.

42. Filii Arem, mille decem et septem. Levitæ :

43. Filii Josue et Cedmihel filiorum

44. Oduiæ, septuaginta quatuor. Cantores :

45. Filii Asaph, centum quadraginta octo.

46. Janitores : Filii Sellum, filii Ater, filii Telmon, filii Accub, filii Hatita, filii Sobai : centum triginta octo.

47. Nathinæi : Filii Siha, filii Hasupha, filii Tebbaoth,

48. Filii Ceros, filii Siaa, filii Phadon, filii Lebana, filii Hagaba, filii Selmai,

49. Filii Hanan, filii Geddel, filii Gaher,

50. Filii Raaia, filii Rasin, filii Necoda,

51. Filii Gezem, filii Aza, filii Phasea,

52. Filii Besai, filii Munim, filii Nephussim,

53. Filii Bacbuc, filii Hacupha, filii Harhur,

54. Filii Besloth, filii Mahida, filii Harsa,

55. Filii Bercos, filii Sisara, filii Thema,

56. Filii Nasia, filii Hatipha,

57. Filii servorum Salomonis, filii Sotai, filii Sopheret, filii Pharida,

58. Filii Jahala, filii Darcon, filii Jeddel,

59. Filii Saphatia, filii Hatil, filii Phochereth, qui erat ortus ex Sabaim, filio Amon.

60. Omnes Nathinæi, et filii servorum Salomonis trecenti nonaginta duo.

61. Hi sunt autem qui ascenderunt de Thelmelâ, Thelharsâ, Cherub, Addon, et Emmer : et non potuerunt indicare domum patrum suorum, et semen suum, utrùm ex Israel essent.

62. Filii Dalaia, filii Tobia, filii Necoda, sexcenti quadraginta duo.

63. Et de sacerdotibus : Filii Habia, filii Accos, filii Berzellai, qui accepit de filiabus Berzellai Galaaditis, uxorem, et vocatus est nomine eorum.

64. Hi quæsierunt scripturam suam in

41. Les fils de Phasur, mille deux cent quarante-sept.

42. Les fils d'Arem, mille dix-sept. Les Lévites :

43. Les fils de Josué et de Cedmihel, fils

44. D'Oduïa, soixante-quatorze. Les chantres :

45. Les fils d'Asaph, cent quarante-huit.

46. Les portiers : les fils de Sellum, les fils d'Ater, les fils de Telmon, les fils d'Accub, les fils d'Hatita, les fils de Sobaï, cent trente-huit.

47. Les Nathinéens : les fils de Siha, les fils d'Hasupha, les fils de Tebbaoth,

48. Les fils de Céros, les fils de Siaa, les fils de Phadon, les fils de Lébana, les fils de Hagaba, les fils de Selmaï,

49. Les fils de Hanan, les fils de Geddel, les fils de Gaher,

50. Les fils de Raaïa, les fils de Rasin, les fils de Nécoda,

51. Les fils de Gézem, les fils d'Aza, les fils de Phaséa,

52. Les fils de Bésaï, les fils de Munim, les fils de Néphussim,

53. Les fils de Bacbuc, les fils de Hacupha, les fils de Harhur,

54. Les fils de Besloth, les fils de Mahida, les fils de Harsa,

55. Les fils de Bercos, les fils de Sisara, les fils de Théma,

56. Les fils de Nasia, les fils de Hatipha,

57. Les fils des serviteurs de Salomon, les fils de Sotaï, les fils de Sophéreth, les fils de Pharida,

58. Les fils de Jahala, les fils de Darcon, les fils de Jedded,

59. Les fils de Saphatia, les fils de Hatil, les fils de Phochéreth qui était né de Sabaïm, fils d'Amon.

60. Tous les Nathinéens, et les fils des serviteurs de Salomon : trois cent quatre-vingt-douze.

61. Or voici ceux qui vinrent de Thelméla, de Thelharsa, de Chérub, d'Addon, et d'Emmer, et qui ne purent faire connaître la maison de leurs pères, et leur race, s'ils étaient d'Israël.

62. Les fils de Dalaïa, les fils de Tobie, les fils de Nécoda, six cent quarante-deux.

63. Et entre les prêtres, les fils de Habia, les fils d'Accos, les fils de Berzellaï, qui épousa l'une des filles de Berzellaï de Galaad, et qui fut appelé de leur nom.

64. Ceux-ci cherchèrent l'écrit de leur gé-

censu, et non invenerunt, et ejecti sunt de sacerdotio.

65. Dixitque Athersatha eis, ut non manducarent de sanctis sanctorum, donec staret sacerdos doctus et eruditus.

66. Omnis multitudo quasi vir unus, quadraginta duo millia trecenti sexaginta;

67. Absque servis et ancillis eorum, qui erant septem millia trecenti triginta septem; et inter eos cantores et cantatrices ducenti quadraginta quinque.

68. Equi eorum, septingenti triginta sex; muli eorum, ducenti quadraginta quinque;

69. Cameli eorum, quadragenti triginta quinque: asini, sex millia septingenti viginti.

Hucusque refertur quid in commentario scriptum fuerit : exin Nehemiæ historia texitur.

70. Nonnulli autem de principibus familiarum dederunt in opus. Athersatha dedit in thesaurum, auri drachmas mille, phialas quinquaginta, tunicas sacerdotales quingentas triginta.

71. Et de principibus familiarum dederunt in thesaurum operis, auri drachmas viginti millia, et argenti mnas duo millia ducentas.

72. Et quod dedit reliquus populus, auri drachmas viginti millia, et argenti mnas duo millia, et tunicas sacerdotales sexaginta septem.

73. Habitaverunt autem sacerdotes et Levitæ, et janitores et cantores, et reliquum vulgus, et Nathinæi et omnis Israel, in civitatibus suis.

néalogie dans le dénombrement; et ne l'ayant point trouvé, ils furent rejetés du sacerdoce.

65. Et Athersatha leur dit de ne point manger des choses très-saintes jusqu'à ce qu'il y eût un pontife docte et éclairé.

66. Toute cette multitude comme un seul homme, se montait à quarante-deux mille trois cent soixante personnes,

67. Sans compter leurs serviteurs et leurs servantes, qui étaient sept mille trois cent trente-sept; et parmi eux il y avait deux cent quarante-cinq chantres, tant hommes que femmes.

68. Ils avaient sept cent trente-six chevaux, deux cent quarante-cinq mulets,

69. Quatre cent trente-cinq chameaux, et six mille sept cent vingt ânes.

Jusqu'ici sont les paroles qui étaient écrites dans le mémoire. Ce qui suit est l'histoire de Néhémias (1).

70. Or quelques-uns des princes des familles contribuèrent à l'ouvrage. Athersatha, *échanson du roi,* donna au trésor mille dragmes d'or, cinquante fioles, et cinq cent trente tuniques sacerdotales.

71. Et quelques chefs des familles donnèrent au trésor destiné pour l'ouvrage, vingt mille dragmes d'or, et deux mille deux cents mines d'argent.

72. Et ce que le reste du peuple donna fut vingt mille dragmes d'or, deux mille mines d'argent, et soixante-sept tuniques sacerdotales.

73. Les prêtres et les Lévites, les portiers et les chantres, avec tout le reste du peuple, les Nathinéens, et tout Israël demeurèrent dans leurs villes.

(1) Ceci n'est ni dans l'hébreu ni dans les Septante, ni dans les autres versions. Il y a des manuscrits latins qui ne le lisent point, et d'autres qui ne le lisent qu'à la marge. Au reste les présents dont il est parlé dans les quatre versets suivants paraissent être les mêmes que ceux dont il est parlé au livre d'Esdras, 2, 68 et suiv., soit que ces versets soient encore une suite du dénombrement, soit qu'ils aient été ajoutés au livre d'Esdras. (Bib. de Vence.)

TRANSLATIO EX HEBRÆO.

1. Et fuit, cùm ædificatus esset murus, et statuissem valvas, et constituti essent janitores, et cantores, et Levitæ. — 2. Præcepi Chanani fratri meo, et Chananiah principi palatii de (in) Jerusalaim, quia ipse erat vir verax, et timens Deum præ multis. — 3. Et dixi ad eos : Non aperientur portæ Jerusalaim, usque ad calorem solis, et adhuc ipsis stantibus claudent valvas, et tenebunt (contignabunt); et statui custodes habitatores Jerusalaim unumquemque in custodiâ suâ, et unumquemque contra domum suam. — 4. Civitas autem *erat* lata locis, et grandis, et populus parvus in medio ejus, et non *erant* domus ædificatæ. — 5. Et posuit Deus in corde meo, et congregavi optimates et magistratus, ut recenserentur secundùm seriem generationis : et inveni librum ge-

nealogiæ *eorum*, qui ascenderunt primùm, et inveni scriptum in eo. — 6. Isti filii provinciæ, qui ascenderunt de captivitate transmigrationis, quam transmigrare fecit Nabuchadnesar rex Babel, et reversi sunt in Jerusalaim, et in Jehudah, unusquisque in civitatem suam. — 7. Qui venerunt cum Zerubbabel, Jesuah, Nechemiah, Hazariah, Rahamiah, Nachamani, Mordochai, Bilsan, Mispereth, Biguai, Nechum, Bahanah. Numerus virorum populi Israel. — 8. Filii Parhos, duo millia centum et septuaginta et duo. — 9. Filii Sephathiah, trecenti septuaginta et duo. — 10. Filii Arach, sexcenti quinquaginta et duo. — 11. Filii Pachath Moab *de* filiis Jesuah et Joab, duo millia et octingenti *et* decem octo. — 12. Filii Helam, mille ducenti quinquaginta et quatuor. — 13. Filii Zattu, octingenti quadraginta et quinque. — 14. Filii Zacchai, septingenti et sexaginta. — 15. Filii Binnui, sexcenti quadraginta et octo. — 16. Filii Bebai, sexcenti viginti et octo. — 17. Filii Hazghad, duo millia trecenti viginti et duo. — 18. Filii Adonicham, sexcenti sexaginta et septem. — 19. Filii Biguai, duo millia sexaginta et septem. — 20. Filii Hadin, sexcenti quinquaginta et quinque. — 21. Filii Ater de Chizchiiahu, nongenti et octo. — 22. Filii Chasum, trecenti viginti et octo. — 23. Filii Besai, trecenti viginti et quatuor. — 24 Filii Chariph, centum duodecim. — 25. Filii Ghibhon, nonaginta et quinque. — 26. Viri Bethlehem, et Netophah, centum octoginta et octo. — 27. Viri Hanatoth, centum viginti et octo. — 28. Viri Beth-Hazmaveth, quadraginta et duo. — 29. Viri Chiriathiebarim, Chephirah, et Beeroth, septingenti quadraginta et tres. — 30. Viri Ramah et Gabah, sexcenti viginti et unus. — 31. Viri Michmas, centum viginti et duo. — 32. Viri Bethel et Hai, centum viginti et tres. — 33. Viri Nebo alterius, quinquaginta et duo. — 34. Filii Helam alterius, mille ducenti quinquaginta et quatuor. — 35. Filii Charim, trecenti et viginti. — 36. Filii Jerecho, trecenti quadraginta et quinque. — 37. Filii Lod Chadid et Ono, septingenti et viginti et unus. — 38. Filii Senaah, tria millia nongenti et triginta. — 39. Sacerdotes : Filii Jedahiah *de* domo Jesuah, nongenti septuaginta et tres. — 40. Filii Immer, mille quinquaginta et duo. — 41. Filii Paschur, mille ducenti quadraginta et septem. — 42. Filii Charim, mille septem *et* decem. — 43. Levitæ : Filii Jesuah *de* Chadmiel *de* filiis Lehodevah, septuaginta et quatuor. — 44. Cantores : Filii Asaph, centum quadraginta et octo. — 45. Janitores : Filii Sallum filii Ater, filii Talmon, filii Hacchub, filii Chatita, filii Sobai, centum triginta et octo. — 46. Nethinim : filii Sicha, filii Chasupha, filii Tabbaoth, — 47. Filii Cheros, filii Siha, filii Padon, — 48. Filii Lebanah, filii Chaghaba, filii Salmai, — 49. Filii Chanam, filii Ghiddel, filii Ghachar, — 50. Filii Reaiah, filii Resin, filii Nechodah, — 51. Filii Ghazam, filii Huzza, filii Paseach, — 52. Filii Besai, filii Mehunim, filii Nephusim, — 53. Filii Bacbuc, filii Chacupha, filii Gharchur, — 54. Filii Baslith, filii Mechida, filii Charsa, — 55. Filii Barchos, filii Sisera, filii Thamach, — 56. Filii Nesiach, filii Chatipha, — 57. Filii servorum Selomoh, filii Sotai, filii Sophereth, filii Peridah, — 58. Filii Jahala, filii Darcon, filii Ghiddel, — 59. Filii Sephatiah, filii Chattil, filii Pochereth de Hatsbaim, filii Amon. — 60. Omnes Nethinim, et filii servorum Selomoh, trecenti nonaginta et duo. — 61. Et isti qui ascenderunt de Thelmelach, Thelcharsa, Cherub, Addon, et Immer, et non potuerunt indicare domum patrum suorum, et semen suum, an ex Israel essent. — 62. Filii Delaiah, filii Tobiah, filii Nechoda, sexcenti quadraginta et duo. — 63. Et de sacerdotibus, filii Chobaiah, filii Hachos, filii Barzillai, qui accepit de filiabus Barzillai Ghilhaditis uxorem: et vocatus est nomine earum. — 64. Isti quæsierunt scripturam suam quâ series generationis eorum recenseretur, et non est inventa, et abdicati (elongati) sunt à sacerdotio. — 65. Et dixit Thirsatha eis, ut non manducarent de sanctitate sanctitatum, donec staret sacerdos in Urim et Thummim. — 66. Omnis congregatio tanquàm unus quater decem millia trecenti et sexaginta. — 67. Præter servos eorum et ancillas eorum : isti *erant* septem millia trecenti triginta et septem, et inter eos cantores, et cantatrices, ducenti et quadraginta et quinque. — 68. Equi eorum, septingenti triginta et sex : muli eorum, ducenti quadraginta et quinque. — 69. Cameli quadringenti triginta et quinque : asini, sex millia septingenti et viginti. — 70. Et aliquot è principibus patrum dederunt in opus. Thirsatha dedit in thesaurum drachmas mille, crateras quinquaginta, tunicas sacerdotum triginta et quingentas. — 71. Et de principibus patrum dederunt in thesaurum operis auri drachmas bis decem millia, et argenti minas duo millia et ducentas. — 72. Et quod dederunt residuum populi, auri drachmas bis decem millia, et argenti minas duo millia et tunicas sacerdotum sexaginta et septem. — 73. Habitaverunt autem sacerdotes et Levitæ, et janitores, et cantores, et de populo, et Nethinim, et omnis Israel in urbibus suis, et contigit mensis septimus, et filii Israel *erant* in civitatibus suis.

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — VALVAS, sub. portarum.

VERS. 2. — PRÆCEPI, id est, præcepta ac mandata dedi. CHANANI. Idem hic, qui ad Nehemiam Babylonem venit, cap. 1, v. 2. PRINCIPI PALATII. Eo nomine videtur designari domus Athersathæ (1). DE JERUSALEM, id est, de portis Jerusalem claudendis et aperiendis suo tempore. Alii, de custodiendis portis, exponunt. VIR, *Keisch.* Hìc כ affirmantis est potiùs quàm dubitantis : ac si dicas, ipse procul dubio erat vir verax. PRÆ MULTIS, scilicet hominibus. Vel, ut alii, *à multis,* scilicet diebus, id est, à multo tempore.

VERS. 3. — NON APERIENTUR; propter insidias hostium. IPSIS STANTIBUS. Ipsis assistentibus, id est, ipsis custodibus, quorum erat portas aperire et claudere, assistentibus in portis. Syr. *Et stante adhuc die.* ET TENEBUNT, ad verbum, *et tenete.* Confusio numeri, pro, tenebunt, sive, apprehendent, sub., valvas, sive fores illas, donec vectibus clauserint illas. Alii exponunt, *et teneant,* id est, jungant eas vectibus, q. d., non relinquent portas apertas (2). ET STATUI CUSTODES HABITATORES JERUSALAIM, id est, constitui circùm Jerusalem custodes habitatores ejus, quemque è regione seu ex adverso domûs suæ.

VERS. 4. — LATA LOCIS, vel, *spatiis,* id est,

(1) VERS. 2. — HANANIÆ PRINCIPI DOMUS. Secundus erat ab Eliasibo, summo sacerdote. Occurrunt Zacharias et Jahiel, principes *domûs Domini* sub Helciæ sacerdotio, et regno Josiæ. Interpretes quidam censent, Hananiam magnum palatii œconomum fuisse ; at satis constat, palatium Sionis nullum tunc usquàm fuisse ; et cùm *Domus* sine addito ponitur, de domo Domini usurpari solet. (Calmet.)

(2) VERS. 3. — CLAUSÆ PORTÆ SUNT ET OPPILATÆ. Alii reddunt : *Claudantur valvæ*, sive *portæ, et oppilentur,* vel *obserentur;* alii cum antecedente jungunt hoc modo : *Dùm*, vel, *cùm*, *ipsi adstantes occludent valvas*, sive *fores*, *tractate*, sive *contrectate eas.* Admotis manibus observate, an benè sint clausæ. (Junius.)

Difficilem hunc locum sic reddo : *Et usque dùm ipsi adstantes claudant fores, continete*, vel tenete, sive detinete; nempe adstantes quoscumque, donec portas clauserint. Do autem vobis potestatem cogendi eos, etc. Vau in ואחזו vacat, et solam emphasin denotat; q. d. : *Vel,* sive *etiam continete.* (Drusius.)

UNUMQUEMQUE CONTRA DOMUM SUAM, id est : Eam muri partem quæ ex adverso est suæ domui. Dices, domos nondùm ædificatas fuisse, vers. seq. — Resp. : Synecdochicè intelligendum, q. d. : Non sufficientes domus, et vacuum spatium replentes. Ædificatas autem fuisse aliquas patet ex c. 8, 15. Nec est probabile à reditu sub Zorobabele nullas domos fuisse ædificatas. Porrò janitores, cantores et Levitas vers. 1 recensuit, ut eos (utpote templi ministeriis vacantes) ab illo excubandi labore eximeret. (Synopsis.)

CUMQUE ADHUC ASSISTERENT, CLAUSÆ PORTÆ SUNT. Claudi coram se portas urbis jussit Nehemias. Reddi potest ex Hebræo: *Non aperientur portæ, nisi cùm sol altus jam fuerit, et ipsis præsentibus. Tunc claudent valvas, et tenebunt.* Syrus et Arabs aliter interpretantur : *Non aperietis portas usque ad ardorem solis, et claudetis* ante noctem, et *stante adhuc die.*

UNUMQUEMQUE CONTRA DOMUM SUAM. Excubias quisque agebat in mœnibus è regione domûs suæ. (Calmet.)

Qu'on n'ouvre point les portes de Jérusalem jusqu'à ce que le soleil soit déjà bien haut, etc. Cet ordre de Néhémias, pour faire tenir les portes de Jérusalem fermées, *jusqu'à ce que le soleil,* selon l'expression littérale, *se fût échauffé,* était une précaution très-nécessaire contre la mauvaise volonté et les artifices de ses ennemis. Comme leur fureur s'était augmentée par l'état même où la vigilance de ce grand homme avait mis Jérusalem, il se sentit obligé, plus que jamais, de mettre son peuple à couvert de leurs surprises, sachant bien qu'ils ne pouvaient plus songer qu'à le surprendre, lorsqu'il n'y avait plus aucune apparence à le forcer. Il défend donc qu'on ouvre les portes de cette ville, nouvellement fortifiée, avant *que le soleil se fût échauffé,* c'est-à-dire, qu'il fût déjà haut, afin que ceux qui ne mettaient plus leur espérance que dans les ténèbres, fussent hors d'état de faire aucun mal aux Juifs quand leurs portes ne s'ouvriraient qu'au haut du jour.

C'est une très-belle image de ce qui se passe dans l'Eglise figurée de Jérusalem. Tous ceux qui composent cette cité sainte doivent prendre beaucoup garde à ce *précepte* que le Saint-Esprit leur donne, de *n'ouvrir jamais leurs portes avant la chaleur du soleil.* Ceux d'entre eux qui sont destinés au ministère des pasteurs, ouvrent leurs portes lorsqu'ils se produisent au dehors pour servir et pour instruire les autres. Qu'ils songent donc bien à ne le pas faire avant que le Soleil de justice leur fasse sentir sa lumière et sa chaleur, de peur que s'étant hâtés d'ouvrir leur porte, lorsqu'ils auraient dû la tenir encore fermée, ils ne se voient exposés aux surprises de leur ennemi, qui est l'esprit de ténèbres. C'est ce qui fait que saint Paul, donnant des règles à Timothée pour l'établissement des pasteurs, lui dit qu'il ne devait pas les choisir entre *les nouveaux convertis, de peur que, s'enflant d'orgueil, ils ne tombassent dans la même condamnation que le diable*, et qu'il fallait qu'ils eussent *encore un bon témoignage de ceux qui étaient hors de l'Eglise,* c'est-à-dire, que la lumière et la chaleur de leur vertu devait se faire sentir même aux infidèles, *de peur qu'ils ne tombassent dans l'opprobre et dans le piége du démon.*

Ce même précepte regarde encore tous les Chrétiens, qui sont obligés d'avoir un grand soin de *tenir* toujours *leurs portes fermées,* en veillant continuellement sur la garde de leurs sens. Car ces sens sont comme les portes par lesquelles le démon avec le monde s'efforce

spatiosa erat. NON *erant* DOMUS, etc., sub., quæ implerent tam amplum urbis spatium (1).

VERS. 5. — ET POSUIT, etc. Nempe ut censum agerem. LIBRUM GENEALOGIÆ, etc. Liber ille generationis non est ille, qui descriptus est Esdræ cap. 2, sed scriptus fuit aliquot annis post eum, non enim conveniunt inter se in aliquot numeris particularibus filiorum, quòd successu temporis multi aucti fuerint liberis, alii orbati. Vide quæ notavimus ad 1 Esd. 2, 2 (2).

VERS. 6. — FILII PROVINCIÆ, id est, regionis, sub. Judææ. Confer hæc omnia cum secundo capite primi Esdræ, ubi similia ferè omnia (1).

d'entrer dans leurs âmes. Et ces portes ne doivent *s'ouvrir qu'à* la lumière et à *la chaleur du vrai Soleil*, qui ne les éclairera pas seulement pour leur faire découvrir les piéges que leur tend l'ennemi durant les ténèbres, mais qui les échauffera encore et les remplira d'une sainte ardeur, pour les éviter. Car cette chaleur du soleil n'est autre que l'ardeur de la charité, qui doit présider toujours à la porte de tous nos sens, pour en empêcher toutes les surprises. C'est pourquoi le Fils de Dieu ordonne aux Chrétiens de fermer la porte et de prier leur père en secret, parce que ce qui se passe ainsi, les portes fermées, entre Dieu et l'homme, est moins exposé aux surprises de l'ennemi irréconciliable de Jérusalem. (Sacy.)

(1) VERS. 4. — CIVITAS ERAT LATA, etc. Habuit 50 stadia in ambitu, ait Joan. ex Hecatæo, sive sex milliaria. Hebr., *lata manuum*, ידים. *Populus parvus*, Hebr., *paucus*, Malvenda. Pauci Babylone redierant; et ex his nonnulli, videntes desolationem urbis et hostium minas, ad alia Judææ loca se contulerant; alii in Babylonem vel Persidem reversi erant, inter quos fuit Dux Zorobabel.

NON ERANT DOMUS, etc. Nempe ad permanendum. Tuguria tantùm erant juxta muros, ubi ad tempus manere poterant. Ita conciliatur hic locus cum vers. præced. (Synopsis.)

(2) VERS. 5. — DEUS AUTEM DEDIT IN CORDE MEO, q. d.: Deus mihi suggessit consilium, modumque supplendi paucitatem incolarum Jerosolymæ, nimirùm recensendo catalogum eorum qui primitùs cum Esdrâ è Babylone redierant, ac juxta eum, illos invitando et evocando ad incolendam Jerusalem; quod reipsà per sortem factum esse audiemus, cap. 11. Unde mox catalogum continentem censum populi, qui redierat, recenset. (Corn. à Lap.)

DEUS DEDIT IN CORDE MEO, etc. Hoc mihi suggessit (nempe, ut censum agerem, etc.). Cur ergo actum à Davide censum ægrè tulit Deus? Resp.: Nehemiæ justæ erant causæ, ut constaret de sufficiente incolarum, etc., numero ut et pecunia colligi, et delectus militum haberi, posset: Davidi autem nec illæ, nec aliæ erant causæ necessariæ. (Wolphius.)

UT RECENSEREM EOS. Ut scirem qui essent in quâque familiâ, et veteres urbanas familias in urbem revocarem.

EORUM QUI ASCENDERANT PRIMUM. Vel 1° cum Esdrâ. Unde factum est ut hæc recensio Esdræ libro satis incommodè, et non sine mutatione quâdam, insereretur. Vel 2° cum Zorobabele: nam hæc recensio prima est quæ in Judæâ facta, quùm primùm in eam appulissent; sed tamen secunda ab eâ quæ priùs habita fuit in Babyloniâ, Esd. 2. (Synopsis.)

LIBRUM CENSUS EORUM, QUI ASCENDERANT PRIMUM; id est, qui venerant ante Nehemiam sub Zorobabele et Esdrâ. Leguntur hìc nomina Zorobabelis, Josue, et ipsius Nehemiæ; sed Esdras deest. Nulla omissionis hujus causa succurrit; credibile est enim, censum hìc et in capite secundo primi libri Esdræ relatum nomina exhibere non eorum modò, qui cum Zorobabele regressi sunt, sed eorum pariter, qui deinde remeârunt, ut in primum Esdræ 2 animadvertimus. Nactus tabulas priorum censuum Nehemias, novas sibi instituendas non esse duxit; parùm enim variatum esse temporum successione novit. Satis habuit demere et addere quædam, ut omnia congruerent ætati suæ, et cum numero majori vel minori populi cohærerent. Nomina hæc virorum omnia alibi expendimus, ubi et dedimus variantia, si quæ inter caput illud et hoc præsens resultabant. Idem census recitatur in tertio Esdræ 5, 9, sed adeò mendosus, ut nihil lucis ex illo affundi præsentibus possit. (Calmet.)

(1) VERS. 6. — ISTI FILII PROVINCIÆ, etc. Ab hoc versu ad vers. 70 conferenda sunt omnia cum Esd. 2, à v. 1 ad 68; nam sunt ferè eadem. Idem est in utroque catalogo initium et finis, discrepantia tamen in numeris. Quæ ratio discriminis? Resp. 1°: Corrupti sunt in alterutro numeri, quod facile erat, cùm numeri interdùm notis designati erant. Nec quidquam ob id de rei veritate decedit. 2° Fortè catalogus hic aliunde quàm ex libro Esdræ descriptus est. Liber hic non descriptus est Esdr. 2, sed scriptus fuit aliquot (propè centum) annis post illum; non enim conveniunt in numeris, quòd successu temporis multi aucti sunt liberis, alii orbati. Census populi sæpiùs initus fuit et descriptus: 1° in Babylone, cùm indè egressi sunt Judæi; 2° in Jerusalem, cùm primùm eò appulerunt; 3° in dedicatione templi. Hi autem census inter se variabant, quia aliis morientibus alii nascebantur, aliis abeuntibus alii adventarent. Quare ex uno censu catalogum suum descripsit Esdras, ex alio Nehemias. Fortè aliqui ex recensitis vel in Babyloniâ, consilio mutato remanserunt, vel in itinere mortui sunt. Magna in centum annis personarum familiarumque fieri potuit mutatio. Nehemias autem cognoscere voluit, quot ex illis cognationibus sive familiis (quas recensuit Esdras) reliquæ fierent, quasque ad inhabitandam civitatem accerseret. In eum autem finem, non erat cur de eorum qui jam excesserant è vivis numero laboraret. Porrò, diversos hos fuisse census probat, quòd familiarum principes diversis nominibus notati sunt. Sed illud longè difficilius est, quòd licet in familiis plurimis discrepent numeri, idem tamen hìc qui illìc collectus est numerus. Hìc, fateor, hæreo. Dici tamen potest, non agi hìc de utriusque censûs, sed de prioris summâ, ut constaret quanta foret in tantillo tempore rerum personarumque con-

VERS. 7. — HAZARIAH, RAMIAH. Isti duo in 1 Esd. dicuntur *Seraiah Kehelaiah*, quòd habuerint duo nomina. NACHAMANI. Superadditur iste numero illi qui habetur in 1 Esd. (1).

VERS. 22. — CHIZCHIIAHU, id est, qui erat de domo ac familiâ *Chizchiiahu* (2).

VERS. 25. — FILII GHIBHON, id est, cives : sic sequenti versu et pluribus aliis (3).

VERS. 34. — HELAM (4). Nomen viri et urbis.

VERS. 39. — SACERDOTES, id est, sequuntur sacerdotes, vel filii sacerdotum, aut nomina sacerdotum. Vel, sequitur numerus sive catalogus, etc. Et sic infra de Levitis, cantoribus, janitoribus et Nathinæis (5).

VERS. 57. — FILII SERVORUM SELOMOH. Hi præerant operationibus templi, curantes ejus ruinas. Si quid enim erat quod minaretur ruinam, statim instaurabatur ab illis (1).

VERS. 61. — ET SEMEN SUUM, id est, genus suum, unde ducerent originem (2).

VERS. 64. — QUÆSIERUNT SCRIPTURAM, vel, *inquisierunt*, id est, consuluerunt *scripturam suam*, hoc est, librum in quo descripti erant ii qui per seriem generationum recensiti erant. Vide quæ notavimus ad 1 Esd. 2, 62. NON EST INVENTA, sub. scriptura illa, id est, non fuerunt inventi in eo libro, ne unus quidem illorum. ET ABDICATI SUNT, vel, *ideòque rejecti fuerunt* tanquàm indigni, id est, privati fuerunt dignitate sacerdotali (3).

VERS. 65. — THIRSATHA, id est, Nehemias, qui ita dictus est sermone Chaldæo. Vide cap. seq. v. 9; ponitur enim vice cognominis : aut est nomen magistratûs, sive dignitatis apud Chaldæos. Hebræi aiunt ita dictum fuisse, quòd licuerit ei bibere de vino gentilium, quòd esset pincerna regis Artaxerxis. DE SANCTITATE SANCTITATUM, id est, de cibis sacerdotum, qui erant sancti. URIM ET THUMMIM. Necessariò de Christo intelligendum esse locum istum scribunt quidam : nam Urim et Thummim quæ Moses posuerat in Rationali, non fuerunt in secundo templo, id est, non fuerunt postea posita. Vide Exod. 28, 30.

versio : quod mihi ideò persuadeo, quia quædam ad verbum expressa fuerunt è priori censu, principium videlicet et finis. *Unusquisque in civitatem suam,* in quâ vel ipse vel majores habitârunt. (Synopsis.)

Habetur hic catalogus etiam 1 Esdræ 2, sed tamen nominibus et numeris non parùm alter ab altero discrepant. Quæ sit discrepantiæ causa, non satis liquet. Alii rejiciunt culpam in librarios, alii in exemplar ab initio corruptum, quo interpres usus fuit. Sed quoad nomina, sæpè etiam aliàs contingit, vel eumdem pluribus nominibus appellari, vel eadem nomina nonnihil variari. (Estius.)

(1) VERS. 7. — MASPHARATH. In Esdr. *Mesphar. Nahum.* In Esdr. *Rehum.* NUMERUS VIRORUM POPULI (vel *popularium*, sive *vulgi*, ISRAEL). Qui scilicet ascenderunt sub conductu principum istorum supra nominatorum. (Synopsis.)

(2) VERS. 22. — FILII HASEM. Horum nulla mentio in Esdrâ.

VERS. 24. — Filii Hareph, in Esdrâ, filii Jorah. An fuit binomius? (Synopsis.)

(3) VERS. 25. — FILII GABAON. In Esdrâ, *Gebbar.* FILII GIBON, vel *Gibeon.*

VERS. 26. — FILII BETHLEHEM, *viri Bethlehem,* sive *Bethlehemitæ.* Hìc omittuntur 40 filii Asmaveth, qui numerantur apud Esdram. (Wolphius.)

VERS. 33. — VIRI NEBO ALTERIUS. In codicibus nostris Latinis castigatis prior Nebo non legitur, quæ tamen in vetustis editionibus non deerat. Vide primum Esdræ 2, 32. Urbem hanc *Nebo* ipsissimam esse *Nob*, vel *Nobe,* in Tribu Benjamini, suspicor. (Calmet.)

(4) Vel *Elam.* Nomen loci videtur, non viri. (Mariana.)

VERS. 35. — FILII HAREM, etc. Pro quibus in Esdrâ numerantur *filii Megbis* 156. (Wolphius.)

(5) VERS. 48, 49. — FILII SELMAI, FILII HANAN. Utrosque prætermittit Esdras, sicut et *filios Gezem et filios Aza*, v. 51, *et filios Besai et filios Munim,* vers. 52.

VERS. 54. — FILII BESLOTH. In Esd. *Bezhith.* (Wolphius.)

(1) VERS. 60. — TRECENTI NONAGINTA DUO. Hinc apparet, eos qui ex gentibus conversi fuêre constantiores fuisse in verâ Religione quàm Judæos ipsos, quorum multi in patriam ad exercitium veri cultûs redire neglexerunt. (Osiander.)

(2) VERS. 63. — FILII ACCOS, FILII BERZELLAI, QUI ACCEPIT DE FILIABUS BERZELLAI, etc. *Qui*, scil., *Accos,* is enim proximè præcessit; de quo Esdr. 2, 61.

ET VOCATUS EST NOMINE EORUM. Verto, *earum,* scil. filiarum Barzillai. Enallage generis, cujus multa sunt exempla. Vel, de familiâ Bercellaitarum, affinium ejus. (Synopsis.)

(3) VERS. 64. — HI QUÆSIERUNT SCRIPTURAM SUAM IN CENSU, ET NON INVENERUNT. ET EJECTI SUNT DE SACERDOTIO. Ejecti sunt de sacerdotio, non quo modo illi qui propter crimen aliquod destituuntur sacerdotio, quo modo Abiathar per Salomonem amotus fuit à summo sacerdotio, sed quo modo illi qui sacerdotii sui certum documentum, seu testamentum proferre non potuerunt, qui quidem, si postea id proferre possent, rursùm ad functionem sacerdotii admitterentur. Ex hoc loco confirmatur Ecclesiæ canon, qui nullum admittit ad celebrationem Christiani sacrificii, nisi fidem faciat legitimæ suæ ordinationis. (Estius.)

ET EJECTI SUNT DE SACERDOTIO. Paria enim sunt, ut aiunt jurisconsulti, *non esse* et *non apparere.* Et qui in qualitate jus suum fundat, probare eam debet. Debebant autem docere et se esse ex Aaronis gente, et uxores suas cives. Notat id hìc Josephus. (Grotius.)

VERS. 70. (1) — E PRINCIPIBUS PATRUM (2), vel, *familiarum*. IN THESAURUM, sub. operis.

(1) VERS. 68. — EQUI EORUM SEPTINGENTI TRIGINTA SEX : MULI EORUM DUCENTI QUADRAGINTA QUINQUE. Desunt hæc in Hebræo, Syriaco, editione Romanâ Septuaginta, et Arabico, sed leguntur in manuscripto Græco Alexandrino, in primo et tertio libro Esdræ, uti et in Hebræo Bibliorum Rabbinicorum impresso Venetiis, an. 1564.

VERS. 69. — HUCUSQUE REFERTUR QUID IN COMMENTARIO SCRIPTUM FUERIT. Frustra hæc verba quæras in Hebræo, Septuaginta, cæterisque versionibus; quin et optimæ notæ manuscripti Latini codices quidam omittunt, quidam verò in margine libri additum ferunt. Glossema hoc collocandum videbatur ante v. 65.

VERS. 70. — ATHERSATHA DEDIT. In Septuaginta legimus, optimates hæc dedisse Athersathæ, alio nomine Nehemiæ.

(2) Hic est catalogus donariorum ad fabricam oblatorum, estque idem cum eo, quem recensuit Esdras c. 2, sed, ut dixi, in numeris diversus; fortè, quòd Esdras plurium dona complexus sit, nempè eorum etiam omnium, qui ex regno Cyri, sive Judæi sive Persæ, hortante Cyro, de opibus suis aliquid ad fabricam contulerunt aut postea in Jerusalem submiserunt : Nehemias autem Judæorum tantùm è captivitate redeuntium dona, eaque præcipua duntaxat, ideòque pauciora quàm Esdras recenseat, ait Franc. Lucas. (Corn. à Lap.)

DRACHMAS. Alii vertunt, *Solidos*. CRATERAS. Alii, *Pelves*.

VERS. 71. — ET DE PRINCIPIBUS PATRUM, vel, aliquot *ex princibus familiarum*. AURI DRACHMAS. Alii, *Solidos*. MINAS DUO MILLIA ET DUCENTAS. Septuaginta. *Minas duo millia et trecentas*.

VERS. 73. — IN CIVITATIBUS SUIS. Vide reliqua in Esdrâ.

DEDERUNT. Laude digni sunt hi Judæi, qui liberati è captivitate, liberaliter contribuunt ad conservationem ministerii. Secùs faciunt quidam ab Antichristi tyrannide erepti, quòd de thesauris Ecclesiæ diripiunt, atque in suos usus convertunt. (Osiander.)

CAPUT VIII.

1. Et venerat mensis septimus : filii autem Israel erant in civitatibus suis. Congregatusque est omnis populus quasi vir unus, ad plateam quæ est ante portam Aquarum : et dixerunt Esdræ scribæ, ut afferret librum legis Moysi, quam præceperat Dominus Israeli.

2. Attulit ergo Esdras sacerdos legem coram multitudine virorum et mulierum, cunctisque qui poterant intelligere, in die primâ mensis septimi.

3. Et legit in eo apertè in plateâ quæ erat ante portam Aquarum, de manè usque ad mediam diem, in conspectu virorum et mulierum et sapientium : et aures omnis populi erant erectæ ad librum.

4. Stetit autem Esdras scriba super gradum ligneum, quem fecerat ad loquendum : et steterunt juxta eum, Mathathias, et Semeia, et Ania, et Uria, et Helcia, et Maasia, ad dexteram ejus : et ad sinistram, Phadaia, Misael et Melchia, et Hasum et Hasbadena, Zacharia et Mosollam.

5. Et aperuit Esdras librum coram omni populo : super universum quippe populum eminebat : et cùm aperuisset eum, stetit omnis populus.

6. Et benedixit Esdras Domino Deo magno, et respondit omnis populus : Amen, amen : elevans manus suas : et incurvati

CHAPITRE VIII.

1. Or le septième mois était venu, et les enfants d'Israël étaient dans leurs villes, et tout le peuple s'assembla comme un seul homme dans la place qui est devant la porte des Eaux, et ils dirent à Esdras, le scribe, d'apporter le livre de la loi de Moïse, que le Seigneur avait prescrite à Israel.

2. Esdras, prêtre, apporta donc la loi devant l'assemblée des hommes et des femmes, et de tous ceux qui pouvaient l'entendre, le premier jour du septième mois.

3. Et il lut dans ce livre intelligiblement sur la place qui était devant la porte des Eaux, depuis le matin jusqu'à midi, en présence des hommes, des femmes et de ceux qui étaient capables de l'entendre. Et tout le peuple avait les oreilles attentives au livre.

4. Esdras, le scribe, se tint debout sur une estrade de bois qu'il avait faite pour parler; Mathathias, Séméïa, Ania, Uria, Helcia, et Maasia étaient à sa droite; et Phadaïa, Misaël, Melchia, Hasum, Hasbadéna, Zacharie et Mosollam étaient à sa gauche.

5. Et Esdras ouvrit le livre devant tout le peuple; car il était élevé au-dessus de tout le peuple; et après qu'il l'eut ouvert, tout le peuple se tint debout, *par respect pour la loi*.

6. Et Esdras bénit le Seigneur, le grand Dieu; et tout le peuple en élevant les mains, répondit : Amen, amen. Et ils s'inclinèrent,

sunt, et adoraverunt Deum proni in terram.

7. Porrò Josue et Bani et Serebia, Jamin, Accub, Sebthai, Odia, Maasia, Celita, Azarias, Jozabed, Hanan, Phalaia, Levitæ, silentium faciebant in populo ad audiendam legem : populus autem stabat in gradu suo.

8. Et legerunt in libro legis Dei distinctè et apertè ad intelligendum : et intellexerunt cùm legeretur.

9. Dixit autem Nehemias (ipse est Athersatha), et Esdras sacerdos et scriba, et Levitæ interpretantes universo populo : Dies sanctificatus est Domino Deo nostro : nolite lugere, et nolite flere. Flebat enim omnis populus, cùm audiret verba legis.

10. Et dixit eis : Ite, comedite pinguia, et bibite mulsum, et mittite partes his qui non præparaverunt sibi : quia sanctus dies Domini est, et nolite contristari : gaudium etenim Domini est fortitudo nostra.

11. Levitæ autem silentium faciebant in omni populo, dicentes : Tacete, quia dies sanctus est, et nolite dolere.

12. Abiit itaque omnis populus, ut comederet et biberet, et mitteret partes, et faceret lætitiam magnam : quia intellexerant verba quæ docuerat eos.

13. Et in die secundo congregati sunt principes familiarum universi populi, sacerdotes et Levitæ, ad Esdram scribam, ut interpretaretur eis verba legis.

14. Et invenerunt scriptum in lege, præcepisse Dominum in manu Moysi, ut habitent filii Israel in tabernaculis, in die solemni mense septimo ;

15. Et ut prædicent, et divulgent vocem in universis urbibus suis, et in Jerusalem, dicentes : Egredimini in montem, et afferte frondes olivæ, et frondes ligni pulcherrimi, frondes myrti, et ramos palmarum, et frondes ligni nemorosi, ut fiant tabernacula, sicut scriptum est.

16. Et egressus est populus, et attulerunt. Feceruntque sibi tabernacula unusquisque in domate suo, et in atriis suis, et in atriis domûs Dei, et in plateâ portæ Aquarum, et in plateâ portæ Ephraim.

et ils adorèrent Dieu prosternés en terre.

7. Cependant Josué, Bani, Sérébia, Jamin, Accub, Sebthaï, Odia, Maasia, Célita, Azarias, Josabed, Hanan, Phalaïa, Lévites, commandaient le silence au peuple pour entendre la loi. Et le peuple se tenait dans son enceinte.

8. Et ils lurent dans le livre de la loi de Dieu distinctement, et d'une manière intelligible, et le peuple entendit ce qu'on lui lisait.

9. Or Néhémias (c'est le même qu'Athersata), et Esdras, prêtre et scribe, et les Lévites, qui interprétaient la loi à tout le peuple, dirent : Ce jour est un jour consacré au Seigneur notre Dieu; ne vous attristez point, et ne pleurez point ; car tout le peuple entendant les paroles de la loi, fondait en pleurs.

10. Et il leur dit : Allez, mangez des viandes grasses, et buvez du vin doux ; et envoyez-en des portions à ceux qui n'ont rien apprêté pour manger, parce que c'est un saint jour du Seigneur ; et ne vous attristez point, car la joie du Seigneur est notre force.

11. Or les Lévites faisaient faire silence à tout le peuple, en disant : Demeurez tranquilles, et ne vous affligez point parce que ce jour est saint.

12. Tout le peuple s'en alla donc pour manger et boire, et envoyer des portions et faire grande réjouissance, parce qu'il avait compris les paroles qu'Esdras lui avait enseignées.

13. Le lendemain les chefs des familles de tout le peuple, les prêtres et les Lévites s'assemblèrent auprès d'Esdras, le scribe, afin qu'il leur expliquât les paroles de la loi.

14. Et ils trouvèrent écrit dans la loi, que le Seigneur avait ordonné, par le ministère de Moïse, que les enfants d'Israël demeurassent dans des tabernacles en la fête solennelle du septième mois,

15. Et qu'ils doivent annoncer et publier dans toutes les villes et dans Jérusalem, disant : Allez sur les montagnes, et apportez des branches d'oliviers, et des plus beaux arbres, des branches de myrte, des rameaux de palmiers, et des branches des arbres les plus touffus, pour en faire des tabernacles selon qu'il est écrit.

16. Et le peuple sortit, et apporta *de ces branches d'arbres;* ils se firent des tabernacles chacun sur le haut de sa maison, ainsi que dans leur vestibule, dans le parvis de la maison de Dieu, dans la place de la porte des Eaux, et dans la place de la porte d'Ephraïm.

17. Fecit ergo universa ecclesia eorum qui redierant de captivitate tabernacula, et habitaverunt in tabernaculis. Non enim fecerant à diebus Josue filii Nun taliter filii Israel usque ad diem illum : et fuit lætitia magna nimis.

18. Legit autem in libro legis Dei per dies singulos, à die primo usque ad diem novissimum, et fecerunt solemnitatem septem diebus, et in die octavo collectam juxta ritum.

17. Et toute l'assemblée de ceux qui étaient revenus de captivité, se fit des tabernacles; et ils demeurèrent dans les tabernacles. Les enfants d'Israël n'avaient point célébré cette fête *avec* tant de magnificence depuis le temps de Josué, fils de Nun, jusqu'à ce jour-là, auquel il y eut une très-grande réjouissance.

18. Or Esdras lut dans le livre de la loi de Dieu chaque jour de la fête, depuis le premier jusqu'au dernier; ils célébrèrent cette fête pendant sept jours; et le huitième, ils célébrèrent l'assemblée solennelle, selon qu'il est ordonné.

TRANSLATIO EX HEBRÆO.

1. Et congregati sunt omnis populus, tanquàm vir unus, ad plateam quæ *est* ante portam Aquarum, et dixerunt Hezræ scribæ, ut afferret librum legis Moseh, quam præcepit Dominus Israeli.
— 2. Et attulit Hezra sacerdos legem coram multitudine, à viro usque ad mulierem, et omnem intelligentem ut audiret, die primâ mensis septimi. — 3. Et legit in eo ante plateam, quæ *erat* ante portam Aquarum, à luce usque ad dimidium diem coram viris, et mulieribus, et intelligentibus, et aures omnis populi erant ad librum legis. — 4. Et stetit Hezra scriba super suggestum ligneum, quod fecerunt propter verbum, et stetit juxta eum Matthithiah, et Semah, et Hanaiah, et Uriah, et Chilchiiah, et Mahazeiah ad dexteram ejus : à sinistrâ verò ejus Pedaiah, Misael, Malchiiah, Chasum, Chasbadanach, Zechariah, *et* Mesullam. — 5. Et aperuit Hezra librum in oculis omnis populi, quia supra omnem populum erat : et cùm aperuisset stetit omnis populus. — 6. Et benedixit Hezra Domino Deo magno : et respondit omnis populus : Amen, Amen : cum exaltatione manuum suarum. Et incurvati sunt, et adoraverunt Dominum proni in terrâ — 7. Et Jesuah, et Bani, et Serebiah, Jamin, Haccub, Sabbethai, Hodaiah, Mahaseiah, Chelita, Hazariah, Jozabad, Chanan, Pelaiah, et Levitæ intelligere faciebant populum legem ; populus autem *erat* in loco suo.
— 8. Et legerunt in libro, in lege Dei explanatè (*expositi*), et positus est intellectus, et intellexerunt Scripturam. — 9. Et dixit Nechemiah (ipse *est* Thirsatha,) et Hezra sacerdos scriba, et Levitæ qui intelligere faciebant populum, omni populo : Dies sanctus est Domino Deo nostro : ne lugeatis, et ne fleatis. Flebat enim omnis populus cùm audiret verba legis. — 10. Et dixit eis : Ite, comedite pinguia, et bibite dulcia, et mittite partes ei cui nihil est paratum, quia sanctus dies Domino nostro, et ne contristemini, quia gaudium Domini est fortitudo vestra. — 11. Levitæ autem silentium faciebant in omni populo, dicendo : Tacete, quia dies sanctus *est*, et ne doleatis. — 12. Et abierunt omnis populus ad comedendum, et bibendum, et ad mittendum partes, et ad faciendum lætitiam magnam, quia intellexerunt verba quæ docuerant eos. — 13. Et in die secundâ congregati sunt principes familiarum universi populi, sacerdotes et Levitæ ad Hezra scribam, et ad intelligendum verba legis. — 14. Et invenerunt scriptum in lege, quam præcepit Dominus per manum Moseh, ut habitarent filii Israel in tabernaculis, in solemnitate, in mense septimo : —
15. Et quòd audire facerent, et transire facerent vocem per universas urbes suas, et per Jerusalaim, dicendo : Egredimini in montem, et afferte frondes olivæ, et frondes arboris pinûs, et frondes myrti, et frondes palmarum, et frondes arboris densæ, ut faciatis tabernacula sicut scriptum *est*. — 16. Et egressi sunt populus, et attulerunt, feceruntque sibi tabernacula unusquisque in tecto suo, et in atriis suis, et in atriis domûs Dei, et in plateâ portæ Aquarum, et in plateâ portæ Ephraim. — 17. Et fecerunt omnis cœtus qui redierunt de captivitate tabernacula, et habitaverunt in tabernaculis : quia non fecerant à diebus Jehosuah filii Nun sic filii Israel usque ad diem illum, et fuit lætitia magna valdè. — 18. Legit autem in libro legis Dei per singulos dies à die primo usque ad diem novissimum, et fecerunt solemnitatem septem diebus, et die octavo collectam juxta morem.

COMMENTARIUM.

VERS. 1. (1) — TANQUAM VIR UNUS, id est, simul, unanimiter. PORTAM AQUARUM. Hæc porta orientalis erat, eâque è templo ibant ad torrentem Cedron (1). SCRIBÆ, id est, *Doctori legis*. Vide 1 Esd. 7, 6. (2) UT AFFERRET LIBRUM LEGIS, id est, Pentateuchum, vel Deuteronomium. Non ergo omnes libri, ut quidam volunt, perierant in excidio urbis : nec eos de novo composuit Esdras ; sed tantùm correxit, et in meliorem ordinem redegit, et aliis caracteribus descripsit. QUAM PRÆCEPIT, id est, tradidit Dominus populo Israelitico servandam ac custodiendam.

VERS. 2. — ET OMNEM INTELLIGENTEM UT AUDIRET, id est, et omnes qui per ætatem audita intelligere ac percipere poterant. Vox Hebræa *Mebin, intelligens*, hîc non indicat scientiam aut eruditionem, sed ætatem. Pertinet enim ad juniores; superior verò *Isch, Vir*, ad eos qui erant provectioris ætatis. Mulieres seorsim suum locum habebant. DIE PRIMA MENSIS SEPTIMI. Qui primus erat dies anni civilis. Eo die festum tubarum, de quo Num. 29, 1, celebrabatur.

VERS. 3. — ANTE PLATEAM. Innuit suggestum fuisse collocatum non in meditullio, sed in extremitate quâdam, unde tamen facilè ab omnibus conspici poterat (3). A LUCE, id est, à principio diei. ET INTELLIGENTIBUS, id est, iis qui jam per ætatem audita intelligere poterant, ut versu secundo. ET AURES, etc., id est, erantque ipsi arrectis auribus ad ea quæ legebantur.

VERS. 4. — SUPER SUGGESTUM. Vox Hebræa *Migdal, turrim* significat : ideò autem suggestum vocat *turrim*, quòd turris figuram præ se ferret, essetque figuræ orbicularis. 2 Paral. 6, 13, dicitur Salomon fecisse *Kijor*, id est, suggestum instar conchæ. *Kijor* enim *concham* significat, quæ rotunda est. PROPTER VERBUM, vel, *ob hanc rem*, id est, eâ de causâ, ut scilicet inde legere possent audiente populo.

VERS. 5. — SUPRA OMNEM POPULUM ERAT, id est, universo populo supereminebat, hoc est, in altiore loco erat quàm populus. STETIT (1), id est, recti steterunt, honoris causâ.

VERS. 6. — AMEN, AMEN. Particula confirmantis et assentientis. Nomen est substantivum, et significat *veritatem*; q. d., *veritas sit*, id est, ita sit, ita accidat, ita eveniat. Hîc autem geminatur ad majorem confirmationem. CUM EXALTATIONE MANUUM, id est, elevatis manibus.

VERS. 7. — JESUAH, etc. Isti erant sacerdotes. INTELLIGERE FACIEBANT, id est, attendere faciebant populum ad legem. IN LOCO SUO, ad

(1) ET VENERAT MENSIS SEPTIMUS, etc. Qui apud Hebræos erat quasi totus festivus, quia primâ die erat festum Tubarum, in memoriam liberationis Isaac ab immolatione, et decimâ die festum Expiationis in memoriam divinæ placationis de fabricatione vituli aurei in deserto, et quintâ decimâ die festum Tabernaculorum, in memoriam quòd filii Israel post exitum de Ægypto habitaverunt in tabernaculis in deserto, et istud festum celebraverunt filii Israel, qui de captivitate redierant, non tamen primâ die mensis septimi, sed quintâ decimâ die, ut videbitur infra, sequenti capitulo.
(Lyranus.)

(2) Non videtur Esdras vixisse usque ad annum vigesimum Artaxerxis, quo Nehemias muros instauravit; sic enim fuisset annorum 147 (quod illo ævo erat insolens); tot enim fluxêre ab anno ultimo Sedeciæ, quo occisus est Saraias pater Esdræ, usque ad annum vigesimum Artaxerxis. Verùm hæc ratio non est solida : nam Esdram anno 20 Artaxerxis vixisse patet c. 12, v. 33 et 35, ubi dicitur interfuisse Esdras scriba dedicationi urbis factæ à Nehemiâ; licet Cajetan putet ibi alium esse Esdram ab hoc nostro diversum. Quocirca nonnulli censent hæc contigisse sub Nehemiâ, anno 20 Artaxerxis, ut Esdras cum eo tertiò redierit in Jerusalem, fueritque grandævus; nimirùm 147 annorum.
(Corn. à Lap.)

(3) VERS. 3. — LEGIT IN EO APERTE..... DE MANE USQUE AD MEDIAM DIEM. Hebræus : *Legit in eo coram concione à luce usque ad dimidium*. E superiori loco legere non cessavit à primo mane ad usque meridiem. Sunt qui credant, legisse illum Hebraicè, lecta verò Chaldaicè vel Syriacè explicâsse. Talmudistæ verò affirmant, Chaldaicè illum legisse, suamque lectionem periodis et membris distinxisse; quin et vocis tono expressisse accuratè accentus.
Tricæ.

ET LEGIT IN EO APERTE; et vers. 8 : DISTINCTE ET APERTE AD INTELLIGENDUM, Hebraicè, *ponendo intellectum*, ita ut vulgus intelligeret quod legebatur. Nam quæ Hebraicè scripta erant, ipse linguâ vulgari Syrorum pronuntiabat. Neque enim Judæi ex quo Babylone redierunt, ampliùs locuti sunt Hebraicè, sed Syriacè, mixtâ nempe linguâ ex Hebraicâ et Chaldaicâ. Puræ verò Hebraicæ linguæ usus in sacris tantùm libris et divinis officiis permansit, unde ut à vulgo intelligerentur libri Moysis, opus fuit ut Syriacâ, id est, vulgi linguâ, prælegerentur. (Tirinus.)

(1) Non secùs ac Esdras, obsequio verborum Domini. Veterem hunc morem standi animadvertere aliâs licuit. Balaam imperavit Balaco regi Moab, ut stans audiret, quæ ipse Dei nomine exponeret. Simulante Aodo habere se aliquid divinum, quod revelaret Egloni Moabitarum regi, hic statim surrexit. Hodiè pariter in Ecclesiâ christianâ Evangelii lectionem stantes auscultamus.

verbum, *in statione suâ,* id est, erat, ubi stabat; erat stans (1).

Vers. 8. — Et legerunt. Tum Esdras, tum ejus socii, qui Esdræ seni et fesso in lectione succedebant : vel, plures legebant simul diversis in locis plateæ. In lege Dei explanate, id est, distinctè, explicitè. Nimirùm explicabant Syriacè, vel Chaldaicè, quæ Hebraicè scribebantur in lege : populus enim in captivitate Babylonicâ linguam suam corruperat, et cum Chaldæâ miscuerat, indeque Syriacè loquebatur. Sensus obscuriores evolvebantur; credibile est etiam, verba legis, adhibitâ quâdam interpretatione, ad præsentium temporum et hominum statum accommodata fuisse. Et positus est intellectus, et intellexerunt, etc., id est, et adverterunt animum, et intellexerunt quod legebatur (2).

Vers. 9. — Thirsatha. Vide quæ notavimus ad 1 Esd. 2, 63 (3). Qui intelligere faciebant, id est, attendere faciebant populum ad legem, silentium facientes in populo. Dies sanctus est, etc., id est, consecratus. Declarat Nehemias universo populo diem illam sanctificatam et consecratam esse Domino.

(1) Reddi potest Hebræus : *Populus stabat ad scamnum suum :* vel stabat quisque in ordine suo. Cœtus erat certo ordine dispositus, et religiosus, in quo viri, mulieres, pueri, ordinem convenientem tenebant.

(2) Significatur hìc apertam et distinctam lectionem Scripturæ sacræ juvare quidem ejus intellectionem, tamen non sufficere eam; neque grammaticam verborum significationem satis esse ad Scripturæ sacræ intellectum. Ostenditur etiam hoc ipso loco, dùm mox versu sequenti, ponuntur Levitæ interpretantes universo populo. (Estius.)

(3) Vers. 9. — Nehemias, ipse est Athersatha. Postremum hoc nomen munus pincernæ exprimit : *Nehemias pincerna regis.* (Calmet.)

Fabulosum videtur quod Lyranus ait, Athersata Hebr. idem esse quod *relaxatus* : sicque Nehemiam vocari, eò quòd per sapientes Hebræorum relaxatus sit, cum eoque dispensatum ut biberet vinum regis gentilis, putà Artaxerxis, cujus pincerna erat Athersata, quia Athersata non est nomen Hebræum, sed Chaldæum et à Chaldæis inditum. (Corn. à Lap.)

Interpretantes universo populo. Eamdem Hebræam vocem reddit S. Hieronymus v. 7 : *Faciebant silentium.* Id equidem munus erat Levitarum, continendi scilicet in obsequio et silentio populum. (Calmet.)

Flebat enim omnis populus cum audiret verba legis, quia videbat legis minas, putà clades omnis generis sibi accidisse ob ejus prævaricationem in iisque adhuc se magnâ ex parte perdurare ab initio captivitatis Babylonicæ usque ad annum 20. Artaxerxis, quod erat spatium 147 annorum. (Corn. à Lap.)

Vers. 10. — Pinguia, q. d., agite, comedite hodie escas opiparas ac pingues. Dulcia, vel, *suavia,* id est, optima vina : nam hìc dulce et suave pro potu dulci et suavi accipitur; q. d., agite hodie festum cum gaudio et lætitiâ. Vetitum est Christianis die Dominico peragere jejunia (1). Partes, vel, *portiones,* id est, munera escarum, et portiunculas, seu sportulas pauperioribus. Ei cui nihil est paratum, id est, iis qui nullum cibum habent paratum. Est fortitudo vestra, id est, divino gaudio efficiemini fortiores : sive ob gaudium divinum reddentur animi vestri fortiores et alacriores. Divinum gaudium vocat gaudium

Dies sanctificatus est, nolite lugere. Dies festi in Hebræorum religione, lætitiæ pariter et gaudio destinabantur. Convivia et lætitiæ significationes conventibus populi religiosis accedere solebant. Unicâ tantùm anni die coibat populus, ut coram Domino lugeret. Eadem fuit aliarum gentium sententia : sancto et spiritali gaudio commendari festa sua optat Ecclesia christiana; quare nec jejunia, nec exteriora pœnitudinis argumenta diebus dominicis præscribit. (Calmet.)

Ex hoc loco patet, quòd non malè Christiani in solemnitatibus et lætioribus quibusdam diebus, lætitiam suam etiam refectione corporali declarent, modò id fiat intrà limites temperantiæ et sobrietatis. Non tamen ex hoc facto bacchanalia, quæ à quibusdam Christianis non christianè celebrantur, accipiunt ullum patrocinium. Nullum enim ibi est gaudium spirituale, neque ullius talis gaudii testimonium, aut memoria alicujus beneficii à Deo præstiti, sed tantùm bacchanalia, ab hominibus carnalibus inventa sunt, seu potiùs accepta à gentilibus, quasi solatium aliquod abstinentiæ quadragesimalis sequentis. Sed reverà faciunt, ut dies primos quadragesimalis jejunii ex recenti memoriâ proximarum epularum tantò majori cum tædio homines decurrant. (Estius.)

(1) Mittite partes his, qui non præparaverunt sibi. Mos mittendi partem dapum convivii sui ad amicos et pauperes, obtinebat apud Judæos, Christianos et profanos. Hebræi lætorum quorumdam dierum gaudia augebant mutuâ missitatione dapum et ciborum. Imperat non semel Moyses locupletibus, ut conviviis suis in festis religionis adhibeant egenos, orphanos, viduas, Levitas. *Sportulas* appellabant Latini, et *Meridas* Græci ea, quæ è convivio mittebantur ad absentes; quod facilè discitur ex iis qui de *conviviis veterum* egerunt. Vitio vertit Apostolus christianis Corinthiis, quòd in conviviis religiosis, in Ecclesiâ instrui solitis, nihil darent pauperibus. (Calmet.)

Mittite partes. Sportulas pauperioribus, ex lege Deut. 16, 14. Adeò amicus est Deus hominibus, ut nullum ab iis officium suscipiat, cujus non aliquis etiam ad homines redeat usus et fructus. Porrò, Dei proximique amor hâc ratione conjunguntur, quandò sic Deo servitur, ut simul etiam proximo benefiat. Hinc agapæ Christianorum. (Wolphius.)

quod de Domino, vel ex Domini amore, imitatione, et cultu, et ex beneficiis ejus percipitur, q. d., Deus vult, ut de ipsius paternâ bonitate, et cultu gaudentes confirmemini (1).

(1) GAUDIUM ETENIM DOMINI EST FORTITUDO NOSTRA. Gaudium Domini dupliciter accipi potest : Primò activè, quod est gaudium, quo gaudet Dominus, cùm videt nos in adversis esse forti magnoque animo, non parvo et abjecto. Hic enim stimulus valdè pungit animos pios, ut in quantàlibet adversitate et tribulatione animum non demittant, sed roborent, ut in eâ gaudeant et exultent, si cogitent id Deo gratum esse, Deumque gaudere et delectari nostrâ fortitudine et gaudio in adversis. Ita Sanchez. Secundò passivè gaudium Domini est quod de Domino vel ex Dominî amore, reverentiâ, imitatione et obedientiâ concipitur; q. d. : Gaudet Deus diebus festis, eò quod illis à fidelibus magis colatur, adoretur, invocetur: quare ipse pariter cupit ut fideles hoc suum gaudium imitentur et induant, gaudeantque die festo, at gaudentes illi sacrificent victimas pacificas ex quibus hilariter comedant, ac cum Deo ipso quasi epulentur. Hoc enim gaudio acquiritur fortitudo mentis et corporis, tum ad legem Deï implendam, tum ad adversa (quibus jàm opprimimur) quælibet fortiter ferenda; imò per gaudium hoc lenienda et discutienda, ac per Deum amovenda. Deus enim si nos lætos et gaudentes indeque fortes et constantes viderit in legem festorumque suorum cultu, amovebit à nobis plagas, quas ob tristem et pusillanimem eorum neglectum nobis immisit : sicut enim tristitia facit mœstos, pusillanimes, tardos, ita lætitia ex adverso facit hilares, magnanimos et celeres Dei cultores legisque custodes. Gaudium enim spiritus vitales et animales multiplicat, excitat, acuit et per totum corpus diffundit, ut illud vegetent, excitent et ad opus alacres efficiant; tristitia verò eosdem attenuat, arctat, gravat, avocat, ut totus homo sit mœstus, gravis, contractus et ineptus ad omne bonum. Quocirca Apostolus ad hoc gaudium perenne fideles adhortatur, dicens : *Gaudete in Domino semper; iterùm dico, gaudete*, Philip. 4 ; vide ibi dicta. Adde quòd Deus in se et de se gaudentibus novam gratiam, novas vires, novum robur assiduè suggerat, quibus ad omnia licet tristia et ardua, fiant generosi, fortes et alacres. Deus enim cùm sit summus et liberalissimus lætissimusque Dominus, vult à nobis famulis suis sibi serviri in lætitiâ, exultatione et jubilo, juxta illud : *Servite Domino in lætitiâ;* et illud : *Lætamini in Domino, et exultate, justi,* Psal. 31, 11. (Corn. à Lap.)

NOLITE CONTRISTARI; et v. 9 : NOLITE LUGERE, NOLITE FLERE. Tristabantur verò, flebant et lugebant jure merito, quòd ex lectione libri legis audirent, prædicta jam olim patribus suis, quo casu deflecterent à lege Dei, omnia miseriarum et calamitatum genera, quæ ipsi uno alteroque seculo jam patiebantur. Hunc tamen luctum et fletum inhibent hìc Levitæ, quòd importuno tempore et loco ederentur, putà in concione et solemni die festo neomeniæ, quo propter memoriam acceptorum cœlitùs

VERS. 11. — SILENTIUM FACIEBANT, vel, *tatum* ab antiquo, tum de novo beneficiorum publicè gaudendum erat, et festum celebrandum. (Tirinus.)

Interprétant la loi à tout le peuple, ils leur dirent : Ce jour est saint et consacré au Seigneur notre Dieu. Ne vous attristez point, et ne pleurez point. Car tout le peuple entendant les paroles de la loi, fondait en pleurs. Et il leur dit : Allez, mangez des viandes grasses, et buvez du vin nouveau, etc. C'est une chose admirable, et très-capable sans doute de nous confondre, de voir la disposition où étaient ces peuples sur le sujet de la loi de Dieu. Ce sont eux premièrement qui demandent à Esdras qu'il leur apporte cette sainte loi, et il n'est point nécessaire qu'on les presse de l'entendre ; mais s'ils s'empressaient de la connaître, c'est qu'ils étaient convaincus, par tant de funestes expériences, que tout leur bonheur dépendait de l'observer avec soin, comme la règle que *le Seigneur leur avait prescrite*, et qui pouvait seule les rendre heureux. Secondement, ils font paraître une attention extraordinaire en l'entendant lire. En troisième lieu, ils témoignent un profond respect pour cette divine parole, lorsqu'ils attestent très-hautement qu'ils en reconnaissent la vérité ; et lorsque *se prosternant en terre, ils adorent Dieu*, comme leur parlant lui-même. Enfin, connaissant combien ils étaient coupables d'avoir violé des ordonnances si divines, ils s'attristent, ils gémissent et fondent en larmes, jusqu'à avoir besoin que Néhémie et Esdras les consolent et les encouragent.

Quelle honte un tel exemple doit-il faire concevoir à ceux à qui *Dieu, qui avait parlé autrefois*, comme dit saint Paul, aux Israélites *par les prophètes, a parlé depuis par son propre Fils, qu'il a établi héritier de toutes choses, et par lequel il a fait le monde ! Et si des paroles qui ont été dites par les anges sont demeurées fermes, en sorte que tout violement et toute désobéissance a reçu la juste punition qui lui était due, comment pourront l'éviter ceux qui négligent le vrai salut, qui, ayant été premièrement annoncé par le Seigneur même, a été confirmé par ceux qui en ont été témoins ?* C'est l'arrêt terrible que le grand Apôtre a prononcé contre tous ceux qui négligeraient la parole de Jésus-Christ. Et c'est cependant de cette terrible négligence qu'on se rend si souvent coupable, lorsque, bien loin de presser nos pasteurs de nous faire entendre la loi nouvelle de l'Evangile, pour nous y soumettre, nous fermons même, pour le dire ainsi, les oreilles, de peur d'entendre ce qui nous condamne; lorsqu'au lieu du profond respect qui est dû à cette divine parole, dont la vérité mérite d'être adorée comme Dieu même, nous la méprisons, ou même nous l'altérons, comme une chose que nous ne pouvons souffrir; et lorsqu'enfin, au lieu de nous y regarder comme en un miroir, et d'avoir horreur de notre propre difformité, au lieu de gémir de cette malheureuse facilité avec laquelle nous avons, en tant de rencontres, violé les saints préceptes de notre divin législateur, nous ne regardons, au contraire, que ce qui peut nous flatter, et nous ne nous attristons

cere faciebant; ne scilicet fleret. TACETE, q. d., nolite flere. *Et* NE DOLEATIS, vel, *nolite ergo dolore affici.* Nolite vos conficere mœrore (1).

VERS. 13. — ET AD INTELLIGENDUM, Hic *et* redundat (2).

VERS. 14. — QUAM PRÆCEPIT, vel, *quod præcepisset.* IN SOLEMNITATE, vel, *in ipso festo;* nempe tabernaculorum, id est, celebrandum esse festum Tabernaculorum mense septimo (3).

VERS. 15. — ET QUOD AUDIRE FACERENT (4),

que, comme le monde, *d'une tristesse, qui,* selon saint Paul, *produit la mort,* sans concevoir cette autre *tristesse* dont il parle, *qui est selon Dieu,* et *qui produit une pénitence stable pour le salut.*

Il est bon de remarquer avec les auteurs la nécessité d'interpréter et d'expliquer l'Ecriture aux peuples, lorsque nous voyons ici Néhémias, Esdras et les Lévites occupés à *interpréter la loi* aux Juifs en même temps qu'on la leur lisait. Nous avons sans doute besoin de guides comme eux dans la lecture des livres saints, et saint Pierre nous apprend que nous devons être persuadés que *nulle prophétie de l'Ecriture ne s'explique par une interprétation particulière.* Aussi il témoigne qu'il *y avait dans les Epîtres de saint Paul quelques endroits difficiles à entendre, que des hommes ignorants et légers détournaient en de mauvais sens; comme ils le faisaient de même dans les autres Ecritures pour leur propre perte.* C'est pourquoi on ne peut trop s'éloigner de cet esprit d'élèvement qui a porté les hérétiques dans tous les siècles, et surtout dans ces derniers temps, à se vouloir établir les juges de la vérité des livres saints, et à refuser d'en recevoir l'éclaircissement de l'Eglise, à qui seule néanmoins il appartient de donner la véritable interprétation des Ecritures, comme étant la seule dépositaire de la vérité. Toutes les autres sociétés ne peuvent prétendre ce droit, qui lui est propre par une possession incontestable. Et prouvant, comme elle fait, sa succession non interrompue depuis les Apôtres, elle est sans difficulté cette *maison de Dieu* visible à toute la terre, que l'Apôtre appelle l'Eglise du Dieu vivant, la colonne et le ferme appui de la vérité : *Ecclesia Dei vivi, columna et firmamentum veritatis.*

Le jour pour lequel les Juifs s'étaient assemblés, étant un *jour saint et consacré au Seigneur,* c'est-à-dire le premier du septième mois, Néhémias et Esdras, qui virent les gémissements d'Israël, leur défendirent de s'attrister et de pleurer davantage, en leur disant que *la joie du Seigneur était leur force.* Il ne dit pas, la joie du monde, mais *la joie du Seigneur,* c'est-à-dire celle qu'on goûte en Dieu, et qui dégoûte du monde; celle que le souvenir et la reconnaissance des grâces de notre Dieu produit au fond de nos cœurs, et non celle que produit la jouissance des plaisirs, des honneurs et des biens du siècle; celle enfin qui est un don et un fruit du Saint-Esprit, *gaudium in Spiritu sancto,* et non celle des mauvais riches, qui est suivie d'une tristesse éternelle. Les justes trouvent donc *leur force dans cette joie du Seigneur;* parce que plus ils se réjouissent au Seigneur et trouvent en lui leurs délices, plus ils se détachent des créatures, dont l'amour plus ou moins grand devient en nous le principe d'une faiblesse qui est aussi plus ou moins grande, à proportion de cet amour que nous leur portons.

Le commandement qu'on faisait aux Juifs de solenniser cette fête et de se réjouir au Seigneur, en *mangeant des viandes grasses,* et en *buvant du vin nouveau,* et en *faisant part* de leur festin à ceux qui n'en avaient point, c'est-à-dire aux pauvres, était une excellente figure de ce que l'Eglise nous ordonne aussi de faire *les jours qui sont consacrés à Dieu.* Ces viandes grasses et ce vin nouveau nous représentent parfaitement la viande divine et le vin céleste destinés pour la nourriture spirituelle de nos âmes. C'est ce banquet adorable qui doit faire toute notre *joie,* et produire en nous toute *notre force.* Il est préparé également pour les riches et pour les pauvres, et il appartient même proprement à ces derniers, en cela très-différent de ces autres dont il est parlé ici; que dans ceux-là on ordonnait aux personnes riches de faire part de leurs viandes et de leur vin à celles qui étaient pauvres, au lieu que dans celui dont nous parlons, ce sont proprement les pauvres qui y admettent les riches, puisque les riches ne sont dignes d'y avoir part, qu'à proportion qu'ils ont eux-mêmes fait part aux pauvres des viandes et des biens terrestres qu'ils possèdent pour s'en nourrir et pour en nourrir les autres.

(Sacy.)

(1) VERS. 12. — QUIA INTELLEXERUNT VERBA, etc., nimirùm quàm bonus esset Dominus iis qui toto corde convertuntur ad ipsum.
(Menochius.)

(2) Principes ab Esdrâ petunt, ut *interpretaretur eis verba legis;* nempe ex pridianâ lectione subortæ fuerant inter illos aliquæ quæstiones non de verbis (nam versu præced. dicitur etiam vulgus ea intellexisse), sed de sensu et intelligentiâ rerum quarumdam; et nominatim de ritibus et cæremoniis quibus celebrandum erat instans festum Scenopegiæ seu Tabernaculorum, ut mox subditur. (Tirinus.)

(3) UT HABITARENT..... IN TABERNACULIS, factis de ramis arboris viridibus et floribus. Hoc festum celebrabatur in memoriam beneficii divini, quo fecit habitare filios Israel 40 annis in tabernaculis in deserto, et absque notabili defectu, secundùm quod habetur Deuter. 2, v. 7 : *Novit Dominus iter tuum, habitans tecum quadraginta annis, et nil tibi defuit;* et ad designandum quòd Deus de deserto eos educens introduxit in terram fertilem et delectabilem.

IN SOLEMNITATE IN MENSE SEPTIMO. Die enim quinto decimo septimi mensis, incipiebat festum istud, et durabat septem diebus, scilicet usque ad 21 diem mensis inclusivè.
(Lyranus.)

(4) Conceptis quidem verbis non legimus in Moyse præcipi, ut festum hoc Tabernaculorum in omnibus urbibus Juda per præcones indicatur : illud tamen reverà solemniter indictum esse, nihil est cur negetur. Hebræi, quos duces interpretum quidam sequuntur, ita exponunt : *Tunc miserunt per omnes urbes*

ET TRANSIRE, id est, prædicarent, ac voce præconis proclamarent. Magni nominis apud Hebræos vir aliquid subaudit, q. d., præceperunt ergo ut prædicarent, ac voce præconis significarent in omnibus aliis urbibus suis, et in Jerusalem, etc. PINUS. Alii, *Cypressi*, vel *balsami*, vel *cedri*. ARBORIS DENSÆ. Dicunt *Gnaboth* esse speciem quamdam myrti : fortè quam Plinius *exoticam* vocat, quamque variis frondium ordinibus constare dicit (1).

VERS. 17. — SIC, id est, talia tabernacula. Hyperbole similis ei, de quâ diximus ad 2 Reg. 23, 22 (2).

VERS. 18. — LEGIT AUTEM. Nempe Esdras. A DIE PRIMO, sub. solemnitatis. COLLECTAM. Non à collectione pecuniæ, sed à congregatione populi in unum, id est, concionem, hoc est, festivitatem celeberrimam. Sic autem dicebatur *Gnatsereth*, à *Gnatsar*, *prohibuit*; quòd eo die arceretur, sive prohiberetur populus ab omni opere servili (3).

Juda, ad festum Tabernaculorum indicendum.

FRONDES LIGNI PULCHERRIMI. Hebræus : *Ramos ligni oleosi*, vel pinguis. Id alii accipiunt de pinu; alii de cupresso; alii de balsamo : Syrus et Arabs de nuce. Frondosa quælibet arbor ad construenda tabernacula in usum hujus festi adhibebatur. (Calmet.)

(1) VERS. 16. — IN DOMATE SUO. Heb. *in*, vel, *super tecto*, nempe domûs suæ. Tecta enim apud Hebræos plana erant. Vide Deut. 22, 8. Omni loco poterant tabernacula figi, dummodò sub dio. Hæc extra urbem fieri jusserat Deus; sed hìc metuebantur hostes. (Synopsis.)

DOMATE SUO, areâ superiori domûs, quæ pro tecto erat, ubi interdùm cubare solebant. (Calmet.)

(2) VERS. 17. — A DIEBUS JOSUE, (id est, ab ingressu Hebræorum in Chananæam eis à Deo promissam) NON FECERUNT TALITER FILII ISRAEL, non celebrant tale festum Tabernaculorum tantâ lætitiâ, tantâ devotione legendo legem publicè, ejusque explicationem faciendo tanto populi undique confluentis concursu, ut etiam in tectis tabernacula construere debuerint : ita Cajet. et alii. (Corn. à Lap.)

(3) VERS. 18. — IN DIE OCTAVO COLLECTAM. Littera Hebræi עצרת sonat *retentionem;* retinebatur enim populus in templo, ab operibus suis vacare jussus, prohibitusque ne curis suis sese occuparet. Septuaginta : Ἐξόδιον, *diem exitûs*.

Per eos festos dies contigisse credimus celebrem illam historiam in 2 Machabæorum 1, 18, narratam. Cùm urbs et templum igne Chaldæorum arsissent, et sacerdotes abducendi forent captivi, religiosissimi quique ex iis sacrum ignem efferentes, celârunt, auctore Jeremiâ, in valle, ubi præaltus erat puteus, sacro igni continendo aptissimus. Nehemias diù postea Hierosolymam redux, posteros illorum sacerdotum, quorum curâ celatus fuerat, misit, sacrum ignem scrutaturos. Venerunt illi; at pro igne lutosum crassumque humorem invenêre. Hauriri et ad se ferri jussit Nehemias. Allatum fudêre super ligna altaris, parataque in iis sacrificia ; statimque sol, hactenùs nubibus obductus, micare cœpit, et ignis repentè ligna corripuit, absumpsitque sacrificia. Mirari populus : et Nehemias reliquum humoris fundi jussit super ingentes lapides, qui statim abierunt in flammas : tum verò ignis ex altari prosiliens, flammam hanc lapidum absumpsit absorbuitque. Monitus de prodigio Artaxerxes, claudi septo locum, unde haustus fuerat humor, sacrumque deinceps et inviolabilem esse jussit, muneribusque atque opibus sacerdotes Domini cumulavit. Judæi pariter ut memoriam ejus prodigii perennarent, festum novi ignis instituêre, quod eodem tempore ac festum Tabernaculorum celebrabatur.

Plurium sententia docuit, tunc pariter inventam fuisse Arcam, Tabernaculum, et Altare thymiamatis, quæ omnia pariter Jeremias absconderat, quo tempore Jerusalem Chaldæis victoribus cessit. Sacra ille pignora deposuerat in speluncâ montis Nebo, ubi Moyses decesserat. Locum notare volebant quidam, qui eò cum Jeremiâ venerant, sed frustra ; quare propheta futurum prænuntiavit ut is locus ignotus foret, *donec congreget Deus congregationem populi, et propitius fiat.* Consule dissertationem nostram, utrùm Arca fœderis redierit in templum post captivitatem. (Calmet.)

Or Esdras lut dans le livre de la loi de Dieu chaque jour de la fête..... et au huitième jour, ils firent l'assemblée du peuple selon la coutume. On peut dire qu'en ce monde, qui est pour les vrais Chrétiens une espèce de désert, où ils se regardent, à l'exemple d'Abraham, comme des étrangers, et où ils vivent continuellement comme sous des tentes, aspirant sans cesse à une patrie plus excellente, l'on y *célèbre la fête des Tabernacles pendant les sept jours,* qui figurent ordinairement le cours de la vie présente. Mais la fête de l'*Assemblée* ou de la *Réunion*, qu'on solennisait le huitième jour, est une belle figure de la fête très-solennelle de notre éternelle réunion avec nos frères dans le ciel. Saint Jean dit de Jésus-Christ qu'il *devait mourir, pour rassembler* et *réunir les enfants de Dieu qui étaient dispersés* partout. C'est la première réunion qui se fait dès ici-bas, où il faut que le Fils de Dieu réunisse en un seul corps tous les fidèles, en leur appliquant par le sacrement du Baptême les mérites de sa mort et le prix sacré de son sang. Mais Jésus-Christ dit lui-même dans saint Marc qu'à la fin du monde *il doit envoyer ses anges, et rassembler ses élus des quatre coins de la terre.* C'est proprement cette dernière *réunion* que nous devons regarder comme la fête très-solennelle des justes. C'est de cette fête qu'on doit dire d'une façon toute singulière, que toute tristesse doit en être bannie ; *parce que c'est le jour saint du Seigneur*, et que *la joie du Seigneur doit faire toute la force* de ses élus, qui n'auront plus rien à craindre, du moment qu'il leur aura dit cette parole d'une consolation éternelle : Entrez dans la joie de votre Seigneur. *Intra in gaudium Domini tui.* (Sacy.)

CAPUT IX.

1. In die autem vigesimo quarto mensis hujus convenerunt filii Israel in jejunio, et in saccis, et humus super eos.

2. Et separatum est semen filiorum Israel ab omni filio alienigenâ : et steterunt, et confitebantur peccata sua, et iniquitates patrum suorum.

3. Et consurrexerunt ad standum, et legerunt in volumine legis Domini Dei sui, quater in die : et quater confitebantur, et adorabant Dominum Deum suum,

4. Surrexerunt autem super gradum Levitarum Josue et Bani et Cedmihel, Sabania, Bonni, Sarebias, Bani et Chanani : et clamaverunt voce magnâ ad Dominum Deum suum.

5. Et dixerunt Levitæ, Josue et Cedmíhel, Bonni, Hasebnia, Serebia, Odaia, Sebnia, Phathahia : Surgite, benedicite Domino Deo vestro ab æterno usque in æternum : et benedicant nomini gloriæ tuæ excelso in omni benedictione et laude.

6. Tu ipse, Domine, solus, tu fecisti cœlum, et cœlum cœlorum, et omnem exercitum eorum : terram et universa quæ in eâ sunt : maria et omnia quæ in eis sunt : et tu vivificas omnia hæc, et exercitus cœli te adorat.

7. Tu ipse, Domine Deus, qui elegisti Abram, et eduxisti eum de igne Chaldæorum, et posuisti nomen ejus Abraham.

8. Et invenisti cor ejus fidele coram te : et percussisti cum eo fœdus, ut dares ei terram Chananæi, Hethæi, et Amorrhæi, et Pherezæi, et Jebusæi, et Gergesæi, ut dares semini ejus : et implêsti verba tua, quoniam justus es.

9. Et vidisti afflictionem patrum nostrorum in Ægypto; clamoremque eorum audîsti super mare Rubrum.

10. Et dedisti signa atque portenta in Pharaone et in universis servis ejus, et in omni populo terræ illius : cognovisti enim quia superbè egerant contra eos; et fecisti tibi nomen, sicut et in hâc die.

11. Et mare divisisti ante eos, et transierunt per medium maris in sicco : persecutores autem eorum projecisti in pro-

CHAPITRE IX.

1. Le vingt-quatrième jour de ce même mois, les enfants d'Israël s'assemblèrent étant dans le jeûne, revêtus de sacs, et couverts de terre.

2. Ceux de la race des enfants d'Israël furent séparés de tous les enfants étrangers; et ils se tinrent debout, et ils confessaient leurs péchés, et les iniquités de leurs pères.

3. Et ils se levèrent ensemble pour se tenir sur les pieds, et ils lurent dans le volume de la loi du Seigneur leur Dieu quatre fois le jour, et ils bénissaient et adoraient quatre fois le Seigneur leur Dieu.

4. Or Josué, Bani, Cedmihel, Sabania, Bonni, Sarébias, Bani, et Chanani se levèrent sur le degré des Lévites; et crièrent d'une voix très-forte vers le Seigneur leur Dieu.

5. Et Josué, Cedmihel, Bonni, Hasebnia, Sérébia, Odaïa, Sebnia, Phathahia dirent : Levez-vous; bénissez le Seigneur votre Dieu de siècle en siècle : et qu'ils bénissent votre nom glorieux et sublime en lui donnant toute sorte de bénédiction et de louange.

6. C'est vous qui êtes le seul Seigneur; c'est vous qui avez fait le ciel, et le ciel des cieux, et toute leur armée, la terre et tout ce qu'elle contient, les mers et tout ce qu'elles renferment; c'est vous qui animez toutes ces créatures; et c'est vous que l'armée du ciel adore.

7. C'est vous, ô Seigneur Dieu, qui avez choisi vous-même Abram, qui l'avez *comme* tiré du feu des Chaldéens, et qui lui avez donné le nom d'Abraham.

8. Vous avez trouvé son cœur fidèle devant vous, et vous avez fait alliance avec lui, pour lui donner le pays du Chananéen, du Héthéen, de l'Amorrhéen, du Phérézéen, du Jébuséen, et du Gergéséen, pour le donner à sa postérité; et vous avez accompli vos paroles, parce que vous êtes juste.

9. Vous avez vu l'affliction de nos pères dans l'Egypte, et vous avez entendu leurs cris sur la mer Rouge.

10. Vous avez fait éclater vos merveilles et vos prodiges sur Pharaon, sur tous ses serviteurs et sur tout le peuple de ce pays-là, parce que vous saviez qu'ils avaient traité les Israélites avec orgueil; et vous vous êtes fait un nom, comme il l'est encore aujourd'hui.

11. Vous avez divisé la mer devant eux; ils ont passé à sec au milieu de la mer; et vous avez précipité au fond leurs persécuteurs,

fundum, quasi lapidem in aquas validas.

12. Et in columnâ nubis ductor eorum fuisti per diem, et in columnâ ignis per noctem, ut appareret eis via, per quam ingrediebantur.

13. Ad montem quoque Sinai descendisti, et locutus es cum eis de cœlo, et dedisti eis judicia recta, et legem veritatis, cæremonias, et præcepta bona.

14. Et sabbatum sanctificatum tuum ostendisti eis, et mandata, et cæremonias, et legem præcepisti eis, in manu Moysi servi tui.

15. Panem quoque de cœlo dedisti eis in fame eorum, et aquam de petrâ eduxisti eis sitientibus, et dixisti eis ut ingrederentur et possiderent terram, super quam levâsti manum tuam ut traderes eis.

16. Ipsi verò et patres nostri superbè egerunt, et induraverunt cervices suas, et non audierunt mandata tua.

17. Et noluerunt audire, et non sunt recordati mirabilium tuorum quæ feceras eis. Et induraverunt cervices suas, et dederunt caput ut converterentur ad servitutem suam, quasi per contentionem. Tu autem, Deus propitius, clemens, et misericors, longanimis et multæ miserationis, non dereliquisti eos;

18. Et quidem cùm fecissent sibi vitulum conflatilem, et dixissent: Iste est Deus tuus, qui eduxit te de Ægypto: feceruntque blasphemias magnas.

19. Tu autem in misericordiis tuis multis non dimisisti eos in deserto: columna nubis non recessit ab eis per diem, ut duceret eos in viam, et columna ignis per noctem, ut ostenderet eis iter per quod ingrederentur.

20. Et spiritum tuum bonum dedisti qui doceret eos, et manna tuum non prohibuisti ab ore eorum, et aquam dedisti eis in siti.

21. Quadraginta annis pavisti eos in deserto, nihilque eis defuit: vestimenta eorum non inveteraverunt, et pedes eorum non sunt attriti.

22. Et dedisti eis regna et populos, et partitus es eis sortes: et possederunt ter-

comme une pierre qui tombe dans les grandes eaux.

12. Vous avez été leur guide pendant le jour par la colonne de la nuée, et pendant la nuit par la colonne de feu, afin qu'ils distinguassent le chemin par où ils devaient marcher.

13. Vous êtes descendu aussi sur la montagne de Sinaï; vous leur avez parlé du ciel; vous leur avez donné des ordonnances justes, une loi de vérité, des cérémonies et de bons préceptes.

14. Vous leur avez fait connaître votre saint sabbat, et vous leur avez prescrit par Moïse votre serviteur vos commandements, vos cérémonies et votre loi.

15. Vous leur avez aussi donné un pain du ciel, lorsqu'ils étaient pressés de la faim; et vous leur avez fait sortir l'eau de la pierre, lorsqu'ils avaient soif; vous leur avez dit d'entrer, pour la posséder, dans la terre que vous aviez levé la main de leur donner.

16. Mais eux et nos pères ont agi avec orgueil; ils ont endurci leur tête, et ils n'ont point écouté vos commandements;

17. Et ils n'ont point voulu obéir; et ils ont perdu le souvenir des merveilles que vous aviez faites en leur faveur. Et ils ont endurci leur tête, et ils se donnèrent un chef pour retourner à leur servitude, comme par rébellion. Mais vous, ô Dieu favorable, clément et miséricordieux, toujours patient et plein de miséricorde, vous ne les avez point abandonnés;

18. Lors même qu'ils se firent un veau jeté en fonte, et qu'ils dirent: *Israël,* c'est là votre Dieu qui vous a tiré d'Egypte; et qu'ils proférèrent de grands blasphèmes.

19. Mais vous, dans vos grandes miséricordes, ne les avez point abandonnés dans le désert. La colonne de nuée ne les a point quittés pendant le jour, pour les conduire dans la voie, ni la colonne de feu pendant la nuit, pour leur faire voir le chemin par où ils devaient marcher.

20. Vous leur avez donné votre bon esprit, pour les instruire; vous n'avez point retenu votre manne de leur bouche; et vous leur avez donné de l'eau dans leur soif.

21. Vous les avez nourris pendant quarante ans dans le désert, et il ne leur a rien manqué; leurs vêtements ne sont point devenus vieux, et leurs pieds n'ont point été foulés.

22. Vous leur avez donné les royaumes et les peuples, et vous leur avez partagé les terres au sort; et ils ont possédé le pays d

ram Sehon et terram regis Hesebon, et terram Og regis Basan.

23. Et multiplicâsti filios eorum sicut stellas cœli, et adduxisti eos ad terram de quâ dixeras patribus eorum, ut ingrederentur et possiderent.

24. Et venerunt filii, et possederunt terram, et humiliâsti coram eis habitatores terræ Chananæos, et dedisti eos in manu eorum, et reges eorum et populos terræ, ut facerent eis sicut placebat illis.

25. Ceperunt itaque urbes munitas, et humum pinguem, et possederunt domos plenas cunctis bonis, cisternas ab aliis fabricatas, vineas et oliveta, et ligna pomifera multa : et comederunt, et saturati sunt, et impinguati sunt, et abundaverunt deliciis in bonitate tuâ magnâ.

26. Provocaverunt autem te ad iracundiam, et recesserunt à te, et projecerunt legem tuam post terga sua : et prophetas tuos occiderunt, qui contestabantur eos, ut reverterentur ad te : feceruntque blasphemias grandes.

27. Et dedisti eos in manu hostium suorum, et afflixerunt eos : et in tempore tribulationis suæ clamaverunt ad te, et tu de cœlo audîsti, et secundùm miserationes tuas multas dedisti eis salvatores, qui salvarent eos de manu hostium suorum.

28. Cùmque requievissent, reversi sunt ut facerent malum in conspectu tuo : et dereliquisti eos in manu inimicorum suorum, et possederunt eos : conversique sunt, et clamaverunt ad te : tu autem de cœlo exaudîsti et liberâsti eos in misericordiis tuis, multis temporibus.

29. Et contestatus es eos ut reverterentur ad legem tuam : ipsi verò superbè egerunt, et non audierunt mandata tua, et in judiciis tuis peccaverunt, quæ faciet homo, et vivet in eis : et dederunt humerum recedentem et cervicem suam induraverunt, nec audierunt.

30. Et protraxisti super eos annos multos, et contestatus es eos in spiritu tuo per manum prophetarum tuorum : et non audierunt, et tradidisti eos in manu populorum terrarum.

Séhon, et le pays du roi d'Hésébon, et le pays d'Og, roi de Basan.

23. Vous avez multiplié leurs enfants comme les étoiles du ciel; et vous les avez conduits dans la terre où vous aviez promis à leurs pères de les faire entrer, afin qu'ils la possédassent.

24. Leurs enfants y sont venus et l'ont possédée ; vous avez humilié devant eux les Chananéens, habitants de cette terre, et vous les avez livrés entre leurs mains, et les rois et les peuples de ce pays, afin qu'ils en fissent comme il leur plairait.

25. C'est pourquoi ils ont pris des villes fortes; ils ont possédé une bonne terre, et des maisons pleines de toutes sortes de biens, des citernes que d'autres avaient bâties, des vignes, des plants d'oliviers, et beaucoup d'arbres fruitiers; ils en ont mangé; ils se sont rassasiés; ils se sont engraissés; et votre grande bonté les a mis dans l'abondance et dans les délices.

26. Mais ils ont provoqué votre colère ; ils se sont retirés de vous; ils ont rejeté votre loi avec mépris ; ils ont tué vos prophètes qui leur faisaient des protestations afin qu'ils revinssent à vous, et ils ont blasphémé votre nom avec outrage.

27. Et vous les avez livrés entre les mains de leurs ennemis, qui les ont opprimés. Et au temps de leur affliction, ils ont crié vers vous, et vous les avez écoutés du ciel; et selon la multitude de vos miséricordes, vous leur avez donné des sauveurs pour les délivrer des mains de leurs ennemis.

28. Et lorsqu'ils ont été en repos, ils ont commis de nouveau le mal devant vous; et vous les avez abandonnés entre les mains de leurs ennemis, qui s'en sont rendus les maîtres; ils se sont retournés vers vous; ils ont crié vers vous ; alors vous les avez exaucés du ciel, et vous les avez délivrés en divers temps, selon la multitude de vos miséricordes.

29. Vous les avez encore sollicités de retourner à votre loi ; mais ils ont agi avec orgueil, et ils n'ont point écouté vos commandements; ils ont péché contre vos ordonnances, que l'homme doit observer pour y trouver la vie; ils *vous* ont tourné le dos, ils ont endurci leur tête, et n'ont point écouté.

30. Vous avez différé de les punir pendant plusieurs années. Vous les avez exhortés en votre esprit par la main de vos prophètes; ils ne vous ont point écouté, et vous les avez livrés entre les mains des peuples de la terre.

31. In misericordiis autem tuis plurimis non fecisti eos in consumptionem, nec dereliquisti eos : quoniam Deus miserationum et clemens es tu.

32. Nunc itaque, Deus noster, magne, fortis et terribilis, custodiens pactum et misericordiam, ne avertas à facie tuâ omnem laborem qui invenit nos, reges nostros, et principes nostros, et sacerdotes nostros, et prophetas nostros, et patres nostros, et omnem populum tuum, à diebus regis Assur usque in diem hanc.

33. Et tu justus es in omnibus quæ venerunt super nos : quia veritatem fecisti, nos autem impiè egimus.

34. Reges nostri, principes nostri, sacerdotes nostri et patres nostri non fecerunt legem tuam, et non attenderunt mandata tua, et testimonia tua, quæ testificatus es in eis.

35. Et ipsi in regnis suis, et in bonitate tuâ multâ, quam dederas eis, et in terrâ latissimâ et pingui, quam tradideras in conspectu eorum, non servierunt tibi, nec reversi sunt à studiis suis pessimis.

36. Ecce nos ipsi hodie servi sumus, et terra quam dedisti patribus nostris, ut comederent panem ejus, et quæ bona sunt ejus, et nos ipsi servi sumus in eâ.

37. Et fruges ejus multiplicantur regibus quos posuisti super nos propter peccata nostra, et corporibus nostris dominantur, et jumentis nostris secundùm voluntatem suam, et in tribulatione magnâ sumus.

38. Super omnibus ergo his nos ipsi percutimus fœdus, et scribimus, et signant principes nostri, Levitæ nostri, et sacerdotes nostri.

31. Vous ne les avez pas néanmoins exterminés, et vous ne les avez point abandonnés, à cause de la multitude de vos bontés, parce que vous êtes un Dieu de miséricorde et clément.

32. Maintenant donc, notre Dieu, grand, fort et terrible, qui conservez inviolablement votre alliance et votre miséricorde, ne détournez point vos yeux de tous les maux qui nous ont accablés, nous, nos rois, nos princes, nos prêtres, nos prophètes, et nos pères, et tout votre peuple, depuis le temps du roi d'Assyrie jusqu'aujourd'hui.

33. Vous êtes juste dans toutes les afflictions qui nous sont arrivées, parce que vous nous avez traités selon votre vérité, et que nous avons agi comme des impies.

34. Nos rois, nos princes, nos prêtres, nos pères, n'ont point gardé votre loi ; ils n'ont point écouté vos commandements, et vos témoignages que vous leur avez notifiés.

35. Lorsqu'ils jouissaient de leurs royaumes, et de cette abondance de biens que vous leur avez donnés dans cette terre si spacieuse et si fertile que vous aviez livrée devant leur face, ils ne vous ont point servi, et ne sont point revenus de leurs inclinations très-corrompues.

36. Voici, nous sommes aujourd'hui nous-mêmes esclaves, aussi bien que la terre que vous aviez donnée à nos pères, afin qu'ils en mangeassent le pain et les biens qui y sont ; nous sommes nous-mêmes devenus esclaves en elle.

37. Tous les fruits qu'elle porte sont pour les rois que vous avez mis sur nos têtes, à cause de nos péchés ; ils dominent sur nos corps et sur nos bêtes, comme il leur plaît, et nous sommes dans une grande affliction.

38. Dans la vue donc de toutes ces choses, nous faisons nous-mêmes une alliance ; nous en dressons l'acte, et nos princes, nos Lévites et nos prêtres vont le signer.

TRANSLATIO EX HEBRÆO.

1. In die autem vigesimà et quartà mensis hujus congregati sunt filii Israel in jejunio et saccis, et terra super se. — 2. Et separaverunt se *qui erant de* semine Israel ab omnibus filiis alienigenis, et steterunt, et confessi sunt peccata sua, et iniquitates patrum suorum. — 3. Et surrexerunt in loco suo, et legerunt in libro legis Dei sui, quater in die, et quater confessi sunt, et incurvaverunt se Domino Deo suo. — 4. Surrexit autem super gradum Levitarum Jesuah, et Bani, Chadmiel, Sebaniah, Bunni, Serebiah, Bani, Chenani, et clamaverunt voce magnà ad Dominum Deum suum. — 5. Et dixerunt Levitæ Jesuah, et Chadmiel, Bani, Chasubneiah, Serebiah, Hodiiah, Sebaniah, Pethachiah : Surgite, benedicite Domino Deo nostro à seculo, et usque in seculum : et benedicant nomini gloriæ tuæ, et excelso super omnem benedictionem et laudem. — 6. Tu ipse, Domine, solus, tu fecisti cœlum cœlorum, et omnem exercitum eorum, terram, et uni-

versa quæ *sunt* in eâ : maria, et universa quæ *sunt* in eis, et vivificas omnia hæc, et exercitus cœli tibi se incurvant. — 7. Tu ipse, Domine Deus, elegisti Abram, et eduxisti eum de Ur Chasdim, et posuisti nomen ejus Abraham. — 8. Et invenisti cor ejus fidele coram te, et percussisti cum eo fœdus, ut dares terram Chenahanææ, Chitthæi, Emoræi, Perizii, Jebusæi, et Ghirghasæi, ut dares semini ejus : et confirmâsti verba tua, quia justus es. — 9. Et vidisti afflictionem patrum nostrorum in Ægypto, clamoremque eorum audisti in mari Suph. — 10. Et dedisti signa, et portenta in Parhoh, et in universis servis ejus, et in omni populo terræ ejus. Cognovisti enim, quod superbè egerant contra eos, et fecisti tibi nomen secundùm diem hanc. — 11. Et mare divisisti ante eos, et transierunt per medium maris in sicco (siccitate), et persecutores eorum projecisti in profunda, tanquàm lapidem in aquas validas. — 12. Et in columnâ nubis duxisti eos per diem, et in columnâ ignis per noctem, ut illucescere faceres eis viam per quam ambulaturi erant. — 13. Et super montem Sinai descendisti, et locutus es cum eis è cœlo, et dedisti eis judicia recta, et leges veras, statuta, et præcepta bona. — 14. Et sabbathum sanctum tuum notificâsti eis, et præcepta, et statuta, et legem præcepisti eis per manum Moseh servi tui. — 15. Et panem de cœlo dedisti eis in fame eorum, et aquam è petrâ eduxisti eis in siti eorum, et dixisti eis, ut ingrederentur ad possidendum terram, *super* quam levâsti manum tuam, ut traderes eis. — 16. Et ipsi, et patres nostri superbè egerunt, et induraverunt cervicem suam, et non audierunt præcepta tua. — 17. Et renuerunt audire, et non sunt recordati mirabilium tuorum, quæ feceras cum eis. Et induraverunt cervicem suam et posuerunt caput, ut reverterentur ad servitutem suam, cum rebellione suâ. Et tu Deus propitiationum, clemens, et misericors, longanimis, et multæ misericordiæ, non dereliquisti eos. — 18. Insuper quando fecerunt sibi vitulum conflatilem, et dixerunt : Iste *est* Deus tuus, qui ascendere fecit te è *terrâ* Ægypti, feceruntque blasphemias magnas, — 19. Tu propter misericordias tuas multas non dereliquisti eos in deserto, columna nubis non recessit ab eis per diem, ut duceret eos per viam, et columna ignis per noctem, ut lucere faceret (faceres) eis, et viam per quam ambulaturi erant. — 20. Et spiritum tuum bonum dedisti ad intelligere faciendum (*audiendum*) eos, et man tuum non prohibuisti ab ore eorum, et aquam dedisti eis in siti eorum. — 21. Et quadraginta annis pavisti eos in deserto : non eguerunt, vestimenta eorum non inveteraverunt, et pedes eorum non tumuerunt. — 22. Et dedisti eis regna, et populos, et divisisti eos, *ut essent* ad angulum *unum :* et possederunt terram Sichon, et terram regis Chesbon, et terram Hogh regis Basan. — 23. Et filios eorum multiplicâsti sicut stellas cœli, et adduxisti eos ad terram de quâ dixeras patribus eorum, ut ingrederentur ad possidendum. — 24. Et venerunt filii, et possederunt terram, et humiliâsti coram eis habitatores terræ Chenahanæorum, et dedisti eos in manu eorum, et reges eorum, et populos terræ, ut facerent in eis secundùm voluntatem suam. — 25. Et ceperunt urbes munitas, et humum pinguem, et possederunt domos plenas omni bono, cisternas excisas, vineas, et oliveta, et arbores fructiferas in multitudine : et comederunt, et saturati sunt, et impinguati sunt, et deliciis affluxerunt propter bonitatem tuam magnam. — 26. Et irritaverunt, et rebellaverunt contra te, et projecerunt legem tuam post tergum suum, et prophetas tuos occiderunt, qui testificabantur eis, ut converterent eos ad te, et fecerunt convitia *in Deum* magna. — 27. Et dedisti eos in manum hostium suorum, et afflixerunt eos. Et in tempore tribulationis suæ clamaverunt ad te, et tu de cœlo audîsti, et secundùm miserationes tuas multas dedisti eis servatores, et servaverunt eos de manu hostium suorum. — 28. Et cùm esset (*fuisset*) requies eis, reversi sunt ad faciendum malum coram te, et dereliquisti eos in manu inimicorum suorum, et dominati sunt eis. Et conversi sunt, et clamaverunt *ad* te, et tu de cœlo exaudîsti, et eruisti eos secundùm miserationes tuas multis temporibus. — 29. Et contestatus es eis, ut converteres eos (*redirent*) ad legem tuam, sed ipsi superbè egerunt, et non audierunt præcepta tua, et in judiciis tuis peccaverunt, quæ faciet homo, et vivet in eis : et dederunt humerum recedentem, et cervicem suam induraverunt, et non audierunt. — 30. Et protraxisti super eos annos multos, et contestatus es eos spiritu tuo per manum prophetarum tuorum, et non auscultaverunt, et tradidisti eos in manum populorum terrarum. — 31. Et propter misericordias tuas multas non fecisti eos *in* consumptionem, et non dereliquisti eos, quia Deus clemens, et misericors es. — 32. Et nunc Deus noster, Deus magne, fortis et terribilis, custodiens pactum, et misericordiam, ne diminuatur coram te omnis labor qui invenit nos, reges nostros, principes nostros, sacerdotes nostros, prophetas nostros, patres nostros, et omnem populum tuum à diebus regum Assur usque ad diem hanc. — 33. Et tu justus in omni quod venit

super nos, quia veritatem fecisti, et nos impiè egimus. — 34. Et reges nostri, principes nostri, sacerdotes nostri, et patres nostri, non fecerunt legem tuam, et non attenderunt præceptis tuis, et testimoniis tuis, quæ testificatus es eis. — 35. Et ipsi in regno suo, et in bonitate tuâ multâ quam dedisti eis, et in terrâ latâ, et pingui, quam tradideras coram eis, non servierunt tibi, et non sunt conversi ab operibus suis malis. — 36. Ecce hodie servi *sumus*, et in terrâ quam dedisti patribus nostris, ut comederent fructum ejus, et bonitatem ejus, ecce servi sumus. — 37. Et fructus ejus multus regibus quos posuisti super nos propter peccata nostra, et corporibus nostris dominantur, et jumentis nostris secundùm voluntatem suam, et in tribulatione magnâ sumus. — 38. Et cum toto hoc percutimus fidelitatem, et scribimus, et super signaturam sunt principe nostri, Levitæ nostri, et sacerdotes nostri.

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — IN DIE AUTEM VIGESIMA ET QUARTA, etc. Notandum quòd festum Tabernaculorum celebrabatur decimâ quartâ die mensis septimi, et collecta vicesimâ secundâ ejusdem. Separaverunt ergo sese filii Israel ab alienigenis vicesimâ tertiâ die, et vicesimâ quartâ jejuni et induti ciliciis, ac conspersi pulvere, eo signo confitentes se viles et cinereos esse, stantesque confessi sunt peccata sua.

VERS. 2. — ET STETERUNT, ET CONFESSI SUNT, id est, stantes coram Domino, ingenuè fassi sunt se esse peccatores, majoresque suos peccatores quoque fuisse (1).

VERS. 3. — SURREXERUNT IN LOCO SUO, vel, SURREXERUNT IN STATIONE SUA; id est, et manserunt in loco stantes; erant enim erecti. Sic versu sequenti. QUATER IN DIE, id est, à primâ horâ ad tertiam, legerunt legem, psalmos cecinerunt, confessi sunt peccata sua. Eodem ordine legerunt, etc., ab horâ tertiâ ad sextam, à sextâ ad nonam, à nonâ ad duodecimam. CONFESSI SUNT, sub., coram Domino, se peccatores esse (2).

VERS. 4. — SURREXIT AUTEM SUPER GRADUM, Sing. Heb. pro plur. *Surrexerunt*, id est, erecti steterunt in gradu : hoc est, suggestu in quo stare solebant Levitæ; stabant enim in loco altiore quàm populus. Quisque eorum, Jesuah nempe, etc., stetit in suggestu proprio.

VERS. 5. — JESUAH, ET CHADMIEL, etc. Iidem sunt hi octo Levitæ, qui v. 4, nominantur, tametsi tres eorum diversis nominibus : CHASABNEIAH, qui *Bunni* v. 4. HODIIAH, qui *Bani*, v. 4. PETHACHIAH, qui *Chenani* v. 4. SURGITE. Hortabantur Levitæ populum ut laudarent Dominum, benedicerentque illi, ac gratias agerent. Solebant autem stare cùm orarent, et laudarent Deum. Istud, *Surgite*, potiùs videtur poni vice adverbii hortantis, esseque particula hortantis aliquem ad opus, q. d., agite, rumpite moras (1). ET BENEDICANT. Convertit sermonem suum ad Deum : ac si dicat : *Et dicite coram eo : Benedicant omnes*, etc. NOMINI GLORIÆ, etc., id est, glorioso tuo nomini. ET EXCELSO, vel, et sis *exaltatus*, id est, exalteris. Vel, sit *exaltatum*, id est, exaltetur nomen tuum omni genere benedictionis et laudis; vel

(1) VERS. 2. — SEPARATUM EST SEMEN FILIORUM ISRAEL AB OMNI FILIO ALIENIGENA. Sub Esdrâ primùm id fieri cœperat; mandaverat enim, ut ii qui peregrinas uxores duxerant, tulerantque ex illis liberos, matres simul et filios remitterent. Saltem ex parte obtemperatum est. Eam rem iterùm investigante Nehemiâ, populus remisit uxores, quas sive hactenùs retinuerat, sive dimissas revocaverat.

CONFITEBANTUR PECCATA SUA, ET INIQUITATES PATRUM SUORUM, quæ in caput suum ea gravissima provocaverant mala, quæ olim populum oppresserant, et adhuc opprimebant. Idem ubique in similibus rebus animadvertere licet : sua ipsorum crimina fateri non satis contenti, patrum suorum peccata in mentem revocant, de quibus perinde ac de suis lugent. Minitatus fuerat Deus in lege futurum, ut de parentum criminibus ultionem in filiis usque ad quartam generationem exsequeretur. Ejusmodi minas evitaturi, simulque demonstraturi detestari se et propria et parentum crimina, humili confessione generatim ea exponunt, ac veniam pro utrisque rogant. (Calmet.)

(2) Cùm omni opere diebus hisce esurialibus ac luctuosis vacarent, totam diem omnes in templo coacti egerunt, dominicæ legis explicatione, confessione criminum, divinisque laudibus et benedictionibus occupati. Cœptum est primâ diei horâ, et ad tertiam usque perseveratum. A tertiâ iterùm usque ad sextam; à sextâ usque ad nonam; et à nonâ usque ad duodecimam vel postremam. Vacabant primò divinæ legis lectioni, quam stantes audiebant; secundò, sese humi sternebant ad humilem peccatorum confessionem; tertiò denique ad laudes Domini, præeuntibus ac suggerentibus Levitis, surgebant. Solemne est Judæis, ut ter precentur quotidiè, cujus moris originem, saltem quod ad horam precandi, refert Maimonides ad Esdram magnamque synagogam. Quartas preces addebant diebus festis et esurialibus, ut hic gestum legimus.

(1) AB ÆTERNO, scilicet existenti, ut explicat Emmanuel Sà. Vel sensus est : Dominum perpetuò celebrate, et ab omnibus semper laudabilem, et laudandum prædicate. (Menochius.)

potiùs *sublimiori,* quàm ut laudari pro dignitate possit.

VERS. 6. — TU IPSE, DOMINE, SOLUS, id est; Tu, ô Domine, à teipso es, et omnia creâsti. COELUM, COELUM COELORUM, etc. Hebræorum quidam per *cœlum* intelligit firmamentum, et per *cœlum cœli*, sive *cœlos cœlorum,* sphæras cœlestes. Christiani verò per *cœlum* intelligunt firmamentum et sphæras illas cœlestes; et per *cœlos cœlorum,* cœlum empyreum, in quo sunt spiritus cœlestes. Per *omnem exercitum eorum* Hebræi intelligunt universam multitudinem stellarum : Christiani autem multitudinem tam stellarum, quàm spirituum cœlestium (1). Vide dicta ad 1. Reg. 8, 27. VIVIFICAS OMNIA HÆC, id est, quòd stant, moventur et vivunt, hoc habent à te; illa conservas et regis (2).

VERS. 7. — DEUS, sub. ille verus. DE UR. Nomen proprium loci, quod apud Ammianum extat. Hæc oratio Nehemiæ egregia est et ἐμπαθὴς, tum in beneficiis Dei, tum in peccatis populi prædicandis; et haberi potest pro compendio omnis historiæ ad hæc tempora (1). POSUISTI NOMEN EJUS ABRAHAM, pro, mutato no-

(1) ET EXERCITUS COELI TE ADORAT, quia Angeli qui sunt exercitus cœli empyrei, adorant Deum adoratione propriè dictâ. Similiter exercitus cœli siderei, id est, stellæ et luminaria, eum adorant adoratione largè dictâ, in quantum in eorum illuminationibus relucent Dei bonitas et sapientia, et ex hoc moventur creaturæ rationales ad adorandum eum adoratione propriè dictâ. Ex hoc autem loco surrexit quidam error Judæorum, dicentium Deum esse corporeum, et esse in loco determinato, scilicet in Occidente, eò quòd stellæ moventur ab Oriente versùs Occidentem, quasi adorando Deum ibidem existentem. Sed hæc ratio frivola est, quia eâdem ratione diceretur esse in Oriente, quia stellæ moventur ab Occidente in Orientem, in hemisphærio nobis opposito. Et etiam dictus error manifestè est contra dictum Jerem. 23 : *Cœlum et terram ego impleo, dicit Dominus.* Dictum tamen hoc ita est absurdum, quòd non indiget aliâ improbatione; ideò breviter pertranseo. (Lyranus.)

(2) Hinc minimè colligitur, Hebræos astra cœlosque animâ donâsse; quibus tamen si eam opinionem tribueremus, nihil notæ referrent. Celeberrimi plures philosophi, Patresque non rari vel animatos cœlos, vel saltem ab intelligentiâ quâdam ductos crediderunt. Reducti è captivitate Levitæ opinionem hanc haurire potuerunt è Chaldæis et Persis; quos Persas, cùm, teste Strabone lib. 15, cœlum, solem, lunam, ignem, tellurem, ventos, aquam colerent, hæc eadem animata reputâsse censendum est. Ex hâc tamen illorum opinione vel errore nihil rectè colligi potest. Utrùmne astris vita concedenda est, eò quòd Hebræi concesserint? Cæterùm *vivificare* ponitur sæpè pro, vitam tueri, eximere discrimini, restituere, oppressione levare, etc. (Calmet.)

TU FECISTI COELUM ET COELUM COELORUM. Duo tribuit Deo, quòd et opifex sit, et servator universi.

ET TU VIVIFICAS OMNIA HÆC. Sata, animantia, homines. (Grotius.)

(1) VERS. 7. — ELEGISTI ABRAHAM, ET EDUXISTI EUM DE IGNE CHALDÆORUM. Dices : Hebr. et Septuag. habent : *De Ur Chaldæorum,* et sic vertit noster Genes. 11, 31, et alibi. — Resp.: *Ur,* sive *Ura*, ut habet Josephus, est nomen proprium urbis Chaldæorum, ex quâ Deus eduxit Abraham, quam Eupolemus apud Euseb. lib. 9 Præpar. cap. 4, vocat *Camirinem.* Dicta videtur à cultu agri (hunc enim Hebr. significat *ur*) quem, teste S. Hieron. quæst. in Genesim, ut Deum coluerunt Chaldæi ; sicut Heliopolis in Ægypto dicta est à cultu solis : *Heliopolis* enim idem est quod, ἡλίου πόλις, id est, *solis urbs;* ideòque noster, ut interpretetur nomen Hebr. *ur,* vertit *ignis.* Undè et quædam Biblia τὸ *ignis* hoc loco scribunt per majusculam I, quasi nomen proprium urbis; omninò enim hic alluditur ad Genes. 11, 31, ubi dicitur : *Eduxi eos de Ur Chaldæorum;* sic enim et alibi sæpè noster interpretatur etyma nominum propriorum Hebræorum, quia in eis latet aliquod mysterium, aut vis et energia, ut Judic. 15, 19, Genes. 26, 20 et 22. Hinc secundo τὸ *ur* potest accipi quasi nomen non proprium, sed appellativum, ut significet ignem, id est, pressuram et afflictionem, sicut et Psal. 16, 3, et psal. 65, 12; multas enim afflictiones passum esse Abraham à Chaldæis, eò quòd nollet adorare ignem, quem ipsi æquè ac Persæ ut Deum colebant, testatur Josephus lib. 1 Antiq. 8, et S. August. l. 16 Civit. 13; imò Hebræorum traditio est, hâc de causâ Abrahamum in ignem fuisse conjectum, sed à Deo miraculosè liberatum, quam approbat S. Hieron. quæst. in Genesim. Nec mirum hujus rei non meminisse Josephum, nec Philonem, nec S. Paulum Hebr. 11 (quod objicit Pererius), quia illi ferè ea tantùm referunt, quæ extant in Script., ut sæpè de se profitetur Josephus. (Corn. à Lap.)

C'est vous, ô Seigneur notre Dieu, qui avez choisi vous-même Abram, qui l'avez tiré du feu des Chaldéens, et qui lui avez donné le nom d'Abraham. Dieu *trouva,* selon qu'il est dit ensuite, *le cœur d'Abraham fidèle à ses yeux,* après le choix qu'il eut fait de cet ancien patriarche; et son admirable fidélité le porta *à faire alliance avec lui,* mais une alliance éternelle. Car elle ne regardait pas seulement le peuple Juif; mais beaucoup plus les Chrétiens, ceux qui *étant,* comme dit saint Paul, enfants *de la foi, sont les* vrais *enfants d'Abraham,* parce qu'ils sont les imitateurs de sa foi, de cette foi qui lui donna le courage d'immoler ce qu'il avait de plus cher, pour obéir à l'ordre de Dieu. Ce fut par là proprement que Dieu éprouva combien ce *cœur lui était fidèle;* et ce fut à cette fidélité incomparable qu'il promit pour récompense, que toutes les nations de la terre seraient bénies dans la race d'Abraham : *Benedicentur in semine tuo omnes gentes terræ, quia obedîsti voci meæ,* ce qui ne s'est accompli parfaitement que dans la personne de Jésus-Christ, l'un des enfants d'Abraham selon la chair. (Sacy.)

mine vocâsti eum *Abraham*. *Abram* significat *patrem excelsum*: *Abraham* verò *patrem magnæ multitudinis*, id est, multarum gentium, quasi אב רב חמון *Ab rab hamon*. Componitur enim ex uno integro nomine et duobus corruptis.

Vers. 8. — Confirmasti, vel, *adimplêsti*, rata fecisti, id est, stetisti promissis (1).

Vers. 9. — In mari Suph. Alii : *In mari carectoso*.

Vers. 10 (2). — Et fecisti, id est, ita peperisti ac comparâsti tibi famam qualis hodie quoque est.

Vers. 11. — Tanquam lapidem, sub. cadentem, id est, quasi jaceres, vel jecisses lapidem in aquas validas, aut fortes, hoc est, vehementes ac impetuosas : altas ac profundas significat ; solent enim quæ tales sunt, cum impetu decurrere.

Vers. 12. — Ut illucescere faceres, id est, ut illuminares. Ambulaturi erant, vel, *ambularent*, ingrederentur, irent.

Vers. 13. — Judicia, etc. Per *judicia* intelligunt judicialia, per *leges* moralia, sive quæ pertinent ad mores, et per *statuta* cæremonialia : *præcepta* autem est nomen generale (3).

Vers. 14. — Sanctum tuum notificasti, vel, *sacrosanctum tuum*, vel, *tibi sanctificatum indicâsti*, id est, docuisti (1).

(1) Vers. 8. — Et invenisti cor ejus fidele. *Cor fidele* dicitur, vel, quasi rectum, constans, verax ; vel, quasi certâ fide amplectens promissiones Dei. (Synopsis.)

Et invenisti cor ejus fidele, quia pro amore tuo paratus fuit etiam filium suum dilectissimum immolare, ut habetur Gen. 15.

Et implesti verba tua. Hìc consequenter exprimitur beneficium liberationis Israel de Ægypto, cùm dicitur : *Et implêsti verba tua* ; quia tempore famis fecit populum Israel descendere in Ægyptum, ut habetur Gen. 46, ut ibidem ad tempus salvaretur per ipsum Joseph. (Lyranus.)

(2) Et dedisti signa atque portenta in Pharaone, puta decem plagas, quibus Deus percussit Pharaonem, ut cogeret eum dimittere Hebræos in Chanaan. Celebrant hìc Levitæ magnificentiam et beneficentiam Dei recensendo omnia quæ Deus pro Hebræis gessit in Ægypto et Chanaan ; scilicet quòd pro eis afflixerit Ægyptum decem plagis, quòd dederit eis columnam ignis quasi ducem viæ, item manna, legem, aquam de petrâ, terram Chanaan. Unde confitentur pariter ingratitudinem populi Deo inobedientis. Itaque hæc eorum confessio et oratio est quasi compendium lib. Pentateuchi, Judicum et Regum. (Corn. à Lap.)

Cognovisti enim quia superbè egerant contra eos, et fecisti tibi nomen sicut et in hac die.
Ζεὺς γὰρ κολαστὴς τῶν ἄγαν ὑπερφρόνων.
(*Quisquis superbit vindicem expectet Jovem.*)

Nec ulla materia dignior in quâ vim suam ostentet. (Grotius.)

(3) Vers. 13. — *Vous êtes descendu sur la montagne de Sinaï; vous leur avez parlé du ciel, vous leur avez donné des ordonnances justes, une loï de vérité, des cérémonies et de bons préceptes.* Il semble qu'il y ait de la contradiction entre ce que disent ces Israélites et ce que Dieu dit lui-même dans Ezéchiel : car il a déclaré par la bouche de ce prophète, qu'il avait donné à son peuple *des préceptes qui n'étaient pas bons* (præcepta non bona), *et lui avait fait des ordonnances dans lesquelles il ne trouverait point la vie*. Ici, au contraire, ces Juifs, parlant au Seigneur pour le remercier de toutes les grâces qu'ils avaient reçues de lui, lui témoignent qu'il *avait donné à leurs pères une loi de vérité, et de bons préceptes*. Pour éclaircir cette contradiction apparente, il suffit de remarquer les temps différents que ces paroles regardaient. Lors donc que ces Juifs disent ici que Dieu leur avait donné *de bons préceptes*, ils parlent du temps où Dieu, *étant descendu sur la montagne de Sinaï*, leur déclara ses commandements exprimés dans le Décalogue, dont le premier leur ordonnait de l'aimer de tout leur cœur et par dessus toutes choses, et le second d'aimer leur prochain comme eux-mêmes. Ces préceptes étaient vraiment *bons* et excellents. Aussi Dieu, parlant de ceux-là dans Ezéchiel même et dans le même chapitre que l'on a marqué auparavant, déclare qu'il *avait donné* aux Juifs *ses préceptes, et que l'homme y trouverait la vie en les observant*. On ne peut donc pas douter que ces *préceptes* ne fussent *bons*, et très-bons ; et ce sont ceux-là qu'il appelle proprement *ses préceptes*, parce qu'il n'appartenait qu'à Dieu de commander à un peuple de l'aimer de tout leur cœur, de toute leur âme, de tout leur entendement et par dessus toutes choses. Ce précepte est tellement propre à Dieu, qu'il ne peut pas se dispenser de le faire à ses créatures ; et il est aussi tellement *bon*, que les hommes ne deviennent bons eux-mêmes qu'en le pratiquant, puisque l'on n'est bon qu'autant que l'on aime Dieu.

Quant à ces autres préceptes dont Dieu dit au même chapitre d'Ezéchiel, qu'il *avait donné* aux Juifs *des préceptes qui n'étaient pas bons, et leur avait fait des ordonnances dans lesquelles ils ne trouveraient point la vie*, ce ne sont point les préceptes du Décalogue, mais cette multitude de cérémonies et d'ordonnances légales qu'il leur prescrivit après qu'ils *l'eurent*, comme il est dit, *irrité* dans le désert, *en ne marchant point dans ses préceptes, et en rejetant et violant ses* premières *ordonnances pleines de vie*.

On peut donc dire que toute cette multitude de nouveaux *préceptes* qu'on leur imposa comme un joug à cause de leurs péchés, *n'étaient pas bons*, en comparaison de cette première loi qui était toute d'amour, et que ce grand nombre de cérémonies légales auxquelles ils furent assujettis, ne renfermaient point *la* vraie *vie*, qui se trouve seulement dans la charité, et que tous les sacrifices de l'ancienne loi ne pouvaient donner, étant réservés principalement au grand sacrifice de la loi nouvelle, dont ils n'étaient que de très-faibles images. (Sacy.)

(1) Docuisti eos sanctificare sabbatum tuum.

VERS. 15. — PANEM DE COELO, vel, *et panem cadentem de aere;* id est, manna. IN FAME EORUM, id est, cùm esurirent. SUPER QUAM LEVASTI, etc. More scilicet jurantis, id est, quam jurando promisisti te daturum illis.

VERS. 16. — IPSI, ET PATRES NOSTRI, etc., pro : *Ipsi, id est, patres.* ET INDURAVERUNT CERVICEM SUAM, id est, fuerunt inobedientes, rebelles, et contumaces. Metaphora ab equis qui nolunt obedire sessoribus suis, et aliis animantibus aut feris, quæ domari non possunt. Hìc indicat ingratitudinem ejus populi. NON AUDIERUNT PRÆCEPTA TUA, vel, *non paruerunt præceptis tuis.*

VERS. 17. — POSUERUNT CAPUT, etc., vel, *conversi sunt.* UT REVERTERENTUR, sub. in Ægyptum, ubi servierant servitutem (1). PROPITIATIONUM, vel, *remissionum peccati.* Verbum enim, *parcere* significat et *remittere peccata.* CLEMENS, ET MISERICORS, vel, *misericors et miserator.* LONGANIMIS, ad verbum, *longus irarum,* id est, tardus ad iram ; significat eum qui non facilè aut quâcumque ex causâ irascitur. NON DERELIQUISTI EOS. sub. in afflictionibus et tribulationibus eorum, id est, non subtraxisti ab eis favorem tuum, opem et auxilium ; id enim significat *deseri à Deo.*

VERS. 18. — FECERUNTQUE BLASPHEMIAS (2), etc., sub., in Deum : sic infra, v. 26.

VERS. 19. — TU PROPTER MISERICORDIAS TUAS MULTAS, vel, *per misericordias tuas infinitas.* NON DERELIQUISTI EOS IN DESERTO, id est, non permisisti eos perire fame in deserto ; ut paulò ante versu 17 : COLUMNA NUBIS, ut paulò supra versu 12. UT LUCERE FACERET EIS, ET VIAM ; τὸ *et* vacat.

VERS. 20. — MAN TUUM, id est, à te datum. *Man* significat *cibum præparatum,* sub. à Deo (1).

VERS. 21. — NON INVETERAVERUNT, id est, non fuerunt vetustate consumpta. NON TUMUERUNT. More scilicet conspersionis, sive pastæ fermentatæ. Vel, *non fuerunt inquinati,* contaminati, fœdati, sub. luto : ut inquinati solent digiti ejus qui farinam subigit, q. d. *impastati,* hoc est, calcei eorum non fuerunt pertusi, attriti, aut vetustate consumpti (2).

VERS. 22. — DIVISISTI EOS, sub., populos, id est, disjecisti eos in angulos multos, hoc est, dispersisti eos in varias orbis partes, adventante Israele, ad cujus adventum illi aufugerunt (3). Noster sic intelligit, *divisisti eos,* sub.

Favent hæc verba opinioni quæ sabbatum ab Hebræis servari solitum ante egressum ab Ægypto negat. (Calmet.)

(1) ET NON SUNT RECORDATI MIRABILIUM TUORUM QUÆ FECERAS EIS. Eò notabiliùs ingrati erant Judæi, quòd multa miracula ipsis, non et aliis gentibus, Deus exhibuerat. Vide Matth. 11, 21. (Grotius.)

ET NON SUNT RECORDATI MIRABILIUM TUORUM, etc., Ægyptum multipliciter percutiendo, et filios Israel mirabiliter liberando, ut patet in divisione Rubri maris, et in pluribus aliis; et tamen frequenter insurgebant ad murmurandum contra Moysen et Deum, sicut patet Exod. 14 et 16, et in multis aliis locis. (Lyranus.)

DEDERUNT CAPUT, UT CONVERTERENTUR AD SERVITUTEM SUAM. Legimus in Exodo 32, 1, Israelitas, Moyse in Sinai commorante, petiisse ab Aarone : *Fac nobis deos,* vel duces, *qui nos præcedant;* et in Numeris 14, 4, mutuò se hortantur : *Constituamus nobis ducem, et revertamur in Ægyptum,* Septuaginta reddunt : *Dederunt sibi ducem,* vel principium, *revertendi ad servitutem suam.* Syriacus : *Cor eorum reversum est ad facinora sua.* (Calmet.)

DEDERUNT CAPUT UT CONVERTERENTUR, id est, obfirmatâ cervice, ut præcessit, ac obdurato capite resolutè voluerunt reverti in Ægyptum. Sic v. 29 dicitur : *Dederunt humerum recedentem et cervicem suam induraverunt.*

(2) Patraverunt, vel pronuntiârunt blasphemias adeò horrendas. Septuaginta : *Fecerunt irritationes magnas,* Hebræa vox sonat injuriosa verba, insultantia, contumeliosa, impudentia, etc. Porrò blasphemias ejusmodi in eo præsertim commiserunt, quòd Dei nomen in vitulum aureum transtulerint. (Calmet.)

(1) VERS. 20. — SPIRITUM TUUM BONUM DEDISTI, QUI DOCERET EOS. Hebræus : *Ad faciendum intelligere eos.* Spiritûs sancti in animo agentis est non modò ad animum loqui, et lucem menti affundere, sed et animum ipsum incitare, ut veritatem amet, et sequatur. Spiritum suum Deus in universam latè gentem effudit, cujus tamen plenitudinem largitus est Moysi, populi doctori et legislatori. (Calmet.)

(2) NON SUNT ATTRITI, id est, læsi, vel lassati ex itinere. Sciendum tamen quòd istud beneficium non potest intelligi de omnibus generaliter, quia scribitur Num. 11 : *Interea ortum est murmur populi, quasi dolentium pro labore,* scilicet itineris. Propter quod dicendum, quòd sicut manna erat cibus valdè sapidus bonis, secundùm quod dicitur Sap. 16 : *Panem paratum dedisti eis,* etc., et tamen erat insipidus malis, secundùm quod dicebant. Num. 11 : *Anima nostra arida est,* etc., ita dicendum est hìc quòd vestimenta bonorum non sunt vetustate consumpta, nec pedes eorum ex itinere lassati, sed tantùm malorum. (Lyranus.)

(3) Quod inter alia docet vetus illa inscriptio in ultimâ Africæ orâ : *Nos Phœnices fugimus à facie Josue filii Nave, prædonis.* Sensus est, reliquos (Chananæorum) superstites hùc illùc dissipatos in summas angustias conjecisti (Junius.)

Non placet Wolphio : 1° quomodò dispersi sunt, qui in angulum unum sunt coacti? 2° Quò aufugerent, quibus clausis nullum patebat effugium ? 3° Notat Scriptura eos non

Israelitas ab aliis populis, ut essent *in angulum* unum, sub. Asiæ, ne cum gentibus versarentur. Alii vertunt, *Partitus es eis sortes*. TERRAM SICHON, ET TERRAM, etc., id est, terram Sichon, nempe (*et* significat *nempe*) terram regis Chesbon.

VERS. 24. — POPULOS TERRÆ, sub. ejus. SECUNDUM VOLUNTATEM SUAM, id est, pro voto et arbitrio suo (1).

VERS. 25.— ET DELICIIS AFFLUXERUNT, vel, *et deliciis operam dederunt*. Id est, voluptuosè vixerunt (2).

VERS. 26. — IRRITAVERUNT, sub. te. POST TERGUM. Id est, neglexerunt ac spreverunt. QUI TESTIFICABANTUR EIS, vel, *qui testabantur contra eos*, id est, admonebant eos, advocatis, sive adhibitis testibus. Solebant prophetæ, cùm admonerent populum, invocare testes cœlum et terram, et alios (3).

dispersos fuisse, sed ad internecionem cæsos, Deut. 2, 34, et 3, 6, et Jos. Alii ergo referunt ad Israelitas. Ita plerique cum nostro.

ET PARTITUS ES EIS AD ANGULUM, id est, per lineas angulares assignâsti Israelitis suas portiones. PARTITUS ES EIS SORTES, malim, *plagas*, regionum scilicet quas incolere debebant. Suos cuique fines assignâsti.

ET PARTITUS ES EIS AD ANGULUM, id est: Dedisti eis terram angustam, ne cum gentibus versarentur. Protrusit eos Deus in angulum Asiæ; ideò et Hierosolymam gentis suæ metropolin constituit, ubi nullus erat vel portus, vel patens fluvius, vel aliæ mercatorum illecebræ.

ET POPULOS, ET DIVISISTI EOS PER TERMINOS, TERRAM SEHON, id est, totam regionem Amorrhæorum, quibus propriè imperabat Sehon; vide Num. 20, 21, 22, etc., ET TERRAM REGIS HESBON, id est, partem agri Moabitarum, quam antea occupaverat Sehon; vide Num. 21, 25, etc. (Synopsis.)

(1) VERS. 24. — CHANANÆOS. Per hos intellige et alios populos ibi habitantes. (Synopsis.)

(2) VERS. 25. — CISTERNAS, etc. Harum meminit, quia regio sublimis erat, et laborabat aquæ penuriâ. (Synopsis.)

(3) FECERUNTQUE BLASPHEMIAS, etc. *Affecerunt te contumeliis magnis;* fecerunt ut gentes te blasphemarent. Vel, idololatrica sacra instituerunt, quibus non colitur, sed contumeliâ afficitur, Deus. (Synopsis.)

Ils se sont rassasiés, ils se sont engraissés, et votre grande bonté les a mis dans l'abondance et dans les délices. Mais ils ont irrité votre colère ; ils se sont retirés de vous; ils ont rejeté votre loi. Quel est cet effet extravagant de la faiblesse et de la corruption du cœur de l'homme? Dieu le comble par *une grande bonté* de toutes sortes de biens, et il en prend un grand sujet de *l'irriter* par ses désordres. Le Seigneur, s'approche de lui par tant de grâces qu'il lui fait, et qui le distinguent d'une manière si éclatante de toutes les autres nations, et il *se retire* lui-même *du Seigneur, en rejetant* avec le dernier mépris *sa* sainte *loi*. Qui est

VERS. 27. — CLAMAVERUNT, vel, *vociferati sunt* (1).

VERS. 28. — CUM ESSET REQUIES EIS, sub. ab inimicis. Id est, cùm primùm quietam ac tranquillam vitam agere cœpissent. REVERSI SUNT AD FACIENDUM MALUM. Hebraismus; id est, iterùm fecerunt malum (2).

donc le bienfaiteur qu'une telle ingratitude ne fût point capable de refroidir et d'éloigner pour toujours? Mais votre conduite adorable, *ô Dieu clément et miséricordieux, toujours patient et plein de bonté*, est aussi infiniment élevée au-dessus de celle des enfants des hommes, que le ciel l'est au-dessus de la terre. *Vous n'avez* donc *point abandonné votre peuple, lors même qu'il blasphémait votre saint nom, parce que vos miséricordes sont vraiment grandes.* Et *après l'avoir livré entre les mains de ses ennemis,* pour le punir et l'obliger de revenir à lui-même, *lorsqu'il a crié vers vous dans le temps de son affliction,* vous avez daigné *l'écouter* encore *selon l'abondance de vos* divines *miséricordes,* en lui *donnant des sauveurs* pour le délivrer de tous ceux qui l'affligeaient.

Si l'orgueil porte quelquefois l'esprit de l'homme à concevoir du chagrin en considérant la justice rigoureuse du Seigneur, dont il ne peut pénétrer, étant si aveugle, les raisons toutes divines, qu'il jette au moins quelquefois ses yeux sur ces effets incompréhensibles de sa bonté; qu'il considère jusqu'à quel point sa patience a supporté la dureté et l'insolence de son peuple toujours prêt à l'offenser malgré toutes ses faveurs. Et puisque la rigueur de la justice d'un Dieu est capable de l'étonner, que la vue de la malice inflexible de l'homme pécheur ne lui cause pas moins d'étonnement. Car s'il est vrai que cette divine justice est un mystère impénétrable et un abîme pour les esprits les plus pénétrants, l'homme n'est-il pas lui-même comme un mystère incompréhensible, lorsqu'il semble disputer en quelque façon avec son Dieu, et opposer, comme faisait Israël, et comme le font encore aujourd'hui un grand nombre de Chrétiens, un excès d'impiété et d'ingratitude, à un excès de miséricorde et de patience? C'est donc sans doute ce sentiment de ce qui se passe au-dedans de notre cœur, qui devrait et nous confondre et nous effrayer, au lieu de prétendre condamner en Dieu ce qui nous est inconnu, et que nous sommes obligés d'adorer comme lui-même, par un principe élevé au-dessus de notre raison, qui est celui de la foi. (Sacy.)

(1) SECUNDUM MISERATIONES EJUS, id est, nullâ vel meritorum præcedentium ratione, vel virtutum expectatione. (Wolphius.)

(2) CUMQUE REQUIEVISSENT REVERSI SUNT UT FACERENT MALUM. Catullus:

Otium et cives priùs et beatas
Perdidit urbes.

Juvenalis:

Nunc patimur longæ pacis mala; sævior armis
Luxuria incubuit.

Sallustius: « Quòd si regum atque imperatorum animi virtus in pace ita ut in bello valeret, æquabiliùs atque constantiùs sese

Vers. 29. — Contestatus es eis, ut converteres eos, vel, *et testatus es contra eos, ut reverti faceres eos*, etc., id est, admonuisti eos quasi adhibitis ac convocatis testibus, etc.; ut supra versu 26. Et non audierunt *præcepta tua*, id est, non paruerunt præceptis tuis. Quæ faciet homo, *et vivet in eis*, id est, quæ si fecerit quispiam, vivet per ea. Recedentem, vel, *declinantem;* refugum, vel refugientem, sub. onus, id est, subtraxerunt vel subduxerunt humeros suos ab onere præceptorum tuorum, more ferarum et animantium indomitorum. Vide Zach. 7, 11. Quidam vertunt, *Perversum et indomitum*. Et non audierunt. Hîc ו, *et*, pro, *id est*, positum est; q. d., *id est, non obedierunt*, tibi.

Vers. 30. — Et protraxisti, etc., id est: Attamen sustinuisti atque expectâsti eos multo tempore, an non reverterentur ac resipiscerent. His indicatur immensa bonitas ac clementia Domini Dei. Et contestatus es eos, vel, *et testatus*, testificatus *es contra eos*, id est, admonuisti illos, ut præced. v.

Vers. 31. — Non fecisti eos *in* consumptionem, vel, *non fecisti eis consumptionem*, id est, non consumpsisti ac perdidisti eos (internecione).

Vers. 32. — Ne diminuatur, id est, noli parvipendere, vel contemnere. Illum benignis oculis respice, ut hostiam piacularem (1). Qui invenit nos. Hebraismus, id est, quem sustinuimus. Regum Assur. Qui scilicet captivas abduxerunt decem tribus.

Vers. 33. — Veritatem fecisti, id est, meritò ac justè afflixisti nos (2).

Vers. 34. — Quæ testificatus es eis, ut supra v. 29 et 30.

Vers. 35. — Et in bonitate tua multa, id est, in bonis et opibus illis ingentibus. Quam tradideras coram eis, vel, *quam posueras in conspectu eorum*.

Vers. 37 (1). — Et fructus ejus multus, etc.,

« res humanæ haberent, neque aliud aliò ferri, neque mutari, ac misceri omnia cerneres. Nam imperium facilè iis artibus retinetur, quibus initio partum est; verùm ubi pro labore desidia, pro continentiâ et æquitate lubido atque superbia invasêre, fortuna simul cum moribus immutatur. »

(Grotius.)

(1) Respice hæc, Domine, atque accipe hostiæ expiationis loco pro criminibus, quæ in caput nostrum mala illa provocârunt. Hebræus ad litteram: *Ne diminuatur coram te omnis lassatio, quæ invenit nos*. Ne hæc negligas spernasque ceu leviora quàm quæ justitiæ tuæ satisfaciant, nostraque crimina expient.

A diebus regis Assur usque in diem hanc. A Theglathphalasaro, qui captivas abduxit aliquas è decem tribubus, usque ad Salmanasarum, qui reliquas transtulit. Hactenùs Israelitas mala et universæ genti communia, et privata continuâ serie afflixerant. (Calmet.)

(2) Tu nullâ horum malorum culpâ, nos omni tenemur. Tu præstitisti quod promisisti, et quod minatus fueras. Tu sincerè egisti.

(Synopsis.)

Verè implêsti, verè exhibuisti præmia quæ promiseras, et pœnas quas transgressoribus comminatus fueras. (Corn. à Lap.)

(1) Ecce nos ipsi, etc. Notandum, quòd quamvis Judæi erant liberati à captivitate Babylonicâ, ita ut liberè eis liceret redire in terram suam, et in eâ habitare, eamque colere; non tamen liberabantur à jugo subjectionis per omnia, sed tenebantur regibus Persarum persolvere tributa de frugibus, aliisque proventibus, aliaque onera subire; à quibus, liberi erant soli sacerdotes et ministri templi, ut dictum est 1 Esd. 7. Et propter hanc subjectionem, hîc vocant se servos, quòd fastu quodam sibi persuadebant non debere se parere externis regibus, quia populus Dei erant. Sed deinceps à tali servitute nunquàm fuerunt liberati. Unde patet, quàm mendaciter Judæi, in Evang. Joan. 8, dicant: *Semen Abrahæ sumus*, etc. Non enim solùm in Ægypto servierunt et in Babylone, sed etiam hoc loco adhuc se servos confitentur; et similiter eodem tempore quo ista mendaciter Joan. 8 jactabant, multis jam annis, Romanis erant subjecti, iisque tributa præstabant. (Estius.)

Servi sumus, etc. Similis confessio habetur sup. 1 Esd. c. 9, ex quo intelligimus Judæos hoc tempore tributa pependisse regi Persarum, exceptis sacerdotibus et Levitis, quos Artaxerxes nominatim exceperat, 1, Esdræ 7, 24.

(Menochius.)

Vous voyez, Seigneur, que nous sommes aujourd'hui nous-mêmes esclaves, aussi bien que la terre que vous avez donnée à nos pères, etc. Les Juifs étaient néanmoins revenus alors de captivité, et ils vivaient librement dans leur pays par un effet de la clémence des rois de Perse, à qui Dieu avait inspiré cette bonne volonté pour son peuple. Mais quoiqu'en un sens ils fussent libres, parce qu'ils vivaient, comme on l'a dit, dans la Palestine, n'étant plus captifs dans le pays de Babylone, ils se regardaient cependant encore comme *esclaves*, à cause de l'assujettissement où ils vivaient sous le roi de Perse, à qui ils étaient obligés de payer tribut de *tous les fruits du pays*. Or ils reconnaissent que c'était *à cause de leurs péchés* que Dieu *avait mis ces rois sur leurs têtes*. Car, en effet, étant le peuple de Dieu, ils auraient dû n'être point soumis à ces princes étrangers; mais il était juste qu'ayant tant rejeté de fois et avec tant de mépris le joug du Seigneur infiniment doux à ceux qui l'aiment, ils se vissent assujettis malgré eux au joug de fer d'un roi infidèle, qui levait de grands impôts sur tous leurs biens. Ainsi ceux qui s'étaient toujours glorifiés d'être libres, et de ne dépendre que de Dieu seul, se sont vus contraints de vivre toujours depuis dans l'assujettissement sans qu'ils aient pu en sortir jamais, quelques efforts qu'ils aient faits en divers temps, qui

vel, *et proventum,* fruges, fructum suum *multiplicat,* id est, producit terra illa *regibus*, id est, in gratiam et utilitatem regum externorum. Et jumentis nostris. Scilicet per *angarias.* Et in tribulatione magna, id est, summâ. Tribulationem magnam sustinemus ac patimur. Commendat justitiam Dei, et damnat injustitiam hominum. Αὐτονομία aliqua Judæis concessa ipsos ab imperio Persico non eximebat (1).

Vers. 38. — Et cum toto hoc, vel, *cum totâ hâc,* sub., tribulatione, id est, quamvis magnam hanc tribulationem patiamur. Percutimus fidelitatem, et scribimus, vel, *pepigimus* fœdus *fidelitatis*, *et scripsimus,* sub. fœdus illud in tabellâ, vel libello, id est, pepigimus fœdus de servandâ fidelitate cum Deo nostro, et scripsimus illud in libello : vel, scripsimus, nempe libellum obligatorium. Et super signaturam, etc., id est, descripta sunt in libello illo nomina principum, etc., q. d., principes nostri, etc., subscripserunt nomina sua, adjecto suo signo (1).

n'ont servi qu'à les rendre encore plus malheureux. Car l'histoire des empereurs romains ne fournit que trop d'exemples de cette sotte vanité, qui les portait à se révolter en se regardant toujours comme libres, et de la faiblesse avec laquelle ils ont toujours succombé sous la puissance de ceux que Dieu même, selon l'expression de l'Ecriture, *avait mis*, pour les punir, *sur leurs têtes.* (Sacy.)

(1) Et fruges ejus multiplicantur regibus. Gravia pendunt tributa, de quibus Esd. 6, 8; 7, 24.

Et jumentis nostris. Per angarias, quod repertum ut et vox ipsa Persica. (Grotius.)

(1) Percutimus fœdus, *et scribimus.* Renovamus patrum promissa. (Grotius.)

Percutimus fœdus, tibi fidelem servitutem pollicemur.

Scribimus, ad perpetuam rei memoriam.

Signant, propriis nominibus, ad roborandam promissionem. (Menochius.)

Super omnibus ergo his, id est, propter hæc omnia, ut nostri deinceps misereri pergas, in novo *fœdere* fideli et constanti *nos* tibi obstringimus, quòd velimus mandatis tuis æternùm parere. Et scribimus, id est, litteras hujus fœderis testes obsignari omnium nomine curabimus ab eis qui in republicâ nostrâ et Ecclesiâ primas tenent, quorum nomina sequenti cap. recensentur. (Tirinus.)

CAPUT X.

1. Signatores autem fuerunt Nehemias, Athersatha, filius Hachelai, et Sedecias,
2. Saraias, Azarias, Jeremias,
3. Pheshur, Amarias, Melchias,
4. Hattus, Sebenia, Melluch,
5. Harem, Merimuth, Obdias,
6. Daniel, Genthon, Baruch,
7. Mosollam, Abia, Miamim,
8. Maazia, Belgai, Semeia : hi sacerdotes.
9. Porrò Levitæ, Josue filius Azaniæ, Bennui de filiis Henadad, Cedmihel,
10. Et fratres eorum, Sebenia, Odaia, Celita, Phalaia, Hanan,
11. Micha, Rohob, Hasebia,
12. Zachur, Serebia, Sabania,
13. Odaia, Bani, Baninu.
14. Capita populi Pharos, Phahath-Moab, Ælam, Zethu, Bani,
15. Bonni, Azgad, Bebai,
16. Adonia, Begoai, Adin,
17. Ater, Hezecia, Azur,
18. Odaia, Hasum, Besai,
19. Hareph, Anathoth,
20. Megphias, Mosollam, Hazir,
21. Mesizabel, Sadoc, Jeddua,
22. Pheltia, Hanan, Anaia,

CHAPITRE X.

1. Or ceux qui signèrent furent Néhémias, Athersatha, fils d'Hachélaï, et Sédécias,
2. Saraïas, Azarias, Jérémie,
3. Pheshur, Amarias, Melchias,
4. Hattus, Sébénia, Melluch,
5. Harem, Mérimuth, Obdias,
6. Daniel, Genthon, Baruch,
7. Mosollam, Abia, Miamin,
8. Maasia, Belgaï, Séméïa : ceux-là étaient prêtres.
9. Les Lévites étaient, Josué, fils d'Azanias, Bennui des enfants d'Hénadad, Cedmihel,
10. Et leurs frères Sébénia, Odaïa, Célita, Phalaïa, Hanan,
11. Micha, Rohob, Hasébia,
12. Zachur, Sérébia, Sabania,
13. Odaïa, Bani, Baninu.
14. Les chefs du peuple étaient Pharos, Phahath-Moab, Elam, Zéthu, Bani,
15. Bonni, Azgad, Bébaï,
16. Adonia, Bégoaï, Adin,
17. Ater, Hézécia, Azur,
18. Odaïa, Hasum, Bésaï,
19. Hareph, Anatoth, Nébaï,
20. Megphias, Mosollam, Hazir,
21. Mésizabel, Sadoc, Jeddua,
22. Pheltia, Hanan, Anaïa,

23. Osee, Hanania, Hasub,
24. Alohes, Phalea, Sobec,
25. Rehum, Hasebna, Maasia,
26. Echaia, Hanan, Anan,
27. Melluch, Haran, Baana.

28. Et reliqui de populo, sacerdotes, Levitæ, janitores, et cantores, Nathinæi, et omnes qui se separaverunt de populis terrarum ad legem Dei, uxores eorum, filii eorum, et filiæ eorum.

29. Omnes qui poterant sapere, spondentes pro fratribus suis optimates eorum, et qui veniebant ad pollicendum et jurandum, ut ambularent in lege Dei, quam dederat in manu Moysi servi Dei, ut facerent et custodirent universa mandata Domini Dei nostri, et judicia ejus et cæremonias ejus.

30. Et ut non daremus filias nostras populo terræ, et filias eorum non acciperemus filiis nostris.

31. Populi quoque terræ, qui important venalia, et omnia ad usum, per diem sabbati, ut vendant, non accipiemus ab eis in sabbato et in die sanctificato. Et dimittemus annum septimum, et exactionem universæ manûs.

32. Et statuemus super nos præcepta, ut demus tertiam partem sicli per annum ad opus domûs Dei nostri,

33. Ad panes propositionis, et ad sacrificium sempiternum, et in holocaustum sempiternum in sabbatis, in calendis, in solemnitatibus, et in sanctificatis, et pro peccato : ut exoretur pro Israel, et in omnem usum domûs Dei nostri.

34. Sortes ergo misimus super oblationem lignorum inter sacerdotes et Levitas, et populum, ut inferrentur in domum Dei nostri per domos patrum nostrorum, per tempora, à temporibus anni usque ad annum : ut arderent super altare Domini Dei nostri, sicut scriptum est in lege Moysi :

35. Et ut afferremus primogenita terræ nostræ, et primitiva universi fructûs omnis ligni ab anno in annum, in domo Domini,

36. Et primitiva filiorum nostrorum et

23. Osée, Hanania, Hasub,
24. Alohès, Phaléa, Sobec,
25. Réhum, Hasebna, Maasia,
26. Echaïa, Hanan, Anan,
27. Melluch, Haran, Baana.

28. Et le reste du peuple, les prêtres, les Lévites, les portiers, les chantres, les Nathinéens, et tous ceux qui s'étaient séparés des peuples de la terre pour embrasser la loi de Dieu, leurs femmes, leurs fils et leurs filles.

29. Tous ceux qui avaient le discernement répondaient pour leurs frères ; savoir les principaux d'entre eux et ceux qui vinrent promettre et jurer de marcher dans la loi de Dieu, que le Seigneur a donnée par Moïse son serviteur, de garder et observer tous les commandements du Seigneur notre Dieu, ses ordonnances et ses cérémonies ;

30. Et que nous ne donnerions point nos filles aux peuples de la terre, et que nous ne prendrions point leurs filles pour nos fils.

31. Nous n'achèterons point aussi aux jours du sabbat, et dans les autres jours consacrés, ce que les peuples de la terre pourront nous apporter à vendre, ni rien de ce qui peut servir à l'usage de la vie. Nous laisserons *la terre libre* la septième année ; et nous n'y exigerons aucune dette.

32. Nous nous imposerons aussi une obligation de donner chaque année la troisième partie d'un sicle, pour tout ce qu'il faut faire à la maison de notre Dieu,

33. Pour les pains de proposition, pour le sacrifice perpétuel, et pour l'holocauste éternel au jour du sabbat, aux premiers jours du mois, aux fêtes solennelles, pour les choses saintes et pour les sacrifices expiatoires, afin que les prières soient offertes pour Israël, et qu'il ne manque rien au ministère de la maison de notre Dieu.

34. Nous fîmes aussi tirer au sort entre les prêtres, les Lévites et le peuple, pour l'offrande du bois, afin que chaque maison de nos pères en fît porter chaque année en la maison de notre Dieu, au temps qui aurait été marqué, pour le faire brûler sur l'autel du Seigneur notre Dieu, selon qu'il est écrit dans la loi de Moïse.

35. *Nous promîmes* aussi d'apporter tous les ans en la maison du Seigneur, les premiers-nés de notre terre, et les prémices des fruits de tous les arbres,

36. Les premiers-nés de nos fils et de nos

pecorum nostrorum, sicut scriptum est in lege, et primitiva boum nostrorum, et ovium nostrarum, ut offerrentur in domo Dei nostri, sacerdotibus qui ministrant in domo Dei nostri :

37. Et primitias ciborum nostrorum, et libaminum nostrorum, et poma omnis ligni, vindemiæ quoque et olei, afferemus sacerdotibus ad gazophylacium Dei nostri, et decimam partem terræ nostræ Levitis. Ipsi Levitæ decimas accipient ex omnibus civitatibus operum nostrorum.

38. Erit autem sacerdos filius Aaron cum Levitis in decimis Levitarum, et Levitæ offerent decimam partem decimæ suæ in domo Dei nostri, ad gazophylacium in domum thesauri.

39. Ad gazophylacium enim deportabunt filii Israel et filii Levi, primitias frumenti, vini et olei : et ibi erunt vasa sanctificata, et sacerdotes, et cantores, et janitores, et ministri; et non dimittemus domum Dei nostri.

troupeaux, comme il est écrit dans la loi, et les premiers-nés de nos bœufs et de nos brebis, pour être offerts dans la maison de notre Dieu, aux prêtres qui servent dans la maison de notre Dieu.

37. Nous apporterons aussi aux prêtres, au trésor de notre Dieu, les prémices de nos aliments et de nos liqueurs, les prémices des fruits de tous les arbres, de la vigne et des oliviers, et nous paierons la dîme de notre terre aux Lévites. Les mêmes Lévites recevront de toutes les villes les dîmes de tout ce qui pourrra venir de notre travail.

38. Le prêtre de la race d'Aaron aura part avec les Lévites aux dîmes qu'ils recevront; et les Lévites offriront la dixième partie de la dîme qu'ils auront reçue en la maison de notre Dieu, pour être réservée dans la maison du trésor;

39. Car les enfants d'Israël et les enfants de Lévi porteront les prémices du blé, du vin et de l'huile en la maison du trésor; et c'est là que seront les vases consacrés, les prêtres, les chantres, les portiers et les ministres; et nous n'abandonnerons point la maison de notre Dieu.

TRANSLATIO EX HEBRÆO.

1. Et super signaturas fuerunt Nechemiah Thirsatha, filius Chachaliah, et Sichiah. — 2. Seraiah, Hazariah, Irmeiah, — 3. Paschur, Amariah, Malachiiah, — 4. Et Chattus, Sebaniah, Malluch, — 5. Charim, Meremoth, Hobadiah, — 6. Daniel, Ghinnethon, Baruch, — 7. Mesullam, Abiiah, Miiamin, — 8. Machaziah, Bilgai, Semaiah : isti sacerdotes. — 9. Et Levitæ, et Jesuah, filius Azaniah; Binnui de filiis Chenadad, Chadmiel, — 10. Et fratres eorum Sebeniah, Hodiiach, Chelita, Pelaiah, Chanan, — 11. Micha, Rechob, Chasabaiah, — 12. Zacchur, Serebiah, Sebeniah, — 13. Hodiiah, Bani, Beninu. — 14. Capita populi, Parhos, Pachath-Moab, Helam, Zatthu, Bani, — 15. Bunni, Hazghad, Bebai, — 16. Adoniiah, Biguai, Hadin, — 17. Ater, Chizchiiah, Hazzur, — 18. Hodiiah, Chasum, Besai, — 19. Chariph, Hanathoth, Nebai, — 20. Magpihas, Mesullam, Chezir, — 21. Mesezabel, Sadoc, Jadduach, — 22. Pelathiah, Chanan, Hanaiab, — 23. Hoseah, Chananiah, Chassub, — 24. Aloches, Pilcha, Sobech, — 25. Rechum, Chasabnah, Mahaseiah, — 26. Et Achiiah, Chanan, Hanan, — 27. Malluch, Charim, Bahanah : — 28. Et residuum populi, sacerdotes, Levitæ, janitores, et cantores, Nethinim, et omnis divisus à populis terrarum ad legem Dei, et uxores eorum, filii eorum, et filiæ eorum, omnis sciens et intelligens. — 29. Tenentes cum fratribus suis, optimates eorum, et venientes cum execratione, et juramento, ut ambularent in lege Dei quæ data est per manum Mosech servi Dei, et custodirent, et facerent universa præcepta Domini Dei nostri, et judicia ejus, et statuta ejus. — 30. Et quòd non daremus filias nostras populis terræ, et filias eorum non acciperemus filiis nostris. — 31. Et à populis terræ afferentibus merces, et omne venale in die sabbathi, ut vendant, non accipiemus ab eis in sabbatho, et in die sancto, et dimittemus annum septimum, et exactionem universæ manûs. — 32. Et statuemus super nos præcepta, ut imponatur nobis, tertia pars sechel in anno ad opus domûs Dei nostri. — 33. Ad panem propositionis, et sacrificium juge, et ad holocaustum juge, sabbatha, calendas, ad solemnitates, et ad sancta, et ad peccata, ad expiandum super (*exorandum pro*) Israel, et omne opus domûs Dei nostri. — 34. Et sortes jecimus super oblationem lignorum, sacerdotes, Levitæ, et populi, ut afferant in domum Dei nostri per domum patrum nostrorum, per tempora determinata annuatim, ut arderent super altare Dei nostri,

sicut scriptum *est* in lege. — 35. Et afferremus primitiva terræ nostræ, et primitiva omnis fructûs, omnis arboris annuatim in domum Domini. — 36. Et primogenita filiorum nostrorum, et jumentorum nostrorum (sicut scriptum *est* in lege), et primogenita boum nostrorum, et pecorum nostrorum, afferemus (*ut afferant*) in domum Dei nostri, sacerdotibus ministrantibus in domo Dei nostri. — 37. Et primitias pastarum nostrarum, et devotionum nostrarum, et fructûs omnis arboris, vini, et olei afferemus sacerdotibus ad cubicula domûs Dei nostri, et decimam terræ nostræ Levitis, et Levitæ decimas accipient in omnibus urbibus operum nostrorum. — 38. Erit autem sacerdos filius Aharon cum Levitis, cùm decimam illi accipient, offerentque Levitæ decimam decimæ in domo Dei nostri ad cubiculum in domo thesauri. — 39. Ad cubicula enim deferent filii Israel, et filii Levi oblationem frumenti, vini et olei, et ibi *erunt* vasa sanctuarii, et sacerdotes ministrantes, et janitores, et cantores, et non dimittemus domum Dei nostri.

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — ET SUPER SIGNATURAS FUERUNT NECHEMIAH THIRSATHA (1), id est; Nehemias, etc., præcipui et primi fuerunt eorum qui subscripserunt libello obligatorio. Mirum est neque Eliasib pontificem, neque Esdram sacerdotem in hoc subscriptorum catalogo esse. Fortè subscripserunt libello suum aliquod aliud nomen. Tunc pauci principes, ut Zorobabel, Nehemias, Esdras regebant populum de consilio senatûs, et aliorum magistratuum, postea magis ad democratiam flexit status. De Tirsathâ vide quæ diximus ad 1 Esd. 2, 63. Alii vertunt : *Et inter signatos fuerunt*, etc., id est, ecce nomina eorum qui descripti sunt in libello illo.

VERS. 9. — DE FILIIS CHENADAD, id est, de nepotibus.

VERS. 28. — SACERDOTES, LEVITÆ, etc., vel, de *sacerdotibus, Levitis*, etc. ET OMNIS DIVISUS, etc., vel, *et quotquot separaverant*, vel *subduxerant sese à populis terrarum;* id est, qui relictis populis sive provinciarum alienigenis venerant, et conversi fuerant ad legem Dei : hoc est, proselyti. OMNIS SCIENS, et *intelligens,* ac si dicat, in summâ, quotquot præditi erant cognitione et intellectu.

VERS. 29. — TENENTES CUM FRATRIBUS, etc., sub., libellum illum, sive tabellam; id est, approbaverunt, sive amplexati sunt. (2).

(1) VERS. 1. — SIGNATORES (fœderis populi cum Deo initi) FUERUNT NEHEMIAS (quasi dux) ATHERSATA, FILIUS HACHELAI. Alius est hic à Nehemiâ, qui Athersatha quoque nuncupabatur. (Corn. à Lap.)

(2) VERS 29. — OMNES QUI POTERANT SAPERE SPONDENTES PRO FRATRIBUS SUIS. Nemo certè crediderit, omnes æquè è populo rationis compotes, viros, mulieres, pueros, subscripsisse fœderi. In textu conceptis verbis exprimitur, nonnisi ab optimitabus populi, sacerdotibus et Levitis fuisse signatum. Quis unquàm, apud Hebræos præsertim, signari id generis tabulas à feminis, pueris, puellis jussit? Ita igitur verba accipienda sunt : Reliquum populi, privatos sacerdotes Levitas, Nathinæos, feminas, pueros ad nomina sua adscribenda cogere visum non est, sed id tantummodò præstare jussi sunt *omnes, qui poterant sapere.* Hebræus : *Omnis sciens, intelligens*, id est, omnes apti ad docendum, *apprehenderunt,* vel responderunt *pro fratribus suis, et illustres eorum venientes in juramento*, obstrinxerunt sese sacramento ad legum fœderis observantiam. Alii ita exponunt : Optimates, viri docti, legisconsulti discurrebant per singulos populi ordines, sacramento illos obstringentes, fore ut integram fidem fœderis conditionibus præstarent. In hanc sententiam concessisse videntur Septuaginta. (Calmet.)

ET VENIENTES CUM EXECRATIONE, ET JURAMENTO, etc., id est, promiserunt, idque execra-

Le reste du peuple, les prêtres, les Lévites......, et tous ceux qui avaient le discernement et l'intelligence, donnèrent parole pour leurs frères, et les principaux d'entre eux vinrent promettre et jurer, etc. Quoique cet endroit paraisse un peu embrouillé dans la Vulgate, on peut cependant l'expliquer ainsi, avec le secours de la langue originale et de la traduction des Septante. Tout le peuple, ni même tous les prêtres et tous les Lévites, n'auraient pas pu chacun en particulier signer l'alliance qu'Israël renouvelait avec le Seigneur: c'est pourquoi on se contenta que ceux qui étaient les chefs et les principaux d'entre eux la signassent. Mais comme il fallait néanmoins qu'ils s'y obligeassent tous ensemble, on trouva encore un autre moyen, qui était que ceux qui avaient le plus de *discernement* et *d'intelligence*, entre tous ceux qui ne signaient point, s'assurant de la parole de leurs frères, venaient s'engager en quelque sorte et jurer pour tous les autres, qu'ils *marcheraient* à l'avenir *dans la loi de Dieu*, c'est-à-dire, comme l'Ecriture l'explique elle-même, qu'ils *feraient et observeraient tous les commandements du Seigneur leur Dieu.*

Mais que cette promesse était grande et difficile à accomplir pour un peuple dont la plupart ne connaissaient point le besoin qu'ils avaient de l'assistance du Seigneur, afin d'accomplir ce qu'ils promettaient! Car c'était là, en effet, le grand défaut, et comme la source de tous les déréglements où s'abandonnaient les Juifs, de s'appuyer témérairement sur eux-mêmes, et de croire trop légèrement qu'ils pouvaient faire tout ce qu'ils juraient,

tione atque juramento adhibito ac interposito se ambulaturos, etc., et servaturos ac facturos, etc. Alii duos illos versus sic reddunt, *Quod pertinet ad residuum populi, sacerdotes, Levitas.... omnem qui habebat usum rationis, firmiter adjunxerunt se fratribus suis optimatibus suis,* id est, verbis adhibitis, etc., ratum fecerunt, quod illi duces et senatores signaverant. Ita principum erat προβούλευμα : at *scitum* omnium. Septuaginta habent : *Omnis sciens et intelligens invalescebat super fratribus suis, et execratione astringebat eos,* etc., id est, illi circuibant populum, et juramentum ab eo exigebant de lege servandâ.

VERS. 30. — POPULIS TERRÆ, id est, alienigenis, qui non sunt de genere nostro (1).

VERS. 31. — ET OMNE VENALE. Vox Hebræa, ut dicit ex Hebræis quidam, significat *triticum* et *hordeum :* aliis significat *fruges* et *annonam.* NON ACCIPIEMUS AB EIS. Redundat *ab eis,* id est, non ememus. ET IN DIE SANCTO, id est, aut in alio die sacro et consecrato Deo. ET DIMITTEMUS ANNUM SEPTIMUM, id est, anno septimo nihil colligemus, neque colemus terram, sed relinquemus pauperibus quidquid terra ipsa eo anno sponté ac ultrò producet. ET EXACTIONEM UNIVERSÆ MANUS, id est, omnem exactionem, sive omnia debita. Alii vertunt : *Et onus omnis manûs.* Sic *debita* vocantur, quia syngraphâ constituuntur. Cessabat eo anno ut cultura terræ, sic exactio *debitorum,* non quidem per *remissionem,* sed per *dilationem ;* videtur enim, eo anno elapso, licuisse priora debita exigere. Quidam dicunt, eo anno debita omninò remittenda fuisse pauperibus.

VERS. 32. — ET STATUEMUS SUPER NOS, etc., vel, *statuimus,* etc., id est, imposuimus nobis, sive recepimus præcepta : hoc est, recepimus nos daturos ac soluturos hoc anno, vel quotannis, ultra summam solitam, tertiam partem sicli, quæ est decem assibus nostris et paulò plus, pro necessariis templi. AD OPUS, id est, in cultum. Seq. v. declarat quid vocet cultum, nempe in *panem propositionis,* etc. (1).

VERS. 33. — SACRIFICIUM. Sub. cibarium, de quo Exod. 29, 40. SABBATA, id est, in omne id quod fieri solet in sabbatis. ET AD SANCTA, vel, *in sanctificata,* sive *sanctificationes,* significat quæcumque offeruntur non pro peccato. AD EXPIANDUM SUPER ISRAEL, id est, ad placandum Deum pro Israele, sive ad removendam iram Dei, quâ iratus est Israeli. ET OMNE OPUS, etc. Id perinde est ac si diceret, in summâ in omne opus, etc. (2).

Ainsi, sans faire jamais de réflexion à tant de promesses qu'ils avaient faites et confirmées par serment, et ensuite violées, ils ne craignaient point de promettre et de jurer de nouveau ce qu'ils présumaient pouvoir accomplir par leurs propres forces; en sorte que tout le temps de l'ancienne loi n'a été presque qu'un violement et qu'un renouvellement perpétuel des promesses qu'ils faisaient à Dieu, parce que leur propre orgueil les empêchait de reconnaître leur effroyable faiblesse, et de s'adresser par la prière à celui qui aurait pu les rendre forts, et leur donner un pouvoir qu'ils n'avaient pas par eux-mêmes. (Sacy.)

(1) VERS. 30. — ET UT NON DAREMUS FILIAS NOSTRAS POPULO TERRÆ ET FILIAS EORUM NON ACCIPEREMUS FILIIS NOSTRIS. Præter promissum generale de implendis legibus universis, quædam leges spectatim exprimuntur, quia difficiliores observatu videri poterant : de non sumendis uxoribus ex vicinis populis, addito etiam ob rationem præsentis temporis interdicto ; de filiabus in eorum matrimonium non dandis ; de servando sabbato, et anno sabbatico; et de collectis ad usus templi ac sacrificiorum ; item de primogenitis, primitiis, decimis. De servando sabbato præceptum vide quàm diligenter observari fecerit Nehemias 13, 15, et sequentibus. (Grotius.)

(1) VERS. 32. — UT DEMUS TERTIAM PARTEM SICLI PER ANNUM AD OPUS DEI NOSTRI. Tertia pars sicli decem solidos monetæ nostratis nonnihil superat. Reges Juda ante captivitatem sumptus sacrificiis templi necessarios suppeditabant. Post captivitatem, Darius Hystaspis imperaverat, ut è regio ærario exhiberentur quæcumque necessaria essent sumptibus victimarum, vini, olei, et salis ad sacrificia. Idem Esdræ concessit Artaxerxes : sed regias hasce largitiones revocatas fuisse post Esdræ adventum, necesse est; nihil enim tale dabatur Nehemiæ ; atque hìc populus mulctam sibi indicit, ut subveniat sumptibus sacrificiorum, vini, salis, similæ et olei, quibus sacrificia condiebantur. Censent quidam, tertiam hanc sicli partem, quam sibi populus indicit templo solvendam, datam fuisse præcepto sanctionis Mosaicæ præcipientis, ut Israelitarum singuli, qui censi fuerint ab anno ætatis vigesimo ac deinceps, hemisiclum Sanctuario solvant. Cùm autem restitutus è captivitate populus tenuiori esset censu, quàm ut hemisiclo in capita solvendo par esset, vectigal hoc ad tertiam sicli partem redigere visum fuisse aiunt. Deinde verò hemisiclus rediit, cujus non obscurum exemplum in Evangelio exhibetur. (Calmet.)

(2) VERS. 33. — AD PANES PROPOSITIONIS, qui ponebantur novi quolibet sabbato.

ET AD SACRIFICIUM SEMPITERNUM, id est, juge sacrificium, quod fiebat omni die mane et vespere.

ET IN HOLOCAUSTUM SEMPITERNUM, quia ratione solemnitatis diei fiebant sacrificia specialia.

IN CALENDIS, id est, in noviluniis.

IN SOLEMNITATIBUS, lege statutis, scilicet Paschate, Pentecoste, et similibus.

VERS. 34. — SORTES JECIMUS SUPER OBLATIONEM LIGNORUM, etc., id est, cùm jam pauciores essent Nathinæi, ut pares essent ligno, quod ad usus templi necessarium erat, subministrando, vel etiam deferendo, sortibus missis exploravimus, quantùm lignorum quisque conferret, et quo ordine succedendo sibi mutuò per vices, et quo tempore. Sacerdotum erat ignem sacrum lignis appositis nutrire, cæterorum donare et deferre quò opus erat. Festum ξυλοφορία, sic appellatum, quòd eo die solemniter ligna in templum comportarentur, deinceps institutum est, Joseph. lib. 2 de Bel. cap. 17. UT ARDERENT, etc., vel, *ad comburendum*, sive cremandum ea; id est, ad fovendum ignem illum cœlestem qui erat in altari (1).

VERS. 35. — ET AFFERREMUS. Subaudiendum aliquid. Et polliciti sumus quòd *afferremus*. Re-

ET IN SANCTIFICATIS, id est, in diebus qui non erant statuti ex lege, sed ex aliquo divino beneficio, postea facto, sicut solemnitas sortium, quam Esther et Mardochæus statuerunt, ut habetur Esther ult., et quia ad cultum templi requirebatur ordo debitus ministrorum. (Lyranus.)

(1) Docent Rabbini, in usum ignis altaris nullum ligni genus rejectum fuisse, uti nucem, ficum, pinum, atque alia, exceptis solummodò vite et oleâ, quòd hæ liquores libationum gignerent, vel quòd brevi igne ardentes, statim dissolvantur in cineres. Sacerdotes, inquiunt illi, ligna cædebant à mense martio usque ad quintam decimam diem julii, quâ die solemnitas agebatur, appellata, *Fractura falcium*, quòd scilicet nullus deinceps earum usus lignis cædendis futurus esset. (Calmet.)

Nous jetâmes aussi le sort sur les prêtres, les Lévites et le peuple, pour l'offrande du bois, afin que chaque maison des familles ***de nos pères en fît porter chaque année en la maison de notre Dieu***, etc. Nous pouvons dire, que, selon le sens spirituel, il n'y a point à jeter de sort pour connaître quand on doit fournir du bois, et entretenir le feu des holocaustes dans le temple de la loi nouvelle. Tous les Chrétiens étant les *temples* vivants *du Seigneur*, selon saint Paul, et *des prêtres rois*, selon saint Pierre, ils sont obligés, sans aucune distinction de temps, de veiller toujours pour entretenir le feu divin de la charité, qui doit sans cesse brûler dans leurs cœurs, et ne s'éteindre jamais. Sainte Thérèse dit que la prière enseignée par Jésus-Christ à ses Apôtres, peut-être considérée comme un des bois les plus propres à faire brûler ce feu céleste au fond de nos âmes. Et nous pouvons ajouter que la parole de Dieu méditée en sa présence est encore très-capable de fournir à ce même feu divin une matière fort propre à l'entretenir, selon un des sens que l'on peut donner à ce passage du Prophète-Roi : *Et in meditatione meâ exardescet ignis :* Mon cœur s'est échauffé au-dedans de moi, et tandis que je méditais, un feu s'y est embrasé. (Sacy.)

spicit enim præcedentia. PRIMITIVA TERRÆ NOSTRÆ. Per *primitias terræ* Hebræi intelligunt manipulum et duos panes. Alii, primitias frugum. OMNIS ARBORIS. Dicunt Hebræi hoc intelligi de septem tantùm speciebus arborum, quæ enumerantur in Scripturâ : nempe pyri, fici, mali, oleæ, palmæ, vineæ, mali Armeniacæ (1).

VERS. 36. — AFFEREMUS, ad verbum, *ad afferendum*, id est, et quòd afferemus, sive adducemus primogenita; et sic sequenti versu. De primogenitis filiorum, vide Exod. 13, 2 (2).

VERS. 37. — PASTARUM NOSTRARUM, vel *conspersionum nostrarum*. Ut jubetur Num. 15, 20. DEVOTIONUM, vel, *oblationum*. OPERUM NOSTRORUM, id est, cultûs nostri sive culturæ nostræ (7).

VERS. 38. — ERIT AUTEM SACERDOS, etc., id est, capiet decimas unà cum eis; vel, potiùs, ubi decimæ dabuntur Levitis, è sacerdotibus

(1) VERS. 35. — UT AFFERREMUS PRIMOGENITA, etc. Primogenita propriè dicebantur primò nata de animalibus et hominibus, quæ fuerunt Deo obligata à tempore quo percussit primogenita Ægyptiorum. Primitiva autem propriè dicebantur illa quæ de animalibus, et terræ nascentibus sacerdotibus debebantur, scilicet quinquagesima pars; tamen magis devoti addentes dabant 60, minùs verò devoti subtrahentes dabant 40 : aliquando tamen accipiuntur primogenita pro primitivis, seu primitiis sicut hic. (Lyranus.)

PRIMITIVA FRUCTUS OMNIS LIGNI. Fructus arborum tribus primis annis immundi erant, nec illis vesci licebat. Lev. 19, 23. Qui colligebantur anno quarto, Domino sanctificabantur, et de his est sermo. (Menochius.)

(2) VERS. 36. — ET PRIMITIVA, quæ redimebantur 5 siclis.

ET PECORUM NOSTRORUM, de quibus primogenita animalium immolatitiorum immolabantur Domino. Primogenita verò animalium non immolatitiorum redimebantur, excepto primogenito asini, quod mutabatur ove loco ejus immolandâ, et primogenito canis quod interficiebatur, prout dictum fuit diffusiùs Exod. 13. (Lyranus.)

(3) VERS 37. — PRIMITIAS CIBORUM. Hebræus: *Primitias massarum nostrarum*, panis nostri, et eorum quæ subigimus, ex lege Numeror. 15, 20, 21. (Calmet.)

AFFERREMUS SACERDOTIBUS, id est, ad locum ubi talia reponebantur, pro victu sacerdotum.

LEVITIS, ad eorum sustentationem; tamen isti Levitæ de istis decimis à populo receptis dabant partem decimam summo sacerdoti. (Lyranus.)

OPERUM NOSTRORUM. Hinc patet, Judæos decimas solvisse non tantùm agrorum, sed et laborum et operum suorum, ut ex lucro inde eis proveniente decimam partem darent Levitis. (Corn. à Lap.)

quidam inspectores aderunt, ut ipsam decimam deciment, ex lege Num. 18, 26 (1).

(1) Vers. 38. — Erit autem sacerdos in decimis Levitarum, qui cautè observet, quàm multæ ab hoc Levitâ decimæ excipiantur, ut è totâ primitiarum collectione decimæ pro sacerdotibus separentur ex præscripto Moysis: *Cùm acceperitis decimas, decimam partem decimæ offerte Domino.*

Ad gazophylacium in domum thesauri. Hebræus : *Ad cubicula in domum thesauri.* Thesauros appellant Hebræi loca in quibus condebantur aurum, argentum, fructus, segetes, oleum; omnia denique ea loca, ubi aliquid servatur. (Calmet.)

Levitæ offerent decimam partem decimæ suæ in domo Dei. Igitur decimam decimarum suarum partem Levitæ dabant sacerdotibus; sacerdotes vicissim decimam decimæ suæ dabant pontifici, qui proinde erat dives valdè et opulentus. (Corn. à Lap.)

Le Prêtre, fils d'Aaron, aura part avec les Lévites aux dîmes qu'ils recevront ; et les Lévites offriront la dixième partie de la dîme qu'ils auront reçue, etc. *Le Prêtre*, c'est-à dire, les Prêtres ou *les enfants d'Aaron*, devaient avoir part aux dîmes avec les Lévites, ce qui s'entend, selon quelques-uns de cette sorte, savoir, que ces prêtres devaient être présents lorsque les peuples payaient les dîmes aux Lévites, afin de prendre la dixième partie de ces dîmes qui leur étaient dues pour leur portion. Mais d'autres auteurs l'expliquent ainsi, que les prêtres devaient avoir part aux dîmes du peuple avec les Lévites ; et que, de plus, ces Lévites étaient obligés de donner encore aux prêtres la dime de toutes leurs dîmes, pour être mise en reserve dans la maison du trésor, c'est-à-dire, dans un lieu particulier, où ces sortes de revenus se mettaient en garde.

De quelque manière qu'on entende ces paroles, il est visible qu'en même temps que Dieu comblait Israël de biens, il voulait l'accoutumer à s'en détacher, ou au moins à se bien convaincre qu'il ne les tenait que de sa main libérale. Car en obligeant ce peuple à lui offrir toutes ces prémices et toutes ces dîmes, il l'engageait à se souvenir sans cesse que c'était son Dieu qui le nourrissait, par qui il vivait, et auquel, par conséquent, il devait rendre ses hommages et témoigner son humble reconnaissance, en lui rendant une partie de ces mêmes biens qu'il recevait tous les jours de sa bonté. (Sacy.)

Vers. 39. — Ad cubicula, vel, *gazophylacia*, id est, loca in quibus reponebantur illi proventus. Erant cubicula in templo. Et ibi *erunt* vasa, etc., id est, adserventur illi proventus in loco sacro, ubi etiam sunt gazophylacia in quibus reliqua sacra supellex custoditur, et ubi sunt cubicula ubi habitant sacerdotes et cæteri ministrantes. Et non dimittemus domum, etc., id est, cultum templi (1).

(1) Vers. 39. — Et ibi erunt vasa sanctificata, et sacerdotes, et cantores, et janitores, et ministri, dùm tempore vicis suæ in templo ministrant. Illi enim habitabant in cubiculis templo annexis, quæ exedræ et gazophylacia dicebantur, ibique alebantur : nam sumptu colonorum et Levitarum ad hæc gazophylacia deferri debebant primitiæ, quæ sacerdotibus cedebant. Spondent ergo Hebræi se omnia hæc diligenter curaturos, quæ antea neglexerant.

Et non dimittemus domum Dei, q. d. : Curabimus omnia quæ ad templi usus et sacerdotum ac Levitarum sustentationem pertinent. Hæc ergo se facturos jurant, quia in eis hucusque negligentiores extiterant. (Corn. à Lap.)

CAPUT XI.

1. Habitaverunt autem principes populi in Jerusalem : reliqua verò plebs misit sortem, ut tollerent unam partem de decem, qui habitaturi essent in Jerusalem civitate sanctâ, novem verò partes in civitatibus.

2. Benedixit autem populus omnibus viris qui se spontè obtulerant, ut habitarent in Jerusalem.

3. Hi sunt itaque principes provinciæ qui habitaverunt in Jerusalem et in civitatibus Juda. Habitavit autem unusquisque in possessione suâ, in urbibus suis, Israel, sacerdotes, Levitæ, Nathinæi, et filii servorum Salomonis.

4. Et in Jerusalem habitaverunt de filiis Juda, et de filiis Benjamin : de filiis Juda, Athaias, filius Aziam, filii Zachariæ, filii

CHAPITRE XI.

1. Or les princes du peuple demeurèrent dans Jérusalem ; mais tout le reste du peuple tira au sort, afin que la dixième partie demeurât dans Jérusalem, la cité sainte, et que les neuf autres habitassent dans les autres villes.

2. Et le peuple bénit tous les hommes qui s'offrirent volontairement à demeurer dans Jérusalem.

3. Voici donc les princes de la province qui demeurèrent dans Jérusalem et dans les villes de Juda : chacun habita dans son héritage et dans ses villes, soit le peuple d'Israël, soit les prêtres ou les Lévites, les Nathinéens et les enfants des serviteurs de Salomon.

4. Et dans Jérusalem demeuraient des enfants de Juda et des enfants de Benjamin : des enfants de Juda, *il y eut* Athaïas, fils d'A-

Amariæ, filii Saphatiæ, filii Malaleel : de filiis Phares,

5. Maasia filius Baruch, filius Cholhoza, filius Hazia, filius Adaia, filius Joiarib, filius Zachariæ, filius Silonitis.

6. Omnes hi filii Phares qui habitaverunt in Jerusalem, quadringenti sexaginta octo viri fortes.

7. Hi sunt autem filii Benjamin : Sellum filius Mosollam, filius Joed, filius Phadaia, filius Colaia, filius Masia, filius Etheel, filius Isaia.

8. Et post eum Gebbai, Sellai, nongenti viginti octo.

9. Et Joel filius Zechri præpositus eorum, et Judas filius Senua super civitatem secundus.

10. Et de sacerdotibus, Idaia filius Joiarib, Jachin,

11. Saraia filius Helciæ, filius Mosollam, filius Sadoc, filius Meraioth, filius Achitob princeps domûs Dei,

12. Et fratres eorum facientes opera templi : octingenti viginti duo. Et Adaia filius Jeroham, filius Phelelia, filius Amsi, filius Zachariæ, filius Pheshur, filius Melchiæ,

13. Et fratres ejus, principes patrum : ducenti quadraginta duo. Et Amassai filius Azreel, filius Ahazi, filius Mosollamoth, filius Emmer,

14. Et fratres eorum potentes nimis, centum viginti octo, et præpositus eorum Zabdiel filius potentium.

15. Et de Levitis Semeia, filius Hasub, filius Azaricam, filius Hasabia, filius Boni,

16. Et Sabathai, et Jozabed, super omnia opera quæ erant forinsecùs in domo Dei à principibus Levitarum,

17. Et Mathania filius Micha, filius Zebedei, filius Asaph, princeps ad laudandum et ad confitendum in oratione, et Becbecia secundus de fratribus ejus, et Abda filius Samua, filius Galal, filius Idithum.

18. Omnes Levitæ in civitate sanctâ ducenti octoginta quatuor.

19. Et janitores, Accub, Telmon, et fratres eorum qui custodiebant ostia, centum septuaginta duo.

ziam, lequel était fils de Zacharie, fils d'Amarias, fils de Saphatias, fils de Malaléel. Des enfants de Pharès,

5. *Il y eut* Maasia, fils de Baruch, fils de Cholhoza, fils de Hazia, fils d'Adaïa, fils de Joïarib, fils de Zacharie, fils de Silonite.

6. Tous les enfants de Pharès, qui demeurèrent dans Jérusalem, étaient quatre cent soixante-huit, *tous* hommes forts et courageux.

7. Voici les enfants de Benjamin : Sellum, fils de Mosollam, fils de Joëd, fils de Phadaïa, fils de Colaïa, fils de Masia, fils d'Ethéel, fils d'Isaïa ;

8. Et après lui, Gebbaï, Sellaï, neuf cent vingt-huit hommes.

9. Et Joël, fils de Zéchri, était leur chef ; et Judas, fils de Sénua, était après lui le second sur la ville.

10. Ceux d'entre les prêtres *étaient* Idaïa, fils de Joïarib, et Jachin,

11. Saraïa, fils de Helcias, fils de Mosollam, fils de Sadoc, fils de Méraïoth, fils d'Achitob, prince de la maison de Dieu,

12. Et leurs frères occupés aux fonctions du temple, huit cent vingt-deux. Adaïa, aussi fils de Jéroham, fils de Phélelia, fils d'Amsi, fils de Zacharie, fils de Phéshur, fils de Melchias,

13. Et ses frères les princes des familles, deux cent quarante-deux ; comme aussi Amassaï, fils d'Azréel, fils d'Ahazi, fils de Mosollamoth, fils d'Emmer,

14. Et leurs frères, qui étaient des hommes très-puissants, cent vingt-huit ; leur chef *était* Zabdiel, l'un des grands et des puissants *d'Israël.*

15. Et d'entre les Lévites, Séméïa, fils d'Hasub, fils d'Azaricam, fils d'Hasabia, fils de Boni ;

16. Et Sabathaï et Jozabed, intendants de tous les ouvrages qui se faisaient au dehors pour la maison de Dieu, des princes des Lévites ;

17. Et Mathania, fils de Micha, fils de Zébédéi, fils d'Asaph, chef de ceux qui chantaient les louanges *du Seigneur,* et qui publiaient sa gloire dans la prière ; et Becbécia, le second après lui d'entre ses frères, et Abda, fils de Samua, fils de Galal, fils d'Idithum.

18. Tous les Lévites dans la ville sainte *étaient* deux cent quatre-vingt-quatre.

19. Les portiers *étaient* Accub, Telmon et leurs frères qui gardaient les portes *au nombre de* cent soixante-douze.

20. Et reliqui ex Israel, sacerdotes et Levitæ in universis civitatibus Juda, unusquisque in possessione suâ.

21. Et Nathinæi, qui habitabant in Ophel, et Siaha et Gaspha de Nathinæis.

22. Et episcopus Levitarum in Jerusalem, Azzi filius Bani, filius Hasabiæ, filius Mathaniæ, filius Michæ. De filiis Asaph, cantores in ministerio domûs Dei.

23. Præceptum quippe regis super eos erat, et ordo in cantoribus per dies singulos.

24. Et Phathahia filius Mesezebel, de filiis Zara, filii Juda in manu regis, juxta omne verbum populi.

25. Et in domibus per omnes regiones eorum, de filiis Juda habitaverunt in Cariatharbe, et in filiabus ejus, et in Dibon, et in filiabus ejus, et in Cabseel, et in viculis ejus.

26. Et in Jesue, et in Molada, et in Bethphaleth,

27. Et in Hasersual, et in Bersabee, et in filiabus ejus,

28. Et in Siceleg, et in Mochona, et in filiabus ejus,

29. Et in Remmon, et in Saraa, et in Jerimuth,

30. Zanoa, Odollam, et in villis earum, Lachis et regionibus ejus, et Azeca, et filiabus ejus. Et manserunt in Bersabee usque ad vallem Ennom.

31. Filii autem Benjamin, à Geba, Mechmas, et Hai, et Bethel, et filiabus ejus:

32. Anathoth, Nob, Anania,

33. Asor, Rama, Gethaim,

34. Hadid, Seboim, et Neballat, Lod,

35. Et Ono valle artificum.

36. Et de Levitis portiones Judæ et Benjamin.

20. Le reste d'Israël, les prêtres et les Lévites, *demeurèrent* dans toutes les villes de Juda, chacun dans son héritage.

21. Les Nathinéens qui demeurèrent dans Ophel; et Siaha et Gaspha des Nathinéens.

22. Le chef établi sur les Lévites qui demeuraient à Jérusalem *était* Azzi, fils de Bani, fils de Hasabia, fils de Mathanias, fils de Micha. Des enfants d'Asaph, *il y avait* des chantres occupés au ministère de la maison de Dieu;

23. Car le roi avait prescrit tout ce qui les regardait, et l'ordre qui devait être observé tous les jours parmi les chantres.

24. Et Phathahia, fils de Mésézébel, des enfants de Zara, fils de Juda, était commissaire du roi pour toutes les affaires du peuple.

25. Et pour ce qui est des *autres* demeures où ils s'établirent dans tout le pays, les enfants de Juda demeurèrent dans Cariatharbé et dans ses dépendances, dans Dibon et dans ses dépendances, dans Cabséel et dans ses villages,

26. Dans Jésué, dans Molada et dans Bethphaleth,

27. Dans Hasersual, dans Bersabée et dans ses dépendances,

28. Dans Sicéleg, dans Mochona et dans ses dépendances,

29. Dans Remmon, dans Saraa, dans Jérimuth,

30. Dans Zanoa, dans Odollam et dans leurs villages, dans Lachis et dans ses dépendances, dans Azéca et dans ses dépendances. Et ils demeurèrent depuis Bersabée jusqu'à la vallée d'Ennom.

31. Quant aux enfants de Benjamin, ils demeurèrent depuis Géba, dans Mechmas, Haï, Béthel et ses dépendances;

32. *Dans* Anathoth, Nob, Anania,

33. Asor, Rama, Géthaïm,

34. Hadid, Séboïm, Neballat, Lod,

35. Et *dans* Ono, la vallée des ouvriers.

36. Et les Lévites avaient leur demeure dans les partages de Juda et de Benjamin.

TRANSLATIO EX HEBRÆO.

1. Habitaverunt autem principes populi in Jerusalaim; residuum verò populi jecerunt sortes, ut adducerent unum è decem ad habitandum in Jerusalaim civitate sanctâ; novem verò partes in civitatibus. — 2. Et benedixerunt populus omnibus viris spontaneis ad habitandum in Jerusalaim. — 3. Et isti sunt principes Provinciæ, qui habitaverunt in Jerusalaim. Et in urbibus Jehudah habitaverunt unusquisque in possessione suâ in urbibus suis, Israelitæ, sacerdotes, et Levitæ, et Nethinim, et filii servorum Selomoh. — 4. Et in Jerusalaim habitaverunt de filiis Jehudah, et de filiis Binjamin. De filiis Jehudah, Hathaiah filius Huzziiah, filii Zechariah, filii Amariah, filii Sephatiah, filii Mahalalel, de filiis Peres. — 5. Et Mahaseiah filius Baruch, filii Cholchozeh, filii Cha-

zaiah, filii Hadaiah, filii Joiarib, filii Zechariah filii Hassinoli.—6. Omnes filii Peres qui habitabant in Jerusalaim, quadringenti sexaginta et octo viri fortes. — 7. Et isti filii Binjamin : Sallu filius Mesullam, filii Johed, filii Pedaiah, filii Cholaiah, filii Mahaseiah, filii Ithiel, filii Jesahiah.—8. Et post eum Ghabbai, Sallai, nongenti viginti et octo. — 9. Et Joel filius Zichri præpositus super eos, et Jehudah filius Senuach super civitatem secundus.—10. De sacerdotibus : Jedaiah filius Joiarib, Jachin : — 11. Seraiah filii Chilchiiah, filii Mesullam, filii Sadoc, filii Meraioth, filii Achitub principis domûs Dei. — 12. Et fratres eorum facientes opus in domo octingenti viginti et duo : Hadaiah filius Jerocham, filii Pelaliah, filii Amsi, filii Zechariah, filii Paschur, filii Malchiiah : — 13. Et fratres ejus principes patrum, ducenti quadraginta et duo : et Hamassai filius Hazarel, filii Achzai, filii Mesillemoth, filii Immer,—14. Et fratres eorum potentes robore, centum viginti et octo : et præpositus super eos Zabdiel filius Hagghedolim. — 15. Et de Levitis Semahiah filius Chassub, filius Hazricham, filii Chasabiah, filii Bani,—16. Et Sabbethai et Josabad, super opus extrinsecum domûs Dei de principibus Levitarum.—17. Et Matthaniah filius Micha, filii Zabdi, filii Asaph princeps principalis confitens in oratione, et Bacbuchiah secundus de fratribus ejus, et Habda filius Sammuah, filii Ghalal, filii Jeduthun : — 18. Omnes Levitæ in civitate sanctâ ducenti octoginta et quatuor. — 19. Et janitores Hacchub, Talmon, et fratres eorum qui erant custodes in portis, centum septuaginta et duo. — 20. Et residuum Israel, sacerdotes, Levitæ in universis civitatibus Jehudah, unusquisque in hæreditate suâ. — 21. Et Nethinim qui habitabant in arce, et Sicha, et Ghispa super Nethinim.—22. Et præpositus Levitarum in Jerusalaim, Huzzi filius Bani, filii Chasabiah, filii Mathaniah, filii Michah de filiis Asaph cantores super opus domûs Dei. — 23. Quia præceptum regis super eos *erat*, et firmitas (*permanentia*) super cantores per singulos dies : —24. Et Pethachiah filius Mesezabel, de filiis Zerach, filii Jehudah ad manum regis in omni re ad populum, —25. Et ad villas in agris suis. De filiis Jehudah habitaverunt in Chiriathhaarbah, et in viculis ejus, et in Dibon et viculis ejus, et in Jecabseel, et villis ejus, — 26. Et in Jesuah, et Moladah, et in Bethpeleth, — 27. Et in Chasarsuhal, et in Beer-Sebah, et in viculis ejus, — 28. Et in Siclagh, et in Mechonah, et in viculis ejus, — 29. Et in Henrimmon, et in Sorhah, et in Jarmuth, — 30. Zanoach, Hadullam, et in villis earum, Lachis, et agris ejus, Hazechah, et viculis ejus. Et manserunt in Beer-Sebah usque ad Ghehinnom. — 31. Filii autem Binjamin in Mighabah, Michmas, et Haia, et Bethel, et viculis ejus : — 32. Hanathoth, Nob, Hananiah, — 33. Chasor, Ramah, Ghitthaim, — 34. Chadid, Seboim, Neballath, — 35. Lod et Ono valle artificum. — 36. Et de Levitis portiones Jehudah in Binjamin.

COMMENTARIUM.

Vers. 1. — Ut adducerent unum è decem. Nempe ut urbs frequentiùs habitaretur, meliùs defenderetur, et ædificiis instrueretur, ceperunt decimum quemque qui habitaret in Jerusalem urbe sanctâ, cæteri verò habitârunt in aliis urbibus; diviserant enim universum Israelem in decem partes (1).

(1) Vers. 1. — Habitaverunt principes populi in Jerusalem. Id non illibenter fecerunt, vel 1° ob usum et dignitatem suam; erat enim hæc regia sedes, etc.; vel, 2° ut eam ab hostibus tuerentur. Ita gratos se cives ostendunt. Vel, statutum est, ut principes ibi habitarent. (Synopsis.)

Gentiles qui habitabant circa Jerusalem inferebant habitatoribus ejus multas molestias, ut patet ex præcedentibus; et ideò pauci volebant ibi remanere, propter quod oportuit de hoc per sortes ordinare, et hoc in tribubus Juda, Benjamin et Levi; de istis enim tribubus tenebantur ibi aliqui habitare ad defensionem ejus, ne ab hostibus muri iterùm destruerentur, quia civitas Jerusalem erat partim in sorte Judæ, et partim in sorte Benjamin, ut dictum fuit Josue 15 et 18, et quia templum erat ibi, cui debebat ministrare tribus Levi.

Vers. 2.— Spontaneis ad habitandum, id est, qui sponte suâ et ultrò sese obtulerunt, ut habitarent in Jerusalem. Nempe hæc sedes nec erat tunc temporis commoda, nec tuta (1).

De istis ergo tribubus fuerunt aliqui fortes et magnanimi, qui spontè se obtulerunt ad habitandum in Jerusalem, et hoc est quod dicitur.

Habitaverunt principes, id est, principales in fortitudine et magnanimitate. (Lyranus.)

Decima pars plebis sorte delecta est ad domos, fora, plateas ædificandum, quod duobus annis incolæ sorte delecti perfecerunt, teste Bedâ et Josepho 11 Antiq. c. 5; sorte delectis accessêre ii qui spontè se obtulerunt ad habitandum in Jerusalem, ut dicitur v. 2. (Corn. à Lap.)

Tradit Josephus, Nehemiam pecuniâ suâ condidisse domos sacerdotibus ac Levitis, qui se auctore Hierosolymam migraverant. (Calmet.)

(1) Vers. 2. — Benedixit populus omnibus viris, qui se sponte obtulerant, ut Hierosolymis morarentur. Id amoris illorum erga patriam totamque gentem ac pietatis argumentum esse visum est. Deserendæ illis fuerant constitutæ jam sedes, et agrestis habita-

Vers. 3. — Principes. Magni nominis apud Hebræos vir dicit, hìc non numerari nisi qui inter eos erant clariores et insigniores (1).

Vers. 4. — De filiis Jehudah, et de filiis Binjamin, id est, aliquot ex hominibus tribûs Judæ et Benjamin : sive aliquot homines tam de tribu Jehudah, quàm de tribu Benjamin. De filiis Peres, id est, de nepotibus Peres. Hic catalogus multùm differt ab eo qui legitur 1 Paral. 9, vel, quia 1 Paral. 9, recensentur etiam ii qui voluntariè habitabant Jerosolymis, hìc autem tantùm qui sorte ibi habitabant ; vel quia in Paral. enumerantur solùm illi qui priores cum Zorobabele venerunt : hìc autem et alii, quos Esdras et Nehemias reduxère (2).

tionis commoda, ut clauderent se in urbe, quæ nihil meliùs certè erat quàm ingens ruinarum strues, cui hostes undique imminebant. (Calmet.)

On jeta le sort, afin que la dixième partie demeurât dans la sainte cité.... Et le peuple donna des bénédictions et des louanges à tous les hommes qui s'offrirent volontairement à demeurer dans Jérusalem. Il semble d'abord qu'il aurait dû y avoir de l'empressement parmi les Juifs pour demeurer à Jérusalem, où les princes avaient choisi leur demeure ; où était le temple consacré à Dieu ; où la société et le commerce qui se trouve plus ordinairement dans les grandes villes, pouvaient leur faire goûter une plus grande douceur, et où même ils paraissaient plus en sûreté contre tous leurs ennemis. Cependant ces *bénédictions* que *donna le peuple à ceux qui s'offrirent volontairement à y demeurer,* nous font connaître qu'ils n'en jugeaient pas ainsi. Plusieurs raisons pouvaient donc les détourner de s'établir dans Jérusalem. L'état même de la ville, dont les maisons n'étaient pas sans doute entièrement réparées ; le plaisir qu'on trouve dans la culture des terres ; la récolte de la campagne, et le profit qu'on retire tous les jours de son travail, pouvaient bien être à plusieurs des sujets de s'éloigner de la demeure de Jérusalem. C'est pourquoi ceux qui eurent la résolution de renoncer au profit et aux autres avantages de la campagne, pour peupler la sainte cité, pour travailler à ses réparations, et pour lui servir de défense contre ceux qui la voudraient attaquer, méritèrent les louanges et les bénédictions d'Israël, comme étant des gens détachés de leurs propres intérêts, et zélés principalement pour le bien public.

Qu'il y en a peu aussi, depuis que la loi nouvelle nous a été apportée, qui préfèrent la sainte Jérusalem à tous les établissements de la terre ! Que d'excuses ont toujours opposées ceux qui ont voulu se dispenser de se trouver au banquet qui n'est préparé que dans cette cité sainte ! L'un dit, selon Jésus-Christ, qu'il *a acheté une terre,* et qu'il est *nécessairement obligé de l'aller voir;* l'autre, qu'il *a acheté cinq couples de bœufs,* et qu'il *va les éprouver;* un autre, qu'il *s'est marié,* et est obligé de demeurer avec sa femme. Toutes ces excuses et tant d'autres nous font connaître la vérité figurée par ce qu'on vit arriver alors, qui est que *le sort est jeté* véritablement sur ceux qui sont destinés pour *demeurer dans la sainte cité de Jérusalem.* C'est ainsi qu'en parle saint Paul, lorsqu'il dit que *nous avons été appelés en Jésus-Christ,* comme *par un sort* divin, *ayant été prédestinés par le décret de celui qui fait toutes choses selon le dessein et le conseil de sa volonté;* et lorsqu'il déclare ailleurs qu'il *rend grâces à Dieu le Père de ce qu'il nous a éclairés de sa lumière, et rendus dignes d'avoir part au sort et à l'héritage des saints;* ceux sur qui ce sort tout divin du choix de Dieu est tombé, *s'offrent* à la vérité *volontairement pour demeurer dans Jérusalem;* mais cette même volonté leur vient de Dieu, selon ces autres paroles de saint Paul que *c'est Dieu qui opère* ou qui *produit en nous le vouloir et le faire, selon son bon plaisir* (*Deus est enim qui operatur in nobis et velle et perficere pro bonâ voluntate*). Que si le peuple *donna* alors *des bénédictions à tous les hommes qui s'offrirent à demeurer dans Jérusalem,* nous devons dire plutôt, nous autres, avec saint Paul, dans l'admiration d'une si grande grâce que le Seigneur nous a faite, qu'il en a usé ainsi envers nous, afin que nous devenions le sujet des louanges qu'on donnera à sa gloire : *Ut simus in laudem gloriæ ejus nos, qui ante speravimus in Christo.* (Sacy.)

(1) Vers. 3. — Principes provinciæ, id est, qui è Chaldæâ venerant.

Habitavit autem unusquisque in possessione sua in urbibus suis, Israel, sacerdotes, Levitæ, Nathinæi, id est, recensebo jam præcipuos eorum qui Hierosolymis habitârunt, cùm alii ex populo, nonnulli etiam ex sacerdotibus et Levitis, in aliis oppidis habitarent, quos non recenseo. (Grotius.)

Habitavit autem, etc., quia illi qui erant de regno Israel, qui, captivatis aliis per Salmanasar, evaserant, et tamen postea cum regno Judæ captivati fuerant per Nabuchodonosor, et cum eis redierant de licentiâ Cyri, prout dictum fuit Esdræ 1, non sunt coacti per sortes habitare in Jerusalem, sed dimissi sunt ire ad possessiones suas pro suâ voluntate, tum quia erant pauci ; tum quia non sic tenebantur ad custodiam civitatis Jerusalem, sicut illi de tribubus prædictis, ut patet ex prædictis.

Sacerdotes, Levitæ, qui descenderunt de gentilibus. De omnibus istis illi qui non erant necessarii pro ministerio templi et custodiâ civitatis, fuerunt dimissi in urbibus aliis. (Lyranus.)

Hi sunt principes provinciæ, qui habitaverunt in Jerusalem, et in civitatibus Juda ; nempe optimates populi in Judæâ commorantis. Qui verò hi habitabant Hierosolymis et in urbibus Juda ? Ita ego textum distinguo : *Hi sunt principes provinciæ, qui habitaverunt in Jerusalem. De reliquis verò unusquisque habitavit in eâ urbe ubi erat possessio sua : Israel, sacerdotes, Levitæ, Nathinæi, illorum unusquisque sedem fixit, ubi habebat possessionem suam, in urbibus Juda.* In eamdem sententiam reddi possunt Septuaginta. (Calmet.)

(2) Vers. 4. — In Jerusalem habitaverunt de filiis Benjamin. Præter filios Juda et Benjamini, sedes ibi posuerant è tribubus Ephraim et Manasse plures. (Calmet.)

VERS. 5. — CHOLCHOZEH. כלחזה *omnia videns.* Cognomentum vici nominis proprii. FILII HASSILONI, id est, qui cognomento dicebatur Silonites, quòd esset è Silo. Vide quæ notavimus ad 1 Paral. 9, 5, etc. (1).

VERS. 6. — FORTES. Ad verbum, *fortitudinis,* vel *roboris,* id est, bellicosi ac militares, vel strenui : respicit enim potiùs animum (2).

VERS. 9. — SENUAH. Dicunt esse nomen mulieris, aut cognomentum viri quod ponitur vice nominis proprii. SECUNDUS, sub. dignitate : secundus, scilicet à principe, et vicarius principis. Syr. vertit : *Præerat secundæ civitati,* id est, alteri parti urbis (3).

VERS. 11. — PRINCIPIS DOMUS DEI, id est, qui præerat templo. Non erat summus pontifex. Tum ille fuit Eliasib.

VERS. 12. — FACIENTES OPUS IN DOMO, etc., id est, in sacerdotalibus muniis ministrantes.

VERS. 13. — FILII MESILLEMOTH. In 1 Paral. 9, 12, legitur, *Mahasai filius Hadiel, filii Jachzerah, filii Mesullam, filii Mesillemith, filii Immer.*

VERS. 14. — POTENTES ROBORE, id est, viri bellicosi, vel, *valentes divitiis.* FILIUS HAGGHEDOLIM, id est, ex eâ familiâ quæ vocabatur à Judæis *familia magnorum;* sub. virorum, vel sensus est, *filius magnatum,* hoc est, unius ex magnatibus. Magnis ac claris parentibus ortus (4).

VERS. 15. — SEMAHIAH. Antiqui Latini codices habent *Sebeniah* (1).

VERS. 16. — SABBETHAI ET JOSABAD..... DE PRINCIPIBUS LEVITARUM. Septuaginta Rom. edit. non habent hunc versum ; sed post ista verba versûs decimi quarti, *filius potentium,* addunt : *Et de Levitis Semaia filius Esricam, Mathanias filius Michæ.* SUPER OPUS EXTRINSECUM DOMUS DEI, hoc est, quod fiebat extra templum. Curatores erant earum rerum, quæ foris parabantur ad cultum Dei, sive id esset cultura prædiorum, sive concinnatio instrumentorum templi, etc. (2).

VERS. 17. — PRINCEPS PRINCIPALIS CONFITENS IN ORATIONE. Alii : *Asaph principis, primus confitens,* etc. Alii : *Principis,* qui *initio* psalmi *laudabat in oratione ipsâ,* id est, principis cantorum, sive musicorum, qui psallendo primus laudare solebat Dominum tempore orationis publicæ, q. d., qui princeps erat musicorum, et præcentor. SECUNDUS, sub. à Mathaniah (3), vel sub. ab Asaph.

VERS. 20. — RESIDUUM ISRAEL, SACERDOTES, LEVITÆ, id est, et reliqui Israelitæ, sacerdotes et Levitæ.

VERS. 21. — IN ARCE, sub. illâ notissimâ, quæ erat in Jerusalem ; ad verbum, *in Ophel.* ET SICHA, etc., id est, quibus præpositus erat Sicha et Ghispa (4).

(1) VERS. 5. — FILIUS SILONITIS. *Silonitem,* השלני, positum hìc censent quidam pro *Selaitim,* è stirpe *Sela,* è stirpe Juda. (Calmet.)

(2) VERS. 6. — VIRI FORTES. Tales optabant Spartani, et prisci Helvetii, ut Cæsar scripsit. Talibus opus est ad urbium propugnationem. (Wolphius.)

VERS. 7. — ISTI PRINCIPES SACERDOTUM, etc., IN DIEBUS JOSUE, hoc est, Jesu filii Josedec pontificis, qui anno primo Cyri cum Zorobabel Judæos è Babylone reduxit, et templum reædificavit. (Corn. à Lap.)

NONGENTI VIGINTI OCTO. Ita plures hìc sunt viri fortes ex Benjam. quàm ex Judâ (ex quâ tribu erant tantùm 468), tum quòd ea tribus semper viris fortibus abundaret ; tum quòd in earum possessione sita urbs esset, et dulcis amor patriæ præ cæteris ipsos inflammaret. (Wolphius.)

(3) VERS. 9. — JUDAS, FILIUS SENUA SUPER CIVITATEM SECUNDUS. Verba hæc jungunt Septuaginta cum sequentibus : Δεύτερος ἀπὸ τῶν ἱερέων, *Judas secundus post sacerdotes.* Sed verisimillimum est, Judam hunc, non secus ac præcedentes, Benjamitam fuisse. Reddi itaque non potest *secundus sacerdotum,* vel *post sacerdotes secundus ;* quæ postrema verba sensu carent. (Calmet.)

(4) VERS. 14. — FRATRES EORUM POTENTES NIMIS.... ET ZABDIEL FILIUS POTENTIUM. Reddi potest Hebræus : *Fratres eorum locupletes nimis,* vel potentes, vel strenui ; et *Zabdiel filius Magnorum,* vel *Gedolim;* ac si Gedolim nomen esset appellativum. Nota erat familia hæc in Israele sub nomine virorum potentium et locupletum. (Calmet.)

(1) VERS. 15. — SEMEIA FILIUS HASUB (qui Hasub erat) FILIUS AZARICAM. (qui Azaricam erat) FILIUS HASABIA (qui Hasabia erat) FILIUS BONI. Undè alii vertunt : *Semeia filius Hasub, filii Azaricam, filii Hasabia, filii Boni.* Simili modo τὸ *filius* exponendum est v. 7, 9, 10, et omnibus sequentibus, subaudiendo, *qui erat.* Undè clariùs ubique pro *filius* cum Pagnin. vertas *filii.* (Corn. à Lap.)

(2) Versiculum 17 exorditur Syriacus ab iis verbis, quæ leguntur in fine versiculi 16, in Hebræo et Vulgatâ : *Et de principibus Levitarum, Mathania filius Micha.*

SUPER OMNIA OPERA QUÆ ERANT FORINSECUS IN DOMO DEI. Curæ ejus erat emere annonam et cibaria sacerdotum, victimas pro sacrificio, vestes, vasa, et cætera in usum templi. Forte etiam curanda illi erant sarta tecta templi, et agrorum voto consecratorum cultura. (Calmet.)

(3) VERS. 17. — PRINCEPS AD LAUDANDUM. Hebræus ad litteram : *Princeps exordii, qui confitebatur in oratione.* Precibus publicis in templo præibat. Septuaginta hæc verba omiserunt ; Syrus : *Caput præcipuum Judæorum in oratione.* (Calmet.)

(4) VERS. 21. — NATHINÆI. QUI HABITABANT IN

Vers. 22. — Super opus domus Dei, id est, præerant reparationibus templi. Alii exponunt: Assistebant toti ministerio, quod intùs fiebat (1).

Vers. 23. — Præceptum regis super eos, id est, rex præceperat illis, et fidebat eis de curandis templo necessariis. Et firmitas, etc., vel, *et constantia super cantores per singulos dies.* Antecedens pro relativo, *super ipsos.* Quia, inquit doctus inter Hebræos, non deficiebat eis cibus, sive annona. Exponi potest, *et constitutum,* id est, cibus constitutus et quotidianus cantoribus. Alii vertunt ad verbum : *Et fidelitas super cantores* erat *res diei in die suo.* Ordo autem talis erit, *et res diei in die suo* erat *fidelitas super cantores,* id est, et quæ quotidiè necessaria erant cantoribus ipsis concredita. Vel, fidelitas super cantores erat ad dandum quæ quotidiè necessaria erant, id est, ut proferrent pecuniam è thesauro regio, pro his quæ quotidiè necessaria erant in templo (1).

Ophel, et Siaha, et Gaspha de Nathinæis. Hebræus : *Super Nathinæos.* Ophel vicus erat Hierosolymæ, Nathinæis destinatus. Septuaginta editionis Romanæ versiculum hunc omittunt. Syriacus : *Servi eorum insidebant quisque culturæ suæ et aratro suo.* (Calmet.)

(1) Vers. 22. — Et episcopus Levitarum, id est, præfectus Levitarum : episcopus enim Græcè idem est quod *superintendens.* Undè Cicero, l. 7 Epist. ad Atticum Campaniæ præfectum, vocat episcopum. (Corn. à Lap.)

Et episcopus Levitarum in Jerusalem, Azzi filius Bani. פקיד Hebræum ἐπίσκοπος (*inspector*) vertitur, ut et Num. 4, 16, 31, 14; Jud. 9, 28; 2 Reg. 11, 15, 19; 2 Paralip. 34, 12, 17.

Et episcopus Levitarum in Jerusalem Azzi filius Bani, etc. Episcopus hoc loco non significat summum sacerdotem; nam loquitur hìc Scriptura de Levitis qui non erant sacerdotes, inter quos dicit hunc fuisse episcopum. Itaque episcopus hoc loco intelligitur præfectus, seu præpositus; id enim significat vox Hebræa, quam Septuaginta verterunt, *episcopum,* et noster interpres servavit. Episcopus enim græcè dicitur à visitando, observando, inspiciendo. Et si etymon vocis spectemus, significat inspectorem seu speculatorem. Quâ ratione olim apud Athenienses quoque *episcopi* vox, magistratûs cujusdam nomen erat, qui mittebatur ad jus dicendum per ea oppida quæ Atheniensium ditioni parebant. Rectè autem et convenienter postea hoc vocabulum usu apostolico et ecclesiastico translatum est ad significandum eum qui in quâque provinciâ sacerdotibus et Ecclesiæ præest. Nam hoc vocabulo admonetur sui officii, quod est diligenter circumspicere, et observare mores et conversationem ovium sibi commissarum, ut ea quæ corrigenda sunt corrigat. (Estius.)

Erant ad manum, et præsentes in templo, ut cultui Dei intra templum prospicerent. *Pro observatione operis domûs Dei;* vel habitabant prope eum locum ubi ferramenta erant, ubi dolabantur lapides. (Synopsis.)

(1) Vers. 23. — Præceptum quippe regis super eos erat, et ordo in cantoribus per singulos dies, quasi dicat : Artaxerxes præcepit ut Levitæ quotidiè per vices juxta ordinem à Davide et Salomone institutum Deo in templo psalmos et hymnos concinerent. (Corn. à Lap.)

Probabilissimum est nomen *regis* sine addito significare hìc principem, cui Judæi tunc parebant, regem scilicet Persarum. Præscripserat Darius senioribus populi, sacerdotibus et Levitis ea quæ præstanda erant, quæque è regis ærario erant exigenda, in sumptus ædificii et sacrorum. Paria sanciverat Artaxerxes. Hi necessaria suffecerant usibus sacerdotum, ut muneri suo liberiùs vacarent.

Legit Hebræus : *Quia præceptum regis super eos, et fidelitas super cantores.* Præfectis suis imperaverat rex, ut cantoribus necessaria suppeditarent, eique fideliter obtemperatum est, quotidiè persolutâ illis debitâ pensione. Vertendum ego maluerim : Certum erat statutum et imperium regis in eam rem; quam interpretationem sequitur Syriacus. (Calmet.)

Reddit rationem, cur cantores in domo communi habitabant, quia rex illis per dies singulos annonam stabili decreto constituerat. (Synopsis.)

Incertum de quo rege Scriptura loquatur. Quidam ad Davidem referunt, qui primus in certas vices et ordines distribuit ministeria cantorum et aliorum. Alii, inter quos Cajetanus, malunt istud ad Darium regem Persarum referri, qui mandaverat ducibus suis habitantibus trans flumen, ut omnibus templi ministris necessaria ad ministerium suum suppeditarentur, per singulos dies, ut habemus libro præcedenti. Et ad hoc dicunt constitutum fuisse istum Mesezebel, ut quidquid de sumptu regis esset administrandum, per ejus manus præberetur. Nihilominùs verisimilior est prima sententia; nam cap. sequenti, v. 24, in simili argumento de vicibus Levitarum dicitur : *Ut laudarent et confiterentur juxta præceptum David viri Dei, et observarent æquè per ordinem.* (Estius.)

Car le roi avait prescrit tout ce qui les regardait, et l'ordre qui devait être observé tous les jours parmi les chantres. Il ne paraît pas certain de quel roi la sainte Écriture parle ici : si c'est de David, qui régla le premier, comme on l'a vu autre part, tout ce qui regardait l'ordre et la distribution des chantres dans l'exercice de leur ministère; ou si c'est du roi des Perses, qui avait envoyé ses ordres à ses officiers de delà l'Euphrate, pour faire distribuer à tous les ministres du temple de Jérusalem ce qui leur était nécessaire pour s'acquitter de leurs saintes fonctions. Il semblerait néanmoins que cela regarde plutôt le roi David que le roi de Perse, puisqu'au chapitre suivant, où il est parlé du même sujet, c'est à dire, du rang et de l'ordre des Lévites dans l'exercice de leur ministère, il est dit formellement qu'ils devaient chacun en leur rang chanter les louanges et relever la grandeur de Dieu, *suivant l'ordre qui avait été prescrit par David, l'homme de Dieu.* Car ce grand prince mérita par son

VERS. 24. — AD MANUM REGIS, sub. Persarum. Hebraismus, id est, cujus operâ utebatur rex in omni re pro quâ convenire solebat populum. Alii vertunt : *Erat administrator regis, sive deputatus in omni negotio erga populum* (1).

VERS. 25. — IN AGRIS SUIS, sub., habitaverunt filii Jehudah, id est, pars filiorum, sive aliquot è filiis. Istud subauditur ex mox sequentibus ; q. d. : Hucusque recensui incolas Jerusalem, nunc recensebo incolas villarum et urbium extra Jerusalem (2).

VERS. 26. — IN JESUAH. Urbs est incognita, idem dic de *Mechonah*, v. 28 ; de *Chadid* et *Neballath*, v. 34 (3).

VERS. (1) 30. — GHEHINNOM. Creditur esse vallis Hennom juxta muros Jerusalem (2).

VERS. 31. — MIGHABAH. Putatur esse *Gabaa* Saülis (3).

VERS. 32. — NOB, quæ est *Nobe*. HANANIAH. Cujus situm ignorant geographi (4).

VERS. 35. — LOD ET ONO. Has ædificavit *Samad* filius Elphaal, 1 Paralip. 8, 12. Ono fuit in valle artificum, de quâ 1 Paral. 4, 14.

VERS. 36. — ET DE LEVITIS PORTIONES JEHUDAH IN BINJAMIN (5). Alii vertunt : *Levitæ verò* habebant *possessionem* tam in *Judâ* quàm *in Binjamin*. Alii, minùs rectè, *in divisionibus Jehudah à Binjamin*, id est, aliquot ex Levitis habitaverunt in confinio terræ Juda et Binjamin, eâ parte, quâ dividitur terra Juda à terrâ Binjamin.

zèle pour toutes les choses de la Religion, et par son admirable piété, d'être regardé comme le saint instituteur de divers règlements qui se sont toujours observés depuis son règne parmi les ministres du vrai Dieu. (Sacy.)

(1) VERS. 24. — PHATHAHIA IN MANU REGIS JUXTA OMNE VERBUM POPULI. Phathahia vir erat à rege præfectus, inspector, curator omnium, quæ ad gentem Judaicam spectarent : illum adibant Judæi, atque ipse regi exponebat ea quæ in provinciâ è re illius essent. (Calmet.)

Hebr. : *Phathahia erat ad manum regis ad omne negotium populi;* q. d. : Phathaias jurisperitus constitutus erat ab Artaxerxe, ut nomine ejus cum Nehemiâ duce omnes populi causas litesque decideret; sic etiamnùm prætoribus et judicibus adjungi solet assessor juris legumque peritus. (Corn. à Lap.)

Huic rex permisit quidquid ad populum remque publicam pertineret, sicut filiis Asaph res sacras. (Synopsis.)

(2) VERS. 25. — ET IN FILIABUS EJUS. *Filias* vocat pagos qui in agro ejus oppidi erant. (Synopsis.)

ET IN DOMIBUS PER OMNES REGIONES EORUM. Phathahia præerat iis quæ pertinebant ad populum, in varia habitationis suæ loca distributum. Hebræus ad litteram : *Phathahia ad manum regis in omni verbo ad populum, et in omni habitatione suâ in agris suis.* Syrus : *Ipsi cura demandata fuerat omnium rerum, quæ rex imperaverat de omni homine, de recensione populi, de principibus eorum, et de agris eorum.* (Calmet.)

(3) VERS 26. — IN JESUE. Hujus nominis urbem nullam novimus. (Calmet.)

(1) VERS. 28. — MOCHONA. Urbs est ignota, nullibi occurrens. Mochona nihil aliud est facilè quàm Michanum, de quâ S. Hieronymus v. *Abdismaja*, octo mille passibus ab Eleutheropoli Hierosolymam versùs. (Calmet.)

(2) VERS. 30. — ET MANSERUNT IN BERSABEE. Bersabee est in termino sortis Judæ versùs austrum ; vallis autem Ennon in termino ejusdem, versùs aquilonem ; et per hoc intelligitur quòd habitaverunt in locis intermediis. (Lyranus.)

VALLEM ENNOM, locus erat in suburbanis Jerusalem contra orientem, in quo sacrificia ab impiis regibus facta fuerant idolo Moloch. (Menochius.)

(3) VERS. 31. — A GEBA, incipiendo à Gebâ. (Menochius.)

(4) VERS. 34. — HADID, urbs ignota.

NEBALLAT, urbs ignota. Urbium harum pleræque sive nomen mutaverant, sive ipso Josue recentiores sunt.

LOD. Urbem hanc condidit *Samad*, filius *Elphaal*. Appellabatur alio nomine *Lod Hadid*. (Calmet.)

(5) Quasi diceret : Levitæ non habitabant simul omnes in Jerusalem, sed sparsi erant per omnes urbes ; quare portiones eorum erant distributæ per omnes regiones Judæ et Benjamin, ut quæque ex eis suum haberet numerum, qui incolas ea quæ ad Dei legem et cultum spectabant, doceret. Hoc enim sanxerat Deus per Mosen. (Corn. à Lap.)

CAPUT XII.

1. Hi sunt autem sacerdotes et Levitæ, qui ascenderunt cum Zorobabel filio Salathiel, et Josue : Saraia, Jeremias, Esdras,

2. Amaria, Melluch, Hattus,

3. Sebenias, Rheum, Merimuth,

4. Addo, Genthon, Abia,

5. Miamin, Madia, Belga,

6. Semeia, et Joiarib, Idaia, Sellum, Amoc, Helcias,

CHAPITRE XII.

1. Et voici les prêtres et les Lévites qui montèrent avec Zorobabel, fils de Salathiel, et avec Josué : Saraïa, Jérémie, Esdras,

2. Amaria, Melluch, Hattus,

3. Sébénias, Rhéum, Mérimuth,

4. Addo, Genthon, Abia,

5. Miamin, Madia, Belga,

6. Séméïa et Joïarib, Idaïa, Sellum, Amoc, Helcias,

7. Idaia. Isti principes sacerdotum, et fratres eorum in diebus Josue.

8. Porrò Levitæ, Jesua, Bennui, Cedmihel, Sarebia, Juda, Mathanias, super hymnos, ipsi et fratres eorum :

9. Et Becbecia, atque Hanni, et fratres eorum, unusquisque in officio suo.

10. Josue autem genuit Joacim, et Joacim genuit Eliasib, et Eliasib genuit Joiada,

11. Et Joiada genuit Jonathan, et Jonathan genuit Jeddoa.

12. In diebus autem Joacim erant sacerdotes et principes familiarum : Saraiæ, Maraia : Jeremiæ, Hanania :

13. Esdræ, Mosollam; Amariæ, Johanan :

14. Milicho, Jonathan; Sebeniæ, Joseph :

15. Haram, Edna; Maraioth, Helci ;

16. Adaiæ, Zacharia; Genthon, Mosollam;

17. Abiæ, Zechri; Miamin et Moadiæ, Phelti ;

18. Belgæ, Sammua; Semaiæ, Jonathan ;

19. Joiarib, Mathanai; Jodaiæ, Azzi ;

20. Sellai, Celai; Amoc, Heber ;

21. Helciæ, Hasebia; Idaiæ, Nathanael.

22. Levitæ in diebus Eliasib et Joiada et Johanan et Jeddoa, scripti principes familiarum, et sacerdotes in regno Darii Persæ.

23. Filii Levi principes familiarum scripti in libro Verborum dierum, et usque ad dies Jonathan, filii Eliasib.

24. Et principes Levitarum, Hasebia, Serebia, et Josue filius Cedmihel, et fratres eorum per vices suas, ut laudarent et confiterentur juxta præceptum David viri Dei, et observarent æquè per ordinem.

25. Mathania et Becbecia, Obedia, Mosollam, Telmon, Accub, custodes portarum et vestibulorum ante portas.

26. Hi in diebus Joacim, filii Josue, filii Josedec, et in diebus Nehemiæ ducis, et Esdræ sacerdotis scribæque.

7. Idaïa. C'étaient là les principaux d'entre les prêtres qui furent avec leurs frères, du temps de Josué,

8. Les Lévites *étaient* Jésua, Bennui, Cedmihel, Sarébia, Juda, Mathanias qui présidaient avec leurs frères aux saints cantiques.

9. Becbécia et Hanni, avec leurs frères, chacun *appliqué* à son emploi.

10. Or Josué engendra Joacim, Joacim engendra Eliasib, Eliasib engendra Joïada,

11. Joïada engendra Jonathan, et Jonathan engendra Jeddoa.

12. Or, du temps de Joacim, les prêtres et les chefs des familles *étaient :* Maraïa, de celle de Saraïa; Hananias, de celle de Jérémie ;

13. Mosollam, de celle d'Esdras; Johanan, de celle d'Amarias ;

14. Jonathan, de celle de Milicho ; Joseph, de celle de Sébénias;

15. Edna, de celle de Haram; Helci, de celle de Maraïoth;

16. Zacharie, de celle d'Adaïa; Mosollam, de celle de Genthon;

17. Zechri, de celle d'Abia; Phelti, de celle de Miamin et de Moadia;

18. Sammua, de celle de Belga; Jonathan, de celle de Sémaïa ;

19. Mathanaï, de celle de Joïarib; Azzi, de celle de Jodaïa;

20. Célaï, de celle de Sellaï; Héber, de celle d'Amoc;

21. Hasébia, de celle d'Helcias; Nathanaël, de celle d'Idaïa.

22. Quant aux Lévites *qui étaient* du temps d'Eliasib, de Joïada, de Johanan et de Jeddoa, les noms des chefs de familles et des prêtres ont été écrits sous le règne de Darius, roi de Perse.

23. Les chefs des familles des enfants de Lévi ont été écrits dans le livre des Annales, jusqu'au temps de Jonathan, fils d'Eliasib.

24. Et les chefs des Lévites *étaient* Hasébia, Sérébia et Josué, fils de Cedmihel, et leurs frères, qui devaient chacun en leur rang chanter les louanges et relever la grandeur de Dieu, suivant l'ordre prescrit par David, l'homme de Dieu, et servir également chacun à son tour.

25. Mathania, Becbécia, Obédia, Mosollam, Telmon, Accub, étaient les gardes des portes et des vestibules de devant les portes.

26. Ceux-là étaient du temps de Joacim, fils de Josué, fils de Josédec, et du temps de Néhémias, gouverneur *de la province,* et d'Esdras, prêtre et scribe.

27. In dedicatione autem muri Jerusalem, requisierunt Levitas de omnibus locis suis, ut adducerent eos in Jerusalem, et facerent dedicationem et lætitiam in actione gratiarum, et cantico, et in cymbalis, psalteriis, et citharis,

28. Congregati sunt autem filii cantorum de campestribus circa Jerusalem, et de villis Nethuphati.

29. Et de domo Galgal, et de regionibus Geba, et Asmaveth: quoniam villas ædificaverunt sibi cantores in circuitu Jerusalem.

30. Et mundati sunt sacerdotes et Levitæ, et mundaverunt populum, et portas, et murum.

31. Ascendere autem feci principes Juda super murum, et statui duos magnos choros laudantium. Et ierunt ad dexteram super murum, ad portam Sterquilinii.

32. Et ivit post eos Osaias, et media pars principum Juda,

33. Et Azarias, Esdras, et Mosollam, Judas, et Benjamin, et Semeia, et Jeremias.

34. Et de filiis sacerdotum in tubis, Zacharias, filius Jonathan, filius Semeiæ, filius Mathaniæ, filius Michaiæ, filius Zechur, filius Asaph;

35. Es fratres ejus, Semeia et Azareel, Malalai, Galalai, Maai, Nathanael, et Judas, et Hanani, in vasis cantici David viri Dei: et Esdras scriba ante eos in portâ Fontis.

36. Et contra eos ascenderunt in gradibus civitatis David, in ascensu muri super domum David, et usque ad portam Aquarum ad orientem.

37. Et chorus secundus gratias referentium ibat ex adverso, et ego post eum, et media pars populi super murum, et super turrim Furnorum, et usque ad murum latissimum,

38. Et super portam Ephraim, et super portam Antiquam, et super portam Piscium, et turrim Hananeel, et turrim Emath, et usque ad portam Gregis, et steterunt in portâ Custodiæ:

39. Steteruntque duo chori laudantium

27. Pour la dédicace de la muraille de Jérusalem, on rechercha les Lévites dans tous les lieux où ils demeuraient, afin de les faire venir à Jérusalem, pour qu'ils fissent cette dédicace avec joie et action de grâces, en chantant des cantiques, et en jouant des cymbales, des lyres et des harpes.

28. Les fils des chantres s'assemblèrent donc dans la campagne des environs de Jérusalem, et des villages de Néthuphati,

29. Et de la maison de Galgal, et des cantons de Géba et d'Azmaveth, parce que les chantres s'étaient bâti des villages tout autour de Jérusalem.

30. Les prêtres et les Lévites se purifièrent et purifièrent le peuple, les portes et la muraille *de la ville.*

31. Quant aux princes de Juda, je les fis monter sur la muraille; et j'établis deux grands chœurs qui chantaient des louanges *au Seigneur.* Et ils marchèrent à main droite sur le mur, vers la porte du Fumier.

32. Osaïas marcha après eux, et la moitié des princes de Juda,

33. Et Azarias, Esdras, Mosollam, Juda, Benjamin, Séméïa et Jérémie.

34. Et des enfants des prêtres avec leurs trompettes, Zacharie, fils de Jonathan, fils de Séméïa, fils de Mathanias, fils de Michaïa, fils de Zéchur, fils d'Asaph;

35. Et ses frères Séméïa, Azaréel, Malalaï, Galalaï, Maaï, Nathanaël, Judas et Hanani, avec les instruments ordonnés par David l'homme de Dieu, pour chanter les *saints* cantiques; et Esdras, scribe, était devant eux à la porte de la Fontaine.

36. D'autres montèrent à l'opposite de ceux-ci sur les degrés de la ville de David, à l'endroit où le mur s'élève au-dessus de la maison de David, et jusqu'à la porte des Eaux vers l'orient.

37. Et le second chœur de ceux qui rendaient grâces *à Dieu* marchait à l'opposite *du premier;* et je le suivais, et la moitié du peuple se tenait sur la muraille, et sur la tour des Fourneaux, jusqu'à l'endroit où la muraille est le plus large,

38. Et sur la porte d'Ephraïm, et sur la porte Ancienne, et sur la porte des Poissons, et sur la tour d'Hananéel, et sur la tour d'Emath, et jusqu'à la porte du Troupeau; et ils s'arrêtèrent à la porte de la Prison.

39. Et les deux chœurs de ceux qui chan-

in domo Dei, et ego, et dimidia pars magistratuum mecum.

40. Et sacerdotes Eliachim, Maasia, Miamin, Michea, Elioenai, Zacharia, Hanania in tubis,

41. Et Maasia, et Semeia, et Eleazar, et Azzi, et Johanan, et Melchia, et Ælam, et Ezer. Et clarè cecinerunt cantores, et Jezraia præpositus.

42. Et immolaverunt in die illâ victimas magnas, et læfati sunt : Deus enim lætificaverat eos lætitiâ magnâ : sed et uxores eorum et liberi gavisi sunt, et audita est lætitia Jerusalem procul.

43. Recensuerunt quoque in die illâ viros super gazophylacia thesauri ad libamina, et ad primitias, et ad decimas, ut introferrent per eos principes civitatis in decore gratiarum actionis, sacerdotes et Levitas, quia lætificatus est Juda in sacerdotibus et Levitis astantibus.

44. Et custodierunt observationem Dei sui, et observationem expiationis : et cantores, et janitores juxta præceptum David et Salomonis filii ejus.

45. Quia in diebus David et Asaph ab exordio erant principes constituti cantorum, in carmine laudantium et confitentium Deo.

46. Et omnis Israel, in diebus Zorobabel, et in diebus Nehemiæ, dabant partes cantoribus et janitoribus per dies singulos : et sanctificabant Levitas, et Levitæ sanctificabant filios Aaron.

taient les louanges du Seigneur, s'arrêtèrent dans la maison de Dieu, aussi bien que moi, et la moitié des magistrats avec moi.

40. Les prêtres aussi, *savoir,* Eliachim, Maasia, Miamin, Michéa, Elioënai, Zacharie, et Hanania, avec leurs trompettes;

41. Et Maasia, Siméïa, Eléazar, Azzi, Johanan, Melchia, Elam et Ezer. Et les chantres élevèrent leurs voix, en chantant avec Jezraïa, leur chef.

42. Ils immolèrent en ce jour-là de nombreuses victimes dans des transports de joie; car Dieu les avait remplis d'une joie très-grande; leurs femmes mêmes et leurs enfants se réjouirent comme eux, et la joie de Jérusalem se fit entendre fort loin.

43. On établit aussi en ce jour-là des hommes sur les chambres du trésor, pour les libations, les prémices et les dîmes, afin que, par eux, les princes de la cité amenassent les prêtres et les Lévites en honneur d'action de grâces : car Juda était dans la joie de voir les prêtres et les Lévites assister.

44. Et ils observèrent l'ordonnance de leur Dieu et celle de l'expiation; les chantres et les portiers servaient, suivant ce qui avait été prescrit par David, et par Salomon son fils;

45. Car dès le commencement, du temps de David et d'Asaph, il y eut des chefs établis sur les chantres, qui louaient Dieu par des cantiques, et chantaient des hymnes à sa gloire.

46. Et tout le peuple d'Israël eut soin, du temps de Zorobabel et du temps de Néhémias, de donner aux chantres et aux portiers leur portion chaque jour. Ils donnaient aussi aux Lévites ce qui leur était dû des choses saintes; et les Lévites donnaient de même aux enfants d'Aaron la part sainte qui leur était destinée.

TRANSLATIO EX HEBRÆO.

1. Isti *sunt* autem sacerdotes et Levitæ, qui ascenderunt cum Zerubbabel filio Sealthiel, et Jehosuah, Seraiah, Irmeiah, Hezra, — 2. Amariah, Malluch, Chathus, — 3. Sechaniah, Rechum, Meremoth, — 4. Hiddo, Ghinnethoi, Abiiah, — 5. Miiamin, Mahadiah, Bilghah, — 6. Semahiah, et Joiarib, Jedahiah, — 7. Sallu, Hamoch, Chilchiiah, Jedahiah. Isti principes sacerdotum, et fratres eorum in diebus Jesuah. — 8. Et Levitæ, Jesuah, Binnui, Chadmiel, Serebiah, Jehudah, Matthaniah super hymnos, ipse et fratres eorum : — 9. Et Bacbuchiah, et Hunni fratres eorum coram eis in custodiis. — 10. Et Jesuah genuit Joiachim, et Joiachim genuit Eliasib, et Eliasib genuit Joiadah, — 11. Et Joiadah genuit Jonathan, et Jonathan genuit Jadduah. — 12. In diebus autem Joiachim erant sacerdotes principes familiarum : ipsi Seraiah, Meraiah; ipsi Irmeiah, Chananiah; — 13. Ipsi Hezra, Mesullam; ipsi Amariah, Jehochanan; — 14. Ipsi Melichu, Jonathan; ipsi Sebaniah, Joseph; — 15. Ipsi Charim, Adna; ipsi Meraioth, Chelchai; — 16. Ipsi Hiddo, Zechariah; ipsi Ghinnethon, Mesullam; — 17. Ipsi Abiiah, Zichri; ipsi Miniamin, ipsi Mohadiah, Piltai; — 18. Ipsi Bilghah, Sammuah; ipsi Semahiah, Jehonathan; — 19. Et ipsi Joiarib, Matthenai; ipsi Jedahiah, Huzzi; — 20. Ipsi Sallai, Challai; ipsi Hamoch, Heber; — 21. Ipsi Chilchiiah, Chasabiah; ipsi Jedaiah, Nethanel. — 22. Levitæ in diebus Eliasib, Joiadah,

et Jochanan, et Jadduah scripti principes familiarum, et sacerdotes usque ad règnum Dariaves Persæ. — 23. Filii Levi principes familiarum, scripti in libro Verborum dierum, usque ad dies Jochanan filii Eliasib. — 24. Et principes Levitarum, Chasabiah, Serebiah, et Jesuah filius Chadmiel, et fratres eorum coram eis ad laudandum, ad confitendum, juxta præceptum David viri Dei, custodia contra custodiam. — 25. Matthaniah, et Bacbuchiiah, Hobadiah, Mesullam, Talmon, Haccub, custodes, janitores in custodiâ in liminibus portarum. — 26. Hi in diebus Joiachim filii Jesuah, filii Josadac, et in diebus Nechemiah ducis, et Hezra sacerdotis scribæ. — 27. In dedicatione autem muri Jerusalaim quæsierunt Levitas de omnibus locis suis, ut adducerent eos in Jerusalaim, ut facerent dedicationem, et lætitiam, et in confessionibus, et in cantico, cymbalis, psalteriis, et cytharis. — 28. Et congregati sunt filii cantorum, et de planitie circa Jerusalaim, et de villis Netophathi. — 29. Et de domo Ghilghal, et de agris Ghebah, et Hazmaveth, quoniam villas ædificaverunt sibi cantores, in circuitu Jerusalaim. — 30. Et mundati sunt sacerdotes, et Levitæ, et mundaverunt populum, et portas, et murum. — 31. Et ascendere feci principes Jehudah super murum, et statui duos magnos choros, et progressiones (ambulatores) ad dexteram super murum ad portam Stercorum. — 32. Et ivit post eos Hosaiah, et dimidium principum Jehudah. — 33. Et Hazariah, Hezra, et Mesullam, — 34. Jehudah, et Binjamin, et Semahiah, et Irmeiah. — 35. Et de filiis sacerdotum cum tubis, Zechariah filius Jonathan, filii Semahiah, filii Matthaniah, filii Michaiah, filii Zacchur, filii Asaph, — 36. et fratres ejus Semahiah, et Hazarel, Millalai, Ghillalai, Mahai, Nethanel, et Jehudah, Chanani, cum instrumentis musicis David viri Dei, et Hezra scriba ante eos.—37. Et ad portam Fontis, et contra eos ascenderunt super gradus civitatis David in ascensu ad murum super domum David, usque ad portam Aquarum ad orientem. — 38. Et chorus secundus ibat ex adverso, et ego post eum, et dimidium populi super murum, super turrim Furnorum usque ad murum latum. — 39. Et super portam Ephraim, et super portam Veterem, et super portam Piscium, et turrim Chananel, et turrim Meah, usque ad portam Pecorum : et steterunt in portâ Custodiæ. — 40. Steteruntque duo chori in domo Dei, et ego, et dimidium magistratuum mecum. — 41. Et sacerdotes, Eliachim, Mahaseiah, Miniamin, Michaiah, Eliohenai, Zechariah, Chananiah cum tubis, — 42. et Mahaseiah, et Semaiah, et Elhazar, et Huzzi, et Jehochanan, et Malchiiah, et Helam, et Hezer. Et audire fecerunt cantores, et Izrachiah præpositus. — 43. Et immolaverunt in die illâ victimas magnas, et lætati sunt : Deus enim lætificavit eos lætitiâ magnâ, et etiam uxores et nati lætati sunt, et audita est lætitia Jerusalaim usque in longinquum. — 44. Et constituti sunt in die illâ viri super cubicula in thesauros oblationibus, primitiis et decimis (super donata, super primitias, et super decimas), ad coacervandum in eâ ex agris civitatum partes legis sacerdotibus et Levitis : lætitia enim Jehudah *erat* super sacerdotibus et Levitis qui stabant. — 45. Et custodierunt custodiam Dei sui, et custodiam expiationis, et cantores, et janitores juxta præceptum David et Selomoh filii ejus. — 46. Quia in diebus David et Asaph ab exordio erant principes cantorum cantici, hymni, et confessionum Deo. — 47. Et omnis Israel in diebus Zerubbabel, et in diebus Nechemiah dabant partes cantorum et janitorum per singulos dies ; et sanctificabant Levitas, et Levitæ sanctificabant filios Aharon.

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — ISTI *sunt* AUTEM SACERDOTES, etc. Digressio hæc, et recensio sacerdotum nata est occasione superioris capitis, ut unâ serie totus ecclesiasticus et politicus ordo texeretur. ASCENDERUNT, sub. è Babylone in Jerusalem. JEHOSUAH, etc. Is erat summus sacerdos. Hìc recensentur duntaxat primores sacerdotum et Levitarum, ut patet ex v. 7, 23, 24. HEZRA. Si idem sit cum Esdrâ celebratissimo, Babylone primâ vice profectus est, anno mundi 3469, cum Zorobabele, et anno mundi 3550, sub Nehemiâ dedicationi murorum interfuit ; vixit igitur plures annos quàm centum, etiamsi supponatur Nehemiam missum in Judæam ab Artaxerxe Longimano. Vide dicta ad 1 Esd. 4, 7. Esdras ille celebratissimus alter est ab eo qui coævus fuit Zorobabeli.

VERS. 7. — ISTI PRINCIPES SACERDOTUM, etc., id est, primarii in quoque ex viginti quatuor ordinibus, de quibus 1 Paral. 24, 18 (1).

(1) VERS. 7. — ISTI PRINCIPES SACERDOTUM.... IN DIEBUS JOSUE. Principes hi sacerdotum ætate et dignitate cæteros è familiis sacerdotalibus superabant. Familiæ autem sacerdotales numero erant quatuor et viginti, altera alteri subditæ, ex Davidis sanctione, nunquàm usque ad ultimum excidium templi per Romanos violatâ. (Calmet.)

ET FRATRES EORUM. Isti erant minùs principales sacerdotes : ideò sub nomine communi

VERS. 8. — SUPER HYMNOS, id est, præerat laudationibus divinis; erat præcentor.

VERS. 9. — CORAM EIS IN CUSTODIIS, id est, in classibus suis, in quas distributi sunt Levitæ, 1 Paral. 23, 6; id est, fungebantur officio suo, tempore suo (1).

VERS. 11. — JONATHAN GENUIT JADDUAH. Si Nehemias venit in Jerusalem sub Artaxerxe Longimano anno mundi 3550, potuitne videre Jaddum, qui teste Josepho Antiq. 11, 7, 8, processit obviàm Alexandro Magno anno mundi 3672? Respondent hunc v. 11, sicut et v. 22 et 23, non fuisse scriptos à Nehemiâ. Vide infra ad v. 22 (2).

VERS. 12. — IPSI SERAIAH, MERAIAH, etc., id est, in classe Seraiæ erat Meraiah princeps familiæ. Sic infra. Illi distincti principes familiarum non simul extiterunt sub eodem pontifice.

VERS. 17. — IPSI MINIAMIN, IPSI MOHADIAH PILTAI. Iste erat princeps duarum classium,

exprimuntur. Et eodem modo dicendum est de Levitis, et eorum fratribus qui fuerunt tempore Josue. (Lyranus.)

(1) VERS. 10. — GENUIT JOIADA. Iste autem vocatur Eliachim, Judith. 4, et sub eo dicitur illa historia fuisse. (Estius.)

ET JONATHAN GENUIT. Et iste fuit summus sacerdos circa finem vitæ ipsius Nehemiæ, ut habetur infra, seq. cap.

ET ELIASIB GENUIT, etc. Hic vocatur Jaddus à Josepho Judaicæ Antiquitatis lib. 2. (Lyranus.)

JOSUE GENUIT JOACIM; JOACIM ELIASIB; ELIASIB JOIADA, etc. His verbis ponitur series summorum sacerdotum à Josue, vel Jesu filio Josedech, qui post captivitatem fuit primus usque ad Jeddoa, qui à Josepho vocatur Jaddus. De hoc Jaddo, seu Jeddoâ, refert idem Josephus, cùm Alexander Magnus cum exercitu Jerosolymam contenderet, ut eam expugnaret, tanquàm faventem partibus Darii regis Persarum, contra quem bellum susceperat, quòd Jaddus pontifex ei obviàm processit extra muros indutus pontificalibus indumentis, comitatus catervâ aliorum sacerdotum, qui et ipsi sacerdotali vestitu ornati erant; Alexandrum autem, cùm hoc videret, de equo descendisse, et honorificè eos excepisse, pacemque civitati permisisse. Plura etiam alia addit Josephus. Nobis sufficit ex eâ historiâ ostendi, istum Jeddoa seu Jaddum usque ad tempora Alexandri Magni pertigisse.

Sed quæstio hinc difficilis oritur: An ergo Nehemias etiam usque ad illa tempora pervenerit, ut qui hujus Jeddoa meminerit? Sed id impossibile videtur. Nam Nehemias pincerna fuit regis Artaxerxis, post quem usque ad Alexandri imperium fluxerunt ampliùs quàm centum anni. Unde dicendum videtur, quòd Nehemias pertingere potuerit, non quidem ad tempora sacerdotii hujus Jeddoa, quando ipse Alexandro occurrit, sed tamen benè usque ad ejus infantiam, et quòd is longè post mortem Nehemiæ ad summum sacerdotium pervenerit, et Alexandro occurrerit. (Estius.)

(2) ET JONATHAN GENUIT JEDDOA, Jadduam, illum nempe qui Alex. Magno obviàm ivit, teste Jos. Antiq. 11, vers. 7, 8. Dices: Nehemias non potuit Jaddum videre pontificem; sic enim vixisset 200 annos; tot enim fluxêre à Cyro ad Alexandrum, totque annis stetit monarchia Persarum: vixit enim et gessit hæc Nehem. sub Artax. Longimano, qui centum annis, etc., antecessit Alexandrum. — Resp. 1°: Hoc argumento Scaliger contendit Artaxerxem hunc fuisse, non Longimanum, sed Mnemonem, qui paulò ante Alexandrum regnavit in Perside. A regno autem Mnemonis ad regnum Alexandri non erant nisi 60 anni. — Resp. 2°: Hæc omnia vera sunt, ideòque existimant hunc v. 11, æquè ac v. 22, non esse scriptum à Nehemià, sed postea additum à Synagogâ Judæorum, quæ tum regebatur à Spiritu sancto, vel ab aliquo scriptore hagiographo, ad ostendendum pontificum successionem, etc. — Resp. 3°: Nehem. vidit Jaddum puerum, licet non pontificem, ut patet ex Nehem. 13, 28. (Notandum autem, *Jeddoam* hìc tantùm nominari, non autem pontificem vocari.) Filius enim ille Joiadæ (qui habebat filiam nubilem, nuptamque Sanballato) fuit Jonathan, pater Jaddi, vel saltem illius frater. Dicendum ergo, sicut Esdram, Jesum, Danielem, et similes illo ævo, sic etiam Nehemiam fuisse longævum. Porrò, sic historia canonis Hebræi finit in ipsâ luce temporum, id est, in Alex. M. rebus, unde omnia jam clara, etiam de Judaicis rebus, per tot Græcos scriptores, quorum multi nunc interciderunt, ut apparet ex Hieron. scriptis ad Danielem. (Synopsis.)

Censent quidam, nomina Jonathani et Jeddoæ, et versiculos 22, 23 et 24, alienâ manu accessisse; neque enim, inquiunt, Nehemias nôsse potuit Jaddum et Alexandrum Magnum, nisi vitam prorogâsse censeatur annos ampliùs centum et quadraginta ætatis. Esto autem Nehemias vitam prorogâsse censeatur ad usque exordia sacerdotii Jaddi et regni Darii Codomanni, ab Alexandro superati, de quo sermo est hìc, v. 22, cùm Darii exordia congruant cum an. 3668, Nehemiæ tamen ætas promovenda erit ad annos centum triginta et octo, siquidem ab ipso scripta censeantur verba, quæ hìc legimus. Frustra objicitur, rarum id quidem esse nostræ ætatis hominibus, ut senectutem trahant ad annos centum et quadraginta; sed exemplo Esdræ, de quo superiùs, et Sanaballat, de quo inferiùs, 12, 28, credibilius id effici pro eâ ætate. Objectioni enim opponetur, his exemplis minimùm probari, quippe quæ incerta sunt, et hàc eâdem difficultate oppugnantur.

Sed contendit Usserius, Johananum summum sacerdotium non egisse nisi sub rege Artaxerxe Mnemone, ut pontificem non egerit neque sub Esdrâ, neque sub Nehemiâ: nunquàm insuper illius, ceu summi sacerdotis, meminisse scriptores; obiisse demùm nonaginta annis senem, post septimum Artaxerxis Mnemonis annum. Successorem habuit Jaddum filium suum, qui natus creditur exeunte regno Darii Nothi, et diem clausit octoginta trium annorum senex, sub regno Alexandri Magni. (Calmet.)

vel subticetur nomen ejus qui erat in priore classe.

VERS. 22. — LEVITÆ..... SCRIPTI PRINCIPES FAMILIARUM, id est, quod ad Levitas attinet, conscripti sunt principes paternarum familiarum, qui subjunguntur versu vigesimo quarto. USQUE AD REGNUM DARIAVES PERSÆ. Ille est Darius Codomannus quem vicit Alexander. Userius tamen docet hunc esse *Darium Nothum* (1).

VERS. 23. — SCRIPTI IN LIBRO VERBORUM DIERUM (2), etc., id est, in annalibus pontificum Judæorum, quos exactissimè ab ipsis conscriptos constat ex Josepho, et ex libris Paral. Si Nehemias esset auctor hujus libri, quæreretne suo libro auctoritatem ex annalibus suo tempore conscriptis? *Calmet.*

VERS. 24. — CUSTODIA CONTRA CUSTODIAM, id est, vicissim, vel per vices. Alii vertunt : *Custodia è regione custodiæ.*

VERS. 25. — IN LIMINIBUS PORTARUM, sub. templi. Alii vertunt: *Apud congregationes portarum.* אספים *Asupim;* quo nomine intelligunt, vel *oblationes* quæ colligebantur in portis, vel *turmas* janitorum.

VERS. 27. — QUÆSIERUNT LEVITAS (1), etc., id

(1) VERS. 22. — IN REGNO (Hebr. *usque ad regnum,* ut vertunt Pagnin. et Vatab.) DARII PERSÆ, scilicet Darii Codomanni, ultimi Persarum regis, quem anno septimo regni vicit Alexander, itaque monarchiam à Persis ad Græcos transtulit. Hic versus videtur insertus Nehemiæ ab aliquo posteriore; nam Nehemias non vidit Darium Codomannum, nec Jaddum sub eo pontificem : sic enim debuisset vivere annos ducentos, nisi dicas Darium hìc accipi non Codomannum, sed Nothum, qui fuit filius spurius Artaxerxis Longimani, illique in regno successit. Hunc enim videre potuit Nehemias, adeòque si Jaddus natus est initio regni Darii Nothi, tempore Alexandri Magni erat 94 circiter annorum. (Corn. à Lap.)

(2) Idest, in chronico aliquo : vel 1° in libris Paralipomenon ; non placet : in iis enim non continentur illæ Levitarum genealogiæ. Vel 2° in annalibus pontificum Judæorum ; passim ad illos annales nos remittit Scriptura. Adeò diligentes erant, ne familiæ confunderentur, ut sciretur ex quâ familiâ Christus esset exspectandus. (Synopsis.)

Hic profectò liber non est liber, qui modò exstat, Paralipomenon ; neque enim censum hunc exhibet. Erant igitur commentarii, qui res familiarum sacerdotalium ac leviticarum narrabant. Meminit interdùm Josephus tabularum familiarum sacerdotalium : legimusque superiùs, sacerdotes quosdam sedulò genealogiarum suarum libros quæsîsse; spe tamen deceptos, exclusos fuisse à sacerdotio. Animadvertere juvat, auctorem hujus capitis laudare tabulas genealogicas duplices ; alias scilicet scriptas *in regno,* vel *usque ad regnum Darii,* v. 22, et alias non ulteriùs productas, quàm *usque ad dies,* vel sacerdotium *Jonathani,* filii vel nepotis *Eliasibi,* v. 23; alias denique scriptas Nehemiâ rebus præfecto, et Esdrâ scribam agente, v. 36. Profectò quis credat, Nehemiam in suo libro laudare commentarios se præside scriptos, quasi illorum scriptores res meliùs quàm ipse novissent ? Maximè igitur credibile est, hæc loca recentiori manu adjecta esse operi Nehemiæ Sed quisquis tandem fuerit hic scriptor, tantâ ille tamen præstabat auctoritate, ut fidem lectorum extorquere possit, cùm laudet commentarios sinceros probatissimosque, ut prætercam sancti Spiritùs afflatum, infusamque cœlitùs lucem quæ scribenti aderat. (Calmet.)

(1) Ex omnibus locis, ubi morabantur, ut turba frequentior ministrorum magnificentiam et apparatum dedicationis augeret. De tempore hujus dedicationis dissidium est aliquod sententiarum. Dilatam à Nehemia censent quidam post urbis restaurationem, conditasque ædes ab iis qui sedem ibi delegerant. Una simul dedicatio celebrata est ædium et mœnium. Quid causæ fuit, cur Nehemias hucusque distulerit hujus dedicationis historiam, si mœnibus restauratis continuò habita est ? Tradit Josephus, octo et viginti mensium spatium in Hierosolymitanorum mœnium restitutione impensum esse. Laudatur pariter in hanc sententiam Beda Venerabilis ita scribens : « Jamdudum ædificata erat civitas, sed non decebat « eam dedicari, priusquam habitatoribus ag« gregatis, et ministri templo idonei, et portis « ac vestibulis essent custodes deputati, » Propugnat eamdem opinionem Tirinus. Sed deserendos nobis non ducimus Usserium cæterosque, qui dedicationem statim absolutis mœnibus ponunt. Si dedicationis historia extra suum locum narratur, nec novum illud est, nec singulare ; hanc enim libertatem sibi usurpant interdùm historici, nec aliter sæpè res ipsa postulat.

Mœnia urbium ceu sacrum aliquid, sanctumque à priscis habebantur : « Sanctæ quoque « res, veluti muri et portæ civitatis, quodam« modò divini juris sunt, et ideo nullius in bo« nis sunt. » Capitale fuit, et severiori pœnâ coercitum, lege Romuli, illi qui mœnia seu violâsset, seu transiliisset. Habes apud Ovidium lib. 4 Fastorum superstitiosum ritum, quo pagani urbium fundamenta jacientes, numinibus dedicabant. Primò fossa agebatur profunda altaque usque ad solidum imumque, in quam jaciebantur fruges :

Fossa fit ad solidum, fruges jaciuntur in imâ.

Æquabatur deinde humus, stratàque areâ statuebatur altare, in quo purus ignis è silice elicitus incendebatur. Tum conditor designabat fundamenta mœnium vomere, quem vacca et bos albi trahebant :

Inde premens stivam, designat mœnia sulco ;
Alba jugum, niveo cum bove, vacca tulit.

Del gendus erat ad eam rem dies festus et læti omnis, nihilque intentatum omittebatur, ut novæ urbi placarentur dii, et mala omina arcerentur. (Calmet.)

Nota quòd non solùm celebrabatur à Judæis dedicatio templi, quod propriè ad honorem divinum extructum erat, sed etiam portarum

est, accersiverunt. Hæc mœniorum dedicatio, cujus narratio hucusque dilata fuit, facta est paulò post quinquaginta dies, quibus murus perfectus fuit. Muri apud veteres erant *sacri.* Vide Alex. ab Alex. lib. 6 gen. dier. cap. 14, et Ovid. lib. 4 Fast. Et in confessionibus, id est, laudibus divinis.

Vers. 28. — Filii cantorum, id est, cantores. Et de planitie. Aut *et* vacat, aut sic vertendum : *Et* venerunt *de planitie* quæ est *circa*, etc.

Vers. 29. — Et de domo Ghilghal, vel, *de Beth Haghilghal.* Ibi castra Josue posuerat post Jordanis transitum. Ghebah. Quæ videtur esse *Gabaa* Saülis. Hazmaveth. Situs loci ignoratur (1).

Vers. 30. — Et mundati sunt sacerdotes, etc., id est, ante dedicationem mundaverunt sese certis ablutionibus et expiationibus, de quibus Num. 8, et 19, 20. Et mundaverunt populum, et portas, etc. Nempe aquâ lustrali, oratione solemnî et sacrificio. Vide Levit. 14, 35 et seq., quo ritu expiaretur domus leprâ infecta. Vide Levit. 8, 11, quo ritu consecratum sit tabernaculum fœderis, etc. (2).

et murorum civitatis. Nempe, quia licet civitas ejusdemque munitio proximè ordinaretur ad habitationem et securitatem populi, ulteriùs tamen ordinabatur ad restitutionem cultûs divini ejusque conservationem; et propterea rectè et convenienter à sacerdotibus legitur ipsa civitas quoque, seu murorum ambitus Deo dedicatus, ut per ejus protectionem intra civitatem possint divinum cultum securè et quietè exercere; præsertim quòd in eâ sola civitate et templo liceret sacrificia Deo offerre.

(Estius.)

Dedicatione muri, adde et urbis Jerusalem. Vel dic, per *murum* hic non sola *mœnia* intelligi, sed etiam muros ædium, palatiorum, platearum et vicorum urbis Jerusalem. Nam his instaurandis statim à confectis mœnibus totum incubuisse Nehemiam colligitur ex cap. 7, v. 4 et 7, et cap. sequent. Et eà mente venerat è Perside Jerosolymam, ut habes cap. 2, vers. 3, 5 et 8. Porrò ab hàc solemni urbis dedicatione, et ædium ac platearum illius instauratione desumitur initium 70 hebdomadum Danielis, quia tum demùm, et non antè, verum fuit, *exitum* habuisse *sermonem,* seu completum fuisse decretum de *iterùm ædificandâ Jerusalem,* et non muro uno, sed *muris* omnibus, adeòque *et plateâ,* id est, interiori habitatione, de novo instaurandis; a quorum omnium instauratione dicit angelus, Danielis 9, vers. 25, initium 70 hebdomadum desumi debere. Et secundùm hunc calculum respondent ad amussim omnes anni usque ad passionem Christi. Crediderim verò dedicationem eam factam mense tisri, quo eodem et Salomon olim dedicàrat templum suum, et nuper Salathiel novum altare Domini. Et colligitur ex initio capitis sequentis, ubi dicitur, *in die illo lectum fuisse in volumine Moysi, audiente populo.* Quod fieri solebat, imò debebat, in festo Scenopegiæ, ut præcipitur Deuter. 31. Crediderim quoque eodem dedicationis tempore contigisse illud miraculum conversæ aquæ in ignem, itemque absorptæ aquæ ab igne cœlesti, cujus meminit liber 2 Machabæorum, cap. 1, vers. 18, dum conjungit diem accepti cœlitùs *ignis* cum festo *Scenopegiæ* à Nehemiâ celebrato, nempe sub tempus hujus dedicationis. Licet aliqui malint id miraculum accidisse vel 25 die mensis casleu, vel certè altero illo festo Scenopegiæ biennio ante eam dedicationem ab eodem Nehemiâ celebrato.

(Tirinus.)

Au temps de la dédicace du mur de Jérusalem, on rechercha les Lévites dans tous les lieux où ils demeuraient, pour les faire venir à Jérusalem, afin qu'ils fissent cette dédicace avec joie et actions de grâces, etc. Il serait aisé de faire voir que le Saint-Esprit avait en vue quelque chose de plus grand dans cette description si particulière qu'il fait ici de la dédicace des murs de Jérusalem, qu'on a dit souvent être la figure de l'Eglise. Mais il suffit de remarquer que notre dévotion, et une dévotion très-solide, devrait être de considérer plusieurs fois le jour devant Dieu, combien l'enceinte de l'Eglise de Jésus-Christ, dans l'unité de laquelle nous avons le bonheur d'être renfermés, est sainte, ayant été séparée, par une consécration si divine, dont celle des murs de Jérusalem n'était qu'une image, de tout ce qu'il y a de profane et d'impur, soit dans le paganisme, soit dans toutes les différentes sectes qui n'appartiennent point à l'Epouse du Fils de Dieu. Disons de plus que chacun de nous en particulier se doit regarder comme faisant partie de cette sainte cité, et comme ayant été séparé, par la dédicace et la consécration de son baptême, de tout ce qu'il y a d'impur et de profane, non seulement parmi les païens et les hérétiques, mais au milieu du siècle même.

Si en effet, comme dit saint Paul, « l'aspersion de l'eau mêlée avec la cendre d'une génisse, sanctifiait ceux qui avaient été souillés, « en leur donnant une pureté extérieure et « charnelle; combien plus le sang de Jésus-« Christ, qui par l'Esprit Saint s'est offert lui-« même à Dieu comme une victime sans tache, « purifiera-t il notre conscience des œuvres « mortes, pour nous faire rendre un vrai culte « au Dieu vivant! » Ainsi il fallait, comme dit encore le même Apôtre que « ce qui n'était « qu'une image des choses célestes, fût purifié « par le sang des animaux; mais que les cé-« lestes mêmes le fussent par des victimes plus « excellentes que n'ont été les premières. « Veillons donc les uns sur les autres, afin de « nous exciter mutuellement à la charité et « aux bonnes œuvres; prenant garde de « nous retirer de l'assemblée des fidèles...... « Car quels seront les supplices de celui qui « aura foulé aux pieds le Fils de Dieu; qui « aura tenu pour une chose vile et profane le « sang de l'alliance par lequel il avait été « sanctifié, et qui aura fait outrage à l'Esprit « de grâce! »

(Sacy.)

(1) Nulla hujus nominis urbs noscitur; sed facilè Asmoth, vel Azmaveth vir erat, qui nomen loco indidit. (Calmet.)

(2) Lustrationes quædam in lege imperaban-

VERS. 31.— PRINCIPES JEHUDAH. Sub. et Biniamin. ET PROGRESSIONES AD DEXTERAM, id est, progressus, aut processiones, sub. primi chori, progressæ sunt ad dexteram, q. d., alterum chorum jussi procedere ad dexteram. AD PORTAM STERCORUM. Gallicè, *de la Voirie*. Hæc porta erat in parte urbis occidentali. Inde initium progressionis utriusque chori, quorum alter ad dexteram procedens super murum septentrionalem, alter ad sinistram progrediens, per murum meridionalem transivit, et pervenit ad amplissimam prope templum plateam orientalem, ubi pompa stetit. Populum principes, ipsos sequebantur sacerdotes tubis clangentes, quod solis illis in religiosâ pompâ licitum fuit, ut videre est Num. 10, 8. Levitæ pulsantes instrumenta musica sacerdotes sequebantur. Vide Jerosolymorum ichnographiam Ligfootianâm, quæ maximè nobis probatur (1).

VERS. 32. — ET IVIT POST EOS, id est, post pópulum qui erat in priori classe seu choro, ambulavit sive profectus est Hosaiah. ET DIMIDIUM PRINCIPUM JEHUDAH; sub. et Biniamin. Distributi enim fuerant principes in duas partes, ut et reliquus populus.

VERS. 33. — ET DE FILIIS SACERDOTUM, id est, de sacerdotibus (2).

VERS. 36.— ET FRATRES EJUS, sub. Zachariæ. MUSICIS DAVID, id est, quibus utebatur David in canendis psalmis. ANTE EOS, id est, præcedebat eos (1).

VERS. 37. — ET AD PORTAM FONTIS; sub. inde transierunt. Chorus ille secundus progressus est ordine opposito ab eo qui descriptus fuit capite 3. ET CONTRA EOS ASCENDERUNT, id est, et deinde ascenderunt super gradus, ipsis procedentibus ex adverso positos. CIVITATIS DAVID, id est, montis Sion. IN ASCENSU AD MURUM SUPER DOMUM DAVID; id est, ascendentes in murum, qui imminet regiæ Davidis. (2)

VERS. 38. — EX ADVERSO. Sub. alterius chori, de quo supra dictum est. ET EGO POST EUM, id est, quem ego sequebar. ET DIMIDIUM POPULI, id est, unà cum alterâ parte populi.

VERS. 39. — VETEREM, vel, *veteris*, sub. piscinæ. PORTAM PECORUM. Porta ita dicebatur fortè, quòd per eam inducerentur oves quæ necessariæ erant pro sacrificiis faciendis. ET STETERUNT, nempe illi qui erant in choro illo secundo. Forsan de primo choro id intelligendum est. IN PORTA CUSTODIÆ. Alii : *In portâ Carceris*. Syr. et Arab. : *In portâ Majore* (3).

VERS. 40.— ET EGO, etc., id est, ego quoque unà cum dimidiâ parte magistratuum (4).

VERS. 41 — CUM TUBIS, sub. erant, id est, sacerdotes canebant tubis, et cantores ore, sive voce.

VERS. 42. — AUDIRE FECERUNT, sub. vocem, id est, clarè cecinerunt (5).

tur sacerdotibus et Levitis, ministerium in templo inituris. Præter eam, quæ à singulis Israelitis exigebatur, ut in communionem rerum sacrarum admitterentur, sanctitatem, abstinere jubebantur sacerdotes, quamdiù sacro muneri vacabant, usu vini et connubii. Levitæ vestes eluebant. (Calmet.)

(1) VERS. 31. — ASCENDERE AUTEM FECI PRINCIPES JUDA SUPER MURUM. Muri enim exiguam habebant latitudinem, unde paucos capiebant. Jussi ergo fuêre soli principes, non omnes, sed aliqui eos conscendere, utpote quorum erat eos contra hostes tueri. Porrò hinc inde ad latus principum erant duo chori sacerdotum et Levitarum pari cum eis passu procedentium, et Dei laudes canentium. Uni choro præerat Esdras, ut patet vers. 35, alteri Nehemias cum suis asseclis, qui partim sacerdotes erant, partim laici, præsertim è principum numero, ut patet v. 37 et 39. (Corn. à Lap.)

Hebræus reddi potest : *Et jussi offerri duo magna sacrificia gratiarum actionis* in altari destinato. Septuaginta : *Et statuerunt duos magnos pro laudatione;* intellige fortassè *duos magnos choros*, vel duplicem manum hominum, Dei laudibus celebrandis destinatorum. (Calmet.)

(2) VERS. 35. — IN VASIS CANTICI DAVID, id est, in instrumentis musicis, secundùm quod ordinaverat David, 1 Paral. 25. Instrumenta enim cujuslibet artis vocantur vasa in Hebræo. (Lyranus.)

IN PORTA FONTIS, etc. A portâ Sterquilinii progressi sunt ad portam Fontis, inde juxta gradus quibus ascenditur ad arcem, et piscinam operosam, et domum Fontium, et domum Eliasib pontificis et Azariæ, usque ad portam Fictilem, et portam Aquarum et Equorum, venerunt ad portam Custodiæ. (Menochius.)

(1) VERS. 36. — USQUE AD PORTAM AQUARUM AD ORIENTEM. Portam hanc oppositam esse è regione credimus portæ orientali atrii Israelis.

IN GRADIBUS CIVITATIS DAVID. In gradibus ex urbe inferiori ad civitatem Davidis ducentibus. (Calmet.)

(2) VERS. 37. — USQUE AD MURUM LATISSIMUM. Hunc locum ad portam Anguli statuendum censet Menochius. *Muri Latioris* alibi quidem mentio occurrit : sed ejus situs minimè definitur. (Calmet.)

(3) VERS. 39. — AD PORTAM GREGIS, per quam inducebantur oves ad sacrificia. (Synopsis.)

(4) VERS. 40. — STETERUNTQUE DUO CHORI IN DOMO DEI, id est, in atrio ante templum. Ambo chori, licet diversam viam ingressi essent, tamen in templo, quasi in centro, et officinâ pietatis, conveniunt. (Synopsis.)

(5) VERS. 42. — ET IMMOLAVERUNT IN ILLA DIE VICTIMAS MAGNAS, quas Deus sibi gratas ostendit, dùm aquas quibus perfusæ erant victimæ, convertit in ignem, qui victimas concremavit, quâ de causâ Hebræi ut tantum miraculum quotannis recolerent, instituerunt festum dati

Vers. 43. — Victimas magnas, id est, multas, vel, boves, qui victimarum maximæ censentur (1).

Vers. 44. — In die illa, id est, eodem die. In thesauros oblationibus, id est, ut essent vice thesaurorum in quibus reponerentur oblationes, primitiæ ac decimæ. Partes legis sacerdotibus, id est, quæ pertinebant ad sacerdotes (2).

Vers. 45. — Et custodierunt custodiam, etc. vel, *quia observaverunt observationem Dei sui, et observationem,* etc. Idcircò populus dabat alacriter (1).

Vers. 46. — Cantorum cantici, etc., id est, musici, sive cantores canentes cantica laudatoria, quique Deum laudabant. Sub. et illud institutum perpetuum legitimum fuit (2).

à Deo ignis, ut patet 2 Machab. 1, 18. (Corn. à Lap.)

(1) Vers. 43. — Ut introferrent per eos principes civitatis in decore gratiarum actionis, ut illis uterentur principes civitatis ob excipiendas cum debitis gratiarum actionibus oblationes. Lectionem textùs longè aliam secutus est auctor Vulgatæ, quàm quæ hodiè in nostris codicibus est; ita enim Hebræus noster ad litteram : *Et constituti sunt in die illà viri super cubicula thesauri decimarum, primitiarum et oblationum, ad coacervandum in iis ex agris civitatum partes sacerdotum.* Septuaginta ita fermè ut Vulgata legerunt. Syriacus : *Ad coacervandum in eis primitias, et decimas præfectorum civitatum, quemadmodùm scriptum est in libro legis pro sacerdotibus et Levitis,* etc. Hujus versionis auctor, non secùs ac Septuaginta et S. Hieronymus, legit שרי, *sarei*, pro שדי, *sadei*. S. Hieronymus pariter legit תודה, *thoda*, laus, pro תורה, *thora*, lex. (Calmet.)

(2) Vers. 44. — Recensuerunt quoque viros, id est, singulari industriâ quæsiti, judicio sincero et gravi delecti. Quo docemur, in omni genere electionum cavere temeritatem et studium partium. In die illa, quâ nimirùm peracta erat urbis dedicatio, ne si qua intervenisset mora, hæc alacritas ad dandum, etc., se remitteret. Viros, nempe è sacerdotum ordine, quibus Deus horum custodiam dedit, Num. 18. Ut introferrent per eos. Populus rectâ religionis administratione tam suaviter afficiebatur, ut ad juvandos Levitas promptè libenterque conferrent. (Wolphius.)

Car Juda était dans une grande joie, en voyant les prêtres et les Lévites s'acquitter de leur ministère, et garder les ordonnances de leur Dieu, etc.

Il est remarquable que l'Écriture ne nous représente ici la grande joie que témoignait tout le peuple, qu'après nous avoir parlé de la multitude des oblations qu'ils faisaient au temple, c'est-à dire qu'elle témoigne assez clairement que la joie extraordinaire que ce peuple ressentait, était la cause de cette grande quantité d'offrandes, pour lesquelles il fallut *choisir, entre les prêtres et les Lévites, des hommes* distingués sans doute pour leur probité, afin qu'ils reçussent et qu'ils resserrassent tout ce que l'on présentait. Mais d'où leur venait cette grande joie, qui les portait à offrir si libéralement leurs dons au temple? L'Écriture le déclare nettement, lorsqu'elle dit que *Juda était tout rempli de joie, en voyant les prêtres et les Lévites* s'acquitter de leur ministère, c'est-à dire, que le zèle et la fidélité que faisaient paraître ces saints ministres dans l'exercice des fonctions de leur charge, donnaient aux peuples une joie et une consolation très sensible, qui les portait à leur en donner aussi des marques par la multiplication de leurs offrandes, et par cette ardeur avec laquelle ils payaient ce qui était ordonné par la loi de Dieu.

Quoique ce fût à Dieu même que ces peuples faisaient leurs présents, l'Écriture nous témoigne qu'on choisit des hommes pour recevoir ces offrandes *avec de dignes actions de grâces;* voulant sans doute marquer par là que ces ministres devaient être reconnaissants de ce que la piété des peuples leur présentait, et que jamais ces mêmes peuples ne se porteraient avec plus d'ardeur à leur faire de saintes largesses, que lorsqu'ils verraient dans l'exemple de leur piété et de leur fidélité à s'acquitter de leur ministère, de quoi s'exciter eux-mêmes à devenir plus pieux et plus fidèles envers Dieu. Car c'est sur l'exemple des pasteurs que se forment ceux qu'ils conduisent. C'est ce qui fait dire au grand saint Grégoire que « jamais « ils n'exhortent les fidèles aux combats tout « spirituels de la sainte milice de Jésus-Christ « d'une manière plus efficace, que lorsqu'ils « font éclater dans leurs actions les éminentes « vertus qu'ils prêchent aux autres; et qu'en « même temps qu'ils ont dans la bouche des « paroles pour instruire les savants, ils présen« tent dans leurs œuvres des exemples de piété « pour les simples : *Ad spiritalis militiæ con« flictum cohortari proximos tantò utiliùs possunt, « quantò et alta quæ prædicare sciunt, in opere « virtutis ostendunt. Habent in eruditione ver« ba : habent ad exempla simplicium opera.* » (Sacy.)

(1) Porrò, *observatio*, sive *custodia purificationis* vel *expiationis* hìc dicitur, vel 1° custodia pura; vel 2° rebus immundis arcendis, ut suprà, v. 30, id est : Curabant ut se et populum in omni puritate continerent; vel 3° ritus observandus in peragendâ munditie. (Synopsis.)

(2) Vers. 46. — Omnis Israel sanctificabant Levitas, et Levitæ sanctificabant filios Aaron. Excipiebant Levitæ à populo res sacras, decimas, et ipsi ex iis decimas dabant sacerdotibus. (Calmet.)

Sanctificabant Levitas, id est, *Levitis*, ut habent Hebr. et Septuag., quasi dicat : Rem sanctam, puta decimas personis sacris, puta Levitis ex lege debitas deferebant. Et in his decimis Levitæ sanctificabant filios Aaron, id est, deferebant sacerdotibus suam decimam, de quâ Num. cap. 18, vers. 8. Sanctificare ergo hìc idem est, quod rem sanctam, puta decimam, offerre. Ex re sanctâ enim videtur quasi sanctificari persona, cui res sancta lege illi debitâ offertur : ita Cajet., Vatabl. et alii. Sic vir infidelis dicitur sanctificari (per denominationem extrinsecam) à muliere fideli, ac vicissim mulier infidelis per virum fidelem, 1 Corinth. 7, 14. Rursùm sanctificare, ait San-

VERS. 47. — PER SINGULOS DIES, ad verbum, *rem diei in die suo.* SANCTIFICABANT LEVITAS, etc., id est, sanctificabat populus ipse Levitas, hoc est, dabat Levitis decimas sacras, quæ sacræ, sive consecratæ erant Deo (id enim hìc propriè significat *sanctificare aliquem,* id est, dare illi rem sacram, cujusmodi sunt decimæ). ET LEVITÆ SANCTIFICABANT FILIOS AHARON, id est, dabant filiis Aaron sacerdotibus decimas, nempe decimam decimæ, sive decimam ex decimis. *Sanctificare*, est ostendere aliquâ actione aliquid esse *sanctum.* Sic sanctificamus sabbatum, templum, Deum, etc., quia dùm illa colimus, eorum sanctitatis hominibus argumenta præbemus.

chez, est ostendere aliquâ actione religiosâ et sanctâ aliquid esse sanctum. Quo modo dicimur sanctificare sabbatum, aut templum, aut etiam Deum, non quia à nobis aliquid sanctitatis accipiant, sed quia, dùm illa veneramur et colimus, eorum sanctitatis hominibus argumenta præbemus. Est autem non levis alicujus sanctitatis argumentum, si publicis aliquem ordinem sumptibus alamus, maximè si illius obsequii, cùm impenditur, causa reddatur, qualis hìc à populo redditur liberali et grato.

Sic ergo populus sanctificabat Levitas; dando enim eis decimas, ostendebat eos se esse majores, quasi Dei ministros publicis decimis alendos; vicissim Levitæ decimarum suarum decimam dando sacerdotibus, ostendebant eos esse se majores et sanctiores. Unde Apostolus Hebr. 7, v. 4, ex eo quòd Abraham dedit decimas Melchisedecho, probat eum majorem fuisse Abrahamo. Decimæ enim à laicis dantur sacerdotibus quasi Dei ministris, ut pro ipsis Deo serviant et sacrificent. (Corn. à Lap.)

CAPUT XIII.

1. In die autem illo lectum est in volumine Moysi, audiente populo : et inventum est scriptum in eo, quòd non debeant introire Ammonites et Moabites in ecclesiam Dei usque in æternum :

2. Eo quòd non occurrerint filiis Israel cum pane et aquâ : et conduxerint adversùm eos Balaam, ad maledicendum eis : et convertit Deus noster maledictionem in benedictionem.

3. Factum est autem cùm audîssent legem, separaverunt omnem alienigenam ab Israel.

4. Et super hoc erat Eliasib sacerdos, qui fuerat præpositus in gazophylacio domûs Dei nostri, et proximus Tobiæ.

5. Fecit ergo sibi gazophylacium grande, et ibi erant ante eum reponentes munera, et thus et vasa, et decimam frumenti, vini, et olei, partes Levitarum, et cantorum, et janitorum, et primitias sacerdotales.

6. In omnibus autem his non fui in Jerusalem, quia anno trigesimo secundo Artaxerxis regis Babylonis veni ad regem, et in fine dierum rogavi regem.

7. Et veni in Jerusalem, et intellexi malum quod fecerat Eilasib Tobiæ, ut faceret ei thesaurum in vestibulis domûs Dei.

8. Et malum mihi visum est valdè : et projeci vasa domûs Tobiæ foras de gazophylacio,

9. Præcepique, et emundaverunt gazo-

CHAPITRE XIII.

1. En ce jour-là on fit lecture d'un volume de Moïse devant le peuple; et on y trouva écrit que les Ammonites et les Moabites ne doivent point entrer dans l'église de Dieu, à jamais;

2. Parce qu'ils ne vinrent point au-devant des enfants d'Israël avec du pain et de l'eau, et qu'ils corrompirent par argent Balaam contre eux pour les maudire; mais notre Dieu changea la malédiction en bénédiction.

3. Lors donc qu'ils eurent entendu la loi, ils séparèrent d'Israël tous les étrangers.

4. Le pontife Eliasib était chargé de ce soin; il avait eu l'intendance du trésor de la maison de notre Dieu, et il était allié de Tobie.

5. Or il se fit une grande chambre, et là étaient devant lui ceux qui serraient les présents, l'encens, les vases, les dîmes du blé, du vin et de l'huile, la part des Lévites, des chantres et des portiers, et les prémices qu'on offrait aux prêtres.

6. Pendant tout ce temps-là, je n'étais point à Jérusalem, parce que la trente-deuxième année du règne d'Artaxerxès, roi de Babylone, j'étais allé vers lui, et à la fin des jours je pris congé du roi.

7. Etant revenu à Jérusalem, je reconnus le mal qu'Eliasib avait fait en faveur de Tobie, de lui faire un appartement dans le parvis de la maison de Dieu.

8. Le mal me parut extrêmement grand; c'est pourquoi je jetai les meubles de la maison de Tobie hors du trésor;

9. Et j'ordonnai, et on purifia la trésorerie;

phylacia : et retuli ibi vasa domûs Dei, sacrificium et thus.

10. Et cognovi quòd partes Levitarum non fuissent datæ : et fugisset unusquisque in regionem suam de Levitis et cantoribus, et de his qui ministrabant :

11. Et egi causam adversùs magistratus, et dixi : Quare dereliquimus domum Dei? Et congregavi eos, et feci stare in stationibus suis.

12. Et omnis Juda apportabat decimam frumenti, vini, et olei, in horrea.

13. Et constituimus super horrea Selemiam sacerdotem, et Sadoc scribam, et Phadaiam de Levitis, et juxta eos Hanan filium Zachur, filium Mathaniæ : quoniam fideles comprobati sunt, et ipsis creditæ sunt partes fratrum suorum.

14. Memento meî, Deus meus, pro hoc, et ne deleas miserationes meas, quas feci in domo Dei mei et in cæremoniis ejus.

15. In diebus illis vidi in Judâ calcantes torcularia in sabbato, portantes acervos, et onerantes super asinos vinum, et uvas et ficus, et omne onus, et inferentes in Jerusalem die sabbati : et contestatus sum, ut in die quâ vendere liceret, venderent.

16. Et Tyrii habitaverunt in eâ, inferentes pisces, et omnia venalia : et vendebant in sabbatis filiis Juda in Jerusalem.

17. Et objurgavi optimates Juda, et dixi eis : Quæ est hæc res mala quam vos facitis, et profanatis diem sabbati?

18. Numquid non hæc fecerunt patres nostri, et adduxit Deus noster super nos omne malum hoc, et super civitatem hanc? et vos additis iracundiam super Israel violando sabbatum.

19. Factum est autem cùm quievissent portæ Jerusalem in die sabbati, dixi, et clauserunt januas : et præcepi ut non aperirent eas usque post sabbatum : et de pueris meis constitui super portas, ut nullus inferret onus in die sabbati.

20. Et manserunt negotiatores et vendentes universa venalia, foris Jerusalem semel et bis.

21. Et contestatus sum eos, et dixi eis : Quare manetis ex adverso muri : si se-

et j'y rapportai les vases de la maison de Dieu, le sacrifice et l'encens.

10. Je reconnus aussi que la part des Lévites ne leur avait point été donnée, et que chacun d'eux, des chantres et de ceux qui servaient au temple, s'était enfui et retiré dans son pays.

11. Et je censurai les magistrats, et leur dis : Pourquoi avons-nous abandonné la maison de Dieu? Après cela, je rassemblai les Lévites, et je les rétablis chacun dans les fonctions de son ministère.

12. Tout Juda apportait dans les greniers les dîmes du blé, du vin et de l'huile.

13. Et nous établîmes sur les greniers, Sélémias prêtre, Sadoc, scribe, et Phadaïas d'entre les Lévites, et avec eux Hanan, fils de Zachur, fils de Mathanias, parce qu'ils avaient été reconnus fidèles; et la part de leurs frères leur fut confiée.

14. Souvenez-vous de moi, mon Dieu, pour ces choses; et n'effacez pas de votre souvenir les bonnes œuvres que j'ai faites dans la maison de mon Dieu, à l'égard de ses cérémonies.

15. En ce temps-là, je vis en Juda des gens fouler le pressoir au jour du sabbat, porter des gerbes, et mettre sur des ânes du vin, des raisins, des figues, et toutes sortes de charges, et les rapporter à Jérusalem au jour du sabbat; et je protestai qu'on ne vendrait plus que dans un jour où il est permis de vendre.

16. Les Tyriens aussi demeuraient dans la ville, et y portaient du poisson, et toutes sortes de choses à vendre, et les vendaient dans Jérusalem aux enfants de Juda les jours de sabbat.

17. Et je repris les principaux de Juda, et je leur dis : Quel est ce désordre que vous faites, de profaner le jour du sabbat?

18. N'est-ce pas ainsi qu'ont agi nos pères, en suite de quoi notre Dieu a fait tomber sur nous et sur cette ville tous les maux que vous voyez? Et après cela, vous attirez encore sa colère sur Israël, en violant le sabbat.

19. Lors donc que les portes de Jérusalem commençaient d'être en repos au jour du sabbat, j'ordonnai de les fermer, et de ne les point ouvrir jusqu'après le jour du sabbat; et je commandai à quelques-uns de mes gens de se tenir aux portes, afin que personne ne fît entrer aucun fardeau au jour du sabbat.

20. Et les marchands, et ceux qui portaient toutes sortes de choses à vendre, demeurèrent une fois ou deux hors de Jérusalem.

21. Et ensuite je leur fis cette déclaration,

cundò hoc feceritis, manum mittam in vos. Itaque ex tempore illo non venerunt in sabbato.

22. Dixi quoque Levitis ut mundarentur, et venirent ad custodiendas portas, et sanctificandam diem sabbati: et pro hoc ergo memento meî, Deus meus, et parce mihi secundùm multitudinem miserationum tuarum.

23. Sed et in diebus illis vidi Judæos ducentes uxores Azotidas, Ammonitidas, et Moabitidas.

24. Et filii eorum ex mediâ parte loquebantur azoticè, et nesciebant loqui judaicè, et loquebantur juxta linguam populi et populi.

25. Et objurgavi eos, et maledixi. Et cecidi ex eis viros, et decalvavi eos, et adjuravi in Deo, ut non darent filias suas filiis eorum, et non acciperent de filiabus eorum filiis suis et sibimet ipsis, dicens:

26. Numquid non in hujuscemodi re peccavit Salomon rex Israel? et certè in gentibus multis non erat rex similis ei, et dilectus Deo suo erat, et posuit eum Deus regem super omnem Israel: et ipsum ergo duxerunt ad peccatum mulieres alienigenæ.

27. Numquid et nos inobedientes faciemus omne malum grande hoc, ut prævaricemur in Deo nostro, et ducamus uxores peregrimas?

28. De filiis autem Joiada filii Eliasib sacerdotis magni, gener erat Sanaballat Horonites, quem fugavi à me.

29. Recordare, Domine Deus meus, adversùm eos qui polluunt sacerdotium, jusque sacerdotale et leviticum.

30. Igitur mundavi eos ab omnibus alienigenis, et constitui ordines sacerdotum et Levitarum, unumquemque in ministerio suo,

31. Et in oblatione lignorum in temporibus constitutis, et in primitivis. Memento meî, Deus meus, in bonum. Amen.

et leur dis: Pourquoi demeurez-vous près de la muraille? Si vous faites cela encore une fois, je vous en punirai. Depuis ce temps-là, ils ne vinrent plus au jour du sabbat.

22. J'ordonnai aussi aux Lévites de se purifier, et de venir garder les portes, et de sanctifier le jour du sabbat. Souvenez-vous de moi, ô mon Dieu, pour ces choses; et pardonnez-moi, selon la multitude de vos miséricordes.

23. En ce même temps, je vis des Juifs qui épousaient des femmes d'Azot, d'Ammon et de Moab.

24. Et leurs enfants parlaient à demi la langue d'Azot, et ne pouvaient parler la langue judaïque; et ils parlaient selon la langue de toutes sortes de peuples.

25. Je les repris donc fortement, et les maudis. J'en battis quelques-uns, je leur arrachai les cheveux; et je leur fis jurer devant Dieu qu'ils ne donneraient point leurs filles aux fils des étrangers, et qu'ils ne prendraient point de leurs filles pour leurs fils, ni pour eux-mêmes, disant:

26. N'est-ce pas ainsi que pécha Salomon, roi d'Israël? Cependant il n'y avait point dans tous les peuples de roi qui pût l'égaler; il était aimé de son Dieu, et Dieu l'avait établi roi sur tout Israël; et après cela néanmoins, des femmes étrangères l'entraînèrent dans le péché.

27. Serons-nous donc aussi désobéissants? Nous rendrons-nous coupables d'un si grand crime, et violerons-nous la loi de notre Dieu, en épousant des femmes étrangères?

28. Or, entre les fils de Joïada, fils d'Eliasib, grand-prêtre, il y en avait un qui était gendre de Sanaballat, Horonite; et je le chassai d'auprès de moi.

29. Seigneur mon Dieu, souvenez-vous de ceux qui violent le sacerdoce et la loi des prêtres et des Lévites.

30. Je les purifiai donc de tous étrangers, et j'établis les prêtres et les Lévites chacun dans son ordre et dans son ministère,

31. Et pour présider à l'offrande des bois des prémices, qui devait se faire dans les temps marqués. O mon Dieu, souvenez-vous de moi, pour me faire miséricorde. Amen.

TRANSLATIO EX HEBRÆO.

1. In die illo lectum est in libro Moseh in auribus populi, et inventum est scriptum in eo, quòd non ingrediantur Hammonites et Moabites ecclesiam Dei usque in seculum; — 2. Quia non prævenerunt filios Israel cum pane et aquâ, sed conduxit adversùs eum Bilham ad maledicendum ei; et convertit Deus noster maledictionem in benedictionem. — 3. Et fuit, cùm audissent legem, se-

paraverunt omnem mixturam ab Israel. — 4. Et antehac Eliasib sacerdos præpositus (fuerat *deest in textu*) cubiculo domûs Dei nostri, propinquus ipsi Tobiiah. — 5. Et fecit ei (*sibi*) cubiculum grande, et ibi antehac ponebant munera, thus, et vasa, et decimam frumenti, et vini, et olei, jussam, *ut detur* Levitis, et janitoribus, et oblationem sacerdotum. — 6. Et in omni hoc non fui in Jerusalaim, quia anno trigesimo et secundo Arthachsasthe regis Babel veni ad regem, et in fine dierum postulavi à rege. — 7. Et veni in Jerusalaim, et intellexi malum quod fecerat Eliasib propter Tobiiah, ut faceret ei cubiculum in atriis domûs Dei. — 8. Et displicuit mihi valdè, et projeci omnia vasa domûs Tobiiah extra cubiculum. — 9. Et dixi, et mundaverunt cubicula, et retuli illuc vasa domûs Dei, oblationem, et thus. — 10. Et cognovi, quòd pars Levitarum non esset data, et *quòd* fugissent unusquisque ad agrum suum, Levitæ, et cantores facientes opus. — 11. Et increpavi magistratus, et dixi: Cur dereliquimus domum Dei? Et congregavi eos, et stare feci eos in loco suo. — 12. Et omnis Jehudah attulerunt decimam frumenti, vini, et olei ad thesauros. — 13. Et thesaurarios constitui super thesauros Selemiah sacerdotem, et Sadoc scribam, et Pedaiah de Levitis, et juxta manum eorum Chanan filium Zacchur, filii Matthania, quia fideles reputati sunt, et eis incumbebat onus dividendi fratribus suis. — 14. Memento meî, Deus, propter hoc, et ne deleas misericordias meas, quas feci in domo Dei mei, et in observationibus ejus. — 15. In diebus illis vidi in Jehudah calcantes torcularia in sabbatho, et afferentes acervos, et onerantes super asinos, et etiam vinum, uvas et ficus, et omne onus, et afferentes in Jerusalaim in die sabbathi. Et contestatus sum die (*diem*) quà vendebant (*venderent*) escam. — 16. Et Sorim habitaverunt in eà afferentes pisces, et omne venale, et vendebant in sabbatho filiis Jehudah, et in Jerusalaim. — 17. Et objurgavi optimates Jehudah, et dixi eis: Quod malum est hoc quod facitis, et prophanatis diem sabbathi? — 18. Nonne sic fecerunt patres vestri, et adduxit Deus noster super nos omne malum hoc, et super civitatem istam? Et vos additis iracundiam super Israel, violando sabbathum. — 19. Et fuit, cùm obumbratæ essent portæ Jerusalaim ante sabbathum, dixi, et clausæ sunt valvæ, et dixi, ut non aperirent eas, nisi post sabbathum: et de pueris meis statui in portis, ut non introduceretur onus in die sabbathi. — 20. Et remanserunt negotiatores et venditores omnis venalis extra Jerusalaim semel, et iterùm. — 21. Et contestatus sum eos, et dixi eis: Quare manetis ex adverso muri? Si iteraveritis, manum mittam in vos: à tempore illo non venerunt in sabbatho. — 22. Dixique Levitis ut essent mundati, et venirent custodes portarum ad sanctificandum diem sabbathi. Etiam *propter* hoc memento meî Deus mi, et parce mihi secundùm multitudinem misericordiæ tuæ. — 23. Etiam in diebus illis, vidi Jehudæos, qui duxerunt uxores Asdoditidas, Hammonitidas, Moabitidas. — 24. Et filii eorum partim loquebantur Asdodicè, et nesciebant loqui Jehudaicè, et (*sed*) secundùm linguam cujusque populi. — 25. Et contendi cum eis, et maledixi eis, et percussi ex eis aliquos, et capillos evulsi eis, et adjuravi eos per Deum. Si dederitis filias vestras filiis eorum, et si acceperitis de filiabus eorum filiis vestris, et vobis. — 26. Nonne propter istas peccavit Selomoh, rex Israel? Et in gentibus multis non erat rex similis ei, et dilectus Deo suo erat, et posuit eum Deus regem super Israel: etiam eum peccare fecerunt mulieres alienigenæ. — 27. Et vobis numquid obediemus, ut faciamus omne malum grande hoc, ut prævaricemur in Deum nostrum, ducendo uxores alienigenas? — 28. De filiis autem Joiadah filii Eliasib sacerdotis magni, gener *erat* ipsi Sanballath Choronitæ, et fugavi eum à me. — 29. Recordare eorum, Deus mi, contra eos qui polluunt sacerdotium, et pactum sacerdotii et Levitarum. — 30. Et mundavi eos ab omni alienigenâ, et statui observantias sacerdotibus et Levitis, unicuique in opere suo. — 31. Et oblationi lignorum in temporibus constitutis, et primitivis: recordare meî, Deus meus, in bonum.

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — IN DIE ILLO. Verti potest, *tempore illo*, quo nempe habitaverunt principes populi in Jerusalem, sup. cap. 11, et illo præsertim quo abfuit Nehemias, inf. v. 6. Tales phrases sæpè usurpan[tur] sine respectu ad proximè præcedentia. [I]N [A]URIBUS POPULI. Hebraismus, id est, audiente populo. QUÒD NON INGREDIANTUR HAMMONITES, etc., id est, quòd Israelitæ filias suas elocare non deberent Ammonitis, etc. (id est, quòd non debeant admitti et recipi inter filios Israel). Legem Deuter. 23, 3, sic explicant, ubi vide annot. Alii ita exponunt: Non poterunt admitti Ammonitæ, etc., inter Israelitas cum jure civium, ad officia publica et honores suscipiendos: alioqui poterant proselyti fieri, et ad sacra admittebantur, Exod. 12, 48 (1).

(1) VERS. 1. — IN DIE ILLO LECTUM EST IN VO[...]

VERS. 2. — QUIA NON PRÆVENERUNT, etc., vel, *non enim venerunt obviàm,* sive occurrerunt *filiis Israelis cum pane ;* qui scilicet offerri solet lassis hospitibus. ADVERSUS EUM. Nempe Israelem, id est, adversùm illos. ET CONVERTIT, etc., q. d., qui venerat, ut malediceret, cœpit

LUMINE MOYSI. Prorsùs incredibile est, verba hæc : *In die illo*, ad præcedentia referri, ut eàdem ipsâ die consecrationis mœnium tot crimina in populo inventa fuerint. In eâ potiùs opinione fuerim, Nehemiam post protractam Hierosolymæ moram annis duodecim, et usque ad annum secundum et tricesimum Artaxerxis, rediisse Babylonem anno mundi 3563 : ex quo loco cùm iterùm remeàsset Hierosolymam post absentiam octo vel decem annorum, invecta ibi ea mala reperisse, è quibus repurgandum locum pro eo, quo tenebatur in legem, studio suscepisse. Per id tempus irrepserunt in Judam ea mala, quæ Nehemias coercere annisus est. Vide v. 7. Igitur τὸ *in die illo,* significat eum diem quo Nehemias redux adfuit, fortassè festo Tabernaculorum, quâ die legis codex legebatur; cùm autem ea vitia nôsset, quæ pessimè apud populum obtinebant, ab eâ lectione occasionem nactus est, ut remedium morbo afferret. Cæterùm hæc et similia, *in illo die, in illo tempore, tunc,* necessariò cum præcedentibus non junguntur; sæpè enim ejusmodi phrases nihil exprimunt, nisi rei alicujus exordium tempore non definito. Id ab optimis interpretibus animadversum est in veteri æquè ac in novo Testamento.

QUOD NON DEBEANT INTROIRE AMMONITES ET MOABITES IN ECCLESIAM DEI. Ex hoc autem textu colligitur, cautionem hanc ita accepisse Hebræos, ut interdiceret connubiis cum feminis Ammoniticis et Moabiticis. Ita ejus gentis doctores interpretantur. (Calmet.)

Quidam per Ecclesiam Dei intelligunt locum orationis qui erat atrium ipsum ante templum, quò populus conveniebat. Sed contra est, quòd nulla natio fuit repulsa à cultu unius Dei, sed ex quâlibet natione qui volebant circumcidi, et fieri proselyti, admittebantur ad populum Dei, Exod. 12. Alii itaque intelligunt per Ecclesiam Dei, senatum populi Dei, ut ingredi in Ecclesiam Dei, sit habere aliquam functionem publicam pertinentem ad regimen populi, ut esse judicem, tribunum, centurionem, etc. Et ab hujusmodi functionibus dicunt exclusas fuisse certas nationes, quæ Deuteronomii 23 enumerantur, idque, vel perpetuò, vel ad tempus. Tertii intelligunt, ut prohibeatur ne tales uxorem ducant Israelitidem, eò quòd mox subjungatur : *Et factum est cùm audîssent legem, separaverunt omnem alienigenam.* Sed potest hoc etiam intelligi de separatione, quantùm ad dignitates et functiones publicas. (Estius.)

AMMONITES ET MOABITES NON DEBENT INTROIRE IN ECCLESIAM DEI, scilicet cum jure civium, ad officia publica et honores suscipiendos, ut dixi Deuter. 23. Alioqui poterant ad Judaismum converti, et proselyti fieri. (Tirinus.)

En ce jour-là on fit la lecture d'un volume de Moïse devant le peuple; et on y trouva écrit que les Ammonites et les Moabites ne doivent jamais entrer dans l'Eglise de Dieu, etc. *En ce jour-là* (c'est-à-dire en ce temps-là, lorsque les princes du peuple eurent établi leur demeure dans Jérusalem, et depuis que Néhémias avait fait un voyage vers le roi de Perse, comme il paraît par la suite), on lut devant le peuple d'Israël *un volume de Moïse,* qui était le Deutéronome, et l'on y trouva ces paroles, *que l'Ammonite et le Moabite n'entreraient jamais dans l'Eglise,* c'est-à-dire dans l'assemblée *du Seigneur.* Nous avons marqué ailleurs que l'association où Dieu défendait qu'on reçût jamais ces peuples, se doit entendre principalement de l'entrée aux magistratures et aux dignités, puisque, selon la remarque d'un auteur (Estius), nulle nation n'a jamais été rejetée du culte du vrai Dieu, et que tous ceux qui voulaient être circoncis et devenir prosélytes, étaient admis à la société de son peuple, sans distinction d'aucun pays. Mais ce qui sert davantage à appuyer l'explication que nous donnons à ces paroles, c'est que la sainte Ecriture la donne elle-même en un autre endroit, lorsqu'après s'être étendue à faire voir l'impuissance où se trouvaient les différents artisans, occupés continuellement à leur travail, de se remplir de la sagesse, et l'avantage qu'avait au contraire pour l'acquérir celui qui agissait peu et qui se répandait peu au-dehors : *Qui minoratur actu, sapientiam percipiet ;* elle ajoute que ces artisans ne passeraient point dans l'Eglise, c'est-à-dire dans l'assemblée, et ne s'asseieraient point sur les siéges de la justice : *In ecclesiam non transilient : super sellam iudicis non sedebunt.* On peut remarquer ici deux raisons considérables de l'exclusion que Dieu donnait aux Ammonites et aux Moabites, pour n'entrer jamais dans les dignités du peuple Juif : L'une était qu'ils avaient eu la dureté de *ne pas venir au-devant des enfants d'Israël avec du pain et de l'eau,* pour leur donner quelque rafraîchissement lorsqu'ils approchèrent de leur pays ; et l'autre, qu'ils avaient offert de l'argent à Balaam pour *le corrompre* et l'engager à *maudire* le peuple de Dieu. C'est l'Ecriture même qui nous découvre ces deux raisons de la rigueur que Dieu ordonna que l'on exerçât envers ces peuples. Or le crime qu'ils commirent en l'une et en l'autre de ces deux rencontres, fut d'autant plus grand qu'il était accompagné d'inhumanité et d'ingratitude. Car outre que les Moabites et les Ammonites étaient descendus de Lot, neveu d'Abraham, et, par conséquent, devaient regarder les Israélites comme leur étant alliés par le sang, ils avaient encore une obligation particulière de vivre bien avec eux, qui était que Dieu ayant donné à son peuple, par un effet de cet empire suprême qu'il a sur toutes les nations, le pays de divers peuples voisins des Ammonites et des Moabites, il les avait épargnés avec beaucoup de bonté, par la défense qu'il fit à Moïse de les combattre ou de leur nuire en aucune sorte, parce qu'il avait donné ce pays-là aux enfants de Lot, pour le posséder comme leur propre héritage. C'était une grande ingratitude à ces peuples de n'avoir pas seulement refusé quelques rafraîchissements à leurs alliés, lorsqu'ils passaient près d'eux, après avoir tant souffert dans les déserts, mais d'avoir voulu encore les faire maudire, comme s'ils avaient été

benedicere, ita volente ac disponente Deo.

Vers. 3. — Omnem mixturam, vel, universam turbam miscellaneam, id est, omnes alienigenas qui se adjunxerant Israelitis (1).

Vers. 4. — Et antehac, id est, ante hanc separationem alienigenarum ab Israelitis. Sacerdos. Ille scilicet magnus, id est, summus pontifex. Præpositus cubiculo, etc. Sing. pro plur., id est, præpositus ædi Dei curandæ. Alii dicunt hunc Eliasib præpositum thesauris esse diversum à summo sacerdote Eliasib. Propinquus ipsi Tobiah, id est, necessitudine conjunctus ipsi Tobiiah hosti Judæorum. Eliasib summus pontifex elocaverat filiam Sanaballatis suo nepoti (2).

Vers. 5. — Et fecit ei, scilicet *Tobiæ*. Cubiculum grande (1). Nempe ex compluribus ali-

leurs plus cruels ennemis. Tel est l'effroyable déréglement du cœur des hommes, depuis qu'ils ont été abandonnés par un juste jugement aux ténèbres criminelles de leur malice; toujours *amoureux d'eux mêmes, pleins de cupidité et d'orgueil, ingrats, scélérats, dénaturés, incontinents, inhumains, traîtres, insolents.* C'est le tableau que nous fait saint Paul (2 Tim. 3, 21) de ce qui se passe dans ces hommes qui sont livrés à la réprobation de leur cœur. (Sacy.)

(1) Separaverunt omnem alienigenam; non Ammonitas solùm, aut Moabitas, sed alios etiam, qui non pertinebant ad populum Israel, separaverunt, ut expertes essent conjugiorum cum fidelibus, et jure civium Hebræorum carerent. (Menochius.)

Separaverunt omnem alienigenam ab Israel, liberos scilicet omnes, ex peregrinis uxoribus natos, unà cum matribus. Hebræus : *Separaverunt omnem mixturam ab Israel;* vel separaverunt peregrinas uxores, quæ purum Israelis genus miscebant cum populis maledictis, et alienis, genitis scilicet liberis propaginis vitiatæ et confusæ. (Calmet.)

(2) Vers. 4. — Et super hoc erat Eliasib sacerdos : quasi dicat : Super custodiam legis jam citatæ, v. 1, constitutus erat Eliasib pontifex, cujus erat curare ne quis Ammonites ad officia publica in Israele admitteretur; sed ipse adeò id non curavit, ut Tobiam Ammonitam sibi affinem fecerit, ideòque gazophylacio præposuerit. Unde sequitur : Qui (Eliasib) fuerat præpositus in gazophylacio domus Dei nostri, et proximus Tobiæ, etc. Tobias hic erat *servus Ammonites*, ut dictum est c. 2, v. 10, ideòque infensus Judæorum hostis, sed dives et potens, ideòque cum eo affinitatem per connubium contraxerat Eliasib pontifex : quâ de causâ eum ut sibi affinem præfecerat gazophylacio templi, quæ erat magna Tobiæ dignitas, æquè ac utilitas, sed major Israelis indignitas et noxa, quòd scilicet servus Ammonita ad tantam dignitatem in Israel eveheretur contra legem Deut. 23, 3, citatem, v. 1. Erat et noxa, quia Tobias gazophylacium non ad usus sacerdotum et templi, ad quod institutum erat, sed ad sua commoda avertebat, reponens in eo omnem suam supellectilem. Quod indignissimum ratus Nehemias eum è gazophylacio expulit, illudque Israeli restituit.

(Corn. à Lap.)

Eliasib summus sacerdos nepoti suo uxorem adsciverat filiam Sanaballat, ejusque connubii causâ amicitiæ vinculo junctus est Eliasib cum Tobiâ, amico et socio Sanaballat. Hebræus versiculi hujus ita reddi potest : *Antea sacerdos Eliasib constitutus erat super conclave* (super loca ad habitandum) *domûs Domini*, etc. Veri speciem habet maximam, Eliasibum hunc, præfectum thesaurorum, alium fuisse à summo ejusdem nominis sacerdote. Eliasib iste summus sacerdos antequàm summam illam dignitatem adiret, templi præfecturam gerebat. Usserio autem neganti Eliasibum hunc summam sacramque dignitatem nunquàm obtinuisse exsertis verbis repugnat versiculus 28 capitis 13. *De filiis autem Joiada filii Eliasib Sacerdotis magni, gener erat Sanaballat Horonites.* (Calmet.)

(1) Vers. 5. — Locus hic in Hebræo ambiguus est; designare enim potest, *Tobiam*, vel Eliasibum *fecisse sibi gazophylacium*, vel Eliasibum illud construendum curàsse in usum Tobiæ; vel planiùs, Eliasibum permisisse Tobiæ, ut domicilium sibi in templo ædificaret, in locis, ubi res necessariæ usibus sacerdotum continebantur. Hæc interpretatio probabilior videtur. Series narrationis demonstrat, Tobiæ domicilium in templo, quò ne pedem quidem inferre illi ex lege fas erat, fuisse. Id gestum est non modò assentiente, sed et moliente Eliasibo, qui occasionem hanc præbuit secessioni sacerdotum et Levitarum, quorum plerique sacrum ministerium deseruerunt, utpote carentes rebus vitæ necessariis, dolentesque, quòd Eliasib homini profano et peregrino loca annonæ Sacerdotum destinata concessisset. Censent quidam, Eliasibum locâsse solummodò hanc templi partem Tobiæ, cui et custodiam ac præfecturam dederit redituum sacerdotum.

(Calmet.)

Gazophylacium. Alii cameram, vel cubiculum vertunt. Erat autem locus amplus, in quem recondebantur varia munera, et decimæ, non solùm quæ pontifici obveniebant, sed etiam quæ Levitis quibus Eliasib præfecerat Tobiam propinquum suum ex affinitate, qui cùm esset hostis Judæorum, quæ ad Levitarum sustentationem pertinebant, intervertebat, aut malignè distribuebat, nixus auctoritate Eliasib. (Menochius.)

Le pontife Eliasib, qui avait eu l'intendance du trésor de la maison de notre Dieu, et qui était allié de Tobie, lui avait fait une grande chambre dans le lieu du trésor, où l'on portait devant lui les présents, etc. Nous avons vu dans le chapitre précédent qu'on avait choisi entre les prêtres et les Lévites des hommes fidèles pour les établir comme intendants des chambres du trésor, où l'on renfermait toutes les offrandes, les prémices et les décimes. Mais on voit ici que cet établissement, si nécessaire pour conserver aux saints ministres du temple ce qui était dû à leur dignité, fut bientôt changé pendant l'absence de Néhémias, lorsqu'il se vit obligé de s'en retourner vers le roi de Perse, ainsi qu'il l'avait promis. Ce qui paraît le plus étonnant, c'est que le pontife même, nommé Eliasib, fut l'auteur de ce changement.

quot contiguis, eximendo parietes intergerinos, ut docent verba sequentia. Et vasa, sub., illa quibus opus erat in templo. Jussam, ut detur, etc., ad verbum, *præceptum Levitis,* id est, quas Deus præceperat dari Levitis.

Vers. 6. — Et in omni hoc non fui, etc. (1), id est, dùm autem hæc fierent, etc., q. d.: hoc totum factum est me absente. Quia anno trigesimo et secundo, etc. Inde inferre proclive est Nehemiam, postquàm duodecim annis in Judæâ mansisset, ad regem rediisse; et *in fine dierum,* id est, uno anno evoluto, quòd annus integer ac completus constet omnibus suis diebus, vel potiùs exactis aliquot annis, veniam Jerosolymæ repetendi impetrâsse. Postulavi, etc. *Nischalthi* voce passivâ utitur, ac si diceret, magnis precibus egi cum rege, atque obtinui ut liceret mihi per eum reverti in Jerusalem.

Vers. 7. — Propter Tobiah, id est, in gratiam Tobiæ. Ut faceret ei (1), vel, *faciendo ei;* permissu saltem, id est, quòd permisisset extruendum illi in atriis templi cubiculum.

Vers. 8. — Projeci omnia vasa (2), etc. Ut

lui qui aurait dû employer toute son autorité pour maintenir ce qu'on avait si sagement établi. S'étant allié, contre la défense de la loi, à Tobie, gouverneur des Ammonites, l'un des plus grands ennemis d'Israël, il voulut, par une suite de cette première faute, lui complaire et favoriser son ambition. Ainsi il lui fit bâtir une grande chambre dans le vestibule du temple, afin que l'on y portât les prémices et les décimes, et toutes les autres offrandes du peuple, et qu'ainsi un étranger devînt le maître de tous ces biens qui étaient sacrés. Tobie, abusant de ce pouvoir qui ne lui appartenait pas, osa même s'approprier le bien des Lévites, et par le refus qu'il fit de leur donner ce qui leur était destiné, il les obligea, ainsi que les chantres et les autres ministres, de quitter Jérusalem, et de ne plus s'acquitter de leurs saintes fonctions dans le temple.

Un si grand désordre surprit et toucha beaucoup Néhémias, lorsque *sur la fin* de ses *jours*, ayant *employé* ses sollicitations et ses *prières auprès du roi,* il obtint de lui la permission de revenir à Jérusalem : car il fut témoin lui-même du mal qu'avait fait Eliasib, en introduisant dans le temple un étranger et un ennemi du peuple Juif, qui volait les saints ministres, et les empêchait, en leur ôtant ce que la loi leur donnait, de s'acquitter comme ils auraient dû de leur ministère. Il crut donc devoir user de l'autorité du prince dont il était revêtu, pour chasser du temple cet étranger; et, plein d'un zèle très digne de sa piété, il jeta hors du trésor tous ces meubles, fit purifier ce lieu profane, et y fit ensuite *rapporter les vases* sacrés, *le sacrifice,* ou ce qui était destiné pour le sacrifice, et *l'encens.* Bien loin de pouvoir être accusé d'avoir blessé en cela le respect dû à la dignité du grand-prêtre, il lui donna lieu plutôt de réparer un si grand outrage qu'il avait fait à la majesté de Dieu, et en se servant du roi, pour faire exécuter les divines ordonnances, il rétablit toutes choses dans l'état où elles devaient être selon la loi. (Sacy.)

(1) Hinc colligendum videtur, Nehemiam fuisse Hierosolymis ab anno Artaxerxis vigesimo ad usque secundum et trigesimum ejusdem principis; et post annuam moram Babylone, rediisse Hierosolymam annuente rege, ibique invenisse pessimè invecta plura, quæ jam innuimus, quæque etiam deinceps narrabuntur. Sed animadversum est superiùs, omnia hæc majora esse quàm quæ brevi adeò temporis spatio confici potuerint. Itaque censendum est, Nehemiam absentem fuisse diù ante secundum et trigesimum Artaxerxis annum, eumdemque hunc annum finem esse, non initium itineris Babylonici: nisi maluerimus, diù perseverâsse illum Babylone post annum secundum et trigesimum Artaxerxis: quæ posterior sententia chronologorum plerisque placuit. In eam sententiam ita reddi Hebræus potest: *In omnibus his non fui in Jerusalem; sed trigesimo secundo anno Artaxerxis regis Babylonis, veni ad eum* (Artaxerxem) *et aliquantò post vocatus fui à rege, et veni Jerusalem.* Post longam plurium annorum moram Babylone, reditum in Judæam meditans Nehemias, facultatem impetraturus regem adivit, et aliquantò post admissus à rege, eo annuente rediit Hierosolymam anno secundo et trigesimo Artaxerxis.

Sed opinio quæ Nehemiam Hierosolymis mansisse docet duodecim annis, et post absentiam octo vel decem annorum in patriam iterùm venisse, congruere magis textui videtur. Ita enim in hanc sententiam reddi potest: *In omnibus his non fui in Jerusalem, quia anno trigesimo secundo Artaxerxis veni ad regem; et in exitu dierum* (absoluto temporis spatio, quod ab illo postulaveram, 2. Esdr. 2, 6) *missus fui à rege*, rediturus Babylonem. *Veni* igitur *in Jerusalem*, atque ea pessimè inducta deprehendi, quæ modò narrare aggredior. (Calmet.)

Non fui in Jerusalem. In hoc tempus Eliasib id vafrè distulit, ut eo absente quæ vellet faciliùs obtineret (Wolphius.) Artaxerxis regis Babylonis. Persici enim reges tunc Babyloniam tenebant (Osiander.) Veni ad regem. Redii ad officium meum aulicum. (Grotius.)

(1) Ob affinitatem, homini alienigenæ non tantùm intrare intra septa Israelitica, quod vel ipsum nefas fuerat, sed et servare res sacras, permiserat. Vide supra, 6, 18. et infra, 28. (Grotius.)

(2) Nempe supellectilem. Nehemias utitur eâ quâ pollebat auctoritate, utpote præfectus Judæorum, cùm summus sacerdos res et dignitatem ministerii sui negligeret, minimè prohibens, ne Eliasib Tobiæ domicilium in templo concederet. Quare, negligente sacerdote, præses muneris sui esse censuit ulcisci templum, pagani hominis domicilio profanatum. (Calmet.)

Vasa domus, id est, supellectilem omnem domesticam illius, forâs ejecit; et mundatis gazophylaciis à sordibus profanarum supellectilium, pristinis illa usibus restituit, asser-

regioni à rege præfectus, ejeci domesticam Tobiæ supellectilem.

Vers. 9. — Et dixi, sub. ut mundarent Oblationem. Heb. *Minchah*, id est, far, vel similam ad sacrificium (1).

Vers. 10. — Cognovi, etc., id est, intellexi quòd Israelitæ desiissent dare partes ac portiones debitas Levitis. Opus, sub. Dei in templo, id est, facientes cultum divinum (2).

Vers. 11. — Et increpavi, vel, *objurgavi*, aut, *litigavi cum magistratu:* sive causam egi adversùs magistratum. Et stare feci eos, sub. Levitas et cantores, id est, restitui eos in locum suum in quo antea erant (3).

Vers. 12. — Ad thesauros, id est, in horrea quæ ad id destinata fuerant.

Vers. 13. — Juxta manum eorum. Hebraismus, id est, juxta eos erat. Et eis incumbebat, etc., id est, officium eorum erat distribuere partes ac portiones fratribus suis ex iis quæ collecta ac congregata erant in horrea illa.

Vers. 14. — Misericordias, vel, *beneficentias meas*. Et in observationibus ejus, id est, in cæremoniis ejus (4).

Vers. 15. — Acervos, sub. manipulorum. Describitur zelus Nehemiæ qui ferre non potuit sabbatum violari. Et contestatus sum, vel, et *testificatus sum*, sub. contra, sive adversùs

vandis nempe vasis sacris templi. Et sacrificio, id est, rebus ad sacrificium offerendum spectantibus. (Tirinus.)

(1) Vers. 9. — Retuli ibi vasa domus Dei, sacrificium et thus. Textus Hebræus habet oblationes fructuum, segetum, similæ, liquorum, quæ sistebantur templo cum thure. Restituit hæc Nehemias horreis suis, è quibus illas Eliasib transtulerat, ut vacuum faceret domicilio Tobiæ locum. (Calmet.)

(2) Vers. 10. — Partes Levitarum non fuissent datæ; sive illas sibi raperent vel pontifex, vel Tobias, vel Tobiæ ministri, vel ipsi cives qui sacrificabant; sive cives parùm bonâ fide darent. (Wolphius.)

Fugisset in regionem suam, id est, in prædia sua, ut sibi victum compararet, ex operibus rusticis. (Synopsis.)

(3) Quasi diceret: Suis locis et officiis restitui Levitas et cantores. (Corn. à Lap.)

Adversus magistratus; in quorum exemplo malo et socordiâ omnis hujus rei culpa fuit.

Quare dereliquimus domum Dei? contra sponsionem vestram. Videmus autem hìc quid spectat Satan, quando ministris religionis subtrahit alimenta, nimirùm, ut religionis omnis usus aboleatur. (Wolphius.)

Et dixi: Quare dereliquimus domum Dei? Associavit se illis in crimine, quamvis esset innocens, ut meliùs inclinaret eos ad correctionem. (Lyranus.)

(4) Vers. 14. — *Souvenez-vous de moi, Seigneur mon Dieu, pour ces choses, et n'effacez pas de votre souvenir les bonnes œuvres que j'ai faites dans la maison de mon Dieu, et à l'égard de ses cérémonies.* C'est une chose très-édifiante de voir ces justes de l'ancienne loi dans des sentiments si humbles sur le sujet de leurs *bonnes œuvres*. Néhémias en avait fait un grand nombre. Et cette dernière, par laquelle il n'avait pas craint de redresser le souverain prêtre, qui, selon l'expression de saint Paul, ne marchait pas droit dans la voie de la vérité, était sans doute très-louable. Mais les humbles serviteurs de Dieu se craignent eux-mêmes dans leurs meilleures actions, comme parle saint Grégoire, en expliquant ces paroles du saint homme Job : *Je tremblais à chaque action que je faisais.* Sur quoi ce grand pape dit : « Que « si nous voulons plaire à Dieu véritablement, « nous devons, après avoir surmonté le mal « en nous, craindre même pour nos meilleures « actions, parce qu'il y a deux choses qui doi- « vent être principalement le sujet de notre « crainte, et sur lesquelles nous sommes très- « obligés de veiller, la lâcheté et l'hypocrisie ; « que la lâcheté naît en nous d'un certain en- « gourdissement, et que l'hypocrisie est le fruit « de notre amour-propre ; que la première « s'augmente à mesure que l'amour de Dieu « diminue en nous, et que la seconde croît « aussi à proportion de l'amour de nous-mêmes « qui la produit, parce que cette hypocrisie, « ou cette tromperie dans l'œuvre de Dieu, « consiste en ce que quelqu'un s'aimant soi- « même d'une manière qui est contre l'ordre, « cherche dans le bien qu'il fait une récom- « pense temporelle : *Fraudem quippe in Dei « opere perpetrat, quisquis semetipsum inor- « dinatè diligens, per hoc quod rectè egerit, ad « remunerationis transitoria bona festinat.* »

Néhémias avait donc fait plusieurs bonnes œuvres ; mais la crainte qu'il pouvait avoir qu'elles ne fussent accompagnées de quelque amour-propre, ou de quelque vanité ; ou même qu'ayant été pures jusqu'alors, elles ne fussent souillées dans la suite par quelque secret élèvement, lui fait faire cette excellente prière à Dieu : *Souvenez-vous de moi, Seigneur......... et n'effacez pas de votre souvenir ces bonnes œuvres que j'ai faites.* Vous vous en souviendrez sans doute, si elles sont pures devant vous. Et vous ne les effacerez point de votre souvenir, si elles sont faites par votre Esprit, et si elles sont conservées dans leur pureté par votre grâce. *Souvenez-vous* donc *de moi, ô mon Dieu,* lui dit-il encore plus bas, *et pardonnez-moi selon la multitude de vos miséricordes;* ce qui est de même que s'il lui disait : Quoique j'aie fait ce qui m'a été possible pour faire observer vos très-saintes ordonnances, et pour rétablir la pureté de votre culte divin dans Jérusalem, je reconnais, ô mon Dieu, que j'ai besoin que vous me traitiez encore selon l'indulgence de votre abondante miséricorde, qui couvre à vos yeux la multitude de nos péchés. Ce n'était pas là sans doute se glorifier de ses bonnes œuvres, comme le Pharisien de l'Evangile ; mais c'était plutôt pratiquer comme par avance le commandement que le Fils de Dieu a fait depuis à tous ses disciples, de se regarder comme étant véritablement à son égard des serviteurs inutiles, après même qu'ils auraient fait tout ce qui leur était commandé, parce

eos, id est, adhibitis testibus admonui eos die quâ vendebant escas, ne quo pacto id facerent. Paulò post, versu 21, plena est locutio.

Vers. 16. — *Et Sorim,* id est, Tyrii. In Jerusalaim, vel idque *in Jerusalem,* q. d., idque in Jerusalem urbe sanctâ, cujus cives præ cæteris debuerant observare ad unguem præcepta ac mandata Dei, et non admittere alienigenas qui cum ipsis habitarent.

Vers. 17. — Quod malum, est., id est : Quidnam sibi vult hoc quod, etc.

Vers. 18. — Nonne sic fecerunt, etc., q. d., omnia mala quæ nos et patres nostri passi sumus, et quæ perpessa est urbs ista, evenerunt nobis ob violationem sabbati : vos autem vultis denuò inducere iram Dei super populum, violatione ipsius sabbati.

Vers. 19. — Obumbratæ essent, id est, obtenebrescere cœpissent. Ante sabbatum, id est, jam apparente ac imminente sabbato, quod quidem incipiebat à vesperâ in occasu solis. Dixi, id est, jussi ut clauderentur fores, vel januæ. His indicat quantâ sollicitudine ac diligentiâ curaverit servandum sabbatum. Ut non introduceretur, vel, *ne intraret,* id est, inferretur aut importaretur per eas in urbem (1).

Vers. 21. — Et contestatus sum eos, vel, *et testificatus sum contra eos,* id est, coram testibus interminatus sum illis; vel monui eos ne postea tale quidpiam admitterent. Vide paulò supra, versu 15. Manetis ex adverso, vel, *vos pernoctatis;* noctem agitis è regione muri, etc. Manum, sub. fortem, hoc est, turbam hominum quæ vos cædet, vel comprehendet, et in carcerem conjiciet. Non tenebantur lege sabbati, sed rempublicam turbabant (2).

qu'ils n'auraient fait que ce qu'ils étaient obligés de faire. (Sacy.)

(1) Vers. 19. — Cum quievissent portæ Jerusalem in die sabbati. A suo officio emittendi et admittendi ingredientes. Heb. : *Cùm obumbratæ essent portæ,* id est, cùm adesset vespera feriæ sextæ; tunc enim inchoabatur sabbatum, uti jam dixi. Unde Sept. vertunt, *ante diem,* scilicet artificialem, *sabbati.* Jussit ergo Nehemias claudi portas totâ die naturali sabbati per 24 horas, ne quis per illas onera portando violaret sabbatum.

Ut nullus inferret onus, per portas. Hinc porta dicta est, quòd per eam onera importentur et exportentur, ait Cato, et ex eo Isidorus lib. 15 Etymol. cap. 2, licet Donatus portam dici velit ab aratri portatione, quia, inquit, in designatione urbium, subjunctis vaccâ et tauro, qui urbem designabat in portâ, aratrum manu suspendebat, ne fulcum faceret, ubi aditus civitatis erant relinquendi. (Corn. à Lap.)

(2) Vers. 21. — Si secundo hoc feceritis.

Vers. 22. — Dixique, etc., id est, jussi Levitas mundari, vel mundare sese.

Et venirent custodes portarum, id est, ut essent custodes portarum.

Ad sanctificandum diem sabbati. Sanctificat sabbatum qui quod præcepit Dominus in eo fieri, facit. Levitas custodiæ portarum præficit, quia res ad sabbati sanctitatem pertinebat, et ut populus eorum reverentiâ ductus, non auderet aperire illas (1).

Vers. 23. — Asdoditidas (2), etc., id est, ex Azoto urbe Palæstinorum. Per hos tres populos intelligit et reliquos.

Vers. 24. — Et filii eorum, vel : *Et* ex *filiis eorum,* vel, *earum,* ut sit מ pro ב, ac si diceret, media pars eorum loquebatur, etc. In eâdem familiâ, alii ex filiis Azoticè, alii Judaicè loquebantur, quisque eorum linguam matris suæ; vel, idioma eorum mixtum erat ex Judaico et Azotico. Lingua Palæstina eadem videtur esse cum Phœnicum linguâ, quæ multùm tunc temporis discrepabat à sermone Judaico.

Secundum linguam, etc. Istud refertur ad initium versûs, loquebatur Asdodice, et sermone singulorum populorum. Ad verbum, *populi et populi* (3).

manum mittam in vos. Justè hoc comminatur Nehemias, etiamsi alienigenis. Et ratio est, quia, licèt ipsi lege sabbati non tenerentur, peccabant tamen et perturbabant rempublicam, Judaicum scilicet populum à suæ legis observatione impedientes, et ad transgressionem sollicitantes. Et quamvis isti alieni erant, poterat tamen Nehemias eos punire, utpote peccantes in loco suæ jurisdictionis. Patet autem clarissimè ex hoc loco, etsi emere et vendere non sint propriè opera servilia, prohibita tamen illa esse lege de sabbato. Exod. 21. (Estius)

(1) Levitas custodiæ portarum præficit, vel 1° quia domestici ipsius onus illud diu obire non poterant, cùm instaret præfecturæ suæ finis : vel, 2° quia res ex fine videbatur sacra, et ad sabbati sanctitatem pertinebat : vel, 3° ne populus, eorum ductus reverentiâ, eas auderet aperire : vel, 4° ne, iis apertis, quidquam introduci permitterent, quod ad violationem sabbati aliquo modo pertineret.

Ut mundarentur, et venirent ad custodiendas portas. Levitæ die quoque sabbati, ut reliquis profestis diebus, necessaria (ad cultum divinum) comparabant. Lustrari eos jubet, quia res sacra erat, et dies sabbati religiosè observandus.

Et parce mihi, etc. Ita fiduciam ponit, non in meritis suis, sed in misericordiâ Dei. (Synopsis.)

(2) Uxores Azotidas, Philisthæas scilicet. Jacebat Azotus in regione Philisthæorum ad Mediterraneum. (Calmet.)

(3) Linguâ matrum suarum loquebantur. Filii in prioribus annis maternos potiùs mores

VERS. 25. — ET CONTENDI CUM EIS, vel *ideò objurgavi eos*. ET MALEDIXI EIS, id est, ejeci eos de synagogâ. De excommunicatione intelligunt. Describitur severitas Nehemiæ. Ista videtur fuisse excommunicatio *major*, quæ erat interdictio igne et aquâ, et aliquando bonorum publicationem secum trahebat. Hujus non reperiuntur in Scripturis vestigia ante reditum ex captivitate Babylonicâ. ET PERCUSSI EX EIS ALIQUOS, flagris, aut fustibus, aut virgis. ET CAPILLOS EVULSI EIS. *Decalvatio* erat extremæ ignominiæ apud Judæos. *Depilatio*, quâ capilli evellebantur, erat apud Athenienses adulterorum pœna. ET ADJURAVI EOS, etc., sub. in hunc modum : *Non dabitis*, etc., *et non accipietis*. Si pro *non*; aut subaudiendum : Hoc et hoc faciat vobis Deus si dederitis, etc.

VERS. 27. — ET VOBIS NUMQUID OBEDIEMUS, etc., id est, parebimusne vobis, qui non estis tanti quantus erat Salomon?

VERS. 28. — DE FILIIS, etc. Manasses frater Jaddi summi pontificis duxerat in uxorem filiam Sanballati, de quo vide Jos. Antiq. lib. 11, cap. 8 (1).

VERS. 29. — RECORDARE EORUM, sub. in malum. Vel, *recordare* hujusce rei *illis*, id est, in perniciem illorum. CONTRA EOS QUI POLLUUNT SACERDOTIUM, id est, qui cùm debuissent esse bono exemplo aliis, tamen malo exemplo conati sunt polluere sacerdotium ipsum, fœdus quoque sacerdotale et Levitarum.

VERS. 30. — OBSERVANTIAS, id est, ordines; hoc est, distribui sacerdotes et Levitas per classes ac vices.

VERS. 31. — ET OBLATIONI LIGNORUM (1), id

exprimunt quàm paternos, quia matribus familiariùs assuescunt. Porrò, *lingua Azotiorum*, id est, Philistinorum (quorum pars Azotii), media erat inter Ægyptiam et Hebræam; nam Philistæi ex Ægypto venerunt, et partem terræ Chanaan occupârunt. (Synopsis.)

ET FILII EORUM EX MEDIA PARTE (Hebr. *medietas, sive media pars filiorum*) LOQUEBANTUR AZOTICE (lingua autem Azotica olebat religionem exoticam et Azoticam; alia enim medietas loquebatur Moabiticè, vel Ammoniticè, vel Madianiticè), JUXTA LINGUAM POPULI ET POPULI, id est singulorum populorum, ex quibus matres erant oriundæ; filii enim à matribus educati, earum linguam cum lacte imbibebant. (Corn. à Lap.)

(1) VERS. 28. — DE FILIIS AUTEM JOIADA FILII ELIASIB SACERDOTIS MAGNI (pontificis) GENER ERAT SANABALLAT HORONITES. Ita Rom., licet Complut. et prisca Biblia habeant *Horonitis* in genitivo, itàque legendum videtur; nam sic habent Hebr., Septuag., Vatabl., Paguin. et alii, ut sensus sit : Unus è filiis Joiadæ duxerat filiam Sanaballat Horonitis, ideòque erat ejus gener.

QUEM FUGAVI A ME, et à cœtu Israel, indignum ratus Sanaballat Samaritam et infidelem connubia miscere cum Israele, imò cum pontifice.

Porrò alius est hic Sanaballat à Sanaballat præfecto Samariæ, qui, teste Josepho lib. 11, c. 7 et 8, filiam suam dedit uxorem Manassi fratri Jaddi pontificis sub Alexandro Magno, ideòque Manassen pontificem templi schismatici à schismaticis constructi in Samariâ, in monte Garizim, de quo templo perpetua fuit lis inter Judæos et Samaritanos, etiam tempore Christi, ut patet Joan. 4, v. 24. Alium fuisse liquet ex eo quòd hic Sanaballat Horonites socer erat filii Joiadæ; ille verò Josephi socer erat Manassis fratris Jaddi pontificis; ergo hic ille non fuit; Joiada enim fuit avus Jaddi ; Joiada enim genuit Jonathan, Jonathan verò genuit Jaddum ; Jaddi autem frater Manasses, fuit gener hujus posterioris Sanaballat. Fortè hic posterior prioris fuit filius, vel nepos.

QUEM FUGAVI A ME, per, *quem*, accipe non tam Sanaballat, quàm generum Sanaballat filium scilicet Joiadæ pontificis, qui filiam Sanaballat uxorem duxerat; hunc enim Nehemias expulit, et sacerdotio privavit, ob ductam alienigenam. Ita Sanchez. Nec enim Sanaballat aderat, multò minùs subjectus erat Nehemiæ, sed ipsi aderat, et subjectus erat filius Joiadæ; unde et expulit eum. (Corn. à Lap.)

De hoc Sanaballat disputatur, videlicet utrùm ipse idemque sit qui amicitiam sibi conciliavit Alexandri Magni, facultate pro Manasse genero suo condendi templi in monte Garizim ex eo impetratâ. Unica ambigendi ratio sumitur ex ætate Sanaballat, quem egisse oportuit centum quinquaginta annorum senectutem, cùm Alexander Magnus Tyrum obsessurus venit. Hæc tamen ratio non absterret viros quosdam doctissimos à sententiâ, quæ utrumque hunc Sanaballat conjungit. Producta sunt superiùs exempla Esdræ et Nehemiæ, quæ Judæam tunc frequentâsse homines ætate longævos demonstrant. Connubium filiæ Sanaballat cum nepote summi sacerdotis Eliasibi; hic nepos Hierosolymis à Nehemiâ pulsus, cognomen *Horonitis* utrique Sanaballat datum ; hæc, inquam, omnia pro opinione unum eumdemque virum ejusdem nominis agnoscente, mentem nostram occupant. Manassis livor, quòd amotum se è regione patriâ et sacerdotio ægerrimè ferret, impellere virum potuit, ut templum in Garizim condere moliretur. Docet Nehemias, Sanaballat Horonitem fuisse, id est, è regione Horonaim in Moabitide.

Sed contraria huic sententia non minoribus argumentis fulcitur. Præter difficultatem ætatis Sanaballat, quam attigimus, additur Josephi auctoritas, asserentis, Sanaballat hunc missum ivisse in Samariam à Dario regum Persarum postremo, Chutæum, perinde ac cæteros Samaritanos, origine. Ne verbo quidem meminit hujus Sanaballat, qui Nehemiæ Hierosolymam reduci adversatus est. Josephum sequuntur Usserius, Tirinus, Tornellus, aliique non pauci. Fatendum est utique, discrimen hoc duplicis Sanaballat difficultatem penitùs amovere ; sed vicissim aliam exhibet, utrùm scilicet discrimen hoc summâ aliquâ necessitate exigatur. Id utique nobis definiendum non ducimus. (Calmet.)

(1) Conditiones, quibus in dedicatione templi populus sese obstrinxit, iterùm hìc Nehe-

est, constitui, inquam, ordines in oblatione lignorum, ad fovendum ignem illum cœlestem qui perpetuò ardebat in altari. Vide annot. sup. 10, 34. Primitivis, sub. constitui ordines, id est, quæ offerri deberent Deo. Recordare mei, vel, *Memento horum omnium mihi,* id est, in gratiam mei. In bonum, id est, ut postea benefacias mihi.

mias inducit, innovat, et servandas curat. Librum hunc Vulgata claudit voce *Amen,* quæ tamen in Hebræo et Græco deest.

Debitas laudes Nehemiæ denegare religioni ducimus; laudes, inquam, quas sibi jure optimo vindicavit, egregiè meritus de religione ac de populo Domini, dignissimus proinde, cujus memoriam encomiis prosequamur. Dignum duxit S. Spiritus, quem cum cæteris magnis gentis Judaicæ viris speciali elogio donaret: *Nehemias in memoriam multi temporis, qui erexit nobis muros eversos, et stare fecit portas et seras, qui erexit domos nostras.* Postrema hæc verba spectâsse videtur Josephus scribens, Nehemiam suis sumptibus ædificâsse domos iis qui sedem Hierosolymis elegerant. Addit, ingenio fuisse ad justitiam et virtutem veluti à naturâ formato, dignamque generoso animo liberalitatem exercuisse. Pro ardore suo parem sapientiam et constantiam in eo exhibuit, quòd mœnia urbis restituere aggressus est, nequicquàm repugnantibus adversariis. Cœptum opus tantâ animi constantiâ et virtute promovit, ut invidiam adversariorum dejecerit ac superârit; Deoque largiente brevi adeò temporis spatio absolutum vidit, ut prodigium intercessisse plures suspicentur. Quàm constans ille adversùs vim locupletum, atque auctoritatem primorum inter sacerdotes, cum id postulare et Dei gloriam et honorem sacerdotii censuit! Quàm liberaliter indigenti populo condonavit debita præfecturæ suæ stipendia, et quæ postulare videbantur sumptus quos pro populo erogare cogebatur! Quàm prudens abolendis criminibus, quæ adversùs legem gliscebant! Quàm pius in restituendo cultu Domini, curandaque sacrarum cæremoniarum observantia! Patriæ studium inter præsentis solummodò temporis fines non claudebatur: posteris etiam consuluit, collectâ sacrorum voluminum atque annalium bibliothecâ, quibus posteritas doceretur, optimè noscens, inter calamitates imperio perniciosissimas summam esse religionis ignorationem.

Si politicæ ejus virtutes Nehemiam inter summos reipublicæ Judaicæ viros collocant, affirmari pariter jure merito potest, cæteris virtutibus, quas vocant morales, perfectum animo Israelitam fuisse formatum. Quis minùs superbus, meritis suis minùs fidens, quis mitior aut patientior? *Memento mei, Domine, juxta opera eorum* (adversariorum) *talia. Recordare, Domine Deus meus, adversùm eos qui polluunt sacerdotium, jusque sacerdotale et leviticum.* Et alibi: *Memento mei, Deus meus, in bonum, secundùm omnia quæ feci populo huic.* Æquè mirabilis est spectatâ Nehemiæ cum Jesu Christo similitudine, qui sanctorum omnium exemplar, et figurarum omnium veteris Testamenti finis est. Nehemias Hierosolymæ restaurator, et alter conditor inclytæ urbis, morum populi sui reformator, juris sacerdotalis patronus, novi fœderis sequester, præses populi Dei, typum gerebat vivamque imaginem Jesu Christi, qui eadem, sed perfectiùs et sublimiùs, Judæis et Ecclesiæ beneficia, quæ Nehemias Judæis et sacerdotibus Hierosolymitanis præstitit. (Calmet.)

IN TERTIUM LIBRUM ESDRÆ

Dissertatio.

Duo postremi libri Esdræ nomine inscripti, communi Ecclesiæ Latinæ consensu, nostrâ ætate, inter apocrypha rejiciuntur. Nihilò tamen minùs adeò remotæ vetustatis sunt, tamque frequenter à Patribus Ecclesiæ laudantur, ut eorumdem Patrum de illis opinionem in examen revocare operæ pretium duxerimus, adjectâ insuper disquisitione de auctore, tempore scripti operis, et de iis, quæ majoris momenti in historiâ occurrunt.

De tertii Esdræ auctoritate Ecclesia Græca à Latinâ discrepat; Græci enim eâdem veneratione, quâ duos priores, hunc recipiunt. Exemplaria Græca vetustissima et probatissima, veluti Romanum, ita seriem librorum constituunt, ut primo loco tertium librum Esdræ præ se ferant, secundus Nehemiæ, tertius primo Esdræ locus detur. Alius quidem ordo in nonnullis Græcis editionibus servatur (1), ut tertius Esdræ seorsùm positus sit post Canticum trium puerorum in fornace, et ante Sapientiam Salomonis; in aliis itidem Græcis idem liber omninò desideratur. (Edit. Aldi Venet. anno 1518.) Verùm

(1) Edit. Græc. Francofurtian. 1597, et Basileens. an. 1545.

extra controversiam positum est, ut Sixtus Senensis l. 1, c. 8, animadvertit, Patres Græcos tertium Esdræ, ante Nehemiam constitutum, tanquàm canonicum habuisse.

Neque magis quàm apud Græcas editiones, in veteribus manuscriptis et editionibus Latinis eâ de re constat. In nonnullis manuscriptis (1) primus Esdræ, Nehemias, secundus Esdræ (ita, quem nos tertium, appellant) sibi succedunt. In aliis tertius Esdræ omninò desideratur. Alii vetustiores codices in novâ editione S. Ambrosii Admonit. in lib. Ambros. de Bono mortis, laudati, multò magis etiam à nostris editionibus recedunt. In vetustissimo manuscripto S. Germani à Pratis, post duos libros canonicos Esdræ unâ serie continuatos, succedit historia trium custodum corporis Darii, et problema ab iis regi propositum. Deinde statim sequitur initium quarti Esdræ in hæc verba : *Incipit liber Esdræ prophetæ secundus;* cui post duo priora capita jungitur tertius Esdræ, exceptâ historiâ trium corporis custodum Darii ; tum quartus Esdræ resumitur, hoc titulo : *Liber Ezræ quartus. Anno trigesimo ruinæ civitatis, eram in Babylone ego Salathiel, qui et Ezra ;* ac deinceps ad finem usque. In alterum incidi, notatum 1775, in quo Esdræ quartus à capite tertio exorditur.

D. Faber, Ludovici XIII præceptor, quartum librum Esdræ magnoperè ab impressis discrepantem invenerat, cujus variantia ad cardinalem Baronium censuit transmittenda. In veteribus Bibliis Latinis impressis plerùmque tres libri Esdræ ordine adscribuntur ; ita ut primo Esdræ succedat liber Nehemiæ, ac deinde tertius, vel, ut nonnulla ferunt exemplaria, secundus Esdræ. Is ordo mansit usque ad Biblia Sixti V, ex quo tempore tertius et quartus extra ordinem canonicorum amandati sunt.

Apud Hebræos duo priores Esdræ, vel, si mavis, primus Esdræ et liber Nehemiæ unicum librum constituunt. Paria Græci servant : in eo tamen dissident quòd primus Esdræ in exemplaribus Græcis, et in pluribus Latinorum is est, qui apud nos tertius appellatur. Eum ordinem Patres sequuntur, quemadmodùm satis intelligimus ex Origene in fine Homiliæ nonæ in Josue, Pseudo-Athanasio in Synopsi, ex S. Augustino (2), et S. Cypriano (1), qui duo postremi problema trium præfectorum Darii tanquàm à vero Esdrâ descriptum laudant. Laudat et S. Athanasius, seu auctor Synopsis, de quo nihil est quod miremur, cùm recepta satis apud Græcos opinio, et probatissima illorum ac vetustissima exemplaria idem problema in primo libro legant. Legebat et Josephus historicus Antiq. c. 11, c. 3, omnibus iis Patribus vetustior : quare constitutum habeamus oportet, ante versionem S. Hieronymi tertium librum Esdræ in universâ Ecclesiâ canonicum reputatum fuisse, cùm ante id tempus vel exemplaria Græca, in quibus primus locus huic libro datur, vel saltem Latina versio ex Græcâ, in usu essent. Cùm verò Patres et concilia priorum seculorum (2) geminos libros Esdræ in Canone recensent, id intelligamus oportet de primo Esdræ et libro Nehemiæ in unum eumdemque librum continuatis, et tertio Esdræ, quem ipsi primum constituebant.

Solemne est etiam PP. Græcis (3) et Latinis (4), ut quem nos tertium Esdræ dicimus, contra hæreticos, et in asserendis fidei dogmatibus constantissimè laudent. Denique cùm hic liber nihil fermè contineat, præterquàm historiam in primo libro narratam, paucis mutatis, adjectâ solùm narratione problematis à tribus corporis custodibus Dario propositi, 3 Esdr. 3, 4, 5, arduum planè videtur ad apocrypha prorsùs rejici debere opus, quod certè totius Ecclesiæ Græcæ consensu probatum est. Ad hæc, nihil habet fidei et bonis moribus absonum ; et historiam problematis suffragio suo tanquàm veram assertamque recipiunt Patres, et vetustissimi plures, recentioresque scriptores ecclesiastici. Hæc omnia Genebrardo persuaserunt, ut pro auctoritate ejus libri certaret, in Chronico ad annum 3730, pag. 95, 96. Hebræi quidem è cœtu *protocanonicorum* hunc librum arcent; tamen inter *deuterocanonicos* summo assensu recipiunt. Hæc in libri favorem congeri potuerunt.

(1) Manuscrip. Monasterii S. Michael. in Lotharing. Item duo alia S. Germani à Pratis.

(2) August. lib. 18 de Civit. Dei, c. 36 : *Nisi fortè Esdras in eo Christum prophetâsse intelligendus est, quòd inter juvenes quosdam ortâ quæstione quid ampliùs valeret in rebus, cùm regem unus dixisset, alter vinum, tertius mulieres, idem tamen tertius veritatem super omnia demonstravit esse victricem.*

(1) Epist. 74 ad Pompeian. : *Apud Esdram veritas vincit.*

(2) Conc. Carth. 3, c. 47 ; Canon. Apostol. can. 85 ; Laodicen. can. ult. ; D. August. de Doct. Christ. l. 2, c. 8; Innoc. I; Ep. 3, art. 7.

(3) Athanas., Orat. 3 contra Arianos, Justin. Martyr. Dialog. cum Tryphon. pag. 207, et alii passim.

(4) August. lib. 18 de Civit. c. 36. Cyprian. ad Pompeian.

Verùm Ecclesiæ Latinæ auctoritas opus rejecit, apocryphum pronuntians: quod satis esse censendum est, ut de ejus auctoritate quæstio institui neutiquàm possit. An Græcorum opinione moribusque tanquàm lege ducamur, præsertim repugnante concilii Florentini sanctione, quà unis libro Esdræ et libro Nehemiæ auctoritas asseritur? Veterum Patrum plerique, qui librum tanquàm canonicum laudaverunt, ignorare poterant; et facilè etiam ignorârunt, illum magnoperè ab Hebræo textu discrepare; quod si novissent, multò cautiores fuissent, ne opus reciperent, toties professi, nullum à se probari librum, quem canonis Hebraici auctoritas respueret.

His rebus instructissimus S. Hieronymus, de hoc libro pronuntiat, Epist. ad Domnion. et Rogatian. « Nec apocryphorum tertii et « quarti Esdræ somniis delectetur. Quæ non « habentur apud illos (Hebræos), nec de viginti quatuor senibus, sunt procul abjicienda. « Si quis autem septuaginta opposuerit Inter« pretes, exemplarium varietas ipsa esse lace« rata et inversa demonstrat. Neque potest « utique verum asseri, quod diversum (in« constans sibi) est. » Agnoscit ergo S. Hieronymus, tertium hunc librum à Græcis probari; ipse tamen tanquàm à textûs Hebraici fide aberrantem penitùs rejiciendum censet. Licet autem alia suspicionis causa non esset, invidiæ in illum creandæ satis haberetur problema regi Dario propositum. Totam hanc historiam, ad arbitrium conflctam, plura veritati historiæ Esdræ repugnantia continere, infra demonstrabimus.

Quod ad auctorem tertii Esdræ spectat, vetustissimum esse, quamvis ignotum, ex eo constat, quòd Josephus, et vetera Græca exemplaria historiam problematis in eo libro relatam legant. Judæum Hellenistam credimus, qui fabellis pluribus adjectis, et Zorobabelis gloriam augere, et lectorem rerum varietate delectare voluerit. Noluerim ergo virum doli mali in iis quæ addenda de suo censuit, accusare; potuit enim fieri, ut constanti apud suos narratione acceptam, libro Esdræ, ratus se nonnisi verum scribere, fabellam hanc adjunxerit. Sed narrationibus hisce popularibus veritas non semper est comes, quæ interdùm veris rerum eventibus plurium fabularum accessione auctoritatem minuunt. Ita in re præsenti contigisse reputandum est: mendacium ultrò se prodit, quemadmodùm infra demonstrabimus; et in eo sanè auctor damnandus, quòd corruptis pluribus veri Esdræ locis fabellam suam asseruerit, ne quis unquàm fraudem subodoraretur.

Continet ergo liber descriptionem solemnis Paschatis sub Josiâ celebrati, 3 Esd. c. 1. Additur deinde Josiæ obitus, cæterorumque deinceps regum, usque ad eversionem Hierosolymæ, historia. Hæc omnia è duobus postremis capitibus Paralipomenon derivata sunt. Secundum caput narrat historiam solutæ, Cyro auctore, captivitatis Judaicæ, vasorumque sacrorum restitutionem; tum quàm multis conatibus hostes Judæorum templi ædificationem oppugnârint. Addit Judæorum ad Artaxerxem, et Artaxerxis ad Judæos epistolas (1). In tertio capite, Darius regio convivio excipit aulæ suæ optimates, Mediæ pariter et Persidis magistratus, additis præfectis 127 ditionis suæ provinciarum. Cùm verò rex largiori cibo recreatus in somnum resolutus dormiret, tres corporis custodes, qui excubias agebant, proposito problemate, constituto etiam victori præmio, quale à rege traderetur, se invicem provocârunt. Qui enim, inquiebant, ingenio vicerit, ille purpurâ vestietur, aureo poculo potabit, aureo lecto cubabit, deductusque in curru magnifico, equis auro phaleratis, aureo pariter torque, et *Cydari*, capitis integumento nonnisi honestissimis concesso, ornabitur. Locus etiam illi erit sub Dario, et regis necessarius appellabitur. Eà igitur spe deliniti, suum singuli problema scriptum, annuloque obsignatum sub regis pulvinari deposuerunt. Prior tuebatur, vinum esse omnium fortissimum; alter regem; tertius feminas, veritatem tamen omnibus præstare affirmabat. Experrectus demùm rex singulorum scripta tenuit.

Convocatis igitur omnibus aulæ optimatibus, et provinciarum præfectis, in eo cœtu lectum est singulorum problema, tum jussi stare singuli, quid pro suâ quisque sententiâ afferrent, auditi. Primus pro vino disserens, ejus vim super mortalium mentes ostendit: vinum miseriarum sensum hebetat, hilaritatem, alacritatem, animi robur, liberalitatem conciliat, nec rarò furorem incendit. Alter proximè succedens, potentiam regis, mari æque et terris imperantis, verbis extulit, cujus nutu tremerent gentes, cujus armis cacu-

(1) Secundum caput usque ad v. 14, idem est ac primum caput primi Esdræ, et à v. 14 usque ad exitum convenit cum quarto primi Esdræ v. 9, etc.

men suum montes demitterent, elatæ turres et mœnia deprimerentur, omnia cædibus, sanguine et terrore replerentur; isque vicissim indulget, confirmat, tuetur. Subjectæ illi gentes laborum suorum tributa certatim afferunt, hostes verentur, orbis universus in obsequium inclinatur.

Tertius successit Zorobabel, qui feminarum potestatem pluribus commendavit: illis enim, inquit, subjecti sunt vulgares æquè ac reges; illis pusilli æquè ac summi viri originem suam ferunt accepto; ac tandem quicumque vineam colunt, vinumque bibunt, ablatis feminis esse non potuissent. Unde vestes, et pretiosa quæque ornamenta? An non mares, relictis patre, amicis, patriâ, feminæ adhærent? Mulierum beneficio feroces animi mitescunt; effrenes quique ad officium redeunt. Reges ipsi, quamvis cæteris dare jura noverint, quandoque à feminâ, quam depereunt, se superbè tractari ferunt patienter. Vidi ego Apemen filiam Bezacis, quæ dexteræ regis assidens, ex ejus capite detractum diadema suo imposuit, regemque ipsum lævâ manu blandè percussit.

Verùm, ait ille, quamvis femina potens sit, multò tamen mulierum blanditiis validior est veritas, cui gentes omnes parere, quam invocare singuli noverunt; cœlum veritatem commendat, terra timet, et colit. Vinum, rex, et mulieres possunt quandoque ad scelera et licentiam excurrere: incorrupta semper æternùmque manens veritas; neque enim fugaci virtute pollet, nec vicissitudinibus obnoxia est. Nunquàm illi uni magis quàm alteri favet injustè, semper in judiciis rectam æquitatis lancem servans. Ex eâ vis, decor, omnium seculorum potentia. *Benedictus sit Dominus veritatis.* Excepta est summo auditorum plausu hominis oratio, clamantibus cunctis: *Magna est veritas.*

Tum rex causæ victoriam disserenti pro veritate adjudicavit; eumque non iis modò, quæ sibi certantes spoponderant, præmiis cumulatum voluit, sed et quæcumque posceret, omnia se daturum pollicitus est. Tum Zorobabel in genua provolutus rogavit, ut Darius meminisset voti, quo se olim, antequàm regnum caperet, obstrinxerat, restituendi scilicet templi, ab Idumæis (cùm urbs à Chaldæis expugnaretur) incendio vastati; uti et remittendi vasa sacra, à Cyro, Babylone capta, ut Hierosolymam referrentur destinata; id autem adjecit se cujusvis præmii loco habiturum. Supplicem complexus Darius, postulata concessit, præfectis provinciarum Transeuphrateis jussis, ne grave quid in Judæos tentarent, sed quietam regionis suæ possessionem immunemque relinquerent; quin et Idumæos, urbes, quas olim occupaverant, vacuas illis remittere cogerent; curarent insuper, ut necessaria è Libano materia Hierosolymam veheretur, quæcumque ad victum et vestes sacras Levitarum et ministrorum templi requirerentur, sufficerent, donec urbs et templum absolverentur. Adjecit insuper, ut viginti talenta è regio censu quotannis ob instaurationem templi promovendam penderentur, et alia decem ad sumptus jugis sacrificii, matutini scilicet et vespertini. Præterea esse voluit Judæis privilegium perpetuæ libertatis, tum et urbis metropoleos restituendæ. His privilegiis auctus Zorobabel, Hierosolymam veniens, nihil antiquius habuit, quàm ut de omnibus regios provinciarum præfectos faceret certiores; secum reducens duos et quadraginta millia, trecentos et quadraginta Judæos, additâ innumerâ servorum multitudine. Hæc epitome capitum 3, 4, 5, tertii Esdræ, simulque eorum, quæ pariter in toto libro majoris momenti occurrunt, eorum denique, in quibus potissimùm à primo libro Esdræ hic tertius discrepat.

De universâ hâc trium corporis regii custodum historiâ hanc sententiam ferimus. Primò plurimùm abhorret ab historiâ genuinâ Esdræ, in libris Hebræorum, et in exemplaribus canonicis relatâ. Si Darius Judæos unà cum Zorobabele Hierosolymam remittens, regias pro illis litteras ad præfectos Transeuphrateos dedisset, nunquàm illi interrogatum venissent Judæos, quâ potestate restituendum templum susciperent. Nota illis fuissent regia edicta, quibus pariter impensas in idem opus sufficere cogebantur. Cur etiam novam hanc facultatem non produxit Zorobabel, 1 Esd. 5, 13, potiùs quàm veterem à Cyro datam? 2° Ponit scriptor, Zorobabelem neque reducem, neque reducum gentilium suorum, cùm primò à Cyro facta est redeundi facultas, ducem fuisse. Ecquem illum? Salmanasarum, Judææ præfectum, 3 Esd. 2, 15. Omninò præter veritatem, 1 Esd. 1. 3° Altaris consecrationem, 3 Esd. 5, 48, etc., ac restitutorum sacrificiorum epocham post Zorobabelis reditum secundo Darii anno rejicit; cùm genuinus Esdras hæc omnia post septem menses, sub ipso Cyri regno, ante intermissam templi ædificationem jussu Artaxerxis, facta commemorat.

4° Silet epistolas à præfectis Transeuphrateis ad Darium datas, quibus permotus rex quæri in archivis edicti Cyri pro Judæis exemplar jussit, eoque invento, intermissum opus resumi permisit, 1 Esd. 5, 6; 6. 1, etc. 5° Duo insuper auctor, fide suâ tantùm asserta narrat: primum Zorobabelem inter corporis regii custodes Babylone versatum eo tempore, quo certè Hierosolymis erat, 1 Esd. 5, 2: alterum nihilò meliori fide assertum, Darium ante initum regnum voti religione interpositâ promisisse, templum Hierosolymitanum à se restitutum iri. Id si cum veritate constat, cur exenti pluteos jussit, ut certior fieret de permissâ à Cyro ejus rei facultate? 6° Darii beneficio concessam Judæis asserit ab oneribus omnibus immunitatem, cùm tributis oppressos Hebræos ex Nehemiâ noverimus, 2 Esdr. 5, 4; 9, 17. 7° Nehemiam et Athersatham tanquàm duos viros distinguit, cùm Athersatha non viri, sed officii, pincernæ scilicet, quo Nehemias apud Artaxerxem fungebatur, nomen sit. 8° Putidum est mendacium, sibique repugnat, quod ab auctore asseritur de Zorobabele Darium rogante, ut Hierosolymam remittat sacra vasa quæ olim Cyrus mittenda paraverat (1), quasi Cyrus nihil remisisset; cùm planè oppositum apud Esdram et ipsum etiam hujus libri auctorem legatur. Idumæos invidiâ incensi templi, quâ certè liberandi videntur, onerat. 9° Omnem chronologiæ rerumque gestarum ordinem turbat, volens singula in historiâ Esdræ narrata colligere. Ad calcem postremi capitis rejicit historiam nonnisi sub Nehemiâ, cujus tantùm in libro legitur, consignandam. 10° Præsidium mille equitum Judæis à Dario assignatum narrat, quibus tutum illis iter Hierosolymam pararetur; quasi scilicet quinquaginta circiter hominum millibus aliquid timendum fuisset. 11° Universæ tandem historiæ suæ fabulæ suspicionem creat, cùm tres illos viros munera sibi destinâsse refert, quasi necessitatem regi impposituros, ut problematis victorem constituto ab illis præmio remuneraretur. Quodnam illud? summum planè, et immodicum: quid enim aliud sperare potuisset supremus exercitûs imperator, post adjectas regno provincias, et confectam gloriosam aliquam expeditionem? Quæ deinde vera in libro referuntur, vel saltem quidquid verum et argumenti connexione constans est, totidem penè verbis à primo Esdræ derivatur, ut proinde illud recitare opus non sit. Persuasum igitur habemus, auctorem ejus libri Judæum aliquem Hellenistam esse habendum, qui historiæ problematis fidem conciliaturus, opportunum censuit, ut veri Esdræ narrationem suæ annecteret. Cùm verò majus esset quàm pro ejus viribus opus, in aperta mendacia identidem labitur, quod in causâ fuit, cur jure meritoque ab Ecclesiâ rejiceretur, textûs Hebræi, cujus apud Hebræos usus, et veterum exemplarium Græcorum fidem secutâ, in quibus nihil ejusmodi legitur. (Calmet.)

(1) 3 Esdr. 4, 44: *Omnia vasa remittere, quæ separavit Cyrus, quando mactavit Babyloniam, et voluit ea remittere.* Vide et v. 57.

IN QUARTUM LIBRUM ESDRÆ

Dissertatio.

De quarto Esdræ non eadem sedet omnibus sententia. Ecclesia ejus verba in ecclesiasticis officiis usurpans, probare videtur. Introitum feriæ tertiæ Pentecostes ex hoc libro. 2, 36, 37, derivavit: *Accipite jucunditatem gloriæ vestræ.... Commendatum donum accipite, et jucundamini, gratias agentes ei qui vos ad cœlestia regna vocavit.* Et in officio paschali Martyrum: *Lux perpetua lucebit vobis per æternitatem temporis,* 4 Esd. 2, 35. Et: *Hi sunt qui mortalem tunicam deposuerunt... modò coronantur, et accipiunt palmas,* 4 Esdr. 2, 45. S. Barnabas hæc verba tanquàm auctoris sacri laudat: *Et quando hæc consummabuntur? et dicit Dominus: Cùm lignum inclinatum fuerit, et resurrexerit, et cùm de ligno sanguis stillaverit*(1). Eò spectare pariter S. Joannes Apoc. 6, 9, visus est: *Vidi subtùs altare animas interfectorum propter verbum Dei... et clamabant voce magnâ, dicentes: Usquequò, Domine, sanctus et*

(1) Quod legitur in 4 Esdr. 5, 4. Item citatur ab auctore Comment. in Marc. inter opera S. Hieronym. et in tract. cui titulus est: *Testimonia de adventu Domini in carne,* inter opera Greg. Nysseni.

verus, non judicas, et non vindicas sanguinem nostrum? Confer hæc Apostoli verba cum 4 Esdræ 4, 35 : *Nonne de his interrogaverunt animæ justorum in promptuariis suis dicentes : Usquequò spero sic? Et quando veniet fructus areæ mercedis nostræ?* Facilius tamen crediderim, non Esdram ab Apostolo, sed Apostolum à Pseudo-Esdrâ spectatum fuisse.

Veteres PP. Græci et Latini, non sine elogio auctoris divino Spiritu afflati, idem opus laudârunt. S. Ambrosius de Bono Mortis cap. 10, n. 45, sententiam ex eo, tanquàm è libris Esdræ derivatam, idcircò se laudare profitetur, ut intelligant profani, quæcumque habent in libris suis probata, nostris libris debere. Et infra cap. 11, n. 51, ait, Apostolum non Platonis, sed Esdræ divino Spiritu afflati dogmata esse secutum ; quo beneficio, inquit, Esdras multò superior philosophis omnibus habendus est. Paria scribit pluribus in locis (1); at in Epist. 38 ad Horontianum lectionem ejus libri suadet, ut anima præstantioris esse, quàm corpus, naturæ intelligatur. Ubique Esdram non sine sacri auctoris elogio commemorat.

Tertullianus idem opus, sed nomine et elogio suppresso, tanquàm sacram Scripturam laudat. Tertull. de Præscript. initio hæc citat : *Oculi Domini, alti*, ex 4 Esdr. 8, 20, et contra Marcion. lib. 4, illud : *Loquere in aures audientium*, ex 4 Esdr. 15, 1. Differt quidem nonnihil Vulgata, sed sententiam tenet S. Clemens Alexandrinus, Strom. lib. 1, Danielis vaticinium exponens, Esdræ testimonio utitur, quod tamen frustra in Esdrâ quæras. En autem ad litteram : *In Esdrâ scriptum est : Et sic fuit Christus, dux Judæorum, cùm impletæ essent septem hebdomades in Jerusalem, et in sexaginta duabus hebdomadis quievit universa Judæa, et fuit absque bellis, et Dominus noster Christus sanctus sanctorum cùm venisset, et visionem implêsset, et Prophetam, in carne unctus est Patris sui Spiritu.* Eumdem etiam scriptorem unà cum Jeremiâ, tanquàm auctoritate pares, alibi laudat. Strom. lib. 4, ex 4 Esdr. 5, 35. Pseudo-Athanasius in Synopsi canonicos libros recensens, hunc præterit ; illud tantummodò, post laudatos duos alios Esdræ libros, addens, memoriæ proditum esse, Esdram servâsse simulque in publicum protulisse libros sacræ Scripturæ : quod tamen non ex suâ, sed ex vulgi sententiâ, è nullo alicujus momenti libro expressâ, retulisse videtur. Auctor operis imperfecti in Matthæum (1) hæc habet : *Dicit enim Propheta Esdras, omnium Sanctorum numerum esse quasi coronam.*

Ea tandem sententia, quæ olim S. Cypriano (2) aliisque placuit, de imminenti orbis exitu, è quarto Esdræ, tanquàm canonico, derivata fuisse videtur. Nec aliunde pariter accepta est eorum sententia, qui Esdram dictâsse iterùm, et restituisse sacras Scripturas affirmârunt (3) ; neque enim alibi unquàm, quàm in libris Esdræ paria leguntur. Genebrardus, qui opus illud vindicandum suscepit (4), auctor est, Pico Mirandulano servari manuscriptum Hebraicè inter duo et septuaginta de scientiâ rerum occultarum, quos idem Esdras dictâsse se profitetur. S. Hieronymus, tertio et quarto libris Esdræ certè infensus, ejus tamen auctoritatem penitùs rejecisse non videtur in libro adversùs Helvidium : *Sive Mosen volueris auctorem Pentateuchi, sive Esdram ejusdem instauratorem, non recuso.* His omninò rationibus hujus operis auctoritas fulcitur.

His omnibus unicum argumentum, sed peremptorium opponimus ; nimirùm Græcorum et Latinorum omnium suffragio è canone excludi. Rejicit auctor Synopsis, rejiciunt Patres, et concilia, in quorum catalogo nonnisi duo libri Esdræ commemorantur. Tandem Hieronymus stylo censorio duos postremos Esdræ configit in Præfatione ; Ep. ad Domnion. et Rogatian ; pariterque in opere adversùs Vigilantium hæc habet : *Tu Vigilans, dormis, et dormiens scribis, et proponis librum apocryphum, qui sub nomine Esdræ à te et à tuî similibus legitur* (5). Addit deinde, nunquàm se idem opus legisse : cur enim librum ab Ecclesiâ reprobatum legeret?

Nec parùm ejus damnationem comprobat alta hujus libri apud Græcos oblivio, apud quos nulla suppetunt ejusdem operis jamdiu à pluribus annis exemplaria ; quanquàm à veteribus Patribus Græcis laudabatur : Latinorum

(1) Ambros. de Spiritu S. lib. 2, orat. in obitu Satyri fratris cap. 7.

(1) Auctor operis imperfecti in Matth. Hom. 34, ut videtur ex 4 Esdr. 5, 42 ; vel fortè legendum, *Propheta Esaias*, ex Isai. 28 et 42, 3.

(2) Cyprian. ad Demetrian. circa initium : Vide, si placet, 4 Esdr. cap. 5.

(3) Vide nostr. Dissert. in idem. argumentum.

(4) Vide Geneb. in Chron. lib. 1, ad an. 5750 et 4 Esdr. cap. 14, 46.

(5) Laudaverat Vigilantius testimonium ex 4 Esdr. 7, 36, 44.

verò de illo neglectus ex eo potissimùm colligitur, quòd rarò in vetustis exemplaribus ac manuscriptis occurrat (1). Hæc omnia non obscuro planè argumento demonstrant plurium seculorum eâ de re sententiam ; si quos autem veteres Esdræ nomen in errorem adduxit, is tamen error brevì correctus est.

Non semel Genebrardus in ejus libri vindiciis fallitur. Primò errat, cùm apud Picum Hebraicum ejus libri exemplar servari tradit ; laudat enim Picus in Apolog. tantummodò quartum Esdræ, cujus auctoris Hebraicum exemplar septuaginta librorum de scientiâ occultâ, quos Esdras se dictâsse profitetur, habere se tradit. Secundò temerè duos et septuaginta libros numerat, ut congruant conficto ad arbitrium numero Patrum magnæ Synagogæ, quorum dogmata Esdram totidem libris complexum esse narrat. Inter hos libros quartum Esdræ recenset; quanquàm eâ de re nihil apud Picum, qui potiùs contrarium docet, laudans librum Esdræ veluti auctoritatem conciliaturus suis libris de scientiâ occultâ Hebræorum. Esto verò inter eos libros suus locus quarto Esdræ sit : an idcircò canonicus erit ac divinus? Quid de Cabbalâ et scientiâ occultâ Hebræorum sentiendum sit, quis ignorat?

Illud verò quàm maximè veritatis amatores impellet, ut hunc librum rejiciant, quòd erroribus scateat. Animas sanctorum in inferis detineri, donec numero justorum absoluto dies judicii succedat, post quem omnes animæ libertati restituendæ sint, impiissimè asserit 4 Esd. 4, 41, 42. Diem judicii coronæ sive annulo comparat, in quo neque caput, neque finis. Ita omnes simul animæ in felicitatem æternam recipientur; primæ juxta et postremæ omnes simul ingredientur, alterâ alteram ne gradu quidem præcedente ibid. c. 5, v. 22. Ridicula sanè est capitis sexti fabella de creatis sub ipsum mundi exordium duobus immanibus monstris, quorum alteri nomen Henoch, alteri Leviathan. Cùm autem ambo simul intra septimæ partis terræ spatium contineri non possent, Deus utroque segregato, Henochum in tractu terræ septies mille montibus aspero collocavit, Leviathanum verò in mari constituit, ubi servatur, esca in convivio electis demùm instruendis futurus. Hæc de Rabbinorum traditione derivata sunt. Sententiam hujus auctoris de proximè imminenti die judicii, uti et de transmigratione decem tribuum in regionem Arsareth, ac denique de restitutione sacrarum Scripturarum per Esdram, recitavimus, in dissertatione de Regione, quò decem tribus sese receperunt.

His omnibus accessionem errorum facit genealogia Esdræ in exordio operis deducta, quæ ab Aarone per 14 generationes ducitur : quâ in re neque cum tertio, nec cum primo satis convenit. Hæc inter utrumque librum discrepantia suspicionem nonnullis veterum induxit, utriusque auctorem nomine quidem eumdem, re tamen alium fuisse. Vetus manuscriptum Abbatiæ S. Germani, hujus quarti libri auctorem in exordio ejusdem libri, quod in impressis capite tertio legitur, Salathielem appellat : *Anno trigesimo* (scilicet anno mundi 3446) *ruinæ civitatis, eram in Babylone, ego Salathiel, qui et Esdras*, etc. Verùm ejusdem operis auctor ipse genuinum Esdram se venditat in fronte capitis primi, ubi genealogiam suam per Eleazarum filium Aaronis ducit.

Putido sanè mendacio asserit cap. 1, 11, Deum populi sui, nuper ex Ægypto egressi, rebus consulturum, duas provincias Tyri et Sidonis dissipâsse : *In Oriente provinciarum duarum populos Tyri et Sidonis dissipavi*; et paulò infra v. 22, 23 : *In deserto*, ait, *cùm essetis in flumine Amorrhæo sitientes, et blasphemantes nomen meum, non ignem vobis pro blasphemiis dedi, sed mittens lignum in aquam, dulce feci flumen.* Semel et iterùm meminit prodigii, cujus ne verbum quidem apud Moysem, nisi fortè planè diversa ab illo misceri maluerimus, nempe correctum saporem aquarum in Mara, paulò post egressum ex Ægypto, Exod. 15, 24, et alterum prodigium ad torrentem Arnon, in finibus Amorrhæorum, Num. 21, 16. In cap. 1, 39, duodecim Prophetas minores commemorat, quorum nonnulli, uti Aggæus, Zacharias et Malachias, nonnisi post exitum captivitatis munus suum exercuerunt, seriùs proinde quàm id temporis, quo suum vaticinandi exercitium statuendum esse docere videtur 4 Esd. 3, 4. In iis etiam Prophetis ordine recensendis Græcos sequitur diverso planè ordine ab eo quem in Hebraicis voluminibus habemus.

Iter suum nescio quod ad montem Orebum cap. 2, 33, innuit, quod sanè iter ineundum esse nec ratio ulla suadebat, nec successus aliquis posteritatis memoriæ commendari jubebat. Supremi judicii jam imminentis vicies meminit ; uti cùm ex duodecim partibus, in quas omnem seculorum seriem distinguit,

(1) Rarissimum est in antiquis manuscriptis. In editionibus ante Norimbergensem 1521 non legitur.

decem et dimidiam ætate suâ, et jam ante captivitatem elapsas scribit cap. 14, 11, 12, quo ex tempore accuratè rationes ducantur; quamcumque demùm tempora supputandi rationem ineamus, debuit seculorum exitus jam inde à pluribus seculis adesse. Si vaticinia venditat, vel præterita, vel ab aliis Prophetis jam prædicta pronuntiat. Ita aliis verbis, et sub allegoriâ aquilæ è mari volantis, Danielis vaticinium ingerit c. 11 et 12, 10, 11. Quam visionem suam in his verbis, quæ incautè tribuit Deo, claudit : *Aquilam, quam vidisti ascendentem de mari, hoc est regnum, quod visum est in visione Danieli fratri tuo.* Res erat planè non difficilis de rebus præteritis oracula fundere, et res anteà gestas sub vaticiniorum specie indoctis obtrudere. Aliud etiam viri commentum reputanda sunt ea quæ de arcâ Domini à Chaldæis captâ leguntur c. 10, 22 : *Arca Testamenti nostri direpta est;* cùm à communi Judæorum fato exemptam et in specu occultatam Jeremiæ Prophetæ cautione noverimus, 2 Mach. 2, 4.

Quod verò hujus auctoris singulare ingenium est, errorem ipse suum prodit æquè et cùm vera et cùm à veritate aliena commemorat. Adeò sine ambagibus de adventu Jesu Christi, ejusque obitu, et resurrectione loquitur, ut si vel ab Judæis vel à Paganis alicujus auctoritatis liber habeatur, actum de illis sit. Tam frequenter etiam sententiæ evangelicis similes recurrunt, ut alterutrum statuamus oportet, sive nimirùm libri auctorem ex Evangelio, sive ex illo Evangelium excerpsisse. Ita ait (1) : *Revelabitur Filius meus Jesus cum his qui cum eo sunt, et jucundabuntur qui relicti sunt in annis quadringentis. Et erit post annos hos, et morietur filius meus Christus, et omnes qui spiramentum habent homines. Et convertetur seculum in antiquum silentium diebus septem, sicut in prioribus judiciis, ita ut nemo derelinquatur. Et erit post dies septem, et excitabitur quod nondùm vigilat seculum, et morietur corruptum : et terra reddet quæ in eâ dormiunt, et pulvis qui in eo silentio habitant, et promptuaria reddent quæ eis commendatæ sunt animæ. Et revelabitur Altissimus super sedem judicii, et pertransibunt miseriæ, et longanimitas congregabitur. Judicium autem solum remanebit, veritas stabit, et fides convalescet..... Dies enim judicii erit finis temporis hujus, et initium temporis futuræ immortalitatis.* Et cap. 2, 34. *Expectate pastorem vestrum, requiem æternitatis dabit vobis : quoniam in proximo est ille, qui in fine seculi adveniet.* Et de Martyribus v. 46. *Et dixi Angelo : Quis est qui eis coronas imponit, et palmas in manus tradit? Et respondens dixit : Ipse est Filius Dei, quem in seculo confessi sunt.* De gentium vocatione c. 1, 14, et 2, 9, ita loquitur, ut omnis prophetiæ caligo abesse videatur. Paria de resurrectione mortuorum cap. 2, 31, et de peccato originis 7, 48, legas : *O tu, quid fecisti Adam? Si enim tu peccâsti, non est factus solius tuus casus, sed et noster, qui ex te advenimus.* Sæpè verba Evangelii apertissimè spectat, ut 2, 23 : *Dabo tibi primam sessionem in resurrectione meâ;* et v. 26 : *Servos, quos tibi dedi, nemo ex eis interiet.* Et de præcursoribus diei ultionis hæc legas cap. 5, 9 : *Amici semetipsos expugnabunt;* et 6, 24 : *Debellabunt amici amicos ut inimici.* Duplicis etiam viæ meminit; angustioris alterius, alterius latioris, c. 7, 18; duodecim arborum fructibus onustarum totidemque fontium fluentium lacte et melle, c. 2, 18, nempe duodecim Apostolorum.

Est igitur cur hujus scripti auctorem Christianum aliquem, facilè ex Judæo, reputemus; qui reducere ad fidem Israelitas Jesu Christo repugnantes aggressus, librum ementito Esdræ nomine, ut venerationem illi conciliaret, procudit. Ut enim à Judæo scriptum censeamus, persuadent plura, in idem opus ex traditionibus Rabbinicis derivata; ut de Paradiso terrestri ante mundum condito, c. 3, 6; de Angelo Domini cum Malachiâ miscendo, c. 1, 40, de Leviathano à Domino sub ipsum mundi exordium creato, cap. 6, 49, et alia sexcenta hujus saporis. Viri fides in Christum, et pro Judæorum conversione studium, ubique se prodit. Vide potissimùm cap. 8, 15, etc. Nihilominùs à probæ fidei Christiano alienum videtur, simplicitatem et æquitatem Evangelii pari fraude doloque corrumpere, ut iis artibus Judæi ad saniorem mentem revocentur. Piæ illæ fraudes, salubrem decepto errorem ferentes, esto interdùm permittantur; nunquàm tamen nisi per summam audaciam, et contra præscriptas Christiano regulas id committitur, ut confictis ad arbitrium verbis sanctus Spiritus loquens inducatur, et commentitia oracula venditentur.

Credimus etiam non inviti, vixisse scriptorem sævientibus adhuc primis adversùs Christianos persecutionibus, cùm de Martyribus, motisque in veræ fidei assertores odiis sermo-

(1) 4 Esdr. 7, 28, etc. Vide etiam, si lubet, 8, 18, 20, 61; 9, 2, 3; 13, 57; 14, 10, 11.

nem habeat cap. 2, 34, et c. 6, et alibi. Objectum sibi per visum hominem narrat c. 13, 1, è mari emergentem, qui turbato universi ordine, è quatuor cœli ventis adversarios in se provocabat. Cæcidit ille sibi invium et inaccessum montem, quò tutus ab adversariorum conatibus evasit; unde verò mons ille excisus prodierit, frustra quæsitum est. Subeuntes adversarios suos ille oris halitu dejecit. Tum hominum turbam pacis amantem ad se invitavit.... *Ipse est, quem conservat Altissimus, qui per semetipsum liberabit creaturam suam... Ecce dies veniunt, quando incipiet Altissimus liberare eos, qui super terram sunt; et alii alios cogitabunt debellare, civitas civitatem, et locus locum; et gens adversùs gentem, et regnum adversùs regnum. Ipse autem filius meus arguet, quæ adinvenerunt gentes.* Sermonem habet de bello et clade futurâ Judææ, multò quàm quæ sub Chaldæis contigit, tristiori cap. 5, 2. Tunc, ait : *De ligno stillabit sanguis, et lapis dabit vocem suam, et populi commovebuntur, et regnabit quem non sperant.* Quid hic auctor innuat, apertissimè intelligimus. Exstat hic locus, tanquàm à Prophetâ recitatus, in Epistolâ S. Barnabæ nomine inscriptâ, quanquàm sententia nonnihil à Vulgatâ discrepat : *Similiter iterùm de cruce definitur apud alium Prophetam, dicentem : Et quando consummabuntur? et dicit Dominus : Cùm lignum inclinatum fuerit, et resurrexerit, et cùm de ligno sanguis stillaverit.* Non inviti suspicamur, fieri potuisse, ut epistolæ auctor, uti et scriptor libri sub Esdræ nomine vulgati, ex uno eodemque fonte, scilicet vel ex libro apocrypho, vel ex aliquâ traditione oraculum derivârint. Si quis contendat, scriptorem epistolæ ad locum quarti Esdræ spectâsse, novum ille habebit argumentum adversùs epistolæ sinceritatem, tanquàm ementito Apostoli nomine procusæ; vel saltem ætas auctoris libri quarti Esdræ cum initio, vel dimidio secundi seculi componenda erit. Porrò hic auctor libri recentiùs, quàm sub exitum secundi seculi, nequaquàm constituendus est, utpote cujus opus legerint S. Irenæus, Tertullianus, S. Clemens Alexandrinus, et S. Cyprianus, tertii seculi scriptores. (CALMET.)

UTRUM ESDRAS SCRIPSERIT,

AN RESTAURAVERIT LIBROS SACROS,

Dissertatio.

Si quarti Esdræ asserta haberetur apud Ecclesiam auctoritas, nihil esset, cur honor restitutorum sacrorum Bibliorum Esdræ negaretur; apertior enim est ejus libri sententia, quàm ut per ambages aliò deflectatur. Accedit etiam consensus complurium Patrum et scriptorum ecclesiasticorum, quibus una sedit sententia, libros omnes veteris Testamenti ante captivitatem scriptos, cùm incendio sive ignoto alio casu periissent, ab Esdrâ, divino Spiritu afflato, iterùm scriptis mandatos fuisse. Cùm verò hujus sententiæ auctoris fides deplorata sit in Ecclesiâ, nihil est cur eorum, qui illum secuti sunt, suffragium alicujus momenti habeatur; quin etiam perniciosæ ex illâ consecutiones facilè deducendæ, in causâ fuerunt, cur nos, exemplum et auctoritatem præstantissimorum theologorum secuti, omnibus viribus refutandum commentum suscipiamus. Vide Bellarmin. de Verbo Dei l. 2, c. 1; Natal. Alex. tom. 2, in Vet. Test. Marian. Victor. in Epist. 8; Hieron., ad Paulin. Walton. Prolegomenon, etc.

Tres in eâ re sententiæ vulgò feruntur. Prima docet, Esdram sacros libros, qui captivitatis tempore prorsùs interciderant, iterùm scriptis mandâsse, ac deinde posteritati tradidisse. Altera illum à communi cæterorum fato sacrum exemplar servâsse, quod deinde, à se post captivitatem transcriptum, Hebræorum manibus commiserit. Tertia tandem, recensuisse illum, et restituisse veteres codices, quorum verba, pro viribus ita servârit, ut illis tamen non serviret; in unum etiam corpus omnia collegisse, cùm antea nullo inter se vincta fœdere jungerentur. Tres hæ sen-

tentiæ in eo conveniunt, Scripturas omnes divinas, sive unius, sive plurium opus habeantur, uni tamen esse sancti Spiritûs operationi tribuendas; ut proinde nihil in libris canonicis habeatur, cui divina et infallibilis auctoritas desit.

Auctor quarti Esdræ fons est et unicum momentum opinionis de abolitione sacrorum librorum, eorumque, Esdrâ auctore, reparatione. Narrat ille cap. 14, 19, se, cùm fortè coram Domino esset, vocem invitantis audisse, quâ docere fratres suos jubebatur. Respondit ille : *Ecce ego abibo, sicut præcepisti mihi, et corripiam præsentem populum. Qui autem iterùm nati fuerint, quis commonebit? Positum est ergo seculum in tenebris, et qui inhabitant in eo, sine lumine: quoniam lex tua incensa est, propter quod nemo scit, quæ à te facta sunt, vel quæ incipient opera. Si enim inveni in te gratiam, immitte in me Spiritum sanctum, et scribam omne quod factum est in seculo ab initio, quæ erant in lege tuâ scripta, ut possint homines invenire semitam, et qui voluerint vivere in novissimis, vivant. Et respondit ad me, et dixit : Vadens, congrega populum, et dices ad eos, ut non quærant te diebus quadraginta. Tu autem præpara tibi buxos multos, et accipe tecum Saream, Dabriam, Salemiam, Echanum, et Asiel, quinque hos qui parati sunt ad scribendum velociter. Et venias hùc, et ego accendam in corde tuo lucernam intellectûs, quæ non extinguetur quoadusque finiantur quæ incipies scribere. Et tunc perfectis quædam palam facies, quædam sapientibus absconsè trades : in crastinum enim hàc horâ incipies scribere.*

In frequenti ergo populi concione Esdras populo omnia exposuit, imperavitque, ne toto quadraginta dierum spatio quispiam ad se accedere auderet. Vocatis deinde viris in eam rem designatis, mane alterius diei vocem audivit imperantis, ut aperto ore oblatum poculum hauriret. Ille ore statim diducto, aqueum liquorem, colore tamen igneo bibit : quo hausto, nimio veluti intelligentiæ æstu illius pectus exundabat, sapientiâ mens redundabat, spiritum nunquàm memoria destituit, apertumque loquendo os nunquàm quievit. Eodem intelligentiæ spiritu quinque illi viri ab Altissimo donati fuêre, qui dictantis verba ita excipiebant, ut ne obscuris quidem rebus scripta referendis deessent. Cibum ad noctem differebant, cùm interim Esdras diu noctuque loqui nunquàm desineret. Ita spatio quadraginta dierum quatuor et ducenti libri scripto exarati sunt. *Et cùm complevissent quadraginta dies, locutus est Altissimus dicens : Priora quæ scripsisti, in palam pone, et legant digni et indigni. Novissimos autem septuaginta conservabis, ut tradas eos sapientibus de populo tuo. In his est enim vena intellectûs, et sapientiæ fons, et scientiæ flumen.*

An centum priores libri veteris Testamenti scripta, septuaginta verò reliqui libros novi Testamenti designent, ignoro. Illud constat, Patres et auctores ecclesiasticos sententiam inde suam de adornatis iterùm ab Esdrâ sacris libris hausisse. Sententiam illorum, qui Esdræ et senioribus ejus ætatis Psalmorum collectionem tribuunt, cùm quisque ea, quæ memoriâ tenebat, in medium conferret, apud Origenem legas in Hexaplis D. Bern. Montfaucon. S. Clemens Alexandrinus Strom. l. 1, intercidisse prorsùs sacros libros in captivitate Babylonicâ putat, quos deinde Esdras Spiritu Dei afflatus restituerit. S. Basilius Magnus epist. ad Chilonem ostendi adhuc agrum in Judæâ narrat, in quem Esdras recudendis sacris Scripturis in omnium gentium utilitatem secessit. Leontius, libro de sectis, act. 2, S. Isidorus, Origin. l. 6, c. 7, et recentiorum auctorum plurimi (1) fidem huic visioni habuerunt, cujus unicum momentum est opinio de absumptis incendio sacris libris injuriâ Chaldæorum, vel saltem incuriâ Hebræorum sive in excidio Hierosolymæ, sive in captivitate Babylonicâ amissis : cujus opinionis levitatem infra arguemus. Optatus Milevitanus censet Antiochum Epiphanem sacros libros igne abolevisse, quos tamen Esdras memoriâ suggerente omnes reparaverit : « Ut per unum hominem Esdram « tota lex, sicut antea fuerat, ad apicem di- « ctaretur, » Optat. l. 7. Sed crasso planè errore Esdras cum Antiochi Epiphanis ætate componitur; facilè autem illum fefellit secundus Machabæorum liber 8, 23, ubi *Esdras* pro *Eleazaro* legitur. Vel, si mavis, Esdram sub Machabæis florentem cum altero Esdrâ in captivitate Babylonicâ agente miscuit.

S. Basilius, cæterique Patres afflatum Esdram S. Spiritu, ut reparandis sacris libris par esset, post solutam captivitatem, et reditum in Palæstinam statuunt. Sed ex ipso auctoris textu planum est, vel saltem credulis lectoribus insinuatur, opus ab eo susceptum in agro Babylonico, triginta annis ante exitum

(1) Raban. Maurus, Lyran. Genebr. Sixt. Senens. lib. 1, et Joan. de Ragusio, orat. habit. in Concil. Constant.

captivitatis. Vide 4 Esdr. 1, 44, etc., et 12, 40, etc., et 14, 1; simulque ex lectione veri Esdræ intelligimus, cùm is in Judæam venit, Dei legem in manibus habuisse. Ita enim ad illum Artaxerxes 1 Esdr. 7, 14 : *Missus es ut visites Judæam et Jerusalem in lege Dei tui, quæ est in manu tuâ.*

Reliqui verò Patres, hinc textûs evidentiâ, et auctoritate quarti Esdræ, quem librum suscipiunt et observant, permoti; inde veriti, ne ex priore sententiâ suspicionis aliquid perniciosæ creetur; persuasi denique, sacros libros nunquàm penitùs intercidisse, mediam sententiam elegerunt, rati, Esdram sacros libros reparâsse simul et vulgâsse, non quidem iterùm procusos, sed recensitos, purgatosque mendis, quæ sive amanuensium incuriâ, sive longâ seculorum oblivione irrepserant; denique illos è naufragio servâsse, collectisque pretiosis reliquiis nova exemplaria exscripsisse, vetera pluribus in locis pristino nitori, adjectis etiam, si quæ opus erant, explicationibus, restituisse. S. Irenæus l. 3, c. 25, post institutum de Septuaginta Interpretibus, quos S. Spiritu afflatos credit, sermonem, ut huic historiæ fidem conciliet, ait, sacris Scripturis in captivitate fœdè corruptis, post elapsos servitutis annos, Esdram divino Spiritu afflatum, à Deo sub Artaxerxe excitatum, « præteritorum Prophetarum omnes rememorâsse « sermones, et restituisse populo eam legem, « quæ data esset per Moysem. » Hunc Irenæi locum integrum retulit Eusebius : sed major videtur textûs Græci originalis quàm Latini S. Irenæi vis; exprimit enim, Esdram iterùm veteres Prophetas ordine composuisse, et libros Moysis restituisse. Quare eorum unus haberi potest, qui primam opinionem de refectis ex integro sacris libris ab Esdrâ tuentur; cùmque corruptionem Scripturarum appellat, non textûs aliquam depravationem intelligit, sed integrum illius excidium, quasi prorsùs interierit. Idem Eusebius Præfat. in Psalm. et Comment. in Psalm. 72, non semel eâ se persuasione teneri innuit, Judæos sub regibus impiis incredibili Sacrarum Scripturarum oblivione adeò illas neglexisse, ut nulla apud ipsos legis Mosaicæ exemplaria, uti et avitæ pietatis monumenta, superfuerint. Et in Chronico ad annum 4740, ait : « Fuit Esdras eruditissimus « legis divinæ, et clarus omnium Judæorum « magister, qui de captivitate regressi fuerant « in Judæam; affirmaturque divinas Scriptu« ras memoriter (et sine ope librorum) condi« disse; et ut Samaritanis non miscerent, lit« teras Judaicas commutâsse. »

An in eamdem sententiam consensisse credendi sint Tertullianus et S. Hieronymus, ambigo; ille enim l. 1, de cultu femin. cap. 3 : « Omne, ait, instrumentum Judaicæ litte« raturæ per Esdram constat restauratum; » alter verò advers. Helvid. : « Sive Mosem vo« lueris auctorem Pentateuchi, sive Esdram « ejusdem instauratorem, non recuso. » Apertior est S. Chrysostomus pro sententiâ de reparatis tantummodò sacris libris, et exstantibus adhuc exemplaribus in unum corpus, cùm antea separati vagarentur, digestis. « Ingruit « bellum, ait ille, hom. 8. in Epist. ad Hebr. « omnes sustulerunt, consciderunt : exustæ « fuerunt tabulæ : alium rursùm virum inspi« ravit admirabilem, ut eas ederet, Esdram, « inquam, et ex reliquiis ab eo componi fe« cit. »

Parciùs etiam de Esdrâ Theodoretus, scribens solummodò illum Dei gratiâ plenum sacros libros, corruptos incuriâ Judæorum et malitiâ Babyloniorum, recensuisse, ac Dei Spiritu afflatum sacrarum Scripturarum memoriam renovâsse. Præfat. in Ps. Sed Præfat. in Cant. Canticor. in eorum sententiam discedit, qui intercidisse sacras Scripturas premente captivitate contendunt. Ait enim : « Cùm libri sacri penitùs intercidissent, quà « scelere Manassis, incendio exemplariorum « partem corrumpentis, quà captivitatis infor« tunio; post aliquot annos evolutos, restituto « jam è captivitate populo, divinus Esdras « sancto Spiritu afflatus omnes instauravit; « hanc nobis planè necessariam operam præ« stans, ut ejus dono haberemus non Moysem « tantummodò, sed et Josue, Judices, historiam « Regum, librum Job, Psalmosque, sexdecim « Prophetas, Proverbia, Ecclesiastem, et Can« tica Canticorum. Si ergo, addit ille, Esdras « nullâ exemplariorum ope, sed solâ sancti « Spiritûs gratiâ adjutus potuit omnium mor« talium commodis libros istos scripturæ man« dare; quâ vos audaciâ negatis, hunc li« brum Cantici Canticorum spiritualem non « esse? » etc. Hic sanè remotis ambagibus loquitur : quare et ipse cum cæteris, S. Basilio, S. Clemente Alexandrino, in sententiam de instauratis ex integro sacris libris concessisse putandus est; non enim potuit luculentioribus verbis mentem suam aperire, ut quæ alibi obscurè protulerat, ex his debeant lucem accipere. Itaque unus ex omnibus Patribus S.

Chrysostomus in eâ fuisse sententiâ videtur, quæ dispersos antea sacros libros, exstantes tamen, recensitos, et in unum corpus redactos, repurgatosque ab Esdrâ existimavit.

Hæc tamen sententia, arctioribus licet finibus adstricta, nobis adhuc minùs arridet; vix enim persuaderi nobis potest, sacros libros veteris Testamenti omnes incendio corruptos fuisse, atque è reliquiis quibusdam Esdram totum deinde sacrorum Bibliorum corpus instauravisse. Ex his enim necessariâ consecutione colligitur, sacros, qui nunc exstant, libros rudera quædam esse et reliquias veterum, qui interciderunt; vel si integros habemus, id nos Esdræ reparatori, et ea quæ deerant supplenti, debere. Quis in animum inducet, ante ejus viri adventum in Judæam, Zorobabelem, summumque sacerdotem Josue codicibus legis, collectione Psalmorum, annalibus gentis suæ, et scriptis Prophetarum, saltem præcipuis, caruisse? Cur gentem universam tantæ incuriæ desidiæque accusemus? Non deerant profectò in captivitate homines et studio legis addicti, et in eo scientiæ genere excultissimi, qui nihil habebant antiquius, quàm ut ejus codices tuerentur. Quo credunt, Ezechielem, Danielem, Mardochæum, Estherem, Tobiam, aliosque illustres captivos id committere potuisse, ut legem sacrosque gentis libros manibus profanorum derelinquerent? Ubi unquàm legimus, Chaldæos, bello sacris Scripturis indicto, codices illorum igni et exitio tradidisse? Quâ olim curâ Jeremias et sacerdotes tenebantur, ut ignem sacrum et arcam cum altari thymiamatum et candelabro aureo in latebris servarent 2 Mach. 1, 19 et 2, 4; eàdemne sacras Scripturas tueri neglexissent, Scripturas, inquam, et suî pretio, et hominum æstimatione illis rebus omnibus præstantiores? Tandem quò spectat elogium, in sacrâ Scripturâ et regis pagani testimonio Esdræ collatum (1), *Scribæ* nempe *velocis, et in sermonibus Domini eruditi,* si vel nullum legis tunc temporis monumentum, vel nonnisi rudera quædam, et residuæ ex igne reliquiæ supererant?

Qui verò aiunt, servatos tantummodò ab Esdrâ sacros libros, digestos sanctèque custoditos, quo tempore populus malorum captivitatis curâ occupatus, cætera omnia negligebat, illi plurimùm ab auctoritate quarti Esdræ, abolitos omnes penitùs sacros libros testantis, recedunt. Pseudo-Athanasius hanc sententiam, ex alio tamen, uti quidem innuere videtur, acceptam, præfert (1). Idem auctor eodem loco, uti et S. Hilarius in præfatione in Psalmos, honorem collectorum Psalmorum in unum corpus, quale hodienùm exstat, Esdræ vindicat : nihil tamen uterque addit, quo ita conditos ab illo Psalmos indicent, uti auctor libri quarti Esdræ testatur.

Sunt tamen huic opinioni, non secùs ac præcedentibus, sua incommoda. Ponit enim, omnes sacrorum librorum codices, excepto codice Esdræ, penitùs periisse, quod veritati repugnare infra demonstrabimus. Ad hæc, persuasum habent assertores, libros sacros jam omnes scriptos fuisse ante captivitatem, atque ita digestos, quemadmodùm nunc leguntur; quod repugnat iis quæ antea probavimus in Prolegomenis ad Josue, Judices, Reges, Paralipomena, optimisque critices regulis, quarum ope plurima in iis libris deprehendimus nonnisi post captivitatem adjecta.

Aliter est igitur eâ de re nobis philosophandum. Primò nullum haberi certum assertumque rationis momentum, quo sive recusos, sive collectos, sive instauratos sacros libros ad Esdrâ doceamur : omnia enim ex quarto Esdræ discimus, nullius fidei scriptore, ac testimonio Hebræorum, qui conditum ab Esdrâ canonem librorum sacrorum opinantur; simulque eorum numerum definiisse assensu totius cœtûs, quem ipsi *magnam Synagogam* appellant : quâ quidem in re neque auctores nostri inter se, neque Judæi secum ipsi conveniunt. Vide Geneb. in Chronic. Serar. Valton. Simon. Hist. Critic. veteris Testamenti. Neque Patres, hanc opinionem secuti, aliam possunt illi auctoritatem asserere, quàm quæ à primo auctore, unde cæteri hauserunt, derivatur. Quare nulla major habenda est illis, quàm quæ Pseudo-Esdræ fides : his verò submotis, recentiorum auctorum testimonium ultrò corruit.

II. Si quis post captivitatem libros sacros

(1) 1 Esd. 7, 6 : *Ipse scriba velox in lege Moysi,* et v. 2 : *Esdræ sacerdoti, scribæ erudito in sermonibus et præceptis Domini;* et v. 12 : *Scribæ legis Dei doctissimo.*

(1) Auctor Synops. inter opera Athanasii : « Narratur et hoc de Esdrâ, quòd cùm libri « per incuriam populi ac diuturnam captivita- « tem periissent, ipse illos, cùm vir esset ho- « nesti studiosus, industrius, et lector, apud « se omnes custodiverit, et tandem protulerit, « omnibusque tradiderit, atque ita servave- « rit. »

in unum corpus collegerit, id potiùs Nehemiæ, quàm cæteris omnibus, tribuendum est; quippe quem bibliothecam collegisse (1) legimus. Paria de Judâ Machabæo, nuspiam verò de Esdrâ legas. III. Nehemiæ studium æmulatus Judas Machabæus, libros et monumenta omnia gentis suæ sedulò conquisivit. IV. Ex ipsis sacris libris quales hodie exstant, argumenta adversùs contrarias sententias colligimus, primam scilicet, quæ sacros libros ita in captivitate periisse asserit, ut ab Esdrâ instaurari debuerint; et alteram, quæ restitutas docet Scripturas è reliquiis ab Esdrâ collectis; ac denique tertiam, quæ in communi exemplarium clade unicum ab Esdrâ servatum, ac deinde cæteris ab eo communicatum vulgatumque contendit. V. Inter S. Scripturæ libros alii nunquàm ex Judæorum manibus recesserunt toto eo spatio, quod à Moyse ad nostram usque ætatem fluxit, alii verò, quanquàm seriùs, ante captivitatem tamen et deinceps innotuerunt; nonnulli demùm, post captivitatem scripti, auctorem habent incertum; facilè tamen ab Esdrâ, ope veterum monumentorum, adornati.

Horum, quæ huc usque proposuimus, quædam in Prolegomenis ad singulos Scripturæ libros adductis argumentis jam demonstravimus. Pentateuchus ab ipsâ ætate Moysis nunquàm apud Judæos cessavit. Post Josue, Judices, et Reges, præstò semper fuerunt annales, sive rerum ejus gentis memorabilium commentarii. Ex Davide auctore major Psalmorum pars accepta est, quæ deinde perpetuâ successione ad nos usque devenit. Salomonis ætate, cùm librorum copia plus nimiò crevisset, malum illud sapientissimus princeps deplorabat. Eccl. 11, 12. Ipse tamen plurimos exaravit, è quibus aliquos adhuc tenemus. Prophetarum scripta quis ignoravit unquàm, cùm vel ipsa editorum oraculorum ætas et tempus noscerentur? Scripta vix exemplaria, summo populi studio rapta, exscribebantur. Omnis ætas tulit ex Judæis viros scientiâ et religione amplissimos, quibus nec pietas deerat, nec studium servandæ historiæ, legum, hymnorum, et canticorum, quorum erat in templo usus; etiam propheticarum lucubrationum, quæ res gestas, vices, et historiam gentis complectebantur. Superest ut hæc omnia fusiùs expendamus.

Scitum est, Moysem tum leges dictâsse, tum pariter historiam veterum Patriarcharum, rerumque à se in privatâ vitâ, et in reipublicæ administratione gestarum. Ambigitur nunc, utrùm libri, nomen Moysis præ se ferentes, genuinum illius opus habendi sint. Auctor apocryphus, sub Esdræ nomine latens, periisse genuinas Moysis lucubrationes, earumque loco alteras ab Esdrâ substitutas ait. Alii servata quidem Moysis scripta, sed contracta, interpolata et refecta censent. Utramque opinionem nos evertimus, id ostendentes, Hebræos semper ad manus habuisse Pentateuchum, quod nunquàm Moysi non adscripsêre, nec unquàm fieri potuisse, ut idem opus, quod ad libri substantiam spectat, sive interciderit, sive corruptum fuerit. Hæc autem ut probemus, duo ponimus, omnium confessione certissima: 1° Moysem leges et historiam scripsisse, 2° Jesu Christi ætate easdem fuisse leges et historiam, quæ hodiè Moysis nomine inscripta superest. Reliquum est igitur, ut totâ temporis intercapedine, inter Jesum Christum et Moysem, unquàm eos libros sive corruptos, sive abolitos, sive iterùm procusos fuisse demonstremus. Nihil tamen moror levia quædam, quæ sive longioris temporis injuriâ, sive amanuensium oscitatione, sive tandem privatorum audaciâ in textum irrepserunt. Id enim vitii libris Mosaicis, quemadmodùm et cæteris omnibus, quorum est remotissima antiquitas, commune est.

Universa Hebræorum historia, religio, et politia libris potissimùm Mosaicis nititur. Perire igitur sive corrumpi ejusmodi libri non potuêre, dùm politia, religio, historia gentis steterunt. Hæ verò nunquàm à Moyse ad Jesum Christum usque desierunt. Ratum igitur habeamus opus est nunquàm eâ temporis intercapedine incommodum aliquod Mosaicos libros sensisse. Prima hujus argumenti propositio rata est et inconcussa; omnis enim historiæ et genealogiarum apud Hebræos ratio, amoto Moyse, ignoraretur. Universa illorum respublica, tum et religio ad legum Mosaicarum normam dirigebantur. Quî verò integra Judæorum natio, florentissima, legumque et privilegiorum suorum tenacissima, studiosissima rerum suarum usque ad superstitionem, id committere potuit, ut leges suæ, tanti porrò ad politiam momenti, interciderent?

Fac autem, sacerdotes et Levitæ, quorum

(1) 2 Mach. 2, 13, 14: *Construens bibliothecam, congregavit de Regibus libros et Prophetarum et David, et epistolas Regum, et de donariis*, epistolas scilicet Cyri, Darii, et Artaxerxis, qui templo dona obtulerant.

dignitas et census omnes ex eo libro pendebant, illum tamen neglexerint : an proinde judices, magistratus, principes, privatique omnes, qui et nôsse ipsi, et filios suos docere legem debebant, qui verba legis in liminibus domorum sculpere, qui brachio et fronti alligatam tenere, qui denique regna, urbes, provincias, familiam, ac se ipsos tandem ad normam ejusdem legis moderari jubebantur, perire illam passi fuissent? Debuissent profectò suî ipsorum, patriæ, religionis oblivisci priùs quàm eò desidiæ pervenirent. Debuisset universus Israel terga simul Domino vertere, atque in extremum furorem, stultitiam, et impietatem ruere.

Totam quidem Israelitici regni seriem intervalla quædam obscura et tenebrosa interceperunt; reges impii numinum cultu vitiati, sacerdotes corrupti, populus effrenis, atque in Dominum seditiosus : nunquàm tamen diu vitium, nec ubique obtinuit. Deus enim nunquàm non sive principes, sive sacerdotes, sive prophetas studiosos piosque submisit, qui afflictis religionis rebus succurrerent, vitium evellerent seseque veluti aggeres firmissimos impietati et corruptioni opponerent. Populus, quanquàm legum divinarum contemptor, in vitia et licentiam præceps, legibus tamen nonnullis parebat animo adeò obfirmato, ut dimoveri nullâ ratione posset. Neque enim deserere Deum penitùs volebat, sed ejus obsequiis pro arbitrio servire : et in ipsâ licentiâ, cultuque superstitioso, si quis sive Moysi sive ejus gloriæ detrahere quidquam, vel minimam aliquam litterulam è textu legis abradere, ipsamve legem aliquâ de re arguere ausus fuisset, extremum vitæ periculum in suum caput ab universo populo excitâsset. Id enim naturâ apud plerosque mortales comparatum est, ut superstitionem in impietate retineant, studiumque profiteantur ejus religionis, quam moribus deturpant et ad insaniam usque legum in custodiam ferantur, quas moribus tamen destituunt. Hæc Hebræorum imago.

Nihil antiquiùs habet Moyses, quàm ut studium et meditationem legis commendet. Ejus exemplum rex apud se habeat, Deut. 17, 18; singulis septenniis in festo Tabernaculorum lex coram populo legatur, ibid. 31, 10; legis autographum in religiosissimo loco Tabernaculi, in Sanctuario scilicet, servetur, ibid. v. 26; ne quid vel minimum addatur detrahaturve, Deut. 4, 2. Sacerdotibus nihil in iis libris ignotum esse debebat, tum ut ministerii sui cæremonias callerent, exhiberent ordinem genealogiæ suæ, juraque sacerdotii sui nôssent; tùm ut jus populo dicerent, utpote quibus juris dicundi provincia à Moyse commendata fuisset. Privati verò Israelitæ, ne feminis quidem exceptis, eos libros nôsse debebant, cùm plura servare juberentur quorum aliqua ignorare sine capitis dispendio non licebat. Patresfamiliâs ita docere filios suos tenebantur, ut simul ipsi omnia scirent, cùm Moysis lex vel minimos regionis suæ mores Judæis indigitaret.

Vix Josue populi regimen cepit, hæc illi Dominus imperavit, Jos. 1, 8 : *Non recedat volumen legis hujus ab ore tuo, sed meditaberis in eo diebus ac noctibus.* Idem verò Chanaanitidem divisit, ac expeditionem in Chananæos juxta Moysis præscriptum suscepit. Frequenter Moysis, ejusque facinorum et legum meminit; nec silet divisionem ab eo factam regionis transjordanicæ, pulsis regibus Amorrhæorum Jos. 1, 13. Si altaria erigit in monte Hebal, et Garizim, Jos. 8, 31; Deut. 18, 5, jussionibus Moysis paret; si urbes sacerdotibus et Calebo destinat, legislatori obsequitur Jos. 15, 13; nihil denique omisisse eorum quæ à Moyse statuta fuerant, maxima viri hujus in sacrâ Scripturâ laus est, Jos. 11, 12... 15. Paulò ante mortem populum his verbis hortatur, Jos. 23, 6 : *Estote solliciti, ut custodiatis cuncta quæ scripta sunt in volumine legis Moysi.* In postremo tandem operis capite (1) totam historiam revocat à Thare patre Abraham usque ad Moysem et Aaronem, in quâ strictim persequitur gesta omnia Moysis, quæque deinceps Deo auctore ipse Josue pro populo præstiterat. Legitur ibidem historia renovati inter Deum et populum fœderis, quod populus, datâ fide nunquàm à lege et præceptis Mosaicis recedendi, veluti obsignaverat. Hæc autem omnia in volumine legis Domini scripta fuêre. Erat igitur sub Josue lex Moysis, omnibus æquè Israelitis exploratissima, cujus præscripto dirigebantur. Ipsi tandem Chananæi pro Moyse testantur ; fatentur enim Deum Moysi servo suo Chanaanitidem promisisse. Jos. 9, 24.

Sub judicibus frequens mentio occurrit de exitu ab Ægypto, de legibus Domini, pœnâque in refractarios incussâ. Deus adversariorum manibus Israelitas permisit Jud. 3, 4, *ut in*

(1) Josue 24, 2 et 26 : *Scripsit omnia verba hæc in volumine legis Domini.*

ipsis experiretur Israel, utrùm audiret mandata Domini, quæ præceperat patribus eorum per manum Moysi. Jephte fusè prosequitur res gestas à Moyse cum Ammonitis, Moabitis, et Idumæis, cùm Israelitas in Chanaanitidem duceret; quo argumento jus Israelitarum validissimè firmat ejus regionis possidendæ, quam æquissimo jure Judæos occupâsse, hostes ipsi Mosaicorum operum lectione nôsse poterant Jud. 11, 12. Quantùm etiam diù post valerent leges nedùm in sacris, verùm etiam in politicis, illustri testimonio apud Ruth 4, 7, et Deuter. 15, 7, intelligimus. Contrarium ex historiâ summi sacerdotis Heli 1 Reg. 2, 22, colligitur, cujus filii divinas leges susdeque miscuerant; et ex Dei animadversione et querelis populi adversùs illos satis demonstratur, quo studio Israelitæ per id temporis legem servarent. Samuel 1 Reg. 7, 3, ad normam legum Mosaicarum jura populo dabat, eâ integritatis et prudentiæ famâ, ut impunè exprobrârit populo ingrati animi vitium, non modò adversùs præstita à se beneficia, sed ea pariter, quæ Dominus contulerat, cujus ope ex Ægypto educti in Chanaanitidis possessionem devenerant. Denique sub judicibus et regibus 1 Reg. 12, 6, etc., passim in memoriam Israelitarum vel secessus ab Ægypto, vel prodigia à Moyse patrata, vel ejus leges revocantur. Ad harum normam reformata est politia. Harum sive contemptum, sive omissionem Deus severâ animadversione punivit. Erant igitur apud universum latè populum assertæ leges, et exploratæ.

Nihil antiquius habuit David, quàm ut divinas illas jussiones sanctissimè servans, custodiendas pariter religiosè filio suo Salomoni paulò ante mortem commendaret: *Ut custodias cæremonias ejus, et præcepta ejus, et judicia, et testimonia, sicut scriptum est in lege Moysi.* Salomon in Proverbiis (1) frequenter legis mentionem, addito etiam elogio, inducit; ejus lectionem, studium simul et exercitium commendat; tum in suâ ad Deum post dedicationem Templi prece amplissimis verbis prædicat liberatam à Deo fidem omnem promissionum, quibus Moyses sese populo obstrinxerat 3 Reg. 8, 52. Mentio etiam sub eo rege occurrit tabernaculi à Moyse in deserto erecti, 1 Paral. 21, 29, et 2 Paral. 1, 3, nihilque in arcâ servari traditur, quàm tabulas legis Mosaicæ 3 Reg. 8, 9, et 2, Paral. 5, 10. Templum denique, sacra vasa, et sacri ministerii ordo testimonium pro lege ferunt apertis animis.

Cùm Joas rex inauguratus est, *imposuerunt ei diadema et testimonium, dederuntque in manu ejus tenendam legem,* 2 Paral. 23, 11. Amasias filius Joas neci dedit sicarios patris sui, filiis verò pepercit, 4 Reg. 14, 6, et 2 Par. 25, 4, *juxta quod scriptum est in libro legis Moysi: Non morientur patres pro filiis, neque filii morientur pro patribus.* Tandem Ezechias dejici jussit anguem æneum, olim à Moyse in deserto erectum; quippe qui Israelitis offendiculum et cultûs superstitiosi occasio fuisset, 4 Reg. 18, 4, Num. 21.

Quæ de autographo legis sub Josiâ reperto feruntur 4 Reg. 22, 8, 2. Par. 34, 14, omnibus exploratissima esse arbitror. Josias legum Mosaicarum tenacissimus fuisse celebratur, 4 Reg. 23, 25, et cùm reformandam religionem atque politiam suscepit, solam legum Mosaicarum normam sibi proposuit. Vide 2 Paral. 23, 18; 24, 6; 30, 16; 31, 2, 3; 35, 6, 12. Josaphat disciplinam in provinciam reducere aggressus, misit optimates, sacerdotes et Levitas per omnes urbes Juda et Benjamini, *habentes librum legis Domini,* ut consona legi Mosaicæ docerent atque statuerent, 2 Paral. 17, 9.

Cùm Jeremias fratres suos in captivitatem mox ducendos convenisset, librum legis secum deferendum servandumque iis tradidit, 2 Mach. 2, 2. Non desunt inter eruditos (1) qui credant, datum esse Cuthæis legis Mosaicæ exemplum ante captivitatem; constat enim adhuc apud illos servari legem, antiquis Hebræorum characteribus descriptam, quorum erat usus ante captivitatem: certè illud ab Judæis accepisse vix credimus, cùm infestissimi ejus gentis adversarii habeantur. Versabantur igitur libri legis in manibus principum et populi sub regibus Juda usque ad captivitatem; ex quo sanè intelligimus, nunquàm ad id usque temporis fieri potuisse, ut ejus exempla corrumperentur sive abolerentur.

Quanquàm major erat in regno Israelis quàm Judâ licentia, non ita tamen reputandum est, legem prorsùs apud eas gentes interiisse. Florebant enim apud illos magno numero prophetæ, ejus studio et observantiæ penitùs addicti. Elias, Eliseus, eorumque discipuli, frequentes illi oppido, 4 Reg. 14, 38, nihil antiquius habebant, quàm ut in Prophetarum cœtu libros sacros incorruptos serva-

(1) Proverb. 1, 8, et 3, 1, 21, et 4, 2, et 6, 20, et 28, 4, 7, 9, etc.

(1) Vide ad 4 Reg. 17, 27 et seq.

rent. Osee, Ahias, Jonas, Amos, aliique plures in eodem regno versabantur; et cùm rerum poliretur Achab, corruptissimus princeps, quo tempore alta erat, si unquàm aliàs, legis oblivio, plures tamen Israelitarum myriades integram incorruptamque religionem suam et Domino fidem servaverant, 3 Reg. 19, 18. Cœtus religiosi habebantur apud Prophetas singulis sabbatis et Neomeniis, 4 Reg. 4, 22, 23, in quibus lectioni et expositioni legis Domini populus vacabat. Joram successor Ochoziæ et Joas Joachazi nullâ certè eximiâ virtute coruscabant : Dominum tamen verebantur, prophetas observabant, neque sub eo Domini memoria penitùs obsoleverat. Sub Jeroboamo II, publicus legis cultus in quibusdam rebus obtinebat. Sacrificia in editis locis offerebantur, et religiosæ peregrinationes instituebantur ad loca visionibus Domini, sive n orà Patriarcharum religiosa; primitiarum et decimarum tributum ratum sanctumque habebatur, festa et sabbata servabantur, canticisque Domini loca sacra insonabant. Ergone putabimus probos illos Israelitas, viros prophetiâ amplissimos, Eliam, Eliseum, Osee, Amos, Ahiam, Jonam, Tobiam, Mardochæum, Giezi, conjuges hospites Elisei, aliosque plurimos librorum sacrorum ope ita destitutos, ut ne illos quidem nôssent? Nihil moror Annales regum Israelitarum, quos velut incorrupta certissimæ fidei monumenta in regno decem tribuum servatos esse constat, quique frequenter in Regibus et Paralipomenis laudantur. Tandem sacerdotem sive Levitam ab Assaradone ad docendos Cuthæos vel Samaritanos missum, legis codicem, quem nostrâ etiam ætate servant, illis tradidisse scimus. Erant igitur apud Israelitas captivos, apud quos hic sacerdos tenebatur, legis Domini exempla.

Frequens in Psalmis mentio legum et historiæ Judæorum : hinc illustri satis documento intelligimus, ipsâ Davidis cæterorumque, qui divina illa cantica scripserunt, ætate, leges et historias Hebræorum exploratissimas in republicâ Judaicâ fuisse. Idem non uno in loco innuunt libri Prophetarum. Vide, v. g., Isai. 63, 10, etc. Jerem. 15, 1. Mich. 6, 4 : nunquàm illi non arguunt Israelitarum in legem pervicacium crimina, populosque ab iis legibus aberrantes ad viam revocant; hortantur, ut ad Deum tandem conversi pristina consilia suscipiant : exempla veterum patrum objiciunt. Prophetarum verò oracula nec obscura erant nec incognita, cùm pro concione palam in templis et in cœtibus religiosis præ foribus palatii et urbis, sive in foro loquerentur. Porrò vaticinia sua scribebant prophetæ, adjectis temporum adscriptionibus; eadem omnium manibus terebantur; nonnulla etiam in annales gentis relata, servabantur : nec in annalibus modò, sed privati illorum exempla apud se habere studebant; quemadmodùm olim apud profanos summâ curâ colligebantur oracula de majoris momenti rebus, quæ vel ad politicum urbium statum, vel ad provincias, regna, clarissimasque familias spectabant. Post tantam libros Prophetarum servandi curam, interciderene unquàm illi potuêre? Porrò Judæi in ipsâ captivitate, ne talia negligerent, multò impensiori curâ cavere debuerunt, cùm de libris ageretur, in quibus uti oracula de imminentibus genti malis et captivitate descripta fuerant, ita etiam de futurâ mox præstituto tempore felicitate apertissimis vaticiniis monebantur.

Juvant etiam nostrum argumentum Proverbia Salomonis, et genealogiæ in Paralipomenis insertæ; sed argumenta huc usque ex historiis deducta satis propositum evincere arbitror.

Historias Josue, Judicum, Regum mansisse incorruptâ fide usque ad captivitatem, nullo negotio demonstratur. Nihil enim in omnibus historicis monumentis frequentius, quàm statuta olim tribuum distributio; nunquàm non urbes suæ tribui, cui olim addictæ fuerant, assignantur: quæ si fortè in alias tribus transierint, id sedulò in iisdem libris exprimitur; ita Siceleg, urbs olim Simeonis, deinde munere Achis regis Geth in sortem Davidis, adeòque et regum Juda transivit, 1 Reg. 27, 6. Pristina Israelitarum historia non raro breviter colligitur : Samuel totam fermè illius seriem complectitur, 1 Reg. 13, 11. David Abimelechum filium Gedeonis in exemplum adducit, 2 Reg. 11, 21. Judic. 9, 53. Revocantur etiam in memoriam maledicta ab Josue in eos pronuntiata, qui restituendæ Jerichuntis consilium inituri fuissent; quæ omnia in caput Hielis è Bethel recidisse narrantur, 3 Reg. 16, 34. Psalmi totam prorsùs historiam Judæorum complectuntur. Vide Pss. 6, 21, et 98, 6; 102, 104, 105, et 82, et 77, 1. Paralipomena, quæ ex veteribus coævisque monumentis expressa esse, ne dubitamus quidem, brevibus verbis plura veterum historiarum gesta commemorant. Quare constantissimè as-

serendum est universam Judæorum historiam perpetuâ connexam serie sibi optimè constare, eique scribendæ operam navâsse viros coævos, et fide spectatos; mansisse verò incorruptam, saltem in commentariis ac publicis annalibus, ad eam usque ætatem, quâ libri, ad nos usque derivati, à sacris auctoribus exarati sunt. Cùm igitur libri Regum et Paralipomenon post captivitatem primò litteris mandati fuerint, quemadmodùm nos in Prolegomenis ad singulos eos libros demonstravimus; ineluctabili planè argumento constat, annales incorruptos et autographos ejus gentis usque post captivitatem inviolatos mansisse. Illos autem annales consulebat, eosdemque modò laudabat, modò exscribebat, modò consulendos lectoribus indicabat auctor, cùm eas lucubrationes daret.

Post demonstratam integram assertamque librorum sacrorum apud Judæos, à Moyse usque ad captivitatem Babylonicam, possessionem, levi certè negotio eamdem à captivitate usque ad Jesum Christum deducemus. Superiùs jam animadvertimus, ne verbo quidem in sacrâ Scripturâ innui, reges impios, sive qui apud Judæos, sive qui apud hostes ejusdem gentis regnârunt, bellum non minùs genti quàm sacris libris indixisse. Jeremias, uti supra innuimus, Judæis, mox Babylonem in captivitatem traducendis, volumen legis tradidit. Exemplum sanè aliquod ejusdem legis sibi suisque retinuisse censendus est. Sacerdotes et Levitæ nunquàm iis libris caruêre, quippe qui singulis sese consulentibus paratos se exhibere tenerentur (1). Servata etiam ab illis fuêre cantica, et musica instrumenta, in usum templi olim destinata; Babylone enim versantes Judæi rogabantur, Psal. 136, 3: *Hymnum cantate nobis de canticis Sion. Quomodò cantabimus canticum Domini in terrâ alienâ?* Ultrò fatetur Daniel 9, 11, 13, omnia, quæ in impios pronuntiantur à lege Moysis mala, in caput Judæorum cecidisse. Baruch captivos Babyloniæ alloquens, Moysis legem et libros, historiamque universam populi Dei breviter colligit, Baruch. 1, 19, 20, et 2, 1, 11, 28, 29. Daniel oracula Jeremiæ legens, penitiores illorum sensus scrutabatur, Daniel, 9, 2. Cyro indicatum fuisse Isaiæ vaticinium, quo idem ipso nomine designabatur, Josephus, Antiqu. l. 1, c. 1, est auctor. Cùm judicialis potestas, apud Judæos Babylone versantes maneret, Daniel, 13, 5, destitutos illos legibus Mosaicis, ad quarum normam omnis eorum politia dirigebatur, quis credat? Quis sibi persuadeat fieri potuisse, ut Mardochæus, Esther, Tobias, Ezechiel iis libris et gentis suæ historiâ carerent? Profectò apud Danielem legimus, Susannam legum Mosaicarum præcepta edoctam fuisse, latamque in ejus accusatores ex præscripto ejusdem legis sententiam, quippe qui ex Moysis sanctione pœnâ talionis damnati sunt. Deut. 19, 18.

Unde verò componenti libros Regum et Paralipomenon suppetebant ea, quæ in ordinem redigeret, vetera monumenta, si nulla in captivitate supererant? In epistolâ Artaxerxis testimonium ferri de Esdrâ, viro assiduè legem Dei sui versante, superiùs animadvertimus, 1 Esd. 7, 14, 25. Cavet insuper idem rex, ut dicto ejusdem legis morigeros se præbeant et judices juxta legis statuta eligantur; ac tandem ipse de se Esdras testatur, cùm Babylone versaretur, parâsse cor suum, *ut investigaret legem Domini, et faceret, et doceret in Israel præceptum et judicium.* Inde gloriosum viro cognomen *Scribæ velocis*, seu legem Dei sui callentis. Cùm verò ille Hierosolymam repeteret, una secum exempla legis attulit; et post reditum Nehemiæ, *dixerunt Esdræ scribæ, ut afferret librum legis Moysi, quam præceperat Dominus Israeli. Attulit ergo Esdras legem coram multitudine*, etc. Malachias, omnium Prophetarum ordine temporum novissimus, quippe qui post captivitatem scribebat, populum hortatur: *Mementote legis Moysi, servi mei, quam mandavi ei in Horeb. Malach.* 4, 4.

Nehemias, ut superiùs animadvertimus, bibliothecam Hierosolymæ instruxit, in quâ nihil desiderabatur omnium, quæ ad reges, Prophetas, et David pertinebant, 2 Mach. 2, 13. Circa annum mundi 3872, Joseph filius Ozielis ex Hebræo in Græcum transtulit avi sui Jesu filii Sirach librum, *Ecclesiastici* nomine inscriptum, in quo legis, Prophetarum, et historiæ Judaicæ summa colligitur. In eo libro, constitutis optimis quàmpluribus morum regulis, historicum elogium complurium præstantissimorum veteris Testamenti heroum instituitur. Character ibi et epitome exhibetur gestorum Henochi, Noemi, Abrahami, Moysis, Aaronis, Phineis, Josuæ, Calebi, Samuelis, Nathani, Davidis, Salomonis, Eliæ, Elisei, Ezechiæ, Isaiæ, Josiæ, Jeremiæ, Ezechielis, duodecim minorum Prophetarum,

(1) Malach. 2, 7: *Labia sacerdotis custodient scientiam, et legem requirent ex ore ejus.*

Zorobabelis, Jesu filii Josedeci, Nehemiæ, Henochi, Sethi, Semi, Simonis filii Oniæ summi sacerdotis, ac tandem Jesu filii Sirach, auctoris ejusdem libri, et ævi illius, qui operis versionem aggressus est. Judas Machabæus bibliothecam instruxit, in quâ libros omnes collegit, qui post belli cladem supererant, 2 Mach. 2, 14.

Antiocho demùm Epiphane Judæos vexante id factum est, quod alias nunquàm acciderat, ut bello sacris Scripturis indicto, exempla omnia igne absumenda, dilaceranda, 1 Math. c. 1 et 2, sive imaginibus deorum appictis violanda, sedulò inquirerentur. Cùm autem Machabæi in Maspha cœtum indixissent, ibi coram Domino libros sacros à militum furore subductos aperuerunt; datisque ad Lacedæmones litteris, nihil se tot malis afflictos solatii nisi in lectione sacrorum librorum capere posse significârunt, 1 Mach. 12, 9. Habebant igitur Machabæi divinarum Scripturarum collectionem.

Versio Græca Septuaginta adornata anno mundi 3727, sive illa omnes æquè sacros Judæorum libros contineret, uti veterum plerique censuêre, Justin. Cohort. ad gent.; Iren. l. 3, Tertul., Apolog., cap. 18; Clem. Alex., Strom. lib. 1; Cyrill. Catech. 4, etc. sive tantùm quinque libros Moysis, quæ aliis sedit opinio; Joseph. Procem. Antiq. et lib. 12, cap. 2, cont. Apion.; Hieron. Quæst. Hebr. in Gen. Talmudici (nihil ego in eâ re affirmo) illustri satis documento libros Hebræorum jam ante Jesu Christi ætatem Græcis innotuisse demonstrat. Constat autem inter omnes, eâ jam ætate certum fuisse illorum librorum numerum, et quem appellant *Canonem Scripturarum*, exactum absolutumque fuisse.

Hâc perpetuâ traditionum et auctoritatum serie docemur, à Moyse ad usque Jesu Christi ætatem semper apud Judæos librorum sacrorum depositum mansisse, ut qui illorum auctorem Esdram invehunt, pugnantia illi planè et falsa constituant. Nunquàm enim apud Hebræos Scriptura desiit, neque ut fœdiùs corrumperetur, sive prorsùs supprimeretur, fieri unquàm potuit. Si scripti à Moyse libri ad captivitatem usque manserunt, quid alios procudi jubebat? Si integrum opus manebat, cur in epitomen, quod criticis nonnullis visum est, redigendum erat? Profectò qui operis alicujus epitomen adornat, ille repetitiones omnes, quæ tamen apud Moysem frequentes sunt, evitat; semper enim ad ulteriora stylum urget, nullumque parergon miscet. Planè si Mosaicum opus breviare auctor voluisset, poterant Mosaicæ omnes repugnationes impunè omitti. Si quis verò operi manum admovere, sive correcturus, sive sententiam inversurus, sive denique quidquam subducturus adjecturusque, ausus fuisset, ille certè populi universi furorem in caput suum provocâsset. Debuisset ille omnia apud se exempla servare, vel tantâ pollere auctoritate, quantâ opus fuisset, ut castigationes suas approbaret, recipiendasque curaret omnibus per universum latè orbem dispersis Judæis, exempla servantibus, per Ægyptum scilicet, Babyloniam, Persidem, Mediam, Syriam, Cappadociam, insulas, Palæstinam, cùm Esdræ ætate Judæorum gens omnia ea loca frequentaret.

(Calmet.)

AN ESDRAS VETERIBUS CHARACTERIBUS HEBRAICIS CHALDÆOS SUBSTITUERIT,

Dissertatio.

Quæstio de origine et vetustate characterum, quibus Judæi nostræ ætatis utuntur, viros doctissimos in partes jam inde à pluribus annis, nondùm etiam finitâ lite, distraxit. Nec magis inter doctores Hebræos eâ de re convenit, quàm inter eruditissimos Christianos utriusque communionis scriptores; adhuc enim inter Protestantes, uti et inter Catholicos, sub judice lis est; et arduum problema, diù multùmque exagitatum, in medio relinquitur. Quæ cùm ita sint, audaci prorsùs consilio sententiam in eâ re nostram, tan-

quàm litem diremptari, ferendam suscipimus, quasi post doctissimas tot amplissimorum virorum lucubrationes, qui argumentum planè excussère, addendum aliquid de nostro habeamus. Id ergo potissimùm nobis impræsentiarum statuendum est, ut alterum critices argumentum, huic veluti succedens, in examen revocemus. Agitandum est igitur nobis, utrùm Esdras eam characterum Hebraicorum, quam contigisse aiunt, mutationem primus invexerit. Quæstionem sanè inutilem iis scriptoribus, qui eamdem scribendi rationem semper apud Judæos obtinuisse contendunt, gravissimam verò contrariæ opinionis assertoribus, qui recentes Judæorum characteres primùm invectos credunt post abolitos veteres Phœnicios, qui apud Judæos ante captivitatem obtinebant, et modò etiam apud Samaritanos Palæstinæ vulgari usu feruntur. In hoc autem quæstionis statu id à nobis præstandum esse, ut in ipso quæstionis limine utriusque sententiæ momenta afferamus, facilè lectores intelligent.

Si præjudiciis res ageretur, potior sanè habenda esset illorum causa, qui nunquàm apud Judæos mutatam scribendi rationm defendunt. Superba enim gens, ac præter modum superstitiosa nihil nisi sua facit: neque tot seculorum cursus, quo inter cæteras gentes dispersa vagatur, neque persecutionum, bellorum, publicarumque ac privatarum calamitatum vices evincere potuère, ut aliis, præter quàm suis, moribus uteretur. Manet apud illos acceptum à patribus sacrorum librorum depositum, eà planè formà quà ab illis traditum est; et cùm alias librorum formas usus induxerit, cùm ars typographica tædium exscribendi libros eliminaverit, comparata etiam tam promptâ multiplicandi exempla facilitate; cùm insuper punctorum beneficium, quo clarissimi etiam Judæorum doctores usi sunt, et lectionis difficultatem minuerit, et sententiarum vagam cæteroqui significationem magis definierit; nihilò tamen seciùs sacrorum librorum membranæ, manu descriptæ, et uno quidem latere tantùm ac sine punctis vocalibus, in synagogis Judæorum, longo volumine circumvolutæ servantur; impurum rati exemplum sive alienorum manibus descriptum, sive typis excusum, ineptumque, quod in synagogâ servetur. Gens igitur adeò præjudiciis suis inhærens, potuissetne id committere, ut vetustis, quibus utebatur, characteribus neglectis, alienos et patribus suis incognitos admitteret?

Fac autem, id superstitio gentis permiserit: an levis negotii res erat, eo præsertim tempore, quo contigisse vulgò arbitrantur, nempe solutâ captivitate, cùm scilicet universo Oriente Judæi dispersi vagabantur? Judæos quidem in Chaldæâ versantes regionis litteras didicisse, id nullo negotio fieri potuisse damus: sed et paria Judæos, in Ægypto, Phœniciâ, Syriâ, insulis, aliisque remotissimis regionibus, quò per Nabuchodonosorem translatæ sunt, versantes, uno veluti consensu præstitisse quis credat? Neque enim reputandum est, Judæos et Israelitas decem tribuum simul omnes è captivitate rediisse, unàque in patriam convenisse, longissimi enim temporis opus illud fuit, nec unquàm omnes redière. Quàm multi enim Hebræorum, avitâ regione semel desertâ, provincias Asiæ, facto nunquàm in patriam reditu, frequentàrunt? Hos verò inauditam ab Esdrâ characterum mutationem ne nòsse quidem, nedùm probâsse, credimus. Quin potiùs facilè fieri potuisset, ut Esdram id molientem, sceleris et inexpiabilis librorum sacrorum violationis accusarent.

Profectò si diutissimâ in captivitate sine alienâ fæce linguæ suæ puritatem ita Hebræi servare potuerunt, ut Ezechiel, Esther, Daniel, et Esdras ipse, Aggæus, Zacharias, Malachias, in ipsâ captivitate vel paulò post scribentes, non alio quàm Hebræo sermone, qualis ante captivitatem obtinebat, uterentur; eos deinde temerè, sive levissimis de causis pristinos characteres penitùs abjecisse, vix in animum inducimus. Utrum magis arduum, sermonisne puritatem inviolatam, an scribendi rationem pristinam servare? Cui insuper bono characteres mutandi erant? Si sermonis Chaldaici usum necessitas consuetudinis postulabat, poterant Judæi simul utriusque linguæ usum conciliare, alterius quidem in sermone familiari, alterius in religione. Ita planè nostrâ ætate constanti consuetudine servant, ut per varias dispersi gentes Judæi vernaculo sermone in commercio, Hebraico in religione utantur.

His argumentis, ex rei æquitate ductis, accedit testimonium vetustissimorum apud Judæos auctorum, qui veteres semper mansisse apud gentem suam characteres aiunt; eosdemque, qui modò obtinent, priscâ etiam ætate adhibitos esse contendunt. Quam Moyses sive Deus ipse probavit scribendi rationem, hanc, inquiunt, non sine scelere inexpiabili

Esdras, vir sanctissimus, levissimâ ratione inductus mutâsset. Laudant in eam rem *Judam Sanctum*, qui *Misnam* collegit, opus ipso Origene, primo è Christianis contrariæ sententiæ assertore, vetustius. Gemina tradunt ambo RR. Eliezeres, in Talmude laudatissimi; quos deindè sequitur turba Rabbinorum in Gemmarrâ, et Buxtorfius, quem ducem plures viri doctissimi sibi in eâ re statuerunt. Porrò cùm de facto agitur, ratio ipsa suadet, ut Judæis de suis rebus testantibus major quàm cæteris fides habeatur. Hæc majoris momenti argumenta pro hâc sententiâ producuntur.

Huic planè adversa sententia nec auctoritatum, nec argumentorum minori pondere statuitur. Litteræ, quibus jamdiù utebantur Judæi, neque ipsis tantùm peculiares erant, neque propriæ. Quam enim Moyses in Ægypto didicerat scribendi rationem, hæc Phœnicibus et Palæstinis ante Josue adventum familiaris habebatur. Quæ verò nostrâ ætate obtinent apud Judæos litteræ, à veteribus Phœniciis litteris seu veteribus Ægyptiis planè discrepant: eamdem enim ab ipsâ origine fuisse Ægyptiorum, et Phœnicum scribendi rationem, in Prolegomenon Geneseos demonstravimus. Iidem igitur minimè sunt veterum ac recentiorum Hebræorum characteres. Cùm verò Samaritanorum litteræ veteribus Phœniciis affines sint, illud statuamus oportet, veterum Hebræorum characteres à Samaritanis nostræ ætatis non ablusisse. Hanc autem litterarum mutationem cùm alio tempore opportuniùs fieri non potuisse intelligamus, quàm cùm solutâ captivitate Judæi unà cum Esdrâ patriam repetierunt; idcircò jure meritòque censemus, eâ potissimùm ætate veterum characterum mutationem contigisse.

Esto autem, Ægyptiorum litteras Moysis ætate à Phœniciis planè discrepâsse: non idcircò tamen evinces, veterem scribendi apud Hebræos rationem Phœniciæ, vel Chananææ fuisse dissimilem. Si enim Moyses omni sapientiâ Ægyptiorum excultissimus, et in Ægypto nutritus, aliis præter quàm vernaculis Ægyptiorum litteris lucubrationes suas exaravit, non aliis sanè potuit, quàm Phœniciis uti, quas a patribus suis in Ægyptum migrantibus acceperat. Quemadmodùm enim illi vernaculum Chananæorum vel Phœnicum sermonem retinuerunt, ita et litteras easdem nullo negotio servare potuissent. Vides hic nihili referre, eamdemque rem nihilominùs colligi, eædemne fuerint Phœnicum et Ægyptiorum litteræ, an aliæ?

Samaritanas litteras, quales hodiè in Pentateucho Samaritanorum spectantur, ipsissimas esse veteres Phœnicum, id nemo sanæ mentis negaverit: id enim satis superque evincit earum collatio. Porrò eas litteras, quemadmodùm et legem ipsam Moysis, non aliunde planè, quàm ex sacerdote Israelitâ Samaritani acceperunt, sacerdote, inquam, ab Asarhaddone rege Assyriæ ad eos instituendos misso (vide 4. Reg. 27, et Commentarium in hunc locum), quo tempore res Judæorum et Phœnicum florentissimæ habebantur; neque alia scribendi ratio, quàm quæ ab ipsâ origine, obtinebat. Iterùm ergo constitutum habeamus Samaritanos characteres ipsissimos esse Hebræorum ante captivitatem. Alium non nôrat sacerdos vel Levita ad eos populos missus; neque aliter descriptam legem Moysis, quàm litteris universæ Palæstinæ familiaribus, habere poterat. Samaritani inter duas florentissimas gentes, Hebræos scilicet ac Phœnices, pauci ipsi rarique constituti, eorum linguam atque scribendi rationem adoptare, vellent nollent, cogebantur. Semel acceptum morem dimisisse illos, conjecturâ nullâ satis firmâ sive argumento discimus. Manent ergo apud illos adhùc veteres litteræ, eædem cum vetustis Hebraicis sive Phœniciis.

Si Hebræorum nostræ ætatis characteres alii habeantur à Chaldaicis, illud evincitur, scribendi apud Chaldæos rationem, quamvis propiùs nostra tempora obtinuerit, maneantque non raræ eo sermone lucubrationes, ita penitùs intercidisse, ut ne fama quidem supersit. Eò etiam deveniendum est, ut auctores in mediâ Chaldæâ scribentes, quo tempore litteræ Chaldæorum florebant, aliud sanè à Chaldaico scribendi genus adoptârint. Hæc quis ferat? Igitur litteræ apud Judæos nostrâ ætate familiares ipsissimæ sunt, quibus Chaldæi utebantur, cùm easdem præ se ferant scripta primitùs Chaldaicè volumina, non ea modò quæ in Chaldæâ, sed etiam in Judæâ et alibi exarata sunt.

Si quis hoc argumentum retorqueat, regerens, Chaldæas quidem et Hebraicas litteras planè easdem esse; ejus tamen rei in causâ fuisse, quòd Chaldaicus sermo Hebraicis characteribus semper expressus sit, quem olim morem Abraham, Chaldæus origine, in posteros, et illi deinceps in successores perpetuâ constantique traditione derivârint: his ego

respondeo : 1° vix in animum induci posse, Isaacum, Jacobum, cæterosque patriarchas, diutiùs in Chananæâ versatos, cujus regionis vernaculum sermonem ipsi adoptârunt, quorum posteri post Josue cum Phœniciis et Chananæis commercii consuetudinem habuère, alienam et ignotam eidem regioni scribendi rationem servâsse. Si avito patrum suorum sermone neglecto, vernaculo regionis assueverunt, cur etiam à Chaldaico scribendi more, ut ad Phœnicium transirent, non recesserunt? 2° Quam legem Samaritani ab Judæis habuère, hanc Phœniciis characteribus descriptam, quemadmodùm nostrâ adhuc ætate servatur, acceperunt. Illud igitur litterarum genus apud Israelitas erat. 3° Judæi in hanc sententiam ultrò conveniunt, quorum confessio eò sincerior habenda est, quòd ad occultandam veritatem non modò nullâ utilitate ducuntur, verùm etiam è re ipsorum fore videatur, si tenebras offundere possent historiæ, quam hodie probro sibi esse ducunt. Profectò hodie nemo illorum illud aggrederetur, quod olim ab Esdrâ præstitum esse multis probatur, ut nimirùm veterem scribendæ legis rationem mutaret; quod facinus esse capite luendum arbitrarentur.

Judæi certè vetustissimi ultrò fatentur, post solutam captivitatem è veteri scribendi ratione gentem suam recessisse. Hanc sententiam R. Josue in Misna adversùs Juda sanctum et utrumque Eliezerum defendit, asserens, Hebraicas recentiores litteras Assyrias apud Judæos appellari, quippe quæ ab Assyriâ originem duxerunt. Suffragantur huic R. Mosusra in Gemarra, alter Judæorum doctor, et R. Moses Nachman, qui ante 500 annos florebat. Gemina pariter habent eruditissimi omnium Ecclesiæ Patrum, Origenes, Eusebius, et S. Hieronymus, quibus recentiorum criticorum doctissimi accedunt. Refert Origenes in fragmento recens edito à P. Montfaucon, in exemplaribus Hebraicis, sui temporis spectari nomen *Jehovah* veteribus Hebraicis characteribus, aliis sanè à vulgaribus ejus ætatis, descriptum; ferunt enim ait, Esdram vetere scribendi more abrogato, novum post captivitatem substituisse. Idem nec obscurè scribit Eusebius, in Chronic., ad annum 4,740, addens, tanquàm omnibus exploratissimum, Esdram, ut omne Judæos inter et Samaritanos commercium prohiberet, abrogatâ veteri scribendi ratione, novam inter Hebræos induxisse. Paria, nec semel nec obiter, et tanquàm rem exploratissimam repetit S. Hieronymus præf. in lib. Reg. : *Samaritani etiam Pentateuchum Moysis totidem litteris scriptitant, figuris tantùm et apicibus discrepantes.* Addit : *Certum est, Esdram scribam alias litteras reperisse, quibus nunc utimur, cùm ad illud usque tempus iidem Samaritanorum et Hebræorum characteres fuerint.* Eodem etiam S. Hieronymo ibidem teste, ejus adhuc ætate in Græcis exemplaribus nomen *Jehovah* Samaritanis litteris scribebatur; quod et asserunt Eusebius et Origenes. Et in illud Ezechielis 91 : *Signa Tau in frontibus eorum*, tanquàm certum constituit : *Antiquis Hebræorum litteris, quibus usque hodie utuntur Samaritani, extrema Tau littera crucis habet similitudinem.* Origenes in eumdem locum ex testimonio Judæi ad Christum conversi asserit, veterem Tau formam crucis exhibuisse, quod planè consonat cum veteribus elementaribus litteris Samaritanis, typis expressis, in quibus Tau rudem quamdam crucem præ se fert. Vide Palæograph. Græc. lib. 2, cap. 1, pag. 122.

Ita sententiæ hujus veritas non auctoritate modò veterum Patrum notæ eruditionis fulcitur, sed etiam Rabbinorum testimonio, veterumque librorum Hebraicorum fide, in quibus Origenis ævo nomen *Jehovah* vetustis gentis characteribus præferebatur. Neque enim Origenes aliorum testimonio, cùm hæc asseruit, nitebatur; sed ipse, vir alioqui eo scientiæ genere excultissimus, oculis à se explorata memoriæ prodebat. Ita pariter S. Hieronymus minimè cunctabundus, sed certâ assertione mentem suam prodidit. Res erat igitur eorum Patrum ætate exploratissima, ipsis Judæis non diffitentibus. Age modò, sententiæ oppositæ momenta expendamus.

Fateamur quidem oportet, Judæos pristinis moribus, ac litteræ legis eâ religione semper inhæsisse, ut si quis hodiè aliquid è characteribus librorum sacrorum mutare aggrediatur, supremum ille discrimen in se provocet. At si ponas 1° hanc veterum Phœnicum characterum in Chaldaicos mutationem nihil in rebus, sed tantùm in apicibus et litteris aliquid innovare; litterarum etiam Chaldaicarum vim, numerum, valorem cum Hebraicis prorsùs convenire, ut aliæ in alias mutari integrâ sententiarum fide facilè possint; multò facilius videbitur hujus reformationis negotium, quàm si de transformandis Hebraicis in Græcos characteres, quod ab Origene in Hexaplis factum est, ageretur, sive substituendis Latinis

pro Hebraicis, quod aliquando pro iis qui Hebraicè nesciunt, solemus. 2° Judæorum cum Samaritanis simultas vetus erat, et omnium seculorum experimento probata; neque enim unquàm inter utrosque populos convenire potuit. Quare nonnisi probabiliter credimus, Judæos, cùm non possent à veterum characterum possessione Samaritanos deturbare, alienos adoptâsse, ne quid commune inter utramque gentem intercederet. Facilè politica quædam, vel etiam, si mavis, religionis ratio, quemadmodùm Eusebius in loco superiùs relato innuit, eam mutationem nonnihil juvit. Fortassè enim gentis optimates eâ cautione commercium omne cum Samaritanis Judæis abrupêre, ne tandem aliquando Samaritanorum consuetudine, communis legis causâ introductâ, demùm Judæi corrumperentur. 3° Subita quidem characterum mutatio, veteribus, quibus hactenùs scripta lex fuerat, abolitis, novos incognitos et inusitatos substituens privatâ auctoritate, nunquàm in populo superstitiosissimo et veterum consuetudinum studiosissimo induci potuit; sed sensim veluti per gradus inducta mutatio, auctoritate legitimâ et viri clarissimi opinione fulta, potuit quietis omnibus introduci; quemadmodùm fermè simili exemplo, si apud nos è manibus populi novum Testamentum litteris Gothicis scriptum, et obsoleto Gallico sermone ætatis Caroli V traditum, subduceret, ut luculenta nitidis characteribus et puritate sermonis editio substitueretur.

Ferebatur autem animo universus populus Judaicus in litteras Chaldaicas, quibus longo usu, cùm in captivitate Babylonicâ teneretur, in civili ac familiari commercio assueverat. Quid igitur obstare poterat, quin etiam in usus sacros et in libros Scripturæ adoptaret, cùm præsertim Esdras et viri quique in universo populo amplissimi novam librorum sacrorum collectionem, novumque Canonem adornarent; hunc verò Canonem illi instituerent, ut accuratius darent correctiusque sacrarum Scripturarum corpus, Chaldaicis descriptum litteris, notissimis illis, et magis veteri Phœnicum charactere familiaribus, apud eos potissimùm, qui Transeuphratea tenerent?

Neque arduum videbatur, ut recepta illa Hierosolymis mutatio sensim ad Judæos per varias provincias dispersos transfunderetur. Plerùmque enim loca, quæ Judæis frequentabantur, regum Chaldææ ac deinde regum Persidis, quibus tandem Chaldæa paruit, imperio subjiciebantur. Quare Chaldaico vel Syriaco sive Aramæo (unus erat idemque) sermone, utpote regis et aulicorum Chaldææ et Persidis familiari, utebantur. Hujus erat in commercio per universum imperium usus; eodemque scripta sunt edicta regum Chaldæorum et Persidis in Daniele, Dan. 2, 4, etc., et 3, 24, 91, 94, et 5, 6, 7, et 1 Esdr. 7, 12, 28, et epistolæ ad eosdem reges, apud Esdram pariter l. 1, c. 4, 7, 8, relatæ. Ita sese res habuêre usque ad Alexandrum Magnum, cæterosque post ipsum reges Græcos, obtinente ubique in Mesopotamiâ, Palæstinâ, Phœniciâ, Syriâ, cæterisque Asiæ regionibus plerisque sub Persarum imperio, in ipsâ etiam fortassè Ægypto, Chaldæi vel Syriaci sermonis consuetudine, iis saltem in locis, in quibus regii præfecti sedem locaverant. Quibus ita se habentibus, facilè Judæi, per universas latè regiones dispersi, inductam publicâ auctoritate à viris in gente suâ principibus reformationem non statim quidem totam, sed sensim, et per gradus, quemadmodùm hisce rerum mutationibus fieri solet, adoptârunt. Neque ullus sanè Judæus sive Israelita non opportunam sibi hanc reformationem reputavit, quippe cùm magis familiaribus descriptæ litteris sacræ Scripturæ tum primùm exhiberentur. Cùm verò tunc primùm certus librorum sacrorum numerus definiri cœpisset, ac nova sacrorum exemplorum recensio suscepta esset; omnes sanè oblatam sibi occasionem arripuêre, ut ad normam restituti publicâ auctoritate à viris doctissimis exempli sua quisque corrigerent recuderentque. Simili exemplo nostrâ etiam ætate accidit, ut Christiani avidiùs librorum sacrorum in vernaculam linguam versiones conquisierint. Minor est autem innovatio, sacros libros, ignoto charactere antea descriptos, notioribus litteris tradere, quàm ex veteri originali linguâ, populo ignotâ, quæ pluribus ante seculis obtinuit, novam vernaculâ linguâ versionem tradere.

Quamvis autem Prophetæ Ezechiel, Daniel, et post ipsos Esdras, Nehemias, Aggæus, Zacharias et Malachias purum putumque Hebraicum sermonem in lucubrationibus suis adhibuerint, ubique tamen apud omnes æquè Judæos captivos Hebraicæ linguæ puritatem retinuisse, nullo argumento probatur. Quemadmodùm etsi in Occidente ad nostram usque ætatem libri Latinis litteris frequentiùs

mandati fuêre, ejusdemque sermonis usum Ecclesia Latina nunc etiam in solemni officio retinuit; non inde tamen colligas, ejusdem linguæ usum familiariter apud omnes æquè obtinuisse. Quod verò nobis aperto satis argumento demonstrat, populum Chaldæo æquè ac puro putoque Hebræo assuevisse, illud est, quòd in Daniele et Esdrâ longa supersint fragmenta Chaldaicè scripta, nullâ subjectâ interpretatione. Tandem vix potest in dubium revocari, Danielem, e. g., et Nehemiam, qui suprema quæque munia apud regem gerebant, Chaldæum sermonem non ignorâsse, quanquàm lucubrationes suas Hebraicis litteris tradidêre. Utrumque ergo callebant : item igitur cæteri Israelitæ pro cujusque conditione, quibus commercium cum iis gentibus, inter quas vitam agebant, detinendum erat. Quare cùm absolutè asseritur, Hebræos in captivitate detentos Hebraicæ linguæ puritatem servâsse, ex quo opportunâ satis consecutione colligitur, nunquàm illos litterarum suarum apices reformâsse, illud tanquàm certum statuitur, quod maximè dubium, ne dicam falsum, reputandum est; ex quo nihilò melior conclusio deducitur.

Statutâ igitur veterum characterum apud Hebræos in novos, Chaldaicos scilicet, mutatione, superest, ut quonam auctore hæc mutatio contigerit, perquiramus. Hùc verò potissimum dissertationis hujus propositum collimabat. S. Hieronymum, Origenem, et Eusebium ejus rei honorem Esdræ vindicâsse, supra animadvertimus. Suffragantur inter recentiores criticos plerique, qui substitutas Chaldaicas litteras Phœniciis vel Samaritanis contendunt : quare adversùs sententiam communi suffragio probatam constantemque pugnare vix ac ne vix quidem posse videmur. At enim quî fieri potuit, ut Esdras, vir privatæ auctoritatis, excogitatam à se mutationem, suâque auctoritate solummodò inductam Hebræis omnibus per universum latè orbem dispersis approbaverit? Animadverte, Esdram non privatæ auctoritatis virum fuisse, neque minimi apud suos nominis; omnes virum verebantur, veluti morum probitate, rerum gestarum gloriâ, et litterarum studiis insignem : cujus nomen apud ipsos profanos clarissimum habebatur : qui summâ munitus auctoritate, ab ipso rege Persidis in Judæam missus, ut gentem suam legibus moderaretur, ac in refractarios pœnis animadverteret, 1 Esd. 7, 11, 12. Esdras denique tanquàm summus Judæorum doctor, et divino Spiritu afflatus vir apud omnes meritò habebatur. Tantus igitur cùm esset, post exactam summâ cum populi approbatione vitam, accedente insuper Nehemiæ, cæterorumque virorum principum auctoritate, mirarisne, illum novam hanc characterum reformationem in libris sacris persuadere Judæis universis potuisse?

Hieronymus nunquàm illud auctoritatis culmen in Ecclesiâ Latinâ, quod Esdras in synagogâ, attigit. Hieronymus versionem veteris Testamenti ex Hebræo adornavit, quâ in re adversarios quàmplurimos nactus est, nec ipse quidem aliam in Ecclesiâ implebat dignitatem, quàm sacerdotis. His tamen nequidquam obstantibus, eadem versio in publicis Ecclesiæ lectionibus recepta est, sensimque apud fideles consecrata, eò auctoritatis devenit, ut nullo jubente concilio, nullâque supremâ auctoritate cogente, supra cæteras sola intra brevissimi temporis spatium ferretur. Neque illud modò, sed ita ejus luce vetera exemplaria explosa sunt, ut hodiè vetus integrum nullâ ratione inveniatur. Tandem eò deventum est, ut postremum generale concilium unam eam versionem authenticam declarârit, cæteris novis versionibus abjudicatis. S. Hieronymus, inquam, minori eruditionis famâ, minori auctoritate, et, verbo sit venia, minori mentis capacitate, quàm Esdras pollebat; nunquàm enim S. Doctor divino Spiritu afflatus ad scribendum se contulit; nihilò tamen seciùs versionem suam Ecclesiæ Latinæ universæ ita potuit commendare, ut cæteris abolitis sola regnaret. Cur igitur Esdræ, divino Spiritu afflato, viro sui temporis doctissimo, et prophetiæ dono insigni, non tantùmdem tribuamus, ut universæ Judaicæ Ecclesiæ persuadere potuerit levem hanc characterum mutationem, ut integrâ textûs veritate, Phœniciis apicibus novos alios substitueret?

Aliud etiam in eam rem non prætereundum argumentum accedit, quòd Esdræ ætate Judæi, si unquàm aliàs, ad eam mutationem recipiendam paratissimi censebantur, ut eam exigere, quin et poscere viderentur. Hebræorum enim quicumque in Transeuphrateis et Syriæ regionibus versabantur, Chaldaicis litteris et sermoni ita assueverant, ut soli inter eos litterati homines veterem scribendi rationem nôssent. Quare si textus notis populo litteris reddebatur, via instruebatur pronior, ut vulgò omnibus lectio et studium legis pateret. Gravi etiam discendi geminum littera-

rum genus onere levatus populus, eodem quo utebatur studio, ut Chaldaicas litteras ob familiare commercium disceret, ipso pariter ad lectionem S. Scripturæ, iisdem descriptæ characteribus, juvabatur. Poscebant ergo Judæi, summisque votis hanc litterarum mutationem flagitabant.

Tandem in obscuro licet versetur tota hujus mutationis historia, de quâ altum est in S. Scripturâ silentium, neque inter Judæos ipsos de illâ satis constet : certam licet ejus rei epocham, et quàm multùm Esdræ laborandum fuerit, ut consilium suum universo populo persuaderet, ignoremus; facilè tamen credimus, neque brevioris temporis rem fuisse, nec operæ ; nullâque magis re eam mutationem fuisse promotam, quàm insitâ Judæorum in Samaritanos simultate. Quòd enim penes Samaritanos esset Pentateuchus veteribus Phœnicum characteribus descriptus, id vel unicum in causâ esse poterat, cur Judæi pristinum scribendæ legis morem deserentes, novum adoptarent.

Cæterùm ea quam hactenùs statuimus renovatio, quamvis nec Esdrâ vetustior, nec multò recentior illo credatur, non ita tamen ejus rei certam epocham definire audemus, ut vel minimùm exorbitare ab illâ per nos minimè liceat. Neque ita Esdras ejus rei auctor constituitur, ut operam illi suam navâsse principes totius gentis viros negaverim. Totum etiam hujus substitutionis opus non ita statim absolutum perfectumque est, quin vestigia plurima veteris Scripturæ in sacris libris manserint. Ita Origenis ætate vetera quædam exempla suppetebant, in quibus nomen *Jehovah* vetustis scriptum characteribus exhibebatur; et sub Simone Machabæo excusos nummos priscis Samaritanorum characteribus videmus. Quare eâ adhuc ætate negotium reformationis non adeò processerat, ut nulla veteris scripturæ vestigia manerent. Cujus rei sive illud in causâ esse potuit, quòd artificibus Phœniciis, qui nonnisi suas litteras nôssent, Simon usus sit; sive quòd ætati suæ aliquam vetustatis auctoritatem conciliare voluerit, pristinos gentis suæ characteres iterùm revocans : quemadmodùm apud nostros reges in moribus positum est, ut Latinam descriptionem in nummis excudant, quanquàm vernaculus regni sermo alter est à Latino. Quæcumque demùm Simoni persuaserit ratio, vix tamen credimus fieri potuisse, ut characteres populo prorsùs ignotos in nummis excuderet.

Nihil igitur est cur fateri non debeamus, usitatas Moysi et Hebræis, post captivitatem Babylonicam usquè, litteras fuisse Phœnicias, sivè Samaritanas; earumque loco Chaldaicas, populo Chaldaicis et litteris et linguæ assueto minimè repugnante, substitutas fuisse in sacris libris, quos Esdras, doctus juxtà et pius scriba, Chaldaicè scripsit, recensuit, ordinavit, correxit, principibus gentis suæ viris factum comprobantibus. Quare prisci Phœnicum vel Samaritanorum characteres sensim apud Judæos desiêre, ac exarati iis litteris libri sacri periêre, ut nunquàm nisi Chaldaicè vel scriberentur vel legerentur. (CALMET.)

UTRUM ESDRAS FUERIT AUCTOR CABBALÆ

Dissertatio.

Judæi legem distinguunt in scriptam et traditam sive oralem. Illam quinque Libris Moysis contineri : Hanc à Mose voce traditam, et à Mose continuâ successione ad Esdram, ab Esdrâ ad ipsos transmissam. Legem oralem duas in partes dividunt, quarum una pleniorem explicationem præceptorum, et cæremoniarum legis complectitur, à legisperitis et sapientibus diversis temporibus factam, quæ habetur in *Mischna* et *Gemera* Talmudis partibus integralibus. Ad hanc legis oralis partem revocantur etiam traditiones grammaticæ de punctis vocalibus, accentibus, syllabis, et istiusmodi minutiis, in quibus Masora versatur. Altera pars, quæ theologica magis est, in altiorum arcanorumque legis mysteriorum cognitionem et explicationem incumbit. Cui *Cabbalæ* nomen indiderunt, quæ vox Hebræis

receptionem significat. Hanc mirum in modum venditant Judæi, quorum illud est in Talmude Axioma : *Verba Cabbalæ æquiparantur legi.* Scripturam, ejusque sensum litteralem comparant candelæ, quæ minimo quadrante emitur; Cabbalam margaritæ pretiosæ, quæ accensâ candelâ invenitur. Misnicos doctores pharmacopolis similes esse aiunt, qui pharmaca parant ex medici præscripto, quorum ipsi vires ignorant : Cabbalistas medicis, qui plantarum et mineralium, ac medicamentorum ex iis confectorum vires perspectas et exploratas habent.

Cabbala definitur à Reuklino lib. 1 de Arte cabbalisticâ : Divinæ revelationis ad salutiferam Dei et formarum separatarum contemplationem traditæ symbolica receptio. Nihil aliud esse quàm expositionem sacrorum librorum juxta sensum anagogicum censet Joannes Picus Mirandulanus comes. Judæi quippe, ut Christiani, modum quadruplicem habent Scripturas exponendi. 1° Litteralem, qui *Pesat* apud eos dicitur. Hunc explicandi modum amplexi sunt Aben-Ezra et D. Kimchi. 2° Allegoricum, qui ab iis appellatur *Midras* : Unde apud eos *Midras Ruth*, *Midras Thillim*, *Midras Coheleth,* expositiones scilicet mysticæ libri Ruth, Psalmorum, Ecclesiastis. Hoc genus commentationis amplexi sunt doctores Talmudici, et antiqui auctores *Mechiltæ, Midraschim* et *Rabboth.* 3° Tropologicum, quem vocant *Sechel*, quo in genere excelluit Maimonides. 4° Anagogicum, qui dicitur Cabbala : Quem auctor libri *Zohar;* libri *Jetzira,* ejusque commentatores quinque, nempe R. Saadias, R. Abraham Dior, R. Moses Bar Nachman, R. Moses Botrel, R. Eliezer de Geramissa, et alii sectantur. Nos mysticum sensum generali locutione dicimus, in quo eruendo Cabbala versatur, prout opponitur litterali, adeòque sensum allegoricum, et tropologicum, non minùs quàm anagogicum, modò pervii non sint, sed altiores et arcani, ad Cabbalam pertinere.

Triplex vulgò Cabbalæ genus Christiani scriptores distinguunt. Primum est antiquorum Judæorum ante Christum, mysticam et arcanam Scripturæ sacræ expositionem continens, non scriptam, sed ore traditam; non omnibus, sed sapientioribus. Huic primus Latinorum operam dedit Joannes Picus comes Mirandulanus, publicèque propositas de illâ conclusiones, et Romæ improbatas, editâ apologiâ defendit. « In cabbalisticis libris se « vidisse ait religionem non tam Mosaicam, « quàm Christianam. Ibi Trinitatis mysterium, « Verbi Dei incarnationem, Messiæ divinita« tem, peccatum originale, angelorum ordi« nes, futuræ vitæ pœnas, eadem quæ apud « SS. Paulum, Dionysium, Hieronymum, Au« gustinum, quotidiè legimus, se legisse tes« tatur. Nullâ fermè de re nobis esse cum Ju« dæis controversiam, de quâ è libris cabba« listarum ita redargui revincique non possint, « ut ne angulus quidem reliquus sit, in quem « se condant. » Cabbalam *veram* et *piam* vocat Sixtus Senensis, libro 2 Bibliothecæ sanctæ, et ab Ecclesiâ nusquàm damnatam asserit. Plurimùm tamen differt modus tradendi sensus mysticos in Cabbalâ, ab eo quem servant Ecclesiæ Patres et interpretes catholici. Cabbalistæ enim verbis obscuris mysteria sua tradunt, ut olim Pythagorei obscuris symbolis mysteria sua efferebant, ut sapientiam ostentent, et clarissimorum ingeniorum excitent curiositatem, vulgique admirationem, quod suspicit quidquid intelligentiâ assequi non potest. At Patres et interpretes catholici, verbis planis et apertis mysticos Scripturæ sacræ sensus exponunt : adeò ut si quæ sit obscuritas, ea non ex modo exponendi, sed ex argumenti sublimitate oriatur.

Secundum Cabbalæ genus, cui recentiores Judæi se totos addixerunt in litteris, punctis, accentibus, et verbis Scripturæ sacræ ludit ex variis permutationibus, combinationibus, abbreviaturis, vel ex litterarum figurâ, aut vi arithmeticâ arcanos sensus et intelligentias extundens. Hujus tres species assignantur, scilicet *Gematria, Notaricon et Permutatio.*

Gematria, vox origine Græca, in arte cabbalisticâ significat arithmeticam litterarum supputationem, quâ dictionum quarumdam, quarum litteris idem numerus notatur, unam per alteram explicat. Sic Zachariæ 3, 8 : *Adducam servum meum Tsemach* (Orientem), R. Kimchi notat quosdam per *Tsemach* intelligere Messiam : quia inter Messiæ nomina, quæ à Talmudicis ei tribuuntur, unum est *Menachem,* consolator; litteræ autem utriusque vocis et Tsemach et Menachem eumdem numerum reddunt 138. Sic ex primâ voce Genesis probant Deum creâsse mundum in lege : quia litteris Hebraicarum dictionum, quæ significant : *In principio creavit*, et : *In lege formavit*, idem numerus exprimitur. Sic ex litterâ mem clausâ Isai. 9, 5, 7, annum Nativitatis Messiæ colligunt, ut videre est apud Galatinum libro 4,

cap. 19, et lib. 7, cap. 12. Hanc Cabbalæ speciem usui esse posse aiunt Christiani quidam interpretes explicando *Apocalypsis* loco cap. 13, ubi cùm S. Joannes præmisisset, bestiam, seu Antichristum effecturum, ne quis possit emere aut vendere, nisi qui habuerit characterem, aut nomen bestiæ, aut numerum nominis ejus, mox subdit: *Hic sapientia est. Qui habet intellectum, computet numerum bestiæ. Numerus enim hominis est; et numerus ejus sexcenta sexaginta sex.* Volunt sanctum Joannem ex litteris Græcis, earumque arithmeticâ significatione intelligendum et conjectandum reliquisse quodnam futurum esset Antichristi nomen. Amplissimus verò patet eruditis interpretibus divinandi campus, cùm ex variis litterarum Græcarum combinationibus is numerus resultare possit. SS. Irenæus et Hippolytus hoc nomen esse TEITAN conjiciunt: Siquidem T in numeris apud Græcos 300 indicat, cùmque hâc in dictione duplex T reperiatur, fiunt 600. Adde N, 50; I, 10; E, 5; A, 1, numerus resultat 666. Ticonius Antichristi nomen conjicit esse ΑΑΜΠΕΤΙΣ. In quo T, 300; Σ, 200; Π, 80; M, 40; A, 3o; I, 10; E, 5; A, 1. Ex quibus fit summa totalis 666. Arethas Antichristo nomen futurum conjicit, ΛΑΤΡΙΝΟΣ. In quo T, 300, Σ, 200; O, 70; N, 50; Λ, 30; I, 10; E, 5; A, 1. Ex quibus numeris simul junctis sit summa 666. Primasius Antichristi nomen esse ait ΑΝΤΕΜΟΣ. In quo pariter T, 300; Σ, 200; O, 70; N, 50; M, 40; E, 5; A, 1. Ex quibus numeris fit eadem summa 666. Plura ejusmodi nomina conficta, in quibus idem numerus reperiatur, apud Malvendam nostrum legere est libro 8, de Antichristo, cap. 8. Verùm ut certum est numerum nominis Antichristi juxta computationem Græcorum litteris in ipso contentis declarari: ita incertum est quodnam sit id nomen, cùm S. Joannes illud non indicaverit. Unde S. Irenæus, lib. 5: « Nos verò, inquit, de Antichristi nomine temerè ac periculosè quidquam « affirmare nolumus. Nam si huic seculo nomen illius manifestè nuntiandum fuisset, ab « illo utique expressum esset, qui Revelationem vidit. » Hunc sancti Irenæi locum descripsit Eusebius libro 5 Historiæ ecclesiasticæ capite 8.

Notaricon est, quo per compendium litterarum singulæ dictionis alicujus litteræ totidem verba significant, quæ easdem litteras initiales vel finales habent. Sic ex primâ Genesis dictione, *Bereschith*, colligunt hoc oraculum: *Barischonath raah Elohim Schi belon Ischraël torah.* « In principio vidit Deus quòd « acciperent Israelitæ legem. » Cujus oraculi singulæ dictiones incipiunt à litteris vocis, *Bereschit.* Sic Machabæos dictos volunt ab initialibus litteris sacræ illius sententiæ, quæ habetur Exodi 15, 11. *Mikamoka baeloim Jehova,* id est: *Quis sicut tu inter deos, Domine?* Sic auctor traditionum in libros Regum apud S. Hieronymum, ad illum locum 3 Regum 2, 8: *Habes quoque apud te Semei filium Gera, filii Jemini de Bahurim, qui maledixit mihi maledictione pessimâ;* notat maledictionem pessimam apud Hebræos esse *Nimretseth,* quod vocabulum quinque litteris constat, Nun, Mem, Res, Tzade, Thau: quæ totidem verborum contumeliosorum initiales sunt: *Noeph, Adulter; Moab, Moabita; Rotseach, homicida; Tsarvah, leprosus; Toheba, abominatio.* Quæ omnia à Semei Davidi exprobrata volunt, illum nempe ut adulterii reum, genere Moabitam, utpote ex Ruth Moabitide ortum, homicidam et Uriæ interfectorem, velut leprosum, ac Deo et hominibus abominabilem, urbe, regnoque meritò ejici.

Tertia species est *Permutatio,* quâ eodem litterarum numero retento, eas, eodem ordine manente aliter componunt; vel per certam Alphabeti combinationem cum aliis permutant. Sic, inquiunt, Jeremiæ 25, vers. 26, cùm de rege Babylonis infausta prænuntiaret Jeremias, nec tutum esset Babylonem exprimere, pro Babel Sesach substituit: *Et rex Sesach bibet post eos.* Quod sanctus Hieronymus in hunc Jeremiæ locum ex Hebraicæ linguæ ingenio explicat. Sic Exodi 33, ubi dicitur Israelitico populo: *Præcedet te angelus meus,* ex Hebraico vocabulo *Malachi* per litterarum permutationem colligunt archangelum Michaelem fuisse populi Israelitici custodem; quia ex istius dictionis *Malachi* litteris alio modo combinatis fit *Michael.*

Tertium Cabbalæ genus, quam *practicam* vocant, ex litteris ac verbis Scripturæ detortis, et arcanis quibusdam inde elicitis, morborum curationem, expulsionem dæmonum, aliorum id genus miraculorum patrationem tentat. Cabbala hæc ab arte magicâ nihil differt, eoque nomine execranda est, et ab Ecclesiâ meritò damnata. De hoc Cabbalæ genere aliquid subolfecit Plinius, cùm hanc inter magiæ species referat, depravato licet nomine. Artem enim illam Jochabelam vocat, et à Mose ac Judæis arcessit libro 30 Historiæ, capite

primo. Virtute præsertim nominis Dei tetragrammaton miracula illa patrare cabbalisticæ artis peritos aiunt. Et hâc ratione *Jesum Christum* Dominum nostrum miracula edidisse, Rabbini quidam impiè fabulantur. Narrant scilicet, in Hierosolymitano templo extitisse lapidem, cui olim arca imponi solita fuerat, in eoque descriptum fuisse nomen Dei tetragrammaton, cujus ea vis erat, ut quicumque illud didicisset, omnis generis miracula edere posset; veritos ergo sapientes, ne quis eâ facultate abuteretur, canes æreos portæ custodes apposuisse, hâc arte fabricatos, ut si quis memoriæ mandato ineffabili nomine exire vellet, magnis eorum latratibus territus, illius oblivisceretur. Horum itaque gnarum Jesum sacrum nomen in membranâ descripsisse, quam in vulnere cruri facto occultavit; sicque egressum templo, membranâ extractâ, nomen, cujus oblitus fuerat, iterùm didicisse, ejusque virtute tot miracula edidisse. De variis illis Cabbalæ generibus legi possunt noster Sixtus Senensis libro 2 Bibliothecæ sanctæ, Bonfrerius Præloquiorum in Scripturam sacram, capite 21. Waltonus Prolegom. 8, in Biblia polyglotta, et alii.

His prænotatis, expendendum est, an Esdras auctor fuerit Cabbalæ, aut certè ipsius doctor, quam Moyses à Deo edoctus sapientibus tradiderat, et quæ continuâ successione ad Esdram usque et synagogæ magnæ viros transmissa fuerat.

Propositio unica. — *Cabbalæ nomine si sensûs mystici in litterali fundati, et ex intentione Spiritûs sancti sub litteræ cortice reconditi, traditionem et intelligentiam duntaxat significes, Moysen et Esdram Cabbalæ doctores fuisse, facilè concesserim: at si hoc nomine artem illam intelligas, quâ Judæi recentiores mysteria ex litteris et earum figurâ, permutatione, aut arithmeticâ supputatione eruunt, hujus auctores Esdram vel Moysen asserere temerarium ac ridiculum est.*

Prima pars propositionis ex eo probatur, quòd apud Judæos, *quibus credita sunt eloquia Dei*, ut ait Apostolus ad Romanos, 3, et quibus cuncta *in figurâ contingebant*, non solùm sensûs litteralis, sed etiam mystici intelligentia et expositio esse debuerit secundùm Dei providentiam singularem: ut quæ Christum, ejusque mysteria, et Ecclesiam spectant in lege ac Prophetis, nec primariò tamen vocibus, sed rebus ipsis significantur, explicari populo possent, sive ab hominibus Numine afflatis, sive à sacerdotibus et doctoribus. Hanc autem intelligentiam sensuum legis reconditorum, et mysteriorum notitiam Moysen, per quem Deus legem dedit, ab ipso Deo accepisse, et cum Josue ac senioribus communicâsse; hos verò illam transmisisse ad sequentium ætatum sapientes successivâ et nusquàm interruptâ Traditione, credere par est: alioqui Deus Ecclesiæ suæ in necessariis defuisset. Hâc intelligentiâ præ cæteris excelluisse prophetas nemo sanæ mentis dubitaverit, necnon Esdram à Deo destinatum ut legem, cæterosque libros sacros quodammodò instauraret, populoque exponeret, utpote scriba doctissimus in lege Dei. Sanè cùm interpretaretur populo universo verba legis per dies plurimos (2 Esdræ 8), non solùm sensum litteralem, sed et mysticum ipsum reserâsse credere par est, et arcana mysteria Messiam, qui *finis legis est*, spectantia exposuisse; ut fidem Judæorum in Christum venturum excitaret, sine quâ Deo accepti esse, et justificari, atque salvari non poterant.

Confirmatur ex Origene, tomo 6, in Joannem: « Quòd si, inquit, Sapiens intelliget quæ « ex proprio ore protulerit, in labiis verò por- « tabit animi candorem: Vel necessariò quæ- « dam de Prophetis, tanquàm non sapientibus « (ut qui non intellexerint proprio ore prolata) « inconsideratè enuntianda erunt: vel quod « celebre est, et verum admittentes (nempe « prophetas sapientes esse) fatendum erit, quæ « proprio ore protulerint, eos intellexisse, in- « que labiis gestâsse animi candorem; et per- « spicuum est Mosen mentis acie legis veri- « tatem, historiarumque apud se scriptarum « allegorias juxta anagogem vidisse. Imò Jesus « veram distributionem factam post destructio- « nem novem et viginti Regum intelligit, cùm « magis quàm nos conspicere posset, quas ve- « ritates adumbrarent res à se gestæ. Quin per- « spicuum etiam est Isaiam, mysterium sedentis « in throno, et duorum Seraphim, et alarum, « ipsiusque altaris, et forcipis, et operimenti « faciei, et pedum, quod faciebant Seraphim, « vidisse. Rursùs Ezechiel Cherubim, et ipso- « rum iter, et firmamentum super ipsos, et « sedentem in throno vidit; quibus quid glo- « riosius sublimiusque? Et ne singulatim prose- « quens in longum protendam sermonem, vo- « lens ostendere viros perfectos in superioribus « ætatibus non minùs cognovisse, quàm qui à « Christo revelationem habuerunt, quippe cùm « his ille idem qui Apostolos docuit, cultûs Dei

« mysteria abscondita retexerit, adhuc paucis « additis judicandum legentibus relinquam, et « considerandum de hisce rebus quidquid vo- « lunt. Nam, inquit, in Romanorum, Paulus, « Epistolà : *Ei autem qui potest nos firmare se- « cundùm Evangelium meum, juxta revelationem « mysterii, quod temporibus sempiternis est ta- « citum, manifestatum autem nunc per scripturas « propheticas, per apparitionem Domini nostri « Jesu Christi.* Si enim Apostolis manifestatum « est mysterium per scripturas propheticas, « olim tacitum, et Prophetæ intelligebant, quæ « proprio ore proferebant, quia sapientes es- « sent, profectò quæ Apostolis manifestata fuê- « re, etiam Prophetæ intellexerunt... Ad hunc « igitur modum neque Apostolos sapientiores Pa- « tribus, vel Mose, vel Prophetis dicturi sumus: « Hisque præcipuè, qui diutiùs ob virtutem su- « pernis apparitionibus, vel repræsentationibus « divinis, et revelationibus grandium mysterio- « rum digni fuêre habiti. »

Confirmatur secundò ex S. Hilario, Enarratione in psalmum secundum : « Erat, inquit, « jam à Mose antea institutum, in synagogâ « omni septuaginta esse doctores. Nam idem « Moses quamvis Veteris Testamenti verba in « litteris condidisset, tamen separatim quæ- « dam ex occultis legis secretiora mysteria « septuaginta senioribus, qui doctores deinceps « manerent, intimaverat. Cujus doctrinæ etiam « Dominus in Evangeliis meminit : *Super cathe- « dram Moysi,* inquit, *sederunt Scribæ et Pha- « risæi. Omnia ergo quæcumque dixerint vobis « servate et facite : Secundùm verò facta eorum « nolite facere.* Doctrina ergo horum in poste- « rum, quæ ab ipso Scriptore legis accepta, in « hoc seniorum et numero et officio conser- « vata est. » Septuaginta Interpretes reconditiore illâ Scripturarum interpretandarum scientiâ instructos fuisse, addit S. Hilarius. « Illi itaque seniores libros hos transferentes, « et spiritualem, secundùm Moysis traditionem, « occultarum cognitionum scientiam adepti, « ambiguè linguâ Hebraicâ dicta et varia quæ- « dam ex se nuntiantia, secundùm virtutes « rerum, certis et propriis verborum signifi- « cationibus transtulerunt, doctrinæ scientiâ « multimodam illam sermonum intelligentiam « temperantes. »

Propositionis pars altera ex eo probatur, quòd ars cabbalistica, prout à recentioribus Judæis accipitur, sit merus in sacris Scripturæ verbis ludus, observationesque cabbalistarum pleræque omnes nugæ sint ingeniosorum hominum, sæpè ineptæ, sæpè impiæ et superstitiosæ : adeòque Mose, Esdrâ, aliisque à Deo afflatis hominibus indignæ. Mysteria quidem in ipsis litteris quandoque à Deo inclusa sunt, quandoque in vocibus solitariè sumptis. Sic *Tau* Ezechielis 9 mysterio plenum est, utpote Dominicæ passionis signum, ac nota salvandorum. Sic A et Ω, Apocalypsis ultimo, quibus significatur Christum, sive quà Deum, esse principium et finem rerum omnium; sive quà hominem, esse primum omnium sanctorum, et principium omnis sanctitatis in cæteris, per vitæ et passionis suæ merita : esse etiam finem, ad cujus illustrandam gloriam refertur sanctitas omnium electorum. Sic trium illarum dictionum à prodigiosâ illâ manu in pariete scriptarum (Danielis 5) *Mane, Thekel, Phares*, id est : *Numeravit, appendit, divisit,* quælibet mysterium significat, integrumque vaticinium continet Baltassari regi Babyloniorum funestum, ut Daniel ibidem explicat : *Mane, Numeravit Deus Regnum tuum, et complevit illud. Thekel, Appensus es in staterâ, et inventus es minùs habens. Phares, Divisum est regnum tuum, et datum est Medis et Persis.* Sed hæc cum gematriâ, notarico, et permutatione litterarum cabbalisticâ commune nihil habent. Siquidem illa divina sunt : hæc humanæ artis inventa. Illa ex Dei ordinatione; hæc ex fortuitâ litterarum combinatione. Illa ex Dei nutu ; hæc ex humani ingenii lusu, ut fit in anagrammatismis. Unde ex iisdem litteris initialibus eodem in ordine manentibus, aut ejusdem dictionis omnibus litteris aliter dispositis, dictiones formari possunt contrarios sensus reddentes. Quod Æsopi Fabulatoris exemplum probat, qui cùm in veteris ædificii ruinas cum hero suo Xantho incidisset, has litteras in marmoreâ columnâ exaratas A. B. Δ. O. E. T. X. ingeniosè ac feliciter explicuit hunc in modum : Ἀποβὰς βήματα τέσσαρα ὀρύξας εὑρήσεις θησαυρὸν χρυσίου. Δ nota numeralis est, quatuor significans, quòd sit quarta in Alphabeto Græco littera. Unde ipsam τέσσαρα significare intellexit. *Abscedens gradus quatuor cùm foderis, invenies thesaurum auri.* Secundùm solertem Æsopi conjectationem defossâ humo, inventoque thesauro, cùm avarus dominus totum sibi vindicaret, monuit Æsopus aliud iisdem litteris præcipi, nempe : *Qui auferetis, discedentes dividite quem non invenistis thesaurum auri.* Verùm cùm thesauri partem sibi debitam festivo illo ingenii lusu, seriæ vim admonitionis habente, ab ingrato hero obtinere

non posset, indicavit Æsopus aliud iisdem litteris exprimi mandatum, cui parere teneretur; scilicet : *Redde regi Dionysio quem invenisti thesaurum auri.* Simili ratione, ex iis ipsis litteris, ex quibus Cabbalistæ magna mysteria per gematriam, notaricon, aut permutationem eruere se gloriantur, quidlibet aliud, et fortè contrarium ab hominibus ingeniosè ludentibus colligi posset. Ars itaque cabbalistica incerta est, vana, et nugax : adeòque Moysi, Esdræ, aliisque à Deo afflatis hominibus injuriam faciunt, qui hujus artis inventores aut doctores illos fuisse contendunt.

Præterea, tantùm abest ut Cabbala ad Scripturæ sacræ intelligentiam, et ad fidei dogmata probanda vel illustranda viam aperiat, ut potiùs ad Scripturæ divinæ fideique corruptionem tendat : siquidem Cabbalistæ, neglecto sensu litterali, ingenii sui figmenta, speciosasque nugas, pro magnis mysteriis, veroque Scripturæ sensu venditant. Unde cabbalisticæ illæ interpretationes quibusdam etiam Judæorum magistris paulò magis cordatis non probantur. Ex illis Aben-Ezra, Præfatione in Legem, tales interpretes noctuis assimilat, « qui « in litteralis sensûs splendore cæci sunt, in « mysteriorum tenebris perspicaces. » Et Rabbinicum illud axioma profert : « Textus sacer « non egreditur de manibus simplicis et litte« ralis sensûs. » Et Commentar. in Genesim, cap. 14, ait : « Scriptura non loquitur gema« tricè, sed verba intelligenda sunt prout so« nant. » Temerarium igitur et ridiculum est, Moysem, Esdram, aliosve Spiritu Dei afflatos homines Cabbalæ auctores vel doctores asserere.

Tertiò, cabbalisticæ artis novitatem probat veterum silentium, Josephi Judaicarum Antiquitatum vernaculi vindicis, Philonis Judæi, qui cùm in Allegoriis totus versetur, de arcanis illis Cabbalæ nihil omninò habet; Origenis, qui tot Judæos de rebus Judaicis consuluit, qui de Traditionibus Judaicis toties verba fecit, præcipuè libro 4, Περὶ Ἀρχῶν, cap. 2, qui sensum allegoricum Scripturæ sacræ ubique sectatur, de Cabbalæ mysteriis se aliquid novisse nullibi indicat; S. Epiphanii, qui Judæis parentibus natus, et jam adolescens christianam Religionem amplexus, sæpè de Judæorum sectis ac traditionibus, quas Δευτερώσεις vocant, agit Hæresi 13, 14, 15, 16 et seq. Hæresi 23, et 42, et in Responsione ad Epistolam Pauli et Acacii : aliasque hujusmodi Δευτερώσεων Mosi, alias Akibæ, quasdam Addæ Suæ Judæ, nonnullas Hasmonæis tribui refert : mirabilis illius artis, scilicet Cabbalæ à Moyse, vel Esdrâ traditæ, aut librorum de illâ editorum nusquàm meminit. S. Hieronymi, qui Judaicarum traditionum toties mentionem fecit, toties eas explicuit, toties Judæos præceptores conduxit ut eas addisceret, tot annis in Judæâ et Syriâ commoratus est, et tamen de Cabbalâ et libris cabbalisticis nihil uspiam habet. Commentario quidem in caput 25 Jeremiæ explicans illa verba : et rex Sesac bibet post eos, notat Sesac positum esse pro Babel commutatione litterarum Alphabeti Hebræis familiari, sed ex Cabbalæ arcanis id non eruit S. Hieronymus, neque prophetam arte cabbalisticâ id fecisse innuit, sed ex linguæ Hebraicæ proprietate et usu. Ait enim : « Quomodò Babel intelligatur « Sesac, non magnoperè laborabit, qui Hebrææ « linguæ parvam saltem habuerit scientiam. » At Cabbalæ mysteria intelligere non ita facile est. Unde Elias Levita, in Thesbite, se non posse hanc sapientiam sufficienter exponere, et ob pravitatem suam non attigisse istam sapientiam, et scientiam sanctorum profitetur. Denique Cabbalæ propriè sumptæ nulla in Talmude, in Midraschim, in antiquis ullis Judæorum libris memoria, nullum vestigium occurrit. Dixi, Cabbalæ propriè sumptæ : nomen enim Cabbalæ nunc à Judæis tribus modis sumitur, ut observat Morinus libro 2, Exercitat. 11, cap. 5, § 11. Primò pro traditionibus, quas vocare solent *Tora Behalpe*, legem oralem, quæ Talmude continetur ; imò totum Talmud nihil est aliud quàm lex oralis scripta. Secundò pro Rabbinorum et doctorum à Mose ad hæc usque tempora successione, de quâ Cabbalæ specie R. Abraham Levita, et Ghedalias scripserunt, librosque suos de Cabbalâ inscripserunt, ille *Librum Cabbalæ*, hic, *Catenam Cabbalæ*. Hæc Cabbalæ species ad primam aliquo modo refertur. Nihil enim in eâ agitur, quàm doctorum historia qui legem oralem docuerunt, et aliis tradiderunt. Tertiò Cabbala dicitur, doctrina quædam mystica, ex variis nominum divinorum combinationibus, et resolutionibus, litterarum Alphabeti vario situ, permutatione, decussatione, decem *Sephiroth* sive Dei attributis variè inter se comparatis, orta et eruta, quæ præ cæteris libro Zohar continetur. Cabbalæ hoc tertio modo sumptæ nulla in Talmude mentio, nulla in Midraschim, nulla in antiquo ullo libro memoria, nullum vestigium. Nec enim hujus rei vestigium voco grammaticas subtilitates, quæ rarissimè in antiquis eorum libris occurrunt. Hoc enim fert

linguarum genius, quæ litteris Alphabeti sui utuntur, numerorum et siphrarum loco. Sed quando quid ejusmodi faciunt, sensum moralem simpliciter inde eliciunt, non in mysticos et tenuissimos aliis ejusdem farinæ insitos divagantur. Hæc Morinus.

Objicitur, Esdram septuaginta libros cabbalisticos Dei jussu et afflatu scripsisse, cum solis sapientibus communicandos : Moysi verò arcanam hanc sapientiam à Deo traditam in monte Sinai, et ad Esdram usque traditione transmissam, qui primus illam scriptis prodidit. Id ex libro 4 Esdræ, cap 14, compertum esse, ubi Deus de horum arcanorum revelatione Moysi factâ ait : *Revelans revelatus sum super rubum, et locutus sum Moysi, quando populus meus serviebat in Ægypto, et misi eum de Ægypto, et adduxi eum super montem Sinaï, et detinebam eum apud me diebus multis, et enarravi ei mirabilia multa, et ostendi ei temporum secreta et finem; et præcepi ei, dicens : Hæc in palam facies verba, et hæc abscondes.* De Esdrâ verò postquàm libros quatuor supra ducentos jussu Dei quadraginta diebus scripsisset, subditur : *Et factum est cùm complevissent quadraginta dies, locutus est Altissimus, dicens : Priora quæ scripsisti in palam pone, et legant digni et indigni : novissimos autem septuaginta conservabis, ut tradas eos sapientibus de populo tuo. In his enim est vena intellectûs, et sapientiæ fons, et scientiæ flumen.* Horum Exemplaria librorum magnis impensis à Judæis redemit Joannes Picus Mirandulanus comes, ut ipse testatur.

Respondetur, librum apocryphum idoneum ad faciendam fidem non esse. Libros autem Esdræ 3 et 4, ut apocryphos ab Ecclesiâ rejici jure meritòque, cùm fabulis scateant. Unde S. Hieronymus Præfatione in Esdram et Nehemiam ad Domnionem et Rogatianum, scribit : « Nec quemquam moveat, quòd unus à nobis « liber editus est : nec apocryphorum tertii « et quarti somniis delectetur; quia et apud « Hebræos Esdræ Nehemiæque sermones in « unum volumen coarctantur; et quæ non « habentur apud illos, nec de viginti quatuor « senibus sunt, procul abjicienda. » Et libro adversùs Vigilantium : « Tu vigilans dormis, « inquit, et dormiens scribis, et proponis mihi « librum apocryphum, qui sub nomine Esdræ « à te et à similibus tuis legitur....... Quem « ego librum nunquàm legi. Quid enim necesse « in manus sumere, quod Ecclesia non recipit ? » Quamvis ergo Clemens Alexandrinus libro 3 Stromatum, auctor Operis Imperfecti in Matthæum inter S. Joannis Chrysostomi opera editi, Homiliâ 34; S. Ambrosius libro de Bono Mortis, cap. 11; libro 2, in Lucam, libro 2 de Spiritu sancto, cap. 7, Oratione de Obitu Satyri fratris, et Epistolâ 38, ad Orontianum, quartum librum Esdræ velut canonicum, et ab Esdrâ afflante Spiritu sancto scriptum agnoverint, illum nihilominùs Ecclesiæ judicio præeunte rejicimus, quæ duos tantùm Esdræ Libros in Canonem admisit, ut constat ex Origene in Expositione primi Psalmi, referente Eusebio libro 6 Historiæ Ecclesiasticæ, cap. 25; concilio Laodiceno, Canone ultimo, S. Gregorio Nazianzeno in Carmine ad Seleucum, S. Cyrillo Hierosolymitano, S. Epiphanio, Hæresi 8, et libro de Mensuris et Ponderibus, cap. 28, S. Hieronymo locis mox laudatis, S. Augustino libro 2, de Doctrinâ Christianâ, cap. 8, et libro 15, de Civitate Dei, cap. 25; Innocentio I, Epistolâ ad Exuperium Tolosanum episcopum; concilio Carthaginensi, canone 47. Gelasius cum Synodo Romanâ unum Esdræ librum canonicum agnoscit, quòd Esdræ et Nehemiæ libri in unum volumen compingerentur; et ne pluribus recensendis inutilem operam collocem, sacra synodus Tridentinâ sessione 4, in canonicorum librorum Indice librum duntaxat Esdræ primum, et secundum, qui dicitur Nehemias, adscribit. Quod ergo liber quartus Esdræ narrat de libris quatuor et ducentis ab Esdrâ intra dies quadraginta conscriptis, et de libris septuaginta ex eo numero cum solis sapientibus communicandis, ad fabulas amandetur.

Quod spectat Mirandulanum comitem, fumos ipsi Judæus aliquis venditavit, ipsique illusit, adscripto veteribus membranis Esdræ scribæ et synagogæ magnæ principis nomine, ut grandem ab illo pecuniam emungeret. Nec mirum, quòd fraudem passus sit felicissimi cæteroquin ingenii comes, quem juvenilis ætas, et sciendi cupido immensa imposturis hujusmodi nimis credulum effecerant. Nondùm enim vigesimumquartum ætatis annum exegerat cùm Apologiam suam scripsit, in quâ de libris illis hæc habet : « Hi libri apud Hebræos hàc tempestate tantâ religione coluntur, ut neminem liceat nisi annos septuaginta « natum attingere. Hos ego libros non medio« cri impensâ mihi cùm comparâssem, summâ « diligentiâ, indefessis laboribus cùm perlegissem, vidi in illis, testis est Deus, Religio« nem non tam Mosaicam, quàm christia« nam, » etc. (Natalis Alexander.)

TIRINI VITA.

Tirinus (Jacobus), Jesuita, Antuerpiæ natus anno 1580, Scripturæ sacræ professor, primariæ domûs Antuerpiensis superior, totiusque in Hollandiâ Jesuitarum familiæ d rector, magnum apud omnes nomen adeptus est, editis in libros sacros Commentariis sæpiùs prælo recusis, 2 vol. in-fol., quæ magni fiunt his, qui, neglectis textuum variis lectionibus, litteræ sensui investigando potissimùm incumbunt, juxta Patrum commentatorumque communem interpretationem. Illud opus sequitur *Index controversiarum*, egregiâ methodo rerumque soliditate conspicuus.

Obiit P. Tirinus die 14 julii an. 1636, ætatis 56.

AUGUSTINI CALMETI

IN TOBIAM PROLEGOMENON.

Liber Tobiæ nomine inscriptus utrumque Tobiam habuit auctorem ; vel saltem illi monumenta reliquerunt, quibus adhibitis recentior aliquis auctor librum exaravit, omnibus ferè phrasibus priorum scriptorum servatis. Tobias pater semper in primâ personâ loquitur in exemplaribus Græcis, Syriacis et Hebraicis, à primo usque ad quartum libri caput. In Græco et Hebraico capite 12 (1) legimus, Raphaelem illis imperâsse, ut totam hanc historiam litteris traderent ; et in capite 13 (2) eorumdem textuum legimus scriptum à seniori Tobiâ canticum, quod statim ibidem subditur. Qui verò librum exaravit, quasdam suo marte animadversiones subdidit, et in exitu postremi capitis adjecit : *Completis annis nonaginta novem in timore Domini, cum gaudio sepelierunt eum. Omnis autem cognatio ejus, et omnis generatio ejus, in bonâ vitâ, et in sanctâ conversatione permansit, ita ut accepti essent tam Deo, quàm hominibus, et cunctis habitantibus in terrâ.* Hæc probabilissima visa sunt inter ea quæ de auctore libri feruntur. Estius persuasum habet, librum hunc primò post captivitatem Babylonicam scriptum esse, quòd in eo clariùs exprimatur dogma de vitâ æternâ et beatitudine cap. 2, v. 18, et cap. 11, v. 9 (3). In quam etiam rem facere videntur nomina Gabriel et Michael, uti et nomina mensium, quæ omnia à Babyloniâ derivata Judæi in Bereschit Rabbâ

La mort de Tobie le jeune est de l'an 622 avant l'ère chrétienne. La captivité de son père commença sous Salmanasar, en l'an 718. Or le livre de Tobie était traduit en grec dès le premier siècle de l'ère chrétienne, puisqu'on le trouve cité à la fin de ce siècle par des Pères grecs et latins. Saint Ambroise, saint Hilaire, saint Cyprien citent le livre de Tobie comme *inspiré par l'Esprit saint;* ils le qualifient d'*écriture prophétique.* Saint Irénée nous apprend que de son temps on le regardait comme un *livre prophétique*, sans doute à cause des prédictions qui se trouvent dans les deux derniers chapitres. Origène, dans sa lettre à Africanus, dit que le livre de Tobie était mis par les Juifs, ainsi que celui de Judith, au rang des livres *apocryphes*, c'est-à-dire des *livres qu'ils tenaient cachés*, mais que les Eglises chrétiennes en faisaient usage dans leurs assemblées; et dans sa septième homélie sur le livre des Nombres, il les compte entre les Livres sacrés avec celui d'Esther. Saint Clément de Rome, saint Polycarpe, saint Basile, saint Jérôme, saint Augustin, etc., citent tous le livre de Tobie comme un des livres canoniques; enfin, dès le quatrième siècle, il a été placé dans le catalogue des livres sacrés, par un concile d'Hippone et par le troisième de Carthage. Voltaire a donc fait une bévue grossière qu'il a mise sur le compte de *savants* qu'il n'a eu garde de nommer.

Si ce livre, traduit par saint Jérôme, sur un exemplaire chaldéen, n'est point dans le canon des Juifs, c'est qu'ils ne le recouvrèrent qu'après le temps d'Artaxerxès sous lequel fut clos le canon de leurs livres sacrés; mais les Juifs ne le regardent pas moins comme une histoire véritable. (Duclot.)

(1) Ibi legitur v. 20 : Γράψατε πάντα τὰ συντελεσθέντα εἰς βιβλίον.

(2) Cap. 13, v. 1 : Καὶ Τωβὶτ ἔγραψε προσευχὴν εἰς ἀγαλλίασιν.

(3) Voltaire prétend que, *selon les savants*, le livre de Tobie n'a été écrit que *neuf cents ans après la dispersion.*

et Talmud docent. Sed hæc æquè iis favent, qui scriptum sub captivitate librum arbitrati sunt.

Frustra quis secernere aggrediatur, ea quæ ab utroque Tobiâ scripta sunt, ab iis quæ libri auctori debentur; omnia enim unicâ styli, rerum et animadversionum serie constant. Ferunt duodecim priora capita ad patrem, reliqua ad filium pertinere : duo postremi versus ad collectorem sine controversiâ spectant. Cùm verò in variis ejusdem libri textibus modò fusiores, modò breviores cùm orationes, tùm narrationes occurrant, si quis à scriptoribus sacris pluries recensitum opus asseruerit, mutatis vocibus sententiisque, nihil tamen historiæ fidem labefactantibus, unoquoque pro eo quo agebatur spiritu, per me licet. Id facilè quivis intelliget, inspectis variantibus locis, quæ nos sedulò in commentario annotavimus.

Si duo Tobiæ librum adornârunt, in Assyriâ sive Medorum regione versantes, id quod certum esse censetur, illos vernaculo regionis sermone, nempe Chaldæo et Syriaco usos esse credimus. S. Hieronymus, cùm casu exemplar Chaldaicum nactus esset, autographum dubio procul esse existimavit, statimque Latinè vertendum suscepit, ministerio usus hominis ejus linguæ peritissimi, quo Hebraicè librum reddente, S. Hieronymus Latinis litteris actutùm excipiebat. « Quidquid ille mihi Hebraicis « verbis expressit, inquit ad Chromatium et « Heliodorum, hoc ego, accito notario, ser« monibus Latinis exposui. » Hæc Latina versio modò obtinet, cui divina auctoritas per concilium Tridentinum asserta est. Simplicissima est omnium, et maximè perspicua, alienis incertisque narrationibus libera, quibus suspicionis aiquid induci posse videatur. Abest proinde ab omni corruptionis notâ, cui cæteræ editiones, uti statim observabimus, obnoxiæ sunt.

Vetustissima omnium quæ supersit, versio Græca reputanda est, cujus sive tempus sive auctor ignoratur. Neque Josephus, neque Philo Tobiam nôrant, vel saltem de illo nihil memoriæ prodiderunt; nihil etiam de eâ in scriptis Apostolorum : plura tamen apud veteres christianos auctores. Hanc historiam uno consensu receperunt Pseudo-Clemens in Constitutionibus Apostolicis lib. 1, 3 et 7, S. Polycarpus Epist. ad Philipp., S. Clemens Alexandrinus lib. 1 Strom., cæterique tum Græci tum Latini Patres et scriptores. Vetus Latina versio, olim ante S. Hieronymum obtinens, ex Græco adornata, sola ante sanctum doctorem canonica habebatur. Huetius Demonst. evang. prop. 4, de libro Tobiæ, n. 4, hanc Græcam versionem cæterarum maximè puram et archetypo consentientem judicavit (1). Cur tamen S. Hieronymus novam versionem è Chaldæo aggressus est, quam à Græco non uno in loco recedere noverat (2)? Cur S. Augustinus in Speculo novam hanc S. Hieronymi versionem prætulit, cùm ipse antea veteri vulgatæ ex Græco versioni assueverit (3)? Cur tandem Ecclesia Latina pro versione S. Hieronymi sententiam tulit, quam in disputationibus de religione unicè canonicam haberi jussit (4)?

Summam deberi fatemur reverentiam versioni Græcæ, Patribus primorum seculorum probatæ, cui nostrâ etiam ætate à Græcis primæ deferuntur. Eò pariter collimare scimus argumenta pro auctoritate libri Tobiæ, ex testimonio scriptorum ecclesiasticorum et conciliorum ante S. Hieronymum deductâ, ut hujus libri Græcè scripti, vel in Latinum ex Græco traditi auctoritatem commendent. Non est tamen cur idcircò Græcus textus, seu vetus Vulgata, versione S. Hieronymi potior habeatur : hæc enim claritate, puritate, diligentiâ cæteris præstat (5). Ex quibus fontibus versionem suam derivârit S. Hieronymus, scimus; unde verò Græca, ignoratur (6). Neque enim

(1) Eamdem sententiam tenuerunt Prideaux doctor Anglus, et Houbigant. (Editores.)

(2) Idem responderi poterat, quod ab ipso Hieronymo, præfatione in librum Josue, *sciat me, non in reprehensionem veterum nova cudere.* Voluit Hieronymus Chaldaicum suum exemplar Latinis hominibus antea ignotum, quale esset, exhibere. (Houbigant.)

(3) Huic interrogationi quærat ipse Calmet ex Augustino responsionem. (Houbigant.)

(4) Respondetur quia, cùm tale Ecclesiæ Latinæ factum est decretum, jam interierat antiqua versio Tobiæ, ex Græco facta. Quippe Vulgatam novam authenticam habet Ecclesia Latina *præ cæteris Latinis editionibus*, ut ait concilium Tridentinum, non autem præ editione, aut versione Græcâ, quam ab ipsis Ecclesiæ incunabulis pro authenticâ habitam, noluit certè Ecclesia Latina non ampliùs esse authenticam. (Houbigant.)

(5) An *clarior* et *purior* sit, eruditorum judicium est. Sed quonam pacto hæc poterat, Calmet videri *fidelior*, cùm non haberet Chaldaicum exemplar, ex quo facta est, neque ullam aliam Chaldaici illius codicis versionem? (Houbigant.)

(6) Non negat ipse Calmet, ortam esse ex Chaldaico fonte Græcam versionem; sed hoc voluit dicere : ignoramus quis interpres converterit Græcè Chaldaicum exemplar. Hoc verò conceditur; neque tamen propterea in-

ad versionem Septuaginta spectâsse crediderim cùm à Canone Hebræorum liber absit, lateritque veteres Judæos scriptores Josephum et Philonem. Ita pariter à versione Theodotionis aliena est, cùm à S. Polycarpo, Theodotione ipso vetustiore, laudetur. Post Septuaginta adornatam ex eo demonstratur, quòd illud Geneseos 2, 18 : *Faciamus ei adjutorium simile sibi*, ex versione Septuaginta laudet. Quædam etiam in libro Sententiæ occurrunt, totidem ferè verbis in Daniele, c. 4, v. 24, in Ecclesiastico cap 3, v. 23, et c. 17, v. 18, et c. 29, v. 16, quin et in Evangelio passim recurrentes; ut illa : *Quod ab alio oderis fieri tibi, vide ne tu aliquando alteri facias;* ex quibus tamen nihil de ætate scripti operis jure meritoque colligitur ; fieri enim æquè potest, ut sive libri auctor è Daniele, Ecclesiastico et Evangelio aliquid hauserit ; sive horum librorum auctores è Tobiâ excerpserint; sive denique S. Spiritus eadem omnibus dictaverit. Suspicamur ergo, eam versionem Judæo Hellenistæ, qui Chaldæo exemplari usus sit, accepto referendam ; cùm tamen in eâ versione adornandâ liberiùs, quàm quòd interpreti permittitur, vagatus sit, novam ex Chaldæo procudere S. Hieronymum decrevisse.

Vetus Latina versio, olim ante S. Hieronymum obtinens, cujus aliqua apud veteres Patres supersunt fragmenta, varia in variis exemplaribus erat. R. P. Martianæus integrum ejus exemplar ex autographo MS. bibliothecæ S. Germani Pratensis nobiscum communicavit, satis quidem illud Græcæ ex Romanâ editione consentiens, dissentiens tamen in multis; modò enim narrationis series contractior, modò prolixior exhibetur ; plura præterit, quæ in Græco et Vulgatâ leguntur; plura addit, frustra in illis quærenda : quâ conjecturâ intelligimus, sive adornatam esse versionem ex Græco à cæteris diverso, sive ejus auctorem minùs litteræ servire voluisse. Barbaro stylo etiam exarata est, et summam Latinæ linguæ corruptionem exhibet : quin et nomina propria quandoque corrumpit. Ita cap. 11, v. 20, pro Sennacheribo legit *Altarim*, et pro Nabath *Navis*. Insinuare videtur, Sennacheribum, ex Judæâ reducem, in urbe Charan sive *Nacharim* neci traditum fuisse. Legimus etiam ibidem, *Amosum* oracula fudisse Bethlehemi; denique duo postrema libri capita, et duodecimi partem omittit.

Ut specimen hìc aliquod variantium inter Græcas versiones et Chaldæum exhibeatur, animadvertendum ducimus, in capite primo Græcas versiones innuere (uti quidem credimus) peculiarem fuisse aram, super quam primitiæ omnes deponerentur, sive quæ è fructibus terræ, sive quæ è gregibus pendebantur. Ibi legitur v. 7 : Πρὸς τὸ θυσιαστήριον πάντων τῶν γεννημάτων. Capite 3, 11, loquens Sara inducitur impio planè sermone ; sese enim laqueo præfocaturam esse clamitat, nisi infamis lethi mœrore mortem parentibus suis se inducturam timeret. Scribunt capite 6, 14, puellam Saram à dæmone adamatam. In annis vitæ utriusque Tobiæ referendis, et in præscribendâ cæcitatis senioris Tobiæ periodo, Græcæ variant à Vulgatâ. Gabelum depositi loco pecuniam à Tobiâ accepisse, eamque sigillo ejusdem Tobiæ in sacculis munitam restituisse Raphaeli narrant, cùm Vulgata mutui nomine acceptam à Gabelo summam disertè habeat. Saram eâdem die ad socerum pervenisse, quâ Tobias junior : capitale futurum fuisse Ragueli, si filiam suam Tobiæ nuptam tradere detrectâsset. Nihil illæ de tribus noctibus continenter ab utroque conjuge exactis ; convenisse aiunt ante iter cum Raphaele de mercede solvendâ, unius nempe drachmæ in singulos dies, adjectâ quotidianâ annonâ, et præmio confecti feliciter itineris ; denique tanquàm historiæ parergon addunt vicissitudinum Amani historiam, quem acerrimum Judæorum in tetrum deinde carcerem conjectum, et supplicio traditum narrant, educto è tenebris Achiacharo necessario Tobiæ, et ad summas dignitates evecto. Nihil sanè hâc additione putidius, cùm historia Amani multò seriùs post captivitatem Babylonicam et obitum utriusque Tobiæ contigerit. Plura vide in Commentario. Docemur autem his omnibus, Græcis Hellenistis et fidem et diligentiam in ejus libri versione defuisse (1).

certus est fons Græcæ versionis, quia ejus incertus auctor. Is auctor fuit Judæus quidam Hellenista ; utrùm ille Judæus nimiâ in convertendo licentiâ usus fuerit, quod criminatur Calmet, nemo hominum, qui vivunt, scire potest, cùm nemo sit hodiè, qui Chaldaicum aliquod Tobiæ exemplum viderit.
(Houbigant.)

(1) Ab illis exemplis hoc unum probat, discedere Græcam ab hodiernâ Latinâ, sive ab Chaldaico eo codice, ex quo Latina facta est ; non probat, eamdem discedere ab altero illo codice, unde sumpta est, qui codex ab Hieronymi codice in multis discrepabat.

Ex iis autem exemplis vellem omisisset Calmet duo quædam : unum scilicet, quod sum-

ptum est ex capite 3, versu 2; alterum ex capite ultimo, versu 10. Nimirùm in priore contextum Græcum incusat, quòd dicat Sara, se laqueo finituram fuisse vitam suam, nisi timeret, ne sui parentes, hoc audito, morerentur; cùm tamen Græca dicant : *Doluit valdè, ità ut suffocaretur,* vel, ut nos convertimus, *dolore penè enecata est,* nec proferat Sara verba hæc plena impietatis : *Ego laqueo vitam finirem.* In posteriore exemplo, ubi narratur, Aman fuisse in carcerem conjectum, nihil videtur Calmet factum fuisse inconsultiùs, quàm hæc de libro Esther in librum Tobiæ interpolare : qui quidem ipse consultiùs fecisset, hæc de alio Aman intelligere, neque Achiacharum, pro Mardochæo habere, quàm tollere ex Græcâ versione, sine ullâ auctoritate, versum unum totum, eumdemque benè longum.

(Houbigant.)

Le père Houbigant ne pousse pas plus loin ses réponses aux objections de dom Calmet. Ainsi il laisse sans réplique les autres reproches que dom Calmet fait à cette version grecque. Essayons de les apprécier. Dom Calmet observe donc qu'au chapitre 1, verset 6, cette version semble dire qu'il y avait un autel exprès pour y présenter toutes les prémices de ce que la terre ou les animaux produisaient. Il faut avouer que la ponctuation du texte favorise ce reproche; mais le père Houbigant, qui n'en dit rien dans sa préface, en parle dans ses notes, et observe très-bien que cette faute ne doit être imputée qu'aux copistes qui ont mal ponctué le texte. On y lit : *Et dabam eas* (primitias et decimas) *sacerdotibus filiis Aaron ad altare omnium frugum. Decimam dabam filiis Levi,* etc. Transportez ce point plus haut, et lisez : *Et dabam eas sacerdotibus filiis Aaron ad altare. Omnium frugum decimam dabam filiis Levi,* etc., et il n'y aura plus de difficulté. Il n'y avait point d'autel particulier pour les fruits de la terre; mais on offrait la dîme de ces fruits; et voilà ce que dit Tobie : Je donnais la dîme de tous mes fruits : *Omnium frugum decimam dabam.*

Dom Calmet attribue à la version grecque de dire que le démon avait de l'amour pour Sara. C'est au chapitre 6, verset 14. *Dæmonium diligit eam.* Mais dom Calmet même répond à cela dans son commentaire sur ce texte, où il fait remarquer que c'est le jeune Tobie qui dit cela, en parlant suivant l'opinion vulgaire de ce temps-là. Don Calmet prétend qu'on ne peut soutenir en aucun sens que le démon ait eu de l'amour pour Sara; mais en même temps il convient que le texte grec raconte simplement l'opinion qu'en avait le jeune Tobie, conforme au préjugé du peuple, sans pour cela l'approuver ni prétendre nous obliger à le croire. Pour justifier la version grecque, il suffit de remarquer qu'elle ne fait en cela que rapporter les paroles de ce jeune homme.

Dom Calmet observe que la version grecque est fort différente de la Vulgate dans le nombre des années des deux Tobie, le père et le fils, et que dans la durée de la cécité du premier, le grec dit simplement que Tobie avait cinquante-huit ans (ou, selon d'autres exemplaires, quatre-vingt-huit) lorsqu'il perdit la vue; que huit ans après, il la recouvra; et elle ajoute qu'il mourut âgé de cent cinquante-huit ans, et son fils à l'âge de cent vingt-sept ans. La Vulgate dit que Tobie vécut quarante-deux ans après avoir recouvré la vue; qu'il mourut âgé de cent deux ans; qu'il avait cinquante-six ans lorsqu'il perdit la vue, et qu'il la recouvra à soixante; que son fils mourut âgé de quatre-vingt-dix-neuf ans. Le père Houbigant abandonne ici la version grecque, et préfère la Vulgate. Il suppose donc que les copistes grecs se sont mépris sur ces nombres; mais comme nous n'avons point l'original chaldéen, nous ne pouvons discerner si la méprise s'est glissée dans le grec ou dans le latin. Nous reviendrons sur ce point dans la dissertation sur la chronologie de l'histoire de Tobie; et nous y ferons voir que la Vulgate même réclame en faveur de la version grecque, lorsqu'elle dit que le fils de Tobie vit avant de mourir *la cinquième génération de ses enfants.* Il serait difficile qu'il eût pu parvenir jusque-là à quatre-vingt-dix-neuf ans; au lieu qu'il pouvait y être parvenu à cent vingt-sept.

La version grecque veut, dit dom Calmet, que Gabélus ait reçu l'argent de Tobie comme un simple dépôt, et non pas comme un prêt; et qu'il ait rendu à Raphaël les sacs cachetés comme il les avait reçus de Tobie. Le père Houbigant dans ses notes observe que la circonstance des *sacs cachetés* donne lieu de croire que c'était un dépôt, et non pas un prêt. Ce qui a fait naître l'idée du prêt, c'est que la Vulgate dit que Gabélus était pauvre lorsque Tobie lui donna cet argent : *Cùm.... Gabelum egentem videret.* Ce seul mot *egentem* forme ici la seule différence essentielle entre ces deux versions; car, du reste, la Vulgate ne dit point que Tobie eût prêté cet argent à Gabélus, mais qu'il le lui avait donné, *dedit illi;* ce qui peut s'entendre d'un dépôt comme d'un prêt. Elle dit qu'il le donna sous l'obligation signée de Gabélus, *sub chirographo.* Si la version grecque n'en parle point ici, du moins elle dit ensuite, comme la Vulgate, que Tobie le père donna ce billet à son fils en l'envoyant vers Gabélus, et que Raphaël le rendit à Gabélus. Si la Vulgate ne parle pas des *sacs cachetés*, du moins on y voit comme dans le grec, qu'il ne s'agissait que de présenter le billet, pour recevoir aussitôt l'argent; et qu'en effet dès que le billet fut montré, l'argent fut rendu. Cela ressemble bien à un dépôt. Saint Jérôme n'avait pas vu lui-même de ses yeux dans l'original chaldéen le mot *egenum* qui seul forme ici la difficulté; il s'en était rapporté à ce Juif qui lui dictait en hébreu ce qu'il prétendait voir dans le chaldéen, et ce qu'il entendait peut-être mal. Le témoignage de ce Juif sera-t-il suffisant pour convertir en prêt ce que toutes les autres expressions du latin même comme du grec présentent comme un dépôt*?

(*) Le père Houbigant et l'abbé de Vence ont ignoré tous deux l'usage des Orientaux de compter l'argent par *bourses cachetées.* Qui ne sait qu'à Constantinople et dans tout le Levant on compte par *bourses?* Il est hors de doute que l'argent que Tobie donna à Gabélus, *le voyant dans le besoin* (*cùm Gabelum egentem videret*), était un prêt; car, à qui peut-il venir

La version grecque veut, dit dom Calmet, que Sara soit arrivée chez Tobie le père le même jour que le jeune Tobie son époux. La version grecque ne dit pas que Sara soit arrivée le même jour; mais notre version latine dit qu'elle n'arriva que sept jours après : *post septem dies;* et c'est ce que la version grecque ne dit pas. Dom Calmet, dans son commentaire, insiste encore sur ce que, selon le grec, Tobie le jeune ne s'était séparé de Sara son épouse, que lorsqu'il fut près de Ninive; au lieu que, selon la Vulgate, il s'en sépara lorsqu'ils furent arrivés à Charan ; mais il convient que ce ne peut pas être la ville de Charan en Mésopotamie sur l'Euphrate, trop éloignée du chemin de Ninive à Ecbatane. C'est donc un autre lieu dont la Vulgate exprime la position en ces termes : *quæ est in medio itinere contra Niniven.* Dom Calmet suppose que cela signifie, lieu que l'on rencontre à la moitié du chemin vis-à vis de Ninive. Mais est-il bien vrai que ce soit là le sens de ces paroles? Raphaël conduisant le jeune Tobie d'Ecbatane à Ninive, l'aura-t-il fait passer par une ville située vis-à-vis de Ninive, à moins qu'elle ne fût en même temps vis-à-vis et près de Ninive, comme ce bourg situé près de Jérusalem et dont Jésus-Christ parlait en disant à ses apôtres : *Ite in castellum quod contra vos est?* Allez à ce bourg qui est vis-à-vis de vous. Alors l'expression *medio itinere* ne signifierait pas la moitié du chemin, mais le milieu du chemin, le chemin par lequel il fallait passer pour aller à Ninive. Alors la version latine se concilierait avec la version grecque, et le jeune Tobie n'aurait quitté son épouse que lorsqu'il fut près de Ninive. Si le retard de sept jours paraît supposer une distance plus étendue, le nombre de *sept* n'est peut-être qu'une faute de copiste; il n'en faut peut-être compter que deux; et d'ailleurs cette circonstance ne se trouvant marquée que dans la version latine, n'a encore d'autre garant que le témoignage de ce Juif qui dictait en hébreu ce que saint Jérôme écrivait en latin. Cette circonstance suffira-t-elle pour rejeter la version grecque?

Cette version veut encore, dit dom Calmet, qu'il y aurait eu peine de mort contre Raguel, s'il n'eût pas donné sa fille pour femme à Tobie. Dans son commentaire, il suppose que, selon cette version, l'ange dit au jeune Tobie que *Raguel est obligé de lui donner sa fille sous peine de mort selon la loi de Moïse.* Mais la version grecque ne dit point cela. Le père Houbigant suppose qu'elle dit : *Scio Raguelem non eam daturum alteri viro contra legem Mosis, ne morte dignus videatur.* Mais ce n'est point encore là le sens du grec. Il ne faut point ici confondre κατὰ τοῦ νόμου, *contra legem*, avec κατὰ τὸν νόμον, *secundum legem;* ce sont deux sens opposés; et le grec dit très-bien ici, κατὰ τὸν νόμον, *secundùm legem.* Dom Calmet l'a fort bien compris, et ce n'est pas en quoi il se méprend. Le père Houbigant le traduit lui-même en ce sens au chapitre 6, verset 13, *juxta legem Mosis.* Dom Calmet ne s'est donc point mépris sur cela. Mais il suppose que la version grecque rapporte à cela ce qu'elle dit de la peine de mort; et parce que la loi de Moïse ne prononce point cette peine en pareil cas, il accuse la version grecque d'attribuer à la loi de Moïse ce qu'elle ne porte pas. Il suppose que, selon la version grecque, ce serait Raguel qui encourrait cette peine. Le père Houbigant dans la version grecque suppose aussi que c'est Raguel qui est en risque de mort; et dans sa note il observe que la loi de Moïse ne prononçait point peine de mort contre celui qui épousait une femme hors de sa famille ou de sa tribu, et qu'en effet ce parent de Ruth qui refusa d'épouser Ruth sa parente, ne fut point condamné à mort; que si donc il y avait alors chez les Israélites une loi sévère, elle devait être plus récente et peut-être établie pour empêcher que les Israélites, enlevés de leur patrie, n'épousassent des femmes étrangères. Mais le parent de Ruth n'était pas dans le cas de Raguel; et d'ailleurs en vain se fatiguerait-on ici pour justifier cette version d'avoir dit ce qu'elle ne dit pas. Les paroles de l'ange sont ici visiblement relatives à ce qui était arrivé à tous ceux qui avaient épousé Sara; ils avaient été frappés de mort, parce que, selon la loi de Moïse, elle était réservée pour Tobie son parent; voilà précisément ce que dit la version grecque à la lettre : *Scio quòd Raguel nullo modo dederit eam viro alteri, secundùm legem Moysis, quin debeat mortem :* « Je sais que Raguel ne la donnera jamais à « aucun autre homme, selon la loi de Moïse, « qu'il n'encoure la mort; » non Raguel, mais tout étranger à qui il la donnerait; non que la loi de Moïse prononce cette peine, mais parce que, selon la loi de Moïse, étant seule héritière de son père, elle doit épouser Tobie, son parent, et que par cette raison Dieu ne permettra pas qu'aucun autre vive avec elle. Il n'y a rien là qui ne soit digne de l'ange, et que par conséquent la version grecque n'ait pu dire.

Dom Calmet reproche encore à celle-ci le silence qu'elle garde sur une circonstance fort édifiante marquée deux fois dans la version latine; ce sont ces trois nuits passées dans la continence par Tobie et Sara les trois premiers jours de leur mariage. Selon la Vulgate l'ange donna ce conseil à Tobie, et Tobie l'exécuta; la version grecque ne dit ni l'un ni l'autre; mais elle ne dit rien de contraire; et tout ce que l'on peut en conclure, c'est que les exemplaires variaient, et que les uns supprimaient des circonstances exprimées dans les autres, en sorte que loin de récuser ici l'un par l'autre, il faut comparer les deux, et, s'il est possible, les concilier. Il est facile de le faire pour des textes qui ne se contredisent point.

Dom Calmet observe encore que, selon la version grecque, avant le départ du jeune Tobie, on convint de donner à Raphaël une dragme par jour pour son salaire avec la nourriture, et quelque récompense par surcroît au retour du voyage; et cette circons-

dans l'esprit de donner à garder son argent à quelqu'un *parce qu'il est fort pauvre?* Il est vrai que la somme fut payée aussitôt que Raphaël eut présenté le billet. Cela ne prouve point que Gabélus tenait l'argent seulement à titre de dépôt; mais au contraire qu'ayant fait valoir la somme empruntée, il se trouvait dans l'aisance, et en état de satisfaire son créancier à la première demande. (Drach.)

Hebraicum hujus libri exemplar non unum habemus (1); sed illud de omnibus statuendum, neque archetypos esse Tobiæ textus, neque versiones ante Jesu Christi ætatem ex archetypo adornatas. Certior factus fuerat Origenes, libros Tobiæ et Judith in suâ linguâ legere Judæos, eosque inter apocryphos rejicere, atque adeò post Esdram, clausumque jam ab Esdrâ Hebraicarum Scripturarum Canonem, scriptos. Istud verò Hebraicum Tobiæ exemplar, de quo Origenes, ipsissimum fuisse exemplar Chaldaicum, quo S. Hieronymus usus est, suspicamur; nullum enim Hebraicum Tobiæ exemplar S. Hieronymus laudat; quod sanè nunquàm ab eo omissum iri credimus, siquidem aliquod in eâ linguâ scriptum superfuisset. Chaldaica lingua pro Hebraicâ frequenter usurpatur in libris recentiùs scriptis, ex quo Chaldæus sermo pro Hebræo puro apud Judæos obtinere cœpit. Quare suspicamur, exemplar Hebraicum Tobiæ ipsissimum esse Chaldaicum S. Hieronymi.

Quod spectat ad textus Hebraicos ejusdem libri à Sebastiano Munstero et Paullo Fagio variis temporibus publici juris factos, hos, tanquàm exempla seu versiones recentissimas ex Græco vel Latino adornatas, liberiùs ab utroque quandoque divagantes, habendos esse credimus. Editio Hebraica Fagii versioni Septuaginta magis accedit, accuratior et castigatior est, quàm Munsteri. Accipe aliqua posterioris hujus variantia. Tobias marsupium à Gabelo accepit, veluti pignus et cautionem restituendæ ad nutum pecuniæ, quam depositi loco idem Gabelus acceperat. Jeremiam laudat prophetam, qui post Tobiæ obitum floruit. Ait, relatam à Tobiâ maculam non statim elui potuisse in regione profanâ et impurâ, uti in Israeliticâ potuisset: quasi scilicet relata ex contactu cadaveris macula etiam in terrâ Israelis statim expiaretur. Tobiam ante viginti annos pecuniam suam Gabelo dedisse; obolum pro diurnâ Raphaelis mercede assignat: obolum ne nomine quidem Assyrii nôrant. Tandem in eâ versione plures deprehenduntur, nec levis momenti, additiones; multò etiam plura omissa. Ita in capite 12 omnia desunt à versu 16 usque ad 20, totumque caput 14, integer licet liber sit, id quod constat ex iis verbis in fine appositis: *Benedictus Dominus in æternum. Amen, amen. Finit liber Tobæi filii Tobiel. Laus Deo.*

Hebraicum exemplar à Fagio vulgatum magis Græco accedit: omnia ferè servat, quæ nos ex Græco annotavimus; addit tamen quædam, uti de tertio decimarum genere quod à Tobiâ Hierosolymam allatum, in templi restaurationem impendebatur; id autem nullâ legis sanctione præcipitur. Innuere etiam videtur capite 9, 9, Raphaelem unius diei itinere è Rages Ecbatana venisse, id quod Hebræo Munsteri repugnat, bidui iter eas urbes statuenti. Capite 1, legimus, Tobiam seniorem, postquàm è Sennacheribi gratiâ ceciderat, iter Elymaidem versùs instituisse (Alemanniam textus, sed nos corrigendum Elymaidem ex fide Græci textûs censemus). In eâ regione sita erant Ecbatana, quæ etiam *Elymais* appellabantur. Legimus pariter capite 5, genealogiam Azariæ, qui sese Tobiæ eunti Hierosolymam itineris socium exhibebat, quæ in Græcâ quidem, in Syriacâ, aliisque editionibus ex Hebræo, non verò in Vulgatâ occurrit. Ibi etiam ea urbs, quò Tobias et Azarias primâ itineris nocte pervenerunt, Laodicea appellatur. Tandem meminit *maximæ* captivitatis, post eversionem secundi templi futuræ; quam

tance s'y trouve encore rappelée au retour du jeune Tobie. La Vulgate ne dit rien de cela, mais elle ne le contredit pas; et dès lors il est facile de la concilier avec la version grecque. On vient de voir qu'elle dit ce que le grec ne dit pas; et ici on voit que ce qu'elle ne dit pas, le grec le dit. Ainsi l'une supplée au silence de l'autre, sans que pour cela l'une puisse faire rejeter l'autre.

Enfin dom Calmet dit qu'on peut remarquer dans la version grecque diverses autres altérations; et de tout cela il conclut que l'auteur de cette version n'a pas eu toute la fidélité et l'exactitude qu'il devait avoir. Les différences que nous venons de discuter ne paraissent pas suffisantes, pour appuyer le reproche d'inexactitude et d'infidélité contre une version qui a toujours été reconnue pour authentique dans l'Eglise grecque, et dont la version latine même était reçue également dans l'Eglise latine avant celle de saint Jérôme. Pour bien juger du mérite de ces deux versions, il faudrait avoir le texte chaldéen que nous n'avons pas.

Jean Albert Fabricius croit que la meilleure édition grecque que nous ayons du livre de Tobie est celle qui fut publiée par Jean Drusus à Franéker en 1591 avec des notes; c'est celle que Fabricius a suivie dans la traduction latine qu'il a donnée de ce livre.

(Bible de Vence.)

(1) Ut valdè mirer, quæ vel ignorantia, vel impudentia Britannum illum doctissimi Bellarmini, vel doctrinæ potiùs catholicæ hostem, Calvinianum Vittakerum subierit, dùm scribere ausus est: *Nonnisi in Græco et Latino Tobias legitur*. Hoc enim ab ipsis etiam hæreticis aliis, falsi damnatur, Fagio, Munstero, Genevensis editionis Vatablo, vel potiùs Baduello et Drusio. (Serarius.)

deinde secutura est universi Israelis libertas, restitutio Hierosolymæ, templique in majorem amplitudinem et magnificentiam, quin unquàm in posterum templum evertendum deserendumque sit. Quæ ista captivitas, nisi maxima illa tot jam annorum serie tolerata, quam inani spe solvendam denique Judæi sibi blandiuntur?

Huetius, olim episcopus Abrincensis, Hebraicum Tobiæ manuscriptum servat, quanquàm ab utroque hoc, de quo mox egimus, planè diversum, multò tamen Munsteriano similius. Versio Syriaca ad Græcam adeò accedit, ut sive altera ex alterâ, sive ambæ ex uno eodemque archetypo adornatæ videantur. Variantia tamen utrinque leguntur, nec levia. Sed ubi non? E Græcis ipsis exemplaribus non uno in loco plura dissident. Fabianus Justiniani persuasum habet, textum Syriacum, sibi olim in bibliothecâ Mediceâ Romæ visum, aliquibus in locis à Polyglottis Anglicis discrepantem, à Tobiâ seniore in usum Chaldæorum et Judæorum descriptum fuisse; textum verò Chaldaicum, Latinè à S. Hieronymo versum, Tobiam filium auctorem habuisse: quare duo ejusdem historiæ archetypa statuenda sunt, Chaldaicum et Syriacum; quorum primum Latina versio, secundum Græca præ se ferret. Sed quorsùm bis eadem historia exaranda fuit, semel à Tobiâ seniore Syriacè, iterùm ab juniore Chaldaicè? An illorum ætate Chaldaicum et Syriacum eloquium distinguebantur? Ad hæc, cùm Syriaca versio eadem menda, quæ Græca, præ se ferat, versio esse ex Græco, mendosa plenè et minùs accurata, jure meritoque reputanda est.

Non duo, sed tria Tobiæ exemplaria admittit Serarius, Chaldæum nempe, junctâ simul operâ ab utroque Tobiâ jussu angeli scriptum; et gemina alia Hebraica, à singulis exarata. Suspecta tamen est tot exemplarium unius ejusdemque historiæ, nullâ fermè necessitate, multitudo. Multiplicanda potiùs fuerant ejusdem archetypi exempla, quin ter eadem historia conscriberetur. Sola etiam exemplarium, uti quidam autumant, Hebraicorum lectio satis persuadet, ea quæ archetypa Hebraica Serarius appellat, nonnisi meras putasque versiones esse è Græco sive Latino recentissimè adornatas, et liberiùs, pluribus ad arbitrium adjectis, quàm interpreti liceat, excurrentes. Editio Constantinopoli delata Græcum exemplar præ se fert, cui ferè in omnibus adhæret. Germana à Munstero vulgata Latino textui inhæsisse videtur, quem tamen pluribus adjectis interpolavit. Sola ejus lectio versione Hierosolymitanâ recentiorem esse abundè demonstrat.

Laudat interdùm Fabianus Justiniani versionem quamdam Arabicam sibi communicatam à Victorio Maronitâ, in Universitate Romanâ professore. Ea nunquàm lucem vidit, sed referre dicitur Vulgatam, quasi ambæ ex uno eodemque exemplari expressæ sint, nisi fortè, quod malumus, è Vulgatâ ipsâ adornata sit.

Liber Tobiæ deest in Canone Judæorum (1), non secùs ac in vetustissimis sanctorum librorum catalogis. S. Hieronymus in præfatione ad Tobiam scribit: « Arguunt nos studia Hebræorum, et imputant nobis contra suum « Canonem Latinis auribus ista transferri. » Inter canonicos sacrosque libros non legitur apud Melitonem, Origenem, concilium Laodi-

(1) Verùm quia versionum istarum auctores non omninò certis argumentis demonstrantur, venerit fortassè cuipiam in mentem, neque certam esse hujus libri totius auctoritatem: sed tantam tantummodò, quanta istorum auctorum exploratio est, probabilem scilicet, quæ respui tamen, contemnique possit. Secùs tamen habet res. Alioquin, eâdem profectò machinâ, multos gravissimosque divini operis codices quatefieri oportebit. Quis enim exploratè certòque asseverârit, quinam sint Josiæ, Judicum, Ruth, Paralipomenon, Estheris, aliorumque quorumdam scriptores? Quis, si 70 cum quibusdam non admittas, eorumdem, et Isaiæ, Jeremiæ, cæterorum prophetarum Græcus interpres? Quâ linguâ D. Matthæi et Marci Evangelium ab ipsis editum, et Græcè quis id convertit? Veri quædam similia tradunt plerique omnes, quæ credendi necessitatem afferant, nulla sunt. (Serarius.)

Cur hic liber non fuerit inscriptus in Canone Judæorum, causa hæc probabilis afferri potest, quòd eum Judæi, qui in Babyloniâ fuerant, nondùm cognòssent, cùm ex captivitate redierunt, et Canonem suum fecerunt. Neque mirum videri debet, librum Tobiæ fuisse Babyloniis Judæis aliquandiù ignotum, cùm et res contineat is liber, quæ unam Tobiæ familiam, non totam gentem, spectant, et pauci primùm fuerint, ob eam causam, ejusdem libri codices. Adde, eos codices fuisse servatos longè à Babylone, nempe Ecbatanis in Mediâ, quò secesserat junior Tobias. Narrat Tobias pater, se, regnante Sennacherib, non habuisse in Mediam eundi licentiam; verisimile est, Judæis quoque in Babyloniâ captivis non datam fuisse eamdem licentiam; imò non licuisse illis, qui in Mediâ erant, de priore captivitate, ire Babylonem, quia postquàm res fuerant in Mediâ pacatiores, ut prædixerat Tobias pater, multa bella extiterunt Medos inter et Assyrios, atque adeò interclusa fuerunt Judæis, utroque in regno captivis, commercia codicum et litterarum. (Houbigant.)

cenum, S. Athanasium (1), S. Cyrillum Hierosolymitanum, catechesi 4, S. Gregorium Nazianzenum carmine de veris Scripturis, S. Epiphanium de Ponderibus et Mensuris, S. Hilarium in Prologo Psalmorum (2), et S. Hieronymum (3). Hunc librum recentiores quidam (4) non satis verentur : quorum aliqui (5) in eam venerunt audaciam, ut non veram historiam, sed piam fabellam, et dirigendis moribus idoneam esse arbitrentur, ubi gemini Tobiæ personam exhibeant probi parentis ac filii morigeri, quorum vicibus pingantur præmia, quæ Deus largitur bonorum operum exercitio, eleemosynæ præsertim et sepulturæ mortuorum (6).

Quamvis tamen hic liber in priorem Judæorum Canonem, libros solummodò Hebraicè scriptos continentem, non coopletur; quamvis Patres, qui solum Hebræorum Canonem tenendum esse censuerunt, nullum illi locum

(1) Epist. Fest., et in Synopsi.

(2) Qui tamen observat, libros *Tobiæ* et *Judith* ab aliquibus in Canonem referri : « Quibusdam autem visum est, inquit, additis « Tobiâ et Judith, viginti quatuor libros, se« cundùm numerum Græcarum litterarum, « connumerare. » (Natalis Alexander.)

(3) Prolog. Galeat. : *Tobias et Pastor non sunt in canone ;* et Præf. in libb. Salom., Judith et Tobiæ..... *Legit quidem Ecclesia, sed eos inter canonicas Scripturas non recivit.* (Calmet.)

(4) Epist. Belargi ad Erasm.

(5) Paulus Fagius.

(6) Respondendum est doctori Anglo Prideaux et cæteris partium ejus viris doctis, qui, cùm fateantur librum Tobiæ et à Judæis et à Christianis haberi ut veram historiam, tamen ab eo libro quædam ablegant, quæ ipsis fabulæ esse videantur : exempli causâ, fecisse angelum sub formâ humanâ cum Tobiâ filio longum iter, et finxisse se esse Azariam; interfecisse dæmonium Saræ septem maritos; postea pulsum fuisse fumo jecoris et cordis, et ab angelo in superiore Ægypto ligatum; sanatos fuisse felle piscis Tobiæ patris oculos. « His « fidem habere, inquit Prideaux, maximæ « esset credulitatis, quippe hæc similiora sunt « fabulis Homericis, quàm sacris historiis. » Angelum fecisse cum Tobiâ filio longum iter, doctori Prideaux non magis fabulosum poterat videri, quàm angelum, cùm Abrahamo apparuisset, ivisse Sodomam, apud Lot diversatum fuisse, cum eodem Lot filiabusque ejus et uxore iter fecisse usque ad urbem Segor; hæc enim omnia utrobique ferè similia sunt. Movebatur doctor Prideaux auctoritate libri Genesis, ut quæ de angelo cum Lot iter faciente narrantur, vera esse crederet, non autem contra auctoritatem libri Genesis argumentabatur, hæc videri similia fabulis Homericis; ergo idem facere debebat in libro Tobiæ, non verò ex eo quòd fabulosa quædam videbantur, argumentum petere contra rei narratæ veritatem. Caput erat, infirmare ipsam libri Tobiæ auctoritatem, aut certè istarum, ut ipsi videbatur, fabularum. Neutrum præstant qui cum doctore Prideaux sentiunt. Non negant, jam inde à Polycarpo, Joannis Evangelistæ discipulo, annumeratum fuisse Scripturis sacris librum Tobiæ; neque etiam ullum antiquum scriptorem allegant, qui nos doceat, additas fuisse ad librum Tobiæ istas fabulas itineris angeli cum Tobiâ. Enimverò pertinet hoc iter ad ipsam libri medullam; quo itinere deleto, delendus esset totus liber, vel putandus à capite ad calcem fabulosus.

Idem dicendum de cæteris admirabilibus rebus, quæ hoc in libro memorantur. Sed enim nos juvat primùm quærere ex eis, cum quibus pugnamus, quidnam eis videatur dici oportere fabulosum. Nobis quidem sic videtur, fabulosum vocari quod vel fieri non potest, vel potest, at factum fuisse sine auctoritate affirmatur. Nunc quæritur quidnam memoretur in libro Tobiæ, quod existimandum sit tale. Nihil tale est, 1° quod habet in sacris codicibus sua exempla; 2° quod cum ratione humanâ non pugnat. Prioris generis est iter angeli cum Tobiâ, ut antea diximus; ejusdem etiam generis est cura angeli de salute Tobiæ, et simulatio personæ humanæ, et cum Tobiâ colloquium, et pugna cum dæmonio, et odium dæmoniorum adversùs homines justos et angelos bonos; hæc enim habent in aliis sacris libris similia exempla. Videndum igitur, num alia quædam cum ratione humanâ pugnare videantur.

« Primò pugnat, inquiunt, mentiri angelum « bonum. » Atqui non mentiri ex eo probatur, quòd formam sumpserat non qualiscumque hominis, sed Azariæ illius, qui erat filius Ananiæ, quique apud Gabelum fuerat diversatus; nam potuit angelus mutuari nomen suum ab eo, cujus formam induerat. Non quærebat ex angelo Tobias pater, an esset homo, an angelus; itaque non decepit angelus Tobiam, non docens se esse angelum, sed ei satisfecit scire cupienti, an filio suo fidus comes esset futurus, dùm se talem finxit esse, qualis erat Azarias; cui Azariæ non dubitâsset Tobias committere filium suum, si eum ad manum habuisset.

« Secundò pugnat, inquiunt, dæmonem, qui « corpus non habeat, diligere pulchram puel« lam. » Jam responsum est ab interpretibus, hoc dicere ex famâ vulgari juniorem Tobiam, atque hoc ipso argui posse ejus credulitatem, non verò historiæ fidem; quæ responsio plusquàm satis est. Sed tamen vereor ne nimiùm incautè judicemus de naturâ dæmoniorum, menti humanæ ferè non notâ. Vide, si juvat, apud Calmet, cap. 6, exempla quædam, de quibus ait Augustinus : *Talesque asseverant, ut hæc negare, impudentiæ esse videatur.* Haud scio an ex talibus dæmoniorum immunditiis natæ sint fabulæ illæ veteres deorum de cœlo ad pulchras feminas descendentium. Certè cùm dæmones, quamvis sunt corporis expertes, tamen suscipiant iram, superbiam, invidiam, malitiam, quæ omnes cupiditates non oriuntur in homine sine motibus quibusdam corporeis, dubitari potest an non suscipere etiam libidinem quamdam ac venerem possint, non eam quæ sita est in corporis motibus, sed aliam quamdam similem ei, quæ est in mente

inter sacra volumina reliquerint, certum tamen ratumque habendum est, libro Tobiæ canonicam nullam esse auctoritatem apud Hebræos, teste Origene in libro de Oratione pag. 47. Fuit verò in Canone Ecclesiæ christianæ. S. Cyprianus non semel Tobiam veluti divinum opus et à Spiritu S. dictatum laudat (1). S. Polycarpus in suâ Epistolâ, S. Clemens

hominis, dùm suis membris ad struprum abutitur. Certè qui hoc fieri posse negant, non potiori jure hoc negant, quàm alii affirmant.

« Tertiò pugnat, inquiunt, cum ratione humanâ, fugari dæmonium, adhibito fumo jecoris et cordis. » Equidem non video cur hoc fieri posse negetur, nisi etiam negatur, dæmones habere posse ullum omninò cum corpore qualicumque commercium. Dæmones multa cognoscunt et vident, quæ in mundo aspectabili eveniunt; ergo habent sensus quosdam suos, quamvis non ope proprii sibi corporis. Nimirùm eorum mentes corpora, quæ vident, vel aerea, vel terrestria sic afficiunt, ut hæc ipsa corpora sint illis vice sensuum. Quòd si habent dæmones sensum, quo videant, nihil dici potest cur non etiam metum sentiant, quo quædam, quæ sibi contraria esse vident, aversentur et reformident. At enim quid contrarium esse dæmonibus potest in fumo? An lædere fumus potest naturam incorpoream? Hoc perinde est, ac si quæreres, an fumus lædere humanam mentem possit, quam tamen lædit. Etenim accedit ex fumo, ut in oculis nostris læsio, ita in nostrâ mente dolor. Ergo dolorem ex aliquo fumo sentire dæmones possunt, si, Deo providente, ex fumo sic afficiuntur, ut nos ex læsione membrorum, quod quidem ita evenire, vel ex fumo, vel ex alio qualicumque exorcismo, non modò credibile est, sed maximè etiam dignum sapientiâ divinâ. Cùm enim dæmones materiis, in quas habent potestatem, miris modis multisque abutantur, æquum est ut iisdem materiis aliquando subjecti et obnoxii sint, sic ferè ut motibus subjecta est mens humana corporeis, atque ut in dæmoniis quoque illud verum sit, *per quæ quis peccat, per hæc et punietur.* Propterea igitur docet angelus Tobiam, in corde ac jecore piscis ejus, quem cepit, esse antidotum, quo dæmones pellantur. Et, cùm dicit angelus : *Oportet ex illis elicere fumum coram homine, vel muliere*, satis significat, remedium esse, non Saræ ac Tobiæ proprium, sed commune omnibus, seu viris, seu feminis, quæ à dæmonio vexantur. Poterat fortassè Angelus per sesè abigere Asmodæum; sed quia id fieri conveniebat testibus Sarâ et Tobiâ, elegit angelus exorcismi viam, quæ subjecta esset sensibus humanis; quæ via, tametsi non nota erat juveni Tobiæ, tamen olim videtur fuisse cognita et usurpata; quod quidem angeli ipsa verba persuadent. Neque hæc sunt incredibiliora, quàm magicæ artes, quas constat fuisse olim celebratas. Enimverò in magicis artibus subjiciebat se ipsum dæmonium certis legibus, et accipiebat ab homine quasdam conditiones, quas et præstabat, ut quoties cæremoniæ quædam magicæ usurpabantur, toties adesset dæmon, et hæc operaretur, quæ nefarii homines postulabant.

« Quartò pugnat, inquiunt, ligari ab angelo Asmodæum in Ægypto superiore. » Responsum jam fuit ab aliis, tum ligari dæmonium, cùm potestas ejus coercetur; neque verò in reprehensionem incurrere potest eadem loquendi forma, quam adhibuit in Evangelio Christus Dominus. Ideò verò *in Ægypto superiore*, quia hæc erat à Mediâ longissimè remota, ita ut Asmodæus non jam posset vexare juvenes maritos. Nam dæmonia vexare homines non possunt, nisi adsunt apud homines, et nisi iis rebus, quæ in terrâ eveniunt, tanquàm objectis præsentibus moventur. Dei est solius ubique esse præsentem. Mentes dæmoniorum adsunt, cùm eis conceditur, quibusdam in locis, non simul in omnibus; neque adeò nocere ibi, ubi non sint, possunt; quod ipsum nos docet angelus, dùm relegat Asmodæum in remotissimas regiones. Erat Ægyptus superior plena desertis locis, in quos locos amandari solebant dæmones, cùm pellebantur; *cùm exierit ab homine, ambulat per loca arida et inaquosa*, in quibus locis homines non sunt, quos venari dæmonia possint, suisque irretire laqueis. Non *ambulat* Asmodæus in desertis locis, sed *ligatur*; ut significetur non jam fore ut dæmonium vexet Saram, vel Saræ maritum, quia nimirùm angelus dæmonium ita exterruerat, ut non jam reverti auderet.

Denique incredibile iisdem videtur, sanatos fuisse Tobiæ oculos, adhibito felle piscis, cùm tamen hoc adeò non sit incredibile, ut constet apud medicos fel siluri, vel lucii, vim in se habere, quâ tollantur albugines oculorum, præsertim cùm maturæ sunt, ut maturæ erant in oculis Tobiæ, qui cæcus fuerat, ex codice Græco, octo annos totos. (Houbigant.)

(1) In libro de Opere et Eleemosynis, ait : « Loquitur in Scripturis divinis Spiritus sanctus, et ait : *Eleemosynis et fide delicta purgantur*......... Raphael quoque angelus paria testatur, et ut eleemosyna libenter ac largiter fiat, hortatur, dicens : *Bona est oratio cum jejunio et eleemosynâ, quia eleemosyna à morte liberat, et ipsa purgat peccata.* » Quod ex Tobiæ cap. 12, 9, sumptum est. Et libro 3 Testimoniorum ad Quirinum, qui S. Cyprianum rogaverat ut ad suam instructionem *excerperet de Scripturis sanctis quædam capitula ad religiosam sectæ nostræ disciplinam pertinentia*, idem sanctus antistes et martyr ipsi morem gerens, *quædam præcepta dominica et magisteria divina colligens, quæ esse facilia et utilia legentibus possint*, ex libro Tobiæ testimonia profert cap. 1, ubi de bono operis et misericordiæ agit. « De hoc ipso, inquit, apud Tobiam : *Et dixi Tobiæ filio meo : Vade, et adduc quemcumque pauperem inveneris ex fratribus nostris, qui tamen in mente habeat Deum ex toto corde suo, hunc adduc, et manducabit pariter meum prandium hoc. Ecce sustineo te, fili, donec venias.* Item illic : *Omnibus diebus vitæ tuæ, fili, Deum in mentem habe, et noli præterire præcepta ejus. Justitiam fac omnibus diebus vitæ tuæ, et noli ambulare viam iniquitatis; quoniam agente te ex veritate, erit respectus operum tuorum. Ex substantiâ tuâ fac eleemosynam, et noli avertere faciem ab ullo paupere : ita fiet, ut*

Alexandrinus, Origenes (1), Auctor Constitutionum apostolicarum (2), S. Basilius (3), S. Ambrosius (4), S. Hieronymus (5), S. Augustinus (6), aliique Patres non secùs ac cæterorum sacrorum voluminum Tobiæ auctoritate usi sunt. Recensetur in catalogis librorum canonicorum concilii Hipponensis (1).

Carthaginensis 3 (2), in Epistolâ Innocentii I ad Exuperium, in synodo Romanâ sub Gelasio; et deinceps apud omnes probatur, ut Cassiodorum, Rabanum Maurum, S. Isidorum Hispalensem, et in decreto unionis sub Eugenio III, ac tandem in Concilio Tridentino sessione 4 (3).

« *nec à te avertatur facies Dei. Quomodò habueris, fili, sic fac. Si tibi fuerit copiosa substantiâ, plus ex illâ fac eleemosynam. Si exiguum habueris, ex hoc ipso exiguum communica. Et ne timueris, cùm facis eleemosynam, præmium bonum reponis tibi in diem necessitatis; quoniam eleemosyna à morte liberat, et non patitur ire in tenebras. Munus bonum est eleemosyna omnibus qui faciunt eam coram Deo.* » (Natalis Alexander.)

(1) Contra Celsum, lib. 3 : *Mysterium regis celare bonum est.*

(2) Lib. 3, cap. 1, et lib. 3, cap. 15.

(3) Homiliâ de Avaritiâ, sententiam ex Tobiæ libro depromptam *divinum præceptum* appellat. (Natalis Alexander.)

(4) Lib. 6 in Hexameron, cap. 4 : « Sunt ergo canes qui noverint latrare pro dominis, noverint sua tecta defendere. Unde et tu disce vocem tuam exercere pro Christo, quando ovile Ecclesiæ incursant lupi graves... Talis canis viator et comes angeli est, quem Raphael in libro prophetico non otiosè sibi et Tobiæ filio adjungendum putavit, quando perrexit ut Asmodæum fugaret, firmaret copulam conjugalem. Memoris enim affectûs gratiâ pellitur dæmonium, stabilitur conjugium. Mutæ itaque specie bestiæ sanctus Raphael angelus Tobiæ juvenis, quem tuendum receperat, ad relationem gratiæ erudiebat affectum. » Et libro de Tobiâ, cap. 1 : « Lecto prophetico libro, qui inscribitur Tobias, quamvis plenè vobis virtutes S. prophetæ Scriptura insinuaverit, tamen compendiario mihi sermone de ejus meritis recensendis et operibus apud vos utendum arbitror; ut ea quæ Scriptura historico more digessit latiùs, nos strictiùs comprehendamus, virtutum ejus genera velut quodam breviario colligentes. » (Natalis Alexander.)

(5) Epist. ad Chromat. et Heliodor. de Tobiâ expressè. (Calmet.)

(6) S. Augustinus, cùm libro 2 de Doctrinâ christianâ, cap. 8, totum Canonem Scripturarum recensens, Tobiam in eo collocat, tum in Speculo, plures de Tobiæ libro repræsentat sententias, et tamen in Præfatione monuerat, se ex libris duntaxat canonicis hoc opus compositurum. « De his igitur, inquit, quæ ita sunt posita in litteris sacris, vel jubendo, vel vetando, vel sinendo, ut etiam nunc, id est, tempore novi Testamenti ad vitam piam exercendam moresque pertineant, hoc opus quod in manus sumpsi componere aggressus sum; ut quantùm me Deus adjuvat, omnia talia de canonicis libris colligam, atque ut facilè inspici possint, in unum tanquàm speculum congeram. » Et postquàm sententias ex Tobiæ libro congessit, subdit : « Jam nunc quoniam non omnes libri canonici veterisque Testamenti huic operi nostro necessaria dederunt; neque ii qui dederunt, ex omnibus suis locis conveniebat ut darent, sed ex eis tantùm ubi apertiora morum bonorum præcepta comperimus; sive ubi utilia jubentur, sive ubi contraria prohibentur; ad sacras litteras evangelicas et apostolicas transeamus. » (Natalis Alexander.)

(1) An. 393, Can. 38.

(2) An. 397, Can. 47.

(3) Objicitur primò S. Hieronymi testimonium in Prologo Galeato, dicentis : « Igitur Sapientia, quæ vulgò Salomonis inscribitur, et Jesu filii Sirach liber, et Judith, et Tobias, et Pastor, non sunt in Canone. » Et Præfatione in libros Salomonis : « Judith, Tobiæ et Machabæorum libros legit quidem Ecclesia, sed eos inter canonicas Scripturas non recipit. » Et in caput 8 Danielis : « Ubicumque medicina et sanatio necessaria est, Raphael mittitur, qui interpretatur *Curatio* vel *Medicina Dei* (si cui tamen placet Tobiæ librum recipere.) » Et Præfatione in Jonam prophetam : « Liber quoque Tobiæ, licet non habeatur in Canone, tamen quia usurpatur ab ecclesiasticis viris, tale quid memorat. » — Respondetur, S. Hieronymum de libris canonicis primi ordinis ibi loqui, quos nempe Esdras et Synagoga magna in Canonem Hebraicum retulerunt, et quos omnes Ecclesiæ pro canonicis semper habuerunt; at non negat librum Tobiæ ad secundum canonem pertinere, cùm et ab Hebræis inter agiographa numeratum testetur Præfatione in Tobiam, id est, inter libros sacros, quos clauso et obsignato jam canone ab Esdrâ et viris Synagogæ Magnæ posterorum diligentia, juvante Deo, reperit, et Ecclesia ut sacros habet, legit, veneratur. « Exigitis, inquit, ut librum Chaldæo sermone conscriptum ad Latinum stylum traham; librum utique Tobiæ, quem Hebræi de Catalogo divinarum Scripturarum secantes, his quæ agiographa memorant, mancipârunt. Feci satis desiderio vestro, non tamen meo studio. Arguunt et nos Hebræorum studia, et imputant nobis contra suum Canonem Latinis auribus ista transferre. Sed melius esse judicans Pharisæorum displicere judicio, et episcoporum jussionibus deservire, institi ut potui. »

Objicitur secundò, plures hoc in libro antilogias reperiri, adeòque Spiritûs sancti fœtum non esse. Scilicet Sara filia Raguelis, quam junior Tobias uxorem duxit, cap. 3, 7, habitâsse dicitur in Rages civitate Medorum; et nihilominùs Tobias, cùm ad locum pervenisset ubi erat Sara, rogavit Raphaelem, quem hominem adhuc putabat, ut assumptis animalibus et servis iret *ad Gabelum in Rages civitatem Medorum*, redderetque ei chirographum suum, et reciperet ab eo, pecuniam, ac ad nuptias suas illum invitaret, cap. 9, 3, 6. Domus

Hunc librum, teste S. Hieronymo in Epist. ad Chromat., *Hebræi de catalogo divinarum Scripturarum secantes, his quæ agiographa memorant, mancipârunt.* Legi ab illis Tobiam Hebraicè, id est, Chaldaicè, uti superiùs docuimus, Origenes in Epistolâ ad Africanum tradidit. Plurimi denique hunc librum à Judæis fieri, et tanquàm veram historiam haberi, du-

itaque Saræ non erat in Rages, ut habetur, cap. 3. — Respondent aliqui, duas in Mediâ fuisse civitates, quibus idem nomen Rages inditum. Aiunt alii, Saram tertio capite dici fuisse in Rages, non quòd in ipsâ civitate fuerit, sed in loco vicino, sicut Romæ habitare dicitur, qui Tusculi, vel alibi in agro Romano habitat. Alii nuptias celebratas fingunt ruri in domo ubi Sara manere consueverat, de quâ loquitur caput 3, cùm ait: *Perrexit in superius cubiculum domûs suæ; et tribus diebus et tribus noctibus non manducavit neque bibit;* ex superiori paternæ domûs cubiculo villam sive domum ruralem fabricantes. Alii vulgatam versionem Latinam capite tertio, quoad nomen loci duntaxat in quo manebat Sara, in paternâ domo, corrigendam censent ex Græcâ versione omnium Tobiæ Interpretationum antiquissimâ. Hanc autem habere: In eâdem die contigit filiæ Raguel Sarræ in Ecbatanis Mediæ et ipsam improperari ab ancillâ patris sui, ἐν Ἐκϐατάνοις τῆς Μηδίας. Idem habet versio Syriaca; idem editiones Hebraicæ Munsteri et Fagii. Atque ita vertisse S. Hieronymum ex Chaldaico verisimile esse, et Rages pro Ecbatanis incuriâ scribarum irrepsisse. Ex Ecbatanis porrò Medorum metropoli Raphaelem Angelum in Rages, quæ in monte Ecbatanis sita erat, et vicino territorio nomen dabat, perrexisse ad Gabelum, prout ipsum rogaverat Tobias. Posterior hæc responsio magis placet.

Objicitur tertiò, Galaaditidem, Galilæam et terram Nephthali à Theglatphalasare Assyriorum rege expugnatam et occupatam fuisse, et universos Nephthali tribules in captivitatem abductos, ut constat ex 4 Regum cap. 15, 29, et 1 Paralipomenon 5, 25, 26; adeòque Tobiam falsò dici cap. 1, *ex tribu et civitate Nephthali,* qui à Salmanasare postea regnante captivus Ninivem cum omni tribu suâ fuerit deportatus. — Respondetur, primam deportationem Israelitarum ex Galaaditide, Galilæâ, et terrâ Nephthali à Theglathphalasare factam adeò generalem non fuisse, ut secundæ sub Salmanasare locum non reliquerit. Nec mirum, cùm etiam post ultimam illam deportationem, et integrum regni Israelis excidium, plures in Terrâ Israel remanserint. Unde 2 Paralipomenon cap. 34, 6, 9, narratur, Josiam multis annis post deportationem illam generalem decem tribuum, urbes Manassis, Simeonis, Ephraim, Nephthali, maximam partem vastatas ab idololatriâ repurgâsse, et à reliquiis earum tribuum, sacrum tributum exegisse. Porrò ex illâ generali clade ac detatione Israelitarum à Salmanasare faciendâ, aliquos in terrâ Israel remansuros sicut post messem spicæ aliquæ passim in agris remanent, et racemi quidam in vineis, prædixerat Isaias cap. 17: *Et cessabit adjutorium ab Ephraim, et regnum à Damasco; et reliquiæ Syriæ sicut gloria filiorum Israel erunt, dicit Dominus exercituum. Et erit in die illâ, attenuabitur gloria Jacob, et pinguedo carnis ejus marcescet. Et erit sicut congregans in messe quod restiterit, et brachium ejus spicas leget; et erit sicut quærens spicas in valle Raphaim. Et relinquetur in eo sicut racemus, et sicut excussio oleæ duarum vel trium olivarum in summitate rami, sive quatuor aut quinque in cacuminibus ejus fructus ejus, dicit Dominus Deus Israel.* Quidni ergo et ex primâ deportatione sub Theglathphalasare plurimi in tribu et civitate Nephthalim remanserint?

Objicitur quartò, librum illum canonicum non esse, in quo plurima angelo mendacia affinguntur: in libro porrò Tobiæ plurima angelo mendacia affingi; interrogatus enim à juniore Tobiâ, unde esset, respondisse dicitur cap. 5: *Ex filiis Israel.* Rursùs interrogatus, an nôsset viam quæ ducit in regionem Medorum, respondit: *Novi, et omnia itinera ejus frequenter ambulavi, et mansi apud Gabelum fratrem nostrum.* Quærenti, de quâ domo et de quâ tribu esset, respondit: *Ego sum Azarias Ananiæ magni filius.* Quærenti Ragueli, unde essent, dixerunt: *Ex tribu Nephthali sumus, ex captivitate Ninive* (ut narratur cap. 8), quæ cùm falsa essent et mendacia, adeòque angelo indigna, liber in quo illi affinguntur, non est à Spiritu sancto dictatus. — Respondetur, angeli Raphaelis responsa sub vulgarium verborum cortice subliimiorem quidem ac mysticum sensum involvisse, at nihil falsi continere. Verè enim dixit, se esse ex filiis Israel, ex tribu Nephthali, ex captivitate Ninive, quia Israelitarum Ninive captivorum curam gerebat singularem, sibi à Deo demandatam et præsertim tribûs Nephthali. Vel quia Israel Hebraicè idem est ac *Dominans Deus;* omnes autem angeli sunt filii Dei dominantis, secundùm illud Job. 38: *Ubi eras cùm me laudarent astra matutina, et jubilarent omnes filii Dei?* Vel etiam, quia Israel idem est ac *videns Deum.* Porrò *angeli,* inquit Christus, *semper vident faciem Patris mei, qui in cœlis est.* Secundò verè ait Raphael se esse *Azariam Ananiæ Magni filium,* quia formam Azariæ assumpserat, ejusque personam gerebat. Sic Genesis 31, 13, angelus ait: *Ego sum Deus Bethel,* quia loquebatur in personâ Dei, ut ejus legatus. Sic Exodi 20, angelus vice Dei decalogum promulgans, ait: *Ego sum Dominus Deus tuus.* Præterea, cùm angelorum nomina ex ministerio sumantur, et Michael cum Dracone superbo pugnans, nomen habeat humilitatis, *Quis ut Deus?* et Raphael idem sit quod *curatio Dei,* quia Tobiæ curavit cæcitatem: Gabriel idem sonet quod *fortitudo Dei,* quia præliis Dei præest; *Azariæ* nomen Raphael angelus meritò usurpavit, quod significat *adjutorium Dei;* quia unus est ex septem qui adstant ante thronum Dei, tanquàm interioris admissionis satrapæ, et nihilo minùs inministerium extraordinariè mittitur propter eos qui hæreditatem capiunt salutis. Non minùs appositè id nomen sibi sumpsit Raphael, sive à radice *atsar,* id est, *prohibuit,* derivetur, ut idem sit Azarias, quod *prohibitio,* vel *retentio Dei;* siquidem

bitaverit nemo (1). Sanè nonnisi veræ historiæ speciem exhibet sive ipsa narratio, sive narrandi ratio. Si sola rejiciendi alicujus libri causa habenda esset mira aliqua et prodigiosa narratio in historiâ occurrens, qui jam sacer liber admittendus erit? Plura sunt, fateor, in libro Tobiæ ardua : at quo in libro paria non invenias? Singula nos in commentario explicare pro viribus studuimus. Cùm nomina propria, personarum et locorum, temporum ratio, atque sexcenta alia veram historiam produnt, profectò citra notam mendacii et doli Scripturæ irrogatam asseri nequit, non veram historiam sed fabellam prodi (2).

Asmodæum dæmonem prohibuit, ne Tobiæ ac Saræ noceret, illumque religavit in deserto superioris Ægypti; sive à radice *ascar,* id est, *dives fuit,* aut à radice *otsar,* id est, *thesaurus,* ut Azarias idem sit quod *divitiæ* vel *thesaurus Dei;* ipse enim thesauros sapientiæ et beneficentiæ Dei præ se fert, eorumque administer ac dispensator est; sive tandem à radice *asro,* id est, *beatitudo,* petatur ejus significatio, ut Azarias idem sit quod *beatitudo Dei.* Beati sunt enim cœlestes illi spiritus, ex quo in gratiâ conditi, Deo post creationem suam amore casto adhæserunt, et in bonâ voluntate, quam à Deo acceperant, eodem ampliùs adjuvante, perseverantes, ad illam beatitudinem, unde nunquàm se casuros certissimè scirent, pervenerunt. Nec minùs verè *Ananiæ Magni filium* se dixit, sive Ananias scribatur per cheth, Hebraicèque sonet *Chananias,* quod idem est ac *gratia* sive *donum Dei.* Totum enim quod sunt angeli, Deo acceptum referunt; adeòque *gratiæ Dei* filii jure merito vocantur; sive scribatur per Ain, *Anania,* id est, *Nubes Dei,* quia angeli sunt filii Dei invisibilis et incomprehensibilis, *qui posuit nubem latibulum suum.* Et ipse Raphael quasi nube assumpti corporis se obtexit, ut cum Tobiâ familiariter ceu dux viæ, comes et frater versaretur. Fratrum autem nomine ab hominibus fidelibus et piis vocari non dedignantur angeli, siquidem eumdem Patrem Deum utrique agnoscunt; ad eamdem salutis hæreditatem, quam possident illi, tendunt isti, et, si meruerint, sunt *angelorum candidati,* ut ait Tertullianus.

(Natalis Alexander.)

(1) Grot. præfat. in Tob. : *Hanc historiam veram esse agnoscunt Judæi.* Sixt. Senens. Biblioth. lib. 8.

(2) Hæretici plerique apocryphum adhuc eum esse volunt, de quibus lib. 1 de Verbo Dei, cap. 10, Bellarminus. Certè apud Lutherum in Symposiacis, cap. 29, magnus Lutheri symmystes Jonas, multa in libello isto ait esse ridicula et fatua; ipse verò Lutherus, novus videlicet Apollo, pronuntiat ibidem esse Judæorum commentum et comœdiam quamdam, in quâ de mulieribus agatur, idque copiosiùs præfatione in suam libri hujus versionem Germanicam, explicat. Primò ait dubitandum an vera historia sit; deinde potiùs concludendum, esse *poema quodpiam.* Sed, ista hæretici censura nunc explosa; ejus tamen et aliorum, ut in hisce fingendis poetæ quanti sint, liqueat, argumenta videamus.

Hæreticorum argumenta solvuntur.

Primum argumentum — In Hebræorum canone liber iste non fuit; ergo non est canonicus. Negat loco citato S. Isidorus consecutionem. « Quartus est, ait, apud nos ordo « veteris Testamenti eorum librorum, qui in « canone Hebræo non sunt, Sapientia, Eccle« siasticus, Tobias, Judith, duo Machabæorum, « quos etsi Hebræi inter apocrypha separent, « Ecclesia tamen Christi inter divinos libros « et honorat et prædicat. » Similiter omninò S. Augustinus lib. 18 de Civitate, cap. 36, et in Speculo, ubi ait : « Non sunt omittendi « et hi libri, quos quidem ante Salvatoris ad« ventum, constat esse conscriptos, sed eos « non receptos à Judæis recipit tamen ejusdem « Salvatoris Ecclesia. »

Secundum argumentum. Patrum nonnulli canonicum non esse censuerunt, et recentiores supra citati. Respondeo : Sub judice tum adhuc erit lis, quæ postmodùm dijudicata, et D. Hieronymus epistolâ illâ 100 Pharisæos vocat, qui contra Judæorum canonem Latinis auribus librum istum transferri querebantur. Falsum verò quod de eodem S. Hieronymo ait controversiâ quartâ Vittakerus, ipsum Chaldæo exemplari nihil omninò tribuisse. Nam et in epistolâ citatâ nihil ejusmodi legitur, et contrarium ostendit præfatione in Jonam, ubi, cùm, quibus in Scripturis sanctis mentio Jonæ fieret, interrogâsset, librumque Regum quartum citâsset, adjunxit : « Liber quoque Tobiæ, « licet non habeatur in Canone, tamen usur« patur ab ecclesiasticis viris. » In Danielis c. 8, cùm de angelis, quos in Scripturâ certas ad functiones mitti legimus, ageret, ipsumque Raphaelem memorâsset, propter quorumdam opinionem, de quâ ibi locus disputandi non erat, subjunxit : « Si tamen cui placet Tobiæ « librum recipere. » Clariùs epistolâ 115, testatur, hunc librum « ab Ecclesiâ legi, etsi « non ad auctoritatem ecclesiasticorum do« gmatum confirmandam (quod tamen jam re« jectum) ad plebis tamen ædificationem. » Qui tantùm igitur huic libro tribuit, quomodò nihil omninò tribuit? Recentiores verò, qui objectantur, ii ad divi Hieronymi auctoritatem illam, quòd in omnibus ferè Bibliis legatur, tanquàm ad saxum quodpiam adhæserunt, et pontificum conciliorumque judicia superiùs citata, vel nunquàm legerunt, vel festinatione certè trutinâ expenderunt.

Argumentum tertium. — In eo absurda nonnulla sunt. Quomodò igitur canonicus? At quod ipsi sumunt, probare nunquàm poterunt, et quæ cavillantur, singula suo postea loco explicabuntur. Video enim, cùm Testamentum vetus, eodem argumento, vel importunissimo potiùs cavillo rejicerent Adamantus, Faustus, Secundinus, aliique omnes Manichæi, D. Augustinum ita respondisse, ut quæ illi tanquàm absurda objectabant, absurda negaret, probèque omnia exponeret.

Argumentum quartum. — Sed suam iterùm comœdiam probat Lutherus, quia in primâ personâ de se loquitur Tobias; deinde quia nomina benè conveniunt. Refellitur tamen ex totâ narratione, quæ omninò historica est.

Etsi in primâ personâ de seipso loqui, historiæ officeret, aut libri veritati, rejiciendus esset Nehemias, qui cap. 1, de seipso ait: *Ego eram in Susis castro, cùm audissem verba hujuscemodi,* et quæ sequuntur, itemque c. 2: *Levavi vinum, et dedi regi, et eram quasi languidus ante faciem ejus.* Isaias, *quando vidit gloriam Dei,* ut ait Joannis cap. 12, Dominus, nonne scripsit cap. 6: *Vidi Dominum sedentem super solium excelsum?* Et dixi: *Væ mihi, quia tacui,* etc. Quid Ezechiel cap. 1: *Et vidi, et ecce ventus turbinis; et vidi quasi speciem electri;* cap. 12: *Et vidi, et cecidi in faciem meam, et audivi vocem loquentis.* Sic cap. 3, 4, 6, 7, 8, aliisque penè omnibus. Hæreticorum est, in extrema tendere, omnia undique, modò apud imperitos speciem difficultatemque aliquam habeant, etiamsi falsissima et ineptissima sint, corradere. Ecce tibi è contrario Faustus Manichæus, Evangelium S. Matthæi negabat esse Matthæi, quia in primâ de seipso personâ non scripsisset: « Quàm elegantem, « ait, D. Augustinus, lib. 17 contra ipsum « cap. 4, rem sibi visus est Faustus dicere, « ubi propterea voluit non credi hæc scripsisse « Matthæum, quia cùm de suâ electione dice- « ret, non ait: Vidit me, et dixit mihi: Se- « quere me; sed: *Vidit Matthæum, et dixit ei:* « *Sequere me.* » Cùm verò, ut libri de arte poeticâ initio tradit Aristoteles, poesis veritatis imitatrix sit, quamlibet veram historiam licebit, propter Lutheri argumenta, dicere veritatis tantùm imitationem esse. Sed faciamus, quod reverà non est, esse poeticam hìc scriptionem, numquid ideò liber canonicus non esset? nonne et in Scripturis à Spiritu sancto parabolæ, apologique narrantur? nonne poetici Psalmi sunt? nonne D. Hieronymus epistolâ 113 in Job, hexametros versus esse ait, dactylo spondæoque currentes? Sunt tamen hæretici, qui huic Tobiæ libro plurimùm tribuunt, ut Joannes Drusius epistolâ 11, epist. 105, principio lectionum in Nahum, et præfationum in hunc librum: « Liber iste, « ait, ab eccelesiasticis viris olim receptus, « publicèque in Ecclesiâ lectus, ac tantùm « non pro divino habitus semper fuit. » Munsterus verò, præfatione in Meleceth haddikdouk, aliis veteris Testamenti libris omnibus anteponit. « In quo, ait, biblico libro veteris In- « strumenti invenies tam efficaces, ad opera « pietatis monitiones, quæ habent tam vividis- « sima adjuncta exempla, ut in hoc libro? « Ubi usquàm locorum invenies tam sinceras, « paternas, et omni acceptione dignas instru- « ctiones, qualiter te geras erga Deum, erga « parentes, erga pauperes, præsertim dome- « sticos fidei, erga conjugem, denique erga « cunctos mortales, atque erga defunctos ipsos, « ut in Tobiâ? » Ita ille.

Libri Tobiæ utilitas.

Ad omnem vitæ partem, fortunam ac officium, documenta et exempla pulcherrima suppeditat, in prosperis, in adversis erga Deum, erga proximum, erga vivos, erga mortuos. Continet etiam illustrem divinæ providentiæ, suos in famulos demonstrationem, et luculentam de Ecclesiâ prophetiam. Venerabilis Beda initio expositionis allegoricæ in Tobiam: « Liber, ait, sancti patris Tobiæ, « ut in superficie litteræ salubris patet legen- « tibus, utpote qui maximis vitæ moralis et « exemplis abundat et monitis. » Aliquot tamen Ecclesiæ hostium testimonia subjungam, ut videantur fateri, quod verbo negant. Primum Munsteri, qui præfatione citatâ: « Libel- « lus, inquit, est verè aureus, et juventuti « accommodatissimus. Ediscendus esset à pue- « ris, haud secùs quàm Decalogus, et in imo « pectoris diligentissimè condendus, in quo « non nisi mera pietatis semina, imò flores et « fructus inveniuntur. » Secundum Bullingeri, qui tractatu de libris sacris: « Inter historias, « inquit, in plerisque exemplaribus primum « locum tenet liber Tobiæ, qui, meâ quidem « sententiâ, multò feliciùs Xenophonte et Ari- « stotele œconomiam tradit. Nam et exemplis « vivis omnia demonstrat, et præceptis salu- « taribus. « Tertium Lutheri, qui Germanicâ præfatione citatâ: « Si Tobiæ, ait, liber, ges- « tum quoddam est, præclarum et sanctum « gestum est; si verò commentum est, verè « est bonum, pulchrum, salutare et utile « commentum, ac lusus poetæ cujusdam spi- « ritu pleni. » At verissimum gestum esse, supra demonstratum. Verè igitur præclarum et sanctum opus est. Et sub finem addit ille: « Hic liber nobis christianis lectu est utilis « et bonus, tanquàm boni cujusdam Hebræi « poetæ qui leve nihil, sed bonas res tractat, « easdemque supra modum christianè urget « ac describit. » Hæc isti, ut pristinam suam, vel alienam certè hoc in libro explodendo, temeritatem damnare penitùs videantur: Angli etiam hæretici, suis in synagogis, cùm nihil nisi sacras Scripturas velint, librum hunc in divino suo cultu legunt, ut objicit Vittakero, libro contra ipsum, Duræus.

Interpretes.

Præter glossam ordinariam, Lyranum, Hugonem Carthusianum, interpretes quidem bonos, sed vulgò notos, librum istum quinque libris olim, mille abhinc annis, exposuit Bellator, Cassiodoro teste loco citato. Et circa Domini annum 1381. Ricardus Labenhaim Carmelita, Matthæus Vindocinensis presbyter, quem in duos auctores, suâ Bibliothecâ, malè dividit Gesnerus. E recentioribus verò, Gerardus Lorichius Hadamarius, Germanicè Hoffmeisterus, et apud Senensem lib. 4, Fridericus Nausea. Suggerit etiam ad bonos mores non inutilia Petrus Berchorius Pictaviensis lib. 17 Moralitatum; et Beda expositionem scripsit allegoricam. Sancti etiam Ambrosii liber de Tobiâ, vocatur à D. Augustino lib. 1 contra Julianum Pelagianum cap. 3: *Expositio libri Tobiæ.*

Divisio.

Græcos nonnullos ait Senensis, libro primo, dividere librum hunc in 903 capita, cùm tamen vix sint versus 328. Sunt verò partes duæ: narratio videlicet de Tobiâ, generatim instituta, et speciatim; illa narrat de Tobiâ, partim quæ ante captivitatem in ipsum cadunt, partim quæ post; ante captivitatem sunt potissimùm quatuor, Tobiæ scilicet genus, patria, minor ætas, et virilis, quæ capite primo continentur omnia.

(Serarius.)

IN LIBRUM TOBIÆ

COMMENTARIUM.

CAPUT PRIMUM.

1. Tobias ex tribu et civitate Nephthali (quæ est in superioribus Galilææ supra Naasson, post viam quæ ducit ad occidentem, in sinistro habens civitatem Sephet),

2. Cùm captus esset in diebus Salmanasar regis Assyriorum, in captivitate tamen positus, viam veritatis non deseruit :

3. Ita ut omnia quæ habere poterat, quotidiè concaptivis fratribus, qui erant ex ejus genere, impertiret.

4. Cùmque esset junior omnibus in tribu Nephthali, nihil tamen puerile gessit in opere.

5. Denique cùm irent omnes ad vitulos aureos, quos Jeroboam fecerat rex Israel, hic solus fugiebat consortia omnium :

6. Sed pergebat in Jerusalem ad templum Domini, et ibi adorabat Dominum Deum Israel, omnia primitiva sua, et decimas suas fideliter offerens :

7. Ita ut in tertio anno proselytis et advenis ministraret omnem decimationem.

8. Hæc, et his similia, secundùm legem Dei puerulus observabat.

9. Cùm verò factus esset vir, accepit uxorem Annam de tribu suâ, genuitque ex eâ filium, nomen suum imponens ei.

10. Quem ab infantiâ timere Deum docuit, et abstinere ab omni peccato.

11. Igitur cùm per captivitatem devenisset cum uxore suâ et filio in civitatem Niniven cum omni tribu suâ,

12. (Cùm omnes ederent ex cibis gentilium), iste custodivit animam suam, et nunquàm contaminatus est in escis eorum.

13. Et quoniam memor fuit Domini in toto corde suo, dedit illi Deus gratiam in conspectu Salmanasar regis :

14. Et dedit illi potestatem quòcumque

CHAPITRE PREMIER.

1. Tobie, de la tribu et de la ville de Nephthali, qui est dans la Haute-Galilée, au-dessus de Naasson, derrière le chemin qui mène vers l'occident, ayant à sa gauche la ville de Séphet,

2. Fut emmené captif du temps de Salmanasar, roi des Assyriens ; et dans sa captivité même, il n'abandonna point la voie de la vérité.

3. En sorte qu'il distribuait tous les jours ce qu'il pouvait avoir à ceux de sa nation, à ses frères qui étaient captifs avec lui.

4. Et quoiqu'il fût le plus jeune de tous ceux de la tribu de Nephthali, sa jeunesse ne paraissait point dans ses actions.

5. Enfin quoique tous allassent adorer les veaux que Jéroboam, roi d'Israël, avait faits, il fuyait seul la compagnie de tous les autres ;

6. Et il allait à Jérusalem au temple du Seigneur, où il adorait le Seigneur Dieu d'Israël, offrant fidèlement les prémices et les dîmes de tous ses biens ;

7. De sorte que la troisième année, il distribuait aux prosélytes et aux étrangers toute sa dîme.

8. Il observait ces choses, et d'autres semblables, conformément à la loi de Dieu, lorsqu'il n'était encore qu'un enfant.

9. Mais lorsqu'il fut devenu homme, il épousa une femme de sa tribu nommée Anne, et en eut un fils auquel il donna son nom.

10. Il lui apprit dès son enfance à craindre Dieu, et à s'abstenir de tout péché.

11. Lors donc qu'ayant été emmené captif avec sa femme, son fils et toute sa tribu, il fut arrivé dans la ville de Ninive,

12. Quoique tous les autres mangeassent des viandes des gentils, *défendues par la loi du Seigneur,* il se garda bien de se souiller jamais de leurs viandes.

13. Et parce qu'il se souvint de Dieu de tout son cœur, Dieu lui fit trouver grâce devant le roi Salmanasar,

14. Qui lui donna pouvoir d'aller partout

vellet ire, habens libertatem quæcumque facere voluisset.

15. Pergebat ergò ad omnes qui erant in captivitate, et monita salutis dabat eis.

16. Cùm autem venisset in Rages civitatem Medorum, et ex his quibus honoratus fuerat à rege, habuisset decem talenta argenti :

17. Et cùm in multâ turbâ generis sui Gabelum egentem videret, qui erat ex tribu ejus, sub chirographo dedit illi memoratum pondus argenti.

18. Post multum verò temporis, mortuo Salmanasar rege, cùm regnaret Sennacherib filius ejus pro eo, et filios Israel exosos haberet in conspectu suo :

19. Tobias quotidiè pergebat per omnem cognationem suam, et consolabatur eos, dividebatque unicuique, prout poterat, de facultatibus suis.

20. Esurientes alebat, nudisque vestimenta præbebat, et mortuis atque occisis sepulturam sollicitus exhibebat.

21. Denique cùm reversus esset rex Sennacherib, fugiens à Judæâ plagam, quam circa eum fecerat Deus propter blasphemiam suam, et iratus multos occideret ex filiis Israel, Tobias sepeliebat corpora eorum.

22. At ubi nuntiatum est regi, jussit eum occidi, et tulit omnem substantiam ejus.

23. Tobias verò cum filio suo et cum uxore fugiens, nudus latuit, quia multi diligebant eum.

24. Post dies verò quadraginta quinque occiderunt regem filii ipsius.

25. Et reversus est Tobias in domum suam, omnisque facultas ejus restituta est ei.

où il voudrait, et la liberté de faire ce qu'il lui plairait.

15. Il allait donc vers tous ceux qui étaient captifs, et leur donnait les conseils du salut.

16. Il vint un jour à Ragès, ville des Mèdes, ayant dix talents d'argent, qui venaient des dons qu'il avait reçus du roi.

17. Et parmi le grand nombre de ceux de sa race, voyant que Gabélus, qui était de sa tribu, était dans le besoin, il lui donna contre une reconnaissance cette somme d'argent.

18. Mais après beaucoup de temps, le roi Salmanasar étant mort, Sennachérib, son fils, qui régna après lui, ayant les enfants d'Israël en haine,

19. Tobie, *durant cette persécution*, allait tous les jours visiter tous ceux de sa parenté, les consolait, et distribuait de son bien à chacun d'eux selon son pouvoir.

20. Il nourrissait ceux qui avaient faim, revêtait ceux qui étaient nus, et avait grand soin d'ensevelir ceux qui étaient morts, ou qui avaient été tués,

21. Depuis, le roi Sennachérib s'étant enfui de la Judée, à cause de la plaie dont Dieu l'avait frappé pour ses blasphèmes, et étant revenu, dans une grande colère contre les enfants d'Israël, il en fit tuer plusieurs dont Tobie ensevelissait les corps.

22. Cela ayant été rapporté au roi, il commanda qu'on le tuât, et s'empara de tout son bien.

23. Mais Tobie, étant dépouillé de tout, s'enfuit avec son fils et sa femme, et demeura caché, parce qu'il était aimé de plusieurs.

24. Quarante-cinq jours après, le roi fut tué par ses fils;

25. Et Tobie revint dans sa maison, et tout son bien lui fut rendu.

TRANSLATIO EX GRÆCO.

1. Liber verborum Tobit, filii Tobiel, filii Ananiel, filii Aduel, filii Gabael, de semine Asiel, de tribu Nephthali; — 2. Qui captivus ductus est in diebus Enemessari regis Assyriorum, è Thisbes, quæ est à dextris Cydios Nephthali in Galilæâ super Aser. — 3. Ego Tobit viis veritatis ambulabam, et justitiæ, omnibus diebus vitæ meæ : — et eleemosynas multas feci fratribus meis, et genti, profectis mecum in regionem Assyriorum in Nineve. — 4. Et quando eram in regione meâ, in terrâ Israel, — cùm ego essem junior, universa tribus Nephthali patris mei recessit à domo Hierosolymorum, quæ fuerat electa ex omnibus tribubus Israel, ut omnes tribus sacrificarent : et sanctificatum fuerat templum habitationis Altissimi, et ædificatum fuerat in omnes generationes seculi. — 5. Et omnes tribus, quæ simul recesserant, sacrificabant ipsi Baal ipsi vitulæ, et domus

Nephthali patris mei.— 6. Et ego solus ibam sæpè in Hierosolyma in festivitatibus, sicut scriptum est omni Israel in præcepto æterno, primitias et decimas geniminum, et primas tonsuras habens : — et dabam eas sacerdotibus filiis Aaron ad altare omnium geniminum : — 7. Decimam dabam filiis Levi ministrantibus in Hierusalem ; et secundam decimam divendebam, et ibam et expendebam ea in Hierosolymis per singulos annos : — 8. Et tertiam dabam, quibus conveniebat, sicut mandaverat Debbora mater patris mei : propterea quòd orphanus relictus sum à patre meo. — 9. Et quando factus sum vir, accepi Annam uxorem de semine patriæ meæ : et genui ex eâ Tobiam. — 10. Et quando captivi ducti sumus in Nineve ; omnes fratres mei, et qui de genere meo, — comedebant de panibus gentium : — 11. Ego autem conservavi animam meam ut non manducarem ; — 12. Sicut memineram Dei in totâ animâ meâ. — 13. Et dedit Altissimus gratiam, et formam in conspectu Enemessari : — et fui ejus emptor. — 14. Et ivi in Mediam, et deposui Gabaelo fratri Gabriæ in Ragis Mediæ, argenti talenta decem. — 15. Et quando mortuus est Enemessar, regnavit Sennacherim filius ejus pro eo : et viæ ejus infirmatæ sunt : et non ultra potui ire in Mediam. — 16. Et in diebus Enemessari eleemosynas multas faciebam fratribus meis : — panes meos dabam esurientibus, et vestimenta nudis ; — 17. Et si quem de genere meo aspiciebam mortuum, et projectum post murum Nineve, sepeliebam eum. — 18. Et si quem interfecerat Sennacherim rex, quando venit fugiens è Judæâ, sepeliebam eos furatus : multos enim interfecit in furore suo. Et quæsita sunt à rege corpora, et non sunt inventa. — 19. Profectus autem unus eorum, qui de Nineve, indicavit regi de me, quia sepelio eos : et occultatus sum. — Cognoscens autem, quia quæror ut moriar, timore perculsus secessi. — 20. Et direptæ sunt omnes substantiæ meæ : — et non remansit mihi quidquam præter Annam uxorem meam, et Tobiam filium meum. — 21. Et non transierunt dies quinquaginta ; donec interfecerunt eum duo filii ejus. Et fugerunt in montes Ararath. Et regnavit Sacherdonus filius ejus pro eo ; et constituit Achiacharum Anael filium fratris mei super omnem computationen regni sui, et super omnem administrationem : — 22. Et postulavit Achiarus pro me : et veni in Nineve. Achiarus autem erat pincerna, et super annulum, et administrator, et computator. Et constituit eum Sacherdonus secundò : erat autem filius fratris mei.

COMMENTARIUM.

Vers. 1. — Tobias (1), id est, bonus Deus, vel bonitas Dei. In Hebræo et Græco additur Tobiæ pater Tobiel, avus Ananiel, proavus Aduel, abavus Gabiel, tritavus Asiel, filii Nenathiel. Avia paterna Tobiæ vocatur infrà, v. 2, Debbora (2). Porrò natus est Tobias

Ex tribu et civitate (1), ejusdem nominis cum tribu, puta Nephthali (2), sitâ in superiori-

(1) Vers. 1. — Liber Tobiæ. Ita inscribitur in editione Latinâ. Hebræus Pauli Fagii legit : Hic est liber Tobiæ, filii Hananeelis, filii Gabrielis, de semine Aschel, de tribu Nephthali, qui captivus abductus fuit ex incolis terræ Nephthali. Hebræus Sebastiani Munsteri : Hic est liber Tobæi, filii Tobiel, filii Hananeel, filii Ariel, filii Gabriel, filii Asael, filii Nenathiel de tribu Nephthali. Græca editio Romana et Complutensis : Liber verborum Tobiæ, filii Tobiel, filii Ananiel, filii Aduel, filii Gabael, de semine Asiel, de tribu Nephthali. MSS. Alexandrinum : Liber verborum Tobit, filii Tobiel, filii Ananeel, filii Nave, filii Gamael. Vetus Latinus codex manuscriptus S. Germani Pratensis, quem Pater Martianæus nobis communicavit, fert : Liber actorum Tobiæ, filii Ananelis, filii Gabielis, de tribu Nephthalim. Syriacus : Tobit filii Baijel, filii Ananajel, etc. Textus Chaldæus, quem versione suâ expressit S. Hieronymus, nullam Tobiæ genealogiam exhibebat. (Calmet.)

(2) Hæc ergo avia probè et piè educavit Tobiam, ut ipse suam probitatem illi debeat. Sic Macrina discipula S. Gregorii Thaumaturgi, avia S. Basilii, eum cum fratribus et sorore Macrinâ educans in omni virtute insignem efformavit, magnumque effecit. Simili modo Ludmilla enutriens S. Wenceslaum ducem Bohemiæ, eum sanctum et martyrem reddidit.

Porrò Tobias fratrem habuit Anaelem, cujus filii duo, Achiacharus et Nasbas, vel Nabac nominantur in Græco, vers. 8, de quo plura v. ult. Denique ex τῶ *liber sermonum Tobiæ*, liquet Tobiam hujus libri esse auctorem, ideòque Tobias hic in Græco et Hebræo, deinceps semper loquitur in primâ personâ, dicens : *Ego Tobias in viis veritatis ambulavi*, etc. Rursùm hinc patet, librum hunc ab eodem bis fuisse conscriptum, primò Chaldaicè, sed breviter, ex quo S. Hier. nostram Vulgatam latinam traduxit ; secundò etiam Chaldaicè (licet Serarius malit Hebraicè, idque bis scilicet, semel à patre Tobiâ, et secundò ab ejus filio,) sed fusiùs, ex quo traducta est versio Græca, nisi malis initio fusiùs conscriptum, deinde ab ipso auctore, vel alio quopiam fuisse nonnihil abbreviatum.

(1) Ex tribu et civitate *Nephthali*, ex quâ prognati fuêre plures Christi discipuli et Apostoli, ut patet Isaiæ 9, 1, quorum typus, et fortè parens fuit noster Tobias. (Corn. à Lap.)

(2) Scitum est, tribum Nephthali sortem habuisse suam in superiore Galilæâ, quam Jordanis ad orientem, et tribus Aser ad occidentem definiebant. Urbs Nephthali ipsa est ea-

bus partibus Galilææ, quæ et Galilæa Superior vocari solet, eò quòd versùs eam partem vergat, unde tanquàm è superiore loco celeberrimus Palæstinæ fluvius Jordanis defluit. Sicut ex Rheno Germania eamdem ob causam alia Superior, alia Inferior nominatur. Eadem Galilæa Superior vocari aliàs solebat *Galilæa Gentium,* Isaiæ 9, et Josepho passim; idque à Gentilibus Tyriis et Sidoniis, quos rex Tyri in eam à Salomone sibi donatam, incolas immiserat, 3 Reg. 9, vers. 11.

Nota hìc in Hebræo, loco Galilææ, esse Samariam, quia Samaria, licet inter Galilæam sita et Judæam, tamen denominabatur Galilæa; erat enim urbs regia eorum qui Galilææ domini erant. Sic quos Christus Lucæ 13 *Galilæos* vocat, Josephus nominat *Samaritanos.*

Vers. 2. — In diebus Salmanasar (1), Græcè, *Enemessar.* Anno sexto Ezechiæ regis Juda, et nono atque ultimo Osee ultimi regis Israel, cùm decem tribus transferrentur captivæ in Assyriam, etiam Tobias cum uxore suâ et filio eòdem translatus est (1).

Vers. 4. — Junior omnibus (2), pro ferè junior. Hebraicè et Græcè, *cùm esset juvenis, et omnis tribus Nephthalim* cum aliis novem apostaticis *recessisset à cultu Dei.* A septem rebus commendatur hìc Tobiæ adolescentia. Primò,

demque, ut arbitror, *Cades,* quæ urbs erat ceu metropolis universæ tribûs, appellaturque frequenter in Scripturâ *Cades Nephthali,* nec facilè alia est à Cadyti Herodoti. Huic occidentalis erat urbs *Naasson,* et sinistra vel septentrionalis urbs *Sephet.* Jacebat autem *post viam,* vel ad occidentem viæ, *quæ ducit ad Mediterraneum.* Iter erat facilè Damasco in Ægyptum, et in maritima Judææ, appellatum *iter occidentis,* vel *maris,* ut oppositum viæ alteri, quæ orientalis dicebatur, ferebatque Hierosolymam et in Arabiam. Urbs Tobiæ jacebat *post viam* hanc, et ad hujus occidentem; solemne enim fuisse Hebræis alibi animadvertimus, ut de situ locorum loquantur pro statu hominis ad orientem obversi, cujus est dextera ad meridiem, læva ad septentrionem, dorsum ad occidentem. Vetus Latinus codex manuscriptus, cujus meminimus, fert, Tobiam virum fuisse è *Viel,* ad dexteram urbis Nephthali, et ad lævam *Rafain.*

Arcessunt Græci Tobiam è *Thisbe, quæ est dextris* (vel ad meridiem) *Cadis Nephthali in Galilæâ, super Aser.* Nota est urbs Thisbe, natale solum Eliæ : *Elias Thesbites;* cùm verò hæc esset transjordanica in tribu Gad, alia erat utique à patriâ Tobiæ. MSS. Alexandrinum et Syriacus legunt, ἐκ Θίβης *ex Thibe,* pro *Thisbe.* Meminit Scriptura urbis *Thebes* in regno Samariæ. Sed aberat illa 13,000 passibus, nempe aliquantò ampliùs leucis quatuor à Sichem, Scythopolim versùs, teste Eusebio. Alia est igitur patria Tobiæ. Locum errandi facere potuit textus Hebræus Munsteri; fert enim, Tobiam *fuisse de habitatoribus civitatis Nephthali,* vel de *Thosbe,* urbe *Nephthali.* Vox *Toschbai,* quæ sonat habitatores, translata est ad significandum urbem quæ temerè constituta est ad dexteram Cades Nephthali. Græcus Complutensis : *De Thisbe, quæ propriè appellatur Nephthali.* Sed mendosa est lectio. (Calmet.)

(1) « On a bien de la peine à comprendre, « dit Voltaire, comment Salmanasar, étant roi « de Ninive, sur le Tigre, avait pu passer par-« dessus le royaume de Babylone pour aller « enchaîner les habitants des bords du Jour-« dain, et conquérir jusqu'aux voisins de la « mer d'Hyrcanie. » — L'Hyrcanie et la mer Caspienne sont au nord de Ninive; Babylone et la Chaldée étaient au sud, tant de Ninive que de la Mésopotamie; cette dernière province n'est séparée de la Syrie que par l'Euphrate. On peut donc entrer en Syrie et descendre sur les bords du Jourdain sans passer par la Babylonie. Il faut n'avoir aucune idée de la géographie de ces contrées, pour marquer par la Babylonie la route de Ninive en Hyrcanie ou en Syrie. (Duclot.)

(1) Vers. 2. — Viam veritatis (scilicet viam veræ fidei et religionis æquè ac charitatis et virtutis) non deseruit, q. d. : Inter idololatras solus ferè Tobias mansit verus piusque Dei cultor. Magnæ hoc fuit constantiæ et virtutis, quam jam imitantur Catholici in Angliâ, Scotiâ, Saxoniâ, etc., ideòque laureâ cœlesti digni, utpote nobiles, illustresque fidei athletæ. *Platonem non accepit nobilem philosophia, sed fecit,* ait Seneca epist. 44. Hebræorum est proverbium : Myrtus semper est myrtus, etiamsi inter urticas sit. Vide S. Greg. 1 Mor. c. 1 : « Sicut, ait, gravioris culpæ inter bonos bonum « non esse, ita immensi est præconii, bonum « etiam inter malos extitisse. » (Corn. à Lap.)

Codices Hebræi, Græci, vetus Latina editio, et Syriacus legunt in primâ personâ, quod in tertiâ exhibet Vulgata : *Viam veritatis non deserui; impertivi fratribus meis;* et sic deinceps in sequentibus versiculis, (Calmet.)

(2) Vers. 4. — Cumque esset junior omnibus (omnium) nihil tamen puerile gessit in opere. Idem fecit S. Malachias Hiberniæ episcopus; nam, ut in ejus Vitâ scribit S. Bern., « agebat « senem moribus, annis puer, expers lasciviæ « puerilis. » Et unum quoddam subjungit, « quod non modò bonæ, sed et magnæ cujus-« dam insigne spei in puero dedisse indicat. « Cùm enim excitus opinione magistri cujus-« dam, ad eum litterarum discendarum causâ « venisset, eumque subulâ ludentem, et sul-« cos, nescio, quos in pariete facientem vi-« disset, eo, inquit, solo visu offensus puer, « seriùs, quòd levitatem redoleret, resiluit ab « eo. »

Aureum est dogma S. Aug. in Ps. 112 : « Sit, inquit, senectus vestra puerilis, et sit « pueritia senilis, id est, ut nec sapientia « vestra sit cum superbiâ, nec humilitas sine « sapientiâ, ut laudetis Dominum ex hoc, nunc « et usque in seculum. » Nam, ut de nonnullis queritur Seneca epist. 4, « auctoritatem habe-« mus senum, vitia puerorum, nec puerorum « tantùm, sed infantium. Illi levia, hi falsa « formidant, nos utraque. » (Corn. à Lap.)

à singulari modestiâ : nam *junior* cæteris, *nihil tamen puerile gessit.* Secundò, à vitæ innocentiâ in medio malorum.

VERS. 5. — CUM IRENT OMNES AD VITULOS AUREOS (1) Jeroboami adorandos, HIC SOLUS PERGEBAT IN JERUSALEM. Infra, c. 5, in Hebræo et Græco dicit Tobias *secum ivisse Ananiam et Jonathan,* non tamen semper, sed *sæpè.* Et vocula, *solus,* non excludit pauculos viæ comites. Tertia laus, à fugâ consortii malorum qui solent esse instar picis aterrimæ et tenacissimæ, Eccles.

(1) Græcus fusiùs : *Universa tribus Nephthali patris mei recessit à domo Hierosolymorum, quæ fuerat electa ex omnibus tribubus Israel, ut omnes tribus sacrificarent ; et sanctificatum fuerat templum habitationis Altissimi, et ædificatum fuerat in omnes generationes seculi. Et omnes tribus, quæ simul recesserant, sacrificabant ipsi Baal, ipsi vitulæ, et domus Nephthali patris mei.* Paria fermè legunt codices Hebræi, Syriacus, et vetus Latina versio. (Calmet.)

Magna verò et exaggerata virtus, in hæreticorum et apostatarum regione, veram religionem, in flagitiosorum et impurorum medio sanctitatem et puritatem retinere, ideòque tales comparantur lilio inter spinas, Cant. 2; lucernæ in caliginoso loco lucenti, 2 Petri primo; luminaribus in mundo fulgentibus, Philip. 2, ipsique adeò soli, qui quia solus lucet, sol dictus. Unde Thalmudicorum verum illud proverbium : *Myrtus semper est, semperque vocatur myrtus, etiamsi inter urticas sit.* Legendus toto capite primo libri primi Moralium D. Gregorius ubi, « sicut, ait, gravioris culpæ inter bonos bonum non esse, ita immensi est præconii bonum etiam inter malos extitisse. » D. Bernardus sermone 48 in Cantica : « Non mediocris, ait, titulus perfectæ virtutis inter pravos vivere bonum, et inter malignantes innocentiæ retinere candorem. » Exempla sunt in Machabæis, Job, Loth, quem idcircò laudat S. Petrus secundæ Epistolæ secundo, in Noe et Abraham, et in Philippensibus cap. 2, in Pergamenis Apoc. 2. Consortia malorum, sanè pix sunt aterrima et tenacissima, Ecclesiastici cap. 13. Divus Nazianzenus : « Cum sodalibus versabamur non petulantissimis, sed temperatissimis, non pugnacissimis, sed maximis pacificis, et quibuscum agere utilissimum, scientes facilius esse malitiam à sociis accipere, quàm virtutem iis dare, cùm et proclivius sit morbi participem fieri, quàm sanitatem largiri. (Serarius.)

HIC SOLUS FUGIEBAT CONSORTIA OMNIUM. Tobias ergo fuit quasi sol Israelis; sol enim dictus est, eò quòd solus luceat. S. Epiphanius hæresi 30, Josephum à Constantino Magno comitem creatum dilaudat, quòd Scytopoli *solus ipse orthodoxus esset,* cæteri verò omnes Ariani. Et quia multorum risus et convicia sunt audienda, audiatur Epictetus Enchirid. c. 19 : « Sapientiæ, inquit, studium suscipere cupis? Ad hoc teipsum statim para, ut deridearis. quasi te subsannaturi sint multi, et quasi dicturi : Iste nobis repentè philosophus advenit : et unde nobis hoc supercilium ? » (Corn. à Lap.)

13, 1. Simile quid Nazianzenus de se et socio suo Basilio orat. 11 : « Si quis fluvius per salsum mare dulcis fluere ; si quod in igne, quo omnia consumuntur, animal saltitare creditur, id nos eramus inter omnes adolescentes in academiâ Atheniensi, dyscolos scilicet et corruptos. »

VERS. 6. — PERGEBAT IN JERUSALEM, festis (1)

(1) Hebræus Fagii : *Ego solus colebam Dominum, ascendebamque Hierosolymam tribus vicibus, sicut scriptum est in lege,* etc. Græcus : *Solus sæpè ibam in Hierosolymâ in festivitatibus.* Vetus Latina versio : *Ibam per tempora.* (Calmet.)

Hosce dies festos vocat, ordine secundo, Thalmudica explanatio, *regalim,* quòd pedibus iter illud fieri soleret. Unde et in Chaldaicâ Paraphrasi Canticorum 7, v. 1, legitur : *Dixit Salomon in spiritu prophetiæ à facie Domini : Quàm speciosi sunt pedes Israelis, quando ascendunt, ut appareant coram Domino, tribus vicibus in anno, cum sandaliis taxeis, et offerunt vota sua, suasque voluntarias oblationes !* Legantur et Exodi capita 23, 24, Deuteron. 16.

Ecce quid in templis agendum : *Domus mea, domus orationis vocabitur,* inquit Dominus Matthæi 21. Legatur D. Augustinus de Tempore, Serm. 251 ; Chrysostomus hom. 15 in Epistolam Hebræam, Epiphanius hæresi 37. (Serarius.)

OMNIA PRIMITIVA SUA, ET DECIMAS SUAS FIDELITER OFFERENS. — VERS. 7. ITA UT IN TERTIO ANNO PROSELYTIS ET ADVENIS MINISTRARET DECIMATIONEM. Fusiùs hoc persequuntur codices Græci et Hebræi. Hebræus Munsteri : *Ego perrexi in Jerusalem cum primitiis, decimis et primogenitis, quæ obtuli sacerdotibus filiis Aaron, cum frumento, vino novo, oleo, ficubus, malogranatis, cum omnibus fructibus terræ, quos obtuli filiis Levi, ministrantibus ante faciem Domini in Jerusalem.* Vers. — 7. *Decimam quoque secundam et tertiam dedi peregrinis, pupillis et viduis, pergens singulis annis cum omnibus istis in Jerusalem, juxta præceptum Domini, et juxta quod mihi præcepit Debbora mater patris mei. Nam puer destitutus sum utroque parente meo.* Nec prætereundus Hebræus Fagii : *Conservabam præcepta primitivorum, fructuum, decimarum, primitiarum velleris, quæ dabam sacerdotibus filiis Aaron. Primas item decimas dabam filiis Levi, Hierosolymæ habitantibus, qui stabant coram Domino ut ministrarent ei, et benedicerent in nomine ejus. Porrò decimas secundas dividebam, acceptoque argento ascendebam Hierosolymam, expendens illud pro quâcumque re quam desiderabat anima mea, hoc ipsum faciens singulis annis. Cæterùm tertias decimas erogabam pro restaurandâ domo, quemadmodùm præceperat mihi Debbora mater patris mei. Pupillus enim relictus fueram à patre meo et à matre meâ.*

Græcus editionis Romanæ paria fermè legit; fert enim, Tobiam detulisse ad sacerdotes decimas fructuum, primitias, et prima vellera arietum, obtulisse hæc sacerdotibus *ad altare omnium geniminum,* quasi scilicet altare esset ad eam rem paratum. Levitis in templo ministrantibus decimam dabat, decimamque alteram

à lege statutis ter per annum, in Pascha, Pentecoste et Scenopegiâ, ut est in Hebræo et Græco. Quarta hæc laus est, observantiæ legis divinæ. Quinta, pietatis.

Ibi adorabat Dominum. Et tu quoque, cùm alii feriantur, epulantur, venantur, etc., perge ad templum, exemplo Hyacinthi.

Omnia primitiva sua et decimas fideliter offerens. Sexta laus. Ita ut,

Vers. 7. — In tertio anno, seu tertio quoque anno, tertium quoque genus *decimarum* pauperibus exactissimè subministraret. De triplici genere decimarum, quas pendebant Judæi, vide Deut. 14.

Vers. 8. — His similia alia pia instituta observabat puerulus, seu adolescens Tobias, quæ septima illius laus est; nempe majores natu reverebatur, minores instruebat, à voluptatum illecebris cavebat, legem Domini ut pueris Judæis imponebatur, teste Josepho l. 2 cont. Appionem, memoriæ mandabat, etc. Et hæc in adolescentiâ suâ ante conjugium. In conjugio autem et virili ætate, en alia encomia. Primùm, cura benè instituendi liberos (1).

Vers. 10. — Filium suum ab infantia timere Deum docuit et abstinere a peccato (1). Quam curam parentibus adeò exactè commendant David, Salomon et Ecclesiasticus. Secundum encomium, abstinentia à cibis vetitis (2).

vendebat, ac pecuniam impendebat quotannis Hierosolymis in convivia charitatis ex lege. Denique tertiam addebat decimam, iis ad quos pertinebat solvendam, juxta Debboræ aviæ suæ monita.

Habes hìc perspicuè primò primitias et oblationes, quarum non pretium, sed res ipsa dabatur sacerdotibus in templo; secundò decimas, quæ Levitis solvebantur, tertiò decimas alteras, quibus læta Hierosolymis convivia instruebantur; quartò decimas singulis trienniis offerendas : quæ tamen quam in rem impenderentur, desideratur. Hebræus Fagii in sarta tecta templi impensas exhibet. Textus Munsteri datas fert, non secùs atque secundas decimas, egenis, viduis, orphanis. In eamdem fermè sententiam vertit Vulgata : *Ita ut in tertio anno proselytis et advenis ministraret omnem decimationem.* Græci nihil ulterius exhibent, quàm datas iis, ad quos pertinebant. In Deuteronomio sancitur, ut erogetur tertia hæc decima in loco habitationis suæ, admissis etiam Levitis ibi versantibus, egenis et advenis.

Vetus Latina versio fert, Tobiam detulisse Hierosolymam primò primitias et decimas gregum, boum et arietum, et decimam lanæ ovium; has autem sacerdotibus; secundò distribuisse Levitis quicquid consuetudine debebatur è frumento, vino, oleo, ficubus, malogranatis, aliisque; tertiò secundam decimam sexto quoque anno in pecuniam redegisse, eamque pecuniam erogâsse in loco sancto; quartò denique singulis bienniis decimam distribuisse inter proselytos, orphanos et viduas.

(1) Vers. 9. — Cum factus esset vir. Cùm adolevisset, aptamque connubio ætatem implêsset. Ætatem hanc nulla lex, sive apud Hebræos, sive apud alias gentes definiebat. Revocari nequit usque ad sextum et trigesimum, vel quadragesimum annum, id quod aliquibus placuit, neque redigi ad annum vigesimum, ut alii maluerunt. Illud constat, Hebræos maturè satis connubii jugum subire consuevisse. Tobias, utpote solitarius in domo, et parentibus destitutus, maturandum sibi censuit, ut sociam adscisceret feminam probam et sapientem. Vetus Latina versio fert : *Postquàm juvenis factus sum.* (Calmet.)

(1) Hanc benè liberos instituendi curam, parentibus omnibus suadet Ecclesiasticus c. 30; Salomon Proverbiorum 4, versu 3, suo ipsius exemplo David psalmo 33 : *Venite,* ait, *filii, audite me. Timorem Domini docebo vos.* Negligant alii filiorum suorum doctrinam. Ego, inquit, non item. *Venite, filii, audite me.* Doceant eos alii, et diligenter, sed artes mundo huic placendi, opes et honores coacervandi; imò etiam illas ipsas, quæ liberales vocantur, vel per se ipsos, vel per alios doceant. Ego, quod hisce omnibus præstantius, utilius, magisque necessarium est : *Timorem Domini docebo vos.* (Serarius.)

(2) Vers. 11. — Cum per captivitatem devenisset.... in civitatem Niniven cum omni tribu sua. Urbs est Ninive apud sacros profanosque auctores celebratissima, quæ tam longo tractu porrigebatur, ut tribum universam in eam venisse mirum videri non debeat. Porrò tribûs illius homines ceu mancipia erant, quæ variis heris vendita, per omnes vastæ hujus civitatis partes distribuebantur. Versiculus hic cum sequenti jungitur in Græco et Hebræo in hanc sententiam : Ductus fui in captivitatem, et sedi in Ninive, civitate magnâ. Omnes fratres mei, et qui de genere meo, comedebant de panibus gentium; ego autem conservavi animam meam, ut non manducarem. Abstinebat Tobias non modò dapibus immundis vetitisque in lege, uti sue, lepore, etc., sed et ab immolatis, quæ scilicet numinibus seu oblatæ, seu consecratæ fuerant; quin et carnes omnes, quibus vulgò vescebantur ethnici, abjiciebat, in quibus fortè esse posset sanguis, adeps, vel quippiam aliud immundum. (Calmet.)

Igitur cum per captivitatem devenisset in civitatem Niniven, cum omni tribu sua; cum omnes ederent ex cibis gentilium, iste custodivit animam suam. Notandum est, quamvis Christo docente, *quod intrat in os, non coinquinat animam,* scilicet coinquinatione eâ quæ animam obliget peccato, legaliter tamen immundus efficiebatur Judæus, si cibos secundùm legem immundos comedebat; imò consequenter etiam fiebat moraliter immundus, nempe quia peccabat in legem Dei, quandocumque sine necessitate vescebatur cibis secundùm legem immundis. Igitur ab utrâque contaminatione se et animam etiam suam, ut hic dicitur, Tobias servavit; quod insigne exemplum est, ne Catholici conversantes inter hæreticos, putent sibi licitum esse, ne ab aliis

VERS. 12. — CUM OMNES EDERENT EX CIBIS GENTILIUM, puta idolo immolatis, vel lege vetitis, v. g., porcinâ carne, etc., ISTE NUNQUAM illis CONTAMINATUS EST. Et hujus exemplum secuti sunt postea Daniel cum sociis, Eleazarus, Machabæi, et alii.

VERS. 13. — ET MEMOR ERIT DOMINI (et omnium mandatorum ejus) IN TOTO CORDE SUO. Tertium encomium. Quartum, quintum, sextum, et septimum, habes versibus 15, 17, 19, 20, quoad varia opera misericordiæ erga proximum tam spiritualia, quàm corporalia.

Hinc DEDIT ILLI DEUS GRATIAM IN CONSPECTU SALMANASAR REGIS (1). Ut, videlicet, ei præ reliquis placeret, et eximiè gratus esset. Sunt autem Tobiæ tria præsertim à rege concessa : Primum, *potestas eundi quocumquè vellet, faciendi quæcumque vellet,* v. 14. Secundum, munera, eaque amplissima à rege ipsi donata, v. 16. Addunt Hebræa et Græca tertium, nempe officium aulicum seu palatinum; nam dicunt fuisse ἀγοραστὴν regis, id est, emptorem seu procuratorem, domûs regiæ, et omnium ad regiam spectantium, puta annonæ, vestium, equorum, armorum, prædiorum, etc., ut olim fuerat Joseph in Ægypto, Genesis 41. Unde et dicunt, constitutum fuisse Tobiam supra omnia quæ habebat Salmanassar. Unde facillimum illi fuit, *decem talenta argenti* Gabelo egenti *dare* non mutuo, sed in depositum, ut tamen pro libito uteretur, quoad repeteret Tobias. Atque hæc tam prospera fortuna adhæsit Tobiæ toto tempore regni Salmanassar. Quo defuncto, cùm Sennacherib ejus filius et successor Judæos omnes jam inde ab exordio regni sui exosos haberet, sed tum maximè omnium cùm horrendâ clade ab iisdem in Judæâ, seu potiùs ab angelo, sed in Judæorum gratiam, affectus esset, ut narratur 4 Reg. 19, et Eccles. 48, ideòque in omnes promiscuè ut primùm Ninivem reversus est, crudeliter sæviret; etiam Tobias ad mortem deposcebatur, et omnia illius bona fisco addicta sunt. Sed *quadragesimo quinto die* à reditu Ninivem occiso à propriis filiis tyranno, Tobias sua quoque bona, sed non pristinum officium, recepit. Addunt Hebræa et Græca, ipsum ea recepisse precibus et operâ Achiachari (quem noster c. 11, v. 20, Achior vocat) nepotis sui ex fratre Anaele. Nam hunc inprimis charum habebat Assar. Ad eum *pincernam* suum, et ab *annulo regio,* et *rationibus regiis* præfectum, et totius regni *gubernatorem*, denique *secundum à se,* seu vicarium suum; ita Hebræa et Græca (1).

rideantur, contra præscriptum Ecclesiæ vesci cibis vetitis. (Estius.)

Hic porrò videmus, quemadmodùm communibus malis involvantur etiam justi, sed ad majorem eorum exercitationem, meritum et gloriam. Divus Ambrosius, cap. 1, lib. de Tobiâ : « Ob virtutes scilicet augendas, quibus « præditus fuerat, subiit ærumnam captivita« tis, quam ferebat humiliter ac patienter, « communem magis injuriam quàm privatam « dolens, nec sibi virtutum suffragia nihil pro« fuisse deplorans, sed magis eam contume« liam minorum suorum peccatorum pretio « arbitratus. » Similia etiam auctor quæstionum ex utroque Testamento q. 119. (Serarius.)

(1) Ut ei videlicet placeret, gratusque esset, Græcè dicitur ei dedisse Deus gratiam et pulchritudinem. Unde videmus, ut honorem et benevolentiam acquiramus, divinum valere auxilium, veramque probitatem, quemadmodùm monebat Xenocratem Plato, ut eam ob causam Gratiis sacrificaret, à quibus tamen, cùm eæ nullæ sint, nihil expectandum. Sed à Deo gratia omnis pendet, etiam coram hominibus, ut Exodi 12, versu 36; Judith cap. 10, vers. 4, Esther cap. 5 et 15. (Serarius.)

Græcus : *Dedit Dominus gratiam et formam in conspectu Enemessari.* Hebræus Fagii : *Dominus mihi dedit, ut gratiam et misericordiam invenirem in oculis Salmanasar.* (Calmet.)

(1) VERS. 14. — DEDIT ILLI POTESTATEM QUOCUMQUE VELLET IRE, etc.; — VERS. 15. PERGEBAT ERGO AD OMNES, etc. Brevior Græcus et Hebræus uterque ; Græcus enim pro versibus 14 et 15, legit tantummodò : *Et fui ejus emptor*, qui annonam regiarum ædium emebam. Hebræus Munsteri : *Et constituit me super omnia quæ habuit, usque ad diem mortis suæ.* Summum domûs œconomum constituit. Vereor tamen, ne textûs hujus Hebraici auctor indulserit aliquid exaggerationi, et ad orationis ornatum ampliori dignitate, quàm reverà esset, Tobiam præditum exhibuerit.

VERS. 16. — CUM AUTEM VENISSET IN RAGES CIVITATEM MEDORUM. Jacebat Rages in plagâ meridionali Mediæ, in montibus qui Medos ipsos à Parthis sejungunt. Nominis hujus etymon Græci ducunt ex ῥήγνυμι, frango, quòd scilicet frequentibus terræ motibus agitata frangatur. Derivari potest ex Hebræo רעש *rahasch,* moveri. Hebræus tamen Munsteri habet רגאש. Tunc Media regibus Assyriis non tota quidem parebat, sed facilè in interregno quod mortem Dejocis primi Medorum regis consecutum est, Assyrii majorem ejus partem invaserunt. Censet Grotius, Tobiam, cùm munus aliquid apud regem gereret, jussum fuisse sequi Salmanasarum in Rages, ubi vernam anni tempestatem exigere Parthorum reges consueverant. Verum Tobias domicilium habebat in Ninive. (Calmet.)

Quam verò Rhagam, Rhagas, et Rhaga profani scriptores nominant, eam semper interpres vocat Rhages, Hebræi scilicet sermonis, in quo indeclinabile id nomen, imitatione, nisi fortè una interdùm littera mutata sit, et *Rhages* lectum pro *Rhagas*, aut *Rhagis*, quemad-

modùm Actorum 8, *Candacis* pro *Candaces*, *Phœnicis*, pro *Phœnices*, in libris Machabæorum sæpè. Accepit porrò urbs illa nomen à rupturis et labibus quas terræ motus excitàrant, ut ait lib. 29 Diodorus, et Strabo lib. 12, qui addit motibus illis plus quàm duo millia urbium et vicorum periisse. Non esse à Seleuco Nicanore conditam, ut ait Stephanus, vel ex hoc loco patet, cùm hisce temporibus fuerit Seleucus multò posterior. Videtur Rhagam à Rhagis infra distinguere, cap. 6, Græcus, sed in eum id locum differatur. Italica per Joannem Baptistam Firmii edita de sancto Thomâ historia, et alii quidam scriptores, Emesam isto nomine appellant, sed cùm in Mediâ Rhagæ sint, in Syriâ Emesa, ut ait l. 5, cap. 15, Ptolomæus, l. 5, cap. 23, Plinius è Plautinâ fortè Trinummo iis acclamet quispiam : *Eho ! an etiam Arabia est in Ponto?* (Serarius.)

« Les critiques voudraient, dit Voltaire, « que l'auteur, quel qu'il soit, de l'histoire de « Tobie, eût dit comment ce pauvre homme « avait gagné dix talents d'argent auprès du « roi Salmanasar, dont il ne pouvait pas « plus approcher qu'un esclave chrétien ne « peut approcher du roi de Maroc : dix talents « d'argent font vingt mille écus, monnaie de « France ; c'est beaucoup pour le mari d'une « blanchisseuse. » — Nous sommons l'impudent critique et ses partisans de produire un seul texte de l'histoire de Tobie, où il soit seulement insinué que sa femme était *blanchisseuse*. Quelle fureur de recourir sans cesse au mensonge et à la calomnie, pour répandre du ridicule sur tout ce qui est consigné dans les Livres saints! dans quel monument de l'antiquité a-t-il trouvé que Salmanasar n'était pas plus accessible que le roi de Maroc ? Il la connaissait bien peu cette antiquité, s'il ne savait pas que les peuples transplantés par les monarques de Ninive et de Babylonne, dans des terres étrangères, y étaient sur un pied bien différent que les esclaves ne le sont à Maroc. Ceux-ci, enfermés toute la nuit dans des maisons communes, n'en sortent que pour travailler comme des forçats : ceux-là, au contraire, étaient en liberté, possédaient des fonds, semaient des grains, cultivaient des vignes à leur profit, plus avantagés en ce point que ne le sont les Juifs de nos jours. A cet état de propriété en fonds, ils joignaient le commerce, et c'était surtout par ce moyen que Tobie s'était enrichi. Demande-t-on parmi nous comment un Juif peut être riche de *vingt mille écus?*

« Il s'en va, continue le critique, à Ragès « en Médie, à 400 lieues de Ninive, prêter ses « vingt mille écus à Gabélus qui était fort pau- « vre, et qui probablement serait hors d'état « de les lui rendre. » — Une preuve que Gabélus, quoique peu fortuné, donnait, par son industrie, des espérances bien fondées de s'acquitter un jour, c'est qu'en effet il rendit la somme que Tobie lui avait prêtée. « Ragès en Médie était à 400 lieues de Ninive. » — La Médie et l'Assyrie, dont Ninive était la capitale, sont deux provinces limitrophes, qui n'ont ni l'une ni l'autre une vaste étendue. Il y a environ six-vingts lieues de Ninive à Echatane, capitale de la Médie, selon la carte de Samson. Ragès n'était pas bien éloignée d'Echatane, selon Diodore de Sicile, dont l'estime est confirmée par le livre de Tobie qui place Ragès dans les montagnes voisines d'Arménie. (Duclot.)

VERS. 17. — CUM GABELUM EGENTEM VIDERET, SUR CHIROGRAPHO DEDIT ILLI decem talenta, quæ stipendii loco à rege acceperat, *quibus honoratus fuerat à rege*, vel quæ in honorariam pensionem à rege obtinuerat. Verùm in Scripturâ *honorare* valet sæpè solvere, vel mercedis loco dare : *Qui benè præsunt presbyteri, duplici honore digni habeantur* (id est, duplici mercede), *maximè qui laborant in verbo et doctrinâ*, ait Apostolus. Decem argenti talenta summam conficiunt quadraginta octo millium, sexcentarum et septuaginta et unius librarum, solidorum decem, et denariorum sex, nostri numismatis. Indicare videtur textus Vulgatæ, Tobiam sub privatæ syngraphæ fide pecuniam hanc Gabelo solvisse. Sed Græcus, Hebræus, S. Ambrosius et vetus Vulgata depositi loco traditam ferunt. Animadvertitur vulgò, olim obtinuisse, ut iis, penes quos erat depositum, jus esset eodem deposito utendi. Sed auctores versionum Græcarum et Hebraicarum non ita intellexerunt, cùm annotent inferiùs, 9, 5, Gabelum restituisse juniori Tobiæ sacculos pecuniam continentes, clausos obsignatosque. Gabelum hunc Græci appellant *Gabaelum, fratrem Gabriæ*. Hebræus Fagii : *Abielem filium Gabrielis;* Munsteri : *Gabelum fratrem meum*. Vetus Latina versio : *Gabelum filium Gabeli*. Variantia hæc suspectam faciunt textuum istorum fidem, quorum veritatem adstruere nostrum esse non ducimus, quippe qui authenticum unicum Latinum Vulgatæ existimamus. In veteri Latinâ versione affirmat Tobias : *Commendavi decem talenta in auro* Gabelo. (Calmet.)

Gabelus verò iste Græcè dicitur, et Hebraicè Gabael, et quidem Gabriæ frater expressè, licet ex cap. 5, versu 21, Græcè conjicere quidam velint, Gabriæ potiùs filium fuisse. Sunt etiam Hebræi, qui Abrielem vocent Gabrielis filium, aut Corebi fratrem. (Serarius.)

SUB CHIROGRAPHO DEDIT ILLI PONDUS ARGENTI. Quæritur an hoc non sit contra præceptum Christi, qui dicit Luc. 6 : *Mutuum date, nihil inde sperantes;* et inprimis contra præceptum de eleemosynis. — Respondeo : Aliud est donare, aliud mutuo dare. Et aliquando quidem suadet aut jubet charitas, donandum esse ; scilicet quando is qui eget non videtur ditior aliquando futurus, ut possit reddere, sed aliàs etiam sufficit, ut mutuum detur, si videlicet videatur posse restitui. Factum est itaque hoc à Tobiâ prudentissimè, nempe si ipse postea egeret (quod accidit) ut repetere posset : aut, etiamsi ipse non egeret, Gabelus posset restituere, posset pecuniam illam aliis rursùm egentibus impertiri, et ita misericordiam suam ad plures extendere. Quod igitur donatur, repeti non potest; sed benè quod mutuo datur, et utrumque opus ex charitate procedit. Nec obstat illud dictum Christi : *Mutuum date, nihil inde sperantes*, quia sensus est : Nihil expectetis ultra sortem, seu summam mutuo datam ; sed neque ut vobis aliquando simile beneficium præstetur vicissim ab iis quibus mutuum dederitis. Hoc enim tantùm velle Christum eo loco, patet ex toto contextu. (Estius.)

VERS. 18. — CUM REGNARET SENNACHERIB. Regnante Sennacherib, Judæorum res adversissimæ fuerunt. Nam præter ipsum captivitatis incommodum, à regni sui principio, eos statim affligere cœpit, et multò magis post acceptam divinitùs in Judæà cladem, 4 Reg. 19, quemadmodùm et Turca Selimus, anno 1571, victus, facere voluit apud Natalem Comitem, sub finem lib. 22. Tum verò fuit Tobias aurum in igne, versu 18 et 19, et quò majora mala fuerunt, eò ipsius virtus major. « Interdicto, ait « D. Ambrosius, cap. 1, non revocabatur ma« gis quàm incitabatur, ne deserere officium « pietatis, mortis metu videretur. Erat miseri« cordiæ pretium mortis pœna. » (Serarius.)

VERS. 20. — ESURIENTES ALEBAT, NUDISQUE VESTIMENTA PRÆBEBAT, ATQUE OCCISIS SEPULTURAM SOLLICITUS EXHIBEBAT. Ecce hæc sunt opera pietatis et misericordiæ tam corporalis quàm spiritualis, in quibus opes et vires suas piè sanctèque exhausit Tobias, ob quæ martyrii spem, ac penè rem et lauream consecutus est, uti S. Januarius, S. Marius et Martha cum filiis, pluresque alii visitantes, alentes et sepelientes martyrum corpora, martyrii coronam adepti sunt.

Tobiæ æmulator fuit S. Malachias episcopus Hiberniæ, de quo ita scribit S. Bern. in ejus Vitâ, post initium : « Denique cura erat ei « maxima in sepeliendis defunctis pauperibus, « quòd hoc sibi non minùs humilitatem sape« ret quàm humanitatem. Nec defuit novo no« stro Tobiæ rediviva à muliere tentatio, imò « à serpente per mulierem. Germana ejus in« dignitatem (ut sibi videbatur) officii exhor« rens, quid facis, inquit, ô insane? *Dimitte « mortuos sepelire mortuos suos.* Et hoc illi quo« tidiè exprobrans ingerebat, sed respondeba« tur mulieri stultæ, juxta stultitiam suam : « Misera, tu eloquii casti vocem tenes, sed « virtutem ignoras. Ita ministerium ad quod « coactus accesserat, devotus tenuit, indefes« sus exercuit. »

VERS. 22. — AT UBI NUNTIATUM EST REGI (Sennacherib), JUSSIT EUM OCCIDI, ET TULIT OMNEM SUBSTANTIAM EJUS. Tobias ergo spolium bonorum omnium, fugam et exilium, quin et sententiam mortis pro fide et charitate suâ libens accepit; fuit igitur ipse confessor, et voto martyr. Audi S. Ambr. lib. de Tobiâ, cap. 1 : « Ob virtutes scilicet agendas quibus præditus « fuerat, subiit ærumnam captivitatis, quam « ferebat humiliter ac patienter, communem « magis injuriam, quàm privatam dolens; nec « sibi virtutum suffragia nihil prodesse deplo« rans, sed magis eam contumeliam minorem « suorum peccatorum pretio arbitratus. » Piè et sapienter S. Bern. in Sentent. : « Martyrium sine « sanguine, ait, triplex est : parcitas in uber« tate, quam habuit David et Job; largitas in « paupertate, quam exercuit Tobias, et vidua « in Evang.; castitas in juventute, quâ usus « est Joseph in Ægypto. » (Corn. à Lap.)

Jussus est et fortunis omnibus et vitâ spoliari. Cùm enim eum, ut in Hebræo et Græco est, operum tam piorum Ninivita quidam accusâsset, illas amisit, hanc inops et nudus retinuit, sed fuga extra Niniven, et latebra, quam ei, uxori et filio ipsimet Assyrii præbuerunt, quià ex iis, versu 23, *multi diligebant eum.* Nam de Judæis id putandum non est, cùm calumniatoribus, satellitibus et carnificibus omnia ipsorum tunc objecta essent. Sic verò latuit usque ad tyranni hujus cædem, cujus modus et locus explicatur 4 Reg. 18, et hìc Græcè, multòque copiosiùs Hebraicè, ubi et causa ponitur, quòd, ut prosperitatem ab idolo Dagon impetraret, duos ei filios immolare voluerit, sed isti pervertèrint, eumque mactârint, quorum nomina referuntur Adrammelech et Saretser. Id versu 24 factum, post dies 45 ab regni ejus, vel cladis potiùs acceptæ principio, quia Hebræorum textuum unus dicit, Tobiam dies tantùm 19 delituisse. In Græco, eâdem sententiâ dicitur : Non præterierunt dies 50. (Serarius.)

VERS. 23. — TOBIAS VERO CUM FILIO SUO, ET CUM UXORE SUA FUGIENS NUDUS LATUIT. Hebræa habent Tobiam delituisse per dies novemdecim.

VERS. 24. — ET REVERSUS EST TOBIAS IN DOMUM SUAM, OMNISQUE FACULTAS (opum) RESTITUTA EST EI, quæ nimirùm adhuc supererat. Nam multa fuisse ab officialibus regiis, satellitibus et militibus consumpta, direpta, distracta, dissipata, liquet ex eo quòd Anna uxor Tobiæ texendo quæsierit victum, ut dicitur cap. 2, v. 19. (Corn. à Lap.)

Asaraddon, qui Græcè Σαχερδονός dicitur, sæviit etiam in filios Israel, ut capite sequenti patet, versu 8 et 9. Fratris tamen Tobiæ filium Achiachar, vel, ut in altero Hebræo dicitur, Akikarum magnis affecit honoribus. Fecit enim eum primò pincernam, deinde ab annulo regio, ut Esther cap. 3, versu 10, tertiò totius regni gubernatorem, quartò rationibus omnibus præfectum, seu rationalem, quintò, secundum à se, seu vicarium suum, ut Græcè et Hebraicè traditur. Et asseritur iste Achiachar in Græco, filius Anaelis, vel Hebraicè Hananelis, ideòque certum hinc fratris Tobiæ nomen haberetur, nisi essent, qui ex Græco assererent eumdem esse, qui Achiacharus et Anael vocetur. Possent enim ita intelligi Græca : Ἔταξεν Ἀχιάχαρον τὸν Ἀναήλ, υἱὸν τοῦ ἀδελφοῦ μου. Multò tamen simpliciùs et veriùs apparet eum, qui fuit Tobiæ frater, ipsum Anaelem esse, omninòque id Hebræus asserit. Hujus Achiachari precibus, Ninivem rediit Tobias, facultatulas, cùm magnâ ex parte direptæ fuissent, residuas accepit, sed absque dignitate pristinâ. « Vix tandem, ait Ambrosius loco « citato, per amicum potuit, direpto patrimo« nio, egenus et exul restitui suis. » Facultatem, pro, facultatibus dixit interpres, ut Cicero copiam pro copiis, lib. 8 ad Atticum, epistolâ 17 et 19, sicuti etiam Paulus à quibusdam accipitur, l. *Cùm pluris,* ff. de Admin. tutel. § ultimo. (Serarius.)

CAPUT II.

1. Post hæc verò, cùm esset dies festus Domini, et factum esset prandium bonum in domo Tobiæ,

CHAPITRE II.

1. Après cela un jour de fête du Seigneur étant arrivé, un grand repas fut apprêté dans la maison de Tobie.

2. Dixit filio suo : Vade et adduc aliquos de tribu nostrâ, timentes Deum, ut epulentur nobiscum.

3. Cùmque abiisset, reversus nuntiavit ei unum ex filiis Israel jugulatum jacere in plateâ. Statimque exsiliens de accubitu suo, relinquens prandium, jejunus pervenit ad corpus :

4. Tollensque illud, portavit ad domum suam occultè, ut dùm sol occubuisset, cautè sepeliret eum.

5. Cùmque occultâsset corpus, manducavit panem cum luctu et tremore,

6. Memorans illum sermonem quem dixit Dominus per Amos prophetam : Dies festi vestri convertentur in lamentationem et luctum.

7. Cùm verò sol occubuisset, abiit et sepelivit eum.

8. Arguebant autem eum omnes proximi ejus, dicentes : Jam hujus rei causâ interfici jussus es, et vix effugisti mortis imperium, et iterùm sepelis mortuos?

9. Sed Tobias plus timens Deum quàm regem, rapiebat corpora occisorum, et occultabat in domo suâ, et mediis noctibus sepeliebat ea.

10. Contigit autem ut quâdam die fatigatus à sepulturâ, veniens in domum suam, jactâsset se juxta parietem, et obdormîsset,

11. Et ex nido hirundinum dormienti illi calida stercora inciderent super oculos ejus, fieretque cæcus.

12. Hanc autem tentationem ideò permisit Dominus evenire illi, ut posteris daretur exemplum patientiæ ejus sicut et sancti Job.

13. Nam cùm ab infantiâ suâ semper Deum timuerit, et mandata ejus custodierit, non est contristatus contra Deum quòd plaga cæcitatis evenerit ei.

14. Sed immobilis in Dei timore permansit, agens gratias Deo omnibus diebus vitæ suæ.

15. Nam sicut beato Job insultabant reges, ita isti parentes et cognati ejus irridebant vitam ejus, dicentes :

16. Ubi est spes tua, pro quâ eleemosynas et sepulturas faciebas?

2. Et il dit à son fils : Allez et amenez ici quelques-uns de notre tribu qui craignent Dieu, afin qu'ils mangent avec nous.

3. Son fils y alla; et étant revenu, il lui dit qu'il y avait dans la rue le corps d'un des enfants d'Israël qui avait été tué. Tobie se leva aussitôt de table, et laissant là le dîner, il vint à jeun vers le corps.

4. Et l'enlevant, il l'emporta secrètement dans sa maison, pour l'ensevelir sûrement lorsque le soleil serait couché.

5. Et ayant caché le corps, il commença de manger avec larmes et tremblement,

6. Repassant dans son esprit cette parole que le Seigneur avait dite par le prophète Amos : Vos jours de fête se changeront en des jours de pleurs et de larmes.

7. Et lorsque le soleil fut couché, il alla et l'ensevelit.

8. Or tous ses proches le blâmaient, disant : On a déjà commandé de vous faire mourir pour ce sujet, et vous avez eu bien de la peine à échapper à votre condamnation; et après cela, vous ensevelissez encore les morts?

9. Mais Tobie craignant plus Dieu que le roi, emportait les corps de ceux qui avaient été tués, les cachait dans sa maison, et les ensevelissait au milieu de la nuit.

10. Il arriva un jour que, s'étant lassé à ensevelir les morts, il revint en sa maison, et s'étant couché au pied d'une muraille, il s'endormit, *ayant le visage à découvert.*

11. Et pendant qu'il dormait, il tomba d'un nid d'hirondelle de la fiente chaude sur ses yeux, ce qui le rendit aveugle.

12. Dieu permit que cette épreuve lui arrivât, afin que sa patience fût donnée en exemple à la postérité, comme celle du saint homme Job;

13. Car ayant toujours craint Dieu dès son enfance, et ayant gardé ses commandements, il ne murmura point contre Dieu de ce que la plaie de la cécité lui était survenue.

14. Mais il demeura ferme dans la crainte du Seigneur, rendant grâce à Dieu tous les jours de sa vie.

15. Car comme des rois insultaient au bienheureux Job, ainsi ses parents et ses alliés se raillaient de sa vie, disant :

16. Où est votre espérance, pour laquelle vous faisiez des aumônes, et vous ensevelissiez les morts?

17. Tobias verò increpabat eos dicens: Nolite ita loqui:

18. Quoniam filii sanctorum sumus, et vitam illam exspectamus, quam Deus daturus est his qui fidem suam nunquàm mutant ab eo.

19. Anna verò uxor ejus ibat ad opus textrinum quotidiè, et de labore manuum suarum victum, quem consequi poterat, deferebat.

20. Unde factum est ut hædum caprarum accipiens detulisset domi:

21. Cujus cùm vocem balantis vir ejus audîsset, dixit: Videte, ne fortè furtivus sit, reddite eum dominis suis, quia non licet nobis aut edere ex furto aliquid, aut contingere.

22. Ad hæc uxor ejus, irata respondit: Manifestè vana facta est spes tua, et eleemosynæ tuæ modò apparuerunt.

23. Atque his et aliis hujusce modi verbis exprobrabat ei.

17. Mais Tobie les reprenait, disant: Ne parlez point de la sorte;

18. Car nous sommes enfants des saints, *et nous ne bornons pas nos espérances à la vie présente; mais* nous attendons cette vie que Dieu doit donner à ceux qui ne violent jamais la fidélité qu'ils lui ont promise.

19. Or Anne, sa femme, allait tous les jours faire de la toile, et apportait du travail de ses mains ce qu'elle pouvait gagner pour vivre.

20. Il arriva donc qu'ayant reçu *un jour* un chevreau, *outre le prix ordinaire de son travail,* elle l'apporta à la maison;

21. Et son mari l'ayant entendu bêler, dit: Prenez garde que ce chevreau n'ait été dérobé; rendez-le à ceux à qui il appartient, parce qu'il ne nous est pas permis de manger quelque chose qui ait été dérobé, ni d'y toucher.

22. Alors sa femme irritée lui répondit: Vos espérances sont manifestement devenues vaines, et voilà à quoi se sont terminées vos aumônes.

23. Et sa femme lui insultait par ces discours et d'autres semblables.

TRANSLATIO EX GRÆCO.

1. Quando autem deveni in domum meam, et restituta est mihi Anna uxor mea, et Tobias filius meus. — In Pentecoste festivitate, quæ est sancta septem hebdomadarum, factum est prandium bonum mihi; et accubui ad manducandum. — 2. Et aspexi obsonia multa, et dixi filio meo: Vade et adduc, quemcumque inveneris fratrum nostrorum egentem, qui meminerit Domini: et ecce exspecto te. — 3. Et veniens dixit: Unus de genere nostro strangulatus projectus est in plateâ. — 4. Et ego, antequàm ego gustarem, exiliens, — tuli in domum quamdam, donec occidit sol. — 5. Et reversus, lavi me, et comedebam panem meum in tristitiâ: — 6. Et recordatus sum prophetiæ Amos, quomodò dixit: Convertentur dies festi vestri in luctum, et omnes lætitiæ vestræ in lamentationem. — 7. Et ploravi. — Et quandò occiderat sol, abii, et fodiens sepelivi eum. — 8. Et proximi irridebant, dicentes: Non adhuc timet interfici pro re hâc: et aufugit, et ecce rursùs sepelit mortuos. — 9. Et in ipsâ nocte, redii, cùm sepeliissem, et cubui pollutus juxta murum atrii: — et facies mea discooperta erat: — 10. Et non vidi, quia passeres in muro erant: — et oculis meis apertis immiserunt passeres calidum in oculos meos: et factæ sunt albugines in oculis meis; et ivi ad medicos; et non profecerunt mihi. Achiacharus autem nutriebat me; quoadusque profectus sum in Elymaida. — 11. Et uxor mea Anna serviebat in gynæceis, et mittebat dominis: — 12. Et reddiderunt ei etiam ipsi mercedem, addentes etiam hædum. — 13. Quando autem venit ad me, — cœpit clamare. Et dixi ad eam: Unde hædus? numquid furtivus est? redde illum dominis: non enim licitum est manducare furtivum. — 14. At illa dixit: Donum mihi datum est super mercedem. Et non credebam ei; et dicebam reddere illum dominis, et erubescebam adversùs eam. — At illa respondens dixit mihi: Ubi sunt eleemosynæ tuæ, et justitiæ tuæ? Ecce cognita omnia tecum.

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — CUM ESSET DIES FESTUS (1), nempe Pentecostes, ut habent Hebræa et Græca.

(1) VERS. 1. — CUM ESSET DIES FESTUS DOMINI, ET FACTUM ESSET PRANDIUM BONUM IN DOMO TOBIÆ. Festa solemnia lautiore convivio celebrandi mos erat Hebræis. Lata à Domino lex hâc utitur in illos indulgentiâ, ut diebus festis permittat, quin et interdùm etiam imperet convivia religiosa in gratiam egenorum, pauperum et orphanorum. Nec Tobias illos imitabatur, qui primum legis membrum servabant, negligebant secundum, convivia quidem instruentes, sed neglectis pauperibus et adve-

nis. Misit enim invitatum è fratribus suis illos qui vitam ad Dei legem agerent. Discimus ex Græco, id contigisse die Pentecostes, quæ festum hebdomadarum ab Judæis appellabatur, innuitque, inscio Tobiâ, lautiores quam pro more epulas paratas fuisse : *Factum est prandium bonum, et accubui ad manducandum; et aspexi obsonia multa.* Animadverte hìc, quemadmodùm inferiùs, v. 3, morem accumbendi mensæ, Orientalibus familiarem. Agebatur tunc festum Tabernaculorum, si Hebræo Fagii credis; Pentecostes, si veteri Vulgatæ.

Vers. 3. — Nuntiavit ei, unum ex filiis Israel jugulatum jacere in platea. Græcus : *Unus ex Israelitis strangulatus projectus est in plateâ*, etc. Hebræus Fagii : *Mortuus jacet in campo.* Ex hoc textu, et ex narrationis serie discimus, Asarhaddonem non prohibuisse injurias Israelitarum; id quod suspectam facit dignitatem Akikari, necessarii Tobiæ, dignitatem, inquam, à rege secundam.

(Calmet.)

D. Ambros. de Tobiâ : « Magnum, inquit, « hoc opus. Si viventes operire nudos præcipimur, quantò magis debemus operire defunctorum corpora? Si viantes ad longiora « deducere solemus, quantò magis in illam « æternam domum profectos, unde jam non « revertentur? » (Serarius.)

Vers. 4. — Portavit ad domum suam occulte, ut, dum sol occubuisset, caute sepeliret eum. Innuere videtur Græcus, delatum fuisse à Tobiâ cadaver in domum à suâ alienam, donec nox subiret. Illud autem ipse per se Tobias detulit; vel fortè, ut id tutiùs fieret, neve sese odio adversariorum temerè exponeret, deferendum illud curavit in domum suam, vel in domum vicinam, juris et possessionis suæ. Si ipse per se detulit, vitium contraxit, prohibens sese domûs suæ ingressu, sociorumque convictu : id autem die festâ, uti reverà abstinuisse videtur. Hebræus equidem Fagii, Syrus, et vetus Latina versio ferunt, illum manus ante cibum lavisse : id tamen neque Græcus, neque Latinus noster legunt. Adde quòd sola manuum lotio ejusmodi sordem non eluisset. Si ea satis fuisset, cur non ingreditur domum suam ut cubet? cur humi cubat ad parietem, postquàm cadaver humavit? Hebræus Munsteri, postremum hoc Tobiæ factum narrans, ait, post conditum humo cadaver, balneum sibi parâsse, sed expiare se ita ut in Israele nequisse; quibus verbis facilè indicat, defuisse Ninive cinerem vaccæ rufæ, quâ lustralis aqua in Israele parabatur. Sed auget potiùs quàm minuat difficultatem; neque enim minorem contraxisset sordem delato in domum suam, quàm humato cadavere. Quare alterutrum admittamus oportet, sive cadaver humeris suis non detulisse, sive eo delato, cœnâsse à cæteris secretum, utpote cadaveris tactu immundum. Hoc ab illo servatum innuere videtur textus ferens : *Manducavit cum luctu et tremore*, dolens mala populi sui, et metuens, ne delatus novas gravesque sibi et familiæ molestias pareret. (Calmet.)

Et dum sol occubuisset caute (occultè, ne quis eum apud regem accusaret, itaque vitæ periculum adiret, uti fecerat, cap. 1, 22), sepeliret eum. « Interdicto, ait S. Ambr., c. 1, « non revocabatur magis quàm incitabatur, « ne deserere officium pietatis mortis metu « videretur; erat misericordiæ pretium mortis « pœna. » Idem lib. 1 Offic., cap. 4 : « Tobias, « ait, formam pietatis expressit evidentiùs, « cùm relicto convivio mortuos sepeliret, et « ad cibos pauperis mensæ invitaret inopes. » Et S. August. lib. de Curâ pro mortuis, c. 1 et seq. : « Tobias, ait, sepeliendo mortuos Deum « promeruisse, teste angelo, commendatur. » Sepultura enim est ultimum misericordiæ officium, naturæ debitum, quasi honor defuncti et cognatorum solatium, ac naturæ desiderium. Audi S. Ambr. hìc cap. 1 et 2 : « Magnum hoc opus. Si viventes operire nudos « præcipimur, quantò magis debemus operire « defunctorum corpora? Si viantes ad longiora « deducere solemus, quantò magis in illam « æternam domum profectos, unde jam non « revertentur? Nihil hoc officio præstantius, « ei conferre, qui tibi jam non potuit reddere, « vindicare à volatilibus, vindicare à bestiis « consortem naturæ. Feræ hanc humanitatem « defunctis corporibus dedisse produntur; homines negabunt? »

Adde fidelibus sanctis sepelienda esse corpora, ut per hoc protestemur fidem, et spem resurrectionis, scilicet ea non abjici, ut cadavera equorum et canum, quorum animæ cum corpore intereunt, sed sepeliri, ut resurrectura in animâ et corpore ad vitam immortalem. Rursùm per sepulturam virtuti sanctorum et martyrum magnus defertur honos : unde tanta pontificibus primis sepeliendi martyres cura extitit, imò S. Nicomedes sepeliendo corpus S. Feliculæ martyris, et S. Justinus presbyter S. Laurentii, aliique plures per sepulturam martyrum, martyrii lauream adepti sunt.

Sic Marcianus, postea cùm in corpus recens occisi incidisset, illudque sepelire vellet, captus est quasi ille eum occidisset, ideòque damnatus ad mortem, sed Dei providentiâ factum, ut deprehenderetur cædis auctor, itàque Marcianus liberaretur, inquit Evagrius lib. 2, cap. 1. Atque hoc opere meruit Marcianus evehi ad imperium, fierique maritus S. Pulcheriæ sororis Theodosii imp., quo proinde nullus melior, nullus fortior, nullus pientior fuit Imperator : ita Baron. anno Christi 450.

(Corn. à Lap.)

Vers. 6. — Memorans illum sermonem. Huic facto subjungitur recordatio prophetiæ Amos cap. 8, vers. 6, et 1 Machabæorum, cap. 1, v. 41, eademque recordatio dicitur, sicuti Tobiam, sic et affecisse S. Annonem archiepiscopum Coloniensem, lib. 3 ejus vitæ, cap. primo, dùm unicè sibi charum vitâ defunctum, ipso itidem Pentecostes die, lugeret.

(Serarius.)

Vers. 8. — Arguebant autem eum omnes proximi ejus dicentes : Jam hujus rei causa interfici jussus es, etc. Dubitet quispiam meritone fuerit arguendus Tobias, quòd cum periculo vitæ suæ mortuorum corpora voluerit dare sepulturæ? Neque enim mortui sepultura tanti est, ut propter eam quis mortis periculum subeat. — Respondeo, ubi præsens esset periculum homini sepelienti mortuum aut sepelire conanti, abstinendum esse, quia neque exequi posset officium sepulturæ potestate impediente, aut sepultum mox iterum eruente, et ipse

Vers. 10. — Quadam die (1); *Græcè eâdem illâ nocte*, quæ scilicet festum Pentecostes consecuta est; a sepultura rediens domum suam, neque tamen ingredi volens, quòd contactu cadaveris immundus factus esset, juxta legem Numerorum, 19 (2), extra domum porticu vel propylæo juxta parietem se abjiciens, supinus obdormivit.

Petes, cur, sicut priore vice, cùm cadaver è plateâ sustulisset, reversus lavit et mundavit sese, ut est in Græco, atque ita prandium relictum resumpsit, non etiam hâc secundâ vice, simili lotione sese emundavit, et ita domum et stratum suum ingressus est — Respondeo: Fatigatio et somni appetitus non ferebant ejusmodi moras, et voluerat nocturno tempore sub medium æstatis in aperto aere somnum capere.

Petes secundò, quæ tanta seu necessitas, seu utilitas sepeliendi cadavera, ut tantis propterea periculis vir prudens hìc sese exponat? An fortè nocet mortuo quòd cadaver jaceat insepultum? — Respondeo: Non nocet absolutè aut simpliciter, sed tamen per accidens et ex parte, ut cum S. Thomâ loquar: primò, propter affectum et amorem quem in corpus suum habuit vivens, et mortuus adhuc retinet; secundò, propter honorem, quem omnibus penè gentibus persuasum est afferri defuncto per sepulturam; tertiò, propter infamiam et injuriam quæ non mortuo tantùm, sed et communi hominum naturæ irrogari censetur, cùm pars altera hominis in oculis omnium computrescere et à canibus et alitibus dilacerari permittitur. Neque solet ea infamia irrogari nisi de communi bono pessimè meritis. Vide hâc de re Alcimum, Stobæum, et S. Augustinum, qui cadavera justorum hoc quoque nomine studiosiùs curanda monet, quòd iis tanquàm organis suis Spiritus sanctus ad omnia opera bona usus fuerit; et quòd precibus quoque fidelium, quæ in sepulturâ adhibentur, mortui, si forsan in Purgatorio sint, juventur; quibus commodè privantur, cùm id officii negligitur.

Vers. 11. — (1). Hirundinum calida ster-

occideretur et insepultus abjiceretur, et sic malum duplicaretur. Si verò periculum non esset præsens, nec etiam futurum valdè probabile, metuendum tamen aliquo modo, non debet hoc casu reprehendi, sed laudari, qui adhibitâ cautelâ, sicut hìc Tobias fecisse legitur, mortuorum corpora sepelit, maximè, piorum, et ob odium veræ religionis interfectorum, ut olim erant martyres, quorum corpora qui abstulerunt et occultè sepelierunt, eos à totâ antiquitate laudatos legimus; siquidem hujusmodi opus non tantùm est officium humanitatis in proximos, et protestatio futuræ resurrectionis mortuorum, verùm etiam actus religionis in Deum, sicut est ipsa martyrum confessio. (Estius.)

Legitur hìc reprehensio ei ferè similis, quæ est Joan. 11, vers. 7 et 8: *Nunc quærebant te Judæi lapidare, et iterùm vadis illùc?* (Serarius.)

Vers. 9. — Sed Tobias plus timens Deum, etc.; ejusmodi charitatis opera non relinquebat. Deest hic versiculus in Hebræo et Græco. Noverant utique repugnare iis quæ ipsi legunt vers. sequenti, nimirùm Tobiam luminibus captum fuisse eâdem nocte quâ dictum cadaver sepulturæ mandaverat. Simulatorum amicorum et necessariorum Tobiæ monita, uti et hic versiculus, demonstrant Tobiam assuevisse piis hisce operibus, adeòque nonnisi post rem sæpiùs frequentatam Deum calamitatem illi, de quâ statim, permisisse. (Calmet.)

(1) Ecce post tot bona opera, etiam per boni operis occasionem, ex tanto tamque raro, Dei causâ, labore suscepto, venit calamitas. Quis eorum qui mundi hujus felicitatem, opes, formam, valetudinem tanti faciunt, secùs fieri oportuisse non opinetur? (Serarius.)

(2) Ea labes perseverabat septem diebus, eluebaturque aspersione aquæ lustralis, mixtis vaccæ rufæ cineribus præparatæ; lustratio tertiâ et septimâ die iteranda erat. Quidquid hominem ita vitiatum tangebat, contrahebat sordem. Israelitæ in captivitate, et qui pariter hodiè nobiscum versantur, cùm cineribus expiationis careant, sublatis Hierosolymæ sacrificiis, defectum illius aspersionibus supplent. In Hebræo Munsteri, Tobias parat sibi, quo lavetur, balneum, expiatione à lege præscriptâ carens. Sed facilè tingere se balneo nonnisi mane alterius diei meditabatur, atque interim noctem extra ædes acturus erat. Idem Hebræus laudat hìc sententiam Jeremiæ, non satis animadvertens, Tobiam seniorem, qui hìc loquens inducitur, longâ ætate Jeremiam ejusque oracula præcessisse. (Calmet.)

(1) Vers. 11. — Et ex nido hirundinum dormienti illi calida stercora inciderent super oculos ejus fieretque cæcus. *Hirundinum*, Græca habent στρουθία, id est, *passeres*, sed Sept. στρουθία, vertunt pro Hebr, *sipporim*, id est, aves, ut vertit Vatab.; has autem aves ex circumstantiis loci optimè noster intellexit fuisse hirundines; harum enim stercora oculos excæcant, unde et alter textus Hebræus hìc habet *deror*, id est, avis libera, puta hirundo, quæ liberè volat, et liberè cum hominibus conversatur, et in tectis nidulatur, ait R. David.

Fieretque cæcus. Minùs rectè Lyranus hanc excæcandi vim negat stercori hirundinis. Probabiliùs Dionys. et Valesius censent, Tobiam non fuisse excæcatum, sed albuginem et membranam duntaxat oculis ejus obductam fuisse, quam subinde chirurgi acu deducentes, oculos suæ libertati, visuique restituunt, de quâ re plura, cap. 6, 9. Porrò hâc de causâ pulli hirundinum inter parentum stercora versan-

cora vim habent excæcandi naturalem, inquit, Plinius, et Franciscus Valesius : tum ex hirundinum occultâ proprietate; tum ex manifesto calore et vi adustivâ sordibus illis inexistente, quæ pupillas et oculorum hirquos nimis calefacit, exsiccat et exurit; et ex sordibus subitò concrescente membranâ, qualis est in talpis, oculi prorsùs excæcantur. Non

tes, excæcantur, sed à parentibus rursùm visus eis redditur per herbam quæ dicitur chelidonia. Audi Tertull. lib. de Pœnitentiâ, cap. 14 : « Hirundo si excæcaverit pullos, novit « illos oculare rursùs de suâ chelidoniâ. » Et Plinium lib. 8, cap. 27 : « Chelidoniam visui « saluberrimam hirundines monstravêre, vexa« tis pullorum oculis illâ medentes. » Et lib. 25, c. 8 : « Hâc (chelidoniâ) hirundines oculis « pullorum in nido restituerunt visum, ut qui« dam volunt, etiam erutis oculis. »

Mirum hoc est, æquè ac illud, quod idem scribit Plinius lib. 10, cap. 37, hirundinum oculos erutos renasci. Idem asserit Ælianus lib. 2, cap. 3, citatque Aristot., sed mutilè; verba enim Aristot. lib. 6 Hist. anim. cap. 5, sunt : « Pullorum hirundinis recentium oculi, « si quis stimulo vexaverit, resanescunt, et « cernendi vim postea planè recipiunt. » Jam « aliud profectò, ait Aldrovandus in Hirundine « pag. 663, est, visum vexatum recipere, aliud « oculos erutos renasci, quod asserunt Ælia« nus et Plinius. » Idem verò Aldrovandus, pag. 689, cinerem pulli hirundinis cum melle oculis inspersum earum caliginem allatâ claritate dispellere, ex Dioscoride et Avicennâ asseverat, imò ad idem valere fel et stercus frigidum (calidum enim acre est et adurens, unde Tobiam excæcavit) hirundinum ex Alberto magno contendit.

Tropol. B. Petrus Damianus lib. 2 Epistolarum, epistolâ 12, et in ordine 33 : « Quid, « inquit, leviter volitantes hirundines, nisi « leves adulantium et blanda loquentium si« gnificant mores? qui dùm blandiloquii sui « suavitate demulcent, dùm adulationis oleo « caput audientis impinguant, interiores ocu« los, ne solitâ luce perfruantur, excæcant. »
(Corn. à Lap.)

Sive Tobias casu oculos aperuerit, sive ita dormire soleret, sive non tecto ore, clausisque oculis resolutus fuerit in somnum, facilè intelligimus, hirundinis stercore ejus oculos vitiari potuisse. Prona sunt omnia, si admittamus Tobiam apertis oculis cubuisse : neque major est difficultas, si clausis oculis stercus decidisse reputemus. Lapso super palpebras stercore, acris humor per angulos oculorum sese insinuavit : cùm autem, ut ille oculos aperuit, manum luminibus admovisset, quod naturaliter fit, altiùs acrem humorem impressit. Acrimonia et sal causticum violentam statim et molestam inflammationem induxerunt, quæ affrictu manûs vehementiùs irritata degeneravit denique in maculam albam, persimilem albugini ovi. Ita describitur inferiùs 11, 14 : *Cœpit albugo ex oculis ejus, quasi membrana ovi, egredi.*

Tobiæ cæcitas impedimentum erat, quo videndi facultas, integra cæterùm et perseverans, cernere prohibebatur. Salva erant omnia, nervus opticus et pupilla. Impediebat oculos inducta quædam membrana, quæ solidis quatuor annis molestam illi noctem prorogavit. Ejusmodi albugines plerumque ipsam pupillam obducunt. Concrescere dicuntur ex humoribus eò collectis et coagulatis; vel membranulæ sunt ibi succrescentes. Morbus sunt per se minimè contumax, scitâ etenim arte membrana acu subducitur. Utrùm verò eam artem nôrint Assyriorum medici, ambigo. Legimus hìc in Græco et Hebræo, Tobiam frustra opem à medicis quæsivisse.

Addunt Græci, Achiacharum Tobiæ necessarium, qui apud Asarhaddonem primas tenebat, aluisse Tobiam, quamdiù regem sibi iniquum habuit, donec Tobias profectus est Elymaidem. Discemus tamen inferiùs, in eam regionem non Tobiam patrem, sed filium discessisse. (Calmet.)

Ex hâc fortè historiâ, Pythagoræ, qui cum Judæis, ut ait lib. 1 Stromatum, Clemens, et contra Appionem Josephus, versatus est, symbolum illud manavit : *Hirundines sub eodem tecto ne habeas,* quod D. Hieronymus Apologiâ adversùs Ruffinum, et Clemens Stromate 5, cap. 3, Aristotelis auctoritatem secuti, interpretantur, à commercio garrulorum et susurronum abstinendum esse, quod refellit quidem Plutarchus Symposiorum decade 8, et ex eo Erasmus ; sed refelluntur ambo ex Hesiodo, Anacreonte, Nicostrato, qui hirundinem garrulam vocant. Est etiam infidæ amicitiæ similitudo in hirundine, ut ait auctor ad Herennium, quia vere advolat, hyeme avolat. Hugo et Glossa monent, ne in bonis operibus fatigemur, alioqui futurum, ut mundi hujus blanditiis, adulationibus, opibus excæcemur, quæ sunt hirundinum stercora, garrularum, inconstantium, veris tantùm et æstatis amicarum. Carthusianus dormienti ait Ecclesiæ incidere nonnunquàm ab hæreticarum hirundinum nidis stercora, et multos excæcari. Sed lib. 2, c. 56, Thomas Cantipratensis explicat, quemadmodùm apibus hirundines et aves infestæ sint, id est, piis castisque animis dæmones. « Potest, ait, et aliud tentationum genus, « hirundinum, quarum stercore Tobias cæca« tus est, vel aliarum avium vexatio designare, « ut, sub virtutum specie, vitiorum tenebris « involvamur. Verbi gratiâ, captat quis dives « fieri, et congregare divitias, ut in fine con« dat uberius testamentum, faciatque hæredem « Christum, qui copiarum suarum dereliquit « vel dominos terræ vel parentes, aut clientu« los suos vel raptores quoslibet nequissimos « possessores. Hoc maximè in clericis videmus, « quorum tamen bona pauperum esse debe« rent, et quæ eis omni die superfluunt, non « in marsupiis, vel in arcâ, sed indigo ori fa« melici, et in ventribus esurientium debe« rent liberaliter erogare. » Hactenùs ille.
(Serarius.)

« Tobie, dit Voltaire, s'endort au pied d'un « mur. Un homme assez riche pour prêter « vingt mille écus dans Ragès devait au moins « avoir une chambre à coucher dans Ninive. » —Ce ne fut point faute d'avoir une *chambre à coucher* que Tobie coucha en plein air, ce fut par un attachement religieux à sa loi, qui

tamen casu id evenisse viro sancto putandum, maximè ut utroque simul oculo privaretur, sed singulari Dei providentiâ, ob fines qui versu sequenti explicantur. Sed et medicorum opem, ut est in Hebræo et Græco, adhibuit Tobias, ut faciendum monet Ecclesiasticus cap. 18; verùm illi nihil ei profuerunt. Vide Chrysostomum, homil. 1 ad populum, qui hâc occasione recenset undecim causas, cur Deus justis tot calamitates limitat. Porrò calamitatis non levis exasperatio Tobiæ fuit (1).

obligeait ceux qui avaient touché un corps mort de se séparer même de leurs proches, jusqu'à ce qu'ils se fussent purifiés; Tobie, n'ayant pas encore satisfait à ce devoir, se jette accablé de fatigue contre le mur de sa maison, peut-être même sur la terrasse où les orientaux ont coutume de coucher en été. L'accident de Tobie arriva après la fête de la Pentecôte, selon l'exemplaire grec du livre de Tobie. Sa maison, dont le toit était en terrasse, selon l'usage de ces contrées, pouvait être adossée à un bâtiment plus élevé, au haut duquel des hirondelles avaient fait leur nid.

« Les critiques naturalistes disent que la « merde d'hirondelle ne peut rendre personne « aveugle. On en est quitte pour se laver sur- « le-champ. » — Mais si Tobie dormait, il ne put pas se laver sur-le-champ.

« Il faudrait dormir les yeux ouverts pour « qu'une chiasse d'hirondelle pût blesser la « cornée. » — Tobie ne pouvait-il pas être du nombre de ceux qui dorment *les yeux ouverts?* Le critique dira-t-il qu'il n'y a point de dormeur de cette espèce? Savons-nous d'ailleurs si dans les pays orientaux la fiente d'hirondelle n'est pas plus chaude et plus corrosive que dans nos climats? Tobie ne pouvait-il pas alors avoir déjà quelque inflammation aux yeux, qui aura contribué à rendre l'accident plus funeste?

« Il fallait consulter un bon médecin avant « d'écrire. » — C'est précisément ce que le critique aurait dû faire avant de hasarder ses plaisanteries grossières et sacriléges. Il devait s'instruire dans Aldrovandi, dans Gessner, dans François de Valois, et même dans Celse, tout ancien qu'il est; quant à l'auteur du livre de Tobie, il n'avait pas besoin de cette précaution. Il écrivait des faits notoires d'après l'expérience. (Duclot.)

(1) *Hanc tentationem ideò permisit Deus evenire illi, ut posteris daretur exemplum patientiæ ejus, sicut et sancti Job.* Hasce verò, quibus justi quandoque premuntur, calamitatum causas, aliasque plures insigni planèque aureâ oratione pertractat D. Chrysostomus homiliâ primâ ad populum, et illarum summa his ipsis ejus verbis continetur: « Multos audivi talia « querentes: Quid tandem ille modestus et « mansuetus homo ab alio quodam impio et « improbo per singulos dies trahitur, et innu- « meras patitur molestias, et Deus permittit? « Quare alter accusatus injustè mortuus est? « Ille submersus est, inquit; alius præcipita- « tus? et multos possemus referre sanctos et « temporibus nostris, majorum nostrorum, « qui multas sustinuerunt tribulationes diffe- « rentes et varias. Ut igitur horum omnium « rationem videamus, et neque ipsi tumultue- « mur, et neque alios scandalizatos negliga- « mus, nunc diligenter dicendis intendamus. « Variè enim et omnimodè sanctorum affli- « ctionis causas numero octo charitati vestræ « dicere possum. Idcircò omnes vos ipsos cum « diligentiâ colligite, scientes quòd nulla « deinceps nobis venia et excusatio dabitur, « si de contingentibus scandalizemur; quippe « cùm sint multæ occasiones, tanquàm nulla « sit, ita tumultuabimur et perturbabimur. « Itaque prima quidem est, quòd cùm facilè « in arrogantiam propter meritorum magnitu- « dinem et miraculorum tolluntur, ipsos sinit « affligi. Secunda, ne cæteri majorem habeant « de ipsis opinionem quàm humana patitur « natura, et ipsos deos, non autem homines « esse arbitrentur. Tertia, ut et Dei virtus « appareat per ægrotantes et compeditos exu- « perans, et prædicationem augens. Quarta, « ut ipsorum illorum patientia manifesta fiat « non propter mercedem Deo servientium, « sed et tantam exhibentium gratitudinem, ut « et post tot mala sincera in ipsis benevolen- « tia ostendatur. Quinta, ut de resurrectione « cogitemus; cùm enim verum justum, et « multâ plenum virtute innumera passum « mala, et sic hinc digressum videris, oportet « ex hoc omninò aliquid de illo judicio cogi- « tare. Si enim homines per se laborantes « sine præmiis et retributione migrare non « permittit; multò magis eos qui tantùm la- « boraverunt nunquàm incoronatos remane- « re Deus decerneret. Si autem ipsos laborum « suorum retributione privare non eligit, om- « ninò necesse est quoddam aliud tempus esse « post præsentium finem, per quod præsentis « vitæ laborum retributiones reciperent. Sexta, « ut omnes in gravia incidentes, sufficientem « consolationem et mitigationem habeant in « eos respicientes, et malorum quæ ipsis ac- « cidere recordantes. Septima, ne quando « exhortamur vos ad illorum virtutem et cui- « que dicimus, imitare Petrum, imitare Pau- « lum, propter gestorum excessum, alterius « ipsos naturæ participes fuisse cogitantes ad « imitationem torpeatis. Octava, ut quoniam « beatos vel miseros censere oportet, disca- « mus quos quidem beatos, quos autem mise- « ros et ærumnosos putare debeamus. Si verò « oportet et nonam dicere causam, illud dicere « possemus, quòd spectabiliores tribulatio fa- « ciat tribulatos. *Tribulatio enim patientiam « operatur; patientia verò probationem; proba- « tio autem spem; spes verò non confundit.* Vi- « des quòd ex tribulatione probatio futurorum « nobis spem affert, et in tentationibus ma- « nere bonum de futuris sperare facit? Itaque « non temerè dicebam, quòd hæ tribulationes « resurrectionis spem nobis designant, et ve- « xatos meliores efficiunt. *Quemadmodùm* enim, « inquit, *in fornace aurum examinatur, sic et « homo acceptus in humiliationis camino.* Possu- « mus et decimam dicere causam. Qualem

VERS. 15. — IRRISIO ET INSULTATIO PARENTUM, seu affinium et familiarium, ac præ omnibus etiam propriæ uxoris.

SICUT BEATO JOB INSULTABANT et uxor et REGES, id est, tres illi amici et cognati Job, qui cap. 2 et ult. Jobi, vocantur reges in editione Septuaginta, non quales hodie reges in Europâ, sed quales in Indiâ et Japoniâ non paucos habemus; et quales olim triginta et unum devicit Josue; et septuaginta reges sub mensâ Adonibezec analecta ciborum carpebant: nempe domini paucarum urbium, ut patet ex dictis Josue 12.

Petes: Quomodò dicuntur hic tres isti amici *insultâsse* Jobo, cùm constet ex c. 2 Jobi v. 11, consolandi illius causâ accessisse? — Respondeo: Hâc quidem mente accesserunt, et initio quoque cum dolente doluerunt; sed in decursu colloquiorum plurima postmodùm peccaverunt, afflictos integerrimi viri casus importunè exagitantes, et misero insultantes. Nam queritur ipse Job c. 6, v. 26, ipsos *tantùm ad increpandum eloquia concinnâsse, super pupillum irruisse, et amicum subvertere voluisse.* Similia habet cap. 19, v. 2, et alibi, et confirmat ipse Deus c. ult., v. 7 (1).

« verò hanc? quam et jam sæpiùs dixi superiùs, quòd si aliquas habeamus maculas, et eas deponimus. Et benè patriarcha declarans, ad divitem dicebat: *Quoniam Lazarus sua mala recipit, jam consolationem accipit.* Et ad hanc aliam rursùs inveniemus. Qualem verò hanc? ut corona et præmia nobis augeant. Quantùm enim tribulationes ampliabuntur, imò verò et multò plus, *non* enim *condignæ sunt passiones præsentis temporis ad futuram gloriam quæ revelabitur in nobis.* Tot igitur causas habentes de sanctorum afflictione dicendas, ne in tentationibus indignemur; neque angustiemur, neque tumultuemur, sed et ipsi nostros instruamus animos, et alios hoc doceamus. » Ita sanctus ille. (Serarius.)

VERS. 13. — NON EST CONTRISTATUS CONTRA DEUM. Duplex, uti hunc locum exponens, optimè monuit Gretserus noster lib. 4 de Cruce cap. 8, tristitia est. Una, inquit Apostolus, 2 Corinth. 7, *secundùm Deum, quæ* videlicet, ut ibidem additur, *pœnitentiam in salutem stabilem operatur*, vel certè ob Deum suscipitur, æquâque mente toleratur. Altera contra Deum, quæ modum non tenet; de constantiæ gradu dejicit, impias adversùs Deum voces aut cogitationes exprimit. Prior in sanctos cadit: cùm enim honorum, possessionum, fortunarumque naufragiis vexantur, morbis, plagis, variisque dolorum stimulis pervelluntur, an non sentiant? an, ut nihil omninò moveantur, inferiores in iis animi, partes brutæ prorsùs et lapideæ sint? Cùm abesset non procul dominicæ crucis tragœdia, *cœpit ipse Dominus pavere, tædere et tristis esse*, Matth. 26, Marc. 14; *tristitia*, inquit S. Paulus Rom. 9, *mihi magna est, et continuus dolor cordi meo.* Et infra, cap. 5, Tobias noster: *Quale*, ait, *mihi gaudium erit, qui in tenebris sedeo, et lucem cœli non video?* Attamen *non est*, ait textus, *contristatus contra Deum.* (Serarius.)

VERS. 14. — IMMOBILIS IN DEI TIMORE PERMANSIT. Multi sæpè in florescentibus arboribus flores, sed in cerasa et poma non evadunt omnes. In officio constantiam laudabat, qui Matth. 11, vers. 7, dixit: *Quid exîstis in desertum videre? Arundinem vento agitatam?* Mordebat in oculis Tobiam cæcitas; sed è vero Dei metu cultuque nihil movebat. *Agens gratias Deo omnibus diebus vitæ suæ.* Dixit cap. 1, vers. 21, Job: *Sit nomen Domini benedictum.* Tobias, quasi summum Dei beneficium sit, exilium, paupertas, oculorum amissio, gratias agit, neque id semel, vel paucis aliquot diebus, sed *omnibus diebus vitæ suæ.* Quàm excelsum, quàm Deo plenum pectus hoc! (Serarius.)

Porrò Job adhuc vivens vocatur beatus, quia, ut ait S. Jacobus, cap. 1, v. 12, *beatus vir, qui suffert tentationem, quoniam cùm probatus fuerit, accipiet coronam vitæ.* « Beatus fuit Job, ait Epistolâ 2, c. 9, S. Fulgentius, cùm in divitiis justè viveret; sed beatior, cùm in paupertate justior extitisset. Beatus fuit, cùm decem circumdaretur filiis; sed beatior, cùm unâ cunctorum simul orbitate percussus, in Dei dilectione permansit immobilis. Beatus etiam fuit in corporis sospitate; sed beatior est factus in vulnere; beatior etiam in acervo squaloribus pleno, quàm in palatio marmoribus adornato. » (C. à Lap.)

(1). VERS. 16. — UBI EST SPES TUA? q. d.: Spes tua te fefellit, fuitque falsa et fallax; sperabas enim per eleemosynas obtinere à Deo prospera omnia, et ecce Deus per sepulturam mortuorum te cæcavit, et oculis privavit. Quid enim infelicius, et miserius oculis orbato et cæco? (Corn. à Lap.)

UBI EST SPES TUA, PRO QUA ELEEMOSYNAS ET SEPULTURAS FACIEBAS? Ista verba tametsi dicta sint ab Israelitis, qui habebant fidem unius Dei, videntur tamen processisse ex infidelitate, quâ videlicet non credebant, post hanc vitam restare aliam, in quâ redditurus sit Deus unicuique secundùm opera sua, prœmia bonis, supplicia malis. Qui enim hoc non credit, etiamsi fateatur se habere fidem unius Dei, reverà infidelis est, etiam circa religionem de Deo; quia detrahit Deo attributa necessariò ei competentia, videlicet justitiam et providentiam ad quam pertinet retributio bonorum et malorum. Item tollit fundamentum spei. Et ex hoc loco satis apparet multos fuisse in illo populo qui tantùm temporalem retributionem pro legis observatione expectandam putarent. Qui proinde non videntur verè fuisse fideles, ne quidem fide implicitâ eorum quæ necessariò credenda sunt. Neque enim illis tribuenda est fides implicita providentiæ Dei, qui expressè illi detrahunt, sicut illi fecisse leguntur. Tobias autem ad spiritualem et verè fidelem populum Dei ostendit se pertinere, quando illis respondens ait: *Nolite ita loqui, quoniam filii sanctorum sumus*, quasi diceret: Idem credere debemus quod sancti patriarchæ, quorum filii sumus, crediderunt, in quâ etiam fide defuncti sunt. Quæ autem sit illa fides, ostendit sequentibus verbis: *Et vitam illam expectamus, quam Deus daturus est his qui fidem suam nunquàm mutant ab eo.* Hoc est, credimus nos, si in fide et sanctà conversatione

permanserimus, consecuturos vitam æternam. Hìc etiam notandum fidem semel habitam amitti posse. Id enim significat, quod ait : *Quam Deus daturus est his qui fidem suam nunquàm*, etc. Item notandum nihil æquè hominem christianum confirmare ad toleranda omnia adversa hujus vitæ, et ad superandas omnes tentationes malas, quàm si fidem futuræ vitæ et æternæ retributionis sæpiùs in se excitet, et recenti recordatione accendat, quemadmodùm docet Apostolus ad Hebr. 11. Non dicit : Quoniam sancti sumus, tum quia sibi sanctitatem tribuere humiliter noluit ; tum quia illi ad quos loquebatur, reverà sancti non erant. Denique dùm dicitur : *Nolite ita loqui, quoniam filii sanctorum sumus,* ostenditur quem usum habere debeat generis nobilitas, id est, ex majoribus, virtute et nobilitate illustribus prognatum esse, ut videlicet designare nolimus, quòd talibus majoribus indignum sit ; sed eorum virtutem, sanctitatem et religionem ita nobis semper ponamus ante oculos, ut eam moribus et factis exprimere studeamus. (Estius.)

VERS. 18. — FILII SANCTORUM SUMUS. Abrahami scilicet, Isaaci, Jacobi, Prophetarum, et patriarcharum, quorum vita tentatio perpetua fuit, quique constanter inhæserunt obsequio in Deum, tot licet malis ac tentationibus retraherentur. In eamdem sententiam alloquens Mathathias filios suos : *Nunc ergo*, aiebat, *ô filii, æmulatores estote legis, et date animas vestras pro testamento patrum vestrorum ; et mementote operum patrum, quæ fecerunt in generationibus suis. Abraham nonne in tentatione inventus est fidelis? Joseph in tempore angustiæ suæ custodivit mandatum.* Nihil aptius ad incendendos ad virtutem animos, quàm exempla domestica :

Disce, puer, virtutem ex me, verumque laborem,
Sis memor, et te animo repetentem exempla tuorum,
Et pater Æneas, et avunculus excitet Hector.

VITAM ILLAM EXPECTAMUS, etc., quam Deus largiturus est iis, qui in fide ad mortem usque perseveraverint. Habemus hìc conceptis verbis spem vitæ æternæ expressam. Grandia hæc dogmata eò majorem in lucem veniebant, quò Messias propiùs accedebat. (Calmet.)

FILII SANCTORUM SUMUS, puta Abrahæ, Isaac, et Jacob, etc.; eorum ergo fidem, spem, patientiam et constantiam in adversis imitemur. Idem dicat Christianus afflictus : Filius sum Christi; ejus ergo passionem et crucem jugiter intuebor, ac patientiam imitabor. Filius sum SS. Apostolorum et martyrum, ut S. Pauli, S. Laurentii, S. Stephani, S. Vincentii, etc., qui tot et tanta pro Christo pertulerunt ; ergo eos sequar, et vel modicum meum malum Christi amore libenter et fortiter sustinebo. Sum enim filius sanctorum, ideòque ipse sum sanctus, id est, fidelis, Deo dicatus, et ab eo vocatus ad perfectam sanctitatem, quæ in patientià consistit. *Patientia enim opus perfectum habet*, Jacobi 1, 4.

ET VITAM ILLAM EXPECTAMUS, QUAM DEUS DATURUS EST HIS QUI FIDEM SUAM NUNQUAM MUTANT AB EO. Respondet appositè Tobias insultantibus sibi : *Ubi est spes tua?* q. d. : Spes mea non refertur ad bona præsentia, sed futura. Spero enim post hanc, aliam vitam beatam et æternam, quam Deus dabit iis qui in fide et spe illius constanter in quibusvis adversis persistunt. Hæc spes alterius, et felicis vitæ excitavit septem fratres Machabæos, ut sartagines, tympana, equuleos et omnia tormenta superarent, imò contemnerent; unde ad Antiochum tyrannum intrepidè dicebant : *Tu quidem, scelestissime, in præsenti vitâ nos perdis, sed rex mundi defunctos nos pro suis legibus in æternæ vitæ resurrectione suscitabit*, 2 Mach. 9. Idem senserunt et dixerunt cæteri martyres ferè ad unum omnes, qui, ut ait Apost. Hebr. 11, 37, *lapidati sunt, secti sunt, tentati sunt, in occisione gladii mortui sunt*, etc. (Corn. à Lap.)

VERS. 19. — ANNA VERO UXOR EJUS IBAT AD OPUS TEXTRINUM QUOTIDIE.

Mirari subit, cur Tobias, cujus res antea floruerant, quique rapta sibi priùs à Sennacheribo, sub Asarhaddone recuperaverat, brevi adeò temporis spatio in tantam rei familiaris angustiam devenerit. Sed juvat animadvertere, illum largitionibus indulsisse plurimùm, neque à consuetis pietatis operibus abstinuisse usque ad cæcitatem. Diù antea Deus permiserat, ut à Sennacheribo spoliaretur eâ quâ apud regem fruebatur, dignitate. Ejus res alieni usurpaverant, vel fortè etiam direptioni expositæ fuerant. Quâ donatus fuit à Salmanasaro, eundi et redeundi libertatem, Sennacheribus revocaverat. Ingentem pecuniæ vim deposuerat penes Gabelum, quam ne reciperet tunc impediebatur : in medicos erogaverat plurimùm. Hæc simul omnia, lucrari nihil, erogare plurimùm, sumptibus indulgere, et jacturis deteri, hæc, inquam, simul omnia vel locupletissimos ad extrema brevì redigunt. (Calmet.)

Dùm dicitur Tobiæ uxor textrinum opus fecisse, duobus modis explicatur : primò, secundùm Hebræos, ut faciendos conduxerit pannos, et texendos, qui in tabernaculis extenduntur, ut vela, cortinæ, aliaque id genus : secundò, ut servierit aliis mulieribus, in earum domibus, et operibus cujuscumque generis ea essent opera secundùm Græcos. Nam ἐν τοῖς γυναικείοις ἐριθεύεσθαι est non simpliciter servire, sed in rebus etiam vilibus et abjectis, prout ex Aristotelis Politicorum libro quinto colligitur. Atque isto modo se Jobi uxor πλανωμένην, καὶ λάτριν contemptè appellabat Job 2, quasi, quæ hùc illùc erraret, omnibusque ancillaretur. Dùm verò Baduellus γυναικείων, locum esse ait, in quo mulieres versantur, videtur significare illud ἐν τοῖς γυναικείοις, accipiendum pro hujuscemodi mulierum οἴκοις seu locis, cùm tamen pro ἔργοις seu operibus accipiat potiùs Hebræus, in quo sic : *Et, in tempore isto, Hanna uxor mea fecit opus mulieribus seu opus mulierum.* Sed opus hoc partim alienis in domibus fecisse videtur, quia in textu nostro est : *Ibat ad opus*, partim domi suæ, quia in Græco est, eam *opus jam factum dominis misisse*, ἀπέστελλε τοῖς κυρίοις. Jam quod in Græco ait Tobias, ἠρυθρίων πρὸς αὐτὴν, id est, erubescebam ad ipsam, seu propter ipsam, putat quidam fortè legendum ἐρέτιζον πρὸς αὐτὴν id est, litigabam cum eâ. Nam et in Hebræo est : *Fuimus unà litigantes super negotio hædi*, sive *propter hædum inter nos contendimus.* Ita enim Rabbi Camius in libro Radicum, et alii exponunt verbum istud psalmo 94 : *Quadraginta*

annis litigavi vel contendi, ut dubitandum non videatur, quin aberrârit Munsterus, dùm verba illa vertit : *Aliàs enim onerosos nos pariter reddemus propter hædum illum.* Et sanè textus noster litigium quoddam, datis et acceptis ultrò citròque responsis, indicat ; itemque D. Augustinus de Verbis Domini serm. 18, secundùm Matthæum cap. 15, cùm *accusationem defensionemque* inter eos fuisse ait. Ejus verba postea citabuntur. Græca tamen illa vox retineri potest, ut ab effectu idem ipsum litigium significetur. Rubent enim eorum qui rixantur vultus, ardentque oculi, vel certè, cùm sunt homines paulò vel graviores, vel mitiores ac modestiores : erubescunt quidem, sed eo rubore, quem verecundiæ colorem aiebat quidam. Duo verò hìc quæruntur : prius est : *num esset ipsa Tobiæ uxor hædum furata?* Videtur ita opinari D. Augustinus loco jam indicato, cùm ait, ipsam de furto monitam, defendisse factum suum, et paulò post: « *Quàm cæca*, inquit, *erat quæ furtum defendebat!* » Sed sanè ab hoc eam scelere absolvit clarè, in textu Græco, Tobias. *Domini*, ait, quibus nimirùm laborârat, *reddiderunt ei mercedem*, προσδόντες καὶ ἔριφον, id est, *ultra mercedem donantes et hædum.* Explicat enim quid ipsa verè quidem dixisset ; sed ipse antea dicenti fidem non adhibuisset ; nunc verò scribens adhibeat, δῶρον δέδοταί μοι ἐπὶ τῷ μισθῷ. Eademque in Hebræo absolutio est, non enim ipsa tantummodò dixit : *Datus est mihi hædus supra mercedem meam ;* sed ipse etiam Tobias, cùm librum istum scriberet, perfectiùsque veritatem totam indagâsset : *Factum est*, ait, *quâdam die, et dederunt ipsi hædum unum in mercede ipsius*, id est, cum mercede, vel ultra mercedem. Malè siquidem, in utriusque verbis, vertit semper Munsterus, *pro mercede.* Sunt enim diversæ propositiones Hebraicæ *besicarah* et *halsicari*, et licet alibi possent, *pro* aut *propter* significare, non tamen hoc loco, ut aperit textus Græcus, et ipsa facti circumstantia. Si enim pro mercede datum hædum dixisset, causæ quid fuisset, cur ei Tobias non crederet? Laborâsse nôrat, mercede dignam sciebat, pecuniam nullam videbat, mercedem si quam aliam accepisset, occulere ipsa poterat. Quid mirum ergo vel incredibile fuisset, in mercedem hædum datum? At gratis donatum, et in mercedis auctarium, quoddamque veluti corollarium ; id verò apud exteros novum, et inusitatum videbatur. Atque hanc donationem innuunt etiam verba *dandi*, quibus tam Græcus quàm Hebræus utuntur, quibus in Latino respondet *accipere. Factum est, ut hædum caprarum accipiens*, scilicet dono, *detulisset domum.* Idemque in suo Tobiâ Perionius : *Cùm textrino*, inquit, *opere, quotidiè ea quæ ad victum communem pertinebant, pararet, aliquando hædum, præter mercedem, et acceptum, intulit.* Sed, quæritur *secundò peccâritne Tobias, de uxore suspicando, ipsi neganti non credendo, et cum eâ altercando*, uti dictum est? — Respondeo, non peccâsse : potuit enim meritò suspicari, primò, quia domi vix unum alterumve teruncium esse sciebat, unde hædus emi non poterat ; neque tantùm lucratam uxorem, ut cum necessariis aliis hædum emere posset ; existimabat denique, malesuadam esse famem, et, quod ait

VERS. 20. — HÆDUM ACCIPIENS (1) Anna, dono scilicet et gratuitò, supra debitam mercedem, ut habent Hebræa et Græca. Cùmque Annæ id affirmanti non tam citò crederet maritus, illa irata virum sanctum objurgavit. In Græco additur, *Achiacharum* nepotem Tobiæ *nutrivisse* patruum suum, *usque dùm abiret* Tobias, utique periculi vitandi causâ, *in Emalaida.* Causam abitûs vide in fine c. ult. (2).

Ecclesiasticus cap. 27, *propter inopiam, multos deliquisse.* Sciebat ipsam interdùm paupertatis et miseriæ impatientiorem, ita ut parùm quandoque graviter ac moderatè loqueretur et ageret. Erat ipse paterfamiliâs, cui ne quid domi mali accideret, curæ esse debebat. Erat cæcus, ut minùs oculis, quid fieret perspiceret. (Serarius.)

(1) Notat Græcus, hædum hunc additum fuisse mercedi operis consuetæ : Hebræi verò pro mercede datum sentire videntur. Paria docet S. Ambrosius : *Uxor hædum pro mercede acceperat ;* sed paulò inferiùs mercedis incrementum fuisse affirmant. (Calmet.)

(2) VERS. 22. — AD HÆC UXOR EJUS IRATA RESPONDIT : MANIFESTE VANA FACTA EST SPES TUA, ET ELEEMOSINÆ TUÆ MODO APPARUERUNT ESSE VANÆ, cùm per eas te et me, totamque familiam in tantam egestatem, cæcitatem et angustiam adduxeris. Disce hìc à Tobiâ pro benefactis maledicta, imò maleficia etiam ab intimis amicis recipere, et constanter ferre. Hoc est præmium patientiæ, hæc ejus coronis, ut ipsa novam passionem provocet, in eâque novâ majorique patientiâ coronetur. Audi S. August. serm. 18. in Matth. : « Quanta putatur « infelicitas hominum, qui lucem istam cor« poream non vident ! Excæcatus est aliquis? « continuò dicitur : Iratum Deum habuit ; ali« quid mali commisit. Hoc uxor Tobiæ dicebat « viro. Clamabat ille propter hædum, ne de « furto esset ; nolebat sonum furti audire in « domo suâ. Illa defendens factum suum, op« probrio percutiebat maritum ; et cùm ille di« ceret : *Reddite, si de furto est*, illa respon« debat resultans : *Ubi sunt justitiæ tuæ?* Quàm « cæca erat, quæ furtum defendebat! et quàm « lucem videbat, qui furtum reddi imperabat ! « illa erat foris in luce solis, ille erat intùs in « luce justitiæ. Quis eorum erat in luce me« liore ? » Et S. Cypr. l. de Mortalitate : « Et « Tobias post opera magnifica, post misericor« diæ suæ multa et gloriosa præconia, cæcita« tem luminum passus, timens et benedicens « in adversis Deum, per ipsam corporis sui cla« dem, crevit ad laudem, quem et ipsum uxor « sua depravare tentavit, dicens : *Ubi sunt justi« tiæ tuæ? ecce quæ pateris.* At ille circa timorem « Dei stabilis et firmus, et ad omnem tolerantiam « passionis fide religionis armatus, tentationi « uxoris invalidæ in dolore non cessit, sed magis « Deum patientiâ majore promeruit, quem post« modùm Raphael angelus collaudat. »

Simili modo S. Saturus procurator domûs Hunerici regis Ariani, cùm ab eo maximis minis, indeque ab uxore propriâ multis lacrymis sollicitaretur ad Arianismum, intrepidè cum S. Job respondit : « Tanquàm una ex in« sipientibus mulieribus loqueris. Formida-

« rem, mulier, si sola esset hujus vitæ amaræ « dulcedo; artificio conjux diaboli ministraris. « Si diligeres maritum. nunquàm ad secun- « dam mortem attraheres proprium virum. « Distrahant filios, separent uxorem, auferant « substantiam, mei Domini, ego securus de « promissis, verba tenebo : *Si quis non dimise- « rit uxorem, filios, agros, aut domum, meus « non poterit esse discipulus.* Quid ultra? disce- « dente muliere cum filiis refutatâ, conforta- « tur Saturus, ad coronam discutitur, expolia- « tur, pœnis conteritur, mendicus dimittitur. » Ita Victor Uticensis lib. 1 Persecutionis Wandalicæ, sub finem.

Job et Tobias in multis fuêre persimiles; primò in profusis eleemosynis, et cujuslibet misericordiæ officiis, qualia de se deprædicat Job c. 31, et Tobias hìc c. 1. Secundò, in constanti rerum adversarum, præsertim paupertatis, cæcitatis et morborum tolerantiâ, imò gratiarum actione. Sunt enim ipsa Dei magna beneficia, utpote magnæ virtutis, magnique præmii materia. Dicebat ergo Job patiens : *Dominus dedit, Dominus abstulit, sit nomen Domini benedictum.* Idem dicebat Tobias. Tertiò, Tobias hæc omnia sustinuit ob spem futuræ vitæ beatæ, v. 18; sic et Job c. 19, v. 25 : *Scio*, ait, *quod Redemptor meus vivit, et in novissimo die de terrâ surrecturus sum. Et rursùm circumdabor pelle meâ, et in carne meâ videbo Deum meum*, etc.; *reposita est hæc spes mea in sinu meo.* Quartò, Job irrisus fuit ab uxore et amicis, sed irridentes irrisit; sic et Tobias. Quintò, Deus Tobiæ opes ablatas, visumque restituit : sic et Jobo, cap. ultimo, omnia reddidit duplicia. (Corn. à Lap.)

Notetur etiam bonis benè agentibus convicia interdùm, etiam ab infimis, ferenda, quemadmodùm, ad Tobiæ exemplum, S. Annoni evenisse, memorat lib. 3 Historiæ ipsius auctor. Illustrissimum verò, et Tobiæ, Joboque consimillimum est, quod ab hæreticis, pro catholicâ fide, olim pertulisse sanctum Saturum narrat sub libri primi de Persecutione Wandalicâ extremum, Victor Uticensis. Cùm enim esset Ariani regis domûs procurator, et ut catholicam fidem desereret, invitaretur, constantissimè recusavit. « Promittuntur ho- « nores (libet enim jam rem totam ipsius Vic- « toris verbis recensere), et divitiæ multæ, « si faceret; præparantur supplicia dira, si « nollet. Hâc optione propositâ, ut si regali- « bus jussis non obediret, primò factâ discus- « sione, et ante amissâ domo vel substantiâ, « distractis omnibus mancipiis ac filiis, uxor « ejus, ipso præsente, camelario in conju- « gium traderetur. Quod ille plenus Deo, ma- « gis ut velociter provenisset, impios provo- « cabat. Ob quam causam uxor ejus inducias « visa est, ab his qui exequebantur, nesciente « marito, petiisse. Accedit ad maritum alia « Eva, consilio magistrata serpentis. Sed ille « Adam non fuit, qui illecebrosæ vetitæ ar- « boris poma contingeret, quia non indigens, « sed saturatus ab ubertate domûs Dei, et tor- « rente deliciarum ejus potatus. Advenit mu- « lier ad locum, ubi maritus singularis orabat, « conscissis vestibus, crineque soluto, secum « comitantibus filiis, unamque infantulam, « quæ tunc lactabatur, manibus gestans, quæ « nescientis projicitur ad pedes mariti. Etiam « ipsa suis genua complectitur ulnis, sibilans « vociferatione draconis : Miserere meî, dul- « cissime, simul et tuî; miserere communi- « bus liberis, quos conspicis ipse. Non sub- « jaceant conditioni servili, quos claros prosapia « reddidit generis nostri. Non subjiciar ego « indigno et turpi conjugio, vivente marito, « quæ mihi semper inter coævas plaudebam « de Saturo meo. Cognoscit Deus quia invitus « facturus es hoc, quod fortè voluntariè ali- « quanti fecerunt. Cui ille, Job sancti voce, « respondit : *Tanquàm una ex insipientibus mu- « lieribus loqueris.* Formidarem, mulier, si « sola esset hujus vitæ amara dulcedo; artifi- « cio conjux diaboli ministraris. Si diligeres « maritum, nunquàm ad secundam mortem « attraheres proprium virum. Distrahant filios, « separent uxorem, auferant substantiam, « mei Domini, ego, securus de promissis, « verba tenebo : *Si quis non dimiserit uxorem, « filios, agros, aut domum, meus non poterit « esse discipulus.* Quid ultra? discedente mu- « liere cum filiis refutatâ, confortatur Satu- « rus, ad coronam discutitur, expoliatur, « pœnis conteritur, mendicus dimittitur. »

(Serarius.)

CAPUT III.

1. Tunc Tobias ingemuit, et cœpit orare cum lacrymis,

2. Dicens : Justus es, Domine, et omnia judicia tua justa sunt, et omnes viæ tuæ, misericordia et veritas et judicium.

3. Et nunc, Domine, memor esto meî, et ne vindictam sumas de peccatis meis, neque reminiscaris delicta mea vel parentum meorum.

4. Quoniam non obedivimus præceptis tuis, ideò traditi sumus in direptionem, captivitatem et mortem, et in fabulam et in improperium omnibus nationibus in quibus dispersisti nos.

CHAPITRE III.

1. Alors Tobie gémit et commença de prier avec larmes,

2. Disant : Seigneur, vous êtes juste, et tous vos jugements sont pleins d'équité, et toutes vos voies ne sont que miséricorde, vérité et justice, *puisque vous ne nous châtiez qu'afin de nous purifier de nos péchés.*

3. Et maintenant, Seigneur, souvenez-vous de moi, ne prenez point vengeance de mes péchés; et ne vous rappelez point mes offenses, ni celles de mes pères.

4. Comme nous n'avons point obéi à vos préceptes, nous avons été abandonnés au pillage, à la captivité et à la mort, et nous sommes devenus la fable et le jouet de toutes les na-

5. Et nunc, Domine, magna judicia tua, quia non egimus secundùm præcepta tua, et non ambulavimus sinceriter coram te.

6. Et nunc, Domine, secundùm voluntatem tuam fac mecum, et præcipe in pace recipi spiritum meum : expedit enim mihi mori magis quàm vivere.

7. Eâdem itaque die contigit, ut Sara filia Raguelis in Rages civitate Medorum, et ipsa audiret improperium ab unâ ex ancillis patris sui :

8. Quoniam tradita fuerat septem viris, et dæmonium nomine Asmodæus occiderat eos, mox ut ingressi fuissent ad eam.

9. Ergo cùm pro culpâ suâ increparet puellam, respondit ei dicens : Ampliùs ex te non videamus filium aut filiam super terram, interfectrix virorum tuorum.

10. Numquid et occidere me vis, sicut jam occidisti septem viros? Ad hanc vocem perrexit in superius cubiculum domûs suæ : et tribus diebus et tribus noctibus non manducavit neque bibit :

11. Sed in oratione persistens, cum lacrymis deprecabatur Deum, ut ab isto improperio liberaret eam.

12. Factum est autem die tertiâ, dùm compleret orationem benedicens Dominum,

13. Dixit : Benedictum est nomen tuum, Deus patrum nostrorum, qui cùm iratus fueris, misericordiam facies, et in tempore tribulationis peccata dimittis his qui invocant te.

14. Ad te, Domine, faciem meam converto : ad te oculos meos dirigo.

15. Peto, Domine, ut de vinculo improperii hujus absolvas me, aut certè desuper terram eripias me.

16. Tu scis, Domine, quia nunquàm concupivi virum, et mundam servavi animam meam ab omni concupiscentiâ.

17. Nunquàm cum ludentibus miscui me, neque cum his qui in levitate ambulant, participem me præbui.

18. Virum autem cum timore tuo, non cum libidine meâ consensi suscipere.

19. Et, aut ego indigna fui illis, aut illi forsitan me non fuerunt digni, quia forsitan viro alii conservâsti me.

tions parmi lesquelles vous nous avez dispersés.

5. Et maintenant, Seigneur, vos jugements sont grands parce que nous ne nous sommes point conduits selon vos préceptes, et que nous n'avons point marché sincèrement en votre présence.

6. Et maintenant, Seigneur, traitez-moi selon votre volonté, et commandez que mon âme soit reçue en paix, parce qu'il m'est plus avantageux de mourir que de vivre.

7. En ce même jour, il arriva que Sara, fille de Raguel, en Ragès, ville des Mèdes, reçut pareillement des reproches de l'une des servantes de son père,

8. Parce qu'elle avait été mariée à sept hommes *successivement;* et un démon nommé Asmodée, les avait tués aussitôt qu'ils étaient entrés dans sa chambre.

9. Comme donc elle reprenait cette servante pour quelque faute qu'elle avait faite, celle-ci lui répondit : Puissions-nous ne voir jamais de vous ni fils, ni fille sur la terre, meurtrière de vos maris.

10. Est-ce que vous voulez me tuer aussi, comme vous avez déjà tué sept maris? A cette parole, Sara monta dans une chambre haute de la maison, et elle demeura trois jours et trois nuits sans boire ni manger;

11. Et persévérant dans la prière, elle demandait à Dieu avec larmes qu'il la délivrât de cet opprobre.

12. Le troisième jour, achevant sa prière, et bénissant le Seigneur, elle dit :

13. Que votre nom soit béni, ô Dieu de nos pères, qui faites miséricorde après vous être mis en colère, et qui dans le temps de l'affliction pardonnez les péchés à ceux qui vous invoquent.

14. Seigneur, je tourne vers vous mon visage, et j'arrête mes yeux sur vous.

15. Je vous demande, Seigneur, que vous me délivriez de ce reproche, ou qu'au moins vous me retiriez de dessus la terre.

16. Vous savez, Seigneur, que je n'ai jamais convoité d'homme, et que je me suis conservée pure de tout mauvais désir.

17. Je ne me suis jamais mêlée avec ceux qui aiment à folâtrer, et je n'ai jamais eu aucune société avec les personnes qui se conduisent avec légèreté.

18. Que si j'ai consenti à recevoir un mari, je l'ai fait dans votre crainte, et non pour suivre ma passion.

19. Et, ou j'ai été indigne de ceux que l'on

20. Non est enim in hominis potestate consilium tuum.

21. Hoc autem pro certo habet omnis qui te colit, quod vita ejus, si in probatione fuerit, coronabitur : si autem in tribulatione fuerit, liberabitur, et si in correptione fuerit, ad misericordiam tuam venire licebit.

22. Non enim delectaris in perditionibus nostris : quia post tempestatem, tranquillum facis : et post lacrymationem et fletum, exultationem infundis.

23. Sit nomen tuum, Deus Israel, benedictum in secula.

24. In illo tempore exauditæ sunt preces amborum in conspectu gloriæ summi Dei :

25. Et missus est angelus Domini sanctus Raphael, ut curaret eos ambos, quorum uno tempore sunt orationes in conspectu Domini recitatæ.

m'a donnés, ou peut-être n'étaient-ils pas dignes de moi, parce qu'il se peut que vous m'ayez réservée pour un autre époux ;

20. Car vos conseils ne sont pas à la portée de l'homme.

21. Mais quiconque vous honore se tient assuré que si sa vie est éprouvée, elle sera couronnée; si vous l'affligez, il sera délivré ; et si vous le châtiez, il pourra obtenir miséricorde;

22. Car vous ne prenez point plaisir à notre perte ; mais, après la tempête, vous rendez le calme ; et après les larmes et les soupirs, vous nous comblez de joie.

23. O Dieu d'Israël, que votre nom soit béni dans tous les siècles.

24. Les prières de Tobie et de Sara furent exaucées en ce même temps devant la gloire du Dieu souverain.

25. Et Raphaël, le saint ange du Seigneur, fut envoyé pour guérir ces deux personnes, dont les prières avaient été en même temps offertes au Seigneur.

TRANSLATIO EX GRÆCO.

1. Et tristatus ploravi : et deprecatus sum cum dolore, dicens : — 2. Justus es, Domine : et omnia opera tua, et omnes viæ tuæ, misericordia et veritas; et judicium verum, et justum tu judicas in seculum. — 3. Memento mei, et respice super me. Ne de me vindictam sumas propter peccata mea, et ignorantias meas, et patrum meorum, quæ peccaverunt in conspectu tuo. — 4. Non enim obedierunt mandatis tuis : et dedisti nos in direptionem, et captivitatem et mortem, et parabolam improperii omnibus gentibus in quibus dispersi sumus. — 5. Et nunc multa sunt judicia tua, et vera ex me ad faciendum pro peccatis meis, et patrum meorum : quoniam non fecimus mandata tua : non enim ambulavimus in veritate coram te. — 6. Et nunc secundùm id quod placet coram te, fac mecum : præcipe recipere spiritum meum ut dissolvar, et fiam terra : quoniam expedit mihi mori, quàm vivere; quoniam improperia falsa audivi; et tristitia multa est in me. Præcipe absolvi me de necessitate jam in æternum locum : ne avertas faciem tuam à me. — 7. In eâdem die contigit filiæ Raguel Sarræ in Ecbatanis Mediæ et ipsam improperari ab ancillâ patris sui : — 8. Quoniam data fuerat viris septem : et Asmodæus malum dæmonium interfecerat eos, antequàm illi fuissent cum eâ, ut in uxoribus. — Et dixerunt ad eam : Non intelligis suffocans tu viros? — Ecce septem habuisti; et unius eorum non es nominata. — 9. Quid nos flagellas? Si mortui sunt : vade cum eis : — non videamus tuum filium vel filiam in seculum. — 10. Hæc audiens tristata est valdè, ut suffocaretur, et dixit : Una quidem sum patri meo : si fecero hoc; opprobrium ei erit, et senectutem ejus deducam cum dolore ad infernum. — 11. Et oravit ad fenestram, — et dixit : Benedictus es, Domine Deus meus, et benedictum nomen tuum sanctum, et honoratum in secula. Benedicant te omnia opera tua in seculum. — 12. Et nunc, Domine, oculos meos, et faciem meam in te dedi : — 13. Dixi ut absolvas me de terrâ, et non facias me audire ultrà improperium — 14. Tu cognoscis, Domine, quia munda sum ab omni peccato viri, — 15. Neque pollui nomen meum, neque nomen patris mei in terrâ captivitatis meæ. Unigenita sum patri meo : non adest ei puer, qui hæreditabit eum, neque frater propinquus, neque existens ei filius, ut conservem me ei uxorem : jam perierunt mihi septem. Ut quid mihi vivere? Et si non videtur tibi interficere me, præcipe respicere in me, et non ultrà miserabilem me facere, et audire improperium : — 16. Et exaudita est deprecatio utrorumque coram gloriâ magni Raphael : — 17. Et missus est ad sanandum, ipsius Tobit desquamare albugines, et Sarram filiam Raguel dare Tobiæ filio Tobit uxorem, et ligare Asmodæum malum dæmonium, quoniam ad

Tobiam pertinet hæreditare eam. In eodem tempore revertens Tobit introivit in domum suam, et Sarra filia Raguel descendit de superiore cubiculo suo.

COMMENTARIUM.

VERS. (1) 2. — OMNES VIÆ TUÆ (2). Duplex est *via Domini*. Una quam ipse ambulat; et sunt actiones ipsius seu opera, quibus ad præstitutum sibi finem, sui videlicet nominis gloriam, adeòque ad seipsum tendit. Altera, quâ nos ad ipsum ambulamus, et sunt ipsius mandata, monita, consilia, quorum observatione ad ultimum finem nostrum, seu ad æternam felicitatem deducimur. Ambæ viæ sunt *misericordia, veritas* et *judicium* (phrasi Hebraicâ ponuntur abstracta pro concretis) misericordia, quia mille nostris miseriis, mille miserationibus succurrit. Rursùm quia cùm peccata nostra punit, punit citra condignum, et justitiam misericordiâ temperat. Item punit levibus pœnis in hâc vitâ, ut per eas metientes, et metuentes atrocissima gehennæ supplicia, declinando à peccatis caveamus. Denique punit unum, vel paucos, ut cæteri omnes eorum exemplo sapiant. Eadem sunt vera, quia sapientiæ et veritati primæ conformia, et quia verissimè quod promisit, quodque minatus est, præstat. Est enim ipse in dictis factisque verissimus et constantissimus. Eadem sunt judicium, quia manant ab æternâ lege, quæ est in mente Dei, et à primâ justitiâ, judicioque divino, ideòque justissimo.

Tropol. Deus vult ut in hisce tribus ipsum imitemur. Cupit ergo in omnibus actionibus nostris *misericordiam* quamdam inesse, ut vel aliis subveniamus, vel certè nobis ipsis : *veritatem*, ut convenienter naturæ ac rationi, convenienter etiam fini nostro, et si quid ulli dixerimus, dictis ipsis convenienter agamus; *judicium*, ut cuilibet, quod suum est, Deo, proximo, nobis ipsis tribuamus, prudenterque vivamus. Ita Serarius. (Corn. à Lap.)

Similia sunt illa Psalm. 24. : *Universæ viæ Domini misericordia et veritas.* Psalm. 18 : *Prope es tu Domine, et omnes viæ tuæ veritas.* Rursùmque : *Justus es, Domine, et rectum judicium tuum,* seu, ut 70 verterunt, *et recta judicia tua.* Quod eò moneo, ut videamus unde S. Ephrem tom. 2, Paræenesi 39, verba illa citârit, cùm ait : « Tunc nos valdè ingemiscentes, fletu exclamabimus amaro, dicentes : « Justus es, Domine, et judicia tua recta. » Non enim quemadmodùm qui magno cum fructu, Patrem illum interpretatus est, existimavit, hunc Tobiæ locum affert sanctus Ephrem : sed Davidis verba, licet ambobus eadem sententia sit. Quam etiam ob causam, rectè hùc S. Hilarii in tsade Psalmi 118, accersi monitiuncula hæc potest : « Indefessâ et « perseveranti fide necessarium est, ut immobilis in nobis et inconcussa confessio sit, ne « vel aliquâ temporum injuriâ, aut persecutionum dolore commoti, devotionis studium « relaxemus, sed quando morbi vexabunt, « passiones et cruciatus corporum desævient, « damna defatigabunt, luctus et orbitates affligent, semper utemur hâc, quâ nunc Propheta usus est voce, dicens : *Justus es, Domine, et rectum judicium tuum.* » (Serarius.)

(1) VERS. 1. — TUNC TOBIAS INGEMUIT. Visu captus Tobias, gravique inopiâ oppressus, quam fermè per quadriennium tulerat, conviciis necessariorum uxorisque suæ vexatus, in mœrore vitæ hujus miserrimæ ad Deum versus rogat, ut optatum tandem aliquando exitum malis suis et vitæ imponat. Nihil in hâc oratione turbidum, impatiens nihil, nullum murmur, vel nimia sollicitudo, ut tandem majorum suorum finem impetret. Fatetur, animo se agitari agnoscitque justam Numinis ultionem. Ex Græco, in fine hujus capitis, discimus, Tobiam in locum aliquem remotum et extra domum oratum secessisse. (Calmet.)

ET COEPIT ORARE CUM LACRYMIS, Græcè *cum gemitu et lacrymis.* Hebr. *cum suscepto dolore magno, et quâdam etiam corporis ægritudine.* Dolor enim animi creat dolorem corporis, et ægritudo mentis ægritudinem parit carnis. Passio enim et affectio animi per sympathiam in corpus sese diffundit. Vide hìc quàm verum sit illud Eccles. c. 7, v. 8 : *Calumnia conturbat sapientem.* En tibi cæcitas non turbavit Tobiam, sed conturbavit eum calumnia uxoris. Cæcitatem enim sciebat sibi immissam à Deo ex ratione justâ; at calumniam sentiebat sibi ab uxore fieri non ex ratione, sed ex passione injustâ, quæ idcircò grave erat peccatum, quod proinde ipsum valdè affligebat. Magis enim offensa Dei creatoris sui, quàm injuria propria eum cruciabat.

Cœpit orare cum lacrymis, ex intimo cordis sensu, devotione et compunctione, ideòque quasi vim intulit Deo, ut eum exaudiret et consolaretur. Audi S. August. serm. 226 de Tempore, qui est de Tobiâ : « Oratio justi, « clavis est cœli. Ascendit precatio et descen« dit Dei miseratio. Licet alta sit terra, altum « cœlum, audit tamen Deus hominis linguam, « si mundam habeat conscientiam. Cum sen« sibus loquitur, si sit solus noster gemitus. « Sufficit auribus imber oculorum, fletus cujus « audit, quàm voces. » Audi et S. Bernard. de modo benè vivendi ser. 10 : « Anna mater Sa« muelis per compunctionem et lacrymas me« ruit habere filium, insuper obtinuit apud « Deum prophetiæ donum. David per com« punctionem et lacrymas obtinuit veniam « perpetrati homicidii atque adulterii. Sic « enim audivit per prophetam : *Non morieris, « quia Dominus transtulit peccatum tuum.* Pater « Tobias per compunctionem et lacrymas, me« ruit accipere curationem cæcitatis et conso« lationem paupertatis. Sic enim dixit ei Ra« phael angelus : *Gaudium tibi semper sit,* et « adjecit : *Forti animo esto, in proximo est, ut à « Deo cureris.* Etiam Maria Magdalena per com« punctionem et lacrymas meruit à Domino « audire : *Remittuntur tibi peccata tua.* »

(Corn. à Lap.)

(2) Viæ Dei sunt Dei ordinationes, consilia, decreta, gubernationes, actiones, opera. Hisce enim quasi viis utitur, et ad creaturas, homine:que regendos descendit; q. d. : Omnia Dei opera sunt misericordia, vera et justa; mise-

id est, sunt misericordes, veræ et justæ (1).

VERS. 7. — SARA IN RAGES CIVITATE MEDORUM (1). Hebræa et Græca habent, *in Ecbatanis.* Quia *Rages*, ut infra dicitur c. 5, v. 8, *posita* erat *in monte Ecbatanis*, seu regionis quæ vocabatur *Ecbatanis*, ubi erat regia sedes

(1) VERS. 3. — NEQUE REMINISCARIS DELICTA MEA, VEL PARENTUM MEORUM. Æquitatem et providentiam Numinis ne reprehenderent Hebræi, scelera parentum in filiis puniri arbitrabantur. Sententiam hanc non semel confirmat Scriptura. Docet Moyses, Deum persequi peccata parentum in filiis ad tertiam usque et quartam generationem. Cùm Noemo patri suo Cham insultâsset, Noemus ipse maledictionem imprecatus est Chanaano, filio Chami. David peccaverat, ejusque crimen Deus ultus est in filio, quem ille ex Bethsabee genuerat. Idem censeri populum suum præpostero consilio jussit, ejusque rei pœna in populum recidit. Salomon fidei suæ in Deum defuit, et Roboamus ejus filius portione regni mulctatus fuit. Nec à vulgari opinione recessisse Apostoli in novo Testamento videntur; sciscitantur enim ab Jesu de cæco nato, utrùm in eum morbum criminum suorum, an parentum causâ incurrisset. Easdem preces justorum veteris Testamenti adoptat Ecclesia : *Ne reminiscaris delicta nostra, vel parentum nostrorum.* Publicæ interdùm calamitates vindicta sunt potiùs criminum vel principum, vel parentum vitâ functorum, quàm pœna illorum qui illis opprimuntur : quis tamen reputaverit, illos, qui talia patiuntur, nihil criminibus suis promeruisse? Nihil Deus præstat iniquum; et quantùmvis innocens homo, plurima semper justitiæ Numinis debet, eidemque Numini jus inest illum pro criminibus præsentibus, vel præteritis occultis puniendi. Cæterùm si res ipsa perpendatur, mala hæc temporaria et fugacia, mala sunt tantummodò illis, qui ea vertere in usum æternæ beatitudinis nolunt. Cùm Christus declaraverit, beatos esse pauperes, animo mites, eosque qui mala pro justitiâ patiuntur, de his rebus judicium aliter ferendum est, atque in censum bonorum illas referamus oportet, quippe quibus plurimùm ad sanctimoniam vitæ juvamur. Animadvertentes Ethnici innocentiam sæpè opprimi, atque optimè insuper scientes, Deum nihil iniquum gerere, falsò opinati sunt, alterius vitæ crimina hìc à nobis expiari. (Calmet.)

VERS. 6. — PRÆCIPE IN PACE RECIPI SPIRITUM MEUM. Græca addunt, *quia audivi exprobrationes immeritas;* unde patet, quàm graviter probra uxoris et aliorum pupugerint animum Tobiæ, ut optaverit mori. Ait enim : *Expedit enim mihi mori magis quàm vivere.* Vita enim in assiduo magnoque mœrore non est vita, sed mors, imò pejor morte; quare recta ratio dictat, tunc satius esse mori, quàm vivere, si nimirùm ita placeret Deo. Sic Job c. 7, 15 : *Suspendium*, ait, *elegit anima mea, et mortem ossa mea.* Et Elias 3 Reg. 19, 4, persecutiones sustinens à Jezabel, *petivit animæ suæ, ut moreretur, et ait : Sufficit mihi, Domine, tolle animam meam.* Et S. Paul. 2 Cor. 1, 8 : *Supra modum,* ait, *gravati sumus, supra virtutem, ita ut tæderet nos etiam vivere.* Fortioris tamen et generosioris animi est mortem non optare, sed adversa quælibet invicto animo tolerare et superare. Undè S. Aug. à Wandalis Hippone obsessus : « Noveritis, inquit, me hoc tempore nostræ calamitatis, id Deum rogare, ut aut hanc civitatem ab hostibus circumdatam liberare dignetur, aut, si aliud ei videtur, suos servos ad perferendam suam voluntatem fortes faciat, aut certè, ut me de hoc seculo ad se accipiat. » Et hoc tertium obtinuit. Nam tribus mensibus antequàm urbs caperetur, vitâ functus est. (Corn. à Lap.)

PRÆCIPE IN PACE RECIPI SPIRITUM MEUM, ut tranquillo et felici exitu ex hâc vitâ recedam, atque in locum pacis me angeli excipientes, admittant in societatem beatorum, procul à suppliciis, quæ impiis parata sunt. Sancti homines mortem optant, ut è malis hujus vitæ eripiantur, sed rogant tranquillo, non inquieto animo, non cupiditate sollicito : *Non est injustum homini justo optare mortem, quando amarissima est vita,* ait S. Augustinus. Orationem hanc Tobiæ recitant verbis paulò aliis editio Romana, et vetus Latina versio. En aliquid, quod in nostrâ Vulgatâ non legitur : *Præcipe absolvi me de necessitate jam in æternum locum : ne avertas faciem tuam à me : præstat enim me mori, quàm audire tot improperia, et tot mala perferre.* (Calmet.)

Quæritur occasione horum verborum, quibus Tobias mori precatur, cùm postea adhuc vixerit annis quadraginta duobus, quomodò in fine hujus ejusdem capitis dicatur oratio ejus exaudita. Resp. : Exauditus est Tobias, non quia id quod petivit ei præstitum est, sed quia aliquid melius ei à Deo concessum, ut etiam visum reciperet. Vel potiùs, exauditus est, quia non petiit absolutè mori, sed addidit : *Secundùm voluntatem tuam fac mecum.* Disjunctiva ergo ejus fuit oratio, sicut et Saræ : *Peto, Domine, ut de vinculo improperii hujus absolvas me, aut certè desuper terram eripias.* Disjunctivè autem veritas, etiam in unius tantùm partis veritate, præstatur. (Estius.)

(1) EADEM ITAQUE DIE CONTIGIT, UT SARA. Nota hìc miram Dei erga suos fideles providentiam. Combinavit enim calumniam Tobiæ cum calumniâ Saræ, ac orationem et compunctionem Tobiæ cum oratione et compunctione Saræ, ut utrumque consolaretur per mutuum conjugium. Et hoc significat τὸ *itaque*, quod respuit futuram conjugii narrationem. Hoc est quod ait Salomon Prov. 19, 14 : *Domus et divitiæ dantur à parentibus; à Domino autem propriè uxor prudens.*

Similia sunt in vitis sanctorum. Joannes Moschus in Prato spirituali c. 201, narrat filium cujusdam Constantinopolitani viri clarissimi, qui omnia erogârat in pauperes, ac moriens non nisi Christum filio curatorem reliquerat, cùm filius jam depauperatus templum ingressus, devotè Deum invocaret, visum à Patritio quodam ditissimo, qui pro hâc pietate filiam suam cum amplâ dote illi despondit. (Corn. à Lap.)

EADEM DIE CONTIGIT, UT SARA FILIA RAGUELIS IN RAGES CIVITATE MEDORUM, procaci increpatione unius ex ancillis patris sui offenderetur. In Græco Sara morari dicitur Ecbatanis in Mediâ, et ancillas patris filiæ dura exprobrâsse.

Medorum et Persarum. Et addit ibidem Hebræus, iter esse duorum dierum ab urbe Ecbatanis usque Rages; et hanc quidem *in monte*, illam *in planitie* sitam esse. Idem docet Castalia apud Ortelium. Vide etiam Diodorum, et Ptolomæum.

Vetus Latina versio, et Hebræus Munsteri legunt pariter *Ecbatanis*. E narrationis serie discimus, Raguelem patrem Saræ in Rages non consedisse, cùm Tobias junior in domum Raguelis perveniens, Raphaelem miserit ad Gabelum in Rages. Porrò Rages in Hebræo urbs est in montibus sita, bidui itinere ab Ecbatanis, quæ in agro jacent, ac propiùs admovenda sunt Ninivem, quàm Rages, cùm Tobias Ninivem iturus Ecbatanis pertransiverit. Athenæus libro 10 tradit, reges Persidis æstatem agere Ecbatanis; et libro 12 reges Parthorum ver in Rages exigere. Narrat Diodorus Siculus, Antigonum in Mediam reducem, hiemalem stationem habuisse in pago propè Ecbatana, urbem regionis metropolim; copias verò suas distribuisse per totam satrapiam Ecbatanorum, ac præsertim in præfecturâ quam *Rages* appellant. Itaque Rages ab Ecbatanis longiùs removenda non videtur. Sed contrarius videtur Arrianus libro 3: fert enim, Alexandrum Magnum cum exercitu Ecbatanis moventem, atque incredibili celeritate relegentem vestigia Darii, pervenire tamen non potuisse in Rages, nisi post undecim itineris dies, tria millia et trecenta stadia emensum, nempe passuum 307500 circiter. Addit, Rages diei itinere à Portis Caspiis abesse. Ferunt, Ecbatana eamdem fuisse urbem, quæ hodiè *Tauris* dicitur; jacet hæc in limine vallis, et ad radices montis Orontis, vel Barontis, in quo rudera plurium veterum ædificiorum supersunt. Legitur inferiùs, v. 8, *Rages, quæ posita est in monte Ecbatanis.* (Calmet.)

Sara, *in Rages* fuisse dicitur. Sed Medina lib. de rectâ Fide cap. 14, et alii, legendum existimant, *in Ecbatanis*. Nihilominùs tamen legi potest *Rages*, quòd Ecbatana etiam *Raga* vocentur in Græcis omnibus cap. 6, vers. 9. Et in Hebræorum altero *Rhigou aut, Rhaigau*, ubi in altero rursùm Ecbatana, eodem cap. 6 legimus, ut satis appareat, Rhagæ, aut Rhagarum nomen Ecbatanis etiam tribui. Atque id confirmatur ex profanis etiam scriptoribus. Cùm enim isti scribant, solitum Persarum regem Ecbatanis æstatem transigere, Xenophon lib. 8 Cyrop. lib. 5, ἀναβάσεως, Ælianus lib. de Animalibus cap. 13, Curtius lib. 5, Strabo lib. 15, hoc ipsum refert Athenæus lib. 5, ἐν Ῥάγαις, cùm tamen, lib. 12, apertè etiam dixerit Ἐν Ἐκβατάνοις. Accedit quòd facilè id fieri potuerit, cùm Ragis vicina esset Ecbatana, ut ait, lib 19, Diodorus; et Stephanus tradit, Ecbatana esse magnam Mediæ partem; facitque Asiæ tabulâ 5, Ragianam, Mediæ regionem Ptolomæus. Vocantur à Stephano Agbatona, ab Othone Frising. lib. 7, Hani, hodiè Achatane Esbahan, ut in Synonymis monet Ortelius; à Pirkamero in cap. 2, l. 6 Geogr. Ptolemæi, Europus. De hujus urbis magnitudine Judith. 1, ubi et eorum minuetur opinio, qui Taurisum autumant. Fuerunt et Ecbatana in Syriâ, de quibus lib. 5, cap. 29, Plinius, Josephus in vitâ, Herodotus lib. 3. (Serarius.)

VERS. 8. — DÆMONIUM, Græcè, *pessimum dæmonium, nomine Asmodæus* (1), ab *esch*, id est, ignis, et *medai*, id est, *regni Mediæ*, quia toto illo regno *ignem* libidinis excitabat. Hebraicè additur: *Melech hasschedimid*, id est, rex prædonum, seu dæmoniorum; nam dæmones in Scripturis prædones vocantur. Nomen autem sortiuntur in hoc mundo, vel *à locis* in quibus grassantur, vel *à vitiis* ad quæ potissimùm impellunt. A locis vocantur ignei, aerei, terrei, aquei, septentrionales, australes, persici, arrici, tenebriores, *sorodæmones*

(1) Innuere videtur Vulgata, dæmonem hunc interfecisse omnes qui ad Saram jure mariti accedebant; sed Græcus et Hebræus legunt, necâsse illos, antequàm accederent, dùm in nuptiale cubiculum ingrediebantur. Vide caput 6, 14, in Græco. (Calmet.)

« Jamais les Juifs, dit Voltaire, n'avaient entendu parler d'aucun diable, ni d'aucun démon; ils avaient été imaginés en Perse..... « C'est la première fois qu'un ange est nommé « dans l'Ecriture. » — Voltaire vient de nous dire que le livre de Tobie a été fait, *selon les savants, neuf cents ans après la dispersion*. La première dispersion ou transplantation est celle où Théglatphalasar enleva une partie des dix tribus. Or, elle est postérieure à l'an 755 avant notre ère, puisque cette année-là est la première de Phacée, roi d'Israël, sous le règne duquel cette première déportation arriva. De là il suit évidemment que, selon le critique et ses *savants*, le livre de Tobie n'a été écrit au plus tôt qu'en l'an 150 de notre ère, et conséquemment que ce n'est au plus tôt qu'en cette année qu'on a entendu parler, chez les Juifs, d'*anges*, de *diables*, de *démons*. Nous pourrions, pour confondre l'auteur d'une proposition si absurde, lui citer Philon, Josèphe, les évangélistes et les autres écrivains du nouveau Testament, qui sont tous antérieurs à l'époque qu'il assigne au livre de Tobie, et qui tous parlent fréquemment d'*anges* et de *démons*, et les livres des Machabées, et Daniel, et les livres des Rois, et les psaumes de David, et le livre de Job, et enfin le Pentateuque, etc.; nous nous contenterons de l'opposer lui-même à lui-même, et de lui rappeler ce qu'il a écrit, *que les pharisiens admettaient la métempsycose, et que c'est sur cette doctrine qu'ils établirent que les esprits malins, les âmes des diables pouvaient entrer dans le corps des hommes.* Ces pharisiens formaient, suivant le critique, un corps redoutable du temps de Jean Hircan, dont le règne commence en l'an 150 avant notre ère; *supputez maintenant*, crédules disciples de l'incrédule: à 135 ajoutez 150 de notre ère, vous trouverez 285 ans; par conséquent *on connaissait* chez les Juifs des anges et des diables, du propre aveu de votre maître en incrédulité, 285 ans avant l'époque qu'il a donnée à la composition du livre de Tobie, quoique, selon lui, ce soit ce livre qui, *le premier*, en a instruit les Juifs. (Duclot.)

seu sepulcrales, etc., ut videre est apud Rhodiginum, Scaligerum, Cantipratanum et alios. Sic noster hìc à regno *Medorum*, et totâ viciniâ ubi dominabatur, dictus est *Asmodæus*, Sic S. Hieron. Rupert. et Cassian. putant illum *Persarum principem* cujus meminit Dan. c. 10, fuisse vel hunc vel huic Asmodæo similem *principem diabolorum*. A vitiis verò vocantur *spiritus* vel etiam *reges* superbiæ, xenodoxiæ, acediæ, iræ, philargyræ, gastrimargiæ, fornicationis, etc., ut fusè docet idem Cassianus coll. 8, c. 13. Unde hic Asmodæus dici poterat rex omnium eorum dæmonum qui toto regno Medorum totâque viciniâ vel etiam omnium qui per universum orbem terrarum (ut vult S. Bernardus serm. 39 in Cant.), homines ad libidinem inflammant. Posselque etiam modò quivis *dæmon princeps* hujusce vitii in quâque regione orbis, verbi gratiâ, in Italiâ, Galliâ, Hispaniâ, Germaniâ, non incongruè vocari Asmodæus : sicut quivis tyrannus jam *Nero* vocatur vel *Phalaris*. Porrò principis seu regis istius currum triumphalem describit idem Bernardus ibid. in hunc modum : « Luxuriæ currus quadrigâ volvitur vitiorum, gluvie ventris, libidine tactuum, mollitie vestium, otii stuporisque resolutione. Trahitur equis duobus, prosperitate vitæ, et rerum abundantiâ. Et qui his insident duo, ignaviæ torpor, et infida securitas. Hi calcaria non habent, neque flagella ; sed pro his utuntur parvulo papilione, ad faciendum umbram, et flabello ad ventum excitandum. » A tali principe, tali curru, missus est ille dæmon Cypriani magi ad Justinam, et alter, de quo in vitâ B. Basilii; et alius, de quo S. Antonius, ut est apud Athanasium, et Nazianzenum, orat. 18, et aliis (1).

(1) Vers. 9. — Interfectrix virorum tuorum. Græcus : *Suffocans viros. Ecce septem habuisti; et unius eorum non es nominata. Quid nos flagellas? Si mortui sunt, vade cum eis; non videamus tuum filium, vel filiam in seculum.* Hebræus verbis quidem magnoperè discrepat, sensu ferè idem sonat. Ex hoc textu discere videmur, viris hisce fauces vel elisisse, vel præclusisse dæmonem; *raptos à dæmone* credit Beda Venerabilis, in hoc caput. (Calmet.)

Vers. 10. — Perrexit in superius cubiculum domus suæ, ut oraret. Græcus et Hebræus Fagii legunt : *Hæc audiens, tristata est valdè, ut mærore* et desperatione *suffocaretur,* vel ut ipsa se suffocare cuperet ; *et dixit : Una quidem sum patri meo : si fecero hoc, opprobrium erit ei, et senectutem ejus deducam cum dolore ad infernum.* Criminis utique gravissimi culpam Sara habuisset, siquidem consilium cepisset laqueo sibi vitam præcidendi, quod ab ejus mente non avertisset nisi timor opprobrii in familiam, et doloris in patre futuri. Accipienda hæc sunt tanquàm glossema textui additum ab Judæo, legum ethices parùm perito. Animadversum est aliàs à nobis, quàm perniciosæ laxæque opiniones insederint Judæis de nece sibi spontè illatâ. Optimam Saræ habitudinem, rectamque ac sinceram mentem demonstrat narrationis series, quâ Saræ preces à Deo exceptæ exhibentur. Sanè quî fieri potuisset, ut justitiæ et veritatis auctor falsas ejusmodi opiniones et iniquas adeò animi et violentas habitudines probaret? (Calmet.)

Et tribus diebus et tribus noctibus non manducavit neque bibit. An propriè hoc dictum, an synecdochicè, sicut illud evangelicum Matth. 12, quòd filius hominis erit in corde terræ tribus diebus et tribus noctibus, et sicut Esther 4 præcipitur Judæis ne comedant et ne bibant tribus diebus et tribus noctibus? Et quidem apparet sic intelligendum, quia sequitur quòd tertiâ die, scilicet expleto jejunio, post orationem benedixerit Dominum, sicut Christus tertiâ die resurrexit, et sicut Esther die tertiâ, nempe expleto jejunio, induta regalibus vestimentis adiit regem. (Estius.)

Quæritur an rectè mortem orârint Tobias et Sara. — Resp. : Videtur nimia eorum ex ærumnis, verborumque contumeliis tristitia, præsertim, quòd ad suspendium usque Sara, ut Græcus textus ait, mœreret, adeò ut de præfocandâ seipsâ cogitaret, seu ut Hebræorum alter ait, ut quæreret, aut cuperet seipsam strangulare. Advertenda tria : primum, tantum esse nonnunquàm malorum concursum, ut sanctis hominibus afferat mortis, quasi minoris mali, desiderium, quoad appetitum inferiorem simpliciter, quoad superiorem verò, cum conditione, *si Deo placeret.* Sic Moyses Exod. 32; Elias 3 Regum 19; Job cap. 3, vers. 15 : *Elegit suspendium anima mea, et mortem ossa mea;* et divus Paulus 2 Corinth. 1 : *Supra modum gravati sumus supra virtutem, ita ut tæderet nos etiam vivere.* Alterum, quòd desiderare licet, hoc idem, eâdem cum conditione, à Deo petere fas, uti etiam charissimè prudentissimèque faciebat apud Possidonium cap. 29 divus Augustinus. Cùm enim ab hæreticorum exercitu ipsius urbs obsideretur : « Noveritis, aiebat, me hoc tempore nostræ calamitatis, id Deum rogare, ut aut hanc civitatem ab hostibus circumdatam liberare dignetur, aut, si aliud ei videtur, suos servos ad perferendam suam voluntatem, fortes faciat, aut certè, ut me de hoc seculo ad se accipiat. » Vide Ecclesiasticum c. 30, vers. 17, etc., 40, vers. 29; Plinium cap. primo, lib. 26; Espencæum post S. Chrysostomi dissimilitudines. Tertium : Magna et multa Tobiæ Saræque mala obvenerant, sive quoad se illa spectentur, sive quoad personas, tempus, aliasque circumstantias. Mortem igitur ambo, sed, moderatione, quam dixi, adhibitâ, precabantur. Ideò enim sibi ipsi manus neuter affert; ad Deum rem totam uterque refert; unam ejus voluntatem sibi et vivendi et moriendi normam constituit. Neque Sara eò insaniæ processit, ut vel interiore voluntate in suspendium consentiret, vel ipsum idem deliberatè quæreret, prout etiam neque sanctus Job, sed tantummodò, ad hoc quæ-

rendum et cogitandum pulsabat animum ejus tristitiæ gravitas et magnitudo; ei tamen tentationi recta ejus ratio. Nam cùm alia, tùm hæc ipsa, quæ in Græco scribuntur, secum locuta est: *Unica patri meo sum, illud si faciam, ipsi dedecus sempiternum erit, et præsentissima mortis occasio, quia ejus senectutem cum mœrore ad inferos deducam,* id est, ad mortem seu sepulcrum, ut cap. 6, versu. 7, et in Hebræo dicit ipsa: *Si tibi bonum visum, si ingressum judicium à conspectu tuo, si nolueris, me interfice.* Sed notanda de iis qui in rerum asperitatibus mortem precari solent, D. Augustini oratio de verbis Domini, sermone 17: « Nonne « audimus et videmus homines, in aliquibus « tribulationibus et angustiis, et conflictatio- « nibus, et ægritudinibus dùm sunt constituti, « et vident se laborare, nihil aliud dicere, « nisi: Deus mitte mihi mortem, accelera dies « meos. Et quando venit ægritudo, curritur, « adducuntur medici, solidi et munera promit- « tuntur. Dicit tibi ipsa mors: Ecce adsum, « quam paulò ante à Domino petebas. Quid me « modò fugere vis? Inveni te falsatorem, et « miseræ vitæ amatorem, cujusmodi erat è « veteribus qui dicebat:

« *Sæpè precor mortem, mortem quoque deprecor idem.* »

Sanè apud S. Cyprianum lib. de Mortalitate cap. 7, tales increpat angelorum quidam dicens: *Pati timetis, exire non vultis, quid faciam vobis?* (Serarius.)

VERS. 12. — FACTUM EST DIE TERTIA DUM COMPLERET ORATIONEM. Græcus: *Et oravit ad fenestram* cubiculi, pro more Judæorum è regione suâ absentium, qui ore ad Hierosolymam verso, et in fenestrâ, si domi sint, orant. Daniel: *Fenestris apertis in cœnaculo suo contra Jerusalem, tribus temporibus in die flectebat genua sua.* Solebant etiam in editissimâ ædium parte orare; ita enim factum à Daniele, Judithâ, Apostolis, primisque fidelibus ex Judæis, SS. Petro et Paulo, legimus, ut in superiori cubiculo preces exercerent.

Quod hìc legit Vulgata, Saram orationem suam clausisse iis verbis: *Benedictum est nomen tuum, Deus patrum nostrorum, qui cùm iratus fueris, misericordiam facies,* etc., deest in Græco et in Hebræo, in quibus vicissim legitur: *Et dixit: Benedictus es, Domine Deus meus, et benedictum nomen tuum sanctum, et honoratum in secula. Benedicant te omnia opera tua in seculum.* Hebræus Fagii Græco plurimùm congruit; sed textus Munsteri hæc habet: *Clamans ante conspectum Domini voce amarâ, ait: Domine Deus, tu dedisti me parentibus meis, qui jam sunt senio confecti, et venerunt in dies, et misisti contra maritos, qui me acceperunt, principem dæmoniorum, siquidem tu es Deus cunctorum spirituum et omnium dæmoniorum; tu es formator omnium creaturarum, atque in manu tuâ sunt cuncta malorum spirituum genera, qui inveniuntur in mundo. Nunc ergo, Domine, si bonum tibi visum fuerit, ut deducam senectutem parentum meorum cum mœrore in foveam, interficiendo me, interfice,* etc. Nec in Græco nec in Hebræo quidquam de productâ tribus diebus noctibusque à Sarâ inediâ, nec de tertiâ illâ die, quâ orationem suam verbis superiùs recitatis absolvit. Innuunt, Saram vix ingressam in cubiculum resolutam esse in preces, statimque voti compotem factam fuisse. (Calmet.)

Saræ precatio complectitur primùm procemiolum laudationis divinæ: nam, ut ait S. Ambrosius cap. 2 Instit. virgo., « bona oratio, « quæ ordinem servat, ut primò à divinis in- « choemus laudibus. Sic enim cùm apud ho- « minem agimus, benevolum volumus judicem « facere; quantò magis, cùm Dominum no- « strum precamur? Primò ergo immolemus « Deo sacrificium laudis. » Priora hæc verba: *Benedictum nomen tuum, Deus patrum nostrorum,* copiosiora in Græco sunt, sic: *Benedictus es, Domine Deus meus, et benedictum nomen tuum sanctum et gloriosum in secula. Benedicant te omnia opera tua in seculum.* Posteriora verò hæc: *Qui cùm iratus fueris, misericordiam facies,* et quæ ad versum usque 14 sequuntur, ab eodem quidem Græco absunt, pulchram tamen institutæ jamjam laudationis causâ ostendunt, admirabilem Dei scilicet, in irâ remittendâ, misericordiâ præstandâ, peccatis ignoscendis, clementiam. Quocirca et cap. 2 Ecclesiasticus: *Pius, ait, et misericors est Deus, et remittit in die tribulationis peccata.* Rursùmque cap. 3: *In die tribulationis commemorabitur tui Dominus, et sicut in sereno glacies, solventur peccata tua.* Peccatum verò et si propriè culpam, non rarò tamen in Scripturis vel pœnam, quæ ipsi debetur, vel causam etiam significat, ut Zachariæ ultimo, vers. 19: *Hoc erit peccatum Ægypti, et hoc peccatum omnium gentium,* id est, pro peccato *pœna,* seu, ut paulò ante ibidem vers. 12 et 18, *plaga et ruina.* Threnorum cap. 4: *Completa est iniquitas tua, filia Sion,* id est, pro iniquitate *pœna,* ideòque additur: *Non addet ultra Dominus, ut transmigret te.* Ad Romanos 7: *Lex peccatum est?* id est, peccati *causa,* et respondetur: *Absit. Deus ergo in tempore tribulationis dimittit peccata,* id est, culpas earumque pœnas tam æternas quàm temporales, sed certis tamen hominibus, et certo quodam modo. Alioqui, quàm variis varii calamitatibus divexantur, neque suorum idcircò criminum veniam consequantur? *Dimittit* sanè *peccata Deus,* sed *iis,* ait Sara, *qui invocant te.* At rursùm invocant illum non pauci, neque iis, vel culpæ vel pœna condonantur, ut fuit Antiochus 1 Machab. 6, lib. 2, cap. 9, et ille de quibus Proverb. 1, vers. 28: *Tunc invocabunt me, et non exaudiam, manè consurgent, et non invenient me;* demùm illi, de quibus Isaias c. 1, v. 15: *Cùm extenderitis manus vestras, avertam oculos meos à vobis; et cùm multiplicaveritis orationem, non exaudiam.* Certus igitur invocationis modus adsit, oportet, cum fide scilicet divinâ, vero animi dolore, sincero vitæ corrigendæ proposito, religiosâ etiam eorum quæ ad peccatorum expiationem præscribere Deus voluit, susceptione, cujusmodi olim erant sacrificia nonnulla, aliæque cæremoniæ, hodiè sacramenta nostra. Qui sic invocaverint, iis à Deo peccatorum venia est, quidem *in tempore tribulationis* maximè, quia hæc ipsa moderatè patienterque tolerat, satisfactionis vim quamdam obtinet, plurimùmque per invocationem illam acciditur et imminuitur. Unde in graduum Cantico propheta regius Psalm. 119: *Ad Dominum cùm tribularer clamavi, et exaudivit me.* (Serarius.)

VERS. 17. — NUNQUAM MISCUI ME CUM LUDENTIBUS (1), puta lascivè, sicut Exodi 32, et 1 Cor. 10, *ludere* usurpatur.

VERS. 19. — Aut ego indigna fui illis, septem viris ab Asmodæo strangulatis. Hos verisimile est fuisse, si non palàm, occultè saltem impios, quibus noluit Deus Saram connubio jungi. Certum ex c. 6, v. 17, extraordinariâ levitate ac lascivâ proterviâ, repentinæ suæ mortis causam dedisse. Sed Sara, dissimulatis illorum vitiis, quâ erat humilitate et modestiâ, culpam omnem cladis illorum in se unam conjici permittit. Orat tamen Deus ut, si placuerit illi, morte liberari possit à molestis improperiis, quibus *ab ancillis* quotidiè infestabatur et idem etiam supra orat Tobias. Neque in hoc est peccatum, cùm prudenter liceat mortem, tanquàm minus malum desiderare, etiam simpliciter quoad appetitum inferiorem; quoad superiorem, saltem cum conditione, ut dixi, si Deo sic placuerit. Sic fecit Moyses Exodi 32, Job. c. 3, et Elias 3 Reg. 19, et Paulus 2 Cor. 1, et de S. Augustino idem narrat Possidonius, et de aliis. Porrò quod hic de Sara additur in Græco, ipsam ad *suspendium* usque *tristatam* fuisse, adeò ut *quæreret se ipsam strangulare*, ut est in Hebræo, non *deliberatè* ab ipsâ, sed inadvertenter factum fuit. Quod vel inde patet, quòd mox ut advertit, correxerit hunc animi impetum et primum motum, dicens: *Unica patri meo sum : illud si faciam, dedecus illi sempiternum erit, et præsentissimæ mortis ejus occasio* (2).

VERS. 16. — TU SCIS, DOMINE, QUIA NUNQUAM CONCUPIVI VIRUM. In Græco fusiùs : *Tu cognoscis, Domine, quia munda sum ab omni peccato viri, neque pollui nomen meum, neque nomen patris mei in terrâ captivitatis meæ. Unigenita sum patri meo, et non est ei puer, qui hæreditabit eum, neque frater propinquus, neque existens ei filius, ut conservem me ei uxorem; jam perierunt mihi septem. Ut quid mihi vivere? et si non videtur tibi interficere me, præcipe respicere in me, et non ultra audire me improperium.* Uterque Hebræus, et vetus Latina versio paria legunt cum Syriaco, quæ nunquàm à Græco recedit, et à v. 16 usque ad 24, nihil habent eorum quæ in Vulgatâ. (Calmet.)

(1) Cum iis scilicet qui student solatiis, ludis, choreis; hæc enim omnia exprimit verbum *ludere*. (Calmet.)

(2) Notandum contra humani arbitrii libertatem nullum hinc telum vibrari. Quid si et ex dictis perspicuum, addo tamen *consilium* Dei vocari, non cujusmodi in nobis est, sollicitam nutantemque de re quâpiam agendam inquisitionem, sed id, quo inquisitio ista pervenire tandem cupit, judicium et decretum. Id verò rursùm consideratur vel in Deo ipso est, vel pro rebus ipsis, de quibus consilium est, quod objectivè vel terminativè consilium vocant. De priori satis constat non loqui Saram, cùm eo modo consilium sit ipsemet Deus, quem in nostrâ potestate non esse si illa diceret, quorsùm, quæso, diceret? sed posterius consilium vel universè, prout universi totius ordinem rerumque omnium gubernationem complectitur, vel singillatim pro singulis rebus accipi potest. Licet enim hæ in toto universi ordine comprehendantur, aliter tamen spectantur singulæ, quasi à magno illo corpore avulsæ, aliter prout in eo toto sunt, rursùmque istiusmodi res aut sub actiones nostras cadunt, aut non. Sara igitur Dei consilium vocat res ipsas à Deo decretas, partim universè sumptas, partim singillatim eas, quæ sub actiones nostras haud veniunt, ut viros illos è medio tam repentè sublatos esse, ignoto sese cuipiam reservari, idque ad majorem Dei gloriam, cujus tamen modum ipsa nondùm videat. Sic enim et Ecclesiastes cap. 8, v. 4 : *Sermo Dei potestate plenus est; nec dicere ei quispiam potest : Quare sic facis?* Cùm ergo dixerit quispiam : *Non est in hominis potestate Dei consilium;* at quidquid agimus, est Dei consilium ; ergo nihil, quod agimus, est in hominis potestate, respondebis in propositione *consilium* accipiendum non universaliter, uti loquuntur dialectici, sed, ut exposui, universè et singillatim, pro iis rebus in quas nostra non porrigitur actio, eoque modo assumptionem esse falsam. Quin verò arbitrii nostri libertas non modò hìc non minuitur, sed innuitur potiùs. Dùm enim ait Sara, *non esse in hominis potestate Dei consilium,* nonne subindicat in hominis potestate, hominis consilium? quod intento, ut aiunt, digito indicat Ecclesiast. c. 15, v. 14 : *Deus ab initio constituit hominem, et reliquit illum in manu consilii sui.* De quo loco adversùs Calvinum lib. 2 Instit. cap. 5, § 18, ita libro de Gratiâ et libero Arbitrio c. 2. D. Augustinus : « Ecce apertissimè « videmus expressum liberum humanæ volun« tatis arbitrium. »

Magna et manifesta divina bonitas, quam fide certâ nobis, in afflictis etiam rebus, præstari credimus, declaratur dupliciter : primò ex fine, ob quem bonis interdùm viris acerba quædam immittit Deus, eumque breviter triplicem Sara ostendit, ut scilicet illi *probentur*, quemadmodùm Sapientiæ 3, vers. 6, Job. 23, vers. 10, deinde *tribulentur*, seu molestiâ quâpiam exagitentur, et è quodam veluti torpore ac veterno excitentur, postremò ut *corripiantur*, et omnes insigne quoddam exinde commodum referant, primi quidem *coronam*, uti etiam dixit S. Jacobus 1, v. 12 : *Beatus vir qui suffert tentationem, quoniam cùm probatus fuerit, accipiet coronam vitæ, quam repromisit Deus diligentibus se.* Et sic 2 Timoth. 2, vers. 5, cap. 4, 8, 2 Pet. 6, 4, Apocalyps. 2, 10, cap. 3, 11, Rom. 5, 4. Secundi verò *liberationem* adipiscuntur, seu veram libertatem, dùm variæ ipsius peccatorum ansæ, quas bona corporis valetudo et pulchritudo, rerum affluentia et secura quædam quies affert, subducuntur : *Qui enim facit peccatum, servus est peccati*, Joan. 8, 34. Sed et cùm divinæ bonitati ita visum, ab omnium etiam mundi hujus malorum servitute liberantur. In precatione Saræ

Vers. 25. — Angelus Raphael, (1) *à Rapha*, id est, curare, mederi ; et *El*, id est, Deus, q. d. : Deus curans, vel medicina Dei. Unde in Hebræo additur, fuisse *princeps curationibus præpositus*, sive præses sanitatum. Hunc principem cœlestem opponit Deus tartareo principi Asmodæo. Et ipse tanquàm patronus invocandus est à medicis et ægris. Vide infra, c. 12, v. 15. Mysticè Raphael est Christus magni consilii angelus, qui venit in mundum curaturus in utroque sexu genus humanum.

clausula est v. 23 : *Sit nomen tuum*, Deus, *Israel, benedictum in secula*. Non est ea clausula in Græco et Hebræo. Cùm enim longa triduana precatio ista fuerit, alias atque alias ex eâ particulas excerpsit Chaldæus, Latinus, Hebræus et Græcus. (Serarius.)

Vers. 24. — In illo tempore exauditæ sunt preces amborum in conspectu gloriæ summi Dei. Græcus : *Exaudita est deprecatio utrorumque coram gloriâ magni Raphael, et missus est ad sanandum duos.* (Calmet.)

(1) Missus est Angelus Domini sanctus Raphael. Græcus et Hebræus Fagii : *Missus est ad sanandum duos, ipsius Tobiæ desquamare albugines, et Saram filiam Raguel dare Tobiæ filio Tobiæ uxorem, et ligare Asmodæum malum dæmonem; quoniam ad Tobiam pertinet hæreditare eam* (*utpote inter necessarios maximè propinquum*). *In eodem tempore revertens Tobias introivit in domum suam, et Sara filia Raguel descendit de superiore cubiculo suo.*

Angelus Raphael præsidebat curationibus divino miraculo peractis, appellaturque in Hebræo *præses sanitatum*. Nomen Raphael Hebraicè est *medicina Dei*, vel Deus sanans. Sæpè in Scripturâ Deus medici nomen sibi tribuit, ac verissimè auctor quidam antiquus, Raphaelem loquentem inducens, scripsit : *Ego sum minister curationis; Deus est auctor sanitatis.* Cùm Deus valetudinem alicui concessurus est, ait S. Hieronymus, Raphaelem mittit, cujus nomen indicat, Deum esse unicam nostram medicinam : *Hoc videlicet nominis interpretatione significante, quod in Deo sit medicina vera.* Aiunt quidam, ipsum eumdem angelum è cœlo venisse, ut aquas piscinæ Hierosolymitanæ moveret, quibus valetudini restitueretur æger qui primus sese illis mergeret. Distinguitur titulo archangeli, quòd è principibus choris angelorum esse credebatur ; ipseque de se testatur inferiùs, 12, 15, sese Dei solio inter primores assistere. Invocatur autem non in morbis modò, utpote cujus ministerio utitur Deus ad largiendam prodigio valetudinem, sed ut amicus itinerum comes. Discemus inferiùs quàm felici itinere ille Tobiam euntem in Rages deduxerit. (Calmet.)

CAPUT IV.

1. Igitur cùm Tobias putaret orationem suam exaudiri ut mori potuisset; vocavit ad se Tobiam filium suum,

2. Dixitque ei : Audi, fili mi, verba oris mei, et ea in corde tuo quasi fundamentum construe.

3. Cùm acceperit Deus animam meam, corpus meum sepeli : et honorem habebis matri tuæ omnibus diebus vitæ ejus.

4. Memor enim esse debes quæ et quanta pericula passa sit propter te in utero suo.

5. Cùm autem et ipsa compleverit tempus vitæ suæ, sepelies eam circa me.

6. Omnibus autem diebus vitæ tuæ in mente habeto Deum, et cave ne aliquando peccato consentias, et prætermittas præcepta Domini Dei nostri.

7. Ex substantiâ tuâ fac eleemosynam, et noli avertere faciem tuam ab ullo paupere : ita enim fiet, ut nec à te avertatur facies Domini.

8. Quomodò potueris, ita esto misericors.

9. Si multùm tibi fuerit, abundanter tribue : si exiguum tibi fuerit, etiam exiguum libenter impertiri stude.

CHAPITRE IV.

1. Tobie croyant donc que Dieu exaucerait sa prière de pouvoir mourir, appela à lui son fils Tobie,

2. Et lui dit : Mon fils, écoutez les paroles de ma bouche, et mettez-les dans votre cœur comme un fondement solide.

3. Lorsque Dieu aura reçu mon âme, ensevelissez mon corps; et honorez votre mère tous les jours de sa vie ;

4. Car vous ne devez pas oublier ce qu'elle a souffert, et à combien de périls elle a été exposée lorsqu'elle vous portait en son sein.

5. Et quand elle aura aussi elle-même achevé le temps de sa vie, ensevelissez-la auprès de moi.

6. Ayez Dieu dans votre esprit tous les jours de votre vie, et gardez-vous de consentir jamais à aucun péché, et de violer les préceptes du Seigneur notre Dieu.

7. Faites l'aumône de votre bien, et ne détournez votre visage d'aucun pauvre; car de cette sorte le Seigneur ne détournera point non plus son visage de vous.

8. Soyez charitable autant que vous le pourrez.

9. Si vous avez beaucoup de bien, donnez beaucoup; si vous en avez peu, ayez soin de donner de bon cœur même ce peu,

10. Præmium enim bonum tibi thesaurizas in die necessitatis :

11. Quoniam eleemosyna ab omni peccato et à morte liberat, et non patietur animam ire in tenebras.

12. Fiducia magna erit coram summo Deo eleemosyna, omnibus facientibus eam.

13. Attende tibi, fili mi, ab omni fornicatione : et præter uxorem tuam, nunquàm patiaris crimen scire.

14. Superbiam nunquàm in tuo sensu, aut in tuo verbo, dominari permittas : in ipsà enim initium sumpsit omnis perditio.

15. Quicumque tibi aliquid operatus fuerit, statim ei mercedem restitue, et merces mercenarii tui apud te omninò non remaneat.

16. Quod ab alio oderis fieri tibi, vide ne tu aliquando alteri facias.

17. Panem tuum cum esurientibus et egenis comede, et de vestimentis tuis nudos tege.

18. Panem tuum et vinum tuum super sepulturam justi constitue, et noli ex eo manducare et bibere cum peccatoribus.

19. Consilium semper à sapiente perquire.

20. Omni tempore benedic Deum et pete ab eo ut vias tuas dirigat, et omnia consilia tua in ipso permaneant.

21. Indico etiam tibi, fili mi, dedisse me decem talenta argenti, dùm adhuc infantulus esses, Gabelo, in Rages civitate Medorum, et chirographum ejus apud me habeo :

22. Et ideò perquire quomodò ad eum pervenias; et recipias ab eo supra memoratum pondus argenti, et restituas ei chirographum suum.

23. Noli timere, fili mi : pauperem quidem vitam gerimus, sed multa bona habebimus, si timuerimus Deum, et recesserimus ab omni peccato, et fecerimus benè.

10. Car vous vous amasserez *ainsi* un grand trésor et une grande récompense pour le jour de la nécessité ;

11. Parce que l'aumône délivre de tout péché et de la mort; et elle ne laissera point tomber l'âme dans les ténèbres *de l'enfer;*

12. Parce que l'aumône sera le sujet d'une grande confiance devant le Dieu suprême pour tous ceux qui l'auront faite.

13. Veillez sur vous, mon fils, pour vous garder de toute impureté; et, hors votre femme, ne liez jamais de connaissance qui puisse devenir criminelle.

14. Ne souffrez jamais que l'orgueil domine dans vos pensées, ou dans vos paroles; car c'est par l'orgueil que tous les maux ont pris commencement.

15. Lorsqu'un homme aura travaillé pour vous, payez-lui aussitôt ce qui lui est dû pour son travail; et que la récompense du mercenaire ne demeure jamais chez vous.

16. Prenez garde à ne faire jamais à un autre ce que vous seriez fâché qu'on vous fît.

17. Mangez votre pain avec les pauvres et avec ceux qui ont faim, et couvrez de vos vêtements ceux qui sont nus.

18. Mettez votre pain et votre vin sur le tombeau du juste; et gardez-vous d'en manger et d'en boire avec les pécheurs.

19. Demandez toujours conseil à un homme sage.

20. Bénissez Dieu en tout temps; et demandez-lui qu'il dirige vos voies, et que tous vos desseins demeurent en lui.

21. Je vous avertis aussi, mon fils, que, lorsque vous étiez encore enfant, j'ai donné dix talents d'argent à Gabélus qui demeure dans la ville de Ragès au pays des Mèdes, et que j'ai son billet entre les mains.

22. C'est pourquoi faites vos diligences pour parvenir à lui, et pour en retirer cette somme d'argent, et lui rendre son obligation;

23. Ne craignez point, mon fils. Il est vrai que nous sommes pauvres, mais nous aurons beaucoup de biens, si nous craignons Dieu, si nous nous retirons de tout péché, et si nous faisons le bien.

TRANSLATIO EX GRÆCO.

1. In illâ die recordatus est Tobit de argento, quod deposuerat apud Gabael in Ragis Mediæ. — 2. Et dixit in se ipso : Ego petii mortem; cur non voco Tobiam filium meum, ut ei indicem, priusquàm ego moriar? — 3. Et vocans eum dixit : — Fili, si mortuus fuero, sepeli me, et ne despicias matrem tuam : honora eam omnibus diebus vitæ tuæ, et fac quod placitum ei; et ne

contristes eam : — 4. Memento, fili, quia multa pericula vidit propter te in ventre. — Cùm mortua fuerit; sepeli eam juxta me in uno sepulcro. — 5. Omnibus diebus, fili, Domini Dei nostri recordare, et noli peccare, et transgredi mandata ejus. Justitiam fac omnibus diebus vitæ tuæ : et ne ambulabis viis injustitiæ; — 6. Quoniam faciente te veritatem prosperitates erunt in operibus tuis, et omnibus facientibus justitiam. — 7. Ex substantiâ tuâ fac eleemosynam ; et non invideat oculus tuus in faciendo te eleemosynam. Ne avertas faciem tuam ab omni mendico; et à te non avertetur facies Dei. — 8. Quomodò tibi fuerit secundùm multitudinem; facito ex eis eleemosynam. — Si paucùm tibi fuerit; juxta paucùm ne timeas facere eleemosynam. — 9. Præmium enim bonum thesaurisas tibi in diem necessitatis. — 10. Quoniam eleemosyna à morte liberat, et non permittit introire in tenebras. — 11. Munus enim bonum est eleemosyna omnibus facientibus eam in conspectu Altissimi. — 12. Attende tibi, fili, ab omni fornicatione : et uxorem primùm accipe de semine patrum tuorum : non accipias uxorem alienam, quæ non est de tribu patris tui, quoniam filii prophetarum sumus; Noe, Abraham, Jacob, isti patres nostri à seculo. Memento, fili, quia ipsi omnes,acceperunt uxores de fratribus suis, et benedicti sunt in filiis suis, et semen eorum hæreditabit terram. — 13. Et nunc, fili, dilige fratres tuos : — et noli superbire corde tuo, præ fratribus tuis, et filiis, et filiabus populi tui, accipere tibi ex eis uxorem : quoniam in superbiâ perditio, et perturbatio multa, et in nequitiâ diminutio, et egestas magna : nequitia enim mater est famis. — 14. Merces omnis hominibus, quicumque operatus fuerit, apud te non moretur; sed redde ei statim. Si servieris Deo, reddetur tibi. Attende tibi, fili, in omnibus operibus tuis; et esto eruditus in omni conversatione tuâ. — 15. Et quod odio habes, nemini feceris. Vinum ad ebrietatem ne bibas; et non eat tecum ebrietas in viâ tuâ. — 16. De pane tuo da esurienti, et de vestibus tuis, nudis. Omne quodcumque superfuerit tibi; fac eleemosynam, et non invideat oculus tuus in faciendo te eleemosynam. — 17. Effunde panes tuos super sepulturam justorum, et ne dederis peccatoribus. — 18. Consilium ab omni prudente quære : et ne contemnas super omne consilium utile. — 19. Et in omni tempore benedic Dominum Deum : et ab eo pete, et viæ tuæ rectæ sint, et omnes semitæ tuæ, et consilia tua prosperentur; eò quòd omnis gens non habet consilium : sed ipse Dominus dat omnia bona, et quemcumque voluerit, humiliat, sicut vult. Et nunc, fili, recordare mandatorum meorum, et non deleantur de corde tuo.—20. Et nunc indico tibi decem talenta argenti, quæ deposui apud Gabaelum, filium Gabriæ, in Ragis Mediæ. — 21. Et ne timeas, fili, quia mendici facti sumus. Sunt tibi multa, si timueris Deum, et recesseris ab omni peccato, et feceris quod placitum coram eo.

COMMENTARIUM.

Pia monita (1) quibus in hoc capite filium suum instruit Tobias, numero sunt quatuordecim : primum : *Corpus meum sepeli.* Pietatis erga parentes, etiam mortuos. Secundùm : *Honorem habebis matri tuæ; et* mortuam *sepelias circa me.* Hebraicè et Græcè, *in uno mecum eodem sepulcro.* Indicat Tobias insignem in uxorem suam affectum, à quâ tantis conviciis lacessitus fuerat (2).

(1) Expendens S. Augustinus egregia hæc monita, quæ filio suo Tobias reliquit, exclamat : « O lux, quam videbat Tobias, cùm clau« sis oculis istis filium docebat viam vitæ, et ei « præibat pede charitatis nunquàm errans! » (Calmet.)

(2) Erga mortuam verò eâdem, quâ erga se pietate filium esse jubet, ut ab eo scilicet etiam sepeliatur. Sed quid est, quòd non ait simpliciter *sepelias eam*, sed addit : *Circa me?* Hebræus explanat dicens : *Sepelias eam mecum, honorificè, in uno* eodemque *sepulcro;* et Græcus, *sepelias ipsam juxta me in uno sepulcro.* Hoc enim modo prisci cum conjugibus patriarchæ sepulti sunt. In speluncâ duplici, quæ sita est in agro Ephron, *sepultus est Abraham et Sara uxor ejus,* Gen. 25, v. 10. *Ego*, ait Jacob Gen. 49, v. 29, *congregor ad populum meum; sepelite me cum patribus meis in speluncâ duplici. Ibi sepelierunt Abraham et Saram uxorem ejus; ibi sepultus est Isaac cum Rebeccâ conjuge suâ; ibi et Lia condita jacet.* Hæc enim etiam in sepulcro conjunctio significat, quantus, quàm constans et perennis inter conjuges amor esse debeat. De quibus à Deo dictum Gen. 2, v. 24, et 1 Cor. 6, v. 16 : *Erunt duo in carne unâ*, Quemadmodùm apud Hierosolymitanum Sophronium partic. 40, hæreticum eodem in sepulcro secum esse nolebat Catholicus, eique, quia hæresin oderat mortuo mortuus dicebat : *Noli me tangere, hæretice;* ita castæ conjugi castus maritus, quia conjugalem charitatem, ne ipsa quidem mors adhuc diremit, copulari optat, meliore prorsùs modo, quàm illæ apud Indos, quæ, ut apud Ciceronem Tusculanâ quintâ est, summi amoris laudisque ducebant, si se in eumdem cum marito rogum vivæ injecissent. Admiranda verò et Tobiæ in uxorem charitas, cùm ab eâ tamen iis quæ supra vidimus conviciis appetitus vexatusque fuisset. Ista verò paren-

Vers. 6. — In mente, id est, cogitatione et memoriâ ; habeto Deum. Tertium monitum, continuæ memoriæ et laudis Dei.

VERS. 7 et 17. — EX TUA, non ex alienâ, SUBSTANTIA FAC ELEEMOSYNAM (1). Quartum, misericordiæ in pauperes. Huic quadruplicem assignat fructum : primum, *non avertetur à te facies* et favor *Domini.* Secundùm *præmium bonum*, seu insigne, *tibi thesaurizas in die*, pro in diem, *necessitatis*, ut est Græcè, id est, in diem mortis. Tertium, *eleemosyna ab omni pec-*

tum veneratio, etsi Decalogo præcepta est, insignem tamen in Ecclesiastico, c. 3, laudem habet : *Qui timet Dominum, honorabit parentes, et quasi dominis serviet his qui se genuerunt. Quàm malæ famæ est, qui delinquit patrem! et est maledictus à Deo qui exasperat matrem.* Mitto quæ Lycurgus oratione contra Leocratem, Pausanias in Phocicis, Virgilius Æneid. 2, Jovianus l. 2 de Obedientiâ, Rhodigin. l. 11, c. 17, Aristophanes de antipelargesi in Avib. aliique tradiderunt; Euripideos tantùm versiculos ingero :

Quisquis parentes hìc piè vivens colit,
Hunc viventemque mortuumque amat Deus.
Non liberis est pulchrius munus aliud
Quàm liberos dici parentis optimi,
Parentibusque dignum honorem reddere.
(Serarius.)

(1) Legebat S. Cyprianus : *Justitiam fac omnibus diebus vitæ tuæ, et noli ambulare viam iniquitatis; quoniam agente te ex veritate, erit respectus operum tuorum. Ex substantiâ tuâ fac eleemosynam, et noli avertere faciem tuam ab ullo paupere*, etc. S. Ambrosius ait, Tobiam filium suum adhortatum fuisse, *ut ex substantiâ suâ eleemosynam faceret, non pecuniam fœneraret, non averteret faciem ab ullo paupere.* Hebræus Fagii ad Græcum, Munsteri ad S. Hieronymum propiùs accedit. *Justitiam facere* stylo Hebræorum valet elargiri pauperibus; ita Rabbini vocem hanc exponunt in textu Proverbiorum : *Justitia* (eleemosyna) *liberavit à morte;* et Danielis : *Peccata tua eleemosynis redime;* Hebraicè, *justitiâ redime.* (Calmet.)

Hìc verò multa eaque perutilia docentur. Primò quid agendum : *Fac eleemosynam, noli avertere faciem tuam ab ullo paupere; nudos tege,* v. 17. Secundò, quibus? Egentibus scilicet, qui sunt aut vivi, aut mortui, ut infra, vers. 17, non ut Turcæ, qui felibus, piscibus etiam, brutisque aliis, misericordiæ causâ, cibum tribuunt, captas interdùm aves liberant, uti scribit cap. 197 Turcici Pandectæ Leunclavius, adeò ut in Mogorici regni partibus hospitalia sint, in quibus ægræ brutæ animantes curentur, boves, asini, accipitres, ubi habet Narratio de Mogoribus edita. Sed de iis quibus largiendum, contra Plautum et Ciceronem videri potest Lactantius l. 6, c. 11, cujus hæc conclusio : *Unum certum et verum liberalitatis officium est, egentes atque inutiles alere;* quanquàm nec dissentire Cicero videtur, cùm Offic. l. 2, ait homines tenues, quidquid benè sibi factum sit, putare se tantùm spectatos, non fortunam. De quo etiam Seneca, l. 2 de Beneficiis c. 31, 32, et omnium optimè Dominus et Salvator noster Lucæ 12, v. 12, 13, 14. Tertiò. Unde? ex substantiâ tuâ, non ex alienâ, ex pane tuo, non alieno, non ex rapinis et fraudibus composito. Proverb. 3, v. 9; *Honora Dominum de* tuâ *substantiâ.* D. Augustinus serm. 35 de Verbis Dei et in quinquag. hom. 47, Chrysostom. homil. 35 ad populum, Cicero 1 Offic. Additur verò vers. 26, in Græc. et Hebr., *ex superfluo.* Quartò. Quomodò? *Secundùm facultatem*, 2 Corinth. 8, versu 12 : *Si voluntas prompta est, secundùm id quod habet, accepta est, non secundùm id quod non habet.* D. Basilius homil. 6 et 8; Nazianzenus orat. de pauperum Amore; S. Leo sermone 3, tomo 9, D. Augustini liber de Conflictu vitiorum, cap. 17; D. Greg. 3 Pastoralis cap. 21; Cicero libro 1 Offic. Quintò. Quo fructu? Quadruplici, primus : *Non avertetur à te facies Domini,* versu 7. Secundus, versu 10 : *Præmium bonum tibi thesaurizas.* Græcè θέμα ἀγαθὸν, seu, ut Hebræus dicit, *depositum.* Nam quæ in pauperes conferuntur, ea apud Deum quasi deponuntur. Prov. 19 : *Fœneratur Domino, qui miseretur pauperis,* additur, *in die necessitatis,* ut Ps. 40, *in die malo.* Et nota eum qui eleemosynas facit, thesaurizare sibi ipsi, non aliis, ut ferè faciunt qui coacervatas opes ita relinquunt, ut nullum ex iis fructum unquàm percipiant, utinam nec detrimentum suppliciumque maximum, ut Lucæ 12, v. 20, Ecclesiastæ 6, v. 2. Tertius effectus v. 11 : *Eleemosyna ab omni peccato et morte liberat; non patietur animam ire in tenebras,* id est, *in gehennam,* ut legit D. Cyprianus epist. 52, l. 3, ad Quirinum. c. 1, l. de Opere; D. Augustinus quinquag. hom. 47, et l. de Rectitudine catholicæ conversationis. Hebræus textus : *Eleemosyna liberat à judicio gehennæ.* Unde insignia illa D. Augustini verba serm. de Verbis Domini, secundùm Matthæum, 18, c. 16, Tobias monens filium suum, ad opera bona monebat : « Dicebat illi ut daret pauperibus; præcipiebat ut « eleemosynas faceret indigentibus, et docebat, dicens : *Fili, eleemosynæ non sinunt ire* « *in tenebras.* Consilium præcipiendæ atque « obtinendæ lucis cœcus dabat. *Eleemosynæ,* « inquit, *non sinunt ire in tenebras.* Si ei filius « responderet miratus : Quid ergo, pater, tu « eleemosynas non fecisti? ut modò cæcus lo« quaris; tu nunc nonne in tenebris es qui « mihi dicis : *Eleemosynæ non sinunt ire in te*« *nebras?* Noverat ille, de quâ luce doceret fi« lium; noverat in interiore homine quod vi« debat. Filius patri porrigebat manum, ut « ambularet per terram; et pater filio, ut ha« bitaret in cœlo. » (Serarius)

VERS. 9. — SI EXIGUUM TIBI FUERIT, ETIAM EXIGUUM LIBENTER IMPERTIRI STUDE. Græcus : *Si paucum tibi fuerit, juxta paucum ne timeas facere eleemosynam,* S. Cyprianus : *Si exiguum habueris, ex hoc ipso exiquo communica; et ne timueris facere eleemosynam. Liberalitas non cumulo patrimonii, sed largitatis definitur affectu.*

VERS. 10. — PRÆMIUM ENIM BONUM TIBI THESAURIZAS IN DIE NECESSITATIS. Hebræus Græcusque : *Præmium enim bonum thesaurizas tibi in diem necessitatis.* (Calmet.)

VERS. 11. — QUONIAM ELEEMOSYNA AB OMNI PECCATO ET A MORTE LIBERAT, ET NON PATIETUR ANIMAM IRE IN TENEBRAS. Priorum verborum sensus est, quòd eleemosyna primò liberat à reatu omnis peccati, juxta illud Dan. 4 : *Peccata tua eleemosynis redime;* deinde, quòd etiam Deus clementer miseretur largiendo

cato, et à morte liberat æternâ, *et non patietur animam ire in tenebras*, id est, in gehennam, inquit S. Cyprianus et Augustinus. Quartum, *fiduciam magnam* præstat *coram Deo.*

Porrò dupliciter intelligi potest, eleemosynam hæc omnia præstare : primò dispositivè, quia impetrat majorem gratiam, quâ sensim peccator provehatur ad illa omnia consequenda. Sicut enim *fides, timor et spes,* sic etiam *eleemosyna*, et alia misericordiæ opera disponunt ad ulteriorem gratiam, et quidem per se, et proximè, de congruo, si etiam ipsa fiant ex fide et ob motivum supernaturale, aut saltem ex gratiâ præveniente ; alioqui si solis naturæ viribus, solùm remotè, per accidens et ex merâ liberalitate Dei, tamen certò et infallibiliter, si faciat homo quod in se est. Ita suadebat Daniel Nabuchodonosori : *Peccata tua eleemosynis redime.* Ita S. Thomas, Albertus Magnus, Scotus, Gabriel, Durandus, Tappetus, Cajetanus et alii citati à Molinâ. Secundò, intelligi potest, eadem omnia præstare etiam formaliter, nempe si cætera omnia adsint, quæ Scriptura ad talem effectum alibi requirit, nempe fides, spes, pœnitentia, charitas. Vide S. Augustinum, de Verbis Domini, in Lucam serm. 30, et Enchiridii c. 69, et alibi.

suam gratiam his qui veras et puras faciunt eleemosynas, ut possint resurgere à peccatis, juxta illud : *Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur,* Matth. 5. Porrò de eo quod posteriori loco dicitur : *Eleemosynam non pati animam ire in tenebras,* eleganter Aug. in psal. 96 : « Hoc, inquit, loquebatur ille qui « in tenebris erat. » Et paulò post : « Et quare « hoc dicebat, nisi quia aliam lucem videbat? » Ita ille. Ex his etiam observa quòd animæ justorum veteris Testamenti, post mortem corporis jam tum versabantur in pace, ut patet ex oratione Tobiæ cap. præced. v. 6, quâ de re diximus in 3 distinct. 22, § 3. (Estius.)

Non patietur animam ire in tenebras, ad inferos. Hebræus : *Liberat à judicio gehennæ.* Editio Munsteri planè contraria est : *Quicumque facit eleemosynam, is videbit faciem Dei, sicut scriptum est : Ego in justitiâ* (seu in eleemosynâ) *contemplabor faciem tuam.* Infernum exhibet Christus ceu locum tenebris horrentem ? *Ejicientur in tenebras exteriores;* et dæmones *principes tenebrarum* appellantur. (Calmet.)

Vers. 12. — Fiducia magna erit coram summo Deo eleemosyna. Hæc eleemosynæ encomia à Tobiâ celebrata, ex Apostoli doctrinâ intelligenda sunt, cùm scilicet hæc charitate non destituitur, quâ amotâ nequicquam res nostras in pauperes erogamus : *Si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas... charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest.* (Calmet.)

D. Augustinus de Verbis Domini in Lucam, sermone 30, et Enchiridii c. 25, 77, nonnullorum errorem confutat, qui etiamsi in peccatis perseverarent, si tamen eleemosynas largas darent, ignosci credebant, contra quos etiam loco citato D. Gregorius. Sed respondet August. dupliciter ista eleemosynæ præconia intelligenda : primò, ut cætera, quæ alibi Scriptura requirit, non omittantur, fides, pœnitentia, charitas. Ita lib. citato, c. 69 et 70, et in 50, hom. 29; secundò, ut misericordia in eum priùs qui eleemosynam facit conferatur, ibidem, et l. 21 civ. c. 27. Isto igitur modo eleemosyna primò disponit ad mortalium peccatorum veniam, ut aiunt D. Bonaventura et Venerabilis Beda in D. Lucæ c. 11. 2, ab eorumdem pœnis liberat. Danielis c. 4, D. Ambrosius et S. Leo, ut infra. 3. Liberat à pœnis venialibus, August. hom. 29 in 50, 4, à futuris peccatis custodit, quia majorem Dei gratiam et auxilium accersit. D. Augustinus in quinquaginta homil. 47, cùm locum istum citâsset, addit : « Patrocinatur eleemosyna in « die judicii homini, ut flammas æternas non « timeat. » Nazianzenus, loco citato, eleemosynam ait, « herbam peregregiam esse, quâ, « quidam ut lana, quidam ut nix dealbantur, « pro misericordiæ videlicet proportione. » D. Ambrosius serm. 30 et 31 : « Ita, inquit, elee-« mosyna extinguit peccata, sicut aqua Bapti-« smi gehennæ extinguit incendium. Ergo « eleemosyna quodam modo animarum aliud est lavacrum, ut si quis fortè post baptismum « humanâ fragilitate deliquerit, supersit ei, ut « iterùm eleemosynâ mundetur. » Et epist. 82, hunc ipsum locum citans, quasi nostri temporis hæreticos prospiceret in eosque stomacharetur : « Qui sunt, ait, hi præceptores « novi qui meritum excludunt jejunii? » Et D. Cyprian. lib. de Oratione et Eleemosynâ : « Sicut lavacro aquæ salutaris gehennæ ignis « extinguitur, ita eleemosynis atque operibus « justis delictorum flamma sopitur. » D. Bernardus serm. 1 post Epiphaniam, hydriam tertiam, quâ peccatorum ablutio fiat, statuit eleemosynam. Sic et baptismo comparat D. Leo hom. 2 de Collectis, et serm. 5 : « Elee-« mosynæ, inquit, peccata delent, mortem per-« imunt, et pœnam perpetui ignis extin-« guunt, » huncque Tobiæ locum subjungit.

Eleemosynæ fructus vers. 12 : *Fiducia magna erit eleemosyna omnibus.* Hebraicè : *Munus amplum et bonum rependetur coram sancto,* sive, *à Deo merces optima reddetur,* ut ait Vatablus. Videatur Chrysostomus hom. 33 ad populum, Proverbiorum caput 12, 19, 15, 16. Ecclesiast. 3 et 9, Dan. 4, Luc. 11. Pro illo verò : *Non avertas,* Hebraicè dicitur : *Non occultes oculos tuos.* Et ante istud, traditur utilissima præceptio : *Non associes te viris iniquis,* sive, *non facias tibi socios viros impietatis.* Epictetus Canone 33 : « Noveris, ait, si contaminatus so-« cius fuerit, necessarium esse, eum qui cum « eo conversatur, contaminatum etiam eva-« dere ; » de quo pluribus postea, eodem capite. Rursùmque ante illud : *Eleemosyna liberat,* interponitur Hebraicè : *Possidebitis autem divitias et thesauros argenti et auri in justitiâ. Nam thesauri nihil proderunt, et eleemosyna liberabit à morte.* Et quicumque facit *eleemosynam, is videbit faciem Dei, sicut scriptum est : Ego in justitiâ contemplabor faciem tuam, et qui occupantur eâ, de cœlis sunt.* (Serarius.)

VERS. 13. — ATTENDE TIBI AB OMNI FORNICATIONE (1). Quintum monitum.

(1) Græcus et antiqua Latina versio fusiùs : *Attende tibi, fili, ab omni fornicatione; et uxorem primùm accipe de semine patrum tuorum : non accipias uxorem alienam, quæ non est de tribu patris tui, quoniam filii Prophetarum sumus. Noe, Abraham, Isaac, Jacob, isti patres nostri à seculo. Memento, fili, quia ipsi omnes acceperunt uxores de fratribus suis, et benedicti sunt in filiis suis, et semen eorum hæreditabit terram. Et nunc, fili, dilige fratres tuos.* Gemina fermè legunt Hebræus uterque cum S. Cypriano : *Uxorem accipe ex semine patrum tuorum, et noli sumere alienam mulierem, quæ non est ex tribu patrum tuorum.* Congruunt hæc omnia legi connubiis peregrinarum interdicenti.

ATTENDE TIBI, FILI MI, AB OMNI FORNICATIONE. Qui *omnem* dicit, nullam omninò excipit, ne illam quidem quæ simplex dici solet, etiamsi accuratam prolis curam sponderet. Ideòque addit : *Et præter uxorem tuam, nunquàm patiaris crimen scire.* Qui solam uxorem concedit, nonne scortum, pellicem, concubinamque prohibet? Qui, extra conjugium, procreationis operi operam dari nunquam vult, ullumne petulantiæ, obscœnitati, Plautinisve ludis tempus indulget? Atque sic etiam Apostolus 1 Cor. 6 : *Fugite fornicationem. Nolite errare. Neque fornicarii, neque idolis servientes, neque adulteri, neque molles, neque masculorum concubitores, neque ebriosi, neque maledici, neque rapaces, regnum Dei possidebunt.* Galat. 5 : *Manifesta sunt opera carnis, quæ sunt fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, ebrietates, comessationes, et his similia, quoniam qui talia agunt, regnum Dei non consequentur.* Ephes. 5 : *Fornicatio et omnis immunditia, aut avaritia, nec nominetur in vobis, sicut decet sanctos, aut turpitudo, aut stultiloquium, aut scurrilitas. Hoc enim scitote intelligentes quod omnis fornicator aut immundus*, etc., *non habet hæreditatem in regno Dei et Christi.* Nam Heb. 13 : *Fornicarios et adulteros judicabit Deus.* Et Apoc. 21 : Fornicatorum *pars erit in stagno ardenti igne et sulphure, quod est mors secunda.* Videatur et D. Aug. q. 71 super Exod. serm. 16. de Verbis Domini, lib. de decem Chordis, c. 10, contra eos qui dicunt : *Uxorem non habeo; facere possum quod volo; ad meretricem vado.* D. Thom. 2 quæst., 154, art. 2, Cajetanus ibid.; Sotus lib. 5 de Justitiâ, q. 3, art. 3. Etsi verò amorum vagarumque libidinum intolerabilis apud ethnicos licentia erat, non defuêre tamen, licet, ut quæritur etiam in Tusculanis Tullius, æquò pauciores, qui modestiam et conjugalem tantùm societatem probarent. Præcipit de legibus lib. 7, Plato : *Nemo audeat ullam attingere, præter legitimam suam uxorem.* Epictetus Canone 37 : *Circa Venerea pro virili, ante conjugium, castum purumque esse oportet.* Formosissima erat Lais meretrix; poscenti tamen pro flagitio coronatos mille, dixit apud Gellium l. 1, c. 8, Demosthenes : *Pœnitere tanti non emo.* At scortatoribus omnibus æterna, ut paulò ante audivimus, in igneo sulphureoque stagno supplicia exsolvenda sunt. Cur miseri et ter quaterque infelices, tam triste tamque funestum *pœnitere*, tanti emimus? O vecordiam! ô cæcitatem! (Serarius.)

VERS. 14. — SUPERBIÆ (1) fuga. Sextum : IN IPSA ENIM INITIUM SUMPSIT OMNIS PERDITIO, tum in Lucifero et Adamo, tum in quovis peccante, etiam minimi præcepti divini transgressione, dùm nempe homo, qui Deo totus et ex se subditus esse deberet, super ipsum it (id est, superbit) præcepti illius transgressione, ita Prosper de Vitâ contemplativâ, c. 2.

VERS. 15. — MERCEDEM MERCENARIO RESTITUE (2). Septimum monitum. Octavum, v. 16, *justitiam* erga omnes alios. (3)

(1) SUPERBIAM NUNQUAM IN TUO SENSU, AUT IN TUO VERBO DOMINARI PERMITTAS; IN IPSA ENIM INITIUM SUMPSIT OMNIS PERDITIO. Crimen hoc exitio fuit angelis perduellibus, et primo hominum parenti in paradiso; nec melius fatum manet eos qui superbiam colunt. Omnia vitia è superbiâ oriuntur. Græcus legit : *Fili mi, noli superbire corde tuo præ fratribus tuis, et filiis, et filiabus populi tui; accipe tibi ex eis uxores, quoniam in superbiâ perditio et perturbatio multa, et in nequitiâ diminutio et egestas magna.* Hebræus Fagii : *Mi fili, diligas proximum tuum sicut te ipsum, neque contumeliâ afficias fratres tuos, filios populi tui, quin potius uxorem tibi ducito ex eis. Præcedit enim comminutionem fastus, et anteit ruinam superbia animi; namque ob fastum animi paupertas et opprobrium venit in mundum; et opprobrium est mater famis.* Editio Munsteri : *Fili mi, pone cor tuum ad opera tua?* vel *attende rebus tuis, et quæ oderis tibi fieri, aliis ne feceris.* (Calmet.)

(2) Ex præcepto legis, jubentis mercedem ante solis occasum solvi. Addit Græcus : *Si servieris Deo, reddetur tibi. Attende tibi, fili, in omnibus operibus tuis, et esto eruditus in omni conversatione tuâ.* Hebræus Fagii : *Merces operarii tui ne pernoctet in manu tuâ; sic fiet ut quæcumque petieris, Deus affatim suppeditet tibi. Audi, mi fili, et attende verba mea. Temperans esto in omnibus viis tuis.* (Calmet.)

(3) VERS. 16. — QUOD AB ALIO ODERIS FIERI TIBI, VIDE NE TU ALIQUANDO ALTERI FACIAS. Sensus est, quod tanquàm injustum oderis ab alio tibi fieri, vide ne alteri facias. Et eodem modo intelligendum est affirmativum illud præceptum in Evangelio Matth. 7 : *Quæcumque vultis ut vobis faciant homines, eadem et vos facite illis.* Sensus enim est : Quæcumque vultis justâ et rationabili voluntate vobis ab aliis fieri. Explicant enim hæc duo præcepta naturæ istud præceptum Dei, et vicissim ab eodem explicantur : *Diliges proximum tuum sicut teipsum.* (Estius.)

Illustris est hæc lex et norma charitatis erga proximum, quam et Jesus Christus repetit, et imperator quidam romanus admiratus magnam hanc Christianorum sententiam, insculpendam curavit in ædibus suis, cæterisque publicis ædificiis. Addit hic Græcus : *Vinum ad ebrietatem ne bibas, et non eat tecum ebrietas in viâ tuâ.* Hebræus Fagii : *Non ulciscaris, neque serves illatam injuriam. Vinum ad ebrietatem ne bibas, neque cum temulento*

Vers. 18. — Panem tuum et vinum super sepulturam justi constitue (1). Nonum, de convivio sepulcrali in morte amicorum *Hebræorum*, quos hìc nomine *justorum* intelligit, ad distinctionem impiorum gentilium, inter quos tum vivebant Hebræi. Porrò solebant veteres, non gentiles modò, sed et Judæi, mortuorum suorum sepulcris cibum potumque superpo-

consuetudinem habeas in omnibus viis tuis. Munsteri editio : *Subducas quoque te ab ebrietate, et nulla vanitas unquàm arrideat tibi.* Vetus latina editio : *Et quod oderis, alii ne feceris, et non comitas te in nequitiâ in omni vitâ tuâ.*

Vers. 17. — Panem tuum cum esurientibus et egenis comede. Addit Græcus : *Omne quodcumque superfuerit tibi fac eleemosynam, et non invideat oculus tuus in faciendo et eleemosynam.* In eamdem fermè sententiam incidit Hebræus : *Eleemosynam dabis corde non invido.* (Calmet.)

(1) Quidam nihil aliud designari his verbis arbitrantur, quàm : Da panem vinumque siti et fame laborantibus et egenis, ne ad mortem et sepulcrum adigantur. Castalio ita interpretatur : Sincera erga defunctos pietas, et optima ratio libationum super tumulos est bona præstare viventibus ; id enim defunctis est acceptissimum. Censet Grotius, Tobiam hortari filium suum, ut munera, cibos et vinum optimum mittat ad Israelitas, lugentes funus propinquorum. Notus est in Scripturâ mos ferendi ejus generis munera ; sed nunquàm ibidem legitur delatio dapum et vini super tumulos. Ita Grotius. Maluerunt alii, sermonem hìc esse de conviviis quæ post funera instruebantur. (Calmet.)

Græcus ita textus habet : *Effunde panes tuos in sepulcrum justorum.* Hebraicus verò : *Non sit durum in oculis tuis, panem tuum, et vinum tuum effundere super sepulcra justorum.* Quæ verba sibi quid velint, quæritur. Munsterus duplicem hìc expositionem affert. Prior est: Non occidas justos, subtrahendo illis panem. Sed valdè contorta esset phrasis, et nusquàm audita, potiùsque dicere debuisset, *super vivos*, vel, *in vivos;* deinde idem diceret jam quod dixerat. Posterior expositio : Pone panem super justorum os, quia sepulcrum vocatur os, Psalmo 6. At non quorumlibet os sepulcrum vocatur, sed impiorum tantùm, et quidem hæreticorum maximè, *unde mendaciorum mortes exhalant,* inquit Augustinus lib. 2 contra litteras Petiliani, c. 15. At hìc in Latino, Græco et Hebraico, justorum perpetua mentio est. Alia dari potest expositio, ut ob justorum sepulturam, seu, ut justi sepeliantur, conferatur annona tota. Nam pro, *ob*, interdùm ponitur, *super*, et consentaneum videtur ut pium opus, quod maximè sectabatur Tobias, filio commendaret. Sed non tam ad sumptum faciendum, qui in captivitate et occultâ sepeliendi ratione nullus fiebat, quàm ad ipsum laborem et opus exhortatione opus fuisset, quanquàm suo exemplo satis eum exhortatus erat; sicuti etiam ad patientiam, furtorum detestationem, et similia. Justi hìc dicuntur, qui ex Israelis stirpe sunt, nec à verâ religione desciverunt, eo tamen modo stirpem accipiendo, quo Roman. 9, vers. 8, docet Apostolus, filios promissionis in semine illo beato æstimari. His ergo tantùm benè esset mortuis faciendum, non aliis qui omnes generali vocabulo vocarentur peccatores, vel certè cùm justos illos vitâ functos misericordiæ beneficentiæque operibus recreare volumus, non esset in homines improbè viventes id beneficii conferendum. Quemadmodùm tamen ad mortuos et vivos pandi posse videbatur præceptum superiùs, ita istud alterum cur intelligi nequeat, ut et pro infidelibus mortuis eleemosynas fieri, et cùm sceleratam vitam agentibus familiaritatem consuetudinemque haberi vetet? Hæc enim per cibi potûsque communionem significatur. Imò, quia sola sententiarum vicinitas in præceptorum variorum conglobatione, non efficit ut prioris aut ratio sit posterior sententia, de solo cum hominibus nequam convictu, et de eâ quæ per hunc efficitur et significatur familiaritate, præceptum hoc intelligere, cum D. Gregorio loco citato, possumus, ejusque præcepti utilitas et necessitas quotidiano usu comprobatur. Diodori lib. 12 egregia hæc narratio est : « Scripsit Charondas legem de « consuetudine civium pravorum et confabu« latione, profectò elegantem, à cæteris sci« licet legum latoribus prætermissam. Nam « consideratâ humanæ mentis inconstantiâ, « et levitate animorum, nonnunquàm com« pertum, viros quantùmvis bono et modesto « ingenio natos, bonisque educatos artibus, « flagitiosorum consuetudine et amicitiâ paula« tim ab honestatis procul viâ aversos, in vitia « et improbitatem corruisse; tum ipsam fla« gitii labem veluti pestilentiam quamdam « contagio sensim irrepere in cœtus hominum « parvo primùm initio, post viribus sumptis « latiùs manando; jam populum universum « (quod sæpè conspectum est) in vitium tra« here, vitamque humanam deformare, atque « ita veluti tertio morbo infectis proborum « mentibus, virtutem honestatemque de« moliri. Obvia namque patet, ac lubrica « ad libidinem via, facilèque delabitur per « voluptatem in flagitium prona mortalitas. « Unde plerosque constat continentiæ princi« pio spectatæ et probis moribus viros, qui« busdam post clandestinis voluptatis libidi« nisque illecebris sensim delapsos à probi« tate, demùmque veluti expugnatâ ingenii « virtutumque integritate, pellectos in teter« rima fœdissimaque flagitia, vitam præcipi« tâsse. Huic occursum esse pesti ac labi cu« piens legislator, vel ejus originem procul « advertere à republicâ, vel exortam in ipsis « primordiis extinguere et eradicare, cives « suos à familiaritate et consuetudine perdi« torum, lege prohibuit, actionemque pravæ « consuetudinis constituit, gravique ejus de« licti reis impositâ mulctâ, licentiam coer« cuit, reliquos à delinquendo ratus deterri« tos iri metu pœnæ. » Et postea : « De sce« leratorum familiaritate et consuetudine scri« ptum accepimus, quem sociis flagitiosis de« lectari conspexerim, eum qualis sit, haud « percunctari perrexerim, cùm eum sodalibus « esse persimilem minimè dubitârim. »

Ne te conjunge pravis, ait Theognis,

nere; Eccl. 30 : *Appositiones epularum circumpositæ sepulcro.* Vel domi saltem amicis, aut pauperibus apponere, quæ Festus et Ovidius, *feralia* et *inferias* vocant, Nonius, *silicernia*, Plautus *pollincturas*, Livius, *viscerationes.* Id autem fiebatà gentilibus quibusdam, stultâ persuasione, quasi iis epulis egerent et vescerentur defuncti, teste S. Augustino serm. 11, de Sanctis. Et idem sibi etiam nostro seculo persuadent Peruani et Japones non pauci, ut Gaspar Villela scribit Epist. Indiar. l. 2. Sed Judæi id faciebant, primò, ut honor aliquis haberetur mortuis; secundò, ut iisdem hæc eleemosyna pro ipsis facta, auxilium aliquod impetraretà Deo, puta pœnarum Purgatorii relaxationem; tertiò, ut in eumdem finem eodem epulo excitarentur convivæ ad orandum pro defuncto; quartò, ut idem epulum saltem alicui solatio esset amicis mortuum lugentibus, et ejus absentiam dolentibus. Et has easdem ob causas etiam Christianos habuisse hanc consuetudinem stipes et sportulas in amicorum funere dandi pauperibus, et ad epulas convocandi cognatos et affines, testantur Clemens Romanus, Chrysostomus et Gratianus. Et durat etiamnum hæc consuetudo toto orbe christiano. Consuetudo tamen apponendi epulas ipsi sepulcro, ut hoc quasi contactu sanctorum cadaverum etiam ipsæ sanctificarentur, quia nimis accedebat ad superstitionem gentilium, qui suorum manibus hoc ferè ritu parentabant, itemque propter abusum in publico comessandi, jure merito à S. Ambrosio è templis et cœmeteriis sublata est, cujus S. Augustinus et reliqui prælati secuti exemplum, jusserunt ejusmodi epulas domi institui, et esculenta pauperibus ibidem erogari. Vide Franc. Turrianum lib. 4, pro epist. Pontif., cap. 13, et Robertum Bellarminum de Purg. l. 1, c. 13. Talem ergo eleemosynam sepulcralem jubet hìc Tobias per filium institui more patrio, sed vetat, pro decimo monito, *ex eo* epulo *manducare cum peccatoribus*, quo nomine Assyrios reliquosque gentiles notat, cum quibus consortium omne et convictum seu familiaritatem prohibet.

Vers. 19. — Consilium semper a sapiente perquire (1). Undecimum monitum. Duode-

Sed conjunge bonis; et ab his bona plurima disces,
Cum pravis vivens, tu quoque pravus eris.

Qui tetigerit picem, ait noster Sirachides cap. 13, vers. 1, *inquinabitur ab eâ; et qui communicaverit superbo induet superbiam.* Paulò ante verò dixerat c. 12, v. 13 : *Quis miserebitur incantatori à serpente percusso, et omnibus qui appropinquant bestiis? sic et qui comitatur cum viro iniquo, et obvolutus est in peccatis ejus.* Ecce, sodales malos venenatis serpentibus, et feris mordacibusque belluis comparat; adeòque ab his cavendum monet, ut etiam eos extimescere debeant, qui alioqui carminibus et arte, ut Psal. 57 quidam, vel ipsâ etiam corporum proprietate, ut Psylli et Marsi, de quibus lib. 28, c. 3, Plin., illarum vim et immanitatem cicurare posse videantur, quodque miserrimum est, qui harum aut veneno aut morsu et laniatu læsi fuerint, ne miseratione quidem dignos pronuntiat. Fuge, ô adolescens, fuge angues; fugite belluas istas, Christiani omnes : « Quia, inquit S. August. « serm. 164, membra Christi facti estis admo« neo vos; timeo de vobis, non tantùm à pa« ganis, non à Judæis, non ab hæreticis, « quantùm à malis Catholicis. Eligite vobis « de populo Dei quos imitemini. Nam si tur« bam imitari volueritis, inter paucos an« gustam viam ambulantes non eritis. Absti« nete vos à fornicatione, à rapinis, à frau« dibus, à perjuriis, ab illicitis rebus, à jur« giis; ebrietas repellatur à vobis; adulterium « sic timete quomodò mortem, non quæ sol« vit animam à corpore, sed ubi anima sem« per ardebit cum corpore. » (Serarius.)

(1) Laudat 1 Ethic. c. 4, Aristot., Hesiodos istos versus :
Optimus ille quidem est, ex sese qui omnia novit.
Sed quotusquisque talis? Additur ergo :
Is rursùm bonus est, paret qui recta monenti.
At qui ex se nescit, cuiquam nec porrigit aures
Ut bona percipiat, demens et inutilis ille est.
Fili, ait Ecclesiast.. 32, vers. 24, *sine consilio nihil facias; et post factum non pœnitebis.* Et Salomon cap. 19, vers. 20 : *Audi consilium, et sucipe disciplinam, ut sis sapiens in novissimis tuis.* Quod ferè hoc loco Hebræorum textuum alter expressit, dùm ait : *Audi et accipe à quolibet, qui tibi dederit consilium bonum* : Græcus verò : *Consilium ab omni prudente quæras, neque ullum utile consilium asperneris.* Extant in libro Pirke avoth c. 2, pulchræ Gamalielis sententiæ, inter quas istæ :

Qui multiplicat { *legem, / scholam, / consilium,* } *multiplicat* { *vitam. / sapientiam. / intelligentiam.* }

Semper verò de sapientis consilio agitur, quia ut apud Ecclesiasticum est c. 8, v. 20 : *Cum fatuis consilium non habeas. Non enim poterunt diligere, nisi quæ eis placent.*

Divinam à nobis majestatem, non semel tantùm, aut bis, sed semper laudari præcipit, et licet multa sint quæ ab eâ precari nos oporteat, duo tamen hic potissimùm proponuntur, bonorum scilicet consiliorum susceptio, et bona eorum executio. Ad illud pertinet, ut vias ipse nostras dirigat, ad hoc ut omnia nostra in eo consilia permaneant; ab ejus gloriâ nusquàm deflectant; ab eo manu semper teneantur. Horum verò præter eam quam textus alii suggerunt explicationem, aliam afferre non est consilium : Hebræus ergo sic : *Omni tempore pete à Domino, et ipse diriget gressus tuos, atque consilium tuum, quoniam non est in hominis manu consilium aliquod sed in manibus Dei, qui est benedictus, quia om-*

cimum versu seq. de conformitate voluntatis cum Deo.

nia quæ volet faciet; istumque humiliabit et illum exaltabit. Græcus verò : *Dominum Deum benedic omni tempore ; et ab ipso pete, ut rectæ fiant viæ tuæ, omnesque semitæ et consilia tua benè procedant, seu secundentur. Neque enim est ulla gens, quæ consilium habeat ; sed ipse Dominus bona omnia dat, et quemcumque voluerit, humiliat prout vult.* Dùm in mortalium ullo consilium negat, intelligi vult, quoad executionem, ut patet ex adjunctis, quia omnia quæ volet faciet, istum humiliabit, illum exaltabit, imò, quoad ipsam etiam consilii inchoationem nihil, absque Dei ope, potest homo, sed omnium maximè in iis quæ ad æternam salutem pertineant. Ideòque parùm illud in Isocratis Parænesi laudandum : *Bona deliberatio ab hominibus est, ejus prosperitas à diis. Sufficientes non sumus*, ait S. Paul. 1 Cor. 3, *cogitare aliquid à nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est.* Postremum verò illud de quorumdam depressione, aliorumque sublatione non ineleganter veterum quidam exposuit, cùm interrogatus quid ageret Deus respondit : *Effert humiles, dejicit elatos.* Et præter Homerum Iliados 17, suorum operum initio Hesiodus : *Facilè quempiam extollit, elatumque facilè deprimit et affligit.* Vide Psal. 113 et 114, Luc. 1, v. 52, Eccles. 10, v. 16, 17. (Serarius.)

Cur hoc filio mandet, additur in Hebræo causa, *quia nesciunt diem mortis meæ*, estque

VERS. 22. — PERQUIRE QUOMODO AD GABELUM PERVENIAS, ET RECIPIAS DECEM TALENTA. Est hoc decimum tertium. Decimum quartum et ultimum.

VERS. 23. — De constanti spe in Deum, etiam in extremâ paupertate (1). Cujus rei præclarum narrat exemplum Sophronius de adolescente, qui factâ sibi à parente optione, an mallet omnes parentis hæreditare thesauros, an Christum solùm sibi curatorem relinqui, spretis thesauris, Christum præelegit. Ergo inops primùm et mendicus (nam parens omnia sua pauperibus erogârat), post tamen paulò extremè ditatus est.

Hebraismus, pro, *nescitur dies mortis meæ.* Atque hanc ob causam, debent etiam parentes de bonorum suorum negotiis, de contractibus, nominibus, totoque testamento maturè omnia constituere. (Serarius.)

(1) Suavissima et consolationis plenissima est hæc ultima Tobiæ sententia. Quem enim pauperem et mendicum non recreet? Quem ad Dei timorem virtutisque cultum non excitet? *Multa*, inquit, *bona habebimus*, tam in hoc scilicet, quàm in futuro seculo. Sed in futuro omnium certissimè et abundantissimè. In hoc tamen, bona etiam quædam pii Deumque timentes homines consequuntur. (Serarius.)

CAPUT V.

1. Tunc respondit Tobias patri suo, et dixit : Omnia quæcumque præcepisti mihi, faciam, pater.

2. Quo modo autem pecuniam hanc requiram, ignoro : ille me nescit, et ego eum ignoro : quod signum dabo ei? Sed neque viam, per quam pergatur illùc, aliquando cognovi.

3. Tunc pater suus respondit illi, et dixit : Chirographum quidem illius penes me habeo : quod dùm illi ostenderis, statim restituet.

4. Sed perge nunc, et inquire tibi aliquem fidelem virum, qui eat tecum salvâ mercede suâ : ut, dùm adhuc vivo, recipias eam.

5. Tunc egressus Tobias, invenit juvenem splendidum, stantem præcinctum, et quasi paratum ad ambulandum.

6. Et ignorans quòd angelus Dei esset, salutavit eum, et dixit : Unde te habemus, bone juvenis?

7. At ille respondit : Ex filiis Israel. Et Tobias dixit ei : Nôsti viam quæ ducit in regionem Medorum?

CHAPITRE V.

1. Alors Tobie répondit à son père, et lui dit : Mon père, je ferai tout ce que vous m'avez commandé.

2. Mais je ne sais comment je pourrai retirer cet argent. Gabélus ne me connaît point, et je ne le connais point aussi; comment me ferais-je connaître à lui? Je ne sais pas même le chemin par où l'on peut aller en ce pays-là.

3. Alors son père lui répondit : J'ai son obligation entre les mains; et aussitôt que vous la lui ferez voir, il vous rendra l'argent.

4. Mais allez chercher présentement quelque homme fidèle qui puisse aller avec vous, en le payant de sa peine, afin que vous receviez cet argent pendant que je vis.

5. Tobie, étant sorti ensuite, trouva un jeune homme éclatant, qui avait retroussé sa robe avec sa ceinture, étant comme prêt à marcher.

6. Et ne sachant pas que ce fût un ange de Dieu, il le salua, et dit : D'où êtes-vous, bon jeune homme?

7. Il lui répondit : Je suis des enfants d'Israël. Tobie lui dit : Savez-vous le chemin qui conduit au pays des Mèdes?

8. Cui respondit: Novi et omnia itinera ejus frequenter ambulavi, et mansi apud Gabelum fratrem nostrum, qui moratur in Rages civitate Medorum, quæ posita est in monte Ecbatanis.

9. Cui Tobias ait: Sustine me, obsecro, donec hæc ipsa nuntiem patri meo.

10. Tunc egressus Tobias indicavit universa hæc patri suo. Super quæ admiratus pater, rogavit ut introiret ad eum.

11. Ingressus itaque salutavit eum, et dixit: Gaudium tibi sit semper.

12. Et ait Tobias: Quale gaudium mihi erit, qui in tenebris sedeo, et lumen cœli non video?

13. Cui ait juvenis: Forti animo esto: in proximo est uᵗ à Deo cureris.

14. Dixit itaque illi Tobias: Numquid poteris perducere filium meum ad Gabelum in Rages civitatem Medorum? et cùm redieris, restituam tibi mercedem tuam.

15. Et dixit ei angelus: Ego ducam et reducam eum ad te.

16. Cui Tobias respondit: Rogo te, indica mihi, de quâ domo, aut de quâ tribu es tu.

17. Cui Raphael angelus dixit: Genus quæris mercenarii, an ipsum mercenarium, qui cum filio tuo eat?

18. Sed ne fortè sollicitum te reddam, ego sum Azarias, Ananiæ magni filius.

19. Et Tobias respondit: Ex magno genere es tu: sed peto ne irascaris quòd voluerim cognoscere genus tuum.

20. Dixit autem illi angelus: Ego sanum ducam, et sanum tibi reducam filium tuum.

21. Respondens autem Tobias, ait: Benè ambuletis, et sit Deus in itinere vestro, et angelus ejus comitetur vobiscum.

22. Tunc paratis omnibus, quæ erant in viâ portanda, fecit Tobias vale patri suo et matri suæ, et ambulaverunt ambo simul.

23. Cumque profecti essent, cœpit mater ejus flere, et dicere: Baculum senectutis nostræ tulisti, et transmisisti à nobis.

24. Nunquàm fuisset ipsa pecunia, pro quâ misisti eum!

8. L'ange lui répondit: Je le sais; j'ai fait souvent tous ces chemins; et j'ai demeuré chez Gabelus notre frère, qui demeure en la ville de Ragès au pays des Mèdes, laquelle est située sur la montagne d'Ecbatane.

9. Tobie lui dit: Je vous supplie d'attendre ici un peu, jusqu'à ce que j'aie rapporté à mon père ce que vous venez de me dire.

10. Alors Tobie, étant rentré, rapporta tout ceci à son père, qui, admirant cette rencontre, lui ordonna de prier ce jeune homme d'entrer.

11. Etant donc entré, il salua Tobie, et dit: Que la joie soit toujours avec vous.

12. Tobie répondit: Quelle joie puis-je avoir, moi qui suis assis dans les ténèbres, et qui ne vois point la lumière du ciel?

13. Le jeune homme lui répondit: Ayez bon courage; le temps approche auquel Dieu vous guérira.

14. Alors Tobie lui dit: Pourrez vous mener mon fils chez Gabélus en la ville de Ragès au pays des Mèdes? et quand vous serez de retour, je vous paierai votre peine.

15. L'ange lui dit: Je le menerai et vous le ramenerai.

16. Tobie lui repartit: Dites-moi, je vous prie, de quelle famille, ou de quelle tribu êtes-vous?

17. L'ange Raphaël lui répondit: Cherchez-vous la famille du mercenaire qui doit conduire votre fils, ou le mercenaire même?

18. Mais de peur que je ne vous donne de l'inquiétude, je suis Azarias, fils du grand Ananias.

19. Tobie lui répondit: Vous êtes d'une race illustre; mais je vous supplie de ne point vous fâcher, si j'ai désiré de connaître votre race.

20. L'ange lui dit: Je menerai votre fils en bonne santé, et je vous le ramenerai de même.

21. Tobie lui répondit: Que votre voyage soit heureux; que Dieu soit avec vous dans votre chemin; et que son ange vous accompagne.

22. Alors ayant préparé tout ce qu'ils devaient porter dans leur voyage, Tobie prit congé de son père et de sa mère, et ils se mirent tous deux en chemin.

23. Aussitôt qu'ils furent partis, sa mère se mit à pleurer, et à dire: Vous nous avez ôté le bâton de notre vieillesse, et vous l'avez éloigné de nous.

24. Plût à Dieu que cet argent, pour lequel vous l'avez envoyé, n'eût jamais été!

25. Sufficiebat enim nobis paupertas nostra, ut divitias computaremus hoc, quod videbamus filium nostrum.

26. Dixitque ei Tobias : Noli flere, salvus perveniet filius noster, et salvus revertetur ad nos, et oculi tui videbunt illum,

27. Credo enim quòd angelus Dei bonus comitetur ei, et benè disponat omnia quæ circa eum geruntur, ita ut cum gaudio revertatur ad nos.

28. Ad hanc vocem cessavit mater ejus flere, et tacuit.

25. Le peu que nous avions nous suffisait, pour croire que ce nous était une assez grande richesse de voir notre fils.

26. Tobie lui répondit : Ne pleurez point; notre fils arrivera en Médie sain et sauf; et il reviendra vers nous dans une parfaite santé; et vous le verrez de vos yeux ;

27. Car je crois que le bon ange de Dieu l'accompagne, et qu'il règle tout ce qui le regarde; et qu'ainsi il reviendra vers nous plein de joie.

28. A cette parole, sa mère cessa de pleurer, et elle se tut.

TRANSLATIO EX GRÆCO.

1. Et respondens Tobias dixit ei : Pater, faciam omnia quæcumque mandâsti mihi; — 2. Sed quomodò potero accipere argentum, et non cognosco eum? — 3. Et dedit ei chirographum, et dixit ei : — Quære tibi hominem, qui simul ibit tecum, et dabo ei mercedem, dùm vivo; et accipe vadens argentum. — 4. Et ivit quærere hominem, et invenit Raphael, — qui erat angelus, et nesciebat. — 5. Et dixit ei : — Si possum ire tecum in Ragis Mediæ, et si peritus es locorum? — 6. Et dixit ei angelus : Ibo tecum, et viæ peritus sum, et apud Gabael fratrem nostrum commoratus sum. — 7. Et dixit ei Tobias : Sustine me, et dicam patri. — 8. Et dixit ei : Vade, et ne tardaveris. — Et ingressus dixit patri : Ecce inveni qui simul ibit mecum. At ille dixit : Voca ipsum ad me, ut agnoscam, cujus tribûs est, ac si fidelis ad eundum tecum. — 9. Et vocavit eum, et introivit : et salutârunt se invicem. — 10. Et dixit ei Tobit : Frater ex quâ tribu, et ex quâ patriâ es tu? indica mihi. — 11. Et dixit ei : Tribum et patriam tu quæris; an mercenarium, qui simul ibit cum filio tuo? Et dixit ei Tobit : Volo, frater, agnoscere genus tuum et nomen.—12. At ille dixit : — Ego Azarias Ananiæ magni de fratribus tuis. —13. Et dixit ei : Sanus venias, frater : et ne mihi irascaris, quia quæsivi tribum tuam, et patriam tuam agnoscere. Et tu es frater meus ex pulchrâ et bonâ progenie. Cognovi enim ego Ananiam et Jonathan filios Semei magni ; quomodò ibamus unà in Hierosolyma ad orandum offerentes primogenita, et decimas geniminum ; et non erraverunt in errore fratrum nostrorum. De bonâ radice es frater. — 14. Sed dicito mihi, quam tibi ero mercedem daturus? Drachmam die, et necessaria tibi, sicut et filio meo. — 15. Et adhuc adjiciam tibi super mercedem, si sani revertetis. — 16. Et benè senserunt sic ; et dixit ad Tobiam : Paratus esto ad viam, prosperemini. Et paravit filius ejus, quæ ad viam. Et dixit ei pater ejus : Vade cum homine hoc. Qui autem in cœlo habitat Deus, prosperabit viam vestram ; et angelus ejus ibit vobiscum. Et exierunt utrique abeundum, et canis pueri cum eis.—17. Ploravit autem Anna mater ejus, et dixit ad Tobit : Quid emisisti filium nostrum? an non virga manûs nostræ est in egrediendo ipsum et egrediendo coram nobis? — 18. Argentum argento non antevertat, sed peripsema filii nostri sit. — 19. Quomodò enim datum est nobis vivere à Domino, hoc satis multum nobis est.—20. Et dixit ei Tobit : Ne sollicitudinem habeas, soror : sanus veniet, et oculi tui videbunt eum. — 21. Angelus enim bonus ibit cum eo ; et prosperabitur iter ejus, et redibit sanus. — 22. Et cessavit plorans.

COMMENTARIUM.

Vers. (1) 5. — Invenit singulari Dei providentiâ *juvenem splendidum,* seu eleganti for-

(1) Vers. 2. — Quod signum dabo ei? etc. Finis hic versiculi secundi deest in Græco et Hebræo Fagii, legiturque tantummodò in editione Munsteri. Meminisse oportet, ambos hosce textus nihil habere superiùs de Gabeli chirographo quod tamen in versiculo sequenti agnoscunt.

Vers. 3. — Chirographum quidem illius penes me habeo. Editio Munsteri : *Dixit ad Tobiam filium suum : Hoc est signum, de quo illi dices, quòd marsupium suum mihi dedit, et ego dixi : Accipe* pecuniam hanc *de manu meâ. Sunt autem hodiè viginti anni, quando tradidi argentum in manu ejus.* Hebræus alter : *Confestim protulit chirographum ejus,* etc., scriptam scilicet cautionem, si mutuo data ea pecunia censeatur; vel meram depositi confessionem, si depositum malueris. Vetus latina versio fert, datum fuisse chirographum utrinque, alterum quidem à Gabelo, alterum verò à To-

mâ (1). Juvenilem formam, eamque elegantissimam solent boni angeli adsciscere, dùm hominibus apparent, ut illâ formâ designent inditam sibi à naturâ pulchritudinem, robur ac vigorem, qui nullo unquàm senio marcescit, inquit S. Dionysius. Reliquus verò habitus, iis ad quas mittuntur, functionibus aptari solet, v. g., ad læta nuntianda, ad spectatores exhilarandos, splendidam assument vestem, ad terrendos vel puniendos malefactores, gladium stringent, hastam vibrabunt, equos agitabunt. Raphael ergo, ut omni ex parte commodum ducem expeditumque ad iter se exhibeat, speciem et juvenilem et mercenariam assumit (2).

VERS. 8. — RAGES IN MONTE ECBATANIS. Vide c. 3, v. 7 (3).

VERS. 12. — QUALE GAUDIUM MIHI ERIT? Est naturalis et moderata querela. Ut erat Gedeonis Judicum 6, v, 13, et Berzellai 2 Reg. 19, v. 35. Respondet Angelus:

VERS. 18. — EGO SUM AZARIAS ANANIÆ MAGNI FILIUS (1). Witakerus dicit angelum hìc men-

biâ, qui syngrapham simul et pecuniam tradiderit, additque, ante sex et viginti annos depositum ejusmodi creditum fuisse.

(1) Nescio quid nitoris et majestatis intuitus est in juvenis ore Tobias, idque tunc quidem naturalem esse hominis dotem censuit, deinde verò agnovit translucentem esse fulgorem illius gloriæ, quâ ille in cœlo fruebatur. Alii τὸ *splendidus* accipiunt pro eleganti et optimè disposito, vel pro viro ingenuo et genere illustri, qui natalium majestatem ore præferebat. Græcus: *Invenit Raphael, qui erat angelus, et nesciebat.* Hebræus Fagii: *Statim acceptâ in manus suâ pecuniâ,* quâ solveret itineris duci mercedem, *egressus est in forum, ut quæreret hominem qui secum proficisceretur; et ecce angelus Raphael, hominis similitudine acceptâ, stetit in foro.* (Calmet.)

(2) VERS 6.— SALUTAVIT EUM; Tobias scilicet juvenem, seu Raphaelem, sub juvenis specie. Hebræus Munsteri refert, Raphaelem interrogâsse Tobiam, unde esset: *Dixit angelus ad Tobiam: Adolescens, unde es tu? Respondit Tobias, et ait: Mi domine, nôsti viam quâ me ducas in Mediam?*

UNDE TE HABEMUS?... v. 7: AT ILLE RESPONDIT: EX FILIIS ISRAEL. Desunt hæc in Hebræo, Græco et Syriaco; sed in veteri latinâ Versione legitur, Tobiæ interroganti unde esset, respondisse angelum se unum esse è filiis Israelis, fratribus ejus, et: *Veni,* ait, *hùc ut operer.* (Calmet.)

(3) VERS. 8. — MANSI APUD GABELUM FRATREM NOSTRUM. Hebræus Græcusque exprimere possunt solummodò: Noctem egi, velut hospes aliò tendens, vel diutiùs substiti tanquàm hospes, non veluti sedem ibi diuturnam habiturus. Denique Raphael indicat se fuisse in Rages, atque apud Gabelum divertisse.

RAGES, QUÆ POSITA EST IN MONTE ECBATANIS; id est, in montibus circa Ecbatana jacentibus, seu potiùs in montibus Mediæ; docet enim Stephanus, nomen *Ecbatanorum* ad maximam ejus regionis partem porrigi. Hebræus Munsteri, et vetus latina versio: *Rages provincia Medorum, estque iter duorum dierum ab Ecbatanis usque ad Rages; et Rages quidem est in montanis, Ecbatana autem in planitie campi.* Nihil tale exhibent altera Hebræi editio et Græcus, apud quos nec ea leguntur, quæ de situ Rages docet Vulgata.

Græcus, Syrus, et Hebræus Fagii omittunt versus 12, 13, 14, 15, quos tamen, ita ferè ut Vulgata, exhibet Hebræus Munsteri. Cæterùm plana sunt omnia in textu. Vetus latina versio ingredientem Raphaelem primùm à Tobiâ salutatum fert; cui angelus parem salutationem rependit, omnem gaudii copiam illi optans. Id officium erat apud eas gentes consuetum, ut dignissimus quisque salutem diceret primus, inferior redderet; id quod adhuc apud Turcas perseverat. (Calmet.)

(1) Non satis exploratus est Ananias iste, cujus se filium Azarias vel Raphael asserit. Constat utique, ad tribum Juda, Benjamini et Levi non pertinuisse; superiùs enim, v. 7, dixit, unum se esse ex Israelitis, et Tobias senior testatur inferiùs, v. 19, in Græco, se nôsse Ananiam et Jonathanum, filios Semei magni, quibus comitibus Hierosolymam proficisci solebat.

Mentitum ibi angelum ait impudens ille Vittakerus lib. 1 contra Edmundum Campianum, f. 77. Sed his hæreticis sublinit bellè os hæreticus alius. Drusius: « Belli, ait hunc in «locum scribens, homines, sive quòd hæc «scribunt, sive quòd credunt, scilicet men«dacium hujusmodi nullum extare in libris «canonicis. Atqui diabolus, Samuel nuncu«patur, 1 Reg. 28. » Ita iste. Dico ego, verè angelum dicere se Azariam esse, idque dupliciter. Primò quia illius formam et personam præ se ferebat, quemadmodùm S. Petri imago dicitur D. Petrus. Neque enim majus hìc mendacium, quàm cùm dicit angelus, Genes. 31: *Ego sum Deus Bethel,* ut eum in locum fatetur Calvinus, et Exod. 3 et 20: *Ego sum Dominus Deus tuus,* ut iis in libris probavi. Hinc D. Athanasius 3 in Synopsi: « Raphael comitatus «est illum, in speciem hominis, qui Azarias «diceretur. » Vide Hieronymum, Dan. 8; sanctus Augustinus serm. 226: « Celavit in «primo nomine dignitatem, ne faceret loca«tori terrorem. Si enim diceret: Ego sum «angelus, non esset Tobiæ mercenarius. » Secundò, verè talis est angelus, qualem se dicit, si nominum notionem spectemus, *Azarias* est *auxilium Dei; Ananias Hananeel* gratia et donum *Dei; Nathan et Jonathas, Dei donum; Selomith, pacifica et retribuens.* Quemadmodùm igitur D. Hieronymus in Matth. 23 Zachariam ostendit, ex nominis interpretatione, Barachiam esse, ut lib. 4 Regum cap. 12, dicebam; ita Raphael est Azarias, qui Dei auxilium affert, est filius Dei et gratiæ. Unde Lyranus et Carthusianus inquiunt, « quæ ab «angelis inter homines dicuntur et fiunt, sunt «figurativa; et locutio, quâ dicit Raphael, se «ex Israelis filiis esse, signat esse charitatis «conjunctionem, quâ SS. angeli devotis fide«libus conjunguntur. » Doctorem tamen

tiri. Sed absit; nam præferens formam et similitudinem Azariæ, verè poterat dicere, se esse Azariam, sicut Genesis 31, et alibi, quia angelus præferebat personam Dei, verè dicebat : *Ego sum Deus,* ut ibid. agnoscit Witackeri magister Calvinus; et S. Petri imago vocari solet S. Petrus. Deinde, significatione etiam nominum verè angelus erat is quem se esse dicebat : nempe *Azarias* significat *auxilium* Dei; *Ananias,* vel *Hananeel,* ut est in Hebræo, *gratiam* seu *donum Dei.* Afferebat enim angelus iste Tobiæ *auxilium Dei;* eratque verissimè *filius gratiæ* seu *doni Dei.* Ubi notat sanctus Gregorius, homil. in Evang., Angelos ex se nulla habere nomina, sed ea sortiri solùm ratione ministerii quo aliquando funguntur.

Vers. 19. — Ex magno genere, seu ex stirpe valdè nobili, es tu. Hebræus et Græcus addunt, Tobiam subjunxisse, se *jam olim novisse Ananiam, et ejus fratrem Jonatham* (ita Græcus; Hebræus enim *Nathan* legit, sed utrumque nomen idem prorsùs significat, nempe *donum Dei*), *novisse*, inquam, *quando unà cum illis* è Nephthali *Jerosolymam adorandi causâ proficisceretur; neque enim abducti fuerant illi in errorem reliquorum cognatorum* seu contribulium, qui ad vitulos Jeroboami adorandos pergebant.

Vers. 27. — In Hebræo et Græco additur, parentem decrevisse filio et Raphaeli victum diurnum, et drachmam unam in singulos dies. Et insuper ultra condictam mercedem aliud honorarium promisisse.

Vers. 21. — Angelus comitetur ei (1). Vers. 21, dixerat : *Comitetur vobiscum.* Duriuscula videtur locutio; sed eam Cicero defendit Tusculanâ 5. In memoriam hujus prosperi conductûs Tobiæ per archangelum Raphaelem, voluit religiosissimus Lusitaniæ rex Joannes duas primas in Indiam à se missas naves nominibus Raphaelis insigniri anno 1497, ut refert Maffeius. Baronius verò narrat de alio mirabili conductu et custodiâ, quam Angelus exhibuit duci exercitûs Theodosii imperatoris (2).

quemdam legi, qui, in D. Thomæ pag. 1, quæst. 51, a. 2, docens fieri posse, ut angelus, quod antea conformatum jam fuit, et in sepulcro fortè jacebat, corpus assumeret, subdit ita locum istum explicari posse, quia potuerit Raphael Azariæ corpus asciscere, vel certè alius alicujus, qui ex magni Ananiæ prosapiâ esset. Verùm, si alius alicujus corpus ascivisset, falsò adhuc Azariam sese diceret. Si Azariæ verò mortui corpus ascivisset, resciscere ipsius mortem, vel jam tunc, vel saltem postea ipso adhuc Raphaele peregrinante potuisset Tobias. Sicque verba sibi data, fraudemque factam Tobias judicâsset ac doluisset. Esto tamen, nunquàm rescivisset, numquid hominis pars una propriè homo est? Nam isti, contra quos mihi hæc disputatio, nullum in angeli verbis tropum, sed puram putam proprietatem volunt. Si verò, ut interdùm synecdochicè dicitur, una hominis pars homo esse potest, nonne potiùs animus ipse homo quàm corpus? Cùm solùm ergo Azariæ corpus sibi Raphael adjunxisset, quomodò verum fuisset : *Ego sum Azarias?* Duo igitur allati modi, ut minimè hæc angeli oratio mendax, abundè sufficiunt. (Serarius.)

« L'ange dit au jeune Tobie : *Je suis Israé-* « *lite;* il ajouta ensuite, quand il fut introduit « chez Tobie le père : *Je suis Azarias, fils du* « *grand Ananias.* Les incrédules l'accusent de « mensonge. » — Nous soutenons que l'ange qui avait pris la figure d'Azarias le représentait et tenait sa place, et conséquemment pouvait sans mentir se qualifier tel, de même que l'ange disait à Jacob : *Je suis le Dieu de Béthel,* parce qu'il représentait le Seigneur, et parlait en son nom. D'ailleurs, l'ange disait la vérité, suivant la signification du nom qu'il avait adopté. Car *Azarias* signifie *secours de Dieu,* et il était réellement envoyé au secours de Tobie. *Ananias* signifie *grâce* ou *don de Dieu.* Or Raphaël était réellement le fils de la grâce et de la miséricorde. Il faut savoir, comme saint Grégoire l'a observé, que les anges n'ont point de nom de leur nature, mais qu'ils prennent leur nom de l'office et du ministère auquel Dieu juge à propos de les employer. (Duclot.)

(1) Ecce non solùm exemplum angeli Raphaelis, sed etiam verba Tobiæ ostendunt hominum curam angelis esse à Deo commissam. Subjicit quasi explicans quod dixerat : *Sit Deus in itinere vestro, et angelus ejus comitetur vobiscum.* Sic rursum postea idem dicit : *Credo enim quod angelus Dei bonus comitetur eum.* Facit ergo hoc, sicut et similes scripturæ, contra hæreticos, qui negant sanctorum angelorum pro hominibus apud Deum intercessionem. Si enim cura nostræ salutis à Deo illis commissa est, ergo et intercessio. Adde quod angelus idem infra, cap. 12, apertè dicit : *Quando orabas cum lacrymis, et sepeliebas mortuos,* etc., *ego obtuli orationem tuam Domino.* (Estius.)

(2) Vers. 22. — Paratis omnibus, quæ erant in via portanda. Nemo se viæ committere tunc solebat sine commeatu; neque enim in itinere facilè occurrebant emenda vitæ necessaria, quin et longior interdùm peragenda erat via, nullo occurrente loco, quo quis sese reciperet. Mos ferendi in itinere commeatus ubique per Scripturam occurrit et recurret inferiùs 6, 7, et 8, 21.

Ambulaverunt ambo simul. Græcus et Syriacus : *Egressi sunt ambo, et canis pueri cum ipsis.* Canem Tobiæ cum hero iter ingressum notat etiam Hebræus Fagii. Sed prætereunt initio capitis 6, ubi à Vulgatâ exhibetur.

(Calmet.)

Vers. 23. — Baculum senectutis nostræ tulisti. Græcus : *Quid emisisti filium nostrum? An non virga manus nostræ est in ingrediendo ipsum et egrediendo coram nobis?* Idem expressisse videtur Hebræus iis verbis : *Ipse fuit*

CAPUT VI.

1. Profectus est autem Tobias, et canis secutus est eum, et mansit primâ mansione juxta fluvium Tigris.

2. Et exivit ut lavaret pedes suos, et ecce piscis immanis exivit ad devorandum eum.

3. Quem expavescens Tobias, clamavit voce magnâ, dicens : Domine, invadit me.

4. Et dixit ei angelus : Apprehende branchiam ejus, et trahe eum ad te. Quod cùm fecisset, attraxit eum in siccum, et palpitare cœpit ante pedes ejus.

5. Tunc dixit ei angelus : Exentera hunc piscem, et cor ejus, et fel, et jecur repone tibi, sunt enim hæc necessaria ad medicamenta utiliter.

6. Quod cùm fecisset, assavit carnes ejus, et secum tulerunt in viâ : cætera salierunt, quæ sufficerent eis, quousque pervenirent in Rages civitatem Medorum.

7. Tunc interrogavit Tobias angelum, et dixit ei : Obsecro te, Azaria frater, ut dicas mihi, quod remedium habebunt ista quæ de pisce servare jussisti?

8. Et respondens angelus, dixit ei : Cordis ejus particulam si super carbones ponas, fumus ejus extricat omne genus dæmoniorum, sive à viro, sive à muliere, ita ut ultra non accedat ad eos.

9. Et fel valet ad ungendos oculos, in quibus fuerit albugo, et sanabuntur.

10. Et dixit ei Tobias : Ubi vis ut maneamus?

11. Respondensque angelus, ait : Est hic Raguel nomine, vir propinquus de tribu tuâ, et hic habet filiam nomine Sara, sed neque masculam, neque feminam ullam habet aliam præter eam.

12. Tibi debetur omnis substantia ejus, et oportet eam te accipere conjugem.

13. Pete ergo eam à patre ejus, et dabit tibi eam in uxorem.

14. Tunc respondit Tobias, et dixit :

***baculus manuum nostrarum**, qui ingredi et egredi faciebat è domo*, id est, domesticas res curabat, accipiens, solvens, œconomum nobis agens, ea comparans quæ nobis essent necessaria. (Calmet.)

CHAPITRE VI.

1. Tobie se mit donc en chemin, et le chien le suivit, et il demeura la première nuit dans un lieu proche du fleuve du Tigre.

2. Etant allé laver ses pieds, un poisson énorme sortit de l'eau pour le dévorer.

3. Tobie en étant consterné jeta un grand cri, disant : Seigneur, il s'élance sur moi.

4. L'ange lui dit : Prenez-le par les ouïes, et le tirez à vous. Ce qu'ayant fait il le tira à terre ; et le poisson commença à se débattre à ses pieds ;

5. Alors l'ange lui dit : Videz les entrailles de ce poisson, et conservez le cœur, le fiel et le foie ; parce qu'ils *vous* seront nécessaires pour en faire des remèdes très-utiles.

6. Ce qu'ayant fait, il en fit rôtir la chair qu'ils emportèrent avec eux. Ils salèrent le reste, qui devait leur suffire jusqu'à ce qu'ils arrivassent à Ragès au pays des Mèdes.

7. Alors Tobie interrogea l'ange, et lui dit : Mon frère Azarias, je vous supplie de me dire quels sont les remèdes que l'on peut tirer de ce que vous avez voulu que nous gardassions de ce poisson.

8. L'ange lui répondit : Si vous mettez un morceau du cœur sur les charbons, la fumée qui en sort chasse, *par la vertu de Dieu*, toute sorte de démons, soit d'un homme, soit d'une femme, en sorte qu'ils ne s'en approchent plus.

9. Le fiel est bon pour oindre les yeux où il y a quelque taie, et il les guérit.

10. Et, *lorsqu'ils furent arrivés près d'Ecbatane*, Tobie lui dit : Où voulez-vous que nous logions ?

11. L'ange lui répondit : Il y a ici un homme nommé Raguel, qui est de vos proches et de votre tribu ; il a une fille qui s'appelle Sara, et il n'a point de fils, ni d'autre fille qu'elle.

12. Tout son bien doit vous venir, et il faut que vous épousiez cette fille.

13. Demandez-la donc à son père, et il vous la donnera en mariage.

14. Tobie lui répondit : J'ai ouï dire qu'elle

Audio quia tradita est septem viris, et mortui sunt, sed et hoc audivi, quia dæmonium occidit illos.

15. Timeo ergo, ne fortè et mihi hæc eveniant : et cùm sim unicus parentibus meis, deponam senectutem illorum cum tristitiâ ad inferos.

16. Tunc angelus Raphael dixit ei: Audi me, et ostendam tibi qui sunt, quibus prævalere potest dæmonium.

17. Hi namque qui conjugium ita suscipiunt, ut Deum à se et à suâ mente excludant, et suæ libidini ita vacent, sicut equus et mulus, quibus non est intellectus : habet potestatem dæmonium super eos.

18. Tu autem cùm acceperis eam, ingressus cubiculum, per tres dies continens esto ab eâ, et nihil aliud nisi orationibus vacabis cum eâ.

19. Ipsâ autem nocte, incenso jecore piscis, fugabitur dæmonium.

20. Secundâ verò nocte, in copulatione sanctorum patriarcharum admitteris.

21. Tertiâ autem nocte, benedictionem consequeris, ut filii ex vobis procreentur incolumes.

22. Transactâ autem tertiâ nocte, accipies virginem cum timore Domini, amore filiorum magis quàm libidine ductus, ut in semine Abrahæ benedictionem in filiis consequaris.

avait déjà épousé sept maris, et qu'ils sont tous morts; et on m'a dit aussi qu'un démon les avait tués.

15. Je crains donc que la même chose ne m'arrive aussi; et que comme je suis fils unique, je ne cause à mon père et à ma mère une affliction capable de conduire leur vieillesse au tombeau.

16. Alors l'ange Raphaël lui dit: Ecoutez-moi, et je vous apprendrai qui sont ceux sur qui le démon a du pouvoir.

17. Ceux qui embrassent le mariage de manière qu'ils bannissent Dieu de leur cœur et de leur esprit, et qu'ils ne pensent qu'à satisfaire leur brutalité, comme les chevaux et les mulets qui sont sans raison, le démon a pouvoir sur eux.

18. Mais pour vous, après que vous aurez épousé cette personne, étant entré dans la chambre, vivez avec elle en continence pendant trois jours, et ne pensez à autre chose qu'à prier Dieu avec elle.

19. Cette même nuit, mettez dans le feu le foie du poisson; et le démon sera mis en fuite.

20. La seconde nuit, vous serez admis dans la société des saints patriarches.

21. Et la troisième nuit, vous recevrez la bénédiction de Dieu, afin qu'il naisse de vous des enfants dans une parfaite santé.

22. La troisième nuit étant passée, vous prendrez cette vierge dans la crainte du Seigneur, et dans le désir d'avoir des enfants, plutôt que par un mouvement de passion, afin que vous ayez part à la bénédiction de Dieu, en la race d'Abraham, par vos enfants.

TRANSLATIO EX GRÆCO.

1. Illi verò euntes viam, venerunt vesperi ad Tigrim flumen, et manserunt ibi. — 2. Puer autem descendit ad lavandum se : et prosiliit piscis è flumine, et voluit devorare puerum. — 3. Angelus autem dixit ei : Apprehende piscem. Et tenuit piscem, et projecit eum in terram. — 4. Et dixit ei angelus : — Incide piscem, et sumens cor, et jecur et fel, repone tutò. — 5. Et fecit puer sicut dixit ei angelus. Piscem autem assantes comederunt. Et pergebant utrique, donec appropinquaverunt in Ecbatana. — 6. Et dixit puer angelo : Azaria frater, quid est cor, et jecur, et fel piscis? — 7. Et dixit ei : Cor, et jecur, si quem turbaverit dæmonium, vel spiritus malignus, hæc oportet suffire coram homine vel muliere, et non ultra turbabitur. — 8. Fel autem, unge hominem, qui habet albugines in oculo, et sanabitur. — 9. Ut autem cùm appropinquaverunt Rage; — 10. Dixit angelus puero : Frater hodie manebimus apud Raguel, et ipse cognatus tuus est, et est ei filia nomine Sarra. — Loquar de eâ, ut ipsa detur tibi in uxorem. — 11. Et quoniam ad te pertinet hæreditas ejus, et tu solus es de genere ejus. — 12. Et puella pulchra, et prudens est. Et nunc audi me, et loquar patri ejus. Et quando revertemus è Ragis, faciemus nuptias : quoniam novi Raguel, quia non dabit eam viro alteri juxta legem Moysi, vel reus erit mortis : quoniam hæreditatem tibi convenit accipere, quàm omnem hominem. — 13. Tunc dixit puer angelo : Azaria frater, audivi ego puellam datam septem viris, et omnes in nuptiali thalamo periisse. — 14. Et nunc ego solus sum patri : — et timeo ne ingressus moriar sicut et priores : quoniam dæmonium

diligit eam, quod non nocet cuiquam, nisi accedentibus ad eam. Et nunc ego timeo ne moriar, et deducam vitam patris mei et matris meæ cum dolore super me in sepulturam ipsorum : et filius alius non est eis qui sepeliet eos. — 15. Dixit autem ei angelus : Non meministi verborum, quæ mandavit tibi pater tuus, super accipiendo te uxorem de genere tuo? Et nunc audi me, frater, quoniam tibi erit in uxorem : et dæmonii nullam rationem habe : quoniam nocte hâc dabitur tibi hæc ipsa in uxorem. — 16. Et si ingressus fueris in thalamum, sumes cinerem thymiamatum, et super pones de corde, et jecore piscis, et facies fumigare. — 17. Et olfaciet dæmonium, et fugiet, et non redibit iterùm in seculum seculi. Quando autem accedes ad eam, surgite utrique, et clamate ad misericordem Deum, et salvabit vos, et miserebitur. Ne timeas, quoniam tibi hæc parata fuit à seculo; et tu ipsam salvabis, et ibit tecum ; et existimo, quia tibi erunt ex eâ filii. Et, ut audivit Tobias hæc, dilexit eam, et anima ipsius adhæsit valdè ei. Et venit in Ecbatana.

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — JUXTA FLUVIUM TIGRIS (1), cui adjacet Ninive unde illo die excesserant. Ita

(1) VERS. 1. — CANIS SECUTUS EST EUM. Hoc quod superiùs, v. 22, Græcus Hebræusque narraverunt, hìc silent. Qui libri hujus veritatem impugnant, objiciunt hoc quod de cane herum sequente hìc narratur. Id minùs è dignitate S. Spiritûs hunc librum dictantis videtur. Sed non frustra id hìc narrari animadvertunt interpretes; hujus enim historiæ veritatem confirmat. Si licuit Homero, recantato scriptori, canem Ulyssis exhibere, hero suo post viginti absentiæ annos blandientem, cur vitio dabitur sacro scriptori persimilem rem narrâsse? Homeri carmen fabula est, fateor, sed veritatis est imitatio. Crebra sunt apud historicos exempla canum, quorum constans fuit erga heros usque ad mortem fides; neque hujus rei narratio præter dignitatem gravissimorum historicorum visa est. Quæcumque è Scripturâ sunt, omnia Patres summopere observant, iidemque censuerunt, litterulas, apices, et minima etiam quælibet occulto mysterio non vacare. Sacræ paginæ perinde sunt ac divites auri fodinæ, quas qui scrutantur, nihil negligunt, minimas venas rimasque sollicitè investigant, nihil non pretiosum curâque dignissimum esse noscentes.

MANSIT PRIMA MANSIONE JUXTA FLUVIUM TIGRIS. E Ninive contrario amne secùs Tigrim, Adiabenem et Mediam versùs, iter instituerunt. Substiterunt primò ad ripam amnis, in publico facilè diversorio, cujus generis ædium meminêre veteres, quæ in viis regiis per Orientem identidem distributæ occurrebant. Nobilissima ejusmodi ædificia occurrere in toto Persarum imperio, testatur Herodotus; è quibus centum et undecim à Sardibus Susas usque per tractum tredecim millium et quingentorum stadiorum disposita numerat. Regiis sumptibus ædificata, iisdem detinebantur. Crebra sunt hodiè pariter diversoria, quò advenæ sese recipiant per totam Turcarum ditionem, ut suis non careant urbes et regiæ viæ. Nulla ibi supellex, cibaria nulla; quisque sibi cibos parat, resque ad cubandum necessarias. Excipiuntur nullâ mercede peregrini : quin et mora illis aliquot dierum interdùm permittitur. Non desunt etiam loca in quibus per triduum cibaria peregrinis gratuitò exhibentur. Ædes ejusmodi appellant *Carvanseras*. Porrò hujus generis ædificia fuisse quædam à Ninive ad Ecbatana, minimè ambigimus, cùm eæ urbes essent præcipuæ et florentissimæ imperii Assyriorum. Hebræus Fagii fert, venisse illos vespere *Ledikiam*, fortè *Laodiceam*. Hujus nominis urbs est in Mesopotamiâ, teste Plinio; est et in Mediâ, apud Stephanum. Nomen Laodiceæ scribitur apud Antoninum, *Laudicia;* et recentioribus Græcis est *Laudichia*. Syrus ex versione Fabiani Justiniani fert : *Ad Cuspinas, juxta Tigrim;* sed nullus ejus nominis locus occurrit. Reddunt alii Syriacum : *Venerunt vespere ad Tigrim*, id quod congruit Græco, quem perpetuò sequitur Syrus. (Calmet.)

Plinius, l. 8, cap. 13. Non quòd sub dio pernoctârint, sed in cauponâ flumini vicinâ, ubi cùm pedes, fatigationis minuendæ gratiâ, abluerent.

VERS. 2. — ECCE PISCIS IMMANIS (1). Quidam

(1) VERS. 2. — EXIVIT UT LAVARET PEDES SUOS, ex more in fervidis regionibus familiari, antequàm mensæ accumbant. Solebant hoc officio excipi hospites, domum venientes. Cùm Tobias in diversorio esset, neminem nactus est, qui sibi pedes lavaret : nihil enim ibi hospitibus præbebatur nisi tectum. Græcus et Hebræus Fagii ferunt, Tobiam ad amnem ivisse, ut lavaret.

ECCE PISCIS IMMANIS EXIVIT AD DEVORANDUM EUM. Manuscriptus Hebræus codex libri Tobiæ apud Bochartum, fert, piscem hunc exsiluisse, ac vorâsse panem Tobiæ. De hoc pisce varii varia. Suspicatur Grotius, hippopotamum fuisse, cujus est figura equo persimilis; quadrupes est, caretque branchiis, vorax et carnivorus. Hoc certè maximè congruit pisci Tobiæ; sed vicissim piscis ille branchiis non carebat, quæ desunt hippopotamo. Quare de altero pisce sermonem hìc esse, fateamur oportet.

Demonstrat Bochartus, alium esse hunc à *callionymo* et *siluro*, et cum *lucio* confundi. Animadvertit autem in rem præsentem, omnia, quæ Arabes de *Sabot* ferunt, lucio congruere, illud præsertim quod fel cum melle mixtum corroborat oculos, abstergit albuginem et maculas, et vitiosum ruborem purgat. Piscis est carnivorus, in Tigri familiaris, crescens immaniter, gustui optimus, extra aquam non vivens, pinnis instructus, et Judæis permissus ; squamosus est enim et alatus ; denique fel lucii morbos oculorum curat. Dotes hasce omnes exigit piscis Tobiæ.

putant *balenam* fuisse. Sed balena, teste Plinio, branchias non habet; neque in Tigri versari solet, neque potuisset ingens bellua ab uno adolescente in terram extrahi. Alii volunt crocodilum fuisse. Sed crocodilus, teste eodem Plinio, potest totos dies in terrâ impunè agere, et pedibus ingreditur, et unde et *terrestre* nonnunquàm *animal* ab eodem vocatur, et in mari ferè versatur, ut apud S. Hieronymum in Isaiæ c. 28, Ezechielis 32, Judæi aiunt. Alii ergo fuisse *balenam* putant, quemadmodùm in Jonâ censuit Theopylacti interpres; Carthusianus verò esse mavult *crocodilum*, quòd è vitis Patrum constet, eum hominibus exitium afferre. Sunt verò qui scribant, tres aliquando pueros, quasi viverent, in crocodili ventre integros repertos. Franciscus Georgius, tomo 6, problemate 185, *lucium* piscem ex Rabbinorum sententiâ pronuntiat, quia luci favet, soli respondet. Sed ista lucis ad lucium illiteratio, Hebræos Rabbinos Latinè vel omninò nihil, vel admodùm parùm scientes quomodò moveat? et dicitur potiùs lucius, retinendo, vetere more, *u*, pro, *y*, quasi λύκνος, id est, lupinus. Nam et lupus vocatus apud Martial. lib. 13, et Horatium, et Græcè λάβραξ, à voratu plurimo. Aut, si à luce dictum velis, per antiphrasin id concedit Ausonius in Mosellâ. At Valesius, lib. de sacrâ Philosophiâ, c. 42, ait se quidem certò non scire, videri tamen fuisse *callionymum*, de quo Plinius lib. 32, c. 7; idque placet, primò quia piscis est vastus, carnivorus, immanis, serratisque dentibus. Est etiam, ut ait Aristoteles, lib. de Animalibus, partim littoralis, partim ἡμεροκοίτης, id est, interdiù dormiens, ita ut tam locus littoris, quàm vespertinum tempus huic historiæ optimè congruat. Deinde ejus fel oculorum albuginibus, inprimis salutare. *Balena* verò esse non potest, quia ei branchiæ non sunt, Plinius lib. 9, c. 7, at piscis hic noster, branchiâ est apprehensus, vers. 4. Est deinde ei angustior gula, quàm ut hominem capere possit, uti accuratè scribit Rondeletus. Non etiam *crocodilus* est, quia eodem versu 4 dicitur piscis palpitâsse. At in terrâ non palpitâsset, cùm totos in terrâ dies agere possit, ut ait Plinius, lib. 8, cap. 24, itâ ut ab eo *terrestre animal* vocetur. Dicitur verò *callionymus* etiam Uranoscopus, ut eodem loco ait Plinius, et ab Athenæo, videturque esse idem ille piscis, quem Rasis lib. 9, c. 27, vocat *Saboth*, et Andreas Bellunensis cum Arabico articulo *al sabuth*, quem ait apud Persidem in flumine *Phora* reperiri. An verò, id nominis à Deo *Sabin*, de quo Plinius lib. 12, cap. 14, vel ab Hebræo *Sabath*, id est, quiescere, quòd interdiù quiescat, incertum. Dices : Iste piscis Opiano et Plinio marinus est. — Respondet Vallesius, maris pisces in magnis etiam fluviis inveniri, idque aliquando ex reflexu maris, in stagnantibus maximè fluviis.

(Serarius.)

Nihilò tamen seciùs sententiam suam de lucio adhuc suspendit Bochartus; quin potius est pro siluro, vel acipensere, seu *sturione*, quod piscis genus fluviatilis esse demonstrat, nec deesse in Nilo, Danubio, aliisque Poloniæ, Silesiæ et Pannoniæ fluviis, uti et in Mosellâ. Magnitudine est immani, crescens interdùm ad tres ulnas, pedes octo, imò et sexdecim, ac pondere centum viginti, et centum quinquaginta librarum. Invadit silurus quodlibet belluarum genus, pisces, et cætera omnia, ne hominibus quidem exceptis. In hujus ventriculo membra voratorum hominum inventa sunt. In amne Tigri id genus piscis fuisse, nuspiam legitur; sed eò migrare potuit è mari, vel ex Euphrate, cujus aquis innatare fertur. Fel etiam naturâ suâ creditur curare noxium oculorum ruborem, si cum melle admisceatur; quemadmodùm et virtus eadem inesse creditur felli hyænæ aquaticæ, et glanis qui ambo siluro persimiles sunt. Quin et apud quosdam glanis pellit dæmones, ossium fumo prunis impositorum. Hæc potissima sunt pro siluro argumenta.

Sed huic opinioni adversari gravis momenti difficultatem, non dissimulat Bochartus; silurus enim alis caret et squamis, cibus proinde Judæis vetitus; affirmatque Bellonius, Judæos Constantinopolitanos illo ceu immundo abstinere. Respondet Bochartus, necessitatis causâ absolvi potuisse Tobiam, ut cærimonialem hanc legem negligeret. Sed quæ necessitas illum hâc lege absolvendi? An deerant in Tigri pisces, quos emeret? Quos pater suffecerat commeatus, an primâ ipsâ die itineris omnes absumpserant? Adde, auctores qui silurum describunt, nullas illi branchias tribuere, quibus tamen non caruisse Tobiæ piscem constat. Differenda igitur est de hoc pisce sententia, vel non recedendum à lucio, dùm novæ promantur conjecturæ.

(Calmet.)

Hunc piscem cetum fuisse significat textus, dùm immanem vocat. Omnes enim grandiores aquarum belluæ isto nomine, quod à Cicerone pistrix etiam ex Arato vertitur, ut lib. 2 Animal. c. 13, animadvertit Junius, significantur, prout ex Odyss. 4, Æneidos 5, Plinio lib. 9, patet. Sed à genere ad speciem veniendo, D. Augustinus serm. 4 in sanctorum Petri et Pauli festo Christum Dominum piscem hunc interpretatur. « Est, ait, Christus piscis iste, « qui ad Tobiam ascendit. » Verùm allegoricè loquitur Augustinus. Nam et subjungit : « Hu« jus jecore per passionem assato fugatus est « Diabolus. » Eâdemque allegoriâ utitur S. Prosper, lib. de Promissionibus et Prædictionibus, parte 2, c. 39, cùm etiam litteræ omnes quibus Græcè piscis exprimitur ἰχθὺς acrostichidem egregiam dent, quâ significatur Ἰησοῦς Χριστὸς Θεοῦ Υἱὸς Σωτήρ. *Jesus Christus Dei Filius Salvator*, ubi notat D. Augustinus, lib. 18 Civit. c. 23, et Tertullianus, lib. de Baptismo. Sicuti contra, Beda, per eumdem piscem, intelligit *diabolum*, qui Leviathan videlicet dici-

« Les critiques, dit Voltaire, et les plaisants « ont dit que ce serait une chose fort curieuse « qu'un poisson capable de dévorer un homme, « et qu'on pût cependant prendre par les « ouïes, comme on suspend un lapin par les « oreilles... Les ouïes des poissons, très-im« proprement nommées, sont les poumons. » — Le critique, pour tourner en ridicule l'Ecriture, suppose que l'ange en parlant à Tobie a employé un mot impropre, savoir le

tur. At noster hic piscis, simul ac branchiâ à Tobiâ in terram attractus est, *cœpit ante pedes ejus palpitare,* ut solent qui pedibus destituuntur, et terræ non assueverunt. Itaque cum Francisco Valesio, sac. Philos., cap. 3, puto *callionimum* fuisse, qui ut ipse ex Plinio, Menandro, Anaxippo et aliis probat, et vasto est corpore, et carnivorus, et voracissimus dentibus serratis, oculis in summo vertice (unde et οὐρανοσκοπος, seu *cœlum intuens* vocatur, et teste Aritostele, litteralis est ἠρεμόκοιτος, id est, interdiù dormiens, ita ut tam locus *littoris*, quàm vespertinum tempus, optimè congruat nostræ historiæ. Denique fel habet copiosius quàm alii ejus magnitudinis pisces; et fel ejus naturalem vim habet albugines oculorum detergendi, teste eodem Plinio et Galeno (1).

terme d'*ouïes* quand il s'agit d'un poisson; mais une preuve que Raphael était pour le moins aussi instruit que le prétendu naturaliste *dans la connaissance des animaux aquatiques*, c'est que le terme chaldaïque dont il se servit est rendu dans la Vulgate par *branchia*: Or, *branchia*, selon Budée (*Miscellanea Berolinensia*), est un mot grec qui signifie *le membre par lequel les poissons respirent.* Tobie, en le saisissant par là, tandis qu'il s'élançait sur lui, lui ôta toutes ses forces avec la respiration.

« Un poisson capable de dévorer un homme! » — Ecoutons ce que nous apprend à ce sujet un voyageur aussi exact que curieux (Thévenot, voyage du Levant), qui naviguait près de l'ancienne Ninive, sur ce même fleuve sur les bords duquel se passa l'aventure de Tobie. « Un des hommes de notre helec prit « ce soir sur les huit heures, au clair de la « lune, avec un hameçon, un gros poisson; il « avait plus que cinq pieds de long, et quoi« qu'il fût gros comme un homme, il me dit « que c'était un jeune, et qu'ordinairement « ils sont beaucoup plus grands. Il avait la « tête longue de plus d'un pied, les yeux à « quatre pouces au-dessus de la gueule, ronds « et grands comme un demi-denier; la gueule « ronde, et quand elle était ouverte, elle était « grande comme la bouche d'un canon, ma « tête y aurait bien entré, » etc.

Il est donc dans le Tigre des poissons voraces, capables d'intimider un jeune homme, et qui peuvent être saisis par les ouïes.

(Duclot.)

(1) VERS. 3. — DOMINE, INVADIT ME. Dominus officii causâ dicitur; neque enim angelum esse agnoscit Tobias. Græcus fert tantummodò, angelum prospecto pisce invadente Tobiam, imperâsse adolescenti, ut belluam apprehenderet. In Hebræo Fagii accurrit angelus; sed neuter fert, Tobiam clamâsse ad Raphaelem. Ex iis quæ sequuntur, discimus, Tobiam fuisse intra aquas, neque piscem ab aquis in Tobiam prosiluisse.

VERS. 4. — APPREHENDE BRANCHIAM EJUS. Branchias omittunt reliqui textus, leguntque tantummodò: *Apprehende piscem.* Nihil pariter addunt de palpitatione: *Cœpit palpitare ante pedes ejus.*

VERS. 5. — SUNT ENIM NECESSARIA AD MEDICAMENTA. Desiderantur hæc in Græco et in Hebræo Fagii. (Calmet.)

VERS. 6. — ASSAVIT CARNES EJUS. Variè admodùm carnis nomen sumitur, ideòque et piscium caro dicitur, tam hìc quàm 1 Cor. 15: *Non omnis caro, eadem caro; sed alia hominum, alia pecorum, alia volucrum, alia piscium,* Genes. 7, vers. 21. Et Levit. 11, vers. 11. Plinius de siluro pisce, lib. 9, cap. 15: « In Boristhene, « ait, memoratur præcipua magnitudo nullis « ossibus, spinisve intersitis, carne prædulci.» Imò et arborum caro apud eumdem Plinium legitur lib. 13, c. 4, lib. 15. c. 24, et lib. 16, c. 38.

Quod additur, CÆTERA SALIERUNT, intellige viscera, quæ præter carnem supererant, et carnium fortè partem. Unde sive illa tantùm, sive harum etiam pars salsa fuerit, ad carnes quæ ipsis sufficerent, spectare puto illud, *quousque pervenirent in Rages.*

Quæritur cur piscis carnes, tam assas quàm salsas, secum tulerunt? — Resp.: Priscis illis temporibus non erant, quæ hodiè apud nos, cauponæ, sed ea, in Oriente præsertim, viatorum ratio erat, ut vel humeris vel jumentis sua ipsi secum cibaria deferrent, vel quod panis et obsoniorum vellent, id ab obsopœis ipsimet emerent, tectum verò raro meridie, vesperi cùm liceret, idque vel apud amicos, aut certè bonos et hospitales homines, gratis, vel exiguâ pecuniolâ subirent. Qui ab Abrahamo Sodoma, viatorio schemate, venerant angeli, cùm domum ab hospitalitatis cultore summo Loth invitarentur, Genes. 19: *Minimè,* aiebant, *sed in plateâ manebimus.* Abrahæ servus in Mesopotamiam profecturus, Genes. 23, ex omnibus Domini sui bonis secum accipit, vers. 10. Ea verò non tantùm argentea et aurea vasa, et vestes erant, quas sponsæ, ipsiusque parentibus, fratribus et propinquis donaret, v. 13, sed omnia etiam, quibus in itinere, ipse cum sociis uteretur, ideòque ipse, ad puteum, pastos antea camelos adaquat, et illa hospitium ei benignè, fœnumque quod tam longo itinere quantùm satis esset, ferre non potuerit, offert. Ipse Abraham Ismaelem, ejusque matrem à se aliò ablegaturus. Genes. c. 21: *Tollens panem et utrem aquæ, imposuit scapulæ ejus, tradiditque puerum, et dimisit eam.* Panis nomine, ut supra, cibatus omnis comprehenditur; isque tam copiosus ipsis ab Abrahamo datus, ut plures in dies suffecerit, priùsque ipsos aqua quàm cibus defecerit.

Gabaonitarum legati, Josuæ cap. 9, cùm totum peregrinorum è longinquâ regione advenientium morem et apparatum studiosissimè assimilarent: *Tulerunt,* ait vers. 4, *sibi cibaria saccos veteres asinis imponentes, et utres vinarios scissos atque consutos;* et v. 5: *Panes quoque quos portabant ob viaticum, duri erant, et in frusta comminuti;* et vers. 11: *Tollite in manibus vestris cibaria, ob longissimam viam;* tandemque vers. 12: *En,* aiunt, *panes quando egressi sumus de domibus nostris, ut veniremus ad vos, calidos sumpsimus, nunc sicci facti sunt, et vetustate nimiâ comminuti.* Si cauponarum nostrarum usus tum fuisset, tot panum, vinique sarcinæ cur assumerentur? Cur è publico civitatis

VERS. 8. — CORDIS ejus, adde, vel JECORIS (v. 19) exusti FUMUS EXTRICAT OMNE GENUS DÆMONIORUM (1), non internâ vi propriâ naturali (nam sicut summum potuit removisse occasionem aliquam, quâ inductus esset dæmon, v. g., extinguere vel debilitare pruritum carnis; sicut musica Davidis minuebat melancholiam Saülis) sed neque vi supernaturali (ut vult Valesius), cœlitùs tali cordi vel fumo perpetuò affixa, qualis est in aspersione aquæ benedictæ ad fugandos dæmones, vel in baptismali lotione ad remittenda peccata. Nullo enim ex loco colligi potest, tale instrumentum à Deo in eum finem vim illam specialem accepisse. Sed *extricat* dæmones solâ vi extrinsecâ, nempe angelicâ, ad talis signi positionem producente talem effectum et dæmonem in perpetuum fugante; idque non intuitu fumi, sed obedientiæ Tobiæ in illo fumo, ut jussus erat, excitando, et precum piarum ejusdem, quibus dæmonem fugari à Deo postulabat. Patent hæc c. 7, v. 3, ubi factâ suffumigatione Tobiæ, dicitur *Raphael angelus apprehendisse dæmonium, et religâsse.* Simili ratione Christus luto illuminavit oculos cæci nati. Et magi per herbas et signa malefica dicuntur occidere, cùm tamen ejusmodi signis nulla insit efficacia, nulla vis seu naturalis, seu supernaturalis ad productionem ejusmodi effectuum; sed ut summum *moralis* et extrinseca, ex pacto, seu deputatione liberâ dæmonis, quâ se sagis obstringit, quòd positis illis signis ipse produceret tales effectus. Ità Abulensis, Liranus et quidam alii.

VERS. 9. — ET FEL VALET AD OCULOS AB ALBUGINE SANANDOS (1). Hoc facilè concesserim,

ærario, sua nummis in viaticum marsupia non implebant, et ad caupones, more nostro, non divertebant? Ducerent sibi hodiè dedecori non honestarum modò civitatum legati, sed et paulò copiosiores cives, si panem secum et vinum gestarent, neque in cauponis prandia cœnasque sumerent. Sed veteris hujus, quod prosequor, instituti, perspicuum omninò impressum extat Judicum 19, vers. 19, vestigium. E Bethleem veniebat Levites quidam Ephraimita, et, occaso jam sole, Benjaminiam urbem Gabaam, cum uxore pueroque uno, nocturnum ut diversorium haberet, intravit; sed iis illud præbere cùm vellet nemo, sedebat suis cum sarcinulis in plateâ, quoad senex quidam, illi popularis, et in urbe istâ inquilinus, veniret, cui super omnibus roganti respondit : *Nullus sub tectum suum nos vult recipere habentes paleas et fœnum in asinorum pabulum, et panem ac vinum in meos et ancillæ tuæ usus et pueri, qui mecum est. Nullâ re indigemus, nisi hospitio.* Eccè quomodò iter facerent, quid in hospitiis quærerent, tectum scilicet ad quietem, adversùs aeris injurias, noctis frigora. Quæ ad cibum et potionem opus erant, ea ipsi vel secum afferebant, vel ab istarum rerum venditoribus coemebant. Et ne ex Abrahami Genes. 18, Loth. Genes. 19, et bonorum aliorum, qui hospitaliores erant, dùm viatoribus mensam gratis apposuerunt, liberalitate colligas, acceptos ab iis viatores necessaria hujuscemodi secum non tulisse, lege quid Levitæ huic necessariis omnibus instructo dixerit, feceritque bonus ille senex : *Pax,* ait, *tecum sit. Ego præbebo omnia, quæ necessaria sunt. Tantùm quæso, ne in plateâ maneas. Introduxitque eum in domum suam, et pabulum asinis præbuit; ac postquàm lavârunt pedes suos, recepit eos in convivium.* (Serarius.)

QUOUSQUE PERVENERUNT IN RAGES CIVITATEM MEDORUM. Etiam hìc Græcus habet *Ecbatana*, et ex Græco Hebræus codex. (Grotius.)

(1) Græcè, δαιμόνιόν τι πνεῦμα πονηρόν, *dæmonium quoddam spiritus malus.* Hebræi omnes morbos solent dæmonibus ascribere, quòd dæmones Dei permissu utantur causis naturalibus. (Grotius.)

« On ne connaît point encore de poisson, « dit Voltaire, dont le foie, grillé sur des char- « bons, ait la vertu de chasser les diables. » Nous n'en connaissons point non plus de tels, et nous disons que ce fut *uniquement* par la puissance divine, dont un ange fut le ministre, que le démon fut chassé de la maison de Sara.

« Mais l'ange avait dit que le foie posé sur « des charbons écarte toute sorte d'esprits « malfaisants. » La providence, qui employait le ministère d'un ange en faveur des deux Tobie, voulut que ses opérations fussent cachées sous les apparences d'un événement purement naturel. Dieu attacha à deux signes extérieurs les deux miracles qu'il voulut opérer. Il en fut de même lorsque Jésus-Christ se servit de boue pour rendre la vue à un aveugle. L'erreur où fut pendant quelque temps le jeune Tobie était nécessaire pour l'enchaînement des merveilles que Dieu ne voulut faire éclater d'abord qu'aux yeux de ses deux serviteurs. Ils en furent instruits par l'ange à la fin du voyage ; ils en instruisirent ensuite leurs compatriotes, et cet exemple a appris à tous les siècles qu'il est des voies cachées, mais efficaces, que Dieu emploie quelquefois pour récompenser, dès cette vie, la piété, la justice et la charité, vertus infiniment précieuses aux yeux de l'Etre-Suprême.

L'incrédule, à cette occasion, parle de *magie*, de *théurgie*, et termine ses rapsodies par cette grande observation : « L'ange Raphaël « court après le diable, et va l'enchaîner dans « la Haute-Egypte, où il est encore : Paul Lu- « cas l'a vu, l'a manié ; on peut se rendre à « son témoignage. » Nous nous contenterons de substituer à ce narré le récit littéral et précis du livre de Tobie : *L'ange saisit alors l'esprit malfaisant, et le relégua dans le désert de la Haute-Egypte,* l'éloignant ainsi des lieux qu'habitaient les enfants d'Israël, et le mettant dans l'impuissance d'exercer sa malice sur eux. (Duclot.)

(1) Plinius 32, 4 : « Omnium piscium flu- « viatilium marinorumque adeps liquefactus

naturali vi fieri, secundùm jam dicta v. 2, colliguntur ex c. 11, v. 14, ubi dicitur, *linitis* hoc *felle oculis* Tobiæ, *post dimidiam ferè horam cœpisse albuginem quasi membranam egredi*, quâ *detractâ visum recepit*. Quæ omnia indicant, naturali viâ curationem illam peractam fuisse. Unde etiam patet, stercore hirundinum non fuisse in oculis Tobiæ extinctum humorem crystallinum, aut visivam internam, sed solâ pelliculâ seu membranulâ exteriùs obductos fuisse oculos. Alioqui non potuisset vel illo felle, vel alio medicamento naturali, sed solâ virtute divinâ (ut de fugato dæmone jam dixi), visum recuperare.

Vers. 12. — Tibi debetur Sara uxor, et omnis substantia ejus (1), quia secundùm legem Domini, Numerorum 27 et 36, proximo cognato nubere debebant filiæ, quæ fratribus orbatæ hæredes erant bonorum paternorum (2).

« oleo, admixto melle, oculorum claritati plu-
« rimùm confert. » (Grotius.)

Vers. 11. — Raguel habet filiam nomine Saram...

Vers. 12. — Tibi debetur omnis substantia ejus, et oportet eam te accipere conjugem. Hebræus : *Raguel habet filiam unicam, eleganti formâ, cujus nomen est Sara, et ego loquar cum illo, ut eam tibi tradat in uxorem; tibi enim competit ea, atque tibi est jus propinquitatis.* Gemina fermè sunt in Græco ; et in versiculo sequenti angelus addit ad Tobiam : *Novi Raguel, quia non dabit eam viro alteri, juxta legem Moysi; vel reus erit mortis, quoniam hæreditatem tibi convenit accipere, quàm omnem hominem;* collegitque, futurum ut post reditum è Rages nuptiæ, vel nuptiarum solemnitas celebrarentur. In Hebræo Raguel obstrinxisse se sacramento perhibetur, nemini alieno daturum se filiam suam, sed viro tantùm gentili, et è familiâ, quem rerum suarum omnium hæredem instituere posset. Scitum est, jussisse Moysem puellas, quibus fratre carentibus domûs suæ hæreditas debebatur, nulli, præterquàm, è tribu et familiâ suâ viro, nubere : *Nubant quibus volunt, tantùm ut suæ tribûs hominibus, ne commisceatur possessio filiorum Israel de tribu in tribum.* Legis hujus sanctione Tobiæ ducenda erat Sara, et ineunda Raguelis hæreditas. Pœnam mortis, de quâ hìc Græcus, nullam statuerat lex sive in patrem, qui necessariò maximè propinquo tradere filiam suam uxorem nollet, sive in illum qui nuptias hasce respueret.

Mirum profectò videtur, cur Tobias uxorem duxerit, absentibus, insciis, nec exspectato parentum consensu ; id enim poscere videbantur et pietas et obsequium erga parentes. Tantâ enim in re, si aliàs unquàm, filiorum est exhibere parentibus suis obsequium, suamque erga illos eorumque monita venerationem. Respondeo, juveni Tobiæ inexploratam non fuisse patris hâc in re voluntatem. Religiosus senex profecturum filium primò omnium admonuit, ut uxorem è stirpe suâ duceret; et hìc, v. 18, Raphael illum monet ex Græco, ut revocet in mentem patris sui consilium, ducendi scilicet è gente suâ uxorem. Adde, singularem hanc esse rem, et legis præcepto cogi potuisse uxorem hanc adsciscere. Quare et invitum adigere illum ad connubium potuisset Raguel, sive ut jure hæreditatis decederet. Ductoris sui monitis eò libentiùs obtemperavit adolescens, quò nôrat illum suadere quæ essent æquissima, et ex lege, eodemque assertore didicerat, nihil mali ex eâ re obventurum. (Calmet.)

(1) Oportet eam te accipere conjugem : nam nisi accipias conjugem, etiam hæreditate excides. Huic verò quod est τῶν ἀγχιστέων, *propinquorum,* גאלים, simile est jus יבמים τῶν δαέρων *levirorum.* In Hebræo hìc : לך משפט הגאלה *te jus est eam ducere, ut proximum.* Quod autem in Græco additur, *mortem debere qui non duxerit*, non est ex lege, sed potest intelligi, à Deo sæpè immaturâ morte puniri eos qui pupillas proximas deserunt. (Grotius.)

(2) Vers. 14. — Dæmonium occidit illos. Non addidit quod in Græco est, ὅτι δαιμόνιον φιλεῖ αὐτὴν, *quia dæmonium eam amat*. (Grotius.)

Vers. 15. — Timeo ergo ne forte et mihi hæc eveniant. Græcus : *Timeo ne ingressus moriar, sicut priores, quoniam dæmonium diligit eam, quod non nocet cuiquam, nisi accedentibus ad eam.* Loquitur hìc Tobias pro vulgi opinione censentis, puellæ amore dæmonem intulisse necem accedentibus ad Saram. Scriptura, si tamen Scripturam appellare fas est textum Græcum hujus libri, non uno in loco mendosum, opinionem hanc popularem minimè probat, sed narrat tantummodò. Ita se gerebat dæmon in Saræ maritos, ut procus in procos, æmulos necabat. Saram utique amare non poterat ætatis flore et elegantiâ formæ illectus, minùs etiam virtutis causâ, castitatis, pudicitiæ, quippe qui pater est impuritatis et criminis.

Veterum plures censuerunt, pravos angelos hominum venustate affici potuisse; in quam sententiam exposuerunt verba illa Geneseos 6, 2 : *Videntes filii Dei filias hominum, quòd essent pulchræ, acceperunt sibi uxores ex omnibus quas elegerant.* Hinc dæmones *incubi et succubi*, qui turpi commercio viris atque mulieribus abuti creduntur. Historiolæ hâc de re innumeræ narrantur apud auctores gravissimos et fidei exploratæ.

Sed opinio, quæ corpus angelis et dæmonibus tribuit, penitùs fermè caret assertore, ut qui hodiè illam in Ecclesiâ tueatur, temeritatis notâ inurendus sit. Si quis expendat vulgatas de commercio dæmonum cum viris ac feminis per quietem historias, intelliget, errantis esse potiùs animi deliria, et dæmonum præstigias, quàm verum quid et corporeum a dæmone præstitum. Quare nullâ ratione defendi potest, dæmonem Saræ amore affici potuisse. Nec textus Græcus aliud narrat, quàm eam, quæ insidebat Tobiæ, opinionem ex vulgi præjudicio, nullo suffragio eam opininionem seu probans seu probandam lectoribus commendans.

Vers. 17. — Hi namque qui....... suæ libidini ita vacant, sicut equus et mulus.... habet potestatem dæmonium super eos. In Græco et

VERS. 20. — IN COPULATIONE, pro, in copulationem, etc., q. d.: Orandum tibi secundâ nocte, ut particeps fias meritorum sanctitatis, et privilegii patriarcharum; sicut tertiâ nocte, ut proles ex uxore suscipere possis. Primâ enim orandum tibi ut dæmonium fugetur. Ergo trinocturnâ prece præmissâ, cognosces demùm uxorem tuam.

Hebræo nihil tale hìc legas; fert tantummodò Græcus, ne Tobias sollicitus sit de dæmone, neque ambigat utrùm Saram ducat necne, Saram eâdem illâ nocte illi esse tradendam. *Tantùm possunt dæmones, quantùm secreto Dei arbitrio permittuntur.* Si pro livore suo agere permitteretur, quis resisteret? Sed plerùmque judex supremus infestissimo huic tyranno eos permittit, qui se priùs illi per vitia et licentiam mancipârunt: *Quod enim ipse facere iniquè appetit, hoc Deus fieri nonnisi justè permittit.*

(Calmet.)

SICUT EQUUS ET MULUS. Nempe,

Fortis equus visæ semper adhinnit equæ.

(Grotius.)

Ob quæ peccata dæmoni, contra homines, potestatem concedat Deus? — Concedit ipse quidem interdùm ob aliqua, quæ si humani judicii lance ponderarentur, essent non admodùm gravia, uti apud Cassianum collat. 2, cap. 13, et 7, cap. 17, apud D. Gregorium lib. 1 Dialog. cap. 4, idque fit, ut ab omni delicto sive magno sive parvo fugiendum semper intelligamus. Est tamen ob ista minutiora infrequentior potestatis hujus concessio, vel ut à majoribus gravioribusque saltem valdè abhorreamus, dùm novo exquisitoque supplicio ea persequi Deum videmus. Ea porrò varia sunt: primùm infidelitas, unde et sacro in Baptismo exorcismi; alterum hæresis, uti scribit Eusebius 16 Historiæ, cap. 35; Nicephorus, lib. 6, cap. 3. A dæmone interfectum OEcolampadium scribit ipsemet Lutherus, lib. de Missâ angulari, Carlostadium Basilienses ministri, et ex iis Lutheranus Erasmus Albertus libro contrà illum. Lutherum verò subitaneâ et improvisâ morte sublatum cùm liqueat, alii quidem aliter, sed plurimi suo cacodæmone peremptum existimant, cùm vocati ad eum medici morbum vel ignorare se faterentur, vel apoplexiam fingerent; ipse verò ejus medicus absens, Manlius, prout ipsemet in Locis narrat, fol. 754, cardiacam. Tertium est divinorum *sacramentorum* vel *contemptio*, vel *neglectio*.

Sunt tamen etiam causæ quædam bonæ, cur et bonis nonnunquàm molestum esse dæmonem Deus patiatur, sed aliâ tamen ratione quàm improbis. Dùm sponsos istos ille interimebat, numquid et Saræ et Ragueli ejusque matri luctum non afferebat? Sanè verò ideòque et illum *inimicum* suum vocant infra, cap. 8, v. 18. « *Satanæ,* inquit Cyprianus lib. de « Oratione Dominicâ, *potestas dupliciter adver-* « *sùs nos datur, vel ad pœnam, cùm delinqui-* « *mus, vel ad gloriam, cùm probamur.* » Videatur Sulp. dial. 1, c. 14; Cassianus collatione 2, c. 28, sed quæstionum jam satis.

(Serarius.)

VERS. 18. — PER TRES DIES CONTINENS ESTO. Continentiam tuere per triduum ab initio connubio, iisque tribus noctibus tu et uxor precibus vacate. Primâ nocte prunis impone fel et jecur piscis; tum Saram à dæmone liberam futuram polliceor. Alterâ nocte, quam ages in continentiâ et prece, à Deo impetrabis, ut connubium tuum iisdem ac sanctorum patriarcharum conjugia bonis cumuletur; admitteris in consortium meritorum, felicitatis, bonorumque, quæ Deus illis largitus est; vers 20: *In copulatione sanctorum patriarcharum admitteris.* Tertia nox eâdem ratione ac præcedentes acta, promerebit tibi benedictionem et fœcunditatem, liberorum copiâ et incolumitate concessâ. Constat utique, potissimam connubii benedictionem esse fœcunditatem et felicem liberorum corpore et mente rectè valentium procreationem; vers. 21: *Tertiâ nocte benedictionem consequeris, ut filii ex vobis procreentur incolumes.* His peractis, liber erit vobis connubii usus ex proposito gignendi filios, non libidinis causâ; vers. 22: *Accipies virginem cum timore Domini, amore filiorum magis, quàm libidine ductus.* Monita utique digna sanctitate et puritate angeli adhortantis. Nihil aptius obsequium et admirationem erga Tobiam et Saram inspirat, quàm integrum et accuratum puræ adeò et sublimis philosophiæ exercitium.

Christiana Religio suasit quidem, nunquàm præcepit hanc nonnullorum post connubium dierum continentiam. Capitularia regum Francorum hortantur, ut biduum vel triduum in continentiâ et precibus exigatur. Idem suadent Capitula Erardi archiepiscopi Turonensis, et plures rituales libri, sanè non vetustissimi.

(Calmet.)

VERS. 19. — INCENSO JECORE PISCIS. Non addidit quod in Græco est, λήψη τέφραν θυμιαμάτων, *sumes cinerem suffitorum.* Neque enim mos videtur fuisse extra templum Deo suffitum facere, non magis quàm sacrificium. (Grotius.)

CAPUT VII.

1. Ingressi sunt autem ad Raguelem, et suscepit eos Raguel cum gaudio.

2. Intuensque Tobiam Raguel, dixit Annæ uxori suæ: Quàm similis est juvenis iste consobrino meo!

3. Et cùm hæc dixisset, ait: Unde estis, juvenes fratres nostri? At illi dixerunt: Ex tribu Nephthali sumus, ex captivitate Ninive.

CHAPITRE VII.

1. Or ils entrèrent chez Raguel, qui les reçut avec joie.

2. Et lorsque Raguel eut envisagé Tobie, il dit à Anne sa femme: Que ce jeune homme ressemble à mon cousin!

3. Et après ces paroles il dit: D'où êtes-vous, nos jeunes frères? Ils lui répondirent: Nous sommes de la tribu de Nephthali, de la captivité de Ninive.

4. Dixitque illis Raguel : Nôstis Tobiam fratrem meum? Qui dixerunt : Novimus.

5. Cùmque multa bona loqueretur de eo, dixit angelus ad Raguelem : Tobias de quo interrogas, pater istius est.

6. Et misit se Raguel, et cum lacrymis osculatus est eum : et plorans supra collum ejus

7. Dixit : Benedictio sit tibi, fili mi, quia boni et optimi viri filius es.

8. Et Anna uxor ejus, et Sara ipsorum filia, lacrymatæ sunt.

9. Postquàm autem locuti sunt, præcepit Raguel occidi arietem, et parari convivium. Cùmque hortaretur eos discumbere ad prandium,

10. Tobias dixit : Hìc ego hodiè non manducabo, neque bibam, nisi priùs petitionem meam confirmes, et promittas mihi dare Saram filiam tuam.

11. Quo audito verbo, Raguel expavit, sciens quid evenerit illis septem viris qui ingressi sunt ad eam : et timere cœpit ne fortè et huic similiter contingeret : et cùm nutaret, et non daret petenti ullum responsum,

12. Dixit ei angelus : Noli timere dare eam isti, quoniam huic timenti Deum debetur conjux filia tua : propterea alius non potuit habere illam.

13. Tunc dixit Raguel : Non dubito quòd Deus preces et lacrymas meas in conspectu suo admiserit,

14. Et credo quoniam ideò fecit vos venire ad me, ut ista conjungeretur cognationi suæ secundùm legem Moysi ; et nunc noli dubium gerere quòd tibi eam tradam.

15. Et apprehendens dexteram filiæ suæ, dextræ Tobiæ tradidit, dicens : Deus Abraham, et Deus Isaac, et Deus Jacob vobiscum sit, et ipse conjungat vos, impleatque benedictionem suam in vobis.

16. Et acceptâ chartâ, fecerunt conscriptionem conjugii.

17. Et post hæc epulati sunt, benedicentes Deum.

18. Vocavitque Raguel ad se Annam uxorem suam, et præcepit ei ut præpararet alterum cubiculum.

4. Raguel leur dit : Connaissez-vous mon frère Tobie ? Ils lui répondirent : Nous le connaissons.

5. Et comme Raguel disait beaucoup de bien de Tobie, l'ange lui dit : Tobie dont vous nous demandez des nouvelles, est le père de celui-ci.

6. Raguel se précipita vers lui et le baisa avec larmes ; et pleurant sur son cou,

7. Il dit : Mon fils, que Dieu vous bénisse, car vous êtes fils d'un homme de bien, d'un homme très-vertueux.

8. Alors Anne sa femme et Sara leur fille commencèrent aussi de pleurer.

9. Après ces entretiens, Raguel commanda qu'on tuât un mouton, et qu'on préparât le festin. Et comme il les priait de se mettre à table,

10. Tobie lui dit : Je ne mangerai ni ne boirai point ici d'aujourd'hui, que vous ne m'ayez accordé ma demande, et que vous ne me promettiez de me donner Sara votre fille.

11. Raguel, à ces paroles, fut saisi de frayeur, sachant ce qui était arrivé à ces sept maris qui étaient entrés chez elle ; et il commença d'appréhender que la même chose n'arrivât à celui-ci. Et comme il hésitait, ne répondant rien à la demande qu'on lui faisait,

12. L'ange lui dit : Ne craignez point de donner votre fille à ce jeune homme, parce qu'il craint Dieu, et que votre fille lui est due pour épouse ; et c'est pour cela que nul autre n'a pu la posséder.

13. Alors Raguel dit : Je ne doute point que Dieu n'ait admis en sa présence mes prières et mes larmes.

14. Et je crois qu'il a permis que vous soyez venus vers moi, afin que cette fille épousât une personne de sa parenté, selon la loi de Moïse ; ainsi ne doutez point que je ne vous donne ma fille.

15. Et prenant la main droite de sa fille, il la mit dans la main droite de Tobie, et dit : Que le Dieu d'Abraham, le Dieu d'Isaac, et le Dieu de Jacob soit avec vous ; que lui-même vous unisse, et qu'il accomplisse sa bénédiction en vous.

16. Et ayant pris une feuille, ils dressèrent le contrat de mariage.

17. Après cela, ils firent le festin, en bénissant Dieu.

18. Raguel appela Anne sa femme, et lui ordonna de préparer une autre chambre.

19. Et introduxit illùc Saram filiam suam, et lacrymata est.

20. Dixitque ei : Forti animo esto, filia mea : Dominus cœli det tibi gaudium pro tædio quod perpessa es.

19. Elle y mena Sara sa fille qui pleura.

20. Et elle lui dit : Ma fille, ayez bon courage. Que le Seigneur du ciel vous comble de joie, au lieu du chagrin que vous avez éprouvé.

TRANSLATIO EX GRÆCO.

1. Et advenit in domum Raguel. Et Sarra verò occurrit ei, et salutavit eum, et ipse eos. Et introduxit eos in domum. — 2. Et dixit Raguel Ednæ uxori suæ : Quàm similis adolescens Tobit consobrino meo? — 3. Et interrogavit eos Raguel : Unde estis fratres? Et dixerunt ei : De filiis Nephthali captivorum in Nineve. — 4. Et dixit eis : Noscitis Tobit fratrem nostrum? At illi dixerunt : Noscimus. — Et dixit eis : Valet? — 5. At illi dixerunt : Et vivit, et valet. Et dixit Tobias : Pater meus est. — 6. Et prosiliit Raguel : et deosculatus est eum et ploravit. — 7. Et benedixit eum, et dixit ei : Honesti et boni hominis filius. — Et audiens quia Tobit amisit oculos suos; tristatus est, et ploravit. — 8. Et Edna uxor ejus, et Sarra filia ejus ploraverunt. — Et susceperunt eos promptè : et immolaverunt arietem ovium et apposuerunt obsonia plura. — Dixit autem Tobias ad Raguel : Azarias frater loquere, de quibus dicebas in itinere, et perficiatur negotium. — 9. Et communicavit verbum ipsi Raguel. Et dixit Raguel ad Tobiam : Comede, et bibe, et jucunde esto. — 10. Tibi enim filiolam convenit accipere meam : verumtamen indicabo tibi veritatem. — 11. Dedi filiolam meam septem viris; et simul atque ingrediebantur ad eam; moriebantur sub noctem. Sed in præsentiâ jucunde esto. Et dixit Tobias : Non gustabo quidquam hìc : quoadusque stetis, et statuatis ante me. — 12. Et dixit Raguel : Duc illam ex nunc juxta judicium : tu verò frater es illius, et ipsa tuî est. Misericors autem Deus prosperabit vobis optima. — 13. Et vocavit Sarram, filiam suam, et sumens manum ejus tradidit eam Tobiæ uxorem; et dixit : Ecce juxta legem Moysi duc eam, et adduc ad patrem tuum. Et benedixit eos. — 14. Et vocavit Ednam uxorem suam; et sumens librum, scripsit syngrapham et obsignavit. — 15. Et cœperunt comedere. — 16. Et vocavit Raguel Ednam uxorem suam, et dixit ei : Soror, para alterum thalamum. — Et introduc eam. — 17. Et fecit, sicut dixit. — Et introduxit eam illùc et ploravit : et suscepit lacrymas filiæ suæ, — et dixit ei. — 18. Confide, filia : Dominus cœli et terræ, det tibi gratiam pro tristitiâ hâc. Confide, filia.

COMMENTARIUM.

Vers. (1) 2. — Annæ. In Græco et Hebræo est *Edna*. *Consobrinum* hìc vocat Raguel patruelem suum *Tobiam* seniorem, quem, v. 4, *fratrem* suum nominat, more Hebræorum, qui *cognatos* omnes *fratres* appellant.

Vers. 3. — Ex tribu Nephtali sumus. Hoc Tobias respondit, non angelus. Quanquàm etiam hìc, ut personam gerebat Azariæ, potuisset idem cum veritate respondere, ut supra dixi c. 5, v. 17, vel de solo Tobiâ in plurali numero loqui (2).

Vers. 6. — Et misit se Raguel. Supple *in collum Tobiæ*, Græcè *exiliit Raguel*. Eamdem phrasin habes c. 9, vers. 8. Porrò (3).

Vers. 11.—Septem isti viri ingressi dicuntur ad Saram, scilicet in thalamum nuptialem,

(1) Vers. 1. — Et suscepit eos Raguel cum gaudio. In Græco additur : *Sara autem eis occurrit et eos salutavit*, id est, dixit illis : Χαῖρε, *ave*. Vox est rara inventu. (Grotius.)

(2) Vers. 5. — Cumque multa bona loqueretur de eo, dixit angelus ad Raguelem, etc., cùm loqueretur, scilicet de Tobiâ, adolescentis genitore. Græcus : *Dixit eis : Valet? At illi dixerunt : Et vivit, et valet. Et dixit Tobias : Pater meus est*. In veteri Latinâ versione Anna uxor Raguelis interrogat respondetque. (Calmet.)

(3) Vers. 7. — Optimi viri filius es. Græcus : *Honesti et boni hominis filius; et audiens quia Tobias amisit oculos suos, tristatus est et ploravit*. Vers. 8 : *Et Edna uxor ejus, et Sara filia ejus ploraverunt*. In antiquâ versione Raguel invadens collum juvenis, amplectitur plorans, ac benedictionem illi imprecatur, utpote filio viri optimi et probi; lugetque grave hoc infortunium, ut justus adeò et munificus homo lucis usuram amiserit. (Calmet.)

Et dixit : Benedictio sit tibi, fili mi. In Græco : Καὶ εὐλόγησεν αὐτὸν, *et benedixit ei*, nempe ut majores natu minoribus facere solebant, Marci 10, 10.

Boni et optimi viri filius es. Sic Philoctetes ad Neoptolemum apud Sophoclem :

Ὦ φιλτάτου παῖ πατρός.
O nate amici patris.

et alius :

Ἀρίστου πατρός Ἑλλήνων γεγώς.
Natus patre Grajugenûm optimo.

Tales blandæ compellationes simul incitamentum sunt juvenibus ad virtutem. (Grotius.)

Lacrymatæ sunt, addunt Græca, id fecisse postquàm audierunt Tobiam amisisse visum oculorum. (Corn. à Lap.)

Vers. 9. — Præcepit occidi arietem. Græcus : *Mactavit de grege arietem, et apposuit ci-*

sed non in complexum conjugalem (1). Nam c. 3, v. 8, in Hebræo et Græco expressè dicitur, *dæmonium illos* septem *occidisse, priusquàm cum eâ ipsi fuissent, ut in mulieribus*, id est, priusquàm uxoriam cum eâ consuetudinem habuissent.

Petes : Quid vult quod cap. 6, v. 14, dixit Tobias, *dæmonium illos occidisse, quòd ada-*

baria multa, vel ingentes epulas. Quanti hospites faceret significaturus Raguel, lauto convivio ac dapibus copiosis illos excepit.

Ab hoc versiculo usque ad 18, Græcus longè discrepat à Vulgatâ : *Dixit Tobias ad Raphael: Azaria frater, loquere de quibus dicebas in itinere, et perficiatur negotium. Et communicavit verbum ipsi Raguel, et dixit Raguel ad Tobiam : Comede, et bibe, jucundè esto; tibi enim convenit filiolam meam accipere; verumtamen indicabo tibi veritatem. Dedi filiolam meam septem viris, et simul atque ingrediebantur ad eam, moriebantur sub noctem. Sed in præsentiâ jucundè esto. Et dixit Tobias. Non gustabo quidquam hìc, quoad usque stetis, et statuatis ante me. Et dixit Raguel : Duc illam ex nunc juxta legem. Tu verò frater es illius, et ipsa tuî est. Misericors autem Deus prosperabit vobis optima. Et vocavit Saram filiam suam, et sumens manum ejus dexteram, tradidit eam Tobiæ uxorem.* Si hic locus cum Vulgatâ conferatur, discrimen utriusque statim sentitur, S. Ambrosius in suis codicibus eadem ac in Græco legebat, scribens : « Raguel præcipuè « formam honestatis expressit, qui contem« platione honestatis, cùm rogaretur ut conju« gium daret, vitia quoque filiæ non tacebat, « ne circumvenire petitorem tacendo videre« tur. » Sanctus doctor nonnisi sex viros Saræ à dæmone interfectos exhibet; sed memoriâ facilè lapsus est; numerus enim septem virorum non semel in hoc libro repetitur.

Præcepit Raguel occidi arietem. In Græco, καὶ ἔθυσαν κριὸν προβάτων· ubi ἔθυσαν non est *sacrificârunt* (quod plerùmque et ex origine significat, ab altero significatu antiquiore, quo θύειν est θυμιᾷν, *suffire*, unde θυῶδες, *odorum*, et *thus*), sed quovis modo *occiderunt*, quomodò et Galli à Græcis Massiliensibus vocem acceptam usurpant. Sic idem verbum sumitur Matth. 22, 4, Luc. 15, 23, 27, Joan. 10, Act, 10. 13, Sequitur in Græco ἡδέως γενοῦ, et rursùs ἡδέως γίνου, *esto hilaris;* verba sunt Raguelis Tobiam invitantis. Idem loquendi genus in Græco Esth. 1, 11 : ἡδέως γενόμενος ὁ βασιλεὺς, *'hilaris factus rex,* ubi in Hebræo טוב לב ביין.

(Grotius.)

(1) Disce hìc quàm omnis voluptas etiam conjugii sit anceps et instabilis. En tibi hi sponsi in ipsis sponsæ nuptiis occiduntur, uti pluribus similibus contigit et sæpè contingit; unde proverbium est Ben-Sira : *Sponsa ascendit in thalamum, neque quid sibi eventurum sit, novit.* Nam, ut ait Seneca Epist. 26. « Incer« tum est, quo loco te mors exspectet. Itaque « tu illam omni loco expecta. »

Rursùm discant hìc conjuges castè uti conjugio, cæterique castè vivere, ne ab Asmodæo, æquè ac impudici hi sponsi occidantur. Ante paucos annos in Belgio existenti mihi narravit sacerdos gravis è Societate nostrâ, et missione castrensi, se militem quemdam ob concubinatum infamem sæpiùs monuisse ut vitam corrigeret, sed frustra; quare tandem zelo et enthusiasmo actum minatum ei fuisse, edixisseque nisi citò sese emendaret, experturum acrem Dei vindictam. Ità factum, nam paulò post, Deus tempestatem, tonitrua ac fulmina cum horrendo fragore, omniumque terrore emisit, ac unicum illum in turpi concubinæ complexu unà cum illâ, fulgure afflavit et sideravit, itaque in flagranti delicto corpus fulguri, animam gehennæ tradidit, omnibus succlamantibus : *Justus es, Domine, et rectum judicium tuum!*

Timere cœpit ne et huic forte similiter contingeret. Laudat Raguelem S. Ambros. l. 3 Offic. c. 14. « Raguel, inquit, præcipuè for« mam honestatis expressit, qui contempla« tione honestatis, cùm rogaretur ut filiam « suam in conjugium daret, vitia quoque filiæ « non tacebat, ne circumvenire petitorem ta« cendo videretur. » Et paulò post : « Justus « vir, plus alienis timebat, et malebat sibi in« nuptam manere filiam, quàm propter nuptias « ejus, extraneos periclitari. (Corn. à Lap.)

Quot viri Saræ mortui, et quales? Ambrosius loco citato numerat tantùm sex. At isto libro, c. 6, v. 14, et infra, c. 8, v. 12, et hoc etiam c. 7, in Hebræo numerantur septem. Quales verò moribus fuerint, superiùs dictum; quales sanguine, dicendum. Opinor istos vel septem fratres illos fuisse, de quibus Matthæi 22, vel certè alios propinquos, quibus, ut in Ruth expositum est, nuptiæ istæ debebantur. Nam primò Sadducæi quasi de notâ historiâ, probatâ et sæpè inter Judæos disputatâ, loquuntur. Secundò, ibidem significantur omnes statim post nuptias mortui. Nam de primo dicitur γαμήσας ἐτελεύτησε, quasi diceret *statim*, idemque de reliquis subditur. Tertiò, superiùs, c. 6, versu 12, et hoc cap. 7, v. 14, dicitur, deberi Saram Tobiæ, ejusque hæreditatem secundùm legem Moysi, quasi videlicet cæteri propinquitatis gradus adhibiti jam essent, ad Tobiam res, jam rediisset. Quartò, quia causa alia non affertur, cur septem istis Sara uxor esse non debuerit, quàm quòd Deum non timuerint, versu 12. In hâc enim eæ continentur causæ, de quibus disputatum supra, cap. 6. Non fit verò apud S. Matthæum octavi hujus mariti, Tobiæ scilicet, mentio, quia ad quæstionem ibi propositam, ejusque intricatam difficultatem satis erant septem illi. (Serarius.)

Vers. 15. — Apprehendens dexteram filiæ suæ, dextræ Tobiæ tradidit. Vides hìc veterem morem jungendi connubia. Pater, totius rei princeps, dexteras utriusque sponsi jungit, pro more Medorum, inter quos versabantur, familiari in fœderibus, pactis, connubiis. Id non semel apud Scripturam et profanos recurrit; id pariter in ritu connubiorum apud Christianos servatur. In Græco legitur : *Sumens manum ejus, tradidit eam Tobiæ uxorem, et dixit : Ecce juxta legem Moysi, duc eam, et adduc ad patrem tuum; et benedixit eos.* In Hebræo, filiæ suæ manum tenens, dicit Tobiæ : *Ecce, mi fili, hæc tibi desponsata esto, ut mos est in Judâ et in Israel; quâ acceptâ, perge ad patrem tuum.* (Calmet.)

maret Saram. — Respondeo : Tobias ibi narrat quod ex vulgi fabulis hauserat. Unde verum est, Tobiam ita audivisse narrari ; sed non est verum ita rem habuisse. Falsissimum enim est, dæmonem humani generis capitalem hostem adamâsse Saram, cùm neque animo tam casto delectaretur, neque sancta ipsius opera, verba, cogitata ei placerent, neque ex corpore illius quidquam ipse voluptatis haurire posset. Nam etsi negare nolim, dæmones cum aliquibus feminis incubi vice nonnunquàm fungi, nunquàm tamen concesserim, verum istìc amorem intercedere, aut dæmoni voluptatem afferre ; quin potiùs odii lethiferi et tormenti genus id esse crediderim. Erga Saram verò tam castam, tam piam, nihil etiam ejusmodi licuit dæmoni, qui pudicitiæ per seipsum tali modo vim afferre, aut corpus alicujus subagitare nunquàm potest, cujus non priùs animam obscœnâ libidine contaminârit, ex eoque vel tunc, vel ante, flagitiosi operis consensum non impetrârit. Sic enim exigit ratio divinæ bonitatis et providentiæ, ut docent Cæsarius, Thomas de Cantiprato, et Martinus Delrio.

Petes secundò : Quid pellexit tam multos procos ad expetendas nuptias Saræ, quas nôrant prioribus illis tam infelices accidisse? — Respondeo primò : Eximia virginis forma ; secundò, hæreditatis, quæ illi utpote unigenitæ, tota debebatur, aviditas ; tertiò, jus propinquitatis : neque enim verisimile est parentes voluisse eam alteri quàm propinquiori tradere. Quartò, ardentissimus erga illam amor de quo Ovidius lib. 9, Metamorph. :

Inanes fateamur amores.

Vers. 16. — Fecerunt conscriptionem conjugii (1), tabulis de more expeditis, quibus pacta conventa continebantur.

Petes : Quo modo tam citò persuasum parentibus, ut primâ adventûs Tobiæ horâ nuptias Saræ addicerent? —Respondeo, primò, ob ingens nuptiarum filiæ desiderium, ac sobolis ex eâ procreandæ, et sic familiæ suæ conservandæ ac propagandæ affectum ; secundò, ob conditiones sponsi, quo meliorem nec sperare poterant, nec optare ; tertiò, quia ex lege debebatur illi, ut dixi c. 6, v. 12 ; quartò, ob Raphaelis qui paranymphum agebat, insignem suadelam, sermonis gravitatem, personæ majestatem ; quintò et maximè, ob vim internam quâ Deus mentes parentum ad eas nuptias probandas impellebat. Ita Dionysius Carthusianus (1).

(1) Græcus : *Vocavit Raguel Ednam uxorem suam, et sumens librum, scripsit syngrapham, et signavit;* seu potiùs, obsignavit sigillo. Mos connubialium tabularum vetustissimus est, et ferè communis, præsertim verò apud eos qui cùm polygamiâ uterentur, præter primi ordinis uxores, quas solemni pompâ et scriptis tabulis ducebant, alias addebant inferiores absque pompâ, quarum liberi ab hæreditate excludebantur. Hebræus : *Mox, advocatis testibus, desponsavit eam in conspectu eorum, qui et scripserunt ac sigillârunt instrumentum, quod summam dotis illi dandæ continebat.* (Calmet.)

Fecerunt instrumentum authenticum, in quo conscripserunt conditiones et pacta conjugii, scilicet, promissa tam sponsi quàm sponsæ, ejusque parentum. Non dubitârunt parentes, licet territi nece septem sponsorum, dare Saram filiam Tobiæ ; tum quia Raphael vultûs verborumque gravitate, imò majestate id suadebat, et securitatem spondebat ; tum quia Deus eos interiùs ad connubium hoc peragendum incitabat ; ita Dionys., Serar., et alii. (Corn. à Lap.)

(1) Vers. 18. — Ut præpararet alterum cubiculum, nempe ne funesti loci conspectus Saram angeret. (Grotius.)

Vers. 19. — Et introduxit illuc Saram filiam suam. Nam novæ nuptæ apud Hebræos priores cubitum ducebantur, Geneseos 29, 23. Idem mos Romanis. Catullus in Epithalamio,

Jam licet venias, marite :
Uxor in thalamo tibi est.

(Grotius.)

CAPUT VIII.

1. Postquàm verò cœnaverunt, introduxerunt juvenem ad eam.

2. Recordatus itaque Tobias sermonum angeli, protulit de cassidili suo partem jecoris, posuitque eam super carbones vivos.

3. Tunc Raphael angelus apprehendit dæmonium, et religavit illud in deserto superioris Ægypti.

4. Tunc hortatus est virginem Tobias, dixitque ei : Sara, exsurge, et deprece-

CHAPITRE VIII.

1. Après qu'ils eurent soupé, ils introduisirent le jeune homme auprès d'elle ;

2. Et Tobie se souvenant des paroles de l'ange, tira de son sac une partie du foie, et la mit sur des charbons ardents.

3. Alors l'ange Raphaël prit le démon, et l'enchaîna dans le désert de la Haute-Egypte.

4. Alors Tobie exhorta la vierge, et lui dit : Sara, levez-vous ; et prions Dieu aujourd'hui,

mur Deum hodie, et cras, et secundum cras, quia his tribus noctibus Deo jungimur; tertiâ autem transactâ nocte, in nostro erimus conjugio;

5. Filii quippe sanctorum sumus, et non possumus ita conjungi, sicut gentes quæ ignorant Deum.

6. Surgentes autem pariter, instanter orabant ambo simul, ut sanitas daretur eis.

7. Dixitque Tobias : Domine Deus patrum nostrorum, benedicant te cœli et terra, mareque, et fontes, et flumina, et omnes creaturæ tuæ, quæ in eis sunt.

8. Tu fecisti Adam de limo terræ, dedistique ei adjutorium Evam.

9. Et nunc, Domine, tu scis quia non luxuriæ causâ accipio sororem meam conjugem, sed solâ posteritatis dilectione, in quâ benedicatur nomen tuum in secula seculorum.

10. Dixit quoque Sara : Miserere nobis, Domine, miserere nobis : et consenescamus ambo pariter sani.

11. Et factum est circa pullorum cantum, accersiri jussit Raguel servos suos, et abierunt cum eo pariter ut foderent sepulcrum.

12. Dicebat enim : Ne fortè simili modo evenerit ei, quo et cæteris illis septem viris qui sunt ingressi ad eam.

13. Cùmque parâssent fossam, reversus Raguel ad uxorem suam, dixit ei :

14. Mitte unam ex ancillis tuis, et videat si mortuus est, ut sepeliam eum antequàm illucescat dies.

15. At illa misit unam ex ancillis suis. Quæ ingressa cubiculum, reperit eos salvos et incolumes, secum pariter dormientes.

16. Et reversa nuntiavit bonum nuntium : et benedixerunt Dominum, Raguel videlicet, et Anna uxor ejus,

17. Et dixerunt : Benedicimus te, Domine Deus Israel, quia non contigit quemadmodùm putabamus.

18. Fecisti enim nobiscum misericordiam tuam, et exclusisti à nobis inimicum persequentem nos.

et demain et après-demain, parce que durant ces trois nuits nous sommes unis à Dieu *par la prière;* et après la troisième nuit, nous vivrons dans notre mariage :

5. Car nous sommes enfants des saints; et nous ne devons pas nous marier comme les païens qui ne connaissent point Dieu.

6. S'étant donc levés tous deux, ils priaient Dieu avec ferveur afin qu'il lui plût de les conserver en santé.

7. Et Tobie dit : Seigneur, Dieu de nos pères, que le ciel et la terre, la mer, les fontaines et les fleuves, avec toutes vos créatures qu'ils renferment, vous bénissent.

8. Vous avez formé Adam du limon de la terre, et vous lui avez donné Eve pour être son aide.

9. Et maintenant, Seigneur, vous savez que ce n'est point pour satisfaire ma passion, que je prends ma sœur pour être ma femme, mais dans le seul désir de laisser des enfants, par lesquels votre nom soit béni dans tous les siècles.

10. Sara dit aussi : Faites-nous miséricorde, Seigneur, faites-nous miséricorde; et que nous vieillissions ensemble dans une parfaite santé.

11. Et il arriva, vers le chant du coq, que Raguel commanda qu'on fît venir ses serviteurs; et ils s'en allèrent avec lui, pour faire une fosse ;

12. Car il disait : il sera peut-être arrivé à celui-ci la même chose qu'à ces sept hommes qui sont entrés chez elle.

13. Et après qu'ils eurent préparé la fosse, Raguel étant retourné vers sa femme, lui dit :

14. Envoyez une de vos servantes pour voir s'il est mort, afin que je l'ensevelisse avant qu'il fasse jour.

15. Sa femme envoya donc une de ses servantes qui, étant entrée dans la chambre, les trouva tous deux dans une parfaite santé, qui dormaient dans le même lit.

16. Et étant retournée, elle annonça cette bonne nouvelle. Alors Raguel et Anne sa femme bénirent le Seigneur,

17. Et dirent : Nous vous bénissons, Seigneur, Dieu d'Israël, parce que ce que nous avions pensé n'est point arrivé ;

18. Car vous nous avez fait miséricorde; vous avez repoussé de nous l'ennemi qui nous persécutait;

19. Misertus es autem duobus unicis. Fac eos, Domine, pleniùs benedicere te; et sacrificium tibi laudis tuæ et suæ sanitatis offerre, ut cognoscat universitas gentium, quia tu es Deus solus in universâ terrâ.

20. Statimque præcepit servis suis Raguel, ut replerent fossam, quam fecerant, priusquàm elucesceret.

21. Uxori autem suæ dixit ut instrueret convivium, et præpararet omnia quæ in cibos erant iter agentibus necessaria.

22. Duas quoque pingues vaccas, et quatuor arietes occidi fecit, et parari epulas omnibus vicinis suis, cunctisque amicis.

23. Et adjuravit Raguel Tobiam, ut duas hebdomadas moraretur apud se.

24. De omnibus autem quæ possidebat Raguel, dimidiam partem dedit Tobiæ; et fecit scripturam, ut pars dimidia, quæ supererat post obitum eorum, Tobiæ dominio deveniret.

19. Et vous avez eu pitié de deux enfants uniques. Faites, Seigneur, qu'ils vous bénissent de plus en plus, et qu'ils vous offrent le sacrifice de la louange qu'ils vous doivent pour la santé qu'ils ont reçue de vous, afin que toutes les nations connaissent que, dans toute la terre, il n'y a point d'autre Dieu que vous.

20. Raguel aussitôt commanda à ses serviteurs de remplir avant le jour la fosse qu'ils avaient faite.

21. Il ordonna aussi à sa femme de préparer un festin et tous les vivres nécessaires à ceux qui doivent faire un voyage.

22. Il fit aussi tuer deux vaches grasses et quatre moutons, et préparer un festin pour tous ses voisins et tous ses amis.

23. Raguel conjura ensuite Tobie de demeurer avec lui pendant deux semaines.

24. Il lui donna la moitié de tout ce qu'il possédait; et déclara, par un écrit, que l'autre moitié qui restait reviendrait à Tobie après sa mort et celle de sa femme.

TRANSLATIO EX GRÆCO.

1. Postquàm verò consummaverunt cœnantes, introduxerunt Tobiam ad eam. — 2. Ille autem vadens recordatus est verborum Raphael, et sumpsit cinerem thymiamatum, et superposuit cor piscis, et jecur, et fecit fumigare. — 3. Quando autem olfecit dæmonium odorem; fugit in superiora Ægypti : et ligavit ipsum angelus. — 4. Ut autem clausi sunt utrique, surrexit Tobias de lecto, et dixit : Surge, soror, et deprecemur, ut misereatur nostrî Dominus. — 5. Et cœpit Tobias dicere : Benedictus es, Deus patrum nostrorum, et benedictum nomen tuum sanctum, et honoratum in secula. Benedicant te cœli, et omnes creaturæ ejus. — 6. Tu fecisti Adam, et dedisti ei adjutricem Evam firmamentum uxorem ejus. Ex his natum est hominum semen. Tu dixisti non bonum esse hominem solum, faciamus ei adjutricem similem eî. — 7. Et nunc, Domine, non propter fornicationem ego accipio sororem meam hanc, sed super veritatem. — Præcipe misereri meî, et ei consenescere. — 8. Et dixit secum : Amen. — 9. Et dormierunt utrique nocte. — Et surgens Raguel ivit, et effodit sepulcrum, — 10. Dicens : Nonne et hic morietur? — 11. Et venit Raguel in domum suam. — 12. Et dixit Ednæ uxori suæ : — Mitte unam ancillarum, et videant, si vivit; si autem non, et sepeliamus eum, et nemo sciat. — 13. Et intravit ancilla aperiens januam, et invenit ambos dormientes. — 14. Et egressa annuntiavit eis, quia vivit. — 15. Et benedixit Raguel Deum, dicens : Benedictus es tu, Deus, in omni benedictione mundâ, et sanctâ; et benedicant te sancti tui, et omnes creaturæ tuæ, et omnes angeli tui, et electi tui; benedicant te in secula. — 16. Benedictus es, quoniam lætificâsti me, et non factum est mihi, sicut suspicabar, sed secundùm multam misericordiam tuam fecisti nobiscum. — 17. Benedictus es, quoniam misertus es duorum unigenitorum : fac eis, Domine, misericordiam, consumma vitam eorum in sanitate cum lætitiâ et misericordiâ. — 18. Jussit autem famulos exaggerare sepulcrum. — 19. Et fecit eis nuptias diebus quatuordecim. — 20. Et dixit ei Raguel, antequàm consummarentur dies nuptiarum, cum juramento non exire eum, nisi impleti fuerint quatuordecim dies nuptiarum. — 21. Et tunc accipientem dimidium substantiæ ipsius ire cum sanitate ad patrem; et eliqua, cùm mortuus fuero, et uxor mea.

COMMENTARIUM.

Vers. (1) 2. — Cassidile, teste Budæo, Lirano et Carthusiano, vocatur pera in modum retis facta. Estque diminutivum à *casse* seu reti. Talibus reticulatis sacculis sæpè utuntur venatores, piscatores et obsonatores.

Partem jecoris (2). Adde et *cordis*, uti hìc additur in Græco et Hebræo, et supra c. 6, v. 8, de *corde* expressè præceperat angelus. Porrò quâ vi jecur illud dæmonem fugârit, dixi c. 6, vers. 8. Ex Græco hìc videtur Tobias primò *thymiama* seu suaves aliquos odores adolevisse Deo; deinde *cor et jecur* piscis imposuisse prunis. Quæ ut odoratus est Asmodæus, dicitur fugisse in Ægypti fines et loca editissima. In Hebræo additur, egrediente Asmodæo, thalami ostium patuisse. Fortè certam egressionis suæ notam edere jussus erat dæmon. In Latino clariùs dicitur, corde seu *jecore prunis imposito*.

Vers. 3. — Raphael angelus apprehendit dæmonium (1), non manibus visibiliter, sed

(1) Introduxerunt juvenem ad eam, pro regionis more, quo sponsus sponsam suam in thalamum adibat. (Calmet.)

(2) Partem jecoris, posuitque eam super carbones vivos, id est ardentes et flammantes; ignis enim per flammam sese agitans et quasi respirans videtur vivere. Græca uberiùs sic habent : Tobias *accepit cinerem, sive prunam thymiamatum, et imposuit cor piscis, et hepar, fumumque fecit, et quando odoratus est dæmon odores, fugit ad Ægypti suprema.* Hebr. autem : *Percepit Asmodæus odorem, et fugit.* Ergo fumus hic jecoris et cordis aliquid physicè efficiebat, quo fugabatur dæmon; adde sanctitatem, merita, benedictionem et preces tam Raphaelis, quàm Tobiæ, juncta fumo illi energiam dedisse ad abigendum Asmodæum; sicut pulsu campanarum ab Ecclesiâ benedictarum fugatur dæmon excitans procellas et tempestates, non vi pulsus, sed vi orationis Ecclesiæ, per quam benedictæ sunt. Idem fit per aquam lustralem, per agnos et cereos benedictos, perque alias res consecratas. Sic olim S. Hieron., S. Antonius, aliique anachoretæ dantes energumeno panem, vel oleum à se benedictum, expellebant dæmonem.

Simile prorsùs recenset Joseph. l. 8 Antiquitatum c. 2, de radice dictâ Baaras à Salomone ostensâ, cujus odoratu fugabatur dæmon : « Vidi, inquit, ex popularibus meis « quemdam Eleasarum in præsentiâ Vespa« siani, et filiorum, et tribunorum, reliquo« rumque militum multos arreptitios percu« rantem. Modus verò curationis erat hic : « Admoto naribus dæmoniaci annulo, sub cu« jus sigillo inclusa erat radicis species à Sa« lomone indicatæ, ad cujus olfactum per na« sum extrahebat dæmonium, et collapso mox « homine, adjurabat id, ne ampliùs rediret, « Salomonis interim mentionem faciens, et in« cantationes ab illo inventas recitans. » Hæc si vera sunt et proba, non magica, uti proba esse censent Jansenius et Franc. Lucas in c. 12, Matth., Tolet. in c. 11 Lucæ, Salmer. tom. 8, tr. 15, dicendum est, quòd à D. Th. q. 6 de Potentiâ, art. 10, ad 3, dictum est, et à Victoriâ relect. de Magiâ usurpatum, potuisse certam quamdam et piam formulam ejiciendi dæmones institui à Salomone, sancto adhuc, quam Deus peculiari suâ auctoritate, ad dæmones fugandos confirmaret. In hâc etiam nihil magicum, nihil ex amicitiâ et fœdere cum dæmone. At à Salomone idololatrâ et magicæ artis postea studioso, si unquàm conscripti, traditive exorcismi, hos oportet magicos fuisse, et nullâ divinâ aut angelicâ virtute fultos, ad abigendos dæmones, sed tantùm pacto impio et nefariâ magiâ. Hanc sanè olet radix illa Josephi inclusa annulo, in quâ nulla facultas supra spiritum, ait noster Pineda l. 3 de Rebus Salom. c. 29. Nam et Serario hìc q. 5, c. 7, displicent hæc duo, primum, quòd l. 7 Belli c. 5, asserat radicem Baaras è terrâ evelli non posse, nisi moriatur is qui evellit, sive homo sit, sive canis; secundum, quòd dæmones vocet malorum hominum spiritus. Quin et Delrio in Magic. l. 6, c. 2, q. 3, sect. 2, cum Pinedâ censet, falsò radices has et dæmonum exorcismos adscribi Salomoni. Illi ergo suspecti sunt, incertæque et dubiæ fidei. Judæi enim, qui eos jactant, magis abundant, ac fortè Eleazarus ille Josephi fuit magus. Sanctior, ideòque securior et dæmoni formidabilior fuit virga S. Benedicti, de quâ S. Greg. l. 2 Dialog. c. 4, siquidem percussus monachus quem sæpè nigellus puer ab oratione abducebat, « deinceps ad orationis « studium immobilis permansit, sicque anti« quus hostis dominari non ausus est ejus in « cogitatione, ac si percussus fuisset ex ver« bere. » (Corn. à Lap.)

(1) Ne hìc occurrat ulla suspicio superstitionis, certum est, nullam rem merè corpoream posse naturaliter agere in creaturam spiritualem, qualis est dæmon. Itaque partes istæ cordis et jecoris, aut fumus ex iis procedens, nihil omninò naturaliter agere potuit in dæmonem, virtutem ejus debilitando, vel prorsùs impediendo; sed duobus modis, quod hìc dicitur, intelligi potest. Uno modo, si dicamus ità placuisse Deo, ut per hæc corporalia tanquàm per instrumenta quædam supernaturaliter operaretur in fugandum dæmonem, quemadmodùm per sacramenta Ecclesiæ dæmonis potestas cohibetur, et maximè per baptismum. Altero modo, si dicamus hæc fuisse mera signa et figuras earum rerum quæ per se valebant ad dæmonem fugandum. Nempe supra dictum est actiones angelorum hominibus apparentium figurativas esse. Cor itaque significat mentem seu voluntatem hominis; jecur concupiscentiam, juxta illud hymni : « Lumbos « jecurque morbidum adure igne congruo; » fumus fervorem orationis ascendentis ad Deum. Dùm ergo mens per orationem ad Deum erigitur, et concupiscentia igne devotionis refrenatur, dæmon fugatur. Sed priori explicationi magis suffragari videtur quòd cap. 6, v. 5, dicantur *medicamenta,* scilicet medicamenta supernaturalia. (Estius.)

invisibili virtute atque imperio, et si lubet, etiam qualitate illi impressâ per vim angeli apprehensivam ac detentivam. Sicut Apocal. 20 : *Angelus habens clavem abyssi apprehendit draconem.* Simili etiam modo *religavit* dæmonem *in deserto*, ita affigendo ipsum illi loco, ut inde ne pilum quidem abscedere possit, subtracto fortè concursu divino, ad omnes creaturarum actiones necessario. Hujus enim concursûs substractio item imperium Dei, angeli, vel hominis, vice et nomine Dei, in dæmones, denique vis spiritualis detentiva dæmonum, subinde metaphoricè vocantur *vincula*, *rudentes*, *catenæ*, 2 Petri 2, et Judæ v. 6, et Apoc. 20, v. 2, et alibi. Hæc verò vincula nonnunquàm solo spirituali et invisibili modo dæmonibus injiciuntur; nonnunquàm additis quibusdam corporalibus symbolis quæ sub sensum cadunt, ut hìc contigit, et de pluribus casibus narrat Delrio et Cæsarius, apud quem dæmon fatetur, *Luciferum* principem suum, tribus illis verbis : *Per ipsum cum ipso, et in ipso*, id est, vi atque imperio sanctissimæ Trinitatis, apud inferos constrictum jacere.

Desertum superioris Ægypti, secundùm Ptolemæum, est desertum Thebaidos; nempe australior et superior Ægypti pars, è quo Nilus delabitur, montibus aspera, arenis plena, pluviis destituta. Hodie *Sahin* vel *Sait* vocatur, teste Joan. Leone, Leunclavio et aliis. S. Hieron. siccam describit : «Thebais in « extremis terminis Ægypti, Æthiopiæ, Blem« miarumque in confinio est, ubi Nilus inna« vigabilis est, et cataractarum fragor, et « omnia invia plenaque serpentum et vene« natorum animantium.» En locum Asmodæo dignum, in quo verisimillimum est, toto vitæ tempore Tobiæ et Saræ religatum mansisse. Et talem locum subindicat quoque Christus Matth. 12, per *loca arida inaquosa*, in quibus dicit inambulare dæmonium, *cùm exierit ab homine.* Verùm etsi tam asperis Ægypti montibus coercitus teneretur libidinum rex, non desit tamen interea suos, quos innumeros habet, et qui nunquàm feriantur, emissarios impudentissimos ganeones et cupidines, si non in Tobiæ familiam, quæ nunquàm talibus patuit, certè in reliquum orbem continuò immittere, quemadmodùm solet ex orco Lucifer. Et de ebriis lascivisque dæmonibus Andrum proficiscentibus narrat lepidè Philostratus (1).

(1) Vers. 4. — Tunc hortatus est virginem Tobias, dixitque ei : Sara, exsurge, et deprecemur Deum. Græcus : *Cùm clausi essent utrique, ascendit Tobias in lectum, et dixit : Surge, soror, et deprecemur, ut misereatur nostri Dominus.* Sed præstat legere cum Græco editionis Romanæ et vetere Latinâ Versione : *Ut autem clausi sunt utrique, surrexit Tobias de lecto, et dixit : Surge*, etc. Huic lectioni consentaneus est Hebræus : *Egresso autem illo è cubiculo, clauserunt ostium super se, et surrexit Tobias ad orandum, simul et ad puellam dicens : Surge*, etc. Ne verbum quidem de tribus noctibus in continentiâ traducendis, neglectis etiam iis quæ in versibus 5, 6, leguntur. Vide caput 6, 20, 21, 22, ubi par omissio animadvertitur. (Calmet.)

Vers. 8. — Tu fecisti Adam de limo terræ, dedistique ei adjutorium Hevam. Græcus : *Dedisti ei adjutricem et firmamentum Hevam.* Hebræus : *Dedisti ei Hevam uxorem ejus, præparâstique viam* (ad nascendum) *universo orbi. Tu dixisti : Non est bonum esse hominem solum : faciam ei auxilium, quod sit coram eo.* (Calmet.)

Vers. 9. — Tu scis quia non luxuriæ causa accipio sororem meam conjugem, sed sola posteritatis dilectione, in qua benedicatur nomen tuum. Non possumus quin admiremur pios adeò sensus hominis sub elementis legis enutriti, et inter gentem planè rudem ignaramque viventis. Nihil perfectius, sublimius, nihil ex homine Christianis institutis excultissimo exspectandum est. Eadem sensa leguntur capite 3, 16. Nec Sara minori sanctimoniæ scientiâ, minori castitate, quàm Tobias, præstabat. Græcus : *Nunc non propter fornicationem ego accipio sororem meam hanc, sed in veritate*, vel in fide, ut fidem illi maritalem servem. Hebræus est : *Ut confirmem verbum tuum, quod verum est.* Syrus : *Secundùm jus legis.* Ex hoc loco S. Augustinus Christianos docet, quâ ratione licentiâ maritali uti debeant; additque : *Concubitus necessarius causâ generandi, inculpabilis, et solus ipse nuptialis est; ille autem qui extra ipsam necessitatem progreditur, jam non rationi, sed libidini obsequitur.* (Calmet.)

Hinc et illud Apostoli 1 Cor. 7 : *Et iterùm revertimini in idipsum. Hoc autem dico secundùm indulgentiam, non secundùm imperium.* (Estius.)

Vers. 10. — Dixit quoque Sara : Miserere nobis, Domine. In Græco hæc loquitur Tobias, pergens : *Præcipe, Domine, misereri meî, et ei consenescere. Et dixit secum : Amen. Et dormierunt utrique nocte.* Paria fert Hebræus, quæ tamen à nostrâ Vulgatâ plurimùm discrepant. (Calmet.)

Vers. 11. — Et factum est circa pullorum cantum, accersiri jussit Raguel servos suos. Græcus : *Et surgens Raguel, ivit, et effodit sepulcrum, dicens : Nonne et hìc morietur?* Hebræus : *Fortassis et hic mortuus est.* (Calmet.)

Quomodò timebat Raguel, ne mortuus esset Tobias? — Vesperè Tobiam sanum fuisse, illudque noctis tempus evasisse, quo interfecti sponsi alii fuerant, sciebat Raguel. Sed verebatur ne fortè circa noctis medium, aut post, venisset Asmodæus. Licet enim antea diceret, sperare se, suas preces exauditas, solet tamen interdùm arduis in rebus, spes vacillare, cùm earum tempus adest, vel ut fieri possint, vel

VERS. 15. — ANCILLA REPERIT EOS SECUM PARITER DORMIENTES (1). Nempe post diuturnam comprecationem, plorationem, vigilationem, fatigati, ad quiescendum non nihil sese reclinârant novi conjuges, super eodem quidem lecto, sed vestiti, et sine ullo Veneris commercio, quo totis tribus noctibus abstinere jussi fuerant à Raphaele. Quod exemplum conjugibus seu sponsis omnibus imitandum suadet Evaristus Papa; et Tridentinum monet, ut saltem triduò ante consummationem matrimonii peccata sua diligenter confiteantur, et sacrosanctæ Eucharistiæ Sacramento reficiantur. (1)

certè ut cognosci jam audirique debeant. Timet enim animus ne fortè, quàm vellet, secùs eveniat. Ita Carthusianus. (Serarius.)

(1) Continentes se tamen alterum ab altero, et facilè vestibus minimè positis. Hoc utique reputandum est ex sensu Vulgatæ; agendæ enim illis erant tres à connubio noctes in continentiâ. Reliqui verò codices hunc sensum non exigunt. (Calmet.)

VERS. 16. — BENEDIXERUNT DOMINUM RAGUEL ET ANNA. In Græco solùm de Raguele. Ita verò in eodem textu ille Deum commendat, seu gratiarum actionibus prosequitur: *Benedictus es tu, Deus, in omni benedictione mundâ et sanctâ; et benedicant te sancti tui, et omnes creaturæ tuæ, et omnes angeli tui et electi tui benedicant te in secula. Benedictus es, quoniam lætificâsti me, et non factum est mihi sicut suspicabar; sed secundùm multam misericordiam tuam fecisti nobiscum. Benedictus es, quoniam misertus es duorum unigenitorum; fac eis, Domine, misericordiam; consumma vitam eorum in sanctitate cum lætitiâ et misericordiâ.* Ita Græcus à v. 16 usque ad 19. Gemina fermè Hebræus. (Calmet.)

(1) VERS. 21. — UXORI SUÆ DIXIT, UT INSTRUERET CONVIVIUM, ET PRÆPARARET OMNIA QUÆ IN CIBOS ERANT ITER AGENTIBUS NECESSARIA. Parari curat nuptiale convivium, ratusque Tobiam itinere suo in Rages perrecturum, addi jubet itineri necessaria. Sed itineris incommodo illum liberat Raphael. In Græco et Hebræo reliqua hujus capitis ita leguntur: *Fecit nuptias quatuordecim diebus. Et dixit Raguel, antequàm consummarentur dies nuptiarum* (ante exitum septimæ diei, septem enim diebus nuptiæ perseverabant) *cum juramento non exire eum, nisi impleti fuerint quatuordecim dies nuptiarum; et tunc accipientem dimidium substantiæ ipsius, ire cum sanitate ad patrem, et reliqua cùm mortuus fuero et uxor mea.* Nihil apud hos de victimis in convivium mactatis, neque de supremis tabulis Raguelis, quibus ex asse hæreditatem Tobiæ post mortem suam confirmabat. In veteri Latinâ versione legimus, Raguelem mandâsse uxori suæ, ut panes plures conficeret; ipsum verò è grege vaccas duas, arietes quatuor attulisse, ut in convivium pararentur. Additur, adjurâsse Tobiam, ne abiret quatuordecim illis diebus, sed maneret secum in cibo potuque, exhilarans patrem et filiam, hactenus acutissimo dolore cruciatam; acciperet rerum suarum dimidium, ac deinde incolumis rediret ad patrem. Spopondit denique, post mortem suam et uxoris, illum reliquam hæreditatem assecuturum. (Calmet.)

VERS. 23. — UT DUAS HEBDOMADAS MORARETUR APUD SE. Dies nuptiales solebant esse septem, Geneseos 29, 27, Judic. 14, 13. Raguel ob ingens gaudium, et quia spes non erat post id videndi filiam generumque, numerum duplicavit. (Grotius.)

CAPUT IX.

1. Tunc vocavit Tobias angelum ad se, quem quidem hominem existimabat, dixitque ei: Azaria frater, peto ut auscultes verba mea.

2. Si meipsum tradam tibi servum, non ero condignus providentiæ tuæ.

3. Tamen obsecro te, ut assumas tibi animalia sive servitia, et vadas ad Gabelum in Rages civitatem Medorum, reddasque ei chirographum suum, et recipias ab eo pecuniam, et roges eum venire ad nuptias meas.

4. Scis enim ipse quoniam numerat pater meus dies: et si tardavero unà die plus contristatur anima ejus.

5. Et certè vides quomodò adjuravit me Raguel, cujus adjuramentum spernere non possum.

6. Tunc Raphael assumens quatuor ex servis Raguelis, et duos camelos, in Rages

CHAPITRE IX.

1. Alors Tobie appela l'ange, qu'il croyait un homme, et lui dit: Mon frère Azarias, je vous prie d'écouter ce que j'ai à vous dire.

2. Quand je me donnerais à vous pour être votre esclave, je ne pourrais pas reconnaître dignement tous les soins que vous avez pris de moi.

3. J'ai néanmoins encore une prière à vous faire; c'est que vous preniez des montures et l'équipage nécessaire, et que vous alliez vers Gabélus en la ville de Ragès au pays des Mèdes, pour lui rendre son obligation, et en recevoir de lui le montant, et pour le prier de venir à mes noces;

4. Car vous savez bien que mon père compte les jours; et que, si je suis en retard d'un jour, son âme sera accablée d'ennui.

5. Vous voyez aussi de quelle manière Raguel m'a conjuré de demeurer ici; et que je ne puis résister à ses instances.

6. Raphael prit donc quatre serviteurs de Raguel et deux chameaux, et s'en alla en la

civitatem Medorum perrexit; et inveniens Gabelum, reddidit ei chirographum suum, et recepit ab eo omnem pecuniam.

7. Indicavitque ei de Tobiâ filio Tobiæ, omnia quæ gesta sunt; fecitque eum secum venire ad nuptias.

8. Cùmque ingressus esset domum Raguelis, invenit Tobiam discumbentem; et exiliens, osculati sunt se invicem: et flevit Gabelus, benedixitque Deum,

9. Et dixit: Benedicat te Deus Israel, quia filius es optimi viri, et justi, et timentis Deum, et eleemosynas facientis:

10. Et dicatur benedictio super uxorem tuam, et super parentes vestros;

11. Et videatis filios vestros, et filios filiorum vestrorum, usque in tertiam et quartam generationem: et sit semen vestrum benedictum à Deo Israel, qui regnat in secula seculorum.

12. Cùmque omnes dixissent: Amen, accesserunt ad convivium; sed et cum timore Domini nuptiarum convivium exercebant.

ville de Ragès au pays des Mèdes, où ayant trouvé Gabélus, il lui rendit son obligation, et en reçut de lui tout le montant.

7. Il lui raconta aussi tout ce qui était arrivé à Tobie, fils de Tobie; et il le fit venir avec lui aux noces.

8. Gabélus étant entré dans la maison de Raguel, trouva Tobie à table, lequel se leva précipitamment; ils s'entre-saluèrent en se baisant, et Gabélus pleura et bénit Dieu,

9. Et dit: Que le Dieu d'Israël vous bénisse, parce que vous êtes fils d'un homme très-vertueux, d'un homme juste qui craint Dieu, et qui fait beaucoup d'aumônes.

10. Que la bénédiction se répande aussi sur votre femme, et sur votre père et votre mère.

11. Puissiez-vous voir tous deux vos fils et les fils de vos fils jusqu'à la troisième et quatrième génération! et que votre race soit bénie du Dieu d'Israël qui règne dans les siècles des siècles.

12. Et tous ayant répondu, Amen, ils se mirent à table. Mais, dans le festin même des noces, ils se conduisirent avec la crainte du Seigneur.

TRANSLATIO EX GRÆCO.

1. Et vocavit Tobias Raphael, et dixit ei: — 2. Azaria frater, — sume tecum puerum et duos camelos, et vade in Ragis Mediæ ad Gabael, et affer mihi argentum, et ipsum adduc mihi ad nuptias. — 3. Quoniam juravit Raguel non exire me: — 4. Et pater meus numerat dies: ac si tardavero valdè; tristabitur nimis. — 5. Et ivit Raphael, et mansit apud Gabael, et dedit ei chirographum. Ille autem protulit arculas in sigillis, et dedit ei. — 6. Et diluculo surrexerunt unà, et venerunt ad nuptias. Et benedixit Tobias uxorem suam.

COMMENTARIUM.

VERS. (1) 2.— NON ERO CONDIGNUS PROVIDENTIÆ TUÆ, id est, non condignè satisfecero in me meritis et curæ de me.

VERS. 3. — VADAS IN RAGES (1). Atqui ex c. 3, v. 6, patet, *Saram* Tobiæ jam sponsam habitâsse *in Rages*, et illi nunc aderant tam

(1) VERS. 1. — TUNC VOCAVIT TOBIAS ANGELUM AD SE, QUEM QUIDEM HOMINEM EXISTIMABAT, etc. Hoc caput in Græco textu multò paucioribus verbis contexitur, nempe his tantùm: *Et vocavit Tobias Raphaelem, et dixit ei: Azaria, frater, accipe tecum puerum, et duos famulos, et vade in Rages Mediæ ad Gabelum, et porta mihi argentum, et eum adduc ad nuptias, quoniam juravit Raguel non exiturum me. Et pater meus numerat dies, et si tardavero multùm, tristabitur valdè. Et abiit Raphael, et mansit apud Gabelum, et dedit ei chirographum. Ille autem obtulit theculas in sigillis, et dedit ei. Et manè surrexerunt simul, et venerunt ad nuptias; et benedixit Tobias uxorem suam.* Hæc, nec plura in Græco textu. (Estius.)

Textus Græcus totius hujus capitis, quanquàm in epitomen arctissimam redactus, nihil vel parùm à sensu Vulgatæ recedit. (Calmet.)

VERS. 2. — SI ME IPSUM TRADAM TIBI SERVUM, NON ERO CONDIGNUS PROVIDENTIÆ TUÆ, hoc est, tuæ providæ erga me curæ non satisfecero, nec condignam ei mercedem rependero. (Corn. à Lap.)

(1) Les critiques ont observé qu'au verset 7 du chapitre troisième du livre de Tobie il est dit que Sara, fille de Raguël, habitait à Ragès, ville de Médie; et au verset 3, chapitre 9, le jeune Tobie, après l'avoir épousée, envoie l'Ange qui le conduisait à Ragès, ville de Médie, chez Gabélus, qu'il amène aux noces de Tobie, et le voyage dura plusieurs jours.

Cela n'est point difficile à concilier. Raguël et Sara sa fille habitaient la ville de Ragès, lorsque arriva ce qui est rapporté au chapitre trois. Après ces fâcheux événements et la mort des sept premiers maris de Sara, ils jugèrent à propos de s'éloigner d'un endroit si propre à leur retracer des souvenirs si tristes; peut-être se hâtèrent-ils de s'éloigner, crai-

Raphael, quàm Tobias; quomodò ergo jam rogat Tobias Raphaelem, ut in Rages excurrat? Respondeo : Tota illa regio etiam *Ecbatanis*, ubi Sara degebat, ab antiquo vocatur *Rages*; sed erat in eâdem tamen regione etiam particularis eodem nomine dicta *Rages*. Sic *Neapolis* in Italiâ et civitas est, et regnum; *Brunsuvicum* in Germaniâ et urbs et ducatus, *Lutzemburgum, Geldria, Limburgum, Namurcum*, in Belgio urbes sunt, et integræ provinciæ. Sara ergo ejusque parentes habitabant Ecbatanis in regione seu *provinciâ Rages;* sed Gabelus in ipsâ *urbe Rages*.

Animalia sive servitia. Græcè et Hebraicè, *animalia et servitia*. Et ita factum constat ex v. 6 sequenti.

Vers. 5. — Adjuravit. Id est, per divini nominis reverentiam me obstrinxit, ut quatuordecim diebus cum ipso permaneam. Simile est Numer. 5, et 1 Reg. 22, et Matth. 26 : *Adjuro te*, etc. Et licet eâ adjuratione, pressè loquendo, non teneretur Tobias, quia socer tantam potestatem, in re tam gravi generum obligandi, non habebat, ille tamen prudenter ac religiosè parere voluit adjuranti, quia quando non prorsùs incommodè fieri potest, religiosi modestique animi est adjurantibus cedere et obsequi, ob reverentiam Numinis divini (1).

gnant la vengeance des parents des époux, ou quelque autre mauvaise affaire; et la Providence, qui veillait sur eux d'une manière si admirable, les conduisit dans un autre endroit sur les bords du Tigre où le jeune Tobie fit la connaissance de Sara et l'épousa. (Duclot.)

(1) Vers. 6. — Et recepit ab eo omnem pecuniam. In Græco : *Accepit folles obsignatos*. Sic enim jurisconsulti, Juvenalis quoque et Vegetius, vocant sacculos in quibus est pecunia. (Grotius.)

Vers. 10. Et dicatur benedictio super uxorem tuam, et super parentes vestros. Ut omnes videntes vestram virtutem, ideòque Dei benedictionem et prosperitatem, vobis benedicendo apprecentur, et dicant : Benedicta sit Sara, quæ tam probi viri Tobiæ est uxor, benedicti sint parentes utriusque, qui tam ingenuos post se relinquunt filios et filias. Honor enim et laus filiorum est honor et laus parentum; nam dedecus æquè ac decus filiorum in parentes redundat. Quòcirca Basilius imperator hoc Leoni filio insigne dedit monitum, imò et virtutis paternæ æmulandæ stimulum : « Ne me, quæso, patrem amantem pudefacias; debent enim pictores corporum delineamenta; filii autem regum, quasi vivæ imagines patrum virtutes referre. » Sic et mulier illa videns Christi virtutes et sapientiam, exclamavit : *Beatus venter qui te portavit, et ubera quæ suxisti!* Lucæ 11, 27. (Corn. à Lap.)

Vers. 12.—Cum timore Domini nuptiarum convivium exercebant (1). C. 7, v. 7, additur : Benedicentes. Dominum Quàm procul inde omnis ebrietas, omnis vociferatio, lascivia, rixæ, quàm aliæ illæ nuptiæ à nuptiis et conviviis hodiernis! Plato, gentilis philosophus, nuptiarum modum et impensas sic præscribit : « Impensa secundùm divitias fiat. Bibere usque ad ebrietatem, ne alibi quidem unquàm decet, neque verò tutum est. Maximè tamen connubio conjuncti, et cum primis sponsus ac sponsa, tunc mentis compotes esse debent, ut ex quàm maximè moderatis generatio fiat, et solidus, stabilis ac quietus conceptus sit. »

Dicatur benedictio super uxorem, id est, dicatur in posterum novis nuptiis *Felix sis ut Sara Tobiæ uxor*. In Græco est : Καὶ εὐλόγησε Τωβίας τὴν γυναῖκα αὐτοῦ; sed olim scriptum videtur fuisse : Καὶ εὐλόγησε (nempe Raguel) Τωβίαν καὶ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, *et benedixit* (Raguel) *Tobiæ et uxori ejus*, id est, abeuntibus benè precatus est. Nam et sic historiam refert Hieronymus. (Grotius.)

(1) Quasi diceret : Convivabantur hilariter, sed honestè, modestè, sobriè et castè, ne crapulâ aut sermone lascivo, vel obsceno Deum offenderent, ut Asmodæum rursùm in domum mitteret. Imitentur hoc conjuges et convivæ, ut à mensis arceant ebrietatem, jurgia, detractiones, spurcitiem sermonum, quibus Deus offenditur, ut conjugibus et convivis maledicat. Audiant Platonem lib. 6 de Legibus : « Impensa secundùm divitias fiat; bibere verò usque ad ebrietatem ne alibi quidem unquàm decet; neque verò tutum est, maximè verò connubio conjuncti, sponsus et sponsa tunc mentis compotes esse debent, quando non parvam ineunt vitæ mutationem, præsertim ut et quàm maximè moderatis generatio fiat; fermè etiam incertum est, quæ nox, aut dies ipsam cum Deo peragat. Quare ut solidus, stabilis, et quietus conceptus fiat, non oportet, diffluentibus ebrietate corporibus, dare operam liberis. Qui autem vino refertus est, tam animæ quàm corporis rabie concitatus, quàvis et trahit et trahitur. Idcircò ebrius, tanquàm mente captus, ad serendum est inutilis. Nempe verisimile est eum fœtus inæquales, instabiles, obliquos tam membris quàm corporibus procreare. Quamobrem per totam quidem vitam, et maximè quamdiù generationi vacat, abstinebit quisque, cavebitque ne faciat, vel quæ suâ naturâ et sponte morbos inducunt, vel quæ ad petulantiam, injuriamque declinant. Hæc enim in animos et corpora eorum qui enascuntur, liberorum, necessariò transferuntur, iisque imprimuntur, pejoresque inde nascuntur. Sed præcipuè die illâ (nuptiarum) ac nocte » Græca hìc addunt : *Benedixit Tobias uxorem suam*, id est, benè precatus est ei, ut foret fœcunda, et probos gigneret, educaretque filios : sic Isaac *deprecatus est Dominum pro uxore suâ* Rebeccâ, Genes. 25, vers. 21. (Corn. à Lap.)

CAPUT X.

1. Cùm verò moras faceret Tobias, causâ nuptiarum, sollicitus erat pater ejus Tobias, dicens : Putas quare moratur filius meus, aut quare detentus est ibi ?

2. Putasne Gabelus mortuus est, et nemo reddet illi pecuniam?

3. Cœpit autem contristari nimis ipse, et Anna uxor ejus cum eo : et cœperunt ambo simul flere, eò quòd die statuto minimè reverteretur filius eorum ad eos.

4. Flebat igitur mater ejus irremediabilibus lacrymis, atque dicebat : Heu, heu me, fili mi, ut quid te misimus peregrinari, lumen oculorum nostrorum, baculum senectutis nostræ, solatium vitæ nostræ, spem posteritatis nostræ?

5. Omnia simul in te uno habentes, te non debuimus dimittere à nobis.

6. Cui dicebat Tobias : Tace, et noli turbari : sanus est filius noster ; satis fidelis est vir ille, cum quo misimus eum.

7. Illa autem nullo modo consolari poterat : sed quotidiè exsiliens circumspiciebat, et circuibat vias omnes per quas spes remeandi videbatur, ut procul videret eum, si fieri posset, venientem.

8. At verò Raguel dicebat ad generum suum : Mane hìc, et ego mittam nuntium salutis de te ad Tobiam patrem tuum.

9. Cui Tobias ait : Ego novi, quia pater meus et mater mea modò dies computant, et cruciatur spiritus eorum in ipsis.

10. Cùmque verbis multis rogaret Raguel Tobiam, et ille eum nullâ ratione vellet audire, tradidit ei Saram, et dimidiam partem omnis substantiæ suæ in pueris, in puellis, in pecudibus, in camelis, et in vaccis, et in pecuniâ multâ : et salvum atque gaudentem dimisit eum à se,

11. Dicens : Angelus Domini sanctus sit in itinere vestro, perducatque vos incolumes, et inveniatis omnia rectè circa parentes vestros, et videant oculi mei filios vestros priusquàm moriar.

CHAPITRE X.

1. Mais Tobie différant à revenir, à cause de ses noces, son père était en peine et disait : D'où pensez-vous que peut venir ce retardement de mon fils, et qu'est-ce qui peut le retenir là si long-temps?

2. Ne serait-ce point que Gabélus serait mort, et qu'il ne se trouverait personne pour lui rendre cet argent?

3. Il se laissa donc aller à une profonde tristesse, et Anne sa femme avec lui ; et ils se mirent ensemble à pleurer de ce que leur fils n'était point revenu au jour marqué.

4. Mais surtout sa mère versait des larmes sans pouvoir se consoler, en disant : Hélas! hélas! mon fils! Pourquoi vous avons-nous envoyé si loin, vous qui êtes la lumière de nos yeux, le bâton de notre vieillesse, la consolation de notre vie, et l'espérance de notre postérité?

5. Nous ne devions pas vous éloigner de nous, puisque vous seul nous teniez lieu de toutes choses.

6. Mais Tobie lui disait : Tenez-vous tranquille et ne vous troublez point; notre fils se porte bien; cet homme avec qui nous l'avons envoyé, est très-fidèle.

7. Rien néanmoins ne pouvait la consoler; mais, sortant avec empressement tous les jours de sa maison, elle regardait de tous côtés, et allait dans tous les chemins par lesquels elle espérait qu'il pourrait revenir, pour tâcher de le découvrir de loin quand il reviendrait.

8. Cependant Raguel disait à son gendre : Demeurez ici, et j'enverrai à Tobie votre père des nouvelles de votre santé.

9. Tobie lui répondit : Je sais que maintenant mon père et ma mère comptent les jours, et que leur esprit est troublé en eux.

10. Raguel ayant fait encore à Tobie de grandes instances auxquelles il ne voulut jamais se rendre, il lui remit Sara entre les mains, et la moitié de tout ce qu'il possédait en serviteurs, en servantes, en troupeaux, en chameaux, en vaches, et en une grande quantité d'argent; et il le laissa aller plein de santé et de joie,

11. En disant : Que le saint ange du Seigneur soit en votre chemin : qu'il vous conduise jusque chez vous sans aucun péril. Puissiez-vous trouver votre père et votre mère en parfaite santé ! et que mes yeux puissent voir vos enfants avant que je meure.

12. Et apprehendentes parentes filiam suam, osculati sunt eam, et dimiserunt ire,

13. Monentes eam honorare soceros, diligere maritum, regere familiam, gubernare domum, et seipsam irreprehensibilem exhibere.

12. Alors le père et la mère prenant leur fille, la baisèrent, et la laissèrent aller,

13. L'avertissant d'honorer son beau-père et sa belle-mère, d'aimer son mari, de régler sa famille, de gouverner sa maison, et de se conserver irréprochable.

TRANSLATIO EX GRÆCO.

1. Et Tobit pater ejus computabat unumquemque diem. Et postquàm completi sunt dies itineris, et non veniebat; — 2. Dixit : Numquid fortè confusi fuerunt ? — Aut, numquid fortè mortuus est Gabael, et nemo ei dat argentum. — 3. Et tristabatur nimis. — 4. Dixit autem ei uxor : Periit puer; quando quidem tardavit. — Et cœpit flere eum, et dixit : — 5. Non mihi curæ est, fili, quia dimisi te lumen oculorum meorum. — 6. Et Tobit dicit ad eam : Tace, ne sollicita sis; valet. — 7. Et dixit ei : Tace, ne decipias me, periit puer meus. Et ibat per diem ad viam foras, quà abierat. Hæc diebus panem non comedebat, et noctibus non intermittebat flens Tobiam filium suum; quoadusque consummati sunt quatuordecim dies nuptiarum, quas juraverat Raguel facere eum ibi. — Dixit autem Tobias Raguel : Dimitte me, quoniam pater meus et mater mea non ultra sperant aspicere me. — 8. Dixit autem ei socer : Mane apud me, et ego mittam ad patrem tuum, et indicabunt ei quæ circa te. — 9. Et Tobias dicit : Dimitte me ad patrem meum. — 10. Surgens autem Raguel, dedit ei Sarram uxorem ejus, et dimidium substantiæ, corpora, et pecora, et argentum, — 11. Et benedicens eos dimisit, — dicens : Prosperabit vos, filii, Deus cœli, priusquàm ego moriar. — 12. Et dixit filiæ suæ : Honora soceros tuos : ipsi nunc parentes tui sunt. Audiam de te auditionem bonam. — Et osculatus est eam. Et Edna dixit ad Tobiam : Frater dilecte, restituat te Dominus cœli et det mihi videre tuos filios ex Sarrâ filiâ meâ; ut læter in conspectu Domini. Et ecce depono apud te filiam meam in deposito : et ne contristes eam.

COMMENTARIUM.

VERS. 10. (1)—TRADIDIT, ET DIMIDIAM PARTEM OMNIS SUBSTANTIÆ SUÆ IN PUERIS, IN PUEL-

(1) QUARE MORATUR FILIUS MEUS, AUT QUARE DETENTUS EST IBI ? In Græco : *an confusus est?* id est, an elusa ejus spes per Gabeli hæredes ? ut sequitur. Sic apud Hebræos בוש sumitur sæpissimè. (Grotius.)

Græcus hæc ibi legit : *Tobias pater ejus computabat unumquemque diem. Et postquàm completi sunt dies itineris, et non veniebat, dixit : Numquid fortè confusi fuerunt?* An pecuniæ exigendæ difficultas aliqua interjecta est? Num solvere recusavit debitor ? sæpè *confundere* usurpatur pro *negare*. Hebræus Fagii : *Fortassis accidit ei calamitas in itinere?* Vetus latina versio : *Ne fortè detentus est ibi?* (Calmet.)

VERS. 3. — COEPIT AUTEM CONTRISTARI NIMIS (Tobias) IPSE ET ANNA UXOR EJUS. Nihilominùs, v. 6, sic Tobias ad uxorem : *Tace et noli turbari*. Per hoc quod Tobias priùs contristatus est, significatur præveniens motio partis sensitivæ, quam homo omninò excludere non potest; per hoc autem quòd postea forti et virili animo etiam uxorem fuerit consolatus, significatur quòd officium rationis sit cohibere motus illos sensitivos, contra imperium ejus insurgentes, et non permittere ut dominentur. Quòd igitur uxor dicitur *flevisse irremediabilibus lacrymis,* significatur quòd sensualitas non suâ naturâ, sed tantùm à ratione refrenari possit; unde et mulier consolari (scilicet plenè) non poterat, sed tantùm vir, quia mulier sensualitatem, vir autem rationem significat. Ad litteram commendatur magna et perfecta patientia Tobiæ, quòd positus in tot malis, videlicet paupertatis (dixerat enim c. 4 : *Pauperem vitam degimus*) cæcitatis, senectutis, absentiæ filii, immoderatæ tristitiæ uxoris; nihilominùs tamen se et uxorem piis verbis consolatus sit. (Estius.)

VERS. 4.—HEU ME, FILI MI ! UT QUID TE MISIMUS PEREGRINARI, LUMEN OCULORUM NOSTRORUM, BACULUM SENECTUTIS NOSTRÆ ? etc. Græcus hìc corruptus videtur; fert enim tantummodò : *Non mihi curæ est, fili, quia dimisi te, lumen oculorum meorum.* Legendum est potiùs : Heu curæ mihi est, fili mi, quòd te ita miserim! Hebræus Fagii æquè concisus est; sed Munsteri integrum hunc versiculum præterit.

VERS. 5.—OMNIA IN TE UNO HABENTES. Totus hic versiculus in Græco et Hebræo desideratur.

VERS. 6. —TACE, ET NOLI TURBARI..... SATIS FIDELIS EST VIR ILLE, CUM QUO MISIMUS EUM. *Satis* ponitur et pro *magnoperè*, ut : *Exulta satis : Homines boni satis : Bellum durum satis. Ne irascaris, Domine, satis.* Versiculus hìc paulò aliter sonat in Græco : *Tobias dicit ad eam : Tace, ne sollicita sis : valet. Et dixit ei Anna : Tace, ne decipias me, periit puer meus.* Ambo Hebræi legunt : *Tace, ne plores, nam salvi et incolumes redibunt.*

VERS. 7.—ILLA AUTEM NULLO MODO CONSOLARI POTERAT. Perspicua est versiculi hujus et sequentis littera. Sed Græcus Hebræique turbati sunt. Ita enim ferunt v. 7 : *Ibat per diem ad vias foràs quà abierat. Ac diebus panem non*

LIS, etc. (1). Hebraicè : *Et servos, et ancillas, et greges, et boves, et asinos, et camelos, et vestes lineas, et pretiosa et vasa argentea et aurea.* Græcè pro *pueris,* habes *corpora;* sed per *corpora* intelliguntur *servi* seu *mancipia.* Et sic intelligunt Aristophanes, Demosthenes et Strabo, citati à Marianâ. Qui etiam illud Danielis 14, vers. 31 : *Dabantur* leonibus *duo corpora quotidiè,* exponit de *servis* seu *mancipiis.*

VERS. 13. — MONENTES EAM HONORARE SOCEROS (1), scilicet *tanquàm parentes suos,* quia græcè additur :

ET SEIPSUM IRREPREHENSIBILEM EXHIBERE, non modò per conjugalem castitatem, ut ait Lyranus, sed et per linguæ continentiam ac totius vitæ disciplinam, tam cum domesticis, quàm cum externis. Similia prorsùs monet matres familias S. Paulus Tit. 2, et S. Petrus 1 Epist. c. 3. Hìc in Græco et in Hebræo, sic Tobiæ valedicit Edna Saræ mater : *Dominus cœli, frater dilecte, te tuis restituat : mihique concedat, ut filios tuos ex Sarâ filiâ meâ, videam, et coram Domino gaudeam. Ecce ego tibi filiam meam, quasi quoddam depositum committo, ne ullâ eam afficias molestiâ.* Mox subditur : *Ipse verò Tobias post hæc profectus est, Deo gratias agens, quòd iter prosperum sibi dedisset; Raguelem et Ednam ejus uxorem benedicebat* (seu facta omnia precabatur) *et pergebat, quoad Ninivem appropinquarent.*

comedebat, et noctibus non intermittebat, flens Tobiam filium suum, quoad usque consummati sunt quatuordecim dies nuptiarum, quas juraverat Raguel facere eum ibi. Deinde statim succedit versiculus 9, tum versiculus 8. Sensum re verâ eumdem offerunt ; sed ordinis turbandi nulla erat necessitas.

VERS. 9. — MODO DIES COMPUTANT. De numero dierum, quas Tobias itineri dedit, inter scriptores commentariorum non convenit. Serario et Tirino sunt duo et quadraginta ; Torniello octo et triginta ; Saliano quatuor et triginta. Certus numerus ægrè definiri potest. Ex urbe Ninive ad urbem Ecbatana octo saltem vel decem dierum iter est. (Calmet.)

(1) Græcus legit tantummodò : *Dedit ei Saram uxorem ejus, et dimidium substantiæ, homines, et pecora, et argentum.* Vox Græca, quam reddidimus *homines,* usurpari solet de mancipiis servisque : sed nonnunquàm etiam homines ingenuos sonat. Grotius accipiendam censet de viris agrestibus et pedissequis Saræ. Hebræus Fagii : *Dedit ei dimidium substantiæ suæ, servos item, et ancillas, argentum et aurum.* Editio altera Hebræi : *Dimidium bonorum suorum, famulos et ancillas, oves, et boves, asinos et camelos, vestimenta linea et purpurea, vasa argentea et aurea.* (Calmet.)

VERS. 11. — ANGELUS DOMINI SANCTUS SIT IN ITINERE VESTRO. Græcus Hebræique transponunt hìc versiculos ita : v. 11 : *Benedicens eos dimisit, dicens : Prosperabit vos, filii, Deus cœli, priusquàm ego moriar;* v. 13 : *Et dixit filiæ suæ : Honora soceros tuos: ipsi nunc parentes tui sunt ; audiam de te auditionem bonam, et osculatus est eam ;* v. 12 : *Et Edna dixit ad Tobiam : Frater dilecte, restituat te Dominus cœli, et det mihi videre tuos filios ex Sarâ filiâ meâ, ut læter in conspectu Domini. Et ecce depono apud te filiam meam in deposito, et ne contristes eam. Post hæc, ibat et Tobias benedicens Dominum, quia prosperaverat viam ipsius, et benedicebat Raguel et Ednam.* Vetus Latina versio fusior est Græco et Vulgatâ. Notant interpretes, Hebræos cùm connubium ineunt, plura ex his imitari, quæ hìc in connubio Tobiæ servantur. Hoc enim Tobiæ connubium non immeritò ceu absolutissimum nuptiarum sanctissimarum et religiosissimarum exemplar habent. (Calmet.)

(1) Parentes Saræ ultimo discessu monent filiam, honorare soceros aliaque præstare, et in primis seipsam irreprehensibilem exhibere ; idcircò, ut hæc novissima verba altiùs ejus memoriæ infigerentur. Paulus ad Ephesios et Colossenses, et Petrus in 1 suâ Epistolâ, admonent uxores, ut sint maritis subjectæ, nullâ factâ expressâ mentione dilectionis, et similiter Genes. 3, ad Evam dicitur : *Sub viri potestate eris.* Sed ista non repugnant ei quod hoc loco à Saræ parentibus præcipitur, ut maritum suum diligat, quia quod uno loco dicitur, non est necesse ubique inculcari, sed in aliis locis etiam subintelligitur. Etenim non potest mulier subjecta esse viro in educatione prolis, reddendo debito, et aliis, nisi eum diligat. Nam subjectio ista non est talis qualis est servorum, aut filiorum, sed qualis socii ad sociam. Unde et Adam dicit eodem cap. 3 Genes : *Mulier quam dedisti mihi sociam,* etc. (Estius.)

CAPUT XI.

1. Cùmque reverterentur, pervenerunt ad Charan, quæ est in medio itinere contra Niniven, undecimo die.

2. Dixitque angelus : Tobia frater, scis quemadmodùm reliquisti patrem tuum.

3. Si placet itaque tibi, præcedamus, et lento gradu sequantur iter nostrum familiæ simul cum conjuge tuâ et cum animalibus.

CHAPITRE XI.

1. Et en s'en retournant ils arrivèrent le onzième jour à Charan, que l'on rencontre en chemin en allant à Ninive.

2. Et l'ange dit : Mon frère Tobie, vous savez l'état où vous avez laissé votre père.

3. Si vous le jugez donc à propos, allons devant, et que vos domestiques suivent lentement avec votre femme et vos troupeaux.

4. Cùmque hoc placuisset ut irent, dixit Raphael ad Tobiam : Tolle tecum ex felle piscis : erit enim necessarium. Tulit itaque Tobias ex felle illo, et abierunt.

5. Anna autem sedebat secùs viam quotidiè in supercilio montis, unde respicere poterat de longinquo.

6. Et dùm ex eodem loco specularetur adventum ejus, vidit à longè, et illicò agnovit venientem filium suum, currensque nuntiavit viro suo, dicens : Ecce venit filius tuus.

7. Dixitque Raphael ad Tobiam : At ubi introieris domum tuam, statim adora Dominum Deum tuum : et gratias agens ei, accede ad patrem tuum, et osculare eum.

8. Statimque lini super oculos ejus ex felle isto piscis, quod portas tecum : scias enim quoniam mox aperientur oculi ejus, et videbit pater tuus lumen cœli, et in aspectu tuo gaudebit.

9. Tunc præcucurrit canis, qui simul fuerat in viâ, et quasi nuntius adveniens, blandimento suæ caudæ gaudebat.

10. Et consurgens cæcus pater ejus, cœpit offendens pedibus currere : et datâ manu puero, occurrit obviàm filio suo.

11. Et suscipiens, osculatus est eum cum uxore suâ, et cœperunt ambo flere præ gaudio.

12. Cùmque adorâssent Deum, et gratias egissent, consederunt.

13. Tunc sumens Tobias de felle piscis, linivit oculos patris sui.

14. Et sustinuit quasi dimidiam ferè horam; et cœpit albugo ex oculis ejus, quasi membrana ovi, egredi.

15. Quam apprehendens Tobias, traxit ab oculis ejus, statimque visum recepit.

16. Et glorificabant Deum, ipse videlicet, et uxor ejus, et omnes qui sciebant eum.

17. Dicebatque Tobias : Benedico te, Domine Deus Israel, quia tu castigâsti me, et tu salvâsti me; et ecce ego video Tobiam filium meum.

18. Ingressa est etiam post septem dies Sara uxor filii ejus, et omnis familia sana, et pecora, et cameli, et pecunia multa

4. S'étant donc résolus d'aller de la sorte, Raphaël dit à Tobie : Prenez avec vous du fiel du poisson, car vous en aurez besoin. Tobie prit de ce fiel, et ils continuèrent leur chemin.

5. Anne cependant allait tous les jours s'asseoir proche le chemin sur le haut d'une montagne, d'où elle pouvait découvrir de loin.

6. Et comme elle regardait de là si son fils ne venait point, elle l'aperçut de loin ; elle le reconnut aussitôt, et courut en porter la nouvelle à son mari, et lui dit : Voilà votre fils qui arrive.

7. Et Raphaël dit à Tobie : Dès que vous serez entré dans votre maison, adorez le Seigneur votre Dieu; et, en lui rendant grâces, approchez-vous de votre père, et lui donnez le baiser.

8. Et aussitôt mettez-lui sur les yeux de ce fiel de poisson que vous portez avec vous, car assurez-vous qu'à l'instant les yeux de votre père s'ouvriront, et il verra la lumière du ciel, et sera comblé de joie en vous voyant.

9. Alors le chien qui les avait suivis durant le chemin, courut devant eux; et comme s'il eût porté la nouvelle de leur arrivée, il en témoignait sa joie par le mouvement de sa queue, et par ses caresses.

10. Le père de Tobie, quoique aveugle, se leva et se mit à courir, en tâtant le chemin avec les pieds; et donnant la main à un serviteur, il alla au-devant de son fils;

11. Et en l'accueillant, il l'embrassa ; et sa mère en fit de même ; et ils commencèrent tous deux à pleurer de joie.

12. Puis ayant adoré Dieu, et lui ayant rendu grâces, ils s'assirent.

13. Alors Tobie prenant du fiel du poisson, en mit sur les yeux de son père.

14. Et après qu'il eut attendu environ une demi-heure, une petite peau blanche, semblable à celle d'un œuf, commença de sortir de ses yeux.

15. Tobie son fils, la saisissant, la tira des yeux de son père, et aussitôt il recouvra la vue.

16. Et ils commencèrent à rendre gloire à Dieu, lui et sa femme, et tous ceux qui le connaissaient.

17. Tobie disait : Je vous bénis, Seigneur Dieu d'Israël, de ce que vous m'avez châtié, et que vous m'avez guéri ; et voilà que je vois Tobie mon fils.

18. Sara, la femme de son fils, arriva aussi sept jours après avec toute sa famille, en parfaite santé, ayant avec elle ses troupeaux et

uxoris : sed et illa pecunia, quam receperat à Gabelo.

19. Et narravit parentibus suis omnia beneficia Dei, quæ fecisset circa eum per hominem qui eum duxerat.

20. Veneruntque Achior et Nabath consobrini Tobiæ, gaudentes ad Tobiam, et congratulantes ei de omnibus bonis quæ circa illum ostenderat Deus.

21. Et per septem dies epulantes, omnes cum gaudio magno gavisi sunt.

ses chameaux, une grande somme d'argent de son mariage, et celui même que Gabélus avait rendu.

19. Et Tobie raconta à son père et à sa mère tous les bienfaits dont Dieu l'avait comblé par cet homme qui l'avait conduit.

20. Achior et Nabath, cousins de Tobie, vinrent ensuite, pleins de joie, se réjouir avec lui de tous les biens que Dieu lui avait faits.

21. Et tous firent festin durant sept jours, avec de grandes réjouissances.

TRANSLATIO EX GRÆCO.

1. Post hæc ibat, et Tobias benedicens Deum, quia prosperaverat viam ipsius : et benedicebat Raguel, et Ednam uxorem ejus.— Et ibat, quoad-usque appropinquârunt ipsi in Nineve. — 2. Et dixit Raphael ad Tobiam : Non cognoscis, frater, quomodò dimisisti patrem tuum ? — 3. Præcurramus ante uxorem tuam, et paremus domum. — 4. Sume autem ad manum fel piscis. Et iverunt, et simul venit canis post eos : — 5. Et Anna sedebat circùm spectans in viam puerum suum : — 6. Et prospexit eum venientem, et dixit patri ejus : Ecce filius tuus venit, et homo qui ivit cum eo. — 7. Et Raphael dixit : Scio ego, quia aperiet oculos pater tuus ; — 8. Tu unge fel in oculos ejus : et erosus deteret, et abjiciet albugines, et videbit te. — 9. Et accurrens Anna irruit super collum filii sui, et dixit ei : Vidi te, fili : et nunc moriar. Et ploraverunt utrique. — 10. Tobit exibat ad januam, et prolapsus est. — Filius autem ejus accurrens ei, — 11. Apprehendit patrem suum, — Et inspersit fel super oculos patris sui, dicens : Confide, pater. — 12. Ut autem erosi sunt, detrivit oculos suos. — 13. Et desquamatæ sunt ab angulis oculorum ejus albugines. Et videns filium suum procidit super collum ejus. — 14. Et ploravit, — Et dixit : Benedictus es, Deus, et benedictum nomen tuum in secula, et benedicti omnes sancti tui angeli. — 15. Quoniam flagellâsti, et misertus es meî : ecce video Tobiam filium meum. Et intravit filius ejus gaudens, — et annuntiavit patri suo magnalia facta sibi in Mediâ. — 16. Et exivit Tobit in obviam nurui suæ gaudens, et benedicens Deum ad portam Nineve. Et mirabantur spectantes eum euntem, quia vidit. — 17. Et Tobit confitebatur coram eo, quia misertus est ipsorum Deus. Et ut appropinquavit Tobit nurui suæ, benedixit eam dicens : Venias sana, filia. Benedictus Deus, qui adduxit te ad nos, et pater tuus, et mater tua. Et factum est gaudium omnibus qui in Nineve, fratribus ejus. — 18. Et advenit Achiacharus, et Nasbas filius fratris ipsius. — 19. Et factæ sunt nuptiæ Tobiæ cum lætitiâ diebus septem.

COMMENTARIUM.

Vers. 1. — Charan. Hebraicè *Acrim*. Unde non videtur esse illa Abrahami patria Genesis 11, v. 31, quæ erat Mesopotamia cis Tigrin. Nam hæc Tobiæ *Charan* sita erat trans Tigrin, inter *Ecbatanas Mediæ*, et *Niniven Assyriæ* urbem; et fortè est *Chatram*, de quâ Ptolemæus.

In medio itinere, in Asiæ tab. 4, id est, in itinere intellecto. Nam à Ninive non aberat nisi itinere dierum quatuor, si quis expeditus pedes esset. Unde in Græco dicitur prope Niniven fuisse. Hoc quatriduum Raphaelis et Tobiæ, vel si properantibus des solùm triduum, adde undecim diebus quos ab *Ecbatanis* impendisse hìc dicuntur in *Charan;* habebis duas hebdomadas; adde totidem itineri ineundo, propter ætatem et valetudinem teneram Tobiæ; totidem mansioni apud Raguelem in Ecbatanis, ut constat ex cap. 8, vers. 23, et cap. 9, vers. 5, reperies totas sex hebdomadas toti itineri impensas. His adde septimam hebdomadam, quâ Sara subsecuta hìc vers. 18, dicitur maritum suum, deprehendes, certò in quinquagesimum diem incidisse initium festæ et lætæ illius instauratarum nuptiarum hebdomadis, cujus mentio fit hoc cap. vers. ult. Atque hinc explica locum S. Augustini alioqui perobscurum, quo dicit l. 22 contra Faustum c. 87 : « Tobiæ quoque Scripturam testari, festum Pentecostes diem de septimanis constare, » nempe septem illis quas jam recensui (1).

(1) Vers. 1. — Præcedamus, et lento gradu sequantur iter nostrum familiæ. Græcus :

VERS. 5. — ANNA SEDEBAT IN SUPERCILIO MONTIS, UNDE RESPICERE POTERAT DE LONGINQUO (1). Allegoricè, Synagoga per suos patriarchas et prophetas, è sublimi et longinquo prospectabat, et vidit Dei Filium Messiam adventantem.

VERS. 7. — UBI INTROIERIS DOMUM TUAM, STATIM ADORA DEUM (2). Unde et mos ille vetus, ut urbem aliquam ingressi non modò prælati, sed et principes politici, ante omnia rectè ad templum deducantur. Et S. Benedictus in Regulâ suâ jubet ut hospites simul atque excepti fuerint, ad orationem deducantur.

VERS. 9. — CANIS (3), qui comes it angelo, doctores exprimit Ecclesiæ, qui confligendo cum hæreticis lupos arcent ab ovili dominico. Vide Isaiæ 56, et ibidem S. Hieronym. Vide etiam Pierium in Hieroglyphicis l. 5.

VERS. 10. — CÆCUS PATER OFFENDENS PEDIBUS (1). Ingens indicatur lætitia, et ex eâ fe-

Præcurramus ante uxorem tuam, et paremus domum. Eadem legit Hebræus Fagii. Cùm Tobias senior anxius filii sui reditum opperiretur, nihilque minùs exspectaret quàm ut ille uxorem duceret, par erat ut Raphael hortaretur adolescentem, acceleraret iter, suisque præcurreret. (Calmet.)

(1) Matris in filium amor exprimitur in hoc versu 5, quemadmodùm apud Livium decad. 3, lib. 2, dùm ad portas, de suis aut filiis, aut viris rogitaturæ concurrunt matronæ, et apud Homer. Odyss. 15, dùm ad Penelopen redit Telemachus filius; et maximè cùm unigena Tobias esset. (Serarius.)

(2) DIXITQUE RAPHAEL AD TOBIAM: At (τὸ *at* significat hæc verba nectenda esse prioribus angeli verbis, v. 4, ac v. 5 et 6, per parenthesin quasi interjici) UBI INTROIERIS DOMUM TUAM, STATIM ADORA DOMINUM DEUM TUUM, ET GRATIAS AGENS EI, ACCEDE AD PATREM TUUM, ET OSCULARE EUM. Disce hìc cùm peregrinaris, vel proficisceris quòpiam, primò adire templum, Deumque invocare, ut viam tuam prosperet et dirigat ad suam gloriam, et tuam aliorumque salutem. Deinde rediens, primò ad templum pariter redi, Deoque gratias age; ita faciunt viri religiosi et probi. Audi Pacatum in Panegyr.: « Magnas urbes ingressi, primùm sacras « ædes, et dicata summo Numini delubra visi« mus; tum fora, atque gymnasia. » Ita fecit S. Antonius visitans S. Paulum primum eremitam, teste S. Hieron. in ejus Vitâ, cæterique monachi et anachoretæ, teste Cassiano. (Corn. à Lap.)

(3) Memor veteris domini, ut Argus in Odysseâ. (Grotius.)

TUNC PRÆCUCURRIT CANIS, QUI SIMUL FUERAT IN VIA, ET QUASI NUNTIUS ADVENIENS, BLANDIMENTO SUÆ CAUDÆ GAUDEBAT, etc. Solent nonnulli mirari, quomodò hæc tam minuta et levia scripta sint dictante Spiritu sancto, et veluti in dubium revocant, an necessariò credendum sit, canem habuisse caudam. Quibus *respondeo*, non censenda esse minuta et levia, quæ justam habuerunt causam cur scriberentur, quale istud est de cane Tobiæ. Describitur enim hic canis, tanquàm *nuntius adveniens*, ut Scriptura loquitur, hoc est, ut nuntius filii advenientis, quo tantoperè pii illi parentes sunt recreati. Deinde ad hujusmodi per se exigua scribenda, idcircò Spiritus sanctus movit auctores sacros, ut doceret Dei providentiam ad omnia omninò etiam minutissima extendi, juxta illud Matt. c. 10: *Unus passer non cadit in terram sine voluntate Patris.* Pertinent autem hujusmodi ad fidem, non quasi articuli fidei, sed ratione quâdam secundariâ, tali qualem jam explicuimus; vel saltem eâ quâ creditur Scripturam non posse errare, aut narrare falsum. (Estius.)

Videntur quibusdam hìc nonnulla minutiora, quàm ut in divinas Litteras referri debeant. Sed Christo Domino monente, est etiam in lege *iota et apex* quispiam, Matth. 5 et Lucæ 16, id est, aliquid, quod exile admodùm, minutumque videatur. Et verò scribuntur hæc primò, quia reverà contigerunt. Cur enim, quod verè factum est, non dicatur? Apud profanos, in fabulis, cùm istiusmodi leguntur, laudantur, ut apud Homerum Odyss. 15 et 16, quòd veritatem scilicet rectè imitentur. Cur ergo, in ipsâ veritate, dùm exprimuntur, non allubescunt? (Serarius.)

(1) Pedum Tobiæ cæci offensio, vers. 10, indicat lætitiam, et ex eâ festinationem illius, ad filium excipiendum, et « significat, ut ait « Beda, Judæorum populum è perfidiæ suæ ve« terno surgentem et currentem ad Dominum, « quamvis offenderet gressibus operum, donec « plenæ fidei et operationis bonæ lucem reci« peret, regeneratus in Christo et instructus. » In his ergo et similibus non sunt, ut despiciantur, tollenda nimiùm supercilia; sed eorum potiùs veritas amplectenda, et significatio, si jam perspicitur, utiliter suscipienda; si nondùm perspicitur, diligenter inquirenda. Quæso te, quantulum est, Genes. 30, et quàm penè, si nasutulos dicaculosque Faustos audias, ridiculum, in agro, à puero, mandragoras inveniri, Liæ matri afferri, harum à Rachele, desiderio tanto, partem expeti, iisque mariti noctem ab istâ vendi, ab illâ coemi? « Jacob, inquit « Faustus Manichæus lib. 22, cap. 5, inter « Rachel et Liam duas germanas sorores ea« rumque singulas famulas, quatuor uxorum « maritos, tanquàm hircus erravit; ut esset « quotidiè inter quatuor scorta certamen, quæ« nam eum venientem de agro prior ad con« cubitum raperet, interdùmque etiam merce« dibus in noctem ab invicem conducerent « eum. » Quid ergo contra infaustum istum Faustum (quem ego, sive orationis cothurnum, sive sannas, argutiolas et scurrationes intuearis, Calvino nostro simillimum judico), lib. 22, D. Augustinus? Robustè profectò eum, uti semper aliàs, jam inde à cap. 47 refellit; sed quæ meo huic instituto congruant, ista sunt cap. 56: « Cur, ait, ipsam rem gestam sancta « Scriptura tacere noluerit, quæ non utique « talia desideria muliercularum nobis pro ma« gno insinuare curaret, nisi aliquid in eis « magnum quærere commoneret, nihil ampliùs « conjicere valeo, quàm quòd ex illo communi « sensu mihi suggeritur, ut illo mandragorico « pomo figurari intelligam famam bonam; non

stinatio boni senis ad filium reducem excipiendum et amplexandum.

Vers. 15. — Apprehendens membranulam oculi Tobias traxit ab oculis. In nostro La-

« eam quæ confertur, cùm laudant hominem « pauci justi atque sapientes, sed illam popularem, quâ etiam major et clarior notitia comparatur : non ipsa per sese expetenda, sed « intentioni bonorum, quâ generi humano consulunt, pernecessaria. » (Serarius.)

Et consurgens cæcus pater ejus. Hæc leguntur in Græco versibus 10, 11, 12, 13, 14, 15, 16 et 17 : *Accurrens Anna, irruit super collum filii sui, et dixit ei : Vidi te, fili, et nunc moriar. Et ploraverunt utrique. Et Tobias exibat ad januam, et prolapsus est. Filius autem ejus occurrens ei, apprehendit patrem suum, et inspersit fel super oculos patris sui, dicens : Confide, pater. Ut autem erosi sunt (dolor cessavit) detrivit oculos suos, et desquamatæ sunt ab angulis oculorum ejus albugines. Et videns filium suum procidit super collum ejus, et ploravit.* Gemina legunt Hebræi. Quid ab Annâ gestum fuerit, silet Vulgata. Syriacus accuratiùs rem narrat : *Anna, induto velo, egressa est in occursum filii sui, et amplexa illum, cecidit in cervicem ejus, et dixit ; Cùm viderim te, fili mi, non dolet mihi, si moriar, quoniam ecce te vidi. Et venit ad Tobiam patrem suum. Stabat autem ille in portâ ; et audiens* (Tobias) *vocem filii sui, volebat illi obviàm ire, et cupiens obviàm ire filio, impingens cadebat. Accurrens autem filius Tobias, prehendit et erexit patrem. Qui surgens, suspexit vultu, osculari cupiens filium, apertis ambobus oculis. Et expressit Tobias fel in oculos Tobiæ patris sui. Qui comprimens oculos, dixit : Quid fecisti mihi, fili Tobia ? Dixit autem Tobias : Bono esto animo, et spera, pater mi : medicamentum hoc est, et claritatem faciet tibi. Et sustinuit patrem suum, et dùm teneret ipsum, desquamavit medicamentum albugines istas et vidit Tobias lucem, et laudavit Deum.* (Calmet.)

Vers. 11. — Et cœperunt ambo flere præ gaudio. Græca addunt dixisse matrem : *Vidi te, fili, jam moriar,* scilicet contenta et læta. Sic Simeon viso Christo ait : *Nunc dimittis servum tuum, Domine, secundùm verbum tuum in pace.* (Corn. à Lap.)

Vers. 13. — Tunc sumens Tobias de felle piscis, linivit oculos patris sui. Et sustinuit quasi dimidiam ferè horam, etc. Quidam hæc mysticè interpretantur, quòd corporalis afflictio et correptio divina, quamvis amaræ sint homini carnali, instar fellis, tamen aperiant oculos mentis nostræ. Alii litteraliter ; sed intelligitur fel istius piscis etiam naturaliter valuisse ad tollendam hanc albuginem ex oculis Tobiæ. Non enim, inquiunt, propriè cæcus erat ex corruptione sensûs videndi, sed tantùm ex impedimento albuginis, quà pupilla tegebatur, qualis cæcitas naturaliter curari potest. Verùm quia Scriptura suprà, capite 2, vers. 13, plagam cæcitatis appellat, rectiùs puto dicendum operationem hanc miraculosam fuisse et supernaturalem, tum quia nulla naturalis historia refert fel alicujus piscis valere ad tollendam ab oculo hujusmodi albuginem aut pelliculam ; tum etiam quia calida stercora, quæ inciderant in oculos Tobiæ, non albugi-

tino dicitur *Tobias junior* eam abstraxisse ab oculis parentis ; in Græco tam hoc versu quàm octavo id seniori tribuitur, qui ut sensit acrimoniam fellis quo filius oculos inunxerat, di-

nem tantùm pupillis obduxisse facilè intelligi possunt, sed potiùs lumina extinxisse, sicut calx extinguere solet. Ac tertiò, quia angelus supra, c. 6, sicut affirmat jecur piscis valere ad extricandum omne genus dæmoniorum, eodem tractu orationis dicit, fel valere ad sanandos oculos, in quibus fuerit albugo. Atqui illud prius valuit tantùm virtute supernaturali, ut supra ostensum est, c. 8, v. 2. Ergo et istud. Nec obstat quòd meminit albuginis et membranæ tegentis oculos, quia id accidit etiam in oculis verè excæcatis, ut cessante usu obducantur pelliculâ. (Estius.)

Et sustinuit quasi dimidiam fere horam, donec fel sensim suâ acrimoniâ albuginem et membranam oculis patris obductam, eroderet, attenuaret et consumeret. Hinc patet hanc cæcitatis per fel curationem fuisse naturalem, ut ex Lyrano, Dion., Serar., Sanch. et aliis dixi c. 6, 8. Unde Græca habent, Raphaelem dixisse : *Tu fel unge in oculos ejus, et ipse morsus deteret, abjicietque albugines, et ipse te intuebitur.* Et inferiùs : *Tobias sparsit in oculos ejus illud fel ; ut verò morsi compuncti sunt oculi, eos confricuit, et ab eorum canthis, seu angulis albugines squamarum instar deciderunt.* Pro quo noster habet : *Et cœpit albugo ex oculis ejus quasi membrana ovi egredi. Quam apprehendens Tobias traxit ab oculis ejus, statimque visum recepit.* Porrò Tobias fuit cæcus per 4 annos, scilicet ab anno ætatis 56 usque ad 60, quo visum recepit, ut patet c. 14, v. 3, ubi tamen Græca habent, eum octo annos vixisse cæcum, nimirùm ab anno ætatis 58 usque ad 66, quo illuminatus est. In Vitâ S. Gregor. Turon. archiep. narratur, quòd pater ejus Florentius simili modo fuerit curatus ; sic enim ait auctor vitæ : « Florentius redivivo calore captatus est, accenditur febris, intumescunt pedes, « dolor pessimus intorquet ; perendinata pestis « hominem contriverat, jam penè conclamatus « jacebat. Interea puer (filius Gregorius Turon.) « vidit iterùm in somno personam, sese, utrùmne librum Tobiæ cognitum haberet, interrogantem ? Respondit : Nequaquàm. Qui ait : « Noveris hunc fuisse cæcum, atque per filium « ex jecore piscis, angelo comitante, curatum. « Tu ergo fac similiter, et salvabitur genitor « tuus. Hæc ille matri retulit, quæ contestim « pueros ad amnem direxit ; piscis capitur, quæ « de extis jussa fuerant, prunis imponuntur. « Non fefellit virum eventus : ut enim primò « fumus odoris in naribus patris reflavit, protinùs omnis ille tumor dolorque recessit. » Hæc omnia penè ad verbum repetit ipse S. Greg. Turon. l. de Gloriâ confessorum c. 40.

Mysticè Beda : Albugo, inquit, significat « stultitiam placendi sibi ipsi, ovum spem « et fiduciam, Tobias populum Judaicum : » Habet ergo in oculis suis albuginem, qui in oculis suis magnus, candidus et justus apparet, sibique nimis placet et arrogat ; sed habet eam instar membranæ ovi, quia cæcitatem mentis sustinet sub spe stultissimâ nasciturì Christi ; hunc enim non na-

citur confricâsse, albugines, detrivisse et abjecisse. Id naturaliter contingere potuisse docui c. 6, v. 2 et 9. Moraliter autem *fel* pœnitentiam designat : mordet et urit; sed sustine vel mediâ horulâ, videbis. Quid? Deum, teipsum, præterita, præsentia, futura, sed longè alio quàm soles oculo. Cæterùm quanto tempore cæcus manserit Tobias, indicatur c. ult. v. 3, nempe *quadriennio* (1).

tum credunt, sed nasciturum sperant, et vanè expectant Judæi. Verùm quibus à Raphaele medico, id est, ab angelo magni consilii Christo Domino ablata fuerit hæc omnis caligo, agnoscunt Messiam jam venisse et redemisse mundum, eumque esse Jesum Christum.

Alleg., Piscis est Christus, uti jam dixi ex S. Augustino, Prospero et aliis. Caro hujus sacratissimi piscis, charitas hujus est, tot operibus in nostrum bonum factis testata, ac passionibus et doloribus ostensa. Fumus autem cordis ejus, est oratio nostra meritorum ejus valori subnixa. Ideò enim hæc aliquid potest apud Patrem, non quia nostra tantùm est, sed quia à membro Christi filii naturalis fusa, et in ipsius meritis et charitate fundata. Hæc extricat omne genus dæmoniorum, quia diabolum vincit, et illius tentationes et dolos irridet. Ac proinde Chrysost. sapienter casum nostrum absentiæ orationis, et victoriam ipsius præsentiæ tribuit. (Corn. à Lap.)

Quæritur an Tobiæ cæcitatem fel illud curârit.—Resp. : Videtur, quia suis in collyriis acria medicamenta et fel adhibet Celsus lib. 5, et generatim ad medicamenta, *in oculorum præsertim itiis*, valere fel docet Plinius lib. 28, cap. 11. Speciatim verò docet primò id idem Plinius, lib. 32, cap. 4 : « Callionymi fel, inquit, cica« trices sanat, et carnes oculorum superva« cuas consumit. Nulli hoc piscium copiosius, « ut existimat Menander quoque in Comœdiis. « Et coracini fel excitat visum; et marini « scorpionis rufi cum oleo vetere, aut melle « Attico, incipientes suffusiones discutit. Eâ« dem ratione albugines oculorum tollit. » Secundò idem docet Galenus lib. 10 de simplicium medicamentorum Facultatibus, cap. 12; Ælianus. lib. 13, cap. 4; Rhasis, lib. 9, cap. 27; Odoardus Oxoniensis de Animalibus. Tertiò, ita etiam è recentioribus censet Valesius, cap. 42; Franciscus Gregorius tomo 6, probl. 185, licet lucium piscem nominet. Et verò assentiuntur etiam illi qui naturalem, ad curandum, jecoris fumo vim negabant Lyranus et Carthusianus. Suadet ipsum etiam curationis tempus, quæ *non in momento* facta, sed *dimidiâ quasi horâ*, vers. 14. Ad quam tamen celeritatem, si quis divinâ vi opus fuisse contenderet, non magnoperè pugnandum. Interim factam curationem istam naturaliter an parùm indicat ipse fellis hujus oculis applicandi *modus*, ejusdemque in illos *vis?* Et in Latino quidem solo liniendi verbo *modus* ille significatur, vers. 8 et 13, sed in Græco est, *inungere* et *illinere*, vel *aspergere*. Vis verò in eodem textu ea ostenditur, ut inunctos, aspersosque oculos mordeat; unde et tandem efficiatur, ut qui morsum illum sentit Tobias, albugines ipsas confricet, deterat, abjiciat. Sic enim juniori Tobiæ Raphael : *Tu fel unge in ejus oculos, et ipse morsus deteret, abjicietque albugines, et te intuebitur.* Quid, qui naturalem tantùm sanationem procurat, diceret aut faceret aliud chirurgus? Tobias verò occurrentem patrem apprehendens, *sparsit in ejus oculos illud fel. Ut verò morsi punctique oculi sunt, eos confricuit, et ab eorum canthis seu angulis albugines, squamarum instar deciderunt.* Quod non paulò etiam significantiùs in Latino exprimitur vers. 14 : *Et sustinuit quasi dimidiam ferè horam ; et cœpit albugo ex oculis ejus, quasi membrana ovi egredi. Quam apprehendens Tobias traxit ab oculis ejus, statimque visum recepit.* Ut igitur fel hoc Raphael monstraret, supernaturale fuit; sed ut ex eo monstrato, sicque oculis apposito, cæcitas curaretur, naturale opinor. Hæreticis verò, qui convellendæ librorum istorum auctoritatis occasionem omni ex re captitant, monitorem hoc loco demus, hæreticum quidem et ipsum, minùs tamen procacem. Ait ergo in Meceleth, seu operis Grammatici consummati Epistolâ nuncupatoriâ Munsterus : « Ne putes « esse fabulam, quod de capto in Tigride pisce « atque exenterato, et inde sublatâ sterilitate, « et sanatâ cæcitate in eo scribitur. Habes et « in Matthæi cap. 17, ferè talem historiam, « quando Christus jussit Simonem ire ad mare, « mittere hamum et tollere piscem, qui pri« mus prodiisset, et aperto ore ejus, extrahere « staterem, atque illum dare pro vectigali. » Et ne quis eruditiori et accuratiori judicio, historiarum istiusmodi quasi fabulæ forent, improbationem adscribat, subdit idem Munsterus : « Hæc autem non propter te scribo, sed propter « rudiores pueros, qui inexercitatum in rebus « divinis habent ingenium, » ut vel hæretico judice, planè rudioribus ii sese pueris hæretici accenseant, rerumque divinarum imperitos profiteantur, qui Tobiam vellicant. (Serarius.)

(1) Post curationem, laudant omnes qui eum nôrant, Deum, versu 16, adeòque ipsa conjux, quæ rebus adversis, parum rectè ipsi Tobiæ, minùsque de Deo religiosè locuta olim fuerat, cap. 2, vers. 22; sed præ omnibus ipse, qui sanitatem adeptus erat, Deum benedicit, vers. 17 : *Tu,* ait, *castigâsti me, et tu salvâsti me,* quemadmodùm infra, cap. 13, vers. 2: *Tu flagellas et salvas.* Cùm castigationem et flagellum experimur, futuram salvationem expectemus; et cùm istam optamus, illam non respuamus. *Percutit* Deus, *et manus ejus sanabunt.* (Serarius.)

Vers. 18. — Ingressa est etiam post septem dies Sara uxor filii ejus. Versiones Græcæ et Hebraicæ et vetus Latina, planè oppositâ sententiâ, ferunt, Saram eâdem die pervenisse, eique venienti obviàm utrumque Tobiam procurrisse. Græcus vers. 18 et 19, ita sonat : *Intravit filius ejus gaudens, et renuntiavit patri suo magnalia facta sibi in Mediâ. Et exivit Tobias nurui suæ gaudens, et benedicens Deum ad portam Ninive. Et mirabantur spectantes eum euntem, quia vidit. Et Tobias confitebatur coram eis, quia misertus est ipsorum Deus. Et ut appropinquavit nurui suæ, benedixit eam, dicens : Venias, filia. Benedictus Deus, qui adduxit te ad nos, et pater tuus, et mater tua. Et factum est gaudium omnibus in Ninive fratribus ejus.* Meminisse hìc juvat, initio capitis hujus in Græco non legi, Tobiam præcucurrisse ante

suorum agmen è Charan, sed tantummodò cùm propè Ninivem ventum esset, socios deseruisse, ut præcurrens domicilium præpararet. Ita series narrationis optimè sibi constat. Sara eâdem die Ninivem pervenerit necesse est. Hebræus Fagii Græco prorsùs congruit; Munsteri verò, qui ex Akrim præcucurrisse Tobiam narrat, urbem hanc propè Ninivem, et è regione ejusdem collocat.

Vers. 20. — Venerunt Achior et Nabath consobrini Tobiæ. Hebræus Fagii : *Venerunt fratres ejus, propinqui ejus, ac proceres regni*, etc. Hebræus Munsteri : *Lætati sunt gaudio magno ipsi, et cuncti Judæi, qui erant in Ninive*. Græcus : *Advenit Achiacharus et Nasbas, filius fratris ipsius*. Syrus : *Achiacharus et Laban, filius sororis ipsius*. Nunc primùm sermo occurrit de Nabath Tobiæ fratris filio. Achior, seu Achiacharus, filius est fratris Tobiæ, cujus meminit superiùs Græca editio 1, 24, ubi appellatur *Achiacharus Anael*. Achiorem et Nabath unum esse eumdemque virum, Grotius suspicatur; cujus conjecturæ favet verbum, quod singulare est in Græco, apud quem et filius fratris Tobiæ, quasi unus sit, singulari numero appellatur. Nec rara sunt, præsertim in captivitate, unius ejusdemque hominis duo nomina. Verti igitur potest : *Achiacharus, alio nomine Nabath, Tobiæ fratris filius, advenit*.

Vers. 21. — Per septem dies epulantes. De epulis et nuptiis nihil in Hebræo Munsteri, in quo tamen sunt pulchra et pretiosa munera, Tobiæ collata. Vetus latina versio : *Consummatæ sunt nuptiæ cum hilaritate septem diebus, et data sunt illi munera multa*. (Calmet.)

Et per septem dies epulantes, agentes repotia, quæ græcè hìc minùs propriè vocantur, γάμος, propriè dicerentur, ἐπαύλια, ut est in Glossis. (Grotius.)

CAPUT XII.

1. Tunc vocavit ad se Tobias filium suum, dixitque ei : Quid possumus dare viro isti sancto, qui venit tecum?

2. Respondens Tobias, dixit patri suo : Pater, quam mercedem dabimus ei? aut quid dignum poterit esse beneficiis ejus?

3. Me duxit et reduxit sanum, pecuniam à Gabelo ipse recepit, uxorem ipse me habere fecit, et dæmonium ab eà ipse compescuit, gaudium parentibus ejus fecit, meipsum à devoratione piscis eripuit, te quoque videre fecit lumen cœli, et bonis omnibus per eum repleti sumus. Quid illi ad hæc poterimus dignum dare?

4. Sed peto te, pater mi, ut roges eum, si fortè dignabitur medietatem de omnibus quæ allata sunt, sibi assumere.

5. Et vocantes eum, pater scilicet et filius, tulerunt eum in partem : et rogare cœperunt, ut dignaretur dimidiam partem omnium quæ attulerant, acceptam habere.

6. Tunc dixit eis occultè : Benedicite Deum cœli, et coram omnibus viventibus confitemini ei, quia fecit vobiscum misericordiam suam.

7. Etenim sacramentum regis abscondere bonum est : opera autem Dei revelare et confiteri honorificum est.

8. Bona est oratio cum jejunio et eleemosynâ, magis quàm thesauros auri recondere :

9. Quoniam eleemosyna à morte liberat, et ipsa est, quæ purgat peccata, et facit invenire misericordiam et vitam æternam.

CHAPITRE XII.

1. Alors Tobie appela à lui son fils, et lui dit : Que pouvons-nous donner à ce saint homme qui a été avec vous?

2. Tobie répondant, dit à son père : Mon père, quelle récompense lui donnerons-nous?

3. Il m'a mené et ramené en santé; il a été lui-même recevoir l'argent de Gabélus ; il m'a fait avoir ma femme ; il a éloigné d'elle le démon; il a rempli de joie son père et sa mère ; il m'a délivré du poisson qui allait me dévorer; il vous a fait voir à vous-même la lumière du ciel; et c'est par lui que nous avons été comblés de biens. Que pouvons-nous donc lui donner, qui égale tout ce qu'il a fait pour nous?

4. Mais je vous prie, mon père, de le supplier de vouloir bien accepter la moitié de tout le bien que nous avons apporté.

5. Tobie le père et son fils le firent venir ensuite; et l'ayant pris à part, ils le conjurèrent de vouloir bien recevoir la moitié de tout ce qu'ils avaient apporté.

6. L'ange alors leur parla ainsi en secret : Bénissez le Dieu du ciel, et rendez-lui gloire devant tous les hommes, parce qu'il a fait éclater sur vous sa miséricorde.

7. Car s'il est bon de tenir caché le secret du roi, c'est une chose honorable de révéler et de confesser les œuvres de Dieu.

8. La prière accompagnée du jeûne et de l'aumône, vaut mieux que tous les trésors et tout l'or qu'on peut amasser ;

9. Car l'aumône délivre de la mort; et c'est elle qui efface les péchés, et qui fait trouver la miséricorde et la vie éternelle.

10. Qui autem faciunt peccatum et iniquitatem, hostes sunt animæ suæ.

11. Manifesto ergo vobis veritatem, et non abscondam à vobis occultum sermonem.

12. Quando orabas cum lacrymis, et sepeliebas mortuos, et derelinquebas prandium tuum, et mortuos abscondebas per diem in domo tuâ, et nocte sepeliebas eos, ego obtuli orationem tuam Domino.

13. Et quia acceptus eras Deo, necesse fuit ut tentatio probaret te.

14. Et nunc misit me Dominus ut curarem te, et Saram uxorem filii tui à dæmonio liberarem.

15. Ego enim sum Raphael angelus, unus ex septem qui adstamus ante Dominum.

16. Cùmque hæc audîssent, turbati sunt : et trementes ceciderunt super terram in faciem suam.

17. Dixitque eis angelus : Pax vobis, nolite timere.

18. Etenim cùm essem vobiscum, per voluntatem Dei eram : ipsum benedicite, et cantate illi.

19. Videbar quidem vobiscum manducare et bibere; sed ego cibo invisibili, et potu, qui ab hominibus videri non potest, utor.

20. Tempus est ergo ut revertar ad eum qui me misit : vos autem benedicite Deum, et narrate omnia mirabilia ejus.

21. Et cùm hæc dixisset, ab aspectu eorum ablatus est; et ultra eum videre non potuerunt.

22. Tunc prostrati per horas tres in faciem, benedixerunt Deum : et exurgentes narraverunt omnia mirabilia ejus.

10. Mais ceux qui commettent le péché et l'iniquité sont ennemis de leurs âmes.

11. Je vous manifeste donc la vérité ; et je ne vous cacherai point une chose qui est secrète.

12. Lorsque vous priiez avec larmes, et que vous ensevelissiez les morts ; que vous quittiez pour cela votre dîner, et que vous cachiez les morts dans votre maison durant le jour, pour les ensevelir durant la nuit, j'ai présenté vos prières au Seigneur.

13. Et parce que vous étiez agréable à Dieu, il a été nécessaire que la tentation vous éprouvât.

14. Maintenant donc le Seigneur m'a envoyé pour vous guérir, et pour délivrer du démon Sara, la femme de votre fils;

15. Car je suis l'ange Raphaël, l'un des sept qui sommes présents devant le Seigneur.

16. A ces paroles, ils furent troublés; et étant saisis de frayeur, ils tombèrent le visage contre terre.

17. Et l'ange leur dit : La paix soit avec vous; ne craignez point;

18. Car lorsque j'étais avec vous, j'y étais par la volonté de Dieu. Bénissez-le et chantez ses louanges.

19. Il paraissait, à la vérité, que je buvais et que je mangeais avec vous; mais je me nourris d'une viande invisible, et d'un breuvage qui ne peut être vu des hommes.

20. Il est donc temps que je retourne vers celui qui m'a envoyé; et pour vous, bénissez Dieu, et publiez toutes ses merveilles.

21. Après ces paroles, il disparut de devant eux, et ils ne purent plus le voir.

22. Alors s'étant prosternés le visage contre terre pendant trois heures, ils bénirent Dieu ; et s'étant levés, ils racontèrent toutes les merveilles qu'il avait faites.

TRANSLATIO EX GRÆCO.

1. Et vocavit Tobit Tobiam filium suum, et dixit ei : Vide, fili, mercedem homini, qui venit unà tecum : et adjicere ei oportet. — 2. Et dixit : Pater, non lædor dans ei dimidium eorum, quæ attuli.— 3. Quoniam me tibi reduxit sanum, et uxorem meam curavit : et argentum meum attulit, et te similiter curavit. — 4. Et dixit senex : Justè fit ei. — 5. Et vocavit angelum, et dixit ei : Accipe dimidium omnium quæ attulistis, et abduc sanus. — 6. Tunc vocans ambos clam, dixit eis : Benedicite Deum, et ei confitemini, et magnificentiam date ei; et confitemini ei coram omnibus viventibus, pro iis quæ fecit vobiscum. Bonum est benedicere Deum, et exaltare nomen ejus, verba operum Dei honorificè demonstrantes; et ne pigri sitis confiteri ei. — 7. Mysterium regis bonum est occultare, opera autem Dei revelare honorificè. Bonum facite : et malum non inveniet vos. — 8. Bonum oratio cum jejunio, et eleemosynâ et justitiâ. Bonum est paucùm cum

justitiâ, quàm multùm cum injustitiâ. Bonum facere eleemosynam, quàm thesaurizare aurum. — 9. Eleemosyna enim à morte liberat et ipsa emundat omne peccatum. Facientes eleemosynas, et justitias, implebuntur vitâ. — 10. Peccantes autem sunt hostes suæ ipsorum vitæ. — 11. Non occultabo à vobis omne verbum. Dixi jam: Mysterium regis occultare bonum, opera autem Dei revelare honorificè. — 12. Et nunc, quando orâsti tu, et nurus tua Sarra; ego obtuli memoriale orationis vestræ coram sancto: et quando sepeliebas mortuos, similiter aderam tibi. — 13. Et quando non piger eras surgere, et relinquere prandium tuum, ut abiens operires mortuum, non latuisti me benefaciens, sed tecum fui. — 14. Et nunc misit me Deus sanare te, et nurum tuam Sarram. — 15. Ego sum Raphael, unus ex septem sanctis angelis qui offerunt orationes sanctorum, et ingrediuntur in conspectu gloriæ Sancti. — 16. Et turbati sunt ambo, et ceciderunt in faciem, quoniam timuerunt. — 17. Et dixit eis: Ne timeatis: pax vobis erit. Deum autem benedicite in secula. — 18. Quoniam non meâ ipsius gratiâ, sed voluntate Dei nostri veni; unde benedicite eum in secula. — 19. Omnibus diebus apparebam vobis, et non manducabam, neque bibebam: sed visionem vos spectabatis. — 20. Et nunc confitemini Deo; quoniam ascendo ad eum qui misit me: et scribite omnia quæ consummata sunt, in libro. — 21. Et surrexerunt, et non ultra viderunt eum. — 22. Et confitebantur opera magna, et mirabilia ejus, quomodò apparuerat eis angelus Domini.

COMMENTARIUM.

VERS. (1) 7. — SACRAMENTUM, id est, mysterium, arcanum, A REGE tibi creditum, ABSCONDERE BONUM, imò necessarium EST (2), propter fidem regi datam, et quia alioqui gravissima emergerent incommoda. Ita Gellius l. 50, c. 55. Et ex sententiâ Capitolini in Vitâ Gordianorum, de Senatusconsultis tacitis: *Taciturnus, consiliorum thesaurus.* E contrario, *Dei opera revelare, honorificum est.* Unde Stephanus papa apud Rhabinonem anno Christi 753: « Sicut nemo se debet jactare de suis meritis, « sic opera Dei, quæ in illo per sanctos fiunt « sine ejus meritis, non debent sileri, sed « prædicari; sicut angelus monet Tobiam, hoc « v. 7, et suo præit exemplo v. 11. » Subdit Angelus:

VERS. 8. — BONA seu melior, EST ORATIO CUM JEJUNIO ET ELEEMOSYNA. Neque enim sine illis comitibus mala est oratio, sed cum illis valdè bona et efficax redditur. Unde Franc. Georgius cùm ex S. Damasceno explicâsset, *orationem* esse *mentis elevationem in Deum,* subdit, tit. 6, sect. 9, problem. 417: « Tantò magis mens « elevatur, quantò orans à gravaminibus (ma- « gis) expeditur. Duo (verò) sunt gravamina « (mentis) oblectamentum carnis, et terreno- « rum affectus. Illud gravanti corpori animam « subjicit; hic facibus terrenis animam suffo- « cat. » Ab hoc per eleemosynam, ab illo per jejunium anima expeditur (1).

(1) VERS. 6. — TUNC DIXIT EIS OCCULTE. Seorsùm illum duxerant et in locum à domesticis secretum, ut ea proponerent, quæ hìc subduntur. Sed angelus majus etiam secretum postulat, ut se illis manifestet. Secretò in auribus loquitur, ut nemo præter ipsos audiat; manifestationis suæ testes respuit: soli Tobiæ eo munere digni habiti sunt. Dei dona pretiosa sunt et rara, ac longissimè semper absunt ab ostentatione et jactantiâ. In Græco legitur: *Tunc angelus vocans ambos clam, dixit eis: Benedicite Deum, et ei confitemini, et magnificentiam date ei, et confitemini ei coram omnibus viventibus, pro eis quæ fecit vobiscum. Bonum est benedicere Deum, et exaltare nomen ejus, verba operum Dei honorificè demonstrantes, et ne pigri sitis confiteri ei.* Hebræus Fagii aliquantò fusior: *Respondit eis angelus: Habeo arcanum quoddam, quod dicam vobis. Ingressi sunt ambo pater et filius cum angelo in conclave, ad quos angelus dixit: Date laudem,* etc. Sed Munsteri editio verba hæc legit pro versiculis 6, 7 et 8: *Dixit eis Raphael: Cantate Domino canticum novum, et benedicite Deum, atque celebrate nomen ejus pro omni bonitate quam fecit vobiscum. Multiplicate preces, orationes, et eleemosynas coram illo cunctis diebus vitæ vestræ. Nam melius est in conspectu Domini facere jugiter eleemosynas, quàm congregare thesauros auri et argenti.* (Calmet.)

(2) OPERA AUTEM DEI REVELARE ET CONFITERI, HONORIFICUM EST. Egregium est ἀντίθετον, *oppositum.* Reges consilia sua in occulto habent: Deus sua vult patescere. *Abditos principis sensus exquirere illicitum,* ait Tacitus Annalium 6. (Grotius.)

(1) VERS. 9. — ELEEMOSYNA A MORTE LIBERAT, ET IPSA EST QUÆ PURGAT PECCATA, ET FACIT INVENIRE MISERICORDIAM ET VITAM ÆTERNAM. Hebræus Fagii: *Justitia* (id est, *eleemosyna,* ut capite 4, 7, demonstratum est) *liberat à morte, atque expiat iniquitatem. Quicumque facit justitiam, hunc Deus exsaturabit longitudine dierum.* Græcus: *Eleemosyna à morte liberat, et ipsa emendat omne peccatum. Facientes eleemosynas et justitias, implebuntur* (saturabuntur) *vitâ.* Varia sunt verba, sensus idem. Quanquàm autem vitæ æternæ nomen hìc non exprimitur, de hâc tamen textum hunc explicandum esse, nullus dubio est locus. Eleemosyna certè quid non est à naturâ datum, quo opes, commoda, vitamque inter homines diuturnam et felicem consequamur: ipseque Tobias esse potest exemplum infortuniorum, quò perveniunt in-

Vers. 13. — Quia acceptus eras Deo, non modò congruum, utile, decens, sed planè necesse fuit, ut tentatio probaret te. Alia è diametro mundanis ratiocinatio. Sed S. Paulus totidem verbis idem inculcat Actorum 14, vers. 21 : *Per multas tribulationes* (non dicit, expedit, aut decet, sed) *oportet nos intrare in regnum Dei.* Idem repetit 2 ad Timotheum 3, v. 12. Et ipse de se Christus Lucæ ult. v. 26 : *Nonne hæc oportuit pati Christum, et ita intrare in gloriam suam?* Porrò de fructibus eleemosynæ, quos hìc commemorat angelus, dixi c. 4, v. 11, supra.

Vers. 15. — Ego sum Raphael angelus, unus ex septem qui astamus ante Dominum (1). He-

terdùm ii qui totos sese piis largitionibus, cæterisque charitatis operibus addicunt. Aliud etiam hujusce rei documentum proximè sequens versiculus exhibet. (Calmet.)

Vers. 10. — Qui faciunt peccatum, hostes sunt animæ suæ. Necem sibi crudeliter inferunt, adeuntque æternæ damnationis discrimen. Nihil hâc sententiâ inanius esset, si corporis interitus intelligeretur, cùm prosperâ et diuturnâ vitâ impii ac nefarii homines fruantur. Psalmista eamdem rem, quam Raphael hìc, testatus est : *Qui diligit iniquitatem, odit animam suam;* et Jesus Christus in Evangelio : *Qui amat animam suam* (vitam suam) *perdet eam.* Hebræus Munsteri totum hunc versiculum cum tribus sequentibus præterit.

Vers. 12. — Ego obtuli orationem tuam Domino. S. Cyprianus legit : *Ego obtuli memoriam orationis vestræ in conspectu claritatis Dei.* Græcus : *Ego obtuli memoriale orationis vestræ coram Sancto.* Hebræus Fagii : *Ego ingredi feci lacrymas vestras in conspectu Domini.* Angelos Scriptura et Patres exhibent, ceu familiares et ministros Domini, cui preces nostras sistunt. S. Joannes angelum vidit, cui thura porrigebantur, sanctorum scilicet orationes, in altari aureo coram Dei solio sistenda. Tertullianus et Patres doctrinam hanc confirmârunt. Opinionis in gente suâ receptæ testis Philo Judæus docet, bonos angelos quodam legationis genere fungi hominum ad Deum, et Dei ad homines; cujus muneris sanctitate sacri et inviolabiles efficiuntur. Neque ab hâc veritate longiùs aberrârunt profani. *Omnis dæmon inter Deum et hominem est, explicans deferensque hominum quidem ad deos preces et sacrificia, deorum verò ad homines imperia, et præmia sacrificiorum. Inter homines cælicolasque vectores hinc precum, inde donorum, qui ultrò citrò portant, hinc petitiones, inde suppetias, seu quidam utriusque interpretes et salutigeri.*

(1) Græcus : *Ego sum Raphael, unus ex septem sanctis angelis, qui offerunt orationes sanctorum, et ingrediuntur in conspectu gloriæ Sancti.* S. Cyprianus : *Ego sum Raphael, unus ex septem angelis sanctis, qui assistimus, et conversamur ante claritatem Dei.* Hebræus Munsteri numerum hunc septem angelorum non exhibet: *Ego sum Raphael, unus ex principibus ministrantibus ante solium majestatis.* De septem hisce angelis dissidium est ingens inter scriptores.

braicè : *Ego sum ex principibus unus, qui ministrant ante solium gloriæ.* Græcè editur : *Qui offerunt preces sanctorum* (id est, eorum qui professione, voto, aut proposito sancti sunt)

Sunt qui agi hìc credant non de septem angelis numero distinctis, sed de Spiritu sancto, cui septenarius numerus idcircò adscribitur, quòd septem dona hominibus distribuat. Alii malunt, numerum hunc *septem* indefinitum esse, ut quandoque solet Scriptura. Angeli utique ante Dominum assistentes plures sunt quàm septem. Millia millium ante Dei solium exhibent Daniel et S. Joannes : *Millia millium ministrabant ei, et decies millies centena millia assistebant ei.* Septem igitur angeli principes sunt inter suos gloriâ et dignitate, primi cœlestis exercitûs duces. Primas tenent inter angelos, et apud supremum universi orbis imperatorem. Sed unde septem? Hunc angelorum numerum non minùs apertè exhibet Apocalypsis : *Gratia vobis et pax... à septem spiritibus, qui in conspectu throni ejus sunt.* Vetustissimi Ecclesiæ Patres sententiam hanc nôrant et adoptârunt. Conceptis verbis hanc exprimunt Aretas, S. Irenæus, S. Clemens Alexandrinus, et S. Cyprianus. Ex eodem fonte hauserunt veteres quidam hæretici septem angelos qui totidem orbis partibus (septem enim in partes orbem distribuerunt) præsidebant. Cum priscis hisce hæreticis sentire Kimchi visus est. Recentiores quidam post veteres Rabbinos aiunt, septem hosce angelos præesse corporibus sublunaribus, ut singuli singulos planetas moderentur, ex quibus cœlorum influxus in terram deferuntur. Hæc tamen digniora videntur levibus curiosorum animis, quàm seriæ virorum gravium et scientiâ præstantium meditationi. (Calmet.)

Hinc patet Raphaelem esse unum è primis angelis, qui quasi principes aulæ cœlestis Deo proximè assistunt, de quibus fusè egi Apocal. 1, v. 4. Græca addunt : *Ego sum unus de septem, qui offerunt orationes sanctorum, et ambulant ante majestatem sancti.* Hisce septem ergo incumbit cura generis humani. Alii exponunt : Unus è septem, id est, unus è multis. Astare ante Dominum multa significat, ut rectè advertit Andreas Victor. lib. de Custodiâ angel. p. 43. Primò astant angeli, quando loquuntur cum Deo, postulantes divinum lumen, ut cognoscant, quæ sit in aliquâ re agendâ ejus voluntas. Secundò, astant angeli, dùm pia opera, sacrificia, eleemosynas, preces humanas offerunt Deo. Tertiò, astant, cùm parati sunt ad obsequendum divinæ voluntati, quasi milites prompti paratique ad bellum, si bellum ex divino nutu gerendum sit, et quasi servi parati ad munera obeunda ad quodcumque imperium Dei. Quartò, astant Deo judici, hominum causas contra dæmonum accusationes agentes, sententiamque expectantes. Quintò, astant, dùm Deum laudant, uti Isaias c. 6, Seraphim stantes aspexit, Deum miris iis vocibus laudantes : *Sanctus, Sanctus*, etc. Sextò, astare est divinum vultum intueri, et inde summæ felicitatis latices haurire, quod vel in empyreo accidit cœlo, ubi peculiari singularique modo thronus fulget divinus, vel in aliis quibuscumque locis, in quibus omnibus Deus est; et sic

et ambulant ante majestatem sancti. Videntur ergo hi *septem angeli*, seu (ut eos vocant S. Prosper, Isidorus, Severus Minoricensis, et alii) hi *archangeli* singularem præ cæteris angelis ut functionem externam, sic et internam præcellentiam obtinere, quæ consistat, vel in gratiarum eminentiâ, vel potiùs in principatu opposito principatui regum dæmonia eorum, de quo supra cap. 3, v. 8, ut præsint septem præcipuis virtutibus : v. g., tribus theologicis, et quatuor cardinalibus, vel virtutibus oppositis septem vitiis capitalibus; vel septem donis Spiritûs sancti. Sic Isaiæ 33, quidam dicuntur *angeli pacis.* Alibi *angelus*, præpositus *pœnitentiæ.* Et hi septem principes per *candelabrum septiramum,* Exodi 25, et per *septem candelabra,* Apoc. 1, designari videntur, quasi qui virtutum suarum splendore totum orbem collustrent. Cæterùm decuplex ex hâc Tobiæ historiâ munus horum angelorum, et per consequens etiam reliquorum nobis tutelarium, colligere possumus : primum est, adstare solio Dei, eumdemque contemplando, summam æternamque exinde felicitatem haurire. Patet ex hoc vers. 14. Secundum, preces hominum Deo offerre, suas ipsis addendo commendationes, v. 12, ex quo et tertium, benè agentibus adesse. Quartum, ad opera pia hortari, vers. 6, 8 et sequentibus. Quintum, docere mortales, non solùm quæ ad theologiam, seu fidem et bonos mores spectant, ut hoc cap. passim, sed etiam quæ ad physicam et medicinam, si quando res usque ita postulat, ut c. 6 et 11 de felle, corde, jecore vidimus. Sextum, dæmones propulsare, nosque contra illos tueri, cap. 8, v. 3. Septimum, à pluribus corporum periculis nos liberare, hìc, vers. 3. Octavum, opus quoque, et splendidas subindè (cùm sic expedit) nuptias et honestas affinitates procurare, cap. 6, v. 11. Nonum, interdùm etiam nos probare et adversis exercere, hìc v. 13. Decimum, suavissimè postea consolari, penè toto hoc cap. Sed id maximè experiemur, cùm ex hâc vitâ et exilio nos revehent in patriam, et supremi judicis tribunali sistent. Vide Vinc. Brunum, et Serarium. Porrò tam evidens hinc ducitur argumentum pro cultu et invocatione angelorum, ut etiam Calvinus, alioqui juratus ejusce rei hostis, id ultrò admittat (1).

ubicumque sint boni angeli, semper astant Deo, quia semper Deo fruuntur. Hinc fit ut dicantur recedere et redire, quia ad ministeria missi recedunt quidem ab empyreis sedibus, sed summam felicitatem non amittunt, et illùc ad Dei nutum revertuntur. Septimò, astare, strictè et pressè ad eos angelos attinet, qui ad ministeria externa mitti non solent; sed rationes rerum faciendarum in Deo contuentes, inferiores angelos ea munera executuros docent atque illuminant; unde distinguuntur angeli in assistentes et ministrantes. Assistunt Seraphin, Cherubin, Throni, Dominationes; ministrant quinque alii ordines, et de his alibi agentes probavimus etiam aliquando mitti. Hinc Raphael ait se astare Deo. Nam astare ante Deum non tantùm significat esse in cœlis, quod commune est omnibus angelis, sed indicat in ministerio quamdam principalitatem, ait Toletus in c. 1 Lucæ. (Corn. à Lap.)

(1) Vers. 16. — Cumque hæc audissent, turbati sunt, et trementes ceciderunt super terram in faciem suam, ex reverentiâ et sacro horrore. Nam, ut aiebat S. Antonius, « metus « non tantùm ex pavore animi, quantùm ex « magnarum rerum sæpè incutitur aspectu. » (Corn. à Lap.)

Vers. 17. — Dixitque eis angelus : Pax vobis, nolite timere. Hinc Patres docent angelicæ apparitionis signum esse, si primò horror incutiatur, deinde consolatio et lætitia ingeratur, nam contrarium facit dæmon. Audi Bedam in c. 1 Lucæ : « Sicut, ait, humanæ « fragilitatis est spiritalis creaturæ visio ne « turbari, ità et angelicæ benignitatis est, pa« ventes de aspectu suo mortales mox blan« diendo solari; ast contrà dæmoniacæ est « feritatis, quos suâ præsentiâ territos sense« rint, ampliore semper horrore concutere. » Et S. Antonius, teste S. Athan. in ejus Vitâ : « Cùm bonus angelus, inquit, bonis hominibus « apparet, etiamsi initio inusitato aspectu ti« morem injiciat, ad extremum consolationem « et animi tranquillitatem relinquit; » et rursùm : Sanctorum angelorum amabilis et tran« quillus aspectus, quia non contendunt, neque « clamant, neque audit aliquis vocem eorum; « verùm tacitè leniterque properantes, gau« dium, exultationem, fiduciam pectoribus in« fundunt, siquidem cum illis est Dominus, « qui est fons et origo lætitiæ. Tunc mens « nostra non turbida, sed lenis et placida ange« lorum luce radiatur; tunc anima cœlestium « præmiorum aviditate flagrans, effracto, si « posset, humani corporis domicilio, et mem« bris exonerata mortalibus, cum his quos videt, « abire festinat ad cœlum; horum tanta beni« gnitas est, ut si quis pro conditione fragili« tatis humanæ intrò fuerit eorum fulgore « perterritus, omnem continuò ex corde au« ferant metum. » Deindè dæmonum apparentium contraria hæc dat indicia : « Pessimorum « autem vultus truces, sonitus horridi, sordidi « cogitatus, plausus, motusque indisciplinato« rum adolescentum, vel latronum, è quibus « confestim timor animæ, sensibus stupor in« cutitur, odium Christianorum, monachorum « mœror, tædiumque suorum recordatio, me« tus mortis, cupido nequitiæ, lassitudo virtu« tis, cordis hebetatio. Si igitur post timorem « horrore concepto, successerit gaudium, et « ad Deum fiducia atque ineffabilis charitas, « venisse sciamus auxilium, quia securitas « animæ, præsentis majestatis indicium est. »

Vers. 19. — Videbar quidem vobiscum man-

Vers. 20. — Narrate omnia. Græcè et Hebraicè : *Scribite in libro hæc omnia quæ facta sunt.* Unde in proœmio hujus libri dixi, To-

ducare. Reverà enim Raphael non manducabat, quia manducatio est actio vitalis, quâ anima cibum in ore vitaliter masticat, ac ex ore in stomachum, ut ab eo concoquatur, vitaliter trajicit. Raphael autem cùm non informaret corpus assumptum, vitaliter in illud non trajiciebat cibum, sed in illud perinde ac in saccum quemdam cibum injiciebat, quem deinde in vaporem et aerem resolvebat.

Sed ego cibo invisibili, etc. Utor : nimirùm Deus, Deique visio et fruitio est cibus angelorum, quo deliciantur, et beantur jugiter.

(1) Vers. 20. — Et narrate omnia mirabilia ejus. Græcus habet : *Scribite omnia quæ facta sunt in libro;* unde liquet Tobiam Raphaeli obe-

biam suâmet manu hunc librum conscripsisse, cùm præsertim in primâ personâ ubique loquatur in eodem Græco et Hebraico textu.

dientem hanc historiam conscripsisse, ac hujus libri esse auctorem, uti habent Græca c. seq., v. 1, Hebræa uberiùs habent : *Nunc ergo,* ait, *scribite vobis omnia hæc verba in libro, et erit in testimoninm inter vos et Deum vestrum omnibus diebus vitæ vestræ. Et hoc verbum sit in signum, et in testimonium in omnem generationem et generationem. Et vos benedicite Dominum, et confitemini memoriæ sanctitatis ejus. Et nunc dimitte me, et revertar ad Deum, qui misit me ad vos.* (Corn. à Lap.)

Vers. 21. — Ab aspectu eorum ablatus est. Ἄφαντος ἐγένετο ἀπ' αὐτῶν, *inconspicuus ab ipsis factus est,* ut loquitur Lucas, 24, 31. (Grotius.)

CAPUT XIII.

1. Aperiens autem Tobias senior os suum, benedixit Dominum, et dixit : Magnus es, Domine, in æternum, et in omnia secula regnum tuum :

2. Quoniam tu flagellas et salvas; deducis ad inferos, et reducis, et non est qui effugiat manum tuam.

3. Confitemini Domino, filii Israel, et in conspectu gentium laudate eum :

4. Quoniam ideò dispersit vos inter gentes, quæ ignorant eum, ut vos enarretis mirabilia ejus, et faciatis scire eos, quia non est alius Deus omnipotens præter eum.

5. Ipse castigavit nos propter iniquitates nostras : et ipse salvabit nos propter misericordiam suam.

6. Aspicite ergo quæ fecit nobiscum, et cum timore et tremore confitemini illi : regemque seculorum exaltate in operibus vestris.

7. Ego autem in terrâ captivitatis meæ confitebor illi : quoniam ostendit majestatem suam in gentem peccatricem.

8. Convertimini itaque, peccatores, et facite justitiam coram Deo, credentes quòd faciat vobiscum misericordiam suam.

9. Ego autem et anima mea in eo lætabimur.

10. Benedicite Dominum, omnes electi ejus; agite dies lætitiæ, et confitemini illi.

11. Jerusalem civitas Dei, castigavit te Dominus in operibus manuum tuarum.

12. Confitere Domino in bonis tuis, et benedic Deum seculorum, ut reædificet in

CHAPITRE XIII.

1. Alors le vieux Tobie, ouvrant la bouche, bénit le Seigneur, et dit : Seigneur, vous êtes grand dans l'éternité ; et votre règne s'étend dans tous les siècles.

2. Car vous châtiez et vous guérissez ; vous conduisez jusqu'au tombeau, et vous en ramenez ; et nul ne peut se soustraire à votre puissance.

3. Rendez grâces au Seigneur, enfants d'Israël, et louez-le devant les nations.

4. Car il vous a ainsi dispersés parmi les peuples qui ne le connaissent point, afin que vous publiiez ses merveilles, et que vous leur appreniez qu'il n'y en a point d'autre que lui qui soit le Dieu tout-puissant.

5. Il nous a châtiés, à cause de nos iniquités ; et il nous sauvera , à cause de sa miséricorde.

6. Considérez donc ce qu'il a fait en notre faveur, et louez-le avec crainte et avec tremblement ; et glorifiez par vos œuvres le roi de tous les siècles.

7. Pour moi, je le louerai dans cette terre où je suis captif, parce qu'il a fait éclater sa majesté sur une nation pécheresse.

8. Vous donc, pécheurs, convertissez-vous ; faites des œuvres de justice devant Dieu , et croyez qu'il vous fera miséricorde.

9. Pour moi, mon âme se réjouira en lui.

10. Bénissez le Seigneur, vous tous qui êtes ses élus ; célébrez des jours de joie, en lui rendant des actions de grâces.

11. Jérusalem, cité de Dieu, le Seigneur t'a châtiée à cause des œuvres de tes mains.

12. Rends grâces au Seigneur pour les biens qu'il t'a faits ; et bénis le Dieu des siècles,

te tabernaculum suum, et revocet ad te omnes captivos, et gaudeas in omnia secula seculorum.

13. Luce splendidâ fulgebis; et omnes fines terræ adorabunt te.

14. Nationes ex longinquo ad te venient : et munera deferentes, adorabunt in te Dominum, et terram tuam in sanctificationem habebunt.

15. Nomen enim magnum invocabunt in te.

16. Maledicti erunt, qui contempserint te; et condemnati erunt, omnes qui blasphemaverint te; benedictique erunt, qui ædificaverint te.

17. Tu autem lætaberis in filiis tuis, quoniam omnes benedicentur, et congregabuntur ad Dominum.

18. Beati omnes qui diligunt te, et qui gaudent super pace tuâ.

19. Anima mea, benedic Dominum, quoniam liberavit Jerusalem civitatem suam à cunctis tribulationibus ejus Dominus Deus noster.

20. Beatus ero, si fuerint reliquiæ seminis mei ad videndam claritatem Jerusalem.

21. Portæ Jerusalem ex sapphiro et smaragdo ædificabuntur : et ex lapide pretioso omnis circuitus murorum ejus.

22. Ex lapide candido et mundo omnes plateæ ejus sternentur; et per vicos ejus Alleluia cantabitur.

23. Benedictus Dominus qui exaltavit eam, et sit regnum ejus in secula seculorum super eam. Amen.

afin qu'il rétablisse en toi son tabernacle; qu'il rappelle en toi tous tes captifs, et que tu sois comblée de joie dans tous les siècles des siècles.

13. Tu brilleras d'une lumière éclatante, et tous les peuples de la terre t'adoreront.

14. Les nations viendront de loin vers toi, et, apportant des présents, elles adoreront en toi le Seigneur, et considéreront ta terre comme une terre sainte

15. Car elles invoqueront en toi le grand nom du Seigneur.

16. Ceux qui te mépriseront, seront maudits; ceux qui te blasphèmeront, seront condamnés; et ceux qui t'édifieront, seront bénis.

17. Pour toi, tu te réjouiras dans tes enfants, parce qu'ils seront tous bénis, et qu'ils se réuniront tous en lui.

18. Heureux tous ceux qui t'aiment, et qui se réjouissent de ta paix !

19. O mon âme, bénis le Seigneur, parce que le Seigneur notre Dieu a délivré Jérusalem, sa cité, de toutes ses tribulations.

20. Je serai heureux, s'il reste encore quelqu'un de ma race pour voir la splendeur de Jérusalem;

21. Les portes de Jérusalem seront bâties de saphirs et d'émeraudes; et toute l'enceinte de ses murailles, de pierres précieuses;

22. Toutes ses places publiques seront pavées de pierres d'une blancheur et d'une beauté admirable; et l'on chantera le long de ses rues : Alleluia.

23. Que le Seigneur, qui l'a élevée à ce comble de gloire, soit béni, et qu'il règne en elle dans la suite de tous les siècles. Amen.

TRANSLATIO EX GRÆCO.

1. Et Tobit scripsit orationem in exaltationem, et dixit : Benedictus Deus vivens in secula, et regnum ejus. — 2. Quoniam ipse flagellat, et miseretur; deducit ad infernum, et reducit : et non est qui effugiet manum ejus. — 3. Confitemini ei filii Israel in conspectu gentium, — quoniam ipse disseminavit nos in eis. — 4. Ibi demonstrate magnificentiam ejus, exaltate eum coram omni vivente, sicut ipse Dominus noster, et Deus ipse pater noster in omnia secula. — 5. Et flagellabit nos in injustitiis nostris : et rursùs miserebitur, et congregabit nos ex omnibus gentibus, ubicumque dispersi fueritis in eis. — 6. Si reverteritis ad eum in toto corde vestro, et in totâ animâ vestrâ ad faciendum coram eo veritatem; tunc redibit ad vos, et non occultabit faciem suam à vobis : — et videte, quæ faciet vobiscum, et confitemini ei in toto ore vestro, et benedicite Dominum justitiæ, et exaltate regem seculorum. — Ego in terrâ captivitatis meæ confiteor ei, et ostendo fortitudinem et magnificentiam ejus genti peccatorum. — Revertite peccatores, et facite justitiam coram eo. Quis scit, si volet vos, et faciet misericordiam vobis? — 7. Deum meum exalto, et anima mea regi cœli, et exultabit magnificentiam ejus. — 8. Dicant omnes, et confiteantur ei

in Hierosolymis. — 9. Hierosolyma civitas Sancti, flagellabit super opera filiorum tuorum : et rursùs miserebitur filiorum justorum. — 10. Confitere Domino benè, et benedic regem seculorum; ut rursùs tabernaculum ejus ædificetur in te cum gaudio, et lætificet in te captivos, et diligat in te miseros, in omnes generationes seculi. — 11. Gentes multæ de longè venient ad nomen Domini Dei, munera in manibus habentes, et munera regi cœli. — Generationes generationum dabunt tibi exsultationem. — 12. Maledicti omnes qui odio habent te; benedicti erunt omnes diligentes te in seculum. — 13. Gaude, et exulta super filiis justorum; quoniam congregabuntur, et benedicent Dominum justorum. — 14. O beati qui diligunt te, gaudebunt in pace tuâ. Beati quicumque tristati sunt super omnibus flagellis tuis; quoniam in te gaudebunt, videntes omnem gloriam tuam, et lætabuntur in secula. — 15. Anima mea benedicat Deum regem magnum. — 16. Quoniam ædificabitur Hierusalem sapphiro, et smaragdo, et lapide pretioso muri tui, et turres, et propugnacula in auro mundo. — 17. Et plateæ Hierusalem in beryllo, et carbunculo, et lapide de Suphir sternentur. — 18. Et dicent omnes vici ejus : Alleluia, et laudem dicentes : — Benedictus Deus, qui exaltavit omnia secula.

COMMENTARIUM.

VERS. (1) 4. — DISPERSIT VOS INTER GENTES (2), nempè quando per reges Assyriorum Salmanasar et Theglatphalassar abducti estis è terrâ Israel, et dispersi per omnia regna Orientis.

VERS. 7.—OSTENDIT MAJESTATEM SUAM IN GENTEM PECCATRICEM (1), id est, in Judæos, qui Deum peccârant, inquit S. Cyprianus. Sed malim exponere de Assyriis, quorum deleto exercitu in Judæâ, et tyranno quoque Sennacherib recens ense filiorum è vivis sublato, Deus potentem *majestatem* suam manifestè declarârat (2).

(1) VERS. 1. — APERIENS TOBIAS SENIOR OS SUUM, BENEDIXIT DOMINUM. Creditur Tobias hoc carmen statim, postquàm angelus evanuit, cecinisse. Græcus Hebræusque Munsteri : *Et Tobias scripsit orationem, et canticum exultationis, et dixit : Benedictus Deus vivens in secula.*

VERS. 2. — TU FLAGELLAS ET SALVAS. Græcus Hebræique personam mutant : *Ipse flagellat et miseretur.* Desumpta hæc sunt ex cantico Annæ matris Samuelis : *Dominus mortificat et vivificat, deducit ad inferos et reducit.* (Calmet.)

(2) Græcus : *Ipse disseminavit nos in eis. Ibi demonstrate magnificentiam ejus.* Quâ est sapientiâ Deus, in gloriæ suæ incrementum ea pariter convertit, quæ indifferentia esse videntur. Israelitarum captivitas Dei gloriam apud gentes commendavit duplici ratione, 1° quòd integram fermè gentem durissimâ oppressam captivitate pœnas criminum suorum, ipsis fatentibus reis, dantem cernerent; 2° quòd Dei lex, oracula, populus, Scripturæ, per Asiam universam sese diffunderent, quibus eæ gentes sensim ad fidem aliquando excipiendam parabantur; 3° plura Deus prodigia patravit inter nationes nominis sui ignaras, ut feriente gentium oculos ipsâ rei veritate, nihil illæ causari possent, si deinceps errarent. Scitum est quid in Tobiâ Ninivitæ spectârint, quid cives Ecbatanorum in Esthere, quid in Daniele Babylonii. Prodigia hæc omnia testes erant veræ religionis adversùs errorem ac superstitionem; 4° constans prophetarum Ezechielis et Danielis erga legem Dei sui obsequium, pietas Tobiæ, Susannæ, Mardochæi, Estheris, sociorum Danielis, aliorumque palam arguebant damnabantque crimina Assyriorum et Babyloniorum.

VERS. 5. — CASTIGAVIT NOS PROPTER INIQUITATES NOSTRAS : ET IPSE SALVABIT NOS, PROPTER MISERICORDIAM SUAM. Nihil intuetur Deus in homine peccante, quod gratiam suam mereatur. Quare illum misericordiâ planè gratuitâ prævenit, et gratiæ illecebris et efficacitate clementiæ suæ trahit. Græcus legit : *Flagellabit nos in injustitiis nostris; et rursùs miserebitur, et congregabit nos ex omnibus gentibus, ubicumque dispersi fueritis in eis. Si reverteritis ad eum in toto corde vestro, et in totâ animâ vestrâ, ad faciendum coram eo veritatem, tunc redibit ad vos, et non occultabit faciem suam à vobis.* (Calmet.)

(1) Quæ hæc? Israeliticane, an Assyria? Israeliticam innuere videtur Vulgata, criminum suorum merito captivam. Neque enim Assyrii divinam adhuc ultionem experti fuerant. Florebat Ninive, imperium stabat. Græcus legit : *Ego in terrâ captivitatis meæ confiteor ei, et ostendo fortitudinem et magnificentiam ejus genti peccatrici.* Accipienda sunt igitur hæc de Assyriis, gente profanis superstitionibus et criminibus addictâ. (Calmet.)

(2) VERS. 10. — BENEDICITE DOMINUM, OMNES ELECTI EJUS. Vos scilicet Israelitæ, selectum à Deo genus, gens sancta, filii sanctorum et patriarcharum. Græcus : *Dicant omnes, et confiteantur ei in Hierosolymis.*

VERS. 11. — JERUSALEM, CIVITAS DEI, CASTIGAVIT TE DOMINUS IN OPERIBUS MANUUM TUARUM. Græcus : *Hierosolyma, civitas Sancti, flagellabit super opera filiorum tuorum, et rursùs miserebitur filiorum justorum.* Hebræus Fagii lectioni Vulgatæ, quam sequitur, addit aliquid ; *Jerusalem, civitas sancta, ipse rependit tibi iniquitates filiorum tuorum. Verùm iterùm salvabit eos. Est quoque spes novissimo tuo, dicit Dominus, et revertentur filii ad terminum* (regionem) *suum.* Hebræus Munsteri hujus capitis finem corripuit. Hic enim pro toto hoc capite à v. 4, et pro toto sequente exhibet : *Et vos, filii Israel, viriliter agite, et confortetur cor vestrum, et non dissolvantur manus vestræ; habetis enim mercedem operationis vestræ. Et ipse quidem Deus*

VERS. 11. — JERUSALEM, CASTIGAVIT TE, Græcè, *castigabit*, sicut cap. seq. v. 7 : *Domus Dei quæ incensa est*, Græcè, *quæ incendetur*. Sed quia prophetice hìc loquitur, idcircò ob rei certitudinem, usurpat præteritum pro futuro, q. d. : Tam certò futurum vides, ac si jam factum esset. Ita Lyranus. Similia habes in cantico Moysis Exodi 15, vers. 14 et 15 : *Conturbati sunt principes Edom, obriguerunt omnes habitatores Chanaan*, etc.

Nota. Quia propheticè hìc loquitur Tobias, ideò more prophetico, dùm agit de urbe Jerosolymâ, non de solâ terrestri Jerosolymâ agit, sed ab illâ paulatim assurgit ad allegoricam Jerosolymam, quæ est Ecclesia sancta Dei; et ab hâc rursùs ad anagogicam Jerosolymam, quæ est gloriosa sanctorum Ecclesia in cœlis. Sicut etiam Isaias facit cap. 6, 5 et 66, et alii prophetæ. Ergo sub typo Jerosolymæ terrestris partim jam afflictæ sub *Manasse*, ut colligitur ex 2 Paralipom. 33, v. 9, partim affligendæ, imò desolandæ atque evertendæ sub Sedeciâ, sed iterùm instaurandæ sub Esdrâ et Nehemiâ, et quidem *majore gloriâ*, ut patet Aggæi 2, v. 10, prædicit Tobias Synagogæ Judaicæ, seu Ecclesiæ veteris (nam una est omnium ætatum Ecclesia Dei, licet varios habuerit status), jam utcumque collapsæ, sed sub Herode magis collapsuræ, innovationem, et majore cum gloriâ instaurationem sub Christo et per Christum. Unde mox subdit :

VERS. 12. — REVOCANDOS Jerosolymam OMNES CAPTIVOS (1), nempè quantùm est ex parte revocantis, *omnes* nullo excluso. Sed multi vocati, pauci reducti, quia noverunt reduci. Vel dic, universalem particulam, *omnes*, hìc distribui non pro singulis generum, sed pro generibus singulorum : nam et ex singulis tribubus aliqui regressi sunt Jerosolymam, et ex singulis nationibus universi orbis aliqui ingressi sunt Ecclesiam Christi. Quæ tantò aptiùs hìc significatur allegoricè per Jerosolymam, quòd in eâ urbe fuerint jacta prima illius fundamenta (1).

VERS. 14. — NATIONES (Græcè ἔθνεα, unde ethnici) EX LONGINQUO AD TE VENIENT, etiam ab extremis terræ finibus. En vocationem gentium ad Ecclesiam Christi. Cur autem venturi sint, subjungit : ET ADORABUNT IN TE DOMINUM, ET TERRAM TUAM IN SANCTIFICATIONEM HABEBUNT, id est, veluti sanctam et sanctitatis fontem complectentur et venerabuntur, ut nempè veram sanctitatem inde sibi hauriant, per Sacramenta et gratiarum fontes, qui in illâ solâ, neque alibi reperiuntur (2).

VERS. 21. — PORTÆ JERUSALEM EX SAPPHIRO ET SMARAGDO. Hìc anagogicè rapitur ad Jerosolymam cœlestem. Et ad hæc Tobiæ verba videtur alludere S. Joannes Apocal. 21, v. 18, ubi penè iisdem verbis eamdem describit.

VERS. 22. — EX LAPIDE CANDIDO ET MUNDO OMNES PLATEÆ EJUS STERNENTUR. Græcè : *Plateæ*

exaltatur, quando miseretur vestrî, quoniam Deus judicii est. Beati omnes qui sperant in eo. Vos itaque, filii, multiplicate eleemosynam, orationem et precationem coram Domino mundi, quoniam eleemosyna et oratio deprecantur Dei comminationem, sicut scriptum est : Eleemosyna liberat à morte. Benedictus Dominus, qui fecit mecum, et cum patre meo, atque cum progenitoribus meis, et cum omni eo qui sperat in se, signa et mirabilia atque terribilia magna. Benedictus Dominus in æternum. Amen, amen. Ita definit liber Tobiæ in hoc codice. (Calmet.)

(1) VERS. 12. — CONFITERE DOMINO IN BONIS TUIS. Rebus tuis florentibus, Dominum lauda. Græcus : *Confitere Domino benè*, lauda concinnè.

UT REÆDIFICET IN TE TABERNACULUM SUUM ; ut restitui templum patiatur. Quamvis enim templum adhuc staret, illud tamen perinde ac eversum intuebatur. Futuram urbis templique restitutionem prædicit inferiùs, versibus 19 et 20.

REVOCET AD TE OMNES CAPTIVOS. Græcus legit : *Lætificet in te captivos, et diligat in te miseros, in omnes generationes seculi.* (Calmet.)

(1) VERS. 13. — LUCE SPLENDIDA (Evangelii et prædicationis Christi, ejusque Apostolorum) FULGEBIS, ET OMNES FINES TERRÆ ADORABUNT TE. Prædicit conversionem omnium gentium ad Christum, quæ Ecclesiam quasi Christi sponsam adorârunt, id est, humillimè venerati sunt et coluerunt, ac venerantur et colunt. Idem prædixit Isaias cap. 49, 23 : *Vultu*, ait, *in terram demisso adorabunt te, et pulverem pedum tuorum lingent.* (Corn. à Lap.)

(2) VERS. 18. — BEATI QUI GAUDENT SUPER PACE TUA, qui gaudio tuo gaudent. Græcus Hebræusque : *O beati qui diligunt te! gaudebunt in pace tuâ* (participes erunt felicitatis tuæ). *Beati quicumque tristati sunt super omnibus flagellis tuis! quoniam in te gaudebunt, videntes omnem gloriam tuam, et lætabuntur in seculum.*

VERS. 19. — ANIMA MEA, BENEDIC DOMINUM.....

VERS. 20. — BEATUS ERO, SI FUERINT RELIQUIÆ SEMINIS MEI AD VIDENDAM CLARITATEM JERUSALEM. Probat hic locus id quod supra animadvertimus, Tobiam scilicet prophetico more loqui, et præteritum pro futuro usurpare. Hìc autem satis demonstrat, eorum, quæ de Hierosolymâ effatus est, eventum diù esse differendum. Græcus Hebræusque non legunt hìc versiculum 20, et v. 19 nonnisi verba hæc habent : *Anima mea benedicat Deum, regem magnum.* (Calmet.)

ejus tessellabuntur in beryllo, et carbunculo, et lapide ex souphir, id est, *sapphiro*, seu ex venis sapphiri, ut noster vertit, Thren. 4, vers. 7, vel, ut alii volunt, *ex Ophir*, de quo egi 3 Regum 9. Porrò de his lapibus vide Plinium à S. Hieronymo laudatum, item Epiphanium et Isidorum.

Nota, per hos lapides pretiosos metaphoricè designari pulchritudinem, claritatem, majestatem et æternitatem beatæ illius patriæ cœlestis.

Alleluia (1), id est, laudate Deum, cum jubilo, cum lætitiâ, cum magnâ contentione et intensione. Sic enim laudes divinas insonant æternùm sancti. Videtur alludere ad gentilium *io Pæan, io Pæan* (inquit S. Hieronymus), cujus loco Jerosolymis cantandum dicit perpetuum *Alleluia*.

(1) *Alleluia* Hebr. idem est quod *laudate Dominum*. Alleluia ergo est vox laudis, exultationis et jubili, quam beati jugiter peragunt in cœlo. Unde S. Aug. serm. 151 de Temp., qui est de Paschate : « Tempus mœroris, inquit, quod significant dies quadragesimæ, et significamus et habemus. Tempus autem lætitiæ et quietis et regni, quod significant dies isti, significamus per alleluia, sed nondùm habemus laudes. Sed nunc inspiramus ad alleluia. Quid est alleluia? *laudate Deum*. Sed nondùm habemus laudes; in Ecclesiâ frequentantur laudes Dei post resurrectionem, quia nobis erit perpetua laus post resurrectionem nostram. » (Corn. à Lap.)

CAPUT XIV.

1. Et consummati sunt sermones Tobiæ. Et postquàm illuminatus est Tobias, vixit annis quadraginta duobus, et vidit filios nepotum suorum.

2. Completis itaque annis centum duobus, sepultus est honorificè in Ninive.

3. Quinquaginta namque et sex annorum lumen oculorum amisit, sexagenarius verò recepit.

4. Reliquum verò vitæ suæ in gaudio fuit, et cum bono profectu timoris Dei perrexit in pace.

5. In horâ autem mortis suæ vocavit ad se Tobiam filium suum, et septem juvenes filios ejus nepotes suos, dixitque eis :

6. Prope erit interitus Ninive : non enim excidit verbum Domini; et fratres nostri, qui dispersi sunt à terrâ Israel, revertentur ad eam.

7. Omnis autem deserta terra ejus replebitur : et domus Dei quæ in eâ incensa est, iterùm reædificabitur : ibique revertentur omnes timentes Deum.

8. Et relinquent gentes idola sua, et venient in Jerusalem, et inhabitabunt in eâ,

9. Et gaudebunt in eâ omnes reges terræ, adorantes regem Israel.

10. Audite ergo, filii mei, patrem vestrum : Servite Domino in veritate, et inquirite ut faciatis quæ placita sunt illi :

11. Et filiis vestris mandate ut faciant justitias et eleemosynas, ut sint memores Dei, et benedicant eum in omni tempore in veritate, et in totâ virtute suâ.

CHAPITRE XIV.

1. Ainsi finirent les paroles de Tobie; et depuis qu'il eut recouvré la vue, il vécut quarante-deux ans, et il vit les enfants de ses petits-fils.

2. Après avoir vécu cent-deux ans, il fut honorablement enseveli dans Ninive.

3. Car il avait cinquante-six ans lorsqu'il perdit la vue; et il la recouvra à soixante.

4. Tout le reste de sa vie se passa dans le bonheur; et il avança paisiblement en âge faisant de grands progrès dans la crainte du Seigneur.

5. Or, à l'heure de sa mort, il appela Tobie son fils, et les sept jeunes enfants, qui étaient ses petits-fils, et il leur dit :

6. La ruine de Ninive est proche; car la parole de Dieu n'est pas vaine; et nos frères, qui ont été dispersés hors de la terre d'Israël, y retourneront;

7. Et toute sa terre, qui a été déserte, sera peuplée, et la maison de Dieu, qui a été brûlée, sera rebâtie de nouveau, et tous ceux qui craignent Dieu y reviendront.

8. Et les nations abandonneront leurs idoles; elles viendront à Jérusalem, et elles y demeureront;

9. Et tous les rois de la terre se réjouiront en elle, en adorant le roi d'Israël.

10. Mes enfants, écoutez donc votre père : Servez le Seigneur dans la vérité, et appliquez-vous à faire ce qui lui est agréable.

11. Et recommandez à vos enfants de faire des œuvres de justice et des aumônes, de se souvenir de Dieu, et de le bénir en tout temps dans la vérité et de toutes leurs forces.

12. Nunc ergo, filii, audite me, et nolite manere hìc, sed quâcumque die sepelieritis matrem vestram circa me in uno sepulcro, ex eo dirigite gressus vestros ut exeatis hinc.

13. Video enim quia iniquitas ejus finem dabit ei.

14. Factum est autem post obitum matris suæ, Tobias abscessit ex Ninive cum uxore suâ, et filiis, et filiorum filiis, et reversus est ad soceros suos.

15. Invenitque eos incolumes in senectute bonâ: et curam eorum gessit, et ipse clausit oculos eorum : et omnem hæreditatem domûs Raguelis ipse percepit; viditque quintam generationem, filios filiorum suorum.

16. Et completis annis nonaginta novem in timore Domini, cum gaudio sepelierunt eum.

17. Omnis autem cognatio ejus, et omnis generatio ejus in bonâ vitâ, et in sanctâ conversatione permansit, ita ut accepti essent tam Deo quàm hominibus, et cunctis habitantibus in terrâ.

12. Ecoutez-moi donc maintenant, mes enfants, et ne demeurez point ici ; mais aussitôt que vous aurez enseveli votre mère auprès de moi dans un même tombeau, ne pensez plus qu'à vous hâter de sortir d'ici ;

13. Car je vois que l'iniquité de cette ville la fera périr.

14. Après donc la mort de sa mère, Tobie sortit de Ninive avec sa femme, ses enfants, et les enfants de ses enfants ; et il retourna chez son beau-père et sa belle-mère.

15. Il les trouva encore en santé dans une heureuse vieillesse ; il eut soin d'eux et leur ferma les yeux ; il recueillit toute la succession de la maison de Raguel ; et il vit les enfants de ses enfants jusqu'à la cinquième génération.

16. Et après qu'il eut vécu quatre-vingt-dix-neuf ans dans la crainte du Seigneur, ses enfants l'ensevelirent avec joie.

17. Tous ses alliés et tous ses enfants persévérèrent avec tant de fidélité dans la bonne vie, et dans une conduite sainte, qu'ils furent aimés de Dieu et des hommes, et de tous ceux qui étaient dans le pays.

TRANSLATIO EX GRÆCO.

1. Et cessavit confitens Tobit. — 2. Et erat annorum quinquaginta octo, quando amisit visum : —
et post annos octo recuperavit visum. Et faciebat eleemosynas : — et adjecit timere Dominum
Deum, et confitebatur ei. — 3. Magnopere autem senuit : — Et vocavit filium suum et filios ejus
et dixit ei : Fili, accipe filios tuos : ecce senui, et ad exeundum è vitâ sum. — 4. Abi in Mediam,
fili, — quoniam credidi : quæcumque locutus est Jonas propheta de Nineve, quia subvertetur : in
Mediâ erit autem pax magis usque ad tempus, et quia fratres nostri in terrâ dispergentur à bonâ
terrâ : — et Hierosolyma erit deserta, et domus Dei in eâ comburetur, et deserta erit usque ad
tempus. — 5. Et rursùs miserebitur eorum Deus, et reducet eos in terram, et ædificabunt domum,
non qualis prior, donec impleti fuerint tempora seculi. Et post hæc revertent de captivitatibus,
et ædificabunt Hierusalem honorificè : et domus Dei in eâ ædificabitur gloriosè, sicut locuti
sunt de eâ prophetæ. — 6. Et omnes gentes convertentur veraciter ad timendum Dominum Deum,
et defodient idola sua. — 7. Et benedicent omnes gentes Dominum. Et populus ejus confitebitur
Deo : et exaltabit Dominus populum suum ; et gaudebunt omnes, qui diligunt Dominum Deum in
veritate, et justitiâ, facientes misericordiam fratribus nostris. — 8. Et nunc, fili, discede à Nineve :
quoniam omninò erunt quæ locutus est propheta Jonas. — 9. Tu autem, serva legem et
præcepta, et esto amator misericordiæ, et justus, ut tibi benè sit. — 10. Et sepeli me honestè,
et matrem tuam mecum, et non ultra maneatis in Nineve. Fili, vide quid fecit Aman Achiacharo,
qui nutriverat eum, quomodò è luce adduxit eum in tenebras, et quæcumque retribuit ei. Et
Achiacharum quidem salvavit; illi autem retributio retributa est, et ipse descendit in tenebras.
Manasses fecit misericordiam, et salvatus est de laqueo mortis, quem fixerat ei. Aman autem incidit
in laqueum et periit. — 11. Et nunc, filii, videte quid eleemosyna facit, et justitia liberat. Et
hæc ipso dicente, defecit anima ejus super lectum. Erat autem annorum centum quinquaginta
octo ; et sepelierunt eum gloriosè. — 12. Et quando mortua est Anna : sepelivit eam cum patre
suo. Discessit autem Tobias cum uxore suâ, et filiis suis in Ecbatana ad Raguel socerum suum. —
13. Et senuit honorificè. — Et sepelivit soceros suos gloriosè, et hæreditavit substantiam eorum.

et Tobit patris sui. — 14. Et mortuus est annorum centum viginti septem in Ecbatanis Mediæ. — 15. Et audivit, priusquàm ipse moreretur, perditionem Nineve, quam captivavit Nabuchodonosor, et Azyiros : et gavisus est antequàm moreretur, super Nineve.

COMMENTARIUM.

VERS. (1) 6. — NON EXCIDIT VERBUM DOMINI (2). Græcè additur *per Jonam* prædictum, diù ante

(1) VERS. 1. — ET CONSUMMATI SUNT SERMONES TOBIÆ. Offerunt hæc naturali sensu capitis præcedentis conclusionem. Tobias canticum suum his verbis clausit. Optimè etiam vertitur: Hæc postrema Tobiæ verba : hic fuit exitus vitæ illius; novissima hæc sunt Tobiæ monita, gestaque ejus postrema. *Sermones* pro rebus ipsis usurpantur; sed Græcus ad priorem interpretationem nos revocat : *Et ita cessavit confitens Tobias.* Ita canticum suum clausit.

POSTQUAM ILLUMINATUS EST TOBIAS, VIXIT ANNIS QUADRAGINTA DUOBUS. Auctor Historiæ Scholasticæ et Hugo à S. Caro legunt duos et quinquaginta pro duobus et quadraginta. Sed optimæ editiones ferunt constanter quadraginta duos. Tobias oculorum morbum contraxit anno ætatis sexto et quinquagesimo, et ægrotavit annis quatuor : curatus est sexagenarius; deinde vitam prorogavit ad duos et quadraginta annos, obiitque senex annorum centum et duorum. Ita annos ejus vitæ numerat Vulgata : quibus calculis admissis, Tobias obiit circa annum mundi 3363, id est, anno primo Josiæ, si ductus in captivitatem statuatur juvenis annorum duorum et viginti. Neque enim minori ætate esse poterat, cùm Tobias junior vitæ hujus usurâ jam frueretur. At enim quâ ratione id conveniat iis quæ inferiùs, v. 7, narrantur, templum scilicet Domini eversum jacere, suo tempore restituendum? Convenit inter omnes, templi excidium non contigisse nisi quinquaginta ampliùs annos post obitum Tobiæ, nimirùm anno Sedeciæ undecimo, et mundi 3416.

Ut ejusmodi salebras vitent Græci, Tobiæ vitam ad annos ætatis centum et quinquaginta octo prorogant; quare obiisse dicendus est anno 3419, et templum biennio vel triennio ante hoc oraculum, anno 3416 corruisse. Ibi pariter Tobias prædicit ceu futurum Ninives excidium, et in fine hujus capitis, v. 15, in Græco legitur, juniorem Tobiam oraculi hujus veritatem impletam ante obitum suum spectâsse. Capta est Ninive juxta Usserium anno 3378 ab Astyage et Nabonassaro, obsesso ibi Chinaladano. Igitur Ninives casus componendus est cum anno quadragesimo primo ante obitum Tobiæ senioris, id quod dictis hucusque repugnat. Adde, Tobiam juniorem, cùm vitam, ut Græci aiunt, vix ad centum et viginti septem annos ætatis prorogârit, octo vel novem ante patrem annis decessisse : quod quidem multò minùs probandum est. Si verò filii obitum post aliquot ab obitu patris annos revoces, exordium ejus vitæ anno patris quadragesimo constituas necesse est, ac seriùs illum Ninivem venisse dicas; hinc autem majus paritur negotium. Deserendi sunt igitur numeri Græcorum, et chronologia Vulgatæ servanda; vel ingenuè fatendum est, mendum aliquod in numeros annorum utriusque textûs irrepsisse.

Græci, uti animadvertimus, Tobiæ seniori annos tribuunt centum et octo supra quinquaginta. Oculorum usu privatum statuunt, cùm octo et quinquaginta ætatis annos ageret, atque octennio cæcum perseverâsse. Syriacus in Polyglottis Anglicis fert, Tobiam obiisse centum et duobus annis senem, cæcitate laborâsse septennio, ab anno ætatis octavo et quinquagesimo. At in Syriaco Fabiani Justiniani centum et triginta duobus annis grandævus obiit; octo supra octoginta annorum senex cæcitate correptus, eo morbo laboravit septennio, vitamque, recuperato oculorum usu, ad septem ac triginta prorogavit.

Arabs, ab eodem laudatus, vitam Tobiæ definit ab annos centum et duodecim : cæcitatis initium statuit anno ætatis sexagesimo. Eamdem vitæ ætatem auctor Historiæ Scholasticæ narrat. Integram periodum ejus ætatis Hebræus Munsteri non exhibet. Fagii verò editio, Græco consentanea, fert, quinquaginta et octo annis natum oculis captum fuisse. Ex tanto variantium discrimine facilè intelligimus, numerum annorum Tobiæ incertissimum esse, nihilque satis constans in eâ re scriptores sensisse. Illud constare arbitramur, ægrè conciliari posse textum Vulgatæ cum eâ quam sequimur, chronologiâ.
(Calmet.)

VERS. 2. — COMPLETIS ITAQUE ANNIS CENTUM DUOBUS SEPULTUS EST HONORIFICE IN NINIVE, scilicet in loco exilii. Hùc enim translatus erat à Salmanasar rege Assyriorum, quorum metropolis erat Ninive. Discant hìc sancti se in mundo tanquàm in exilio vivere et mori, ac proinde non curent in patriâ apud suos mori et sepeliri. Nam :

Omne solum forti patria est, ceu piscibus æquor;

et, ut ait Thomas Morus in Utopiâ : « Undique ad superos tantùmdem est viæ. »
(Corn. à Lap.)

De Ninviticâ Tobiæ sepulturâ nihil habent Græcus et Hebræus : narrant Syriacus et Vulgata. Tradit Fabianus Justiniani hoc loco, Ticinenses canonicos metropolitanos diem dicere Carthusiensibus monachis, propè eam urbem positis, ob sublata utriusque Tobiæ et Saræ uxoris Tobiæ junioris lipsana. Sacras ejusmodi exuvias translatas ferunt Româ Ticinum septimo seculo à Rothari rege Longobardorum, atque in templo Sancti Joannis Baptistæ, sub nomine S. Raphaelis archangeli dedicato, collocatas. Sacrum depositum raptum ferunt ineunte pontificatum Urbano VIII; omnis deinceps illarum memoria periit. Ægrè tamen credimus, ipsa esse horum lipsana, cùm veterum nemo memoriæ prodiderit, illa è sepulcris suis amota fuisse, et Romam translata.

VERS. 3. — ET SEPTEM JUVENES FILIOS EJUS. Numerum hunc septem filiorum nec Græcus Romanæ editionis habet, nec Syriacus. Filios sex numerat Hebræus cum Græco Complutensi.
(Calmet.)

(2) VERS. 6. — PROPE ERIT INTERITUS NINIVE.

Tobiam : nam Jonas prophetavit sub Jeroboamo filio Joas rege Israel, 4 Reg. 14, et tum minatus fuit et prædixit excidium *Ninive*. Sed Ninivitis pœnitentiam agentibus Deus tum pepercit, ultione in aliud tempus dilatâ. Nam relapsis iterùm in pristina scelera supervenit ultor Phul-Bel-Ochus, et multis post annis Deus iterùm per alium prophetam, nempe Nahum, prædixit et de novo minatus est iisdem excidium, puta sub finem regni Joatham regis Juda. De facto verò et reipsà tandem eversa fuit anno 13 Josiæ regis Juda, idque à Nabuchodonosore seniore, qui 25 anno patris sui Nabopolassaris adhuc viventis et imperantis, nomine ipsius, adversùs Niniven caput regni Assyriorum, unà cum Cyaxare, seu potiùs, Cyaxaris filio Astyage, expeditionem suscepit; et urbe potitus, excidit illam, funditùs evertit, ac monarchiam Assyriorum transtulit ad Chaldæos. Ita S. Hieron., cujus hæc sunt verba : « Reverà quantùm ad historias tam « Hebræas quàm Græcas pertinet, et maximè « Herodotum, legimus, Niniven, regnante apud « Hebræos Josiâ, apud Medos Astyage, fuisse « subversam. » Nam Astyages jam tum regnabat unà cum parente suo Cyaxare, cujus etiam nomine videtur bellum istud administrâsse : sicut Nabuchodonosor, ut dixi, nomine Nabopolassaris etiam parentis sui. Similia habet etiam Eusebius in Chronico, et alii. Quin et Josephus ipsum penè annum eversæ Ninivæ digito demonstrat, nam ait, « à tempore Joa« tham regis Juda, quo regnante Nahum pro« pheta prædixit excidium Ninivæ, usque ad

id est, ad paupertatem redigetur. Quòd cœptum fieri per Nabopolasarum diximus ad Nahumum; sed nihil impedit quominùs aucta sit calamitas per Nabuchodonosorem, sicut in fine hujus libri in Græco dicitur.

Non enim excidit verbum Domini per Nahumum. Et fortè in Græco pro Ἰωνᾶς ὁ προφήτης, *Jonas propheta,* legendum, Ναουμὸς ὁ προφήτης, *Naümus propheta*, et infra rursùm, ὁ προφήτης Ναουμός, *propheta Naümus*.

Fratres nostri qui dispersi sunt. Nonnulli ex decem tribubus qui se adjungent Judæ et Benjamini. (Grotius.)

Quomodò futura moriturus prædixit Tobias? Vetus opinio est, morientium animos futura interdùm quædam præsentire atque prædicere. « Appropinquante, ait apud Tullium, de Divina« tione, Quintus, morte, multò est animus divi« nior. Nam et idipsum vident, qui sunt morbo « gravi et mortifero affecti, instare mortem. « Itaque his occurrunt plerùmque imagines « mortuorum; tumque vel maximè laudi stu« dent, qui secùs quàm decuit, vixerunt, pec« catorum suorum tum maximè pœnitet. Di« vinare autem morientes etiam illo tempore « confirmat Rosidonius, quòd affert Rhudium « quemdam sex æquales nominâsse et dixisse, « qui primus eorum, qui secundus, qui dein« ceps moriturus esset. » E nostris verò Arnobius lib. 2 contra Gentes : « Morti, ait, « vicini, maximè valemus scientiâ, ita ut de « futuris vaticinemur, ut proditum est à Plato« ne, in Apologiâ Socratis, dixisse Socratem. » Et D. Gregorius lib. 4 Dialog. cap. 25, ita Petrum illum suum colloquentem facit : « Vellem scire quonam modo agitur, quòd « plerùmque morientes multa prædicunt. » Respondet verò ipse capite sequenti : « Ipsa « aliquando animarum vis, sub utilitate suâ, « aliquid prævidet. Aliquando autem exituræ « de corpore animæ, per revelationem futura « cognoscunt. Aliquando verò jam dùm juxta « sit ut corpus deserant, divinitùs afflatæ « in secreta cœlestia incorporeum mentis « oculum mittunt. » Significat verò sanctitate, doctrinâque clarissimus pontifex duos prædictionis hujus modos, naturalem unum, supernaturalem alterum, et in duo rursùm membra istum partitur. Naturalem exponunt aliter Platonici, aliter Aristotelici. Illos D. Thomas 2-2, quæst. 172, act. 1, etsi non contemnit, hisce tamen potiùs assentitur et in argumenti primi solutione illam D. Gregorii subtilitatem ita explicat, uti in animo, qui è corpore jam evolaturus sit, alia prænoscendorum futurorum vis nulla insit, quàm habilitas et promptitudo quædam, præsentes quosdam motus et impressiones acriùs meliùsque cognoscendi, quas cùm animus corpori magis adhuc affixus, ejusque vinculis et materiâ impeditior est, minùs cognosceret, ut ibidem etiam similiter docet Cajetanus. Tobiæ ergo nostri naturalis an supernaturalis præsensio prædictioque fuit? Putârit fortè quispiam fuisse naturalem, quia, ut quæst. 3 vidimus, aiebat : *Video quia iniquitas ejus finem dabit ei*. Quid verò non naturale, si quis, quos impios videt, iis cladem exitiumque impendere præmoneat? Quid mirum, si urbem superbiâ, injustitiâ, luxuriâ, sceleribusque aliis perditam, funditùs brevi quis exscindendam prænuntiet? Ideòque mera tantùm naturalis prudentia videatur, ut aliò illinc excedere filium præciperet. « Ruinis, ait Plinius lib. 8, c. 28, « imminentibus, musculi præmigrant. Aranei « cum telis primi cadunt. » Nihilominùs tamen *vera hìc et supernaturalis prophetia fuit*. Certissimè siquidem futura, quæ ex hominum arbitrio pendent, quæque aliter omninò evenire possunt, ante providere atque præloqui non ab hominis naturâ est, sed extrinsecùs aliunde. Quot et quàm sceleratas urbes, domos, homines videmus, et tamen quis futurum eorum interitum, absque ullo errore, nisi à superiore quâdam vi adjuvetur, prædicat? Neque verò urbis tantùm Ninives calamitatem, sed et felicem Israelitarum è captivitate reditum, Hierosolymorumque restaurationem, et Ecclesiæ tam militantis quàm triumphantis statum proposuit. Cùm ergò sanctissimus vir esset, fecit quod, cùm corporis vinculo laxandi jam essent, alii sancti fecerunt, Genes. 27, 49, 50, alibi. Unde à S. Ambrosio, lib. de ipso propheta nominatur. (Serarius.)

« realem eversionem illius effluxisse annos « centum quindecim. » Atqui decimus tertius annus Josiæ est præcisè centesimus decimus quintus ab ultimo vel penultimo anno regni Joathan. Idem colligere licet ex annis vitæ Tobiæ junioris : nam ex v. 16 hujus capitis habemus, ipsum complevisse 99 annos vitæ; sed in Græco additur, antequàm moreretur, audivisse, destructam esse Ninivem à Nabuchodonosore et Assuero, seu Cyaxare, quem Græci vocant Axuares. Ergo, Ninive excisa videtur ultimo vitæ anno Tobiæ. Jam verò ab anno sexto Ezechiæ regis Juda, quo unà cum patre et matre suâ puerulus sexennis vel septennis à Salmanasar in Assyriam abductus, usque ad 13 annum Josiæ, fluxerunt anni 93, quibus additi sex anni infantilis ætatis ipsius ante captivitatem, complent numerum 99 annorum; ergo. Sed vide fusiùs hæc in Chronico nostro, ex quo etiam videbis, hunc eumdem Tobiæ mortis annum, nempe 13 Josiæ regis Juda, initium facere septuaginta annorum servitutis et captivitatis ac desolationis Judææ, cæterorumque Judææ vicinorum populorum. Sed de hoc pluribus Jeremiæ 1, et Chronici nostri c. 35. Hìc tantùm nota insignem Dei providentiam circa Tobiam, Raguelem et Gabelum, quorum frequens mentio in hâc historiâ. Nam antequàm exscinderetur urbs Medorum regia Ecbatana et Rages, altâ adhuc pace inter Medos et Assyrios, effecit ut Tobias suam inde sponsam è domo Raguelis cum dimidiâ parte bonorum illius, insuper et decem argenti talenta à Gabelo reciperet atque in tutum deveheret. Cùm verò deinde Ecbatana à tyranno Ninivitâ et Medorum hoste vi et armis subjugaretur Judith 1, v. 5, effecit rursùs ut Raguel cum uxore, familiâ et alterâ bonorum omnium medietate, in mediis bellorum flammis salvus et intactus conservaretur. Denique cùm excidium immineret Ninivæ, jamque instaurata esset Ecbatana, et in dies magis magisque reflouresceret, curavit Tobiam cum omni suâ familiâ et substantiâ è Ninive in Ecbatanam demigrare. *Quoniam ipsi cura est de nobis*, 1 Petr. 5, v. 7.

VERS. 6. — FRATRES NOSTRI QUI DISPERSI SUNT, ET DOMUS DEI, QUÆ INCENSA EST. Propheticè utitur præteritis pro futuris, ut dixi capite præcedenti, v. 11. Unde et in Græco est : *Dispergentur* et *incendetur*. Videtur enim Tobias propriè loqui de duabus tribubus Juda et Benjamin in Judæâ adhuc relictis; quanquàm etiam verum sit, ex aliis omnibus tribubus plurimos è captivitate Jerosolymam rediisse, ut constat 1 Esdræ 3 (1).

VERS. 8. — RELINQUENT GENTES IDOLA SUA. De traductione gentilium ad Ecclesiam Christi, vide quæ dixi cap. præced. v. 14. Denique (2).

VERS. 10. — Hìc in Græco additur, Achiacharum Tobiæ ex fatre nepotem quem Assar-Æddon domui suæ præfecerat, ut dixi in fine capitis 1, æmulatione et insidiis Amani cujusdam deturbatum loco suo, et unà cum Manasse quodam in carcerem detrusum : sed merito eleemosynarum suarum brevi eductum utrumque, et Amanum vicissim in tenebras compactum fuisse. Et hæc Achiachari incarceratio fortè causa fuit cur Tobias patruus ejus, qui à nepote sustentabatur, à *Ninive* in Elemaida profugere coactus sit, ut vidimus supra, in fine cap. 2. Uti deinde restitutio ejusdem Achiachari in pristinum statum causa fuit reditùs Tobiæ ex *Elemaide in Ninivem* (3).

(1) VERS. 7. — OMNIS AUTEM DESERTA TERRA EJUS (Israel) REPLEBITUR (incolis ad eam postliminiò revertentibus) ET DOMUS DEI, QUÆ IN EA INCENSA EST, ITERUM REÆDIFICABITUR. *Incensa est*, id est, incendetur à Chaldæis; loquitur propheticè de futuro quasi de præterito, ob futuri certitudinem. Unde Græca habent in futuro : *Fratres nostri dispergentur, et Jerusalem erit deserta, et domus Dei in eâ comburetur, et deserta erit usque ad tempus; et iterùm miserebitur eorum Deus, et convertet eos in terram. Et ædificabunt domum, non qualis prior, usquequò compleantur tempora seculi. Et post hæc revertentur de captivitatibus, et ædificabunt Hierusalem honorificè, et domus Dei in eâ ædificabitur. Et in omnes generationes seculi, ædificatio gloriosa, sicut locuti sunt de eâ prophetæ. Et omnes gentes convertentur verè ad timendum Dominum Deum, et confodient idola sua.*
(Corn. à Lap.)

« Le vieux Tobie prédit que le temple du « Seigneur, qui a été brûlé, sera bâti de nou« veau; or, disent les critiques, dans ce temps« là le temple de Jérusalem n'avait pas encore « été incendié par les Chaldéens, et il ne le « fut que quelques années après la mort de « Tobie. » — Nous répondrons 1° que la version grecque ne parle de l'incendie du temple que comme d'un événement futur; 2° un argument fondé sur des calculs de chronologie de ces temps-là n'est rien moins qu'une démonstration, puisque les chronologistes s'accordent rarement entre eux, et que ces sortes de difficultés n'ont jamais porté atteinte à l'authenticité de ces anciens livres. (Duclot.)

(2) VERS. 9. — ET GAUDEBUNT IN EA REGES OMNES TERRÆ ADORANTES REGEM ISRAEL, id est, adorantes Christum, nec enim post reditum è captivitate fuit alius rex Israel quem adôrarint omnes reges terræ; Christo autem omnes gentes et reges servierunt. (Corn. à Lap.)

(3) VERS. 10. — SERVITE DOMINO IN VERITATE, id est, verè, sincerè, scilicet vero, sincero, recto, integro, totoque corde, non ficto, non

falso, non dimidiato, non diviso, ut dimidiam cordis animique partem Deo detis, alteram diabolo, puta idolis et cupiditatibus. Veritas ergo hìc opponitur mendacio, superstitioni, hypocrisi, fictioni et simulationi. Ita Serarius. (Corn. à Lap.)

Vers. 11. — Ut faciant justitias, id est, opera justa, pia sancta. In Græco sic habet : *Et nunc, fili, abi ex Ninive, quoniam omninò erunt, quæ locutus est propheta Jonas. Tu autem serva legem et præcepta, et esto amator eleemosynarum et justus, ut tibi benè sit; et sepeli me benè, et matrem tuam mecum: et non ultra maneatis in Ninive. Fili, vide quid fecit Aman Achiacharo, qui nutrivit eum, ut è luce duxit eum in tenebras, et quanta retribuit ei. Et Achiacharus quidem salvatus est, illi verò retributio data est, et ipse descendit in tenebras. Manasses in eleemosynâ erat, et salvatus est de laqueo mortis, quem fixerunt ei: Aman autem incidit in laqueum, et periit. Et nunc, fili, vide quid eleemosyna facit, et quomodò justitia liberat.*

Quis fuerit hic Aman, incertum est, certum est non fuisse Aman hostem Mardochæi et Esther : hic enim Tobiâ longo tempore fuit posterior. Quis etiam fuerit hic Manasses ignoratur : aliqui putant fuisse maritum Judith; nam tempus consentit, sed locus dissentit, ait Salianus; vixit enim Judith tempore Tobiæ, inquit ipse, sed in Bethuliâ Judææ, non in Ninive et Assyriâ, ubi vixit hic Manasses, de quo agit Tobias. (Corn. à Lap.)

Pietatem, non istis tantùm qui modò coram astabant, insculptam voluit Tobias : sed in totâ etiam posteritate, quam idcircò sancti optant ut per eam Dei cultus honorque vigeat. *Filiis* ergo *vestris mandate, ut faciant justitias et eleemosynas.* Deinde, *ut sint memores Dei*, *et* tertiò, *benedicant eum.* At quamdiù et quomodò? *in omni tempore*, *in omni veritate, et in totâ virtute suâ.* In Græco hæc uni tantùm filio dici videntur, videlicet tanquàm præcipuo, et aliorum qui aderant patri et magistro; insigne adhibetur exemplum Achiacari, et Manasse cujusdam, quia fuerant ambo isti ab impio et ingrato Amane in dignitatis et vitæ periculum adducti, pietate tamen et eleemosynis evaserunt. Queritur de hoc ipso loco Ambrosius Pelargus in quâdam ad Erasmum Epistolâ, quæ incipit : *Quando vel Homerus.* « In Tobiâ, inquit (quem cum aliis « aliquot tùm veteris, tùm novi Instrumenti « libris prælegendum suscepi theologiæ candi- « datis) multa occurrunt frigida prorsùs, et « jejuna, plura item subobscura, in editione « præsertim septuaginta Interpretum, ut me « susceptæ provinciæ penè pœniteat. » Quid, Pelarge, ais? quid quereris? Et ego, indignus licet, theologiæ canditatis prælegendum Tobiam suscepi, neque tamen quæ Dei gratia est, ejus provinciæ unquàm pœnituit. Subobscura quidem non pauca occurrerunt. Sed et in aliis divinarum Litterarum libris opertissima multa, frigida tamen et jejuna nulla penitùs, quin et verum hìc pyriten sentio, de quo lib. 1 de Dogmatibus Turrianus. Et miror, quomodò, quam 70 Interpretum editionem agnoscis, eam tuis istis et frigoribus et jejunitatibus abundare censeas? At ex omnibus quod te vel maximè torqueat, unum, quæso, propone. « Ad finem, ait, libri in hæc verba « legatur. Τέκνον ἴδε τὶ ἐποίησεν Ἀμὰν Ἀχιαχάρῳ « τῷ θρέψαντι αὐτὸν ὡς ἐκ τοῦ φωτὸς ἤγαγεν αὐτὸν « εἰς κόψος. Anceps sum animi, quo sensu lo- « cum interpretetur, quòd ignorem voculæ « κόψος significantiam. Interpres, nescio quis, « ita locum vertit, quasi Aman alteri suo « Achiacharo pessimam retulerit gratiam, ni- « mirùm quem è lumine in tenebras duxerit. « Verùm hinc non liquet, utrùm senserit in- « terpres (scilicet Achi) in tenebrosum conje- « ctum carcerem, an orbatum oculorum lumi- « nibus. Obsecro ut, loco excusso, significes « per puerum, qui tibi sensus magis probetur. » Quid ad hoc igitur Erasmus? « In Tobiâ, in- « quit, nihil dubito, quin mendum sit scribæ. « Nam Franciscus Asulanus scripsit sibi fuisse « depravatissimum exemplar, quùm libros « istos excuderet. Nec movere debet exempla- « riorum consensus, quùm Argentinensis, « imitatus sit Aldinam. » Rectè, mendum est. Sed quomodò emendandum? Tacet Erasmus, et tamen partim ex interprete quem viderat Pelargus, partim ex antithesi τοῦ φωτὸς non erat hoc usque adeò collectu correctuque difficile. Ipsa ergo Septuaginta editio correcta, librique alii, etiam quos secutus erat interpres à Pelargio citatus, non κόψος, sed σκότος habent, per quod nomen intelliguntur carceris et egestatis, vitæque abjectioris tenebræ, cùm ab istis tenebris salvatus postmodùm et liberatus dicatur Achiacharus, et in easdem ipse Aman detrusus. Quod enim viris bonis intriverat, exedendum ipsi fuit, prout in Amane alio, edocebit Estheris volumen.

Cur eversa Ninive? — Causa ponitur vers. 13 : *Video,* ait, *quia iniquitas ejus finem dabit ei.* Nam, ut ait Prologo in Jonam D. Hieronymus, « ad Jonæ prædicationem actâ pœnitentiâ, veniam consecuti erant Ninivitæ; postea « verò in pristinis vitiis perseverantes Dei in « se provocârunt sententiam. » Fuerat Jonæ prædicatio non absoluta, sed cum conditione, *nisi pœnitentiam agerent*, et per veniam à Deo propter pœnitentiam, data urbis salus etiam cum conditione fuit, *si in pœnitentiâ et emendatione scelerum persisterent.* Hinc vers. 6 : *Non enim excidit verbum Domini, quod secundùm Jonam prædixerat.* Hinc verò intelligimus, unde bella, urbium excidia, regionum vastationes et depopulationes. *Justitia*, inquit Salomon, Proverb. 14, vers. 34, *elevat gentem, miseros autem populos facit peccatum.* (Serarius.)

Laissant de côté les déclamations vagues de Voltaire, qui n'ont point de rapport au livre de Tobie, et dont la réfutation se trouve dans nos notes précédentes, nous observerons ici que le patriarche des incrédules, passant à la mort de Tobie, au lieu de faire remarquer à ses lecteurs la prédiction que fit ce juste de la ruine de Ninive, prédiction qui fut accomplie peu après sa mort, par les armes de Cyaxare; et celle du retour des captifs hébreux; et enfin la promesse *d'un roi d'Israel, qui devait être adoré par les rois des nations*, événement dont nous sommes témoins, nous dit seulement *que quand Tobie mourut de vieillesse, ses enfants l'enterrèrent avec joie.* Ces derniers mots n'ont pu échapper à la censure du critique, qui ne pensait pas que la mort des serviteurs de Dieu, qui ont rempli une longue carrière, fournit des motifs solides de consola-

IN DÆMONEM ASMODÆUM

Dissertatio.

Cùm sæpè adeò in Scripturâ de bonis malisque angelis, eorumque per visum objectâ specie, gestis, prodigiisque mentio recurrat, mirari subit, cur rarus admodùm in illâ sermo habeatur de dotibus, viribus, gloriâ, mutuâ subjectione, agendi potestate, et ratione, quâ illi nobilissimum Creatoris opus, sese cæteris communicant. Quidquid autem eâ de re in sacris libris occurrit, ad hæc potissimùm capita revocandum est: esse nimirùm bonos malosque spiritus: alteros, quâ semel in creatione donati sunt, gratiâ servatâ, Creatori pariter suo morigeros, destinatâ sibi gloriâ frui; alteros superbiâ inflatos, è loco suo dejectos, et in Tartara detrusos, acerbissimas ambitionis suæ pœnas dare; furorem suum in miseros mortales exercere, nullamque omittere artem, ut nos eodem unà supplicio obvolvant. Tandem bonos angelos divinorum beneficiorum munerumque ad nos deferendorum ministros esse; dæmones verò divinæ ultionis et justitiæ exsecutores sese exhibere: inter dæmones et angelos aliquam esse politiam, cujus leges ignorantur, quâ alter alteri subditur: agere pariter utrosque in corpora et in spiritus subtiliori quâdam ratione, quam ne mente quidem assequi, nedùm verbis explicare valemus: singulis regnis, imò et singulis hominibus suos esse angelos præsides, qui nostris rebus et conservationi consulunt, illud potissimùm curantes, ut salutem nobis comparent, modò ne quid obstaculi divinæ à se delatæ gratiæ per nos, pervicaciùs malo inhærentes, opponatur.

Sed in his ipsis quæ Deo revelante novimus, quàm multa sanè obscura et tenebris obsita? Angeli et dæmones nunquàm fermè nisi è corpore aliquo effícti exhibentur. Quæ insuper de illis narrantur historiolæ, parabolæ veriùs quàm genuinæ historiæ plerùmque esse videntur. Si historiam pellectæ ad crimen Evæ, et Angeli minitantis necem asinæ Balaami, dæmonis Asmodæi, de quo in præsentiâ: dæmonis Jesum Christum in deserto tentantis, ac tandem Jobi diabolicâ tentatione probati; si, inquam, eas omnes historias sedulò perpendas, nonne augeri potiùs scrupulos et dubitationes, quàm expelli ignorantiam sentis? Id egisse Deus videtur, ut angustioribus terminis humanæ curiositati præscriptis, ab eorum cognitione nos revocaret, quæ impunè prorsùs ignorantur, ut scilicet omnem mentis aciem rebus majoris momenti, et nostræ utilitatis magis consentaneis, intendamus.

Nec sanè multùm in explorandâ angelorum naturâ Judæi olim ante captivitatem studii contulerunt. Nullum etiam ad eam usque ætatem illis impendisse cultum sive legitimum sive superstitiosum, illos legimus, qui ne nomina quidem illis tribuere nôrant. Quæ enim deinde collata sunt angelis nomina, ipsis fatentibus, Hebræi inter Chaldæos didicerunt, ac tum primò usurpari cœperunt nomina Michaelis, Gabrielis et Raphaelis; neque priùs septem angelos principes solio Dei adsistentes nôrant. Neque plus quidquam de malis angelis noverant; nomen enim *Satan*, quod alicubi occurrit, nonnisi *adversarium* significat; et *Beelzebub* profani numinis nomen est. Apud Isaiam 14, 12, legitur Lucifer, sed sidus est ferens diem; et si dæmon intelligatur, est figurata locutio. Primus omnium sub dæmonis nomine Asmodæus occurrit; quanquàm et dubitandi locus est, utrùm peculiare aliquod dæmonis nomen eâ voce designetur; potest enim Tobiæ locus 3, 8, reddi, dæmonium *exterminans*, ubi in Vulgatâ habetur, *dæmonium, nomine Asmodæus, occiderat eos.* Fateamur tamen oportet, Vulgatæ sensum proniorem esse, et litteræ textûs maximè consentaneum, ut Asmodæus pro singulari dæmonis alicujus nomine usurpetur. Græcus legit: Ἀσμοδαῖος τὸ πονηρὸν δαιμόνιον, *Asmodæus malus dæmon.* S. Prosper *Asmodæum nequissimum* nominat: de Promis. part. 2, cap. 39,: « A quâ Asmodæum dæmonium nequissimum expulit. » Hebræus Munsteri: אשמדי מלך אשרים, *Asmodæi rex dæmonum.*

tion à une famille dont ils ont été l'exemple, et dont ils feront à jamais la gloire, au lieu que celle de l'impie ne produit que le trouble, l'horreur, la confusion, le désespoir. (Duclot.)

Inter varias nominis *Asmodæi* etymologias, ea jure meritòque seligenda est quæ vocem derivat ex *Schamad* (1), destruere, exterminare, perdere, evellere, vastare; quæ sanè ejusdem vocis significationes omnes dæmoni conveniunt, illud potissimùm studenti, ut animas perdat, virtutis et pietatis opera destruat, probra consilia removeat, denique gloriam viresque suas in eo exercenti, ut homines criminibus et sceleribus implicet, et sus deque omnem mundi œconomiam vertat. S. Joannes in Apocalypsi 9, 11, meminit dæmonis, cui nomen in Hebræo עבדון, *Abbadon*, in Græco Ἀπολλύων, *Appollyon*, in Latino *Exterminans*. Hic ultionem Domini Ægypto intulisse, excusso decem plagarum flagello, creditur; eodemque gladium versante animadversum ferunt in Israelitas, perduellionis et murmuris reos in deserto (2); quemadmodùm et ejus gladio exercitum Sennacherib in Palæstinis agris deletum 4, Reg. 19, 35. Idem hostes Ecclesiæ in fideles armavit; idem hæreticos et impios, ut pravis doctrinis fidei sanctitatem corrumpant, incitavit, et adhuc incitat.

Cùm verò nomen *Exterminans* æquè omnibus malis angelis commune esse possit, adhuc quæstioni locus est, quisnam angelus ille malus, qui Saram vexabat, interfectis septem viris ad puellæ thalamum accedentibus. Ἀποπνίγουσά σου τοὺς ἄνδρας. Hebr. Fag. האנשים הינקאת. Scitum est enim plures esse, nec unius generis, dæmones (3); horum enim alii inter suos imperant, alii serviunt. Sunt qui avaritiæ, qui ebrietati, qui licentiæ, qui gulæ præsint. His cura est, ut futurorum oracula procudant venditentque; illi tentandis hominibus instant; illi mali hospites hominibus insident. Alii morbos pariunt; idque de illis sentiebant Judæi, ut ex Evangelio intelligimus, morbos ferè omnes dæmonibus accepto ferri debere. Tandem vulgò creditur dæmonum aliquos aerem obsidere, alios deserta loca, alios provincias et regna. Quis ergo dæmon Asmodæus, quodve illius munus?

Hebraica editio supra à nobis laudata, *regis dæmonum* titulo illum distinguit; sed inter malos angelos regis titulus multis communis est. Christum in *Beelzebub principem dæmoniorum ejicere dæmonia*, Judæi dictitabant, Matt. 9, 34, et 12, 24, Marc. 3, 22, Luc. 11, 15. S. Hieronymus in Habacuc 3, principem dæmonum ex doctrinâ Hebræorum appellat רשף *Rescheph*, quæ vox sonat prunas, scintillas, sagittam, quæ omnia cum diabolo, sive agendi celeritas, sive diræ in illum à Deo pronuntiatæ post inductam in crimine Evam spectentur, optimè congruunt. Eumdem dæmonum principem S. Chrysostomus hom. de lapsu primi hom. appellat *Sataelem* שטהאל, ac si diceretur, qui terga Deo tanquàm inviso vertit.

S. Joannes Apoc. 12, 9, pluribus illum nominibus appellat, uti *draconis magni, serpentis antiqui, diaboli, satanæ, qui seducit universum orbem*. Job. 1, 3, et Matth. 4, 10, *Satan* vocatur; quo nomine nihil aptiùs exprimit gravissimum illius odium adversùs homines et veritatem, est enim hostis, adversarius, calumniator; in quam etiam significationem convenit vox Græca, *diabolos*, quæ adversarium iniquum, et sycophantam, et calumniatorem exprimit. Illum S. Petrus in 1, Ep. 5, 8, veluti leonem pingit undique pererrantem, ut prædam aliquam nanciscatur. Denique Isai. 14, 12, principi dæmoniorum nomen tribuitur *Luciferi*. Sunt qui credant, Asmodæum principem fuisse dæmonum Mediæ, quâ in regione suam exerceret potestatem: quemadmodùm ille Dan. 10, 13, Persidi imperans, S. Michaeli populi Dei patrono aliquamdiù obstitit. Sanè Asmodæus derivari potest ex Hebræo *Esch-Madai*, ignis Mediæ; impuras enim flammas fovebat. Natus est, aiunt Rabbini, ex connubio Noemæ, sororis Tubalcaimi, cum Simone; idemque est Sammael, de quo in Targum in caput 28 Jobi. Docent denique Talmudistæ Asmodæum inter dæmones universos principem locum tenere (1).

Quæ tamen opinio præ cæteris probatur, Asmodæum libidinis dæmonem facit: utrùm verò rex cæterorum sit, Hebræis asserendum relinquimus, cùm in sacrâ Scripturâ id muneris egisse legatur, quod facilè infimus quisque dæmon obire potuisset. Permissâ enim sibi à Deo potestate, eos qui procaci animo ad Saræ thalamum accederent, neci trade-

(1) In Hiphil. שמר השמיר, Græcè ὀλοθρεύειν, ἀπολλύειν, ἀφανίζειν, ἐξαιφεῖν, ἐρημοῦν, etc.

(2) 1 Cor. 10, 10, et Judith 8, 24, 25: *Exterminati sunt ab exterminatore, et à serpentibus perierunt.*

(3) Vide, si placet, 1. Cor. 15. 24. *Cùm evacuaverit omnem principatum, et potestatem, et virtutem*. Et Abb. Seren. apud Cassian. Collat. 8. cap. 14, et Serar. ad Tob. 3, quæst. 4. Origen. contra Cels. lib. 8.

(1) Vide, si lubet, Serar. quæst. 9. Eliam Levit. in Thisbi; Targum in Job. 28, et in Eccles. 1, 1.

bat; nihil tamen habebat virium in honestissimam probamque puellam, atque invitus et rei exitum ignorans, felicitati illius, unà et Tobiæ, etiam atque etiam consulebat. Nimirùm ambo illi morum similitudine sese invicem flagitabant; quos proinde alto providentiæ suæ consilio respiciens Deus, neminem ad puellæ torum accedere passus est, quam inviolatam lectissimo conjugi servabat.

Hujus necis causam Raphael ipse juniori Tobiæ aperuit Tob. 6, 16: *Ostendam tibi, qui sunt, quibus prævalere potest dæmonium. Hi namque, qui conjugium ita suscipiunt, ut Deum à se et à suâ mente excludant, et suæ libidini ita vacent, sicut equus et mulus, quibus non est intellectus: habet potestatem dæmonium super eos.* Nec Sara aliter suspicata est Tob. 3, 19. *Aut ego indigna fui illis, aut illi forsitan me non fuerunt digni.* Ita planè: indigni erant eo conjugio, quanquàm non ea sola fuit eorum necis ratio, nisi etiam procacioris libidinis crimen ultionem divinam in ipsos provocâsset.

Quod in hâc re negotium facessere videtur, illud est, quòd Asmodæus fumo ex jecore et corde piscis crematis sublato pulsus fuerit. Tob. 6, 8. *Cordis particulam si super carbones ponas, fumus ejus extricat omne genus dæmoniorum sive à viro sive à muliere.* Alibi verò cordi jungitur jecur; quemadmodùm etiam utrumque in Græco exprimitur. S. Prosper nihil habet nisi de felle, memoriæ, uti credimus, lapsu, par. 3, cap. 29 Promiss. Qui enim sive fumus, sive nidor, sive aliud quodcumque corporeum, et è corpore expressum grave esse spiritui poterat? Quanquàm enim procedentes à corpore impressiones, si corporeos sensus tangant, statim horrorem vel voluptatem in animâ excitant, quo sanè horrore et voluptate etiam spiritus à materiâ secretos tangi posse intelligimus; nunquàm tamen reipsà tanguntur, si omne abfuerit divinum prodigium, quo Deus supremus rerum omnium arbiter velit, ut occasione quarumdam corporearum impressionum, quibus corpora, à spiritibus planè secreta, moventur, similes motus in spiritibus respondeant. Ita in dæmonum impiorumque cruciatibus servari intelligimus, ut scilicet occasione ignis, ubi illi medii versantur, sensus doloris, Deo ita volente, in ipsis excitetur, quemadmodùm fieri solet, cùm spiritus, vitali fœdere cum corpore junctus, ejus dolore tangitur. In hunc planè modum dæmones et impiorum animæ corporeo igne in inferno torqueri creduntur; non enim vorax illud elementum cremandis animabus impenditur, sed eo posito, Dei omnipotentis voluntate tam intimo doloris sensu anima tangitur, veluti si corpore induta, igne torrescentibus membris, angeretur.

Faciliori negotio hanc difficultatem extricabant ethnici, quorum solemnis erat sententia, dæmones subtili ac tenui quodam corpore, veluti è puriori æthere, constare: rati insuper, eos liquoribus sibi libatis, et nidore carnium sibi crematarum, pasci; ac tandem fumo thuris et aromatum nutriri, et hausto cruore victimarum viribus confirmari. Verùm, ait Porphyrius de abstin. l. 2, vir sapiens ejusmodi sacrificiis plurimùm abstinebit, ne dæmones, omnium malorum auctores, ad se alliciat. Una huic cura sedebit, ut animam omni maculâ eluat; neque enim in animam omnis corruptionis expertem nequissimi illi dæmones quidquam possunt. Eadem planè sensisse credimus Chaldæos, apud quos liber Tobiæ scriptis mandatus est; uti et Israelitas, pro quibus auctor hunc librum scripsit: utraque enim ea gens dæmones à materiâ non omninò secretos arbitrata, sensus illis et impressiones, quales nonnisi corpora patiuntur, aptabat. Hâc proinde opinione et populi præjudiciis occupatus Tobias, Raphaelem alloquens, aiebat, Saram à dæmonio deperiri, id est, tam cautè blandam elegantemque puellam custodiri, ut neminem ad illam accedere pateretur. Hic sanè, si aliàs unquàm, valet illud S. Hieronymi, in Jerem. 28, et in Matth. 14 et in Helvid.: « Multa in Scripturis sanctis « dicuntur juxta opinionem illius temporis, « quo gesta referuntur, et non juxta quod rei « veritas continebat. » Neque hunc errorem veteres Ecclesiæ Patres prorsùs deposuisse constat, cùm dæmones subtili corpore constare, quod delicatis odoribus cæterisque tenuioribus sensuum functionibus aptum esset, arbitrarentur. Origenes tanquàm extra controversiam positum constituit, dæmones liquoribus et crematarum carnium sapore delectari, Origen. contra Cels. lib. 3, pag. 28, et p. 33.; interdùm simulatâ sanctissimorum hominum ac bonorum angelorum personâ, credulis illudere, impuris cupiditatibus et musicis concentibus tangi; locoque pelli occultâ carminum et herbarum ac sigillorum vi, quæ adversùs ipsos ac morbos ab illis partos pharmacum sunt præstantissimum. Hæc

sanè omnia tum vetustate, tum auctoritate, tum numero eorum, quorum suffragio fulciuntur, probatissima sunt; vide Huet. Origenian. lib. 2, c. 2, quæst. 5; et quanquàm alia Ecclesiæ sententia placuisse videtur, non desunt nostrâ quoque ætate viri eruditi, genus quoddam corporis angelis quibuslibet sive bonis sive malis tribuentes. Grotius, in psal. 103, gravissimè queritur de fautoribus Aristotelis, quem ille primum auctorem rerum omninò corporis expertium arbitratur. Si igitur hoc ponatur, nihil planè nos movebit, dùm angelis et dæmonibus sive corporea forma, sive potûs et cibi usus, sive inferendi pellendique morbos vis tribuitur; est enim naturæ maximè consentaneum, ut corpus in sensus et corpora agat.

Quâ ratione suam tueantur sententiam ii qui nidorem cremati cordis et jecoris naturali virtute dæmonium expulisse aiunt, quin corpora sensusque dæmonio tribuant, non facilè intelligo. Vide Bart. Faium in Energumeno, et P. G. Tholosan. Syntagm. juris lib. 24, c. 22. Quantumvis enim illi philosophico acumine connitantur, nunquàm tamen evincent, eâ, quam statuunt inter Asmodæum et hunc nidorem, antipathiâ id effici potuisse, ut spiritus fumo pelleretur. Cùm enim antipathia omnis qualitatum inter se oppositione et repugnantiâ inducatur, nulla planè esse potest inter ea, quibus nulla ratio communis est, qualia sunt spiritus et corpus: secùs non unus vel alter spiritus simultatem exerceret in corpora, sed omnes planè spiritus æquè corpora horrerent, æquè enim omnes corporis expertes sunt.

Si quis verò totam hujus nidoris efficaciam ponat in sensu, quo non spiritus quidem, sed junctum spiritui corpus afficitur, cùm nimirùm subitâ humorum et sanguinis agitatione pravæ corporis affectiones, quibus dæmon affligendo corpori utebatur, corriguntur; hic sanè opinionis suæ subscriptores religiosissimos theologos, accuratissimosque philosophos habebit. Profectò si tetro melancholiæ morbo correptus Saül angebatur, poterat sanè David insanientem humorem lyræ concentu compescere, sublatoque eorumdem humorum bello, instrumenta nocendi diabolo subducere: ex quo illud consequitur, ut musicis modis pulsus vel saltem coercitus fuisse dæmon verissimè dici queat. Idem dicito de radicibus, quas Josephus Antiq. lib. 8, c. 2; de Bello lib. 7, c. 13, narrat, vix naribus vexatorum oblatas, dæmonis vim coercere, ipsumque è corpore hominum pellere: quod præsentissimum pharmacum Judæi sese ex Salomone didicisse narrabant. Similem pellendi arcendive dæmones vim habere radices plurimas, herbas, plantas, lapides, et alia legimus in Serar. in Tob. 8, q. 8, art. 2, 3, 4, etc.; quibus omnibus illud S. Augustini de fumo, quo pelli dæmones creduntur, optimè convenit: « Non « quia (dæmones) nidore ac fumo, sicut non« nulli vani opinantur, sed hominum pascun« tur erroribus, » de Civit. l. 2, c. 22. Non equidem fumo, herbis, sive lapidibus dæmon pellitur vel coercetur, sed inani hominum superstitione; ut enim pravas ejusmodi opiniones in illis foveat firmetque, solet interdùm, dæmon illis obtemperare, damno coercitæ malitiæ suæ satis superque reparato superstitione et errore, quem his artibus fovet.

De verbis notisque magicis, uti et de genere quodam plantarum, aliter planè nobis philosophandum est. Solent enim in iis rebus dæmones ultrò sibi legem imponere, ut nihil nisi ad nutum clientulorum agant: in eo siquidem imperii sui impii sævique rationem constituunt: ut nocentibus ad nocendum serviant; illud maximum lucrum suum rati, si hominibus famulatum in magicis artibus exhibentes, illos sibi etiam atque etiam devoveant. Sed hæc omnia nihil planè in rem præsentem faciunt, certò enim constat, nullam in historiâ Tobiæ et dæmonis magicam superstitionem intercessisse.

Inter duas hasce opiniones, eam nempe quæ naturali virtute, et eam quæ divinâ pulsum dæmonem constituit, medium iter sibi tenendum Serarius in Tob. 8, qu. 3, arbitratur. Observat ille, aliquid fieri posse sive boni sive mali angeli operatione, sive solo nutu et imperio Dei, nullo angeli vel alterius cujuscumque naturalis agentis ministerio; vel denique ad id præstandum posse angelum sive dæmonem à Deo mitti, qui divinis jussionibus implendis instrumento vel auxilio aliquo naturali utantur; utantur autem sive necessariò, sive spontè, vel instrumentum illud naturâ suâ ad rem producendam aptum sit vel ineptum, vim scilicet agendi ex se habeat nec ne, an ab alio. His autem constitutis, opinatur Serarius Tob. 6, 8, fumum jecoris vi suâ quâdam naturali pellendo dæmoni aptum fuisse; cujus rei argumentum esse ait angeli cum Tobiâ colloquium, qui humano loquendi more utens, insitam jecori piscis virtutem pellendi dæmonis narra-

vit. Nec aliter, quàm quo modo hominis oratio accipi solet, junior Tobias Raphaelis, quem merum hominem arbitrabatur, orationem intellexit; neque aliud volebat idem Tobias, cùm de virtute ejusdem jecoris angelum interrogaret Tob. 6, 7, cujus proinde ad mentem eumdem angelum respondere par erat. Censet igitur idem auctor Deum, cùm mundum crearet, plantis quibusdam virtutem coercendi dæmonem, cujus odium jam tum perspectum in homines habebat, indidisse. Aliquid tamen supra naturam in eodem fumo agnoscit, ex eo quòd angelus inter loquendum Tobiæ revelavit, pulsum semel dæmonem jecoris fumo nunquàm deinceps reverti; quod sanè prodigiosum est, et prorsùs supra pharmaci naturam. Hujus prodigii in causâ fuisse censet tum junioris Tobiæ continentiam et orandi studium, tum pium duorum conjugum in conjugio ineundo consilium: denique angeli Raphaelis præsentiam non modicè in eam rem contulisse, sibi persuadet.

Totam hanc historiam ad parabolam et rhetoricam allegoriam Grotius ad Tob. 3, 8, et 6, 8, redigere videtur; neque enim dæmonium sive prodigium aliquod in liberatione Saræ agnoscit. Quem Scriptura Asmodæum, septem priorum Saræ virorum interfectorem, nominat is, nihil est Grotio præter noxiam quamdam in corpore ejusdem feminæ qualitatem, quâ viri illi correpti interimebantur. Solemne est enim Hebræis, ut morbi omnes et incommoda, quorum latuerint causæ, diabolo deputent; ut suos esse surditatis dæmones, suos silentii, quibus homines et muti et surdi redduntur, crediderint, Luc. 11, 14; Matt. 9, 31, Grot. ad Matt. 4, 24. Epileptici, et ignotis aliis morbis, qui pharmacis contumaces sunt, laborantes, à dæmonibus, ut illi quidem sensebant, angebantur. Id apertissimè in Evangelio habemus. Eo igitur morbo Sara laborabat, cui à se depellendo plurimùm contulit tum ejusdem Tobiæ continentia, tum fumus, quo conclave universum, quo lectus, quo cætera omnia purgabantur. Ita Grotius nodum indissolubilem præcidit, unoque calami ductu assertissimam, et omnium, tam Judæorum quàm Christianorum, assensu probatam historiam delet: probatam, inquam, totius Ecclesiæ Christianæ consensu; neque enim alicujus esse momenti reputanda est quorumdam recentiorum interpretum singularis opinio, qui nullo satis firmo argumento de illius veritate dubitârunt.

Qui divinâ virtute pulsum Asmodæum judicant, illi sanè inter se minimè conveniunt. Sunt enim inter quos Lyran. ad c. 6; Munst. ad Tob. 8; Tirin. ad 6, 8, qui censeant, fumum illum nonnisi symbolum quoddam fuisse precum Tobiæ et Saræ, quibus unicè totum valetudinis prodigium tribuendum sit, quemadmodùm olim in luto, quo cæci oculos linivit Jesus, accidisse legimus; vix enim lotis in piscinâ Siloe cæci oculis, statim videndi facultas restituta est, non luti sive aquarum, sed Christi virtute, cùm lotio nonnisi argumentum fuerit prodigii. Ex eo erat dæmonum genere Asmodæus, qui continentiâ et oratione pelluntur, quemadmodùm dæmones, de quibus in Evangelio, nonnisi oratione et jejunio ejiciebantur. Alii aiunt fumum id solum indicâsse, quo temporis articulo pulsus fuerit. Vide lib. de Dæmoniac. part. 3, cap. 48, et Menoch. ad cap. Tob. 6, 8. Malunt alii, Asmodæum unius Raphaelis operâ fuisse depulsum, jecore adhibito ne prodigium sentiretur; ejus enim obtentu angelus latere voluit, ne sese (latere enim Deus angelum volebat donec Tobias regrederetur) Tobiæ proderet. Vales. Philos. sac. cap. 38. Est. ad Tob. 8, 2. Vide, si lubet, Guillel. Paris. de Universo, Carthus. ad Tob. v. 6. Serar. ibid. q. 2. S. Prosper omnia ad Jesum Christum flectit, piscem mysticum, qui dæmones pellit, nostrisque morbis medetur. Sed mysticum sensum sequi se idem Pater declarat, ut proinde ejus opinio è litteralium expositionum sensu expungenda sit. Vide Prosp. de Promiss. p. 2, c. 39. Ἰχθὺς Græcè est piscis, et monogramma Jesu Christi; nec raro Jesus pisci apud veteres comparatur. Vide Tertull. de Bapt. Hieron. ad Bonos. Optatum lib. 8. August. de Civit. lib. 18.

Quicumque hanc sententiam de pulso divinâ virtute Asmodæo tuentur, his potissimùm argumentis fulciuntur: 1° Magnoperè inter se duo hæc abhorrent, spiritus et fumus: crassus hic, corporeus, et sensibilis; ille pura nudaque mens. 2° Multum etiam abhorrent inter se morbus et pharmacum: morbi curantur vel admotis corpori contrariæ naturæ medicamentis, vel noxiis humoribus emissione coercitis, vel rectâ sanguinis et humorum œconomiâ restitutâ; id quod non unâ ratione confici potest, sive in humores ipsos agendo, et causâ nocendi illis sublatâ, sive restitutâ animæ pristinâ quiete et tranquillitate; ut enim illa quievit, continuò quies omnis et tranquillitas sanguinis et humorum restituatur necesse est,

totaque deinde justa corporis habitudo restauretur. Denique potest morbus destitutione spirituum induci, qui unicâ hâc ratione pellitur, spirituum igniculis excitatis, reparatisque apto nutrimento sanguine et humoribus, nimiâ effusione erogatis. Nihil simile in re præsenti. Uxor junioris Tobiæ nullo, quantùm scimus, corporis vitio laborabat. Id unicè præstandum erat, ut dæmon, quo puella obsidebatur, eâ illæsâ in lascivos ejus procos sæviens, pelleretur. Porrò neque fumus in dæmonis corpus, utpote quo dæmon carebat, agere poterat; neque in spiritum; quid enim corpus ad spiritum? 3° Si quid fumus in Sarâ valuisset, cur in aliis similis rei causâ non valeat? Suffitus certè et odoramenta omnia, quæcumque tandem fuerint, nunquàm pellere dæmonem sive è corpore sive è loco vi suâ valuerunt. Si in exorcismis quibusdam sulphur et alia acerrimi odoris cremanda præscribuntur, non odori sed precibus, quibus ea cæremonia absolvitur, dæmonis expulsio tribuenda est. Vide dæmoniorum flagell. Exorcis. 4 et 6. Quanquàm eos ritus unà cum libro censurâ inussisse S. R. Ecclesia videtur. Denique si fumus pellere dæmonem ex se valebat, cur orare et continentiam servare conjuges jussi sunt? Cur Raphael Tobiam admonuit, in eos tantùm valere dæmonem, qui sordidas voluptates unicè sectantur? Naturalis medicina nullam exigebat rectæ mentis habitudinem.

Inter tot varias repugnantesque sententias illud nobis statuendum jure meritòque arbitramur; 1° Fumum jecoris piscis nihil directè et physicè insitâ virtute in dæmonem valuisse. 2° Nihil illum potuisse nisi in sensus Tobiæ et Saræ, in quibus fortè voluptatis titillationes compescens, continentiæ custodiam plurimùm juvit: quam sanè vim quibusdam plantis, succinis, et odoribus tribuendam, naturalis historiæ scriptores omnes nôrunt; Plin. lib. 24, c. 9, de Salice et Amerinâ l. 25, c. 13, et l. 26, c. 10, de Nymphæâ, et l. 30, c. 15, et 32, c. 4. Ovidius, de Remedio amoris, l. 1:

Nulla recantatas deponent pectora curas,
Nec fugiet vivo sulphure victus amor.

Factum inde, ut obstructa dæmoni nocendi via, nihil in Tobiam valuerit, neque in illius necem, quemadmodùm cæterorum, quidquam virium habuerit; ac proinde victus ac pudore suffusus, inde se proripiens, in superiorem Ægyptum impiis artibus exercendis sese receperit: cùm præsertim duorum conjugum in studio castarum precum et vigiliarum per tres succedentes noctes consensum viderit. 3° Denique angelus Raphael non minimum victoriæ de Asmodæo momentum fuit, quippe qui et artem vincendi dæmonis revelavit, et proprium veri Israelitæ conjugii usum docuit, ac tandem eâ quâ pollebat virtute, dæmonem victas dare manus coegit. Maximam enim victoriæ partem angelo tribuendam, satis insinuat Scriptura narrans, catenis vinctum Asmodæum in ultimam Ægyptum à Raphaele ejectum fuisse. Profectò hæc dæmonis captivitas neque fumo jecoris, neque precibus, neque Tobiæ continentiæ tribuenda est. Quare tota hujus prodigii ratio tribus partibus constat; revelatione singularis pharmaci, et prorsùs extraordinarii; manifestatione veræ causæ necis priorum Saræ virorum, artisque quâ dæmonis nequitia deinceps eluderetur, et ope à Raphaele præstitâ, ut dæmon à Tobiâ arceretur, atque in perpetuum eliminaretur.

Reliquum est disquiramus relegationis Asmodæi modum, causam et locum; rem enim tantummodò narrans Scriptura cætera silet, Tob. 8, 3: *Tunc Raphael apprehendit dæmonium, et religavit illud in deserto superioris Ægypti.* Hebræus legit, Asmodæum vix nidore jecoris tactum, in superiorem Ægyptum sese proripuisse, catenis ab angelo vinctum, Græcus addit: quòd verò idem angelus dæmonem apprehenderit, in neutro quidem, sed in Vulgatâ legimus. Innuit autem eadem Vulgata, angelum id in ædibus Raguelis præstitisse, devinctumque veluti ad carcerem in deserta Thebaidis deduxisse. Ut ut res habuerit sese, illud constat, hujus historiæ narrationem alio sensu accipiendam esse, quàm quo mera nudaque littera significat. Qui enim fieri poterat, ut dæmon vinciretur, vel certo alicui loco addiceretur, caperetur, ac veluti captivus detruderetur in carcerem? Verbum igitur *alligare* in re præsenti eodem sensu usurpandum est, quo et alibi sæpè in sacrâ Scripturâ, ubi iisdem ferè verbis de cacodæmone agitur. Ita Jesus Christus nunquàm è domo viri fortis diripi arma, et vastari ædes posse dicit, *nisi quis priùs,* ait Matt. 12, 29, Marc. 3, 27, *alligavit fortem;* et Apocalypsi 20, 2: *Et apprehendit draconem, serpentem antiquum, qui est diabolus et Satanas, et ligavit eum per annos mille.* S. Petrus 2, ep. 2, 4, de lapsu angelorum perduellium ait: *Rudentibus inferni detractos in Tartarum tradidit cruciandos, in judicium reservari.* S. Judas v. 6, de angelis, *qui non servaverunt suum principatum*, scribit: *In judi-*

cium magni diei, vinculis æternis sub caligine reservari. Has omnes locutiones aliter planè intelligamus opus est, quàm de verâ alligatione, quâ veris catenis vincti dæmones detineantur, cùm potiùs vim quamdam superiorem significent, cujus potestate impius dæmonum furor coercetur, ipsique inviti in cruciatibus detinentur.

S. Augustinus de Civit. l. 20 cap. 7, totam hanc vinciendi dæmonis rationem ita exponit: *Alligatio diaboli est, non permitti exercere totam tentationem, quam potest, vel vi, vel dolo, ad seducendos homines.* Detinetur modò vinculis alligatus in inferno diabolus, cùm exercere vires suas fallendis hominibus, numinum superstitione, revelato universis hominibus Jesu Christo, prohibeatur. Hunc fortem Christus alligavit, arcem illius expugnavit, arma diripuit, et spolia divisit. Raphael de Asmodæo, quasi de hoste superato, absolutè decernit, eumque veluti in vinculis captivum, in extremam ignotamque oram relegat. Jubet enim de mandato Domini loco cedere, ablatamque illi significat concessam antea sæviendi in procos Saræ facultatem. Hæc omnia unâ eâ voculâ, *religavit*, designantur. Cùm enim dæmon nihil injussu Domini valeat, eo facultatem revocante, veluti alligatur. Scitè pseudo-Augustinus serm. 197, de Temp. nunc 37, append. nov. edit. illum cani vincto comparat: « alligatus est, tanquàm innexus « catenis canis : neminem potest mordere, « nisi eum, qui se illi mortiferâ securitate « conjunxerit... Latrare potest, sollicitare « potest, mordere non potest, nisi volen- « tem. »

Verùm quînam fieri potest, ut dæmon uni loco addictus teneatur? Nonne æquè repugnat, sive spiritum uno in loco claudi, sive vinculis coerceri? quorum utrumque à naturâ intellectuali penitùs abhorret. Respondemus tamen, utrumque nullo negotio fieri posse: ut enim dæmon alligatus dicitur, cùm ejus nocendi potentia certis quibusdam finibus Deo jubente concluditur; ita pariter idem spiritus uno in loco teneri dicitur, cùm Dei jussu nihil agere nisi certo in loco, rebus, et personis sinitur. Quare cùm Asmodæus antea uni Saræ alligatus detineretur, ut nihil posset, nisi in eos, qui pravâ animi habitudine ad puellam accederent; in deserta superioris Ægypti pulsus est, non ut ibi veluti in carcere clauderetur, sed ut eum locum veluti theatrum exercendæ virtutis suæ haberet, seu potiùs ut ibi deserto incultoque in loco nemini noxius moraretur. Igitur clausus in loco dæmon nihil est aliud, quàm dæmon, cui intra certum loci spatium agendi potestas sit. Dæmon, à quo Deus tentari aliquem sinit, is eo in loco clausus, ubi ille degit, rectissimè dicitur.

Qui malis spiritibus ita imperet, ut ad arbitrium supremoque jure illos certis locis et temporum articulis addicere possit, finibus eorum nequitiæ præstitutis et ne ulteriùs noceant inhibere, unus est Deus. Fatemur tamen Angelos interdùm et homines eâdem potestate usos esse, ut dæmones certo in loco religarent, eorumque furorem frangerent: sed nemo unquàm sive homo sive angelus id propriâ virtute gessit, uno tantùm Dei nomine pollens. Eo nomine munitus Raphael Asmodæum, eo S. Michael Satanam, corpus Moysis rapere conantem, coercuit: *Imperet tibi Dominus*, Judæ Ep. v. 9. Denique si SS. martyres, confessores, et exorcistæ nostrâ ætate coercere dæmonem possunt, id unicè virtuti et nomini Jesu Christi tribuendum est.

Alia verò est de magis, qui dæmonibus sese imperare gloriantur, ratio. Si quid enim illi verè asserunt, cùm alligatos gestari à se dæmones in annulis, in cubiculis, aliisque locis habere ferunt; non illi quidem divini nominis, sive invito Deo propriâ virtute agere credendi sunt; sed sive inani fictitiâque potestate in dæmones utuntur, sive Deus latenti, terribili tamen, providentiæ suæ consilio permittit ut infelices illi, qui ab obsequiis Dei recesserunt, detestabili servitute malis angelis pareant, specie quâdam auctoritatis decepti, quâ sese in dæmones frui arbitrantur; cùm interim specie imperii indignâ et impiâ servitute opprimantur. Probabiliter etiam censemus, dæmonum principem quodam imperii genere in suos utentem, subditos sibi spiritus cogere, ut magorum, qui dæmoni se totos addixerunt, voluntati obsequantur. Ut ut res habeat sese, tamen tum rectæ rationis sensu, tum religione ipsâ docemur, neque principes dæmonum, neque subjectos illis dæmones, neque tandem magos absolutam auctoritatem exercere; tota enim dæmonis virtus et actio ad nutum summi spirituum principis est qui infinitâ potestate et sapientiâ ipsos tuetur ac moderatur.

Ejecto dæmoni superior Ægyptus, arens planè, sterilis, arenosa, inculta et incolis,

penè vacua regio, destinata est. Cùm enim Ægypti solum nullo imbre irrigetur (vide Herodot. lib. 2, Diodor. l. 2, Ptolem. Strab. etc.) atque exundantis Nili aquæ, ne superiorem regionem fecundent, aggere montium et soli altitudine prohibeantur, arescere illam, et squalere necesse est. Quin et anguibus venenatisque belluis totam teneri, S. Hieronymus in Ezech. 30 censuit. Profectò horrentia illa et deserta loca in oblivione et horrore semper mansissent, nisi sanctissimorum eremicolarum frequentiâ celebrarentur; quorum religione et virtute factum est, ut quæ regio olim horrori habebatur, deinde tanquàm deliciarum paradisus et terra selecta, ubi insignium virtutum exempla virescerent, suspiceretur. Quare dæmon ab universo, quà latè patet, orbe crucis virtute exclusus, cùm ad extrema ea loca confugiens tutum sese crederet, inde etiam virtute et austeritate veterum eremicolarum secedere coactus est. In hanc arenam descendentes, Antonius, Pacomius, Macarius, Paphunitius, cæterique plures, sæpiùs cum dæmone congressi, de hoste, quanquàm furente, feroci, traditique sibi loci strenuo defensore, insignes frequentesque victorias retulerunt.

Quamdiù vinctus Asmodæus in Ægypto fuerit, Scriptura quidem non docet; suspicandi tamen locus est, omni vitæ Tobiæ et Saræ tempore exulem mansisse, cum capite ejus libri 6, v. 8, legamus, dæmonem semel eâ arte, quæ ibi narratur, expulsum, nunquàm ad illos reverti potuisse: *Ita ut ultra non accedat ad eos.* Utrùm verò eo tempore elapso denegata priùs facultas nocendi iterùm dæmoni concessa sit, altum est providentiæ arcanum, cujus consilium scrutari nemini licet. Animadvertere juvat, Jesum Christum Matth. 12, 43, innuere vulgatam fuisse Judæorum persuasionem, dæmonem ex hominibus, quos obsidet, pulsum, in loca fugere squalentia et deserta, donec aptum nactus rei tempus, pristinum hominis contubernium repetat. Ita pulsus è Saüle dæmon per intervalla redibat. Septuaginta locum Isaiæ 13, 21, reddentes aiunt Babylone in solitudinem ab hostibus redactâ, habituras ibi domicilium sirenes et centauros, choreasque ibidem dæmones esse ducturos.

Mira quædam narrantur (vide *Voyage du Levant de Paul Lucas*, t. 1 cap. 9 et 14) de angue, in specu superioris Ægypti versante, quæ sanè naturæ vires superare facilè quilibet suspicetur. Latet hic in antro montis è regione urbis Saatæ, centum circiter leucis ultra Cairum, ad ripam occidentalem Nili. Nemini nocet, sed cuivis se palpandum, quin et occidendum atque in frusta secandum præbet: quibus frustis in dissitas plurium dierum itinere regiones translatis, tamen occisus reviviscit, atque in charo sibi specu à quærentibus invenitur. Animi sensu præditum crederes, obvius enim quibusdam procurrit, longisque spiris complectitur; aliorum conspectum evitat, ac statim fugit. Tandem si vera sunt, quæ de hoc angue narrantur, prodigiosum aliquid in illo agnoscere cogimur. Sunt qui ipsum Asmodæum in superiori Ægypto religatum esse arbitrentur. Sed optandum est, ut certum tempus indicetur, ex quo in eâ regione anguis apparuit, de quo altum est apud veteres silentium. An fabella est, decipiendis credulis, fallendoque otiosorum tempori procusa? Docent Rabbini Salomonem è solio suo pulsum, agente Asmodæo dæmone; vicissim tamen reversum Salomonem in suam ditionem abegisse Asmodæum, quin et catenis vinctum coegisse ut artem doceret lapidum sine strepitu expoliendorum. Bartolocci Bibliot. Rabbinicâ tom. 1, pag. 490, 491. Dæmonem Sachra Olmarid appellatum catenis vinctum à Salomone, et monti Bared alligatum, recepta apud Arabes Mahometanos opinio tenet, ait Golius in suis annotationibus in Abulfaragium. (CALMET.)

VARIÆ QUÆSTIUNCULÆ

QUÆ IN LIBRO TOBIÆ PASSIM OCCURRUNT.

QUÆSTIUNCULA PRIMA.

AN JOB SIT JOBAB, DE QUO GENESIS CAP. 36, VERS. 33, ET 1 PARALIP. CAP. 1.

(*Tobiæ cap.* 2, *vers.* 12, 15.)

An Job sit Jobab, tres sunt opiniones. Prima Rabbi Salomonis in Numerorum caput 14, non esse, sed ipsum Job Chananeum fuisse, qui, promissionis terram ingredientibus Israelitarum exploratoribus, è vitâ excesserit. Altera similiter Jobabum eum negat. Sed aliam ob causam, quòd ex Abrahami fratre Nachor propagatus sit, non autem ex Esaü, è quo satus Jobab, Genesis 36. Nachoris enim primogenitus fuit Huz, Genesis 22, vers. 21, et *vir erat in terrâ Hus, nomine Job*, ut ipsius libri canit prooemium. Atque hanc opinionem tradit Scholastica Historia, et ante ipsam olim Philippus presbyter Commentariis in Job, Divus Hieronymus Traditionibus in Genesin, et Commentarius ille in Job cap. 1 et 32, qui in ipsius tomis est. Tertia eumdem Job et Jobab affirmat, et, ut mihi quidem videtur, non paulò credibiliùs. Primò quia 70 Interpretes, post Hebraicum libri Job finem, addiderunt. Προυπῆρχε δὲ αὐτῷ ὄνομα Ἰωβάβ. Et : Ἦν δὲ αὐτὸς πατρὸς μέν Ζαρε ἐκ τῶν Ἠσαῦ υἱῶν, μητρὸς δὲ Βοσόῤῥας ὥστε εἶναι αὐτὸν πεμπτὸν ἀπὸ τοῦ Ἀβραάμ. Rursumque : Μετὰ τὸν Βαλὰκ ὁ καλούμενος Ἰώβ. Quod meridianum hisce jubar clarius? Hi verò Septuaginta, si nihil aliud, certè tamen vetustissimi sunt, et Israeliticarum rerum callentissimi. Et licet nudam tantùm vel historicorum, vel paraphrastarum auctoritatem haberent, quantum tamen hoc eorum testimonium? Suffragatur præterea posterior Græcus interpres Theodosio, et plurimi gravissimique scriptores, Divus Chrysostomus in Catenâ in Job; S. Epiphanius l. 1; Severus Sulpitius in Historiâ; Eusebius in Chronicis; Ambrosianus Commentarius in Romanam; D. Augustinus lib. 18 Civit. cap. 47, apud aliquem in Genes. quæst. 121, pro, *Jobab, cui successit in regno Balac,* correctè legendum, *qui successit;* Origenes in Job; Glycas in Annalibus; Cedrenus in Historiâ; Abulensis in prooemio Bibl. cap. 7, in Genes. 22 et 36, Exodi 2, quæst. 8. Tamque apud veteres contrita et declamata fuit hæc sententia, ut eam etiam apud Eusebium l. 9 Præparationis, asseverârint Aristeas et Polyhistor antea citatus Alexander. Tertiò, Jobi hoc regnum vel hinc stabilitur, quòd ei neque illa, quæ objecta est, terra Hus, neque aliud quidquam adversetur. Licet enim fuerit Nachoris filius Hus, ab alio tamen potuit Jobi terra nomen accipere. Fuit enim et in Esaü stirpe quidam Hus Genes. 36, vers. 27, 1 Paralip. 1, vers. 42, rursùmque alius vers. 17, licet in Græcis horum nominum, uti et propriorum sæpè aliorum, non una scriptio ὥς, ὤς, οὔζ. Hanc sanè Jobi terram, in Idumææ partibus fuisse, iidem testantur 70, et, loco citato, Aristeas. Jobi etiam sepulcrum non in Mesopotamiâ, sed in Palæstinæ Idumææque finibus adhuc hodiè visitur, inquit loco citato Abulensis. Alia verò, quæ adversari quis putaret, huic potiùs regno patrocinantur.

QUÆSTIUNCULA II.

QUÆ JOBI REGNUM OPPUGNENT, NEQUE TAMEN EXPUGNENT?

Si rex fuit Job, cur ejus nullum in Scripturâ usquàm regnum, sceptrum, nomen est? Quomodò tam repentè ad tantam inopiam et paupertatem detruditur, ut in sterquilinio sedeat, et quidem, ut Græci habent, extra urbem et sub dio? Non ipse urbis illius erat dominus? nullos in eâ propinquos, amicos, subditos, servos habebat? Nullius omninò tecto recipi, nullius misericordiâ et benignitate juvari potuit? Vix in ullo etiam Dionysio et importunissimo tyranno tantam ullibi opis auxiliique humani solitudinem legimus. Movet enim plurimùm homines repentina eorum, qui regiam paulò ante majestatem obtinebant, calamitas. Vix tam durus quisquam, qui eorum misericordiam non capiat. Quantò minùs ita subitò tam ab omnibus deserti Job potuisset, qui summâ semper in omnes benevolentiâ beneficentiâque fuisset? *Oculus,* ait, cap. 29, *fui cæco, et pes claudo. Pater eram pauperum, et causam quam nesciebam, diligentissimè investigabam,* et alia ibidem plura. Quid reges amici non potuerunt amici regis nunc affli-

cti et inopis egestatem opibus divitiisque suis sustentare? Non argenti aurique tantùm, quantùm statui retinendo satis videretur donare vel saltem mutuum dare? Neque enim ad eum ita venerunt, ut de ipsius ærumnâ nihil inaudîssent, sed omnia cùm intellexissent, et de compacto unà venissent, ut sibi viaticum, sic et amico solatium aliquod, suis è thesauris, afferre non valuerunt? Ad hæc, si rex fuisset, cùm postea pristinam ad affluentiam splendoremque postliminiò rediit, imò conduplicata recepit omnia, filiorum suorum aliquem regiæ dignitatis hæredem reliquisset. At Genes. 36, qui Jobabo in regno successit, Husam fuit, cujusmodi Jobi filium nullum legimus. Et ipsum Jobi nomen totam hanc larvam regiam Jobo detrahit. Etsi enim in Latino et Græco quædam cum Jobab similitudo apparet, in Hebræo tamen et Chaldæo major multò dissimilitudo est. Neque enim syllaba illa posterior tantummodò abest, sed in ipsâ etiam fronte habet Hebræa et Chaldæa vox litteram aleph, cujus in Jobab nullum prorsùs vestigium. Postremò ipse Job cùm pristinas suas fortunas, clientelas, honores, cap. 29, vers. ultimo, exaggerat, non se regem vocat, sed regi similem fuisse ait, qui in satellitio suo medius habitat. Non nisi ergo commentitius et velut in comicorum scenâ personatus rex videtur. Sed quæ adeò fortia videntur, possunt tela ista excuti. Nam primò etsi nomen vel sceptrum regium in Jobi libro ei nunquàm datur, regia tamen ei res, et abundantia cap. 1, et cap. 29, tribuitur, prout etiam postea rursùm dicetur. Quæ verò adjunguntur de tantâ, tam subitâ calamitate, de sterquilinio, de subdiali commoratione, de subditis et amicis, omnia hæc admirabilem quidem viri tanti ærumnam et patientiam demonstrant, sed regem haud fuisse non efficiunt. Alioqui non regem tantummodò, sed nec splendidum antea, divitem, honoratum et gratiosum fuisse probaret. Si verò animum adverterimus, omnem istam inopiam et egestatem, quam etiam conjunctissimi et misericordissimi deseruerint, truculentò à dæmone invectam conflatamque intelligemus. Quemadmodùm enim is ejus armenta diripuit, servitia occidit, greges inflammavit, domos funditùs evertit, ipsùmque tandem ejus corpus gravissimè contudit, ulcere scabieque teterrimâ inquinavit et excruciavit; ita, quæ tantis in malis residua ei adhuc esse poterant, omnia, præter ea quæ animi propria sunt, et invito nemini eripi unquàm possunt, bona detraxit, ita ut vel omninò vel magnâ ex parte, famam ei, gloriam, clientelas, amicitias, hominum benevolentias et misericordias omnes adimeret, unoque veluti turbine, omnia vitæ humanæ præsidia et solatia, simul abriperet. Dixit, et quidem verissimè, veterum quidam:

Dùm fueris felix, multos numerabis amicos,

Tempora si fuerint nubila, solus eris.

Quantò magis hæc à propinquis, subditis et servis solitudo nostro huic, in quem, catenis veluti emissa tartarea illa fera, impetu furoreque tanto incurrebat, evenire potuit! Conjecturis nullis opus est. Ista ipsa omnia ipsemet cap. 6, vers. 13 et 15, sed maximè cap. 19, vers. 7, 13, 15, 16, 17, 19, lamentatur. Et ea in ipso animi magnitudo, rerum humanarum despicientia: cujuslibet asperitatis perferendæ studium exstitit, ut neque aliorum, ut ab illibentibus quidquam extunderet, misericordiam magnoperè sollicitârit, prout cap. 7, vers. 22, indicat: neque vel ea, quæ spontè à quibusdam interdùm offerebantur, admiserit, ut idcircò à S. Ephrem, sermone de Sacerdotio, magnus *paupertatis amator* nuncupetur. Regni verò ejus hæreditatem à filiis aditam non esse, si quis neget, quomodò probatur? Et sanè probabiliter negari potest primò, quia, qui Jobabo successit Husam, à 70 vertitur Ἀσὼμ, cujus valdè cum Job significatio convenit. Nam Job et Jobab *dolens* est, Ason *desolatus et alienâ culpâ violatus*, Chusam, *eorum silentium* vel *festinatio*. Deinde cap. 46, vers. 14, pro Job, qui in Hebræo, Latino et Chaldæo est, posuerunt 70 seniores Ἀσσὺμ, quasi valeant idem ea nomina. Cùm ergo filios septem Jobus habuerit (Job. cap. 42, vers. 13), et eorum unus, apud 70 in ejus libri extremo, itemque apud D. Hieronymum in Præfatione, Ennon vocetur, cur non potuit cæterorum alius, patris nomen gerere, eodemque significatu, modò Chusam, modò Job vel Asom appellari? Quid si et ipsemet Ennon iisdem nominibus omnibus insigniretur? Neque enim infrequens, plura in unum aliquem nomina congruere, præsertim si eorum eadem, vel penè eadem notio sit. Accedit quòd in regum istorum indiculo, dùm quorumdam pater indicatur, quorumdam tacetur, eo ipso innui videatur, hos eorum, qui ante ipsos nominati, quibusque in regno ipsi successerunt, esse filios. Regnavit enim in Edom *Æla filius Beor*, pro eo mortuo, *Jobab filius Laræ*; pro eo mortuo, *Chusam de terrâ*

Themanorum; pro eo mortuo, *Adad filius Badad;* pro eo mortuo, *Semla de Mafrecâ;* pro eo mortuo, *Saül de fluvio Rohoboth;* pro eo mortuo, *Balanan filius Achobor.* Cur, obsecro, cujus filius sit Bela, Jobab, Adad et Balanam afferretur, cujus verò sit Chusam, Semla et Saül taceretur? Ne tamen de hisce posterioribus nihil omninò attingeretur, loca, in quibus antea possessiones et domicilia obtinebant, et unde ad regnum evocati sunt, Scriptura recensuit. Atque isto modo paternum regnum adiisset Jobi filius. Sed dici et aliud potest, moris tum in Idumææ parte illâ non fuisse, ut hæreditario veluti jure paternum à filiis diadema susciperetur. Reges ipsos libero populi aut procerum suffragio deligi, et unde ipsis collibuisset, vocari solitos fuisse. Manifestum id in eodem posito jam indiculo apparet, dùm Belæ, Chusamo, Saüli, non eorum filii, sed alii quidam succedunt. Cæterùm, de ipso *Job* nomine, duæ subindicatæ controversiolæ. Una est, quomodò *Job* et *Jobab* nomen idem censeri possint, cùm monosyllabum illud, hoc dissyllabum sit. Qui modicè tamen Hebræas litteras attigerunt, satis nôrunt, cùm alia multa, tùm verò sæpissimè illa quæ litteram consonantem secundam duplicant, contrahi, unicâque syllabâ pronuntiari. Altera est, quomodò ei aleph interdùm præligatur? Septuaginta Jobi librum è Syriaco conversum aiunt; D. Gregorius l. 20 Moralium c. 24, ex Hebræo et Arabico idiomate; divus verò Hieronymus, Præfatione in Danielem, clariùs, Job cum Arabicâ linguâ plurimam habere societatem refert. Jam verò tam in Syriacâ quàm Arabicâ linguâ usitatum, ut quàm creberrimè aleph istud præscribatur. Prò monte Sinai, est in Targum Exodi 2 et 33, Asana pro iom, id est, die, sæpè legitur aimama, et pro iichar, id est, honore, aikara; Postelli suâ in Arabicâ Grammaticâ monitum est, *ab Arabicis nominibus raro aleph abesse.* Ad postremum tandem, eorum, quæ Jobi regnum tremefaciebant, respondeo, particulas, *sicut* et *quasi,* non similitudinem semper, sed ipsam interdùm veritatem importare. Tradunt siquidem Hebræi esse *caph* quoddam *amithith,* id est, caph veritatis; quemadmodùm Joannis 1: *Vidimus gloriam ejus, gloriam quasi Unigeniti à Patre.* Unde et noster interpres cum Job 29, v. 25, vertisset: *Cùm sederem quasi rex circumstante exercitu;* alteram, quæ in Hebræo est, similitudinis particulam simpliciter vertit: *Eram tamen mœrentium consolator.* An rex non erat, quo, ut eodem loco dicitur, *loquente, principes cessabant loqui, et digitum superponebant ori suo, vocem suam cohibebant duces, et lingua eorum gutturi suo adhærebat.* Et c. 19, v. 9, ejus etiam verba sunt: *Deus spoliavit me gloriâ meâ, et abstulit coronam de capite meo.* Neque enim prudentiam et sapientiam, quæ Proverb. 4, Ecclesiastici 8, similia per tropum ornamenta, parere dicitur, ei abstulerat Deus. Jobum ergo regem, qualem sanè tempora et loca illa ferebant, qui, cum 70 illis senioribus, arbitrari deinceps veretur? ut videlicet non infimæ tantùm aut mediocris fortunæ homines, sed ii etiam quos purpuræ et sceptra ornant, propositum, in adversis, quod semper intueantur, exemplum habeant.

QUÆSTIUNCULA III.

JOBO REGES ISTI NUM INSULTARINT?

Apud Euripidem Andromache: *Calamitatibus,* ait, *hominum infortunatorum, nunquàm insultavi, metuens ne quid etiam ipsa patiar.* Insipientia siquidem est non parva, cadentibus, tanquàm si ruere ipse non possis, insultare. At reges istos, sapientes antea diximus. Quomodò amicum ergo regem et ærumnosum lusissent? Deinde venerunt illi, quemadmodùm c. 2, v. 11, explicatur, ut Jobum ipsum visitarent et consolarentur, tantumque ex ipsius malis mœrorem ceperunt, ut exclamârint, complorârint, vestes disciderint, septem cum eo diebus in terrâ consederint, verbum eloqui ausi non fuerint. Videbant enim dolorem esse vehementem. Constat verò, miseris ac mœrentibus solatium esse non parvum, si eorum alii misereantur, cum iisque lugeant, uti verissima Menandri apud Stobæum, sermone 112, sententia est. Quænam igitur ab hisce regibus, insultatio? Textûs tamen, cui refragari nefas, verba sunt vers. 15: *Beato Job insultabant reges.* Initio videlicet, boni illi amici cum dolente doluerunt, et ad eum consolandum sapienter venerunt, multaque sapientibus digna postmodùm dixerunt, plurima tamen suis in sermocinationibus peccârunt, et afflictos integerrimi viri casus importuniùs exagitârunt, omninò contra humanitatis illud apud eumdem Stobæum, sermone 111, oraculum:

Ne nimiùm severus et gravis esto erga infeliciter
Agentes, homo cùm sis.

Neque verò viros tantos, meo è sensu, criminor, sed ipsum eos Jobi volumen accusat. Nam, ut multa, quæ cap. 11, vers. 1, cap. 12.

vers. 2 et 4, c. 15, v. 2, 3, 4 et sequentibus, cap. 21, vers. 2 et sequent., inserta præter-eam, nonne cap. 7, vers. 25, referuntur *detraxisse sermonibus veritatis?* Vers. 26 : *Ad increpandum tantùm, eloquia concinnâsse, et in ventum verba protulisse? super pupillum irruisse, et amicum subvertere voluisse?* Nonne cap. 13, vers. 4, vocantur *fabricatores mendacii*, et *cultores perversorum dogmatum*, cap. 16, vers. 9, *falsiloqui?* Et cap. 19, vers. 2: *Usquequò*, ait Job, *affligitis animam meam, et atteritis me sermonibus? En decies confunditis me, et non erubescitis opprimentes me. Vos contra me erigimini, et arguitis me in opprobriis meis.* Tandem verò quis contra eos Deo ipso vel testis vel judex gravior? Eorum certè uni cap. 42, vers. 7, cœlitùs occlamat : *Iratus est furor meus in te et in duos amicos tuos, quoniam non estis locuti contra me rectum, sicut servus meus Job.* Atque hinc intelligimus primò quidem, quàm non absurdè D. Gregorius l. 2 Moralium cap. 17, et Hieronymianus in Job Commentarius cap. 32, asserant, istos Jobi amicos hæreticorum, qui Ecclesiæ catholicæ tam arroganter insultare audeant, personam sustinuisse. Deinde quàm satis non sit, bono ad quampiam rem animo aggredi, nisi omnis ipso in progressu offensio semper caveatur. Demùm, quàm ab insultatione nobis abstinendum sit, adeò ut iis etiam, qui ad veram fidem conversi nondùm sunt, insultari vetet D. Augustinus in psal. 97, quia *insultationis*, ait, *tuba infructuosum bellum facit*. Quandoquidem verò loci ejus mentio incidit, abs re non fuerit, regiam hanc de Job disputatiunculam, sonoro ipsius tubæ clangore, domum veluti prosequi et celebrare. Nam ad illa ejus psalmi verba : *In tubis ductilibus et voce tubæ corneæ* : « Quid sibi, ait, volunt *tubæ ductiles et tubæ* « *corneæ?* Ductiles tubæ æreæ sunt, tundendo « producuntur. Si tundendo, ergo vapulando « eritis tubæ ductiles ad laudem Dei produ- « ctæ. Si cùm tribulamini proficiatis, tribula- « tio, tunsio, profectus, productio est. Tuba « ductilis erat Job, quando repentè percussus « tantis damnis et orbitate filiorum, tunsione « illâ tantæ tribulationis factus tuba ductilis « sonuit : *Dominus dedit, Dominus abstulit; si-* « *cut Domino placuit, ita factum est; sit nomen* « *Domini benedictum.* Quomodò sonuit, quàm « suavem sonum dedit ista ductilis tuba? Ad- « huc tunditur, datus est in potestatem, ut et « caro ejus percuteretur. Percussa est, cœpit « putrescere, scatere vermibus. Supposita « Eva ad seductionem, uxor ejus servata ad « ministerium diaboli, non ad solatium mariti, « suggerit blasphemias, non obtemperat illi. « Obtemperavit Adam Evæ in paradiso, repel- « lit Adam Evam in stercore. In stercore « enim sedebat Job, cùm flueret et putresce- « ret vermibus. Melior Job putris in stercore, « quàm integer ille in paradiso. Sed adhuc ille « Adam non erat. Respondit Evæ præparatæ « ad istam supplantationem et tentationem, « et ait illi : Ecce audivimus quomodò tundi- « tur tuba ista : *Percussit eum diabolus à ca-* « *pite usque ad pedes gravi vulnere, et putrescens* « *vermibus sedebat in stercore.* Audivimus quem- « admodùm tunsus est, audiamus quomodò « sonet vox tubæ hujus ductilis. Dulcem vo- « cem, si placet, audiamus : *Locuta es,* inquit, « *tanquàm una ex insipientibus mulieribus. Si* « *bona suscepimus de manu Domini, mala non* « *sustinebimus?* O sonum fortem! ô sonum « dulcem! oh! quem non dormientem excitet « sonus iste? Quem non excitet præsumptio « in Deo, ut adversùs diabolum securus pro- « cedat in prælium, non suis viribus obtentu- « rus, sed illius qui probat? » Videri etiam potest de Tempore sermo 105.

QUÆSTIUNCULA IV.

QUI TOBIAM IRRISERINT, ET QUID IPSE?

(*Tob. cap.* 2, *v.* 15, 16, 17, *seq.*)

Qui Tobiam irriserunt parentes eodem vers. 15, non sunt propriè dicti parentes, cùm eum ab illis pupillum relictum supra viderimus; sed sunt propinqui et consanguinei, qui etiam Gallis *parens* appellantur, uti notat Genebrardus in Psal. 37; unde et pro cognatione, *parentelæ* nomen, quo utitur Egwaldus Cantipratensis l. 2, cap. 30; Julius Capitolinus in Gordianis; et *parentalia*, quæ non pressè tantùm dictis parentibus, sed propinquis etiam omnibus fiebant, idem indicant; ideòque additur, *et cognati*, pro, id est, cognati. Nam istud, *et*, exegeticon à grammaticis vocatur. Acerbissimum verò est, et planè, ut dici solet, unguis in ulcere, afflictos homines ab amicis non modò solatii nihil accipere, sed contemni etiam et irrideri. Leniendus erat Tobiæ dolor; suspicienda et deprædicanda ejus in opere bono sedulitas et constantia. Sed, quæ mundi hujus pravitas est, fit plerùmque quod ait Job cap. 12, vers. 4, *deridetur justi simplicitas;* et quod Salomon Proverb. cap. 14, vers. 2 : *Ambulans recto itinere, et timens*

Deum despicitur ab eo, qui infami graditur viâ. Sed Tobias sannis et irrisionibus non modò non fractior et languidior efficiebatur; verùm multò etiam robustior et ad omne officium incitatior. *Increpabat illos*, ait textus. Potuisset existimare, si despici se ludique tacitus pateretur, abundè satis esse, vel si saltem, superpositis ori digitis, eorum proterviam miseraretur. At perire ipsos non vult : pro malo bonum iis reddit; pro contemptione monitionem, pro subsannatione doctrinam et instructionem utilissimam, vers. 18. Auctor quæstionum ex utroque Testamento, quæst. 119 : « Quàm laudabilis, inquit, sit sanctus « Tobias, Scripturâ docemur, cujus devotio« nem nec captivitas minuit, nec oculorum « amissio, quominùs Deum benediceret, per« suasit; neque exhausta substantia à viâ « justitiæ et veritatis avertit. Necessitas enim « probat justum. In egestate æquitatem ser« vare, vera et perfecta justitia est. Unde enim « quorumdam devotio minuitur, inde augmen« tum facit laude dignus Tobias. » Et paulò post : « S. Tobiæ erectus ad Deum animus, « nec captivitate fractus, nec inopiâ humilia« tus. » Sunt verò in illâ instructione, quæ adversùs omnes fortunæ dæmonisque impetus egregiè hominem armare queant, duo consideranda, unum quidem quod præteriit; alterum quod futurum est. In priori genere sunt parentes majoresque nostri, à quorum virtute ac sanctitate nos degenerare turpissimum est; *filii*, ait, *sanctorum sumus*, Abrahæ scilicet, Isaac et Jacob, quorum ad imitandum nobis proposita esse debent præclarissima, secundis adversisque temporibus, exempla. Similiter infra, cap. 9, vers. 5. In posteriori genere vita æterna est. Errant, qui sola vitæ hujus temporalia bona veteris Testamenti hominibus proposita existimant. Canticorum 2, vers. 3, Ecclesiæ veteris hæc in Targum verba sunt : *Verba legis Dei dulcia fuerunt gutturi meo; et præmia præceptorum ejus servantur mihi in seculo venturo. Vitam*, ait Tobias, *illam expectamus, quam Deus daturus est;* quasi jam è Nicæno illud symbolo recitaret : *Expecto resurrectionem mortuorum, et vitam venturi seculi. Expectabant*, inquit Apostolus Hebr. cap. 11, vers. 10, *fundamenta habentem civitatem, cujus artifex et conditor Deus;* seq. vers. 13, confitentur *se peregrinos et hospites super terram. Qui enim hæc dicunt, significant se patriam inquirere.* Et vide quibus vitam illam daturum Deum asserat : *His qui fidem suam nunquàm mutant ab eo.* Fides omnium, quæ ad sempiternam felicitatem adesse oportet, fundamentum est, eaque non habenda tantùm, sed et constantissimè perpetuò retinenda, ita ut cum morte vita potiùs millies, quàm cum hæresi perfidiâve ullâ, fides commutanda sit. Quam igitur vitam exspectent, qui à catholicâ fide ad nova sese dogmata contulerunt? qui fidem penè sæpiùs quàm vestem hodiè commutant? jam Catholici, postea Lutherani, non multò post Calviniani, Trinitarii, Athei? Sed actum de his, et in Athanasii Symbolo, et libro 1 contra Filidinum. Nos cum Tobiâ nostro quaslibet rerum difficultates, aliorum etiam probra, contumelias, irrisiones, tanti tamque beati præmii exspectatione feramus, prout monet S. Paulus Hebr. 11, S. Jacobus cap. 5, et à bonorum virorum officio ne tantillùm quidem unquàm recedamus; *filios nos* esse meminerimus *sanctorum*, id est, sanctorum Bonifaciorum, Kilianorum, Augustinorum, omniumque martyrum et Apostolorum, qui in sanctissimâ nos Christi Jesu Ecclesiâ genuerunt, nobisque amplissimarum charitatis, patientiæ, modestiæ, sobrietatis, virtutumque omnium hæreditatem reliquerunt. Plurimùm verò duobus istis calamitosis felicissimis vel hoc nomine debemus, quòd de futuri seculi spe tam luculentum nobis ambo elogium dederint. De Tobiâ jam vidimus, de Job verò, ita Epistolâ 103, D. Hieronymus : « Resurrectionem corporum sic prophetat, « ut nullus de eâ vel manifestiùs, vel cautiùs « scripserit. *Scio*, inquit, *quòd Redemptor meus* « *vivit, et in novissimo die de terrâ surrecturus* « *sum. Et rursùm circumdabor pelle meâ, et in* « *carne meâ videbo Deum salvatorem meum;* « *quem visurus sum ego ipse, et oculi mei conspecturi sunt, et non alius; reposita est hæc* « *spes mea in sinu meo.* »

QUÆSTIUNCULA V.

DE RAPHAELIS NOMINE ET CAUSA.

(*Tob. cap.* 3, *v.* 25.)

Non est, ut annotat epistolâ 68 S. Bernardus, in eo beatorum spirituum perfecta posita cognitio, ut Michaelis, Gabrielis, Raphaelis nôrint nomina; est tamen hoc ipsum aliqua ejus cognitionis prolusio et exordium. Ab eo igitur inchoemus. Valet *rapha* Hebraicum, curare, mederi, parcere ac remittere; *el Deum* significat, ideòque Raphaelis nomen vertitur, aut *curans Deus*, aut *ignoscens*, aut *curatio seu medicina Dei*, ut aiunt D. Gregorius homil.

34, D. Hieronymus in Danielis cap. 8, Isidorus lib. 7, Orig. cap. 5, Magister sent. 2, distinct. 10. Quocirca post hoc nomen primò et perfectissimè Deo convenire, qui cùm sit *el*, crebrò etiam *raphe* in Scripturis dicitur, Exod. 15, v. 26 : *Si audieris vocem Domini Dei tui, et quod rectum est coram eo feceris, et obedieris mandatis, custodierisque omnia præcepta illius, cunctum langorem, quem posui in Ægypto, non inducam super te. Ego enim sum Dominus Deus tuus salvator tuus*, Hebraicè *rophecha*, id est, *sanans te*, seu, ut in Græco, ὁ ἰώμενός σε, *medens tibi*. Ægrotanti Ezechiæ regi per Isaiam dicit Dominus 4 Reg. 20, v. 5 : *Ecce Rophelach*, id est, *sano te, die tertio, ascendens templum Domini*, et v. 7 ; Psal. 29, v. 3, et Psal. 39, vers. 5 : *Raphaah napschi: Sana animam meam*, et sunt similia Psal. 59, v. 4, Psalm. 120, v. 3, Psal. 106, v. 20; Isai 6, v. 10, c. 19, v. 22, c. 57, v. 29, 11, v. 3 ; Genes. 20, v. 17 ; Jerem. 27, v. 14. Deinde per quamdam medicæ virtutis largitionem, et impositum à summo illo Medico munus, Angelus iste, *Raphael* nuncupatus est, ut sit hoc loco idem dicendum, quod à S. Bernardo dictum, cùm de S. Gabriele, qui *Dei virtus* aut *fortitudo* exponitur, ageret sermone primo super *Missus est* : « Non, ait, de« decens aut incongruum videatur, dominum « et nuntium communi censeri vocabulo, cùm « similis in utroque appellationis non sit ta« men utriusque similis causa. » Hinc ergo canit in S. Michaelis laudum hymno, Ecclesia :

O Christe,
Angelum nobis medicum salutis
Mitte de cœlis Raphael, ut omnes
Sanet ægrotos, pariterque nostros
Dirigat actus.

Apud S. Augustinum serm. 226, ait ipse Raphael : *Ego sum minister curationis, Deus est auctor sanitatis.* D. Hieronymus loco citato : « Ubicumque, ait, medicina et curatio neces« saria est, Raphael mittitur qui interpreta« tur *curatio* vel *medicina Dei*, hoc videlicet « nominis interpretatione significante, quòd « in Deo sit medicina vera. » Hebraicus textus paulò infra : *Misit, ait, Dominus Angelum Raphaelem principem curationibus præpositum, sive, qui sanitatum præses est.* Unde et in Romano Missali, quod anno 1520 Parisiis editum, Missa est de S. Raphaele, pro ægrotantibus et peregrinantibus. Ab his enim, et à medicis, quos in Hebræo vocat Scriptura *rophim*, Genes. 50, v. 2 Jeremiæ 8, v. 22, 2 Parap. 16, 11, meritò sanctus iste angelus colatur et invocetur, ab illis quidem, ut saluberrimâ hujus operâ, valetudinem siquidem ad divini nominis gloriam expediat, recuperent, eo duce ad eum, quo proficiscuntur, terminum rectè perveniant; ab his verò, et arduum et difficile medendi munus, eo præside atque adjutore, diligenter feliciterque obeant. Quòd si eum ad finem rectè S. Comas et Damianus, S. Sebastianus, aliique cœlites invocantur, quidni et S. Raphael ?

QUÆSTIUNCULA VI.

AN HOMINUM PRECES OFFERANT DEO ANGELI?

Offerre porrò angelos Deo preces nostras ostendit iste locus, dupliciter, primò quia c. 12, v. 12, dicitur : *Ego obtuli orationem tuam Domino.* Deinde quia in Græco ibidem postea subditur : *Ex septem spiritibus, qui offerunt orationem sanctorum.* Confirmatur ex Actorum 10, et apertiùs ex Apocal. cap. 8, ubi dicitur angelus *ante altare thuribulum aureum habere, ipsique de sanctorum orationibus incensa seu* thymiamata *multa data; ut ea daret supra altare aureum, quod est ante thronum Dei.* Patres verò idem frequentissimi docent, et quidem ita ut simul interdùm moneant, discendum hinc nobis, quàm libenter precibus vacare oporteat, quàm studiosè, quàm venerabundè ac religiosè. Anastasius Nicænus, quæstione 61, citat Constantinopolitanum Nicephorum dicentem : « Scimus et credimus « nostras in Deum glorificationes, per san« ctos offerri angelos, si quidem verum illud « Matth. 18 : *Angeli eorum semper vident fa« ciem Patris ;* quid agentes aut operantes, « nisi quòd nostras petitiones ad aures Do« mini Sabbaoth animo adducentes, eum red« dunt propitium ea quæ gessimus? » Apud D. Augustinum sermone 226 : « *Ego*, ait « Raphael, *medullata intuli sacrificia pro vene« rabili sepulturâ.* Videtis quantùm prosit mor« tuos sepelire? ut oblatio ejus, per angelum « Raphaelem, ad cœlestem ascenderet majesta« tem. » Rupertus lib. 9 de victoriâ Verbi cap. 8 : « Scire debemus sanctos angelos, « inter Deum et homines Dei servos, esse « administratores ; et nos in conspectu eorum « psallere et orare, eosque semper esse para« tos ad offerendas Deo orationes Ecclesiæ. » D. Bernardus serm. 7 in Cantica : « Credimus, « ait, angelos sanctos astare orantibus, offerre « Deo preces, et vota hominum, ubi tamen sine « irâ, et disceptione levari puras manus perspe-

« xerint. Probat hoc angelus ita loquens ad To- « biam : *Quando orabas cum lacrymis, et sepeliebas* « *mortuos, et derelinquebas prandium tuum, et* « *mortuos abscondebas per diem in domo tuâ, et* « *nocte sepeliebas eos, ego obtuli orationem* « *tuam Domino*, cap. 12, v. 12. Eapropter « attendite principes vestros, cùm statis ad « orandum, vel psallendum, et state cum re- « verentiâ et disciplinâ, et gloriamini, quia « angeli vestri quotidiè vident faciem Patris ; « nimirùm missi in ministerium propter nos, « qui hæreditatem capimus salutis; devotio- « nem nostram in superna ferunt, referunt « gratiam. » Et postea : « animæ in his (san- « ctis exercitationibus), exercitatæ, cœlestes « nuntii sese familiares exhibent, et frequen- « tes, » præsertim, si frequenter orantem persenserint. Et serm. 3 super *Missus est* : « Solent, ait, angeli astare orantibus, et de- « lectari in his quos vident levare puras manus « in oratione, holocaustum sanctæ devotionis « gaudent se offerre Deo in odorem suavitatis. » Molanus cap. 12 de Picturis : « Angelorum, « ait, thuribula, quibus cum pinguntur, signi- « ficant, quòd orationes nostras Domino offe- « rant, et recitent, ut est apud Tobiam. » Hebræi Genes. 1, ut ait Zohar, aiunt esse firmamenti faciem, *volucres, quæ* Deo *referant omnia*, figuratâ scilicet oratione angelos notant, sicuti et cùm tradunt, eorum qui Deo sacrificia et orationes offerunt, principem esse Sandalphon, uti notat Franciscus Georgius tomo 6, problemate 179 et 181. Est autem Sandalphon quasi σανάδελφος, quem Exodi cap. 4 Mosi occurrisse tradit in Exodum Zohar columnâ 120.

QUÆSTIUNCULA VII.

CUR DEO IPSI HOMINUM PRECES OFFERANT.

Angeli verò reverà nihil quod Deo ignotum sit patefaciunt, sicuti neque nos, quando preces et vota recitamus aut cantamus, cùm intimas aliorum cogitationes, non modò dùm sunt, sed etiam antequàm sunt, nôrit divina mens perfectissimè. Offerunt tamen, quia Deo ita visum est, sicque major ipsius immensæ majestati ab omnibus creaturis, quæ quidem propriè honorem cuipiam facere possunt, honos fit. Tunc enim et humana et angelica natura simul conjunctis veluti operis illam venerantur; eam boni omnis fontem prædicant, ab eâ sese totas pendere, absque ipsâ nihil omninò posse profitentur. Quin et in eo magnus quidam eidem summæ majestati honos positus est, quòd angelica natura, tam nobilis, tam præstans, tantâ jam felicitate circumfluens, ob ipsius Dei non ullam vel egestatem vel necessitatem, sed solam voluntatem et præscriptum obsequendi tantummodò et venerandi gratiâ, eò sese lubentissima et promptissima demittat, ut inferioris naturæ precibus animum advertat, eas accipiat, eas tabellariorum instar, ad Deum referat, iisdemque studio et alacritate tantâ serviat. Quemadodùm enim, citra ullam angelorum operam, potest nos Deus tueri et gubernare, ad majorem tamen suæ potestatis et bonitatis demonstrationem et gloriam omnes illos fecit administratorios spiritus, omnes in ministerium misit, *propter eos qui hæreditatem capient salutis*, Heb. 1, vers. 14. Ita nostras ut preces audiat, desideria nostra cognoscat, nullâ ei angelorum opus operâ ; eam tamen uberioris, uti expositum est, boni causâ, interponi sapienter benignè potenterque voluit. Atque hæc hisque plura libro 15 de Trinit. cap. 13, ut alibi postea citabitur, et istum etiam, qui in manibus est, Tobiæ locum explicando, judicavit S. Augustinus epistolâ 120, in quâ, quæ hùc valdè faciant, leguntur hæc : « *Annun-* « *tiabitur*, inquit, Psalmus vigesimus primus, « *Domino generatio ventura et annuntiabunt* « *cœli justitiam ejus populo qui nascetur, quem* « *fecit Dominus*. Non ait : Annuntiabitur Do- « minus generationi venturæ, sed : *Annuntia-* « *bitur Domino generatio ventura*. Quod non « sic accipiendum est, tanquàm nescienti « aliquid annuntietur, ut sciat, sed sicut « annuntiant angeli non solùm nobis benefi- « cia Dei, verùm etiam illi preces nostras. « Nam scriptum est, Tobiæ 12, in Græco, « ubi angelus hominibus dicit : *Ego obtuli* « *memoriam orationis vestræ;* non ut tunc « Deus noverit quid velimus, vel quo indigea- « mus. *Novit enim Pater vester*, ait Dominus, « *quid vobis necessarium sit priusquàm petatis* « *ab eo*; sed necesse habet rationalis creatura « obtemperans Deo, temporales causas ad « æternam veritatem referre, sive petendo « quid erga se fiat, sive consulendo quid fa- « ciat, qui pius mentis affectus est, ut ipsa « construatur, non ut Deus instruatur. Nam « et hæc quædam contestatio rationalis crea- « turæ est, quòd non sibi ipsa sit bonum quo « beata fiat, sed illud incommutabile, cujus « participatione etiam sapiens efficitur. » Similiter D. Bernardus loco citato, non Deo, sed angelis et sanctis aliis nostras preces

notas fieri annotat, et subjungit : « Quis « dabit mihi per vos, ò benigni principes, « petitiones meas innotescere apud Deum? « Non enim Deo, cui etiam cogitatio hominis « confitetur, sed apud Deum, hoc est, ipsis, « qui, cum Deo sunt, tam beatis virtutibus, « quàm pro carne solutis spiritibus. » Alia etiam causa est, ut suas nostris preces adjungant, frigidioribus calidiores, ignavioribus efficaciores, impurioribus puriores, quâ de re post pluribus. Divi modò Hilarii una nobis vox, sed egregia sanè sufficiat : « Intercessione, « ait in Ps. 129, angelorum, non natura Dei « indiget, sed infirmitas nostra. Missi enim « sunt propter eos qui hæreditabunt salutem, « Deo nihil ex his, quæ agimus, ignorante; « sed infirmitate nostrâ, ad rogandum et pro- « merendum, spiritualis intercessionis minis- « terio indigente. »

QUÆSTIUNCULA VIII.

QUONAM MODO NOSTRAS PRECES OFFERUNT ANGELI?

Offerre Deo illi nequeunt, nisi eas à nobis priùs acceperint. Quæri ergo potest, et quis modus quo nostras à nobis preces accipiunt, et quis quo acceptas præpotenti Deo sistunt. Prior modus est in preces nostras cognoscendo: aliter incognitas proponendo. *Cognoscunt* verò illas cognitione vel supernaturali, quæ aut essentiam divinam planè intuendo, aut revelationem quamdam divinitùs accipiendo fit, vel naturali, quam per lumen et species iis à primâ ipsorum conditione inditas existere censet D. Thom. 1 part., q. 57. Et istâ quidem naturali, eas tantùm preces percipiunt, quæ aliquo exteriore actu funduntur, non solis purisque mentis agitationibus et voluntatis affectionibus continentur. Supernaturalis verò cognitio ad omne precum genus et modum fundi potest, licet hisce de rebus possint et plura et subtiliora indagari, quæ apud D. Thomam loco citato, Capreolum 2, dist. 8, Ferrariensem 3 contra Gentes, cap. 154, aliosque videri possunt. Illud tamen silendum jam non est, quomodò potuerit Raphael Tobiæ Saræque preces simul accipere, cùm ille Niniven, Ecbatana hæc, ut supra dictum, incoleret. An in duobus tam remotis tamque distantibus locis simul esse, quæ utrobique agerentur simul videre, quæ dicerentur simul audire, potuit? Certè Græcus textus, capite sæpè citato, tempus idem fuisse ait : *Quando,* inquit, *orâsti tu et sponsa tua Sara, ego obtuli memoriam orationis vestræ coram Sancto;* et hoc cap. 3, vers. 24, Latinus : *In illo tempore exauditæ sunt preces amborum in conspectu gloriæ summi* Dei; *et missus est angelus Domini sanctus Raphael, ut curaret eos ambos, quorum uno tempore sunt orationes in conspectu Domini recitatæ.* Sed intelligendum primò quidem posse angelum sibi locum, in quo præsens sit, uti minimum, et qui puncti instar habeat, ita et maximum longissimèque patentem, absque ullâ tamen quantitatis mole accipere. Deinde, etiamsi à loco quopiam absens sit, posse tamen acerrimâ et illuminatissimâ quâ pollet mentis acie intueri, penitùsque pernoscere quæ illìc vel agantur, vel dicantur, modò ea, ut paulò ante dicebam, aliquo extra mentis voluntatisque claustra vestigio prodeant. Si enim nos tam longè posita, in aquarum et camporum æquoribus, in montibus et cœlis videmus, et ut canit libro quarto Manilius 4,

Parvula sic totum pervisit pupula mundum;

Cur ea tantùm, quibus proximè adsunt, angeli videant? « Jam, inquit l. 8 de Civitate « Dei, c. 15, D. Augustinus, quis hominum, « videndo, æquabitur aquilis et vulturibus? » Nam, ut idem Augustinus ait lib. de Divinatione dæmonum, cap. 3, « illi sublimiter volantes « intervallo maximo, natantem sub fluctibus « piscem pervident; hi projecto cadavere, « ex improvisâ longinquitate advolant. » Quod sensuum ergo in his efficit acrimonia, id et multò ampliùs in angelico intellectu non efficient tot et tam illustria inscripta rerum sigilla, vis et celeritas tanta? Nùm hominum custodes angeli, ita eorum lateribus affixi, ut aliò quòquam abire nequeant, vel si abeant, eorum jam facta et dicta non perspiciant? Concludo igitur, præter supernaturalem modum, potuisse Raphaelem naturaliter trium modorum aliquo Tobiæ Saræque vota excipere, ut vel scilicet utrique præsens simul adesset, vel neutri, vel ab uno quidem abesset, intelligendi tamen vi, quid precaretur uterque vel tantùm alter, longissimè spectaret. Neutri verò affuisse, sed utriusque precationem, mentis obtutu, cognovisse, vel certè Tobiæ potiùs quàm Saræ astitisse opinor, non quia Tobiæ custodem egerit, ut aliquos sensisse supra dixi, sed quia ad istam ab illo venerit, illiusque potissimùm facta memorârit infra, c. 12. Licet enim motu quàm ocissimo ad Tobiam à Sarâ venire potuisset, cùm tamen nullum ejus extet indicium, contra verò ad illum esse mis-

sum videamus, magis placet Tobiæ astitisse, vel potiùs, ut dixi neutri. Cùm enim è magnis angelorum principibus unus sit, uni eum hactenùs Tobiæ adhæsisse quis credat? Erit tamen fortassis, qui non posse angelos in eorum quæ ab iis dissiti aut facimus aut loquimur, cognitionem venire contendat, quòd nullas iis formas imprimere, nulla tam procul signa dare possimus, cùm possit quantovis intervallo, per istiusmodi formarum impressionem vel signorum ostensionem loqui angelus angelo. At sive tota hæc per formas et signa loquendi angelica ratio admittatur, sive non, dico angelis ad nostras vel actiones vel orationes conspiciendas, aliis formis opus non esse, quàm iis ipsis quas olim acceperunt, easque tum ad singularia ista cognoscenda valere, cùm in rerum naturâ esse hæc incipiunt, ita ut non per specierum novarum acceptionem, sed earum quas jampridem habuerunt, usum, non per rerum signa nova, sed per res ipsas, quatenùs existunt, tota illa ducatur cognitio. Modus verò quo jam cognitas preces nostras Deo *sistunt*, est non ut ipsas voces ac sonos, vel phantasmata certè nostra propriè accipiant, Deoque vel inibi, vel in cœlis offerant, ut à Bellarmino rectè doctum lib. 2 de Missâ, cap. 24, sed ut ea ipsa Deo significent; significant verò ei loquendo. Loquuntur autem eâ linguâ eâque ratione quâ Isaiæ 6, clamant: *Sanctus, Sanctus, Sanctus;* Zachariæ primo: *Domine exercituum, usquequò non misereberis Jerusalem et urbium Juda?* Lingua porrò et ratio ista, quæ alia quàm voluntaria conceptionum mentis ad Deum applicatio? Loqui enim aliis angelos, nihil aliud generatim est, ut ait 1, q., 10, 7, a. 1, D. Thomas, quàm conceptum menti manifestum alteri facere. At quemadmodùm idem art. 3 persequitur, et supra jam ex Patribus docui, non fit ea cum Deo locutio, ut ei quippiam, quod obscurum vel absens esset, communicetur; sed potiùs ut ab eo angelis ipsis quippiam tribuatur, eo modo quo doctori, ut ab eo doctrinæ aliquid accipiat, loquitur discipulus, quo in naturalibus ad efficientes causas convertuntur, quæ efficientiæ illarum indiga sunt. Quod verò per ejusmodi sermonem, angelis à Deo tribuitur, est hoc interdùm ad ipsorum tantummodò commodum, interdùm etiam ad aliorum, quorum scilicet illi apud Deum causas agunt et proponunt. Denique modus iste fit cum insigni quâdam angelorum divinæ majestati loquentium humanasque preces offerentium, demissione et eximio adversùs illam cultu, quem metaphoricè *thuribulo et suffimentis* depingere voluit S. Joannes Apocalypsis 8.

QUÆSTIUNCULA IX.

DE ANGELICÆ OBLATIONIS MODO QUID HÆRETICI?

Qui oblationem istam negârit, ex iis qui vel angelos, vel Apocalypsin agnoscant, novi adhuc neminem; sed in modo ineptit supra modum Beza in Apoc. 8: « Quod sit, ait, hoc « angelorum ministerium (per quod sanctorum orationes Deo offeruntur) quis novit? « Mediatores quidem non esse ex verbo Dei « constat, neque à nobis invocandos. Quâ de « re vide Augustinum lib. de Trinit. 13, 15. « Qui subtiliùs hìc volent contemplari, mirum, « nisi etiam angelicam aliquam missam in cœlo « fabricent. » Quinque potissimùm, benè si numeres, proponit Beza, quorum primum modestiæ plenum videretur, nisi quæ citra modum, modo tam adversa quàm quæ ultra sunt, essent. *Quod sit hoc angelorum ministerium quis novit?* Pro ingenii humani tenuitate, adhibitis et bonis ratiocinationibus, et Scripturarum Patrumque sententiis, nôrunt theologi, et breviter hactenùs exposui, cur illis ratione nullâ oppugnatis, nedùm expugnatis, non assentiamur? Sit tamen modestiæ; etsi scio quid in calceo Bezam premat, de quo paulò post viderimus. Alterum: *Mediatores quidem non esse, ex verbo Dei constat.* Quorsùm, quæso, istùc de mediatoribus? Jam incipit prodere cur angelorum illud ministerium ignorari velit. Metuitne, si noverimus quid sit angelos nostras preces offerre, intelligamus eos nobis aliquid petere, nobiscum Deum laudare, ideòque esse inter nos et Deum mediatores. Est hoc ulcus illud, quod tangi nolunt: *Mediatores*, ait, *non esse, è verbo Dei constat.* Si è Dei verbo non esse mediatores constat, et ex eodem tamen verbo constat precum eos nostrarum oblatores ac internuntios esse, id est, mediatores, nonne in Dei verbo contraria inerunt in Dei ore calidum et frigidum, etiam et non? sed è quonam verbo hujus loco mediatores non esse constat? Tacet Beza, nisi quòd, suo isto, *constat*, se illud 1 Timoth. 2: *Unus est mediator Dei et hominum, homo Christus Jesus*, intelligere demonstrat. Verùm de mediatore illìc agi non qualicumque, sed eo qui inter debitorem et creditorem, offendentem et offensum, sese medium proprio solutionis atque satisfactionis pretio interposuerit, clarissimè ostendunt,

quæ inibi attexuntur : *Qui dedit semetipsum redemptionem pro nobis.* Alios verò alterius generis esse mediatores, vel Moyses indicat, qui Deuteronom. 5, v. 5, de se ipso id scribit, quem ipse D. Paulus Galat. 3, vers. 19, μεσίτην, id est, mediatorem appellat, uti contra Calvinum suum sex vel septem argumentis ipsemet eo loco Beza probat, et tandem : « Ex his, ait, « concludo ἐν χειρὶ μεσίτου, id est, per manum « mediatoris, idem declarare atque per fidum « Dei famulum Mosen. » Addit Beza tertium, *neque à nobis invocandos angelos;* hoc verò est quod in angelorum mediatione inficiandâ maximè satagit Beza, de quo non ita multò post. Sed quòd ad librum 13 de Trinit. cap. 15, lectorem ablegat, malo typographi mendum quàm ipsius fraudem putare, etsi aliquando notavi quosdam lucifugas pravè, operâ datâ, quædam citare, quæ videnda quidem aiant, reverà tamen videri nolint. Liber igitur de Trinitate, est decimus quintus et cap. 13, in quo docet S. Augustinus Deo ab angelis nostra quædam nuntiari, et cur id fiat exponit, prout aliâ quæstione supra dictum est. Verba sic habent : « Numquid Deus Pater ea ipsa quæ non « per corpus, quod est ei nullum, sed per se « ipsum scit, aliunde ab aliquo didicit, aut « nuntiis vel testibus ut ea sciret indiguit? « Non utique. Ad omnia quippe scienda quæ « scit, sufficit sibi illa perfectio. Habet quidem « nuntios, id est, angelos, non tamen qui ei « quæ nescit annuntient. Non enim sunt illa « quæ nesciat, sed bonum eorum est de ope- « ribus suis ejus consulere veritatem; et hoc « est quòd ei dicuntur nonnulla nuntiare, non « ut ipse ab eis discat, sed ut ab illo ipso ipsi « per verbum ejus, sine corporali sono, nun- « tient quod voluerit; ab eo missi ad quos vo- « luerit; totum ab illo per verbum ejus audien- « tes, id est, in ejus veritate invenientes quid « sibi faciendum, quid, quibus et quando nun- « tiandum sit. Nam nos oramus eum, nec ta- « men necessitates nostras docemus eum. *No- « vit enim*, ait Verbum ejus, *Pater vester, quid « vobis necessarium sit, priusquàm petatis ab « eo.* » Quintò nugatur Beza, *mirum esse nisi qui subtiliùs ista contemplari volent, Missam in cœlo angelicam fabricent.* At nullam hactenùs theologi, nullam supra citati D. Augustinus et Bernardus fabricârunt. Nùm tamen hi horum aliorumque similium pingues crassique contemplatores? Verùm ne conjector omninò vanus Beza sit, aio ego quale ibi altare, quale thuribulum et suffitio est, talem et Missam esse. Illa verò esse metaphorica, quis adeò rudis, quis nesciat?

QUÆSTIUNCULA X.

ANGELICA ISTA PRECUM OBLATIO ETHNICA NUM CENSENDA ?

Apud ethnicos scriptores, præsertim Orpheum, deorum nuntius, ἄγγελος et εὐάγγελος, legitur Mercurius, qui et idcircò eorumdem διάκονος, id est, camillus et minister, ut explicat Festus, nuncupatur. Sed quæ apud Patres leguntur, feriunt vehementiùs. Commentarius qui D. Ambros. tribui solet, in Rom. c. 1 : « Solent ethnici, ait, pudorem passi neglecti « Dei miserâ uti excusatione, dicentes, per « istos posse ire ad Deum, sicut per comites « pervenitur ad regem. Age, numquid tam de- « mens est aliquis, aut salutis suæ immemor, « ut honorificentiam regis vindicet comiti cùm « de hâc re, si qui etiam tractare fuerint in- « venti, jure ut rei damnentur majestatis? Et « isti se non putant reos, qui honorem nomi- « nis Dei deferunt creaturæ, et relicto Do- « mino conservos adorant, quasi sit aliquid « plus quod reservetur Deo. Nam et ideò ad « regem per tribunos aut comites itur, quia « homo utique est rex, et nescit quibus debeat « rempublicam credere; ad Deum autem (quem « utique nihil latet, omnium enim merita no- « vit) promerendum, suffragatore non opus « est, sed mente devotâ. » D. Augustinus lib 8 de Civit. c. 19 : « Necessarios asserebat Apu- « leius dæmones perferendis ad deos nostris « precibus. » Et cap. 22 : « Nullo modo cre- « dendum est, quod Apuleius persuadere niti- « tur, et quicumque alii philosophi sunt ejus- « dem sententiæ, ita esse medios dæmones « inter deos et homines tanquàm internuntios « et interpretes, qui hinc ferant petitiones « nostras, inde referant deorum suppetias. » Et : « Dæmones quibusdam vitia eorum atten- « tiùs et diligentiùs intuentibus, non poterunt « persuadere quòd dii sint ; atque ideò inter « deos ac homines internuntios ac beneficio- « rum impetratores se esse finxerunt. » At verò hinc potiùs vera bonorum angelorum mediatio confirmatur. Moris enim profanis auctoribus, quæ sacris in Litteris benè verèque tradita sunt, ea ubi legerint vel audierint, depravare, solentque dæmones in ea quæ sanctissimis illis mentibus à Deo vel hominibus rectè tribuuntur, invadere, sibique ea mendaciis, fraudibus et præstigiis usurpare, sed ita ut longè plus quàm bonis angelis veritas

unquàm ascripsit, ipsi concupiscant, nonnullisque improbis persuadeant. Se siquidem deos faciunt, honoremque summum, qui Deo soli debetur, flagitant; vel consequi hoc si nequeunt, in eam fatuos et cæcos mortales opinionem adducunt, ut credant, absque his interpretibus, ignota Deo esse omnia; nihil, nisi eorum interventu, nobis ab illo dari posse. Atque hæc deliria sunt, quæ Simon olim Magus invexit, quæ D. Paulus Coloss. 2, quæ Theodoretus in eum locum, quæ citatis locis Commentarius Ambrosianus et Augustinus insectantur. Hinc in illo: « Dominum horum spernentes, stultos factos esse, et honorificentiam regis comiti vindicare, honorem nominis Dei deferre creaturæ, et relicto Domino, conservos adorare, regem nescire, quibus debeat rempublicam credere. » Breviter etiam Augustinus cap. illo 16: « Quæro quales preces hominum diis bonis per dæmones allegari putat, magicas, an licitas? Si magicas nolunt tales; si licitas, nolunt per tales. » Vide eumdem in Psalmum 135 Enchiridii, c. 56 et sequentibus; Bellarminum lib. 1 de sanct. Beatit. c. 20, et reverendissimum Baronium tomo 1 Annalium.

QUÆSTIUNCULA XI.

SOLASNE HOMINUM PRECES OFFERANT DEO ANGELI?

Videntur ita loqui textus, ex c. 12 ante citati, Latinus et Græcus. Dicendum tamen Deo ab iisdem bona etiam hominum opera offerri. Primò quidem, quia qui ad Cornelium venit angelus, Act. 10, ei dixit v. 3: *Orationes tuæ et eleemosynæ ascenderunt in memoriam in conspectu Dei*, quasi diceret: Ego tuas obtuli et orationes et eleemosynas. Nam quod dicit, *ascenderunt in memoriam*, idem valet, quod hìc c. 12, in Græco, *obtuli memoriam orationis vestræ*, et utrobique est, τὸ μνημόσυνον. Deinde offerendi ratio eadem, ut Deo scilicet honos major sit. Præterea sanctæ hominum actiones crebrò sacrificia, imò et preces quædam vocantur. Postremò D. Augustinus serm. 226, sepulturarum quas fecerat Tobias oblationem per ipsum Raphaelem factam ait, sed multò uberiùs serm. 3 de Nativitate, ubi hortatur ut nascenti Domino et Salvatori Christo Jesu munera offeramus et vota, quæ duplicia ipse constituit, bona et meliora. De bonis: « Sunt, ait, multi, qui vovent, alius pallam, alius oleum, alius ceram ad luminaria noctis, alius ut vinum non bibat per aliquot annos, alius ut jejunia certo tempore faciat, alius ut carnes non comedat. » Meliora verò ea vocat, quibus ipse Deo animus offertur, vitiorumque nostrorum extirpationes, et virtutum exercitationes, idque generatim explicat; deinde per novem veluti gradus speciatim. Ad extremum concludit omnia hæc Deo, ab angelis offerri, summamque idcircò suavitatem et dulcedinem afferre. Locus lectu servatuque longè utilissimus. Gradibus, uti dixi, distinctum proponam. 1. « Quicumque iram contra alterum tenet tantùm propter amorem Dei dimittat, et obtulit votum. » — 2. « Si quis consuevit jam longâ diuturnitate in luxuriâ volutari, resipiscat aliquando, et excutiat sordes suas per compunctionem, et clamet in corde suo in oratione secretiùs ad Dominum: *Piissime Domine, misericordissime Deus, sufficiat mihi, hucusque peccavi, quòd contempsi, quòd fœtoribus carnis meæ satisfeci, jam nunc te inspirante voveo me à nequitiâ meâ conversurum.* Cùm hæc fecerit, et iste obtulit votum. » — 3. « Si iterùm invidiâ tenetur fratris, et felicitate illius aut actione prosperâ non delectatur, quod est peccatum usque ad mortem, promittat et ipse in corde suo, meditaturum se potiùs actus bonos, quàm livorem eumdem habiturum; et cùm fecerit, et ipse obtulit votum. » — 4. « Si quis verò sibi conscius est de homicidio, inducat sibi ipse in corde suo pœnitentiam, et vindicet in se ipsam malam conscientiam, et statuat sibi ante Deum cruciatum pœnitentiæ et spatium; et plenum animum veneno quem ante effusio sanguinis proximi sauciavit, cruciet per abstinentiam et humilitatem: et communicare nullatenùs præsumat, ut non dupliciter se infelix damnet, dùm in corde criminum horroribus pleno sacratissimum corpus Domini periculosè præsumit accipere. Quòd si quis se talem agnoscit, et hæc fecerit, et ipse offerret votum. » — 5. « Si quis fortè, ut assolet, detrahere semper consuevit, et aliorum actiones obloqui, nec suas respicere, voveat hodiè Deo in corde suo et dicat: *Hucusque de aliis dixi, me non inspexi; ego eram miserior, et alios miseros existimabam; et ideò nunc sufficit, quòd peccavit lingua mea; amodò emendare delibero.* Ecce qui hæc facit, offert votum. » — 6. « Si quis crudelem se sentit, misericordiam animi voveat Deo. » — 7. « Si quis superbum, voveat humilitatem. » — 8. « Si quis vino nimiùm est deditus, sobrietatem voveat. » — 9. « Si quis seniori suo peccavit, veniam petat,

« et si ille non sapuerit petere, ille tamen di-« mittat. »

Conclusio est : « Et cùm hæc omnia feceri-« tis, charissimi, offertis Deo votum placitum, « et quasi remuneratis Christum. Et post hæc « veniet vobis benedictio, et vota vestra offe-« rentur ante tribunal Christi. Putamus quàm « dulce est, quando vota nostra talia, qualia « dixi, angeli qui custodes vitæ nostræ sunt, « ante conspectum divinæ majestatis obtule-« rint ? » Ecce quæ et qualia Deo ab angelis offeruntur.

QUÆSTIUNCULA XII.

AN EORUM TANTUM, QUI PII SUNT, PRECES ET OPERA OFFERUNT ANGELI?

Omninò id asseverare S. Raphael, in Græco, videtur c. 12 : *Ego sum Raphael unus è septem angelis*, οἱ προσαναφέρουσι τὰς προσευχὰς τῶν ἁγίων, *qui offerunt preces sanctorum.* Unde et Act. 10, antequàm narretur, quemadmodùm Cornelii precationes et eleemosynæ in memoriam, in conspectu Dei, ascendissent, præmonet S. Lucas : *Erat Cornelius religiosus ac timens Deum cum omni domo suâ.* Apoc. 5, v. 8 et 83, solæ *sanctorum* orationes quæ à senioribus et angelis offeruntur, traduntur. Et causa est quòd solæ istorum preces et opera Deo grata sint, sola suavitatis odorem coram cœlesti altari fundant, sola æternæ felicitatis præmium ferant. Etsi enim falsum est, quod aliquibus unum, quidquid agunt vel infideles vel peccatores, esse, tamen quod agunt non eos verè bonitatis numeros habet, ut per Christi Jesu merita, veram apud Deum gratiam ineant, cœlestemque vitam promereantur. Nihilominùs tamen *sanctorum piorumque* nomine hìc intelligendi non ii tantùm qui reapsè cœlestem jam gratiam suis in animis insculptam habent, in verorumque Dei filiorum numero sunt, sed ii etiam qui voto, proposito et voluntate, ut vel superiora D. Augustini verba indicio sunt, et, è non contemnendorum auctorum sententiâ, is ipse qui adductus Cornelius. Alia aliorum opera non offerunt, sed accusant apud Deum dæmones.

QUÆSTIUNCULA XIII.

AN EADEM ANGELORUM OBLATIO CONJUNCTAM SEMPER HABEAT IPSORUM PRO HOMINIBUS PRECATIONEM ?

Antea quidem jam breviter hoc indicatum, sed paulò nunc diligentiùs explicandum. Duobus hoc in mundo modis aliquorum aliquibus preces et opera offeruntur. Primò simpliciter, ut mera tantùm nuntiatio sit, illos hoc et illud petere, agere. Secundò amicè, cum benevolâ scilicet aliquâ commendatione, precumque suarum adjunctione. Prius accedit, quando qui μεσίτης et internuntius est, vel nullâ eum qui supplicat amicitiâ et charitate prosequitur, vel quæ supplicat, minùs ei bona utiliaque judicat, aut alteri certè cuipiam, quem etiam amat, noxia, vel ne is cui supplicat, invitus audiat, molestèque ferat, veretur. Sic enim apud principes, eos qui iis à supplicibus libellis, vel à cubiculis sunt, videmus nudissimè siccissimèque causas etiam optimas interdùm proponere, ut quæ in scholis materialis tantùm et τεχνικὴ dicitur, recitatio videatur. Posterius verò fit, quando secùs habent hæc omnia. Nunc verò sanctorum angelorum, quanta in homines, et sanctos præsertim, benevolentia! quis amor! quæ charitas! A sanctis porrò ipsis, quæ petuntur, et ad Dei gloriam (de peccatis enim non ago) benefiunt, ejusmodi sunt ut vel semper bona iisque utilia, et nemini alteri noxia sint, vel certè ita semper instituta, ut ea divinæ voluntati ejusdemque correctioni omninò submittantur; in Deum verò causæ illæ, ob quas interdùm principes à quorumdam supplicationibus vel audiendis vel approbandis abhorrent, nullo modo cadunt, et possunt illæ recenseri complures. Principes aliis jam negotiis occupati et fessi sunt ? Ergo quidquid tunc audiendum oggeritur, molestum. Principes epulo, somno, ludo aliquo sese recreant? Quidquid ad occupationem tum vocat, ingratum. Principes restrictiores sunt minùsque munifici et liberales ? Quælibet pecuniæ opisque petitio frontem eis corrugat. Principes officii, quod ad subditorum salutem gerere debent, parùm memores sunt ? Cùm ab iis justitia, egentiorum defensio, religionis propugnatio postulatur, irâ effervescunt? Quid plura ? Sunt hæc à Deo alienissima omnia. Quamobrem concludendum, sanctos angelos, cùm ardentissimâ sanctorum hominum charitate flagrent, cùm quæ ab ipsis petuntur et aguntur, divinæ semper voluntati consentanea judicent, vel ei certè, prout illi etiam volebant, submittant, cùm Deum libentissimè semper jucundissimèque omnia hæc accipere noverint, ita eadem ista offerre, ut suas etiam ipsi obsecrationes, commendationes amicosque affectus consocient. Præclarè omninò D. Augustinus Enchiridii cap. 56, cùm duas unius Ecclesiæ catholicæ partes fecisset, unam

adhuc peregrinantem, alteram in cœlis triumphantem, de hâc ipse subjungit: « Hæc in « sanctis angelis beata persistit, et suæ parti « peregrinanti sicut oportet opitulatur, quia « utraque una erit consortio æternitatis, et « nunc una est vinculo charitatis, quæ tota « instituta est ad colendum unum Deum. » Diabolus profectò apud Deum non simplici peccatorum, quæ homines admittunt, narratione contentus est, sed, odii quo in homines vehementissimo imbutus est, accusationes et calumnias plenissimas adjungit; iram quoad in se est, divinam incendere, pœnas et tormenta gravissima extorquere annititur. Quidni sancti ergo angeli, non mendaci exaggeratione, sed verâ suæ charitatis adjunctione, divinam nobis misericordam conciliare, gratiam et præmia impetrare conentur? Libet verò et contra hæreticos ex eorum ipsorum verbis ista constabilire. Beza in Apocalyp. 8, versionem nostram, quæ angelum *de sanctorum orationibus* dedisse refert, arguit, et vertit ipse v. 3: *Dati sunt angelo suffitus multi ut offerret* cum *precibus sanctorum omnium super altare aureum;* et v. 4: *Ascendit fumus suffituum* cum *precibus sanctorum è manu angeli ad conspectum Dei.* Viden' angelum non sanctorum tantùm preces offerre, sed cum precibus etiam? Et subdit: « Manifestè videmus angelum seorsim dici « multa illa thymiamata accipere, quæ cum « sanctorum precibus offerat. Unum igitur ab « altero non separandum quidem, sed distin- « guendum est. » Nostram tamen contra ipsum versionem nervosè solidèque propugnat eum in locum Ribera noster. Cùm enim in Græcis propositio nulla sit, sed tantùm dicatur, angelum thymiamata multa obtulisse orationibus sanctorum, vel aliqua supplenda præpositio est, vel nulla. Si supplenda, cur potiùs *cum* quàm *de?* cùm toties in Hebræis scripturis materia unde quippiam fit absque præpositione *de* vel *ex*, quæ subintelligenda, exprimatur, ut Genes. 3, v. 19, Exodi 37, v. 6, 3 Reg. 6, v. 31. Si non supplenda, sententia fuerit, angelum sanctorum supplicationibus, quas offerebat, thymiamata quædam adjunxisse suarum scilicet precum odoramenta suavissima, quæ ipsi à bonorum omnium largitore Deo seu Christo Domino, data essent. Sed videatur ut dixi, Ribera.

QUÆSTIUNCULA XIV.

AN EX ANGELORUM OBLATIONE, IPSORUM INVOCATIO COLLIGI POSSIT?

Hoc, ut ante dicebam, extimescit Beza, cùm oblationis hujus modum atrâ ignorationis caligine obtectum vult, sed patuit tamen supra et diluxit non parùm, ideòque jam statuendum, ex oblatione quâ hominum precatus et operum sanctorum munera majestati divinæ angeli offerunt, concludi rectè ipsos à nobis posse invocari. Potest enim rogari quispiam, ut quod jam agit, idipsum agat, idque vel simpliciter vel studiosiùs et propensiùs. Prius in Scripturis obvium. Nobis tacentibus, nihilque omninò rogantibus benedicunt omnia opera Domini Domino, laudant eum omnes angeli ejus, et tamen cum Daniele c. 3, et Davide Ps. 145, non fas modò, sed bonum etiam et utile admodùm dicere: *Benedicite omnia opera Domini Domino, laudate eum et superexaltate eum in secula. Benedicite, angeli Domini Domino; benedicite, cœli, Domino. Laudate Dominum de cœlis; laudate eum in excelsis. Laudate eum, omnes angeli ejus; laudate eum, omnes virtutes ejus;* quid verò ad illud quo abuti solent, Beza et Calvinus respondeant: *Quod facis, fac citiùs?* Posterius verò multò etiam et in Scripturis et in quotidianâ consuetudine usitatius:

Qui monet ut facias, quod jam facis, ille monendo
Laudat et hortatu comprobat acta suo.
Acer et ad palmæ per se cursurus honores,
Si tamen horteris, fortiùs ibit equus.

Divina ergo voluntas, et ipse, quo hominum genus amant, amor, eos, ut precibus nos suis adjuvent, impellit. Si propria tamen aliqua nos magis amandi et adjuvandi ratio accedat, cur eâ eos moveri non censeamus? Ejusmodi est, si eos rogemus et invocemus, vel etiam si divina idipsum voluntas imponat. Hinc enim in sacro Canone de sacris, seu religiosis actionibus, quæ in sacrificio suscipiuntur, Deum precatur Ecclesia: *Jube hæc perferri per manus sancti angeli tui, in sublime altare tuum, in conspectu divinæ majestatis tuæ.* Quin et Bezæ parens (sic eum enim vocare solet, mali corvi malum ovum) Calvinus lib. 3 Instit. cap. 20, § 23, ex eo quòd in Dei conspectum per angelorum manus perferri dicuntur fidelium preces, negat, quod à me jam non agitur, colligi sanctos præsenti vitâ defunctos invocandos, de angelis verò quibus delegatum salutis nostræ curandæ ministerium, quibus demandata custodiendi nos in omnibus viis nostris pro-

vincia, qui nos circumeunt, monent, consolantur, qui pro nobis excubias agunt, concedit. Et sanè ipsos invocârunt sapientissimi sanctissimique Patres, Augustinus annot. in Job. conc. 2, cap. 19; Basilius in Psal. 33; Chrysostomus orat. 8 apud Jacobum Bevrerum, alii quos in Litaniarum opusculo, istis vel comites vel asseclas adjungebam. Sed omnium veluti nomine acclamat et dicit S. Ambrosius libro de Viduis : « Obsecrandi sunt angeli, qui « nobis ad præsidium dati sunt; » ipsoque Ambrosio major Ecclesia, cujus vox : *S. Raphael, ora pro nobis.* Atque hæc de iis quæ ad verum Tobiæ Saræque precationis effectum, primò spectabant

Jam secundò ad idem effectum spectat quòd versu 24 eorum illæ preces exauditæ sint. Neque ulla hìc difficultas, nisi quam varia textuum affert lectio. Sic enim Latinus : *In illo tempore exauditæ sunt preces, amborum in conspectu gloriæ summi Dei.* Hebræus verò : *In tempore illo exaudita est oratio amborum in conspectu ipsius Secenah, et in conspectu throni gloriæ Jehovah ; oratio quidem Tobiæ pro cæcitate oculorum suorum, oratio verò Saræ pro humiliatione parentum suorum.* Quid *Jehovah* sit, dictum in Exodo cap. 6, sed *Secenah*, ut ait Rabbi Elias, est ipse Spiritus sanctus, ita nuncupatus, quòd Hebraicè *sacan* valeat habitare; ipse verò in prophetis virisque sanctis habitare soleat Josue 22, Deuteron. 1, Genes. 9. Græci porrò textus, Complutensis, Venetus, Basiliensis, ita legunt : *Exaudita est oratio amborum in conspectu gloriæ magni Dei.* Romanus verò correctus : *Exaudita est oratio amborum in conspectu gloriæ magni Raphaelis.* Si textuum istorum aliquis mendum haberet, id in ultimo potiùs hærere arbitrarer, quia cæteri multò plures, et omnes tam Græci quàm Hebræi et inter se et cum Latino congruunt. Nihil tamen immutandum puto, quia sæpè accidit ut isti textus eâdem in historiâ diversas, non adversas res proponant, sintque hæ omnes bonæ veræ. Cùm aiunt illi, hasce *in conspectu gloriæ Dei* preces exauditas, satis patet, eas à glorioso, suoque in majestatis solio metaphoricè considente Deo auditas; sed quid, in *conspectu gloriæ magni Raphaelis* exauditas ? Expositiones tres afferri queunt. Prima, ut per Raphaelem Deus ipsemet accipiatur. Id enim, ut supra vidimus, verbi vis omninò concedit. Altera, ut Raphael angelus quidem sit, sed ejus gloria ipse rursùm Deus appelletur, quemadmodùm Psal. 3 : *Tu, Domine, susceptor meus es, gloria mea, et exaltans caput meum.* Si enim S. Paulus 2 Corinth. 14, Corinthiorum *gloria* est, si Judith Hierosolymorum, cap. 15, si S. Pulcheria, Ecclesiarum, in synodo Chalcedonensi, si denique ullus dominus clientum et famulorum, ullus magister discipulorum, parens ullus filiorum, Ecclesiastici 3, v. 13, quanta Raphaelis omniumque penitùs angelorum gloria Deus est ? Tertia verò expositio est, ut in gloriosi magni Raphaelis angeli conspectu exaudita sit precatio. Quia enim eam divinæ majestati offerre debuit, eam quoque priùs ut audiret necesse fuit, quemadmodùm et supra dictum est. Ipse ergo antequàm preces illas offerret, exaudiit, exauditasque postea obtulit. Et hæc simplicissima expositio videtur, maximèque huic Septuaginta Romano textui consentanea; foret enim magna verbi ambiguitas, si proprium hoc Raphaelis nomen modò angelum, modò Deum in uno eodemque loco significaret. Deinde, etiamsi Michaelis et Gabrielis nomina, *eorum si notio consideretur,* Deo *et* Christo *Domino* tribui possent, quis tamen Scripturarum liber ita loquitur ? Dixit quidem Beza in S. Judæ Epistolam v. 9, Michaelem, de quo inibi agitur, esse Jehovam ; sed hoc tantummodò dicit ut ejus loci difficultatem effugiat, et adhuc *fortè* apposuit, simulque admodùm ineptit, dùm apud Zachariam c. 3, v. 1, angelum Jehovæ, ipsum Jehovam esse vult, prorsùs ac si diceret, domini alicujus famulum esse ipsum dominum. Si ipsum præterea editionis Romanæ contextum aspiciamus, planissimè de angelo Raphaele sermonem hìc esse intelligemus. Nam ubi noster textus, et Hebræus et Græci alii subdunt : *Et missus est angelus Domini sanctus Raphael,* omittit hìc Romana illa editio Raphaelis nomen, et tantùm ait : *Et missus est curare duos illos.* Quis verò missus est ? Nonne ille ipse qui nominatus antea fuerat, Raphael ? Neque tamen editio Romana tacet à Deo etiam preces istas exauditas. Cùm enim ait missum Raphaelem, ut illos curaret, indicat eum à quo missus est, precibus illis annuisse, hancque idcircò Raphaeli provinciam imposuisse.

Cæterùm, tertium, id est, quod ad Tobianæ precationis effectum verum pertinet : « Missus « est angelus Domini sanctus Raphael, ut cu« raret eos ambos. » Hìc admirabere, ô lector, summam Dei bonitatem, si mente paululùm agites et expendas, quis sit qui mittitur, à quo mittitur, ad quosnam mittitur, et ad quid. Mittitur angelica præstans et nobilis admodùm

natura; mittitur à summo Deo ad tam viles abjectosque homulos, ob rem adeò minutam et exilem. Quis etiamsi rès vulgò nota videatur, non obstupescat? Obtupescebat certè Deumque idcircò laudabat, et laudari ab omnibus optabat, D. Bernardus, cùm istud universè consideraret serm. 12, in Ps. *Qui habitat,* ac diceret : « *Angelis suis mandavit de te,* « *ut custodiant te in omnibus viis tuis. Confitean-* « *tur Domino misericordiæ ejus, et mirabilia ejus* « *filiis hominum. Confiteantur, et dicant inter* « *gentes, quoniam magnificavit Dominus facere* « *cum eis. Domine, quid est homo, quia innotuisti* « *ei, aut quid apponis erga eum cor tuum?* Ap- « ponis cor erga eum; geris pro eo sollicitudi- « nem; curam illius habes. Denique ei mittis « Unigenitum tuum; immittis Spiritum tuum; « promittis etiam vultum tuum. Et ne quid in « cœlestibus vacet ab operâ sollicitudinis no- « stræ, beatos illos spiritus propter nos mittis « in ministerium; custodiæ nostræ deputas; « nostros jubes fieri pædagogos. Parùm est « enim quòd facis angelos tuos spiritus, facis « et angelos parvulorum. Denique *angeli eorum* « *semper vident faciem Patris,* illos utique tam « felices, et tuos ad nos, et nostros ad te an- « gelos facis. *Angelis suis mandavit de te.* Mira « dignatio et verè magna dilectio charitatis. « Quî enim, quibus, de quo, quid mandavit? « Studiosè consideremus, fratres; diligenter « commendemus memoriæ hoc tam grande « mandatum. Quis enim mandavit? Is, cujus « sunt angeli; cujus mandatis obtemperant; « cujus obediunt voluntati. Nempe *angelis suis* « *mandavit de te, ut custodiant te in omnibus* « *viis tuis.* Nec cunctantur, quin etiam *in ma-* « *nibus tollunt te.* Summa ergo majestas man- « davit angelis; et angelis suis mandavit, illis « utique sublimibus, tam beatis, tam proxi- « mis sibi cohærentibus, tam familiariter ad- « hærentibus, et verè domesticis Dei. *Manda-* « *vit de te.* Tu quis es? Domine; *quid est homo,* « *quòd memor es ejus, aut filius hominis, quoniam* « *reputas eum?* quasi verò non sit homo pu- « tredo, et filius hominis vermis; sed quid « putas *mandavit de te?* Numquid scripsit con- « tra te amaritudines? Numquid ut contra fo- « lium, quod vento rapitur ostendant poten- « tiam suam, et stipulam siccam persequan- « tur? Numquid ut tollant impium, ne videat « gloriam Dei? Mandandum istud est, non « mandatum. Non recedas ab adjutorio Altis- « simi; in protectione Dei cœli commorare, « ne de te illud quandoque mandetur. Quem « enim protexerit Deus cœli, non de eo man- « dabitur, sed pro eo. *Angelis suis mandavit de* « *te, ut custodiant te,* ô triticum inter zizania, « ô granum inter paleas, ô lilium inter spinas! « Gratias ei, fratres, gratias ei pro nobis pari- « ter et pro vobis. » Sed si Deo tantæ corporum nostrorum curatio curæ; ut angelum, et angelum tam excellentem, mittat, quid pro animorum sanitate non faciet? Nam

Optandum est, ut sit mens sana in corpore sano;
Sed magis, ut sit mens, etiam sine corpore, sana.

Ideòque rectè hìc Glossa : « Mysticè, ait, per « Raphaelem intelligi potest Dominus noster « Jesus Christus, qui dicitur magni consilii « Angelus, secundùm translationem 70 Isaiæ « 9, et venit in mundum ad curandum in utro- « que sexu genus humanum. » In Græcis porrò dicuntur paulò signatiùs nonnulla : « Missus est Raphael, ut ambobus mederetur, « ipsius Tobit albugines abstergeret, et Saram « Raguelis filiam daret Tobiæ, filio Tobit, uxo- « rem, et vinciret Asmodæum, malum dæmo- « nium, quia ad Tobiam pertineret hæreditate « illam accipere, » id est, Saram, quæ illi velut opima hæreditas debebatur, idque quia, ut ait Hebræus, Tobiæ jus erat propinquitatis, id est, propinquitatis jure illam sibi vindicare poterat; sed additur adhuc in Græcis. *Eodem tempore domum rediit Tobit, et Sara è cœnaculo descendit,* estque sermo de illo tempore quo dùm ei uxor opprobraret, in illam domûs suæ partem priorem exierat, ubi calamitas cæcitasque accepta fuerat.

QUÆSTIUNCULA XV.

QUOMODO SARÆ VIRI MORTUI?

(*Tob. cap.* 3, *v.* 8, *et cap.* 6, *v.* 14.)

Hoc ait, cap. 6, 14, Tobias : *Audivi, quia dæmonium occidit illos.* Id verò falsum minimè fuisse summa omnium consensio est, et textus ipse demonstrat. Nam ibidem, vers. 17, idcircò subdit angelus, *in quos accipere soleat dæmon potestatem,* et capite 8, versu 3, idem dæmon apprehenditur et religatur, deincepsque versu 18, tanquàm inimicus, qui Raguelem persequeretur, excluditur, itemque, c. 12, versu 3, à Sarâ dæmonium compescitur, ne videlicet, quemadmodùm septem alios, ita et Tobiam interimeret. Ideò enim et fossa fodiebatur, cap. 8, vers. 12; et omnium clarissimè c. 3, v. 8 : *Asmodæus occiderat eos.* Sed quonam eos mortis genere occidit? Venerabilis Beda in antea expositum caput, eos à dæmone ra-

ptos asserit; sed iis tum sepulcro minimè opus fuisset. Qui enim, si rapiuntur, aut quò devenerint ignoratur, aut certè aliquem in locum remotiorem, ut de sepulturâ eorum cogitari vix possit, transferuntur. Dicebat verò Raguel cap. 8, versu 12 : *Ne fortè simili modo evenerit ei, quo et cæteris septem illis viris, qui sunt ingressi ad eam.* Ideòque fortè ita exponi Beda queat, ut *raptos* dicat, quasi è medio sublatos, seu, è vivorum numero raptos, eo loquendi modo quo utitur Sapiens Sapientiæ 4, v. 11 ; *Raptus est, ne malitia mutaret intellectum ejus.* Modum verò speciemque mortis patefacit, in Græco, supra, c. 3, v. 8, irata et contumeliis dominam proscindens famula. Dicit enim : *Non intelligis, quæ viros tuos suffocâsti ?* Nam quod fecerat Asmodæus, hoc linguax mendaxque in dominam conferebat ancillula. *Suffocatio* porrò duplex est : Una quæ ad vitam quidem eripiendam tendit, sed tanta nondùm est ut eripiat, nisi magis intendatur et augeatur. Et sic à Platone et Thucydide dicitur æstus πνῖγος, unde calidior aer et locus apud Galenum et Plutarchum, πνιγώδης. Sic ephialter, seu suppressio nocturna, cujus et mentio antea incidit, posteaque, cap. 8 recidet, suffocare solet; et idcircò à Themisone et Paulo Aeginetâ lib. 3, cap. 25, πνιγάμων, et πνιγαλίων vocatur. Sic denique cibi quidam suffocant, et febris, et apud Demosthenem atque Lucianum, ira. Quid servus ille nequam Matthæi 18, v. 28? Nonne suis ipse manibus conservum *tenens, suffocabat eum, dicens : Redde quod debes?* Altera suffocatio est, quæ tantoperè increscit, ut vitam penitùs auferat, sive aliquo jam dictorum modorum fiat, sive alio, ut aquis, quemadmodùm Marci 5, porci suffocantur; sive laqueo, qui apud Hesychium ideò πνιγετὸς dicitur, unde, et apud Aristophanem, ὁδὸς εἰς ᾅδου, πνιγηρὰ, *via quæ ad inferos ducit, suffocatoria.* Dæmon igitur septem istos Saræ sponsos, majore istâ et lethali suffocatione suffocavit, vel intercluso spiritu, nimioque fervore, cùm et ipsi libidine nimiâ inflammati arderent; vel assumpto ad tempus corpore, injectisque in illorum colla manibus; vel aliquo etiam laqueo sceleratas eorum fauces obstringendo; vel demùm ephialte gravissimo ipsos ita premendo, ut respirare seseque movere nihil possent. Hoc enim mortis genere, quando, divina ei justitia concedit libentissimè crudelissimus tortor iste utitur, et usus verè est contra illos de quibus, cap. 6. Cùm Symphoriani urbis præfecti filius, voluptatum flammis totus ardens, sceleratâ *sanctam Agnem manu contingeret, cecidit in faciem suam, et præfocatus à diabolo, expiravit,* inquit serm. 90 D. Ambrosius. Quin et pro immani suâ crudelitate quosdam etiam interdùm suffocare carnifex ille nititur, quos tamen divina mirabiliter bonitas conservat. Vir nobilis et valdè religiosus à quodam imperii principe, ut ejus confessionem audiret, vocatus erat. Timens verò diabolus ne per sacram confessionem, è peccatorum inferorumque laqueis princeps ille solveretur, ipsum intempestâ nocte confessarium suffocare voluit, ni sacris precum verbis fuisset ejus furor cohibitus, uti refert lib. 2, cap. 29, n. 23, Cantipratenus. Arcadius verò Cypri archiepiscopus et ex eo S. Damascenus oratione 3 de Imaginibus : « Contigit, « ait, ut vir quidam mercator civitatis Antio« chenæ gravi molestiâ ab improbo dæmone « affligeretur, diùque angeretur, adeò ut spi« randi facultate interclusâ suffocaretur. Hic « profectus ad sanctum Simeonem est, et ejus « precibus ita sanitatem assecutus, ac si nihil « unquàm perpessus esset. » Si quis verò contendat, canonem Episcopi 26, quæst. 5, omnem illius accidendi potestatem dæmonibus negare, quòd neque in melius, neque in deterius creaturam ullam transformare possint, ideòque neque è vivo animali cadaver efficere, occurrendum, agi eo loco de propriâ dæmonis potestate, ut per seipsum absque Dei nutu id possit, ne, ut ibi dicitur, creator et divinitate aliquâ præditus existimetur. Deinde loquitur etiam canon de perfectorum animalium in alia perfecta translatu et verâ metamorphosi. Cadaver verò nùm ejusmodi ?

QUÆSTIUNCULA XVI.

UBI ET QUANDO IIDEM A DÆMONIO SUFFOCATI ?

In Græco, cap. 6, vers. 14 : Ἐν τῷ νυμφῶνι, *in thalamo nuptiali,* suffocati dicuntur, cap. 7, vers. 11 : Ὁπότε ἐὰν εἰσεπορεύοντο πρὸς αὐτὴν ἀπέθνισκον ὑπὸ τὴν νύκτα, *quando ingrediebantur ad ipsam Saram, moriebantur sub noctem.* Et c. 3, vers. 8 : Δαιμόνιον ἀπέκτεινεν αὐτοὺς πρὶν ἢ γενέσθαι αὐτοὺς μετ' αὐτῆς, ὡς ἐν γυναιξί, *dæmonium eos interfecit, priusquàm cum eâ ipsi fuissent, ut in mulieribus,* id est, *priusquàm uxoriam cum eâ consuetudinem habuissent uti moris,* seu, ut Hebræorum alter ait, *priusquàm cum eâ cubuissent,* et alter, *priusquàm appropinquarent ad eam, more universæ terræ.* At in Latino, c. 3, v. 8 : *Asmodæus occiderat eos, mox ut ingressi fuissent ad eam.* Quod ita Badvellus accipit, quasi

diceret S. Hieronymus, eos cum eâ congressos esse. « Sed omnes, addit, Hebræi, quos quidem viderim, illos ante congressum, necatos fuisse memorant. » Id tamen haudquaquàm vel S. Hieronymus, vel textus noster inficiatur, cùm de ingressione loquatur, quâ in Saræ thalamum et cubiculum ingressi sunt viri illi; quam etiam ingressionem nominavit Græcus, cap. 7, vers. 11, et paulò ante vidimus, ὁπότε ἐὰν εἰσεπορεύοντο πρὸς αὐτήν, *quando ingrediebantur ad ipsam*. At hoc Badvellus videre noluit; sed, ut aliam in sententiam lectorem abduceret, vertit, sub noctem *quâ erant ad eam accessuri, interierunt*, quasi non acccessissent. Ad ipsam ergo accesserunt, qui ejus thalamum inierunt; ad ipsam non accesserunt, quia eam non inierunt. Atque hinc patet, illibatam integramque penitùs virginem Saram fuisse, cùm Tobiæ in matrimonium collocaretur. Unde, cap. 3, vers. 12, dùm Græcè dicitur: *Unius ipsorum nominata non est*, ad veterem illam consuetudinem respicitur, quâ à maritis uxores cognominabantur, non simpliciter, sed quando ex iis prolem habebant, vel ab iis saltem cognitæ fuerant, Isaiæ 4: *Invocetur nomen tuum super nos*. Sic Maria Cleophæ, uxor, et aliorum aliæ dictæ sunt. Hinc verò intelligitur, quàm verum sit illud apud Bensiram proverbium: *Sponsa ascendit in thalamum, nec quid ei eventurum sit novit*, ut in lætissimis etiam rebus animi semper modestam et sanctam quamdam sollicitudinem retineamus, cùm, ut addit in Syro-Chaldaico Boderianus, juxta Latinorum proverbium: *Inter calicem et os, multa soleant intercidere*. O quàm facilis è summo gaudio in luctum summum catastrophe è nuptiali thalamo in feralem tumulum! « Incertum est, ait, epistolâ 26, Seneca, quo te loco mors exspectet. Itaque tu illam omni loco exspecta. »

QUÆSTIUNCULA XVII.

SARÆ VIROS CUR INTERFECERIT ASMODÆUS?

Causa in textu Græco hic una datur, in Latino nostro altera. Illa est ὅτι δαιμόνιον φιλεῖ αὐτήν, id est, *quia dæmonium ipsam amat*. Ubi duo sanè non facillima in quæstionem vocari possunt, quo scilicet amore ipsam amaret dæmon, et quomodò ex eo amore fiebat ut in Saræ viros impetum faceret, eosque occideret. Quoad prius, certò statuendum, dæmonis amorem istum *supernaturalem* haudquaquàm fuisse. Nulla enim sceleratissimis damnatisque spiritibus charitas est, nisi fateri quis vellet, eosdem simul Deo gratos et amicos esse, imò et Dei filios. *Omnis enim qui diligit, ex Deo natus est*, 1 Joan. 4, et: *Deus charitas est; et qui manet in charitate, in Deo manet, et Deus in eo*, ibidem. *Naturalis* verò amor, qui à philosophis rei cuique tribuitur, ejus videlicet ad id quod illi bonum propensio, et voluntatis etiam appetitio, quæ ita in bonum quoddam fertur, ut ejus contrarium velle nequeat, de quo 1 p. q. 60, D. Thom., nihil ad hunc locum. Neque enim Sara erat, in quam veluti diabolicæ naturæ bonum, vel commune et summum bonum raperetur diabolus. Posse verò fieri ut liberrimo quodam amoris actu diligantur à dæmonibus homines, sunt quæ probabile faciant nonnulla. Ex iis sunt duo hæc potissima: unum, possunt naturali mentis suæ vi, quæ ipsis adempta non est, cernere ac judicare rem quampiam esse bonam, honestam et pulchram. Cur eam ergo amare non queant? Alterum ab experientiâ variâ sanè et multiplici ducitur. Primò enim gentilium dii nonne suos ipsi cultores amârunt? nonne multis magnisque ipsos beneficiis affecerunt? At *omnes dii gentium dæmonia*, Psal. 75. Hinc enim et Jupiter optimus, et Juno sospita, et dii soteres, et ἀλεξίκακοι, et ἀγαθοὶ δαίμονες, et alia sexcenta. Deinde Socratis dæmonium eum amore magno nonne complectebatur? nonne ad honesta multa eum exsuscitabat, à periculis multis abducebat? Jam magi, venefici, sagæ cæteraque devotorum diabolo capitum turba, nonne ab eo diligitur? nonne bonis quibusdam ornatur? Quartò dæmones quosdam feminas deperire, ipsarumque complexus eblandiri, rursùm viris quosdam muliebria præstare, vel ipsa *incuborum* et *succuborum* nomina testantur. Certè Nazianzenus oratione de S. Cypriano, dæmones quosdam corporum et formarum amantes tradit. Et de variis variorum in homines dæmonum beneficiis, narrantur à nonnullis multa, præsertim à Cæsario lib. 5, cap. 36, de quodam, qui famuli specie ita domino naviter fideliterque famulabatur, ut ab hostibus eum suis liberaret, ægrotanti, penèque jam deposito, præsentissimum medicamentum, leoninum lac suppeditaret; c. 37, alium quemdam militiâ clarum personat; cap. 43, vineam custodit. A Tritemio in Hirlaugiensi Chronico anno 1132, pileatus quidam dæmon (Huttekin vocabant) inducitur, qui momenti non parvi arcana quædam viris principibus aperuerit, impigram in culinariis operibus operam præstiterit, et, quod Saram nostram

magis attigit, commendatam à peregrinante viro uxorem diligentissimè, etsi procacem alioquin ipsam procarentur multi, custodierit. Apud Guillelmum Parisiensem, p. 2, c. 8, est alius, qui cum Ludione quodam suaviter ludat, jocetur, cachinnetur. Apud Agricolam, lib. de subterraneis Animalibus, adeò mites, hominibusque amici dæmones quidam referuntur, ut à Germanis eam ob rem *guteoli* appellitentur. Apud D. Hieronymum, cùm dæmonem S. Hilarion interrogaret : *Dic quare ausus es ingredi puellam Dei? Ut servarem*, inquit, *eam virginem.* Vel hoc igitur extremo, vel superiorum modorum aliquo, videri queat amâsse Saram Asmodæus. Enucleatiùs tamen et veriùs, ut res tota perspiciatur, intelligendum est, cùm verè amat creatura intelligens aliam, duo concurrere solere. Primò, ut qui amat, ei quem amat, ipsius causâ, bonum quodpiam optet, idque illi pro viribus procuret. Deinde, ut in eo qui amatur, causa quæpiam insideat, ob quam ad eum amandum illiciatur alius. De dæmonibus verò, cùm sint hominum omnium hostes plus quàm capitales, sibi quis persuadeat, nobis eos boni quidquam cupere? Totum illorum genus in nostrum ardentissimis invidiæ odiique facibus, jam à primo Adami exorsu, flagrâsse semperque flagrare, Christianorum quis ignorat? Ejusdemque verò non est, extremo quodam odio quempiam odisse, ipsique bonum vel minimum avere, multò minùs pro virili conciliare. Causa verò cur hominum aliquos dæmonia diligant, quæ in his esse potest? Num natura ipsa humana? num aliquod accidens? Illam sanè, quamvis cum eâ intelligendi societatem quamdam habeant, oderunt tamen pessimè, adeò ut ex momento illo quo infra istam hominis naturam, in gehennæ barathrum infelicissimè deturbati sunt, et quo ipsa supra ipsos, ad beatissimum Dei conspectum et admirabilem illam divinæ hypostaseos conjunctionem, quàm altissimè sublata et evicta est, eam delatam penitùs, è totâque rerum universitate sublatam vellent. Hominis verò accidens, dæmones ad amandum quodnam invitet? An morum similitudo? An animi vel corporis bonitas aliqua? Si morum similitudo, Saram equidem amicitiâ complecti non potuit Asmodæus. Hæc enim sancta, religiosa, Dei amantissima; ille sceleribus coopertus maximis, impietate totus amens, furiali Numinis odio totus insanus. « Dispares mores, « disparia studia, inquit lib. de Amicitiâ Tul« lius, sequuntur, quorum dissimilitudo disso« ciat amicitias. Nec ob aliam causam ullam « boni improbis, improbi bonis amici esse non « possunt, nisi quòd tanta est inter eos, quanta « maxima potest esse morum studiorumque « distantia. » Neque tamen morum omnium similitudo amorem parit, sed bonorum et inter bonos. Superbum superbus num amat? ignavum ignavus, rivalem rivalis, iracundum iracundus? itemque in aliis vitiorum generibus. Et notum illud, de quo 2 Rhetor. Aristot. c. 4, figulo figulus. Adi, si plus quiddam vis, eumdem Aristotelem lib. 8 Ethic., c. 4 et 5, lib. 9, c. 4.

Animi bonitas vel in rerum cognitione vel in virtute sita est. Neutra homini dæmonem adjungit. Nam et illam ei quantulamcumque invidet; et hanc animo intuetur iniquissimo. Alioqui sanè quò quisque esset vel doctior vel melior, eò eum adamarent magis dæmonia. Et quia in Christo Domino sapientiæ thesauri omnes, omnia omnis sanctitatis ornamenta, quàm eximio ipsum ipsiusque sanctissimos angelos cœlitesque omnes amore prosequerentur! Tantæ sanè virtutis pulchritudo est, splendor et dignitas tanta, ut vel in hoste, quemadmodum in Pisonem sensit Cicero, amari soleat, etiam ab inimicissimis et barbarissimis; attamen hominibus, et hominibus hâc in vitæ viâ constitutis. Nam desertores isti spiritus tam nefario jam erga Deum et homines odio, tamque immani et obstinato scelere imbuti sunt, ut rectæ sinceræque voluntatis actum nullum agere aut velint aut possint, quemadmodùm explicat D. Thomas 1, q. 64, art. 2, de Malo, q. 16, art. 5, de Veritate, q. 24, art. 10; Sotus. 4, dist. 10, q. 1, art. 4 et 5; Cassalius lib. 1 de quadripartitâ Justitiâ; Scotus etiam et Durandus 2, distinct. 7, dùm *in objectum* quidem *honestum in genere* ferri posse dæmones concedunt, sed illicò adjungunt, ne rectè, circumstantiarum omnium opposita, ferantur, impediri eo quem intensissimum habent malitiæ habitu. Sicut enim quandoque fit, ut perturbatiore mœrentis animi motu impellente, quæ omnibus alioqui charissima est, vita odio habeatur, et seipsos non esse quidam optent, ita et in dæmoniorum voluntate pravitas tanta tamque pertinax est, ut quæ cæteroqui amabilissima est, honestatis species, eam ipsi despuant, oderint et aspernantur.

Corporis bonitas, quæ amorem conciliet, vel sola, vel sanè præcipua, est forma et pulchritudo. Idcircò enim et à vocando ad amorem,

Græcis τὸ κάλλος dicta putatur. Amor verò iste, cujus conciliatrix pulchritudo, vel purus, vel impurus et libidinosus est. Et isto capi accendique dæmonas, plurima sanè nobiliaque ingenia existimârunt. Movebantur, quantùm videre adhuc licuit, tribus potissimùm argumentis. Primum est illud è Genes. c. 6 : *Videntes filii Dei filias hominum, quòd essent pulchræ, acceperunt sibi uxores ex omnibus quas elegerant.* Alterum ducitur è corporum sensibus ornatorum naturâ, quæ sese iis libenter applicant, penitùsque admovent, in quibus eximiam aliquam formæ venustatem aspexerint. Ex eo enim aspectu, quasi arida quæpiam materies igni moveatur, illicò, nisi aspergat recta ratio frigidam, exardescit amor. Persuasum verò illis erat, esse dæmonas istiusmodi corporibus præditos, neque ullum rectæ rationis imperium admittere. Tertium suggerebat de horum incubitu et succubitu experientia, ut paulò ante indicatum. Sed primum, in illo Geneseos loco sublatum; *alterum* è totâ ferè scholasticorum scholâ jam exterminatum, sicuti et à nostro Pererio lib. 8 in Genes. disput. 2, Soarezio, tom. 2 Metaphysicorum, disput. 35, sect. 3. Tertium verò quæstiunculis aliquot evolvendum.

QUÆSTIUNCULA XVIII.

AN CERTUM SIT, DÆMONUM NONNULLOS FEMINIS AUT VIRIS QUIBUSDAM INCUBARE VEL SUCCUBARE?

Est morbi genus quoddam, quod à Plinio *suppressio*, ab aliis *ephialtes*, dici solet, sed id Tertullianus lib. de Animâ, c. 44, *incubitionem* vocavit. Alii verò *incubos* vel *incubones* quoddam dæmonum genus appellant, quòd feminis interdùm quibusdam incubare, iisque libidinosè abuti, *succubos* verò vel *succubones*, quos, ad non dissimilem impuritatem, viris sese nonnullis substernere arbitrantur. Etverò minimè id eos temerè aut falsò arbitrari, quæ citata est experientia ostendit. Est enim ea non unius vel alterius hominis, sed quamplurimorum, neque, horum vanorum et fallacium, sed veritatis amantium, fideque dignissimorum; neque uno tantùm, vel altero aut loco aut seculo, sed quàm plurimis collecta et corroborata. Nam, è veteribus, præter D. Hieronymum in S. Pauli Vitâ et in Isaiæ 13, Isidorum lib. 8, Orig., c. ult., ita D. Augustinus lib. 15 Civit., c. 23 : « *Celeberrima*, inquit, « *fama est, multique se expertos, vel ab eis qui* « *experti essent, de quorum fide dubitandum non* « *est, audîsse affirmant, Sylvanos et Faunos, quos* « *vulgò incubos vocant, improbos extitisse mulie-* « *ribus, et earum appetîsse ac peregisse concubi-* « *tum, et quosdam dæmones, quos Dusios Galli* « *nuncupant, hanc assiduè immunditiam et ten-* « *tare, et efficere, plures talesque asseverant, ut* « *hoc negare impudentiæ videatur.* » Certè, si aliud nihil haberemus, vel una hæc viri tanti, tam seriò affirmantis, tot tantosque testes laudantis et approbantis auctoritas sufficere debeat. Sed et publicum D. Bernardi valdèque solemne in publico sacroque loco, exstat testimonium. Nam, ut narrat ejus Vitæ auctor lib. 2, cap. 6 : « Mulier quædam in re« gione Nanneti, à quodam petulante dæmo« ne, sex annis, habito ejus consensu, incre« dibili libidine vexata est. Apparuerat ei in « specie pulchri militis, et sæpè abutebatur eâ « invisibiliter, marito ejus in eodem lecto cu« bante, lascivus ille spiritus. Quæ, anno septi« mo, timore correpta, veniente in prædictam « civitatem sancto Bernardo Clarevallis abbate, « misera mulier ad pedes ejus corruit, passio« nem horribilem et ludificationem diabolicam « multis cum lacrymis confessa, succurri sibi « flagitavit, à quo consolata, et quid facere de« beret edocta, post confessionem diabolus ad « illam accedere non potuit, sed tamen eam « verbis terruit, et quia post abbatis decessum « ad ejus supplicia reverteretur, acerrimè mi« nabatur, ita ut qui fuerat amator, crudelis« simus fieret persecutor. Hæc cùm sancto « indicâsset, proximâ die Dominicâ, cum duo« bus episcopis, accensis candelis, cum om« nium fidelium, qui erant in ecclesiâ, sub« scriptione, anathematizavit fornicatorem « spiritum auctoritate Christi, tam ad illam « quàm ad omnes alias mulieres, ei deinceps « interdicens accessum. Extinctis verò illis « sacramentalibus luminaribus, tota virtus dæ« monis extincta est, et mulier, post generalem « confessionem peccatorum suorum, commu« nicans, plenè liberata est. » Hujus verò ætati penè suppares experientiam eamdem exemplis verbisque pluribus astruunt Cæsarius lib. 1, cap. 7, 8 et 9, D. Thomas 2 sent. dist. 8, q. 1, art. 4, et 1 p. q. 52, art. 3, ad 6, ejus condiscipulus et cognominis Cantipratenus lib. 2 Apum, c. 57, num. 13, 14, 15 et sequentibus. Vincentius lib. 4 Historiæ. Superiori seculo pontifex maximus Innocentius VIII, in decretali adversùs maleficas mulieres Epistolâ: « Non sine ingenti, ait, molestiâ, ad nostrum « pervenit auditum, complures utriusque sexûs « personas, propriæ salutis immemores, et à

« fide catholicâ deviantes, dæmonibus incubis « et succubis abuti. » Similia etiam hoc seculo complura nonne litteris prodiderunt Magius Miscellaniorum lib. 3, cap. 4, Symphorianus Camperius lib. 2, c. 7, Jacobus Sprengerus, et Henricus Institor in Malleo maleficarum p. 1, q 1, c. 4? Quid judicum tribunalia? Nonne in veneficiorum causis hæc sæpissimè audierunt? Novi sanè, qui ut à mulierculis quibusdam pestem hanc depellerent, piè ac strenuè admodùm laborârunt. Sed Cantiprateni commentatorem adhuc, opinor, superstitem, Colvenerium audiamus. « Hoc, ait, scelus abhinc « annis ferè tribus in veneficiis utriusque se« xûs, in parte orientali Flandriæ atque Bra« baniæ, per judices seculares deprehensum « est, et extremo supplicio punitum; confes« sique sunt occasione hujusmodi perversissi« mæ voluptatis, se ad veneficii crimen pro« tractos, et quamvis essent conjugati, quòd « tamen relicto thoro legitimo, alter succubo, « alter incubo, multo tempore sceleratissimè « permixti fuerint. Hæc habui, ait, ex iis, qui « eorum examini interfuerunt. »

Quia verò de incubis quidem assentiuntur Euthymius tit. 28, cap. 9, Cantipratensis lib. 2, cap. 30, de succubis tamen ambigunt, notanda de iisdem Innocentii verba et Cæsarii lib. citato, cap. 9: « Non solùm, ait, in his « cavendum mulieribus, sed et viris, qui jam « sicut dæmones per formas virorum, ut di« ctum est, feminas ludificant et corrumpunt, « ita per species feminarum, viros seducunt « et decipiunt. Lege vitas Patrum, et invenies « ibi quosdam viros perfectos per phantasmata « mulierum delusos, confractos et dejectos. » Ita ille. Neque sanè ratio apparet ulla cur feminis imponere genii pessimi possint et velint, viris nunquàm possint aut velint. Et quoniam hæreticorum contra Catholicos quidem testimonia respuit Justinianus l. *Quoniam multi*, c. de Hæreticis, contra hæreticos tamen admittit, valeat etiam loco isto, contra diabolum testis Lutherus, dùm mensalium sermonum, seu Symposiacorum, cap. 24, refert, se à Joachimo Friderico, imperii electore, audisse, nobilem quamdam, in Germaniâ familiam esse, quæ à succubo dæmone propagata sit. Sed hæreticus alius et aliâ è sectâ, Vierius, homo, ex D. Augustini loco ante indicato, sententiâ, *impudens*, incubitiones et succubitiones istas negat, et mulierem objicit Hollandicam, quæ sibi cum incubo rem fuisse fateretur, ab inspiciente tamen obstetrice virgo pronuntiaretur. Sed non omni virorum accessu feminei pudoris claustra reserari, docet ex Anatomicis medicis Vesalius lib. 5, cap. 15, è theologis Tostatus opusculo de Isaiæ verbis: *Ecce virgo concipiet*, num. 12 et 24; quanquàm et in istis claustris, quasi antea nunquàm patuissent, observandis, et quodam veluti fascino claudendis, dæmoniacam nescio quid solertiam interdùm efficere scribit Cantipratenus lib. 2, cap. 30, num. 38.

QUÆSTIUNCULA XIX.

QUALE, HISCE PERSONIS GERENDIS, CORPUS ADHIBEANT DÆMONES?

Cùm ad incubitiones et succubitiones istas corpore opus sit, et proprium iis corpus Aristotelis et D. Thomæ gymnasia constanter negent, alieno quopiam eos indui fatendum. Quemadmodùm enim sanctis, sic et profanis angelis ea, dùm à Deo conderentur, potestas data ut è sublunari materiâ possent vel nostris vel animantium cæterarum corporibus assimilia fingere, sibi adjungere, eaque ita figurare et movere, ut, licet homines ipsi non essent, homines tamen qui et humana quædam opera molirentur, videri possent. Nota hæc è D. Thomâ 1 p., q. 51, art. 2, et q. 110, art. 2.

QUÆSTIUNCULA XX.

EXTRINSECUS ASCITO CORPORE, LIBEROS GIGNERE NUM POSSINT?

Tres eruditorum hominum sunt opiniones: prima negat, et in eâ videri cuipiam possent D. Chrysost. hom. 22 in Genesin; Philastrius hæres. 108; Serenus apud Cassianum collat. 8, c. 21; alii apud Eugubinum lib. 8 Philes. cap. 32, nisi de puris ii spiritibus, vel certè non alieno corpore larvatis loquerentur. Sed in eâ tamen sunt recentiores quidam, ut Vincentius lib. 4 Histor. c. 128; Lucidus c. 4; Ulricus Constantiensis lib. de Pythonicis, c. 10; Petrus Boistvau Gallico libro de prodigiosis Historiis, c. 6; pauci alii apud Conimbricenses nostros lib. 1 de Generat. q. 10, art. 3, in quibus et Vierius lib. 3, c. 8 et 19. Altera opinio asseverat, quam D. Thomas loco citato, Victoria relectione de Magiâ Malleus maleficarum part. 2, q. 1, c. 4, Thomæorum familia universa certissimam statuit, cum quibus faciunt Cæsarius, Cantipratenus, Camperius, Abulensis q. 6; Hector Boethus lib. 8; Magius, Malonius, Jacobus Ruffus Medicus lib. de Constantianâ Magdalenâ, Bellarmin. lib. 3 de

Rom. Pontif. c. 12; Molina noster, alii quàm plurimi. Tertia, quæ Pererii in Genes. 6, disput. 3, etiamnùm ambigit, adeò ut illum definitè nihil pronuntiare dicat Colvenerius loco citato. Videtur tamen ille in eam quæ negat propensior, quòd fieri non posse censeat, ut seminis prolificam vim dæmon conservet. Cùm enim proprium huic semen nullum sit, si liberos gignere incubus poterit, aliunde humanum semen, quod in mulieris uterum infundat, suffuretur oportet. At quânam arte vel solertiâ, ne prolifici spiritus dissipentur et evanescant, dæmon efficiat? Possetne, verbi causâ, dùm sanguinem mittimus, extra venas et arterias, vitales animalesque in illo spiritus, ne diffluant, conservare? Addubitare profectò hæc et similia quæpiam nos faciant, nisi experientiam inficiari, si non magnæ, alicujus tamen, ut antea D. Augustinus loquebatur, *impudentiæ* videretur. Arturum et Marlinum ex hujuscemodi progenitum incubo, vetus narrat historia, et ex eâ Cæsarius et Abulensis loco cit., Vincentius lib. 21, c. 30; Homerum Aristoteles lib. 3, Poeticæ; Plutarchus in ejus vitâ et ex eo, præfatione in Homerum, Politianus; Servium Tullum Plinius lib. 36, c. ult., Alexandrum Magnum è dracone, Plutarchus in Alexandro; Lucianus in Dial, alium è marinâ succubâ Gaufridus Athioderus, et ex eo Vincent. lib. 3, alios denique è Lucelburgensi Melusinâ succubâ idem Vincentius, et loco citato Lutherus, et ejusdem fortè generis multa olim adulteria et stupra fuerunt, quæ Faunorum, Satyrorum, Jovis, aliorumque eorum, posteaquàm in vivis etiam pridem esse desiissent, involucris gentilitas commemoravit. Quia tamen uti fabulas omnia hæc rejicere promptum, quid nobili illi, nostrâ in Germaniâ, familiæ, quam ab succubo extitisse imperii septemvir antea narrabat, faciemus? Quid illis, qui usitato nomine *Wechseltinder*, à quibusdam *Cambiones* appellantur? Quid de Luthero ipso dicemus, quem ex incubo sese in balneo cui ancillabatur, concepisse propria mater professa est, quemadmodùm in editis Lipsiæ libris Petrus Sylvius testatur, nec ipse etiam Lutherus inficiatur? Cùm enim ei tam infamem nefariumque ortum objecisset Cochlæus, quid, homo alioqui linguâ calamoque petulantissimus, in maledictorum et conviciorum palæstrâ nemini unquàm cedens, victorque perpetuus, quid, inquam, respondit? Nihil planè, nisi, ut ipsemet Symposiacorum c. 28, recitat, hoc unum, quod paulò post futilissimum intelligemus, *non posse simul et mulieris esse filium, et ex incube procreatum.* Dæmones verò, infinitâ mentis vi et acumine, in naturalium rerum procreatione et conservatione, plures multò quàm ingeniorum nostrorum tenuitas videat, modos perspiciunt. Colligit D. Augustinus in libris de Civit. Dei, et Victoria relectione de Magiâ, multa planè mirabilia, de quibus, nisi experientia et sapientum hominum asseverantia exstaret, fieri à creaturâ ullâ posse, quis putaret? Magna vitalium et animalium spirituum subtilitas est. Sed ea, ne tam subitò exhalet, diligentissimâ custodiâ circumsepire et communire nequissimi subtilissimique spiritus approbè noverunt. Medium igitur tenebo, potiùsque ratione et auctoritate quàm experientiâ, quæ mihi extra controversiam videatur, inductus, de incubis aienti, opinioni subscribere nihil timebo; sed succubos, virorum semine accepto, id mulierum instar, utero includere, novem aut decem menses gestare, vitaliter confovere ac enutrire, tandem verò etiam parere, ac in lucem istam edere, mihi sanè creditu difficilius. Ad breve siquidem tempus seminis vim et tenuissimam veluti animam custodire, infra dæmonis potentiam non videtur; sed tanto tempore, et eo modo, non equidem opinor. Posset alioquin et eò versutissima dæmonum provehi calliditas, ut ipsi inter se mulieres virosque agerent, mirosque nobis partus ederent. Ideòque succubos duobus tantùm modis aliquam efficere sobolem suspicor, primò quidem aliunde mulierum quarumdam infantes accipiendo, eosque veluti suos, è simulato utero proferendo, uti de Iphigeniæ cervâ et Diomedis avibus censet D. Augustinus lib. 18; deinde dæmonem alium, qui infantuli formam suscipiat, et veluti nascatur et adolescat, obtrudendo. Cujusmodi, Dessaviæ forsan fuit ille, qui ultra 12 annum adolevit, et ciborum tantùm, quantùm rusticis frumentique trituratoribus quatuor suffecisset, devorabat, et rursùm ille alius propè Halberstabium, qui sugendo et matrem et quinque alias feminas jam exinanierat, cibosque tamen plures unà sumpserat, qui cùm in corbe, ab eo qui parentem se putabat, Hokelstadium, ad Beatæ Virginis templum miraculis tùm celebre ferretur, se dæmonem prodidit, et in aquam è corbe ab illo excussus est, prout loco citato narrat, qui priorem illum vidit, manibusque, absque ullo tamen, quem edere sancti solent, effectu, tetigit Lutherus.

QUÆSTIUNCULA XXI.

QUI DÆMONUM HOMINUMQUE CONGRESSU ORIUNTUR, NUM HOMINES?

Vetus proverbium est : *Semper novi aliquid Africam apportare.* Causam dat Aristoteles lib. 3 de Generatione animalium cap. 5, quòd in præfervidâ et siticulosâ regione, diversissima ferarum species ad unum quempiam bibendi causâ rivum conveniant, sicque variâ et confusâ venere, variæ novæque monstrorum formæ nascantur. Etverò, ex equo et asinâ, non equus vel asinus, sed aliud quidpiam, mulus scilicet gignitur. Cùm ergo diversæ speciei sint dæmon et homo, an è detestabili ac monstrifico eorum conjugio, monstra, quæ neque homo neque dæmon sint, oriuntur? An verò quemadmodùm è belluâ quâdam et cane, itemque è canibus et vulpibus aut lupis, canes ; è perdicibus et gallinis, ut ibidem ait Philosophus, gallinæ fiunt, sic è duabus hisce naturis, altera, hominum, inquam, vel dæmonum, existit? Fieri horum aliquod oporteret, si dæmonis aliquod in procreatione istâ semen esset. Ex ipsius enim cum humano confusione, vel homo, vel dæmon, vel ex utroque conflatus hippocentaurus quispiam, aut, si mavis, dæmonantrophus confieret. Nunc verò, cùm semine omni proprio careat diabolus, ex ipso mulierem simulante et viro, simulata tantùm vel personati alicujus dæmonii, vel subrepti alicunde infantuli fit, ut supra dictum, nativitas. Ex ipso autem virum agente et muliere, verum enasci hominem, nihil, ut etiam antea constitutum est, impedit. Quemadmodùm enim, è florum herbarumque semine, quantùmvis procul transportato, flores et herbæ, non homines et hortulani, oriuntur, ita ex hominum semine, licet id à dæmonibus transferatur, non dæmones, sed homines nascuntur.

QUÆSTIUNCULA XXII.

SINTNE DÆMONUM FILII, QUOS INCUBANDO VEL SUCCUBANDO ILLI EDUNT?

Si veram pressamque philosophorum loquendi rationem teneamus, quos vel incubando vel succubando dæmonia ediderunt, eorum filii dicendi non sunt. Ejus enim filii verè habendi, è cujus semine, tanquàm materiâ constant, et è cujus seminis vi, tanquàm efficiente causâ proximâ existunt. At non est hoc dæmonum semen, sed eorum à quibus ipsi acceperunt, et ad fœtum istum transtulerunt. Quemadmodùm qui herbarum florumve aliquorum, uno ex horto in alium, semina transportat, non eorum, quæ postea terra parit et effert, vel pater vel effector propriè physicèque dici potest, ita nec incubus aut succubus, dùm alienum semen alium in agrum transfudit, vel transfusum tantisper accipit et fovet. Si verò paulò id nominis latiùs pandatur, potest etiam istiusmodi sobolis dæmon pater nuncupari. Atque hæc omnium concors sententia est, ita ut Lutherus, duplici ratione, diaboli filius dici possit : ratione scilicet ortûs, quem, ut supra, quæst. 20, indicatum, dæmoni acceptum retulit ejus mater ; et ratione doctrinæ, quam ab eodem se accepisse diabolo, perspicuâ longâque admodùm oratione, libro de Missâ angulari, tomo 6 editionis Ienensis, tomo 7 editionis Wittembergensis à folio 479 ad 480, ipsemet profitetur, nihil magis timens quàm ne palàm profitenti prolixèque asseveranti fidem adhibere quisquam cunctetur.

QUÆSTIUNCULA XXIII.

AN IN ALIENO ISTIUSMODI CORPORE SARAM ADAMARIT DÆMON?

Duobus amor iste modis intelligi potest, quoad amorem scilicet, absque ullo cum Sarâ ipsâ consortio et effectu, vel cum aliquo consortio et effectu. Prior ille in hominibus quidem sæpè invenitur; in dæmonibus non item. Neque enim hominem propriè amant ipsi, neque eorum actus ulli ipso amoris nomine, nisi ob aliquem effectum, afficiuntur. Et si amor vocaretur aliqua ipsius ad istiusmodi effectum invitatio, quàm ipse sanctissimos viros sanctissimasque feminas, quarum tot tantisque illecebris formarumque ludibriis castimoniam tentavit, amâsset ! Inter dæmonem et S. Antonium pugnam ita sanctus describit Athanasius. « Ille titillabat sensus naturali carnis ardore ; hic fide, « vigiliis et jejuniis corpus omne vallabat. Ille « per noctes in pulchræ mulieris vertebatur « ornatum, nulla omittens figmenta lasciviæ ; « hic ultrices gehennæ flammas et dolorem « vermium recordans, ingestæ sibi libidini op« ponebat. » Et de S. Hilarione D. Hieronymus : « Quoties, ait, illi nudæ mulieres cubanti, « quoties esurienti largissimæ apparuêre da« pes ! » At posterior ille cum consortio effectu amor, in dæmonibus, etiamsi falsus odiique lethiferi potiùs quàm amoris nomine dignandus, interdùm tamen, ut hactenùs ostensum, invenitur ; attamen erga Saram nullus omninò extitit. Nullus enim pudicitiæ per seipsum vim afferre, neque subagitare ullius un-

quàm corpus potest, cujus obscœnâ libidine, animum non priùs contaminàrit, ex eoque vel tunc, vel certè aliquando, flagitiosi operis consensum non impetrârit, quemadmodùm ostendit Cæsarius loco citato, et Magni Alberti discipulus Thomas Canti pratensis lib. 2, c. 57, num. 14, idque ita fieri divinæ bonitatis ratio postulat. Si enim permitteret Deus ut pro suâ libidine feminis dæmon abuteretur, eas nullo earum impetrato assensu iniret, quæ ulla usquàm contra malum hoc septa satis et clausa mulier? Quis ab impurissimo illo thorus non commacularetur? quæ aut virgo, aut conjux non violaretur? Non poeticas profectò, sed verissimas et quàm plurimas omnis regio Danaas et Ledas experiretur. Quòd si rarum ut corpus alicujus divexent dæmonia, nisi ejus primò mentem expugnârint, prout apud Cassianum est collat. 8, cap. 19, quomodò unquàm fiet ut libidinum ullam sordibus inquinent, cujus non antea in animo pudicitiam conspurcârint? Nostræ verò Saræ integritas, mentisque sanctitas, nullis vel dæmonum vel hominum blanditiis aut minis unquàm cessit, cap. 2, vers. 17 et 18. Quomodò ergo eam isto modo adamare dæmon potuit?

QUÆSTIUNCULA XXIV.

QUID DE OCCISORUM SARÆ MARITORUM CAUSA, IN GRÆCO TEXTU POSITA, TANDEM SENTIENDUM?

Si, ut propositis hactenùs quæstiunculis probatum, neque ob naturam, neque ob adventitiam ullam corporis aut animi bonitatem, neque ob ullam ex ullis obsequiis, dictis aut factis oblectationem et commodum, neque ob alterius alicujus amicitatem dilexit Saram dæmon, quomodò textus idipsum Græcus affirmat? Quomodò interfectorum ejus virorum causa in amorem istum confertur? Videtur idem Græcus rem totam insinuare, dùm non simpliciter ait, dilectam à dæmonio illam fuisse, sed ipsum *audisse* Tobiam. Plurimùm verò interest an Scriptura divina quidpiam affirmet, an affirmare alios tradat. Quod affirmat illa, non potest non esse semper verissimum; quod affirmare alios tradit, verissimum semper est id eos affirmare; sed quod ii affirmant falsum esse potest, ut Numerorum 13, v. 29, 32, 34, 1 Mach. 8, v. 15, Joan. 8, v. 48. Tobias verò ait se audivisse ipsam viris septem traditam fuisse, et (paucula licet verba interponat) omnes à dæmonio esse occisos, quia illam amabat. Duo priora verè ipsi narrata erant, ut e consequentibus omnibus perspicuum; sed tertium, quod, tanquàm posterioris causa refertur, à veritate alienum est. Solet enim fama rebus quibusdam veris falsas non raró causas, suspiciones et conjecturas appingere, neque falsas tantùm, sed ineptas etiam, vulgares, è trivio et imperitorum fece petitas. Falsum profectò dæmonem hominum ulli verè amicum esse, uti hactenùs instituta evicit disceptatio; vulgi tamen imperitia esse quandoque amicissimum opinatur. « Omnium, « ait Lactantius libri 2 capite 15, dæmonis « fallaciarum ratio expertibus veritatis ob- « scura est. Prodesse enim eos putant, cùm « nocere desinunt, qui nihil aliud possunt « quàm nocere. » Istâ verò, qualicumque et qualiumcumque opinatione, inprimis gaudet veterator ille, ipsamque ut in hominum animis gignat, alat, augeat et amplificet, omni omnis calliditatis, fraudum technarumque artificio elaborat. Fingit et mentitur bona se quædam mortalibus procurare, vel quædam ab iis mala depellere, quæ omninò nulla sunt. Exiguum quandoque in minimis quibusdam corporis aut fortunæ bonis, vel opis vel opellæ quidpiam dat; sed eo modo, quo ad hamandis piscibus, in ferrato hamo, escæ frustillum, capiundis, extremâ hyeme, summâque nive aviculis granulum aliquod objicitur, ut incautos videlicet nos decipiat, verissimisque animi bonis exspoliet, gravissimis perpetuisque animos et corpora nostra suppliciis afficiat. Serpens est *cunctis terræ animantibus callidior*, 2 Genes. v. 1, ejus cogitationes vaferrimæ et rectissimæ sunt, 2 Cor. 2, vers. 11, cùm tenebrarum-incola sit, imò et tenebræ ipsæ, in lucis tamen angelum sese transfigurat, 2 Cor. 11, versu 14.

Cui nomina mille,
Mille nocendi artes.

Atque hoc unum illa, quæ tam multiplex objiciebatur, experientia efficit, non autem verè quemquam à dæmone diligi, prout et omnium exitus perpetuò probavit. Sanè et in hominibus, omnium illi teterrimini et nocentissimi hostes censentur, qui per fictam quamdam amicitiæ speciem, per minutula quædam vel munuscula vel obsequiola fallunt, et enecant, circumlitum scilicet melle venenum porrigentes. Quòd si quis ob paucula interjecta verba, hunc ipsum fuisse Tobiæ narratum amorem negaret, negare tamen idem non posset, quin tanquàm Tobiæ ipsius opinionem, vel suspicionem Scriptura eumdem amorem comme-

moraret. Sed numquid necesse bonorum sanctorumque virorum opiniones et suspiciones omnes veras esse? Neque Scriptura quid eâ quidem in re veri esset, narravit, sed quid ille putârit. Et, si à famâ et volitante tùm rumore nolis, unde illi, quæso, ista mens? Quis eum amari à dæmoniis homines docuit? quis pudicissimam sanctissimamque Saram? A vulgi ergo sermunculis totus hic junioris Tobiæ sermo, quem Chaldæus textus, et noster negligendum putavit, Græcus recitavit; sed recitavit tantùm, non approbavit.

QUÆSTIUNCULA XXV.

SI AMASSET IPSAM, CUR EJUS VIROS INTERFECISSET?

Ex eâdem officinâ est illud alterum, quod quæstione primâ quærebatur, quomodò è dæmonis, erga virginem amore fieret, ut violentas ejus sponsis manus injiceret, eosque interimeret? Vulgo enim ea erat deliratio, feminarum amoribus dæmones implicari. Virtutis porrò et honestatis amor tantùm abest ut ægrè ferat alios nobilissimæ illius formæ, quam animo intuetur, amatores esse, ut quàm plurimos eodem illo amore allici plurimùm gaudeat, idque pro viribus conetur, ut, quoad ejus fieri potest, speciem illam omnes videant, suspiciant, expetant. Is verò in quo commodi proprii et ineptæ alicujus lætitiæ ac jucunditatis ratio habetur, participes alios consortesque respuit; sed omnium maximè contentiosa, pugnax et cruenta ea rivalitas, quam libidinis commovet intemperantia. Quidquid enim rivalium alteri datur, hoc sibi subreptum dolet. Dimidium scilicet rei amatæ, ut de suo apud Lucianum Adonide facinorosa illa Venus querebatur. Et *femina,* ut Georg. 2 cecinit Poeta,

sæpè superbos,
Cornibus inter se subigit decernere amantes.
Pascitur in magnâ sylvâ formosa juvenca :
Illi alternantes multâ vi prælia miscent,
Vulneribus crebris. Lavit ater corpora sanguis.

QUÆSTIUNCULA XXVI.

QUOMODO IIS, QUÆ OBJECTA, RESPONDEATUR.

Duo sunt, initio quæstionum istarum, objecta : Unum, posse naturali mentis acie dæmonas rem aliquam perspicere, ac judicare bonum, honestum et pulchrum. Conceditur non illibenter, cum D. Thomâ 1 par., q. 64, art. 1; sed quod exinde colligebatur, posse dæmonas rem illam eamdem amare, non admittitur. Sunt enim in dæmone, quæ liberam ipsius voluntatem jam depravent, tot et tanta, ut veræ bonitatis, honestatis et pulchritudinis amore nullo tangi possit, cùm acerbè nefarièque adeò, bonorum, honestorum, pulchrorumque omnium optimum, honestissimum, pulcherrimum, Deum oderit. « In quantum, « ait D. Thomas 1 part., q. 60, art. 5, ad 5, « Deus est commune bonum, naturaliter ama-« tur ab omnibus. Quicumque videt eum per « essentiam, impossibile est quin diligat ipsum. « Sed illi, qui non vident essentiam ejus, co-« gnoscunt eum per aliquos particulares effe-« ctus, qui interdùm eorum voluntati contra-« riantur. Et hoc modo dicuntur dæmones « odio habere Deum, cùm tamen in quantum « est bonum commune omnium, unumquod-« que naturaliter diligat plus Deum quàm se « ipsum. » Alterum ex dictis manifestum, sicuti et alia quæ incurrere fortè potuerunt, cujusmodi est illud Tertulliani lib. de velandis virginibus, c. 7 et 8, ut propter angelos, feminarum capita velentur, 1 Corinth. 11, itemque istud auctoris quæstionum ex utroque Testamento mixtum, quæst. 115 : « Apo-« stolus ait : *Quem nemo principum hujus seculi* « *cognovit.* Hi sunt principes et potestates, « malos angelos sub se habentes, qui sub no-« mine fatorum voluptates suas efficiunt, « prout eis libitum fuerit, sicut assolent ma-« lefici confiteri. Sunt enim quos diligunt, « alios non amant, quosdam verò odiunt. Et « unicuique hoc suggerit unusquisque quod « diligit, quia et ipsi diversas habent volupta-« tes, aliis libidinem diversi stupri, aliis mu-« nera, aliis voluptatem, aliis petulantiam, aliis « iram, quibusdam avaritiam, aliis lucra, aliis « damna procurant, aliis charisma, aliis odia, « necnon et impedimenta. »

QUÆSTIUNCULA XXVII.

QUÆ IN LATINO TEXTU EORUMDEM SARÆ MARITORUM OCCISORUM CAUSA? UBI DE MATRIMONII USU ET FINE.

Quam istorum cædis causam attulit textus Græcus, auditione tantùm, inanique vulgi famigeratione nitebatur. Sed Latinus, suo cum Chaldæo fonte, *duas* alias *causas* aperit, earumque auctorem edit, non imperitum vulgus, vel hominum etiam aliquem, summâ licet eruditione sapientiâque præstantem; sed ipsummet angelum Raphaelem, versu 16 et 17. Nam quod apud Lyranum quidam aiunt, ideò illos periisse, quia infideles et idololatræ, vel alterius certè tribûs et cognationis fuissent, uti etiam putat Carthusianus, falsum videtur,

quia non minore in culpâ Raguel et Sara fuissent quàm ipsi, ideòque et non minùs plecti debuissent. An enim, qui pravæ superstitionis homini, aut ei certè quem quoquo modo leges vetant, filiam dant, leviùs, quàm qui hanc ducunt, delinquere putandi? An et ipsa, quæ hisce talibus nubere non recusat, magis quàm sponsi, excusanda? Duarum ergo jam dictarum causarum prior est, quòd isti Saræ nostræ proci, Deum à se, et à mente suâ excluserint. Id verò non de physicâ exclusione intelligendum, (Deum enim præpotentem, omniaque naturæ suæ divinæ præsentiâ et immensitate complentem, ullo è loco, vel ex ullâ omninò re quis excludere unquàm possit?) sed *de ethicâ*, prout supra expositum cap. 4, præcepto secundo, secundùm quam rationem et illud accipiendum Apocalyp. 3, versu 20 : *Ecce sto ad ostium, et pulso; si quis audierit vocem meam, et aperuerit januam, intrabo ad illum.* Fecerunt ergo isti proci, quod obscœna illa Israelitici generis propudia, duo, inquam, illi apud Danielem senes c. 13, vers. 9 : *everterunt sensum suum, et declinaverunt oculos suos, ut non viderent cœlum, neque recordarentur judiciorum istorum;* verbo uno, *Deum non timuerunt,* ut infra, cap. 7, vers. 12, significatur. Vide Augustinum, homil. 21. Posterior causa est, quòd effrenatæ suæ libidini, *sicut equus et mulus, quibus non est intellectus,* vacare voluerint. Super tales enim habet potestatem dæmonium, iisque prævalere potest, quòd matrimonio, cujus auctor Deus, Genes. 2, v. 23 et 24, Matth. 19, vers. 5, sceleratissimè abutantur; ejusque temperantiam, sanctitatem et finem à Deo ipso præscriptum impiè admodùm, pecudum more, pervertant. Voluit enim Deus ut matrimonium ineatur, primò, quidem generatim, ad humanæ naturæ bonum, ut ea scilicet conservetur et propagetur, ut proles benè jamjam nata, excipiatur, curetur, instituatur, ut mutuâ operâ conjuges ipsi juventur in convictu quotidiano, in depravatæ naturæ moderatione. Secundò speciatim, ad fidelium Ecclesiæ utilitatem, ut et illa conservetur et augeatur, quemadmodùm hìc significatur vers. 22, *ut in semine Abrahæ benedictionem in filiis consequaris*, et cap. 8, vers. 9, *solâ posteritatis dilectione, in quâ benedicatur nomen tuum in secula seculorum.* Et ut fides conjugum mutua sit, et sacramentum. De quibus conjugii bonis D. Augustinus lib. 9 de Genesi ad litteram, cap. 7, et libro de Bono conjugali, S. Isidorus lib. 2 de Offic. cap. 19, Fulgentius epist. 1, c. 3 : « Conjugalis potestatis, ait, inculpabilis est « usus, officio gignendi divinitùs attributus, « si justitiæ terminum transgredi, libidinosus « non permittatur excessus. Justitia verò « utendi conjugii hæc est, ut non explendæ libidinis, sed substituendæ prolis obtentu, sibi « conjuges congruo tempore misceantur. Sic « ergo quæri debet ex nuptiis fructus, ut cohibendus sit lubricè voluptatis excessus. » D. Chrysostomus hom. 11 in Ephes., hom. 5 in priorem Thessalonicensem : « Propter vitæ, « ait, communionem, liberorum procreatio« nem, puella adjuncta est viro, non turpitu« dinis, risùsque gratiâ. » D. Basilius lib. de Virginitate : « Quid est, ait, *in Domino nubere,* « 1 Corinth. cap. 7? Non ut vile mancipium « voluptatibus carnis ad coitum protrahi, sed « judicio et commodioris vitæ ratione, nuptias « eligere. » — « Matrimonium propter liberos, « non propter voluptatem esse debet, » inquit Stromate secundo Clemens, ideòque Menander, *ad seminandos*, aiebat, *liberos, tibi meam trado filiam.* Omninò sapienter lib. 9 de Legibus Plato idcircò matrimonia ineunda dicit, ut relinquat quis τῷ Θεῷ ὑπηρέτας ἀνθ'αὑτοῦ, id est, liberos qui Deo serviant pro se. Rursùmque paulò post : « Oportet parentes gignere, « et educare liberos, qui vitam tanquàm lam« padem posteris tradant, ut sint semper ali« qui Deum colentes juxta ipsius legem. » Hoc sanè natura, hoc recta ratio, Deusque optimus maximus à nobis requirunt.

QUÆSTIUNCULA XXVIII.

CUR OCCISOS SARÆ MARITOS EQUO ET MULO CONFERT S. RAPHAEL? UBI ET DE MATRIMONII USU ITERUM.

Factum id videtur, primò quidem ut ad insignem Psalmi 31 locum alluderet angelus, cumque in memoriam omnibus redigeret : *Nolite fieri sicut equus et mulus, quibus non est intellectus.* Deinde, ut à conjugio importuna quædam vitia removeret. Est enim equus libidinosus et salax admodùm, et quidem à primâ statim ætate ad extremam usque, ut ostendit Aristoteles lib. 6 de Historiâ animalium, c. 22 : « Equus, ait, coire incipit bimus, tam mas « quàm femina, maximè tamen in trimatu. » Et : « Salacissimum omnium, tum feminarum « tum marium, equus est. » Quid à quibus hospites devoratos prisci aiebant, Diomedis equi? An non impudicissimæ, quibus, ut Græcorum habet interpretatio, μίγνυσθαι τοὺς ξένους ἠνάγκασεν, εἶτα ἀνῄρου, admisceri hospites

cogebat, ipsosque postea interficiebat, ipsius filiæ fuerunt? Quid verò vulgare illud vult, τὸ ἱππομανεῖν, et : *Nullus tam effetus equus, quin maio hinniat?* Et, *ante omnes furor est insignis equarum,* de cujus causâ Philosophus, lib. 5 de generatione animalium c. 5. Jam sacri vates idem ipsum indicârunt. *Mœchati sunt,* ait apud Jeremiam Dominus cap. 5, vers. 7 et 8, *et in domo meretricis luxuriabantur. Equi amatores et emissarii facti sunt; unusquisque ad uxorem proximi sui hinniebat. Multiplicavit,* ait Ezechiel cap. 23, vers. 19, 20, *fornicationes suas; et insanivit libidine super concubitum eorum, quorum carnes sunt ut carnes asinorum; et sicut fluxus equorum, fluxus eorum.* Mulus verò ad libidinem etiam intemperans, sterilis tamen adeò est, ut in ostentis et prodigiis mulæ partus olim numeratus sit, uti à Plinio, lib. 8, cap. 44, aliisque traditum. Nam qui à Theophrasto in Cappadociâ, ab aliis in Syriâ, parere putati sunt, eos ab aliis genere discriminari docet lib. 1 de Historiâ animalium, cap. 6, et lib. 6, cap. 24, Aristoteles. Hinc, ut à Pierio lib. 12 Hieroglyphicorum scribitur, cùm lascivum spurcumque hominem vellent veteres significare, mulum aut mulam pingere solebant. Vult igitur brutorum istorum nominibus ostendere S. Raphael ab omni vitâ, conjugiique honestate removendam, libidinem nimis importunam, intempestivam, crebram et furentem, castumque ipsius usum ad honestam liberorum procreationem, non ad pecuinam tantùm voluptatem referendum. D. Augustinus libro de Nuptiis et Concupiscentiâ cap. 4 : « Qui non hâc intentione, hâc voluntate, hoc « fine generant filios, ut eos ex membris ho« minis primi in membra transferant Christi, « sed infideles parentes de infideli prole glo« rientur, etiam si tanta sit observantia, ut se« cundùm matrimoniales tabulas, nonnisi li« berorum procreandorum causâ concumbant, « non est in eis vera pudicitia conjugalis. » Enchiridii cap. 78 : « Putari, ait, posset, non « esse peccatum misceri conjugi non filiorum « procreandorum causâ, quod est bonum nup« tiale, sed carnalis etiam voluptatis, ut forni« cationis, sive adulterii, sive cujusquam al« terius immunditiæ mortiferum malum, quod « turpe est etiam dicere, quò potest, tentante « Satanâ, libido pertrahere, cùm incontinen« tium devitet infirmitas. Posset ergo, ut dixi, « hoc putari non esse peccatum, nisi addidisset « Apostolus 1 Corinth. 7 : *Hoc autem dico se« cundùm veniam, non secundùm imperium.* Quis « autem jam esse peccatum neget, cùm dari « veniam facientibus apostolica auctoritas fa« teatur? » Et libro de Bono conjugali, cap. 6 : « Conjugalis, ait, concubitus, generandi gratiâ « non habet culpam; concupiscentiæ verò sa« tiandæ, sed tamen cum conjuge, propter fi« dem tori, venialem habet culpam; adulterium « verò, sive fornicatio lethalem habet culpam, « ac per hoc, melior est quidem ab omni con« cubitu continentia, quàm vel ipse matrimo« nialis concubitus, qui fit causâ gignendi. »

QUÆSTIUNCULA XXIX.

CUR LIBIDINOSOS OMNES, UT SEPTEM ISTOS, NON OBTRUNCAT ASMODÆUS?

Potestatem super eos, inquit textus, *habet, qui conjugium ita suscipiunt, ut Deum à se et suâ mente excludant, suæ libidini ita vacent, sicut equus et mulus.* Cùm verò nocendi sit cupidissimus, cur equis et mulis tam multis parcit? cur in eorum cæde cunctatur? Sanè verò potest ad omne penè peccatorum genus quæstio hæc transferri. Escis vetitis tam multi hodiè vescuntur, intemperantissimè tam multi cibo se et potu ingurgitant, cur, ut Adamus, non plectuntur? Cur tot parricidæ Caïni pœnas effugiunt? Cur sulphure ac pice, Sodomorum instar, quidam non deflagrant? Cur alteri et arrogantes tot, Davidicis flagellis non urgentur? Itemque in similibus, de quibus Lucæ 13. A poetarum quodam responsum est, quod multorum ore laudatur :

Si quoties peccant homines, sua fulmina mittat
Jupiter, exiguo tempore inermis erit.

At Christiano indigna sententia. Etiamsi totos dies fulminaret, sulphure ac pice plueret Deus, ipsius nunquàm exinanirentur armamentaria. Neque enim quemadmodùm finitum, finiti ablatione consumitur, ita et infinitum; neque effecta quantùmvis innumerabilia, quæ extra se molitur Deus, divinam ipsius vim ullâ ex parte minuere, fatigare vel exhaurire possunt. Sunt verò cur libidinosos omnes non interimat dæmon, causæ, partim generales, partim propriæ. Illæ videntur ad tres revocari posse : prima est, quòd à se constitutum naturalem rerum ordinem, etiamsi hominum sceleribus irritetur, invertere ac immutare Deus haud statim velit; sed improbos eum vitæ cursum, quem ipsis natura concedit, agere libenter patiatur. Hanc enim ob causam Matthæi 5, *solem suum oriri facit super bonos et malos, et pluit super justos et injustos.* Licet enim aliam creaturis legem figere potuisset, nunc tamen

vera hæc Senecæ oratio, lib. 4 de Beneficiis, cap. 28 : « Rex honores dignis dat congiarium « et indignis. Frumentum publicum tam fur « quàm perjurus et adulter accipiunt, et sine « delectu morum, quisquis civis est. Cùm ali- « quid est, quod tanquàm civi, non tanquàm « bono datur, ex æquo boni ac mali ferunt. « Deus quoque quædam in universum humano « generi dedit, à quibus excluditur nemo. » Et paulò post : « Quædam in medio ponuntur. « Tam bonis quàm malis conduntur urbes. « Monumenta ingeniorum, et ad indignos per- « ventura publicavit editio. Medicina et scele- « ratis opem ministrat. Compositiones reme- « diorum salutarium nemo suppressit, ne « sanarentur indigni. In his exige censuram, « et personarum æstimationem, quæ separa- « tim tanquàm digno dantur, non his quæ « promiscuè turbam admittunt. Multùm enim « refert, utrùm aliquem non excludas, an « eligas. » Altera porrò causa est, ut homini spatium, si velit, resipiscendi concedat Deus, et summa ejus, utraque causa bonitas, ob quam meritò à nobis amari colique debeat, elucescit. *Existimas,* inquit Apostolus Rom. 2, vers. 3, *ô homo, qui judicas eos, qui talia agunt, et facis ea, quia tu effugies judicium Dei? An divitias bonitatis ejus, et patientiæ, et longanimitatis contemnis, ignorans quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam adducit?* Tertia, ut quantò se jam impuniùs peccare sentiunt improbi, tantò graviora certò sciant, quæ ipsos manent futura supplicia. Legi posset libello de iis, qui seriò à Numine corripiuntur, Plutarchus. Ideòque S. Paulus, loco citato, *thesaurizandi* verbo utitur, ut pœnæ magnitudinem demonstret. Neque enim ubi peculiolæ quippiam, vel pretiosæ vestis et opum modicum est, thesaurum appellatur. Propriæ verò, præter generales istas, causæ possunt è personis et rerum, de quibus agitur circumstantiis duci, quemadmodùm de libidinosis aliis hæ jam occurrunt. Prima, non sunt feminæ omnes, in quas nonnullorum effusior libido est, tam sanctæ, castæ, Deoque charæ, uti Sara erat, ideòque qui hâc abuti volebant, puniti, non qui aliis. Unde ipsamet cap. 3, vers. 19 : *Aut ego*, ait, *indigna fui illis, aut illi forsitan me non fuerunt digni.* Secunda, viro hanc alteri, meliori, castiori et digniori nubere volebat Deus, quemadmodùm et ipsa ibidem, non falsò, suspicatur. Tertia, extraordinario miraculo suam Deus erga homines providentiam et beneficentiam declarare statuerat, cùm, eâdem veluti operâ, unius cæcitati mederetur, alterius castitati patrocinaretur. Quarta, intererat divinæ gloriæ, ut quid contra impuros dæmonas unus aliquis angelus, piorumque hominum preces et suspiria valeant, cognosceremus. Quinta, dæmonum in sceleratos homines, duplex potestas est. Una tanta, quantam divinæ justitiæ severitas postulat, et hæc, in Tartaro tantùm, posteaquàm è vitâ jam excessum, viget. Altera, magna quidem, sed restricta semper et modificata, ne plus in miseros illos crudelitatis dæmon expromat, quàm vel naturæ vel alius quicumque divinæ gloriæ ordo, etsi nobis parùm quandoque cognitus, requirit. Et hujusmodi est, hâc in vitâ, illorum potestas, quæ interdùm ad animum tantummodò, interdùm etiam ad corpus et ad utrumque multifariàm porrigitur.

QUÆSTIUNCULA XXX.

AN ABSQUE POTESTATE A DEO ACCEPTA POSSIT CONTRA HOMINES DÆMON ALIQUID?

Nihil omninò potest; nam Matthæi 6, ne capillum quidem è capitibus nostris absque Dei nutu excidere docemur. Et cap. 8, non possunt in porcos invadere dæmones, nisi eis à Christo Domino potestas fiat. Jobo verò, etsi votis ardentissimis cuperent, an calamitatem vel plagam inferre minimam, nisi concessisset Deus, potuissent? « Satanas, inquit l. 2 con- « tra adversarium legis c. ult. D. August., cùm « habeat semper cupiditatem nocendi, nocere « cuiquam non potest, nisi ab Omnipotente « acceperit potestatem. Quid aliud non solùm « in libro Job, quem profectò iste non acci- « pit » (ipse scilicet legis adversarius, eodem et modo et jure, quo hodierni Ecclesiæ adversarii Tobiam aliosque nonnullos non accipiunt), « sed etiam magis in Evangelio decla- « ratum est, ubi spiritus immundi nec in « porcos irent, nisi hoc illis, benignus ipse Sal- « vator, petentibus quos certè in abyssum pos- « sent relegare, concederet; rem necessariam « docere nos volens, ut scilicet noverimus « multò minùs eos posse, suâ potestate no- « cere hominibus, qui nec pecoribus qualibus- « cumque poterunt. Hanc autem potestatem « Deus bonus, occultâ nobis justitiâ dare ho- « minibus potest, injustè non potest. » Et libro « de Divinatione dæmonum : « Accipiunt, ait, « dæmones, sæpè potestatem et morbos immit- « tere, et ipsum aerem vitiando morbidum « reddere; et perversis atque amatoribus ter-

« renorum commodorum malefacta suadere. » Quid, quæso, magi, sagæ, impiique alii, dæmonum ope non facerent, si quod iis liberet divino etiam concessu liceret? Magicas præstigias incredibili studio avebat discere imperator Nero. Magos undique omnes accersebat, pecudes hominesque immolabat. Nihil tamen omninò assecutus est, ut scribit, lib. 30, Plinius, ne tanti nimirùm tyranni sævitia sævissimorum etiam spirituum adminiculo juvaretur, magisque accenderetur. « Nulla pro- « fectò, inquit ibi Plinius, sacra, barbari licet « ferique ritûs, non mitiora quàm cogitationes « ejus fuissent. » Quin et iidem ipsi Acherontei carnifices, statim atque ullum nostrum graviore paulò culpâ obstrictum viderent, illicò accurrerent, advolarent, violentasque crudeliter manus inferrent. « Nemo, ait apud « Cassianum collatione 7, cap. 22, Serenus, « posset non dicam juvenum, quos videmus in « hâc eremo constantissimè commorari, sed « nec perfectorum quidem tantis taliumque « hostium agminibus circumseptus, in eremo « singularis habitare, si in ipsis dæmonibus « esset, pro voluntate suâ, nocendi vel atten- « dendi facultas atque libertas. Quod eviden- « tiùs etiam Domini Salvatoris nostri confir- « mat sententia, quam pro humilitate hominis « assumpti, protulit ad Pilatum ita dicens, « Joan. 19 : *Non haberes in me ullam potesta-* « *tem, nisi datum tibi fuisset desuper.* » Similia in D. Gregorio lib. 3 Dial. cap. 21, lib. 1 Moral. cap. 9 et sequentibus, D. Cypriano de Oratione Dominicâ.

QUÆSTIUNCULA XXXI.

SITNE PER HEPATIS FUMUM DÆMON EXPULSUS?

Negant ex hæreticis nonnulli, ut Wittakerus, Jonas, et Lutherus. Ille lib. 1 contra Duræum fol. 72, exclamat : « Quis unquàm « propheta, aut Apostolus dæmones hoc modo « abigendos esse docuit? Paulus universam « Christiani hominis panopliam descripsit, 1 « Thes. 6, quâ tecti nullis dæmonum viribus « superemur. Hoc verò mirificum telum, quo « hunc dæmonem repulit Tobias, nunquàm « nobis commendat. » Verùm, pari modo, contra S. Paulum, suo sudario et semicinctio dæmones profligantem Actorum 19, vers. 12, contra ipsum etiam Dominum et Salvatorem Jesum jejunio expellendos, profitentem Matth. 17, vers. 21, sycophantari nonne liceret? Neque enim vel jejunia, vel sudaria, vel semicinctia in illâ D. Pauli *panopliâ* recensentur : neque eidem Apostolo totum Ecclesiæ armamentarium exponere propositum fuit, sed præcipua quædam armorum genera commendare, quæ tamen ipsa ne à Tobiâ quidem nostro prætermissa sunt. Insignem enim ejus fidem, et religiosissimam in oratione, pernoctationem legimus : ipsum vidimus stare succinctum lumbos suos in veritate, et indutum loricam justitiæ. Similis mihi Massalianis videtur Wittacherus, qui unicum dæmonas ejiciendi modum putabant, ipsam scilicet quam aliis penè omnibus Christianorum cæremonias vilipensis immodicè prædicabantur, orationem, prout in Panopliæ parte 2, tit. 22, ab Euthymio traditur. Jonas verò in symposiacorum Lutheri cap. 56, huic ipsi Luthero dicebat : « Stultam rem esse per hepar istud, « diabolum esse expulsum. » Respondit Luth. : « Diabolus utpote fortis et vehemens adversa- « rius non sic expellitur : habet enim Goliæ « hastam, quâ adversùm nos pugnat et sine « intermissione nos tentat. Præterea Deus « armat et instruit ipsum, acuit illi arma sua : « dat ei stimulum, vel ferrum quod hastili suo « præfigat, suam scilicet legem, quâ nos fe- « rociter invadit. » Nullam sapiens ille Jonas causam, cur *stultitiam*, hoc sancti Raphaelis factum vocâsset, attulerat : sed sapientiæ novum oraculum Lutherus, duas vel tres proferre voluit ; verùm vanitatis et stultitiæ plenissimas. Prima : *Est diabolus fortis et vehemens.* Quid ergo? vinci, vel solo jussu, ab angelo, non potuit? Altera : *Goliæ hastâ nos semper oppugnat.* Quid inde? Ergo nunquàm expellitur? Tertia : *Eum Deus armat.* Luthero judice, non Davidem Saül contra Goliathum armat, sed Goliathum Deus contra nos, et quidem suâ sanctissimâ lege, ut ea diabolo ferrum sit, quo nos jugulet, sed qui ab angelo, jecore incenso, exigi dæmonem non potuisse censet, mirum quàm ridiculis, fœdis obscœnisque ipse modis, eum, verbo exemploque suo, profligandum doceat. Laudat enim, adversùs diabolum, joca, ludosque varios, avocationem à legis divinæ cogitatione, vini haustum largiorem, cibum redundantiorem, *quia in tentationibus*, inquit, *centies deterius est jejunare, quàm edere ac bibere.* Commendat etiam adversùs dæmonis tentationes, *doctoratûs gradu ornatum esse, ventris* (dicto venia sit) *crepitus edere*, itemque dæmoni *dicere*, ut cùm quis ducit alvum, *et oleta odoretur et edat.* Penè S. Cyrilli Hierosolymitani Catechesi. 6, cohortatio me, ut verba Sophi

hujus ascriberem, induxisset: eâ tamen rerum, nominumque fœditate commentarium jam istum conspurcare ausus non sum; videre, si quis cupiat, omnia poterit in Symposiacis c. 24 et 26. Abs te tantùm, Wittiakere, quæro, hæccine in tuâ illâ *panopliâ?* Hiccine tui, Luthere, contra *Goliæ hastam*, thoraces?

QUÆSTIUNCULA XXXII.

AN CONTRA DÆMONEM FUMO HUIC EFFICIENTIA ULLA TRIBUENDA?

Ex iis, qui in dæmonem, jecoris fumo, exactum concedunt, non sunt omninò nulli, qui eum fumum nihil effecisse, sed merum tantummodò signum fuisse sentiant; sed ii tres in partes abeunt. Quidam enim volunt totam hanc jecoris incensionem eò tantùm adhibitam, ut se hominem esse, non angelum, angelus persuaderet. Alii fumum eumdem aiunt signum fuisse temporis tantùm, quo dæmon expelleretur. Refert utramque hanc opinionem liber de Dæmoniacis, c. 48, num. 696. Tertiis placet fuisse signum tantùm efficacitatis et virtutis precum Tobiæ. Ita Lyranus cap. 6, et ex eo hæreticus etiam Munsterus. Quæ quæstioni huic subserviant, dicta sunt non pauca 1 Reg. 19. Sint jam propositiones quatuor.

Prima. *Fumus iste non fuit signum humanitatis angeli.* Primò quia supervacaneum superstitiosæ observationis periculum hominibus dedisset angelus, cùm satis aliàs tectus esset, variisque modis aliis et dæmonem extrudere et se ipsum occulere potuisset. Secundò peccâsset mendacio cap. 16, vers. 8, dicendo, « valere ad extricandum omne dæmoniorum « genus, » cùm reverà nihil valere, ipse nôsset optimè.

Secunda: *Non fuit etiam tantummodò temporis, quo dæmon expelleretur, signum.* Primò, quia c. 6, vers. 5, Latinè, Græcè et Hebraicè dicuntur hæc utilia, ut ex iis medicamenta fierent; quæ verò ad faciendam medicinam, utilia sunt, ea non signa tantùm sunt. Secundò ibidem vers. 8, de cordis particulâ dicitur: « Extricat omne genus dæmonicorum, » id est, extricandi vim habet. Nam tunc omne dæmoniorum genus non extricabat, sed unum tantummodò. Ideòque sententia eadem est, atque dùm dici solét: Herba ista vel potio, phlegmata ex omnibus omnia educit: febres omnes lenit, id est, educendi et leniendi vim habet. An verò falsum quod ait angelus? An, uti vani quidam agyrtæ et theriacopolæ, verba dat merasque, medio in foro, nugas vendit? Tertiò hoc cap. 8. Græcè dicitur: Tobias *accepit cinerem* seu *prunam thymiamatum, et imposuit cor piscis et hepar, fumumque fecit, et quando odoratus est dæmon odorem, fugit ad Ægypti suprema;* Hebraicè verò: *percepit Asmodæus odorem et fugit.* Ecce, clarè significatur, dæmonem, vi percepti odoris fugisse. Alioquin fumus iste tantùm à Tobiâ et Sarâ, quibus abeuntis dæmonii tempus significari oportebat, visus dici debuisset, ut intelligeretur dæmonium abiisse. Quemadmodùm apud nos hodiè, et olim, dùm jubentur dæmonia sui è corporibus obsessis abitûs signum aliquod edere. Quartò, fel non tantùm fuit signum temporis, quo visus restitueretur, ut infra dicam. Ergo neque cor et hepar temporis modò signum quo abire dæmon.

Tertia: *Non fuit tantùm signum virtutis precum.* Primò iisdem ferè argumentis probatur cùm citata verba non significationem solam, sed agendi etiam efficacitatem quamdam fumo huic tribuant. Secundò, suffecisset quodlibet aliud suffimentum thureum, vel myrepsicum, præsertim cùm hujuscemodi odoris genus, ad eam significationem usitatius et accommodatius foret, vel certè satis esse debuisset fumus de quâcumque piscis parte, vel è jecore cujuscumque animalis, verbi gratiâ, arietis, capite superiori, mactati, neque fuisset opus tanto itinere, tantoque labore, unà cum sarcinis aliis, cor et hepar illud, hùc afferre.

Quarta: *Fumo huic, adversùs dæmonem efficientia quædam fuit.* Patet ex dictis. Cùm enim à Raphaele angelo adhibitum non frustra fuerit, neque solam aliquid significandi, uti probatum est, vim habeat, efficientia ei quædam tribuatur, oportet. Deinde omnia penè, quibus propositio secunda firmata, istam etiam quartam, et quidem directè confirmant. Numquid et divinæ justitiæ consentaneum, eos qui sese Deo æquiparare voluerunt, superbissimos spiritus, corporalis nunc rebus subjici, et earum quasdam in illos efficientiam quamdam exercere? Accedunt tamen suffragatores non aspernandi, Guillelmus Parisiensis libro de universo; Dionysius Carthusianus hoc loco, Vallesius sacræ Philoso. cap. 38; Petrus Gregorius Tolosanus Syntagmatis Juris lib. 24, cap. 22; Bartholomæus Faius in Energumenico, Franciscus Gregorius, tomo 6 problem. 119; Hieron. Mengus in Flagello dæmonum, documento 3.

Sed *objiciuntur argumenta duo*, unum cap. 6, vers. 8 : non generatim dicitur, omnibus hominibus, jecur valere ad dæmonis expulsionem, sed tantùm specialim *ipsi Tobiæ, si ponat.* Est hoc Abulensis argumentum loco citato, 1 Reg. cap. 16, quæst. 46. Sed Græcè et Hebraicè generatim dicitur. Etverò in Latino, est usitatus loquendi modus, quo licet medicamenti alicujus virtus generalis sit, alicui tamen dici solet : *Si hoc accipias*, vel : *Recipe hoc.* Alterum argumentum cap. 8, v. 3, dicetur : *Tunc Raphael apprehendit dœmonium.* Ergo temporis duntaxat signum fuit. — Respondeo : Nonnunquàm in Latino quædam quæ in Græco et Hebraico non sunt, asseri, supra monstravi, idque hoc loco fit, neque tamen temporis, quo dæmon extrusus, hoc loco signum ponitur ; sed altera quædam actio subjungitur, quæ à Raphaele tunc facta est, dæmonis scilicet colligatio.

QUÆSTIUNCULA XXXIII.

SITNE FUMI HUJUS EFFICIENTIA NATURALIS?

Supernaturalem esse tradit loco citato Vallesius quam illi fumo Deus indiderit, eo modo quo inferorum ignibus, ut in damnatos spiritus agerent, concessit, et confirmari posset ista opinio illo ipsius Victoriæ q. 6. de Magiâ, argumento, quod laudat in 2-2, disp. 6, q. 13, puncto 2, noster de Valentiâ : *Non est super terram potestas quæ comparetur diabolo, qui factus est ut nullum timeret*, Job. 41, vers. 24. At si de supernaturali potestate agatur, certum est esse aliquam quæ dæmonem vincat et superet. Ergo scriptura illa de naturali potestate accipienda est, ideòque et fumi hujus, qui Asmodæo fugam imposuit, efficacitas non à naturâ, sed superiori principio jam extiterit. *Naturalem* verò censet Faius loco itidem indicato, quam ab ipso creationis primordio, in illam naturam Deus contulerit : idemque Tolosati Gregorio numero 9 et 10, capitis antea nominati, videtur qui et num. 2, qualitatem istiusmodi, quâ, per antipathiam, obsistant dæmonibus nonnullæ res, dicit non è quatuor elementorum compositione pendere, sed ex totâ, ut dicitur, substantiâ et ex proprietate à Deo eis inditâ. Mihi harum sententiarum alterutra si amplectenda esset, supernaturalem potiùs quàm naturalem fumi hujus vim fuisse opinarer. Sed mediam ingredi viam quid prohibeat? Potest siquidem rerum efficientia triplex considerari. Una, quæ merè naturalis, altera, quæ merè supernaturalis; tertia quæ mixta. Prima patet. Supernaturalem verò appello paulò vulgariùs, quæ supra, vel præter usitatum physicum efficiendi modum quippiam efficit, ideòque merè, isto modo supernaturalis est, quando res quæpiam efficit, nullâ insitâ suâ vi, sed solius causæ superioris imperio et voluntate, estque bona vel mala. *Bona* quando à Dei vel angeli boni voluntate actio est; *mala*, quando à dæmonis, ut si dæmon superior aliunde inferiorem egredi jubeat. *Mixta*, quando Dei angelive boni aut mali actio intervenit, sed ipsa nihilominùs corporea res aliquid ad unum eumdemque effectum, insitâ suâ vi operatur : sive per modum instrumenti, quod ad aliquem effectum vim ex naturali suâ dispositione, quamdam habet (id quod instrumentis omnibus necessarium quidam senserunt) sive per modum causæ veluti adjuvantis; etsi qui cum eâ simul agit, adjutorio nullo egeat. Rursùmque, sive hæc efficientia sit ab elementorum certâ quâdam, etsi admodùm occultâ temperatione; sive ab ipsâmet rerum substantiâ. Nam de hisce disserendi non jam locus. Et mixta hæc, similiter bona vel mala est : *Eam verò efficientiam in rerum naturâ esse* planum ex eo fieri potest, quod et contradictionis implicationem nullam, et congruentiam non parvam habeat. Quidni enim congruat ut quemadmodùm puram, absque physicorum corporum actione ullâ, efficientiam suam habent spiritus et absque spirituum actione, corpora suam : ita et inter se connexam conjunctamque quamdam habeant? Mihi ergo de jecoris nostri fumo hæc videntur.

Primò : *Fumi adversùs dæmonem efficientia fuit quadamtenùs naturalis.* Quia, ut supra indicatum, Angelus cap. 9, vers. 8, vim efficientiamque istam eo modo, describit, quo naturales rerum vires contra morbos, describi solent. « Cordis, ait, ejus particulam si super « carbones ponas, fumus ejus extricat omne « genus dæmoniorum, sive à viro sive à mu« liere. » Quis Dioscorides, Plin. aut Matthiolus insitam herbæ vim aliter enuntiet? Quibus aliis verbis, quæ natura suggerit medicamenta eloquantur Theophrastus, Hippocrates, et Galenus? Res naturalis, recensetur, *cordis particula* præparatio item naturalis, *si super carbones ponatur.* Verbum deinde, quod agendi vim importat, additur, *extricat*, id est, extricandi et expellendi vi præditum est, ut supra dictum. Neque c. 6, vers. 7. Tobias, nisi de

naturali harum rerum vi, rogat, cùm ait: *Quod remedium habebunt ista, quæ de pisce servare jussisti?* Raphaelem enim hominem tantummodo putabat, sed qui non frustra servari hæc vellet, peritiamquè ipsorum efficacitatis aliquam haberet. Hoc enim et Raphael ipse vers. 5, indicârat: *Sunt hæc necessaria, ad medicamenta utiliter.* Et in Græco modum exponit, paulò quidem aliter quàm in Latino vers. 8, sed ita tamen, ut eadem omnia, et paulò fortè clariùs, indicet: *Si vexet aliquem dæmonium vel malus spiritus, oportet hæc* (cor et hepar) *suffumigare coram homine vel feminâ, et non vexabitur ampliùs.*

Secundò: *Videtur naturalis hæc efficientia, non tùm primò simpliciter, sed in creationis principio, ab ipso naturæ auctore, cordi et jecori fuisse impressa.* Primò quidem quia angelus eo ipso quo medicamenta esse ait cap. 6, significat vim quamdam medicandi fixam et constantem iis inesse. Secundò consentaneum videtur, ut Deus, quemadmodùm adversùs eos, quos post Adami lapsum futuros videbat, morbos et ulcera, medicas quibusdam rebus vires indiderat, sic etiam inderet: adversùs dæmones, quos non animas tantùm, sed et hominum corpora læsuros prævidebat.

Tertiò: *Non fuit eadem efficientia merè naturalis.* Probatur 1° ratione prioris opinionis quæ initio proposita est. 2° Si pura puta physica vis in hoc, aliisque hujusmodi contra dæmonem remediis inesset, dæmon medicamenta istiusmodi nobis vel absconderet, vel eriperet, vel debilitaret, vel contraria illis medicamenta objiceret. 3° Possent solis radicibus et medicamentis hominum aliquid dæmonia expellere, contra Jobi sententiam c. 41, vers. 24, de quâ supra. 4° Quia nidoribus, alioquin etiam tetris, delectantur dæmones, ut ex Porphyrio refert Eugubinus lib. 8 Philosophiæ cap. 30. 5° Quia superiore cap. 6, in Hebraico et Græco textu, non tantùm vis dæmones abigendi rebus istis tribuitur, sed ita etiam abigendi, ut *nunquàm* revertantur, cùm alioquin medicamenti vi evanescente, redire possent. Solent enim præsentem duntaxat morbum medicamenta depellere, non autem efficere, ut reverti nunquàm possint.

Quartò: *Concurrerunt cum suffimenti hujus vi naturali, potissimùm tria, quæ supernaturalem insignem vim conciliarent.* Primum fuit remotio causæ, ob quam dæmoni sævire concessum erat. Non enim, ut alii viri septem, fœdâ libidine flagrabat Tobias, neque ut illi, ad mulierem adhinniebat. Secundum: Preces Tobiæ et Saræ tam præteritæ, quàm præsentes, quæ quidem fuerunt duplices. Aliæ quidem in ipso statim ingressu thalami, ut ex thymiamatibus, de quibus paulò post, colligitur: deinde post epulsum dæmonem, aliæ, ne unquàm scilicet ille reverteretur, vers. 4. Et hùc etiam spectant *thymiamata*, quæ in Græco textu ponuntur, dùm non jam simpliciter *carbones*, aut *carbones vivi*, sed *pruna*, vel *cinis thymiamatum* sumptus dicitur, et in Hebræo additur *thuribulum*, quia, ut videtur, unà cum precibus, odores, divinæ majestati, reverentiæ cultùsque causâ, incenderunt sancti isti conjuges. Addi etiam possunt Raguelis et Annæ orationes, de quibus cap. 7, vers. 13: *Dixit Raguel: Non dubito quòd Deus preces et lacrymas meas in conspectu suo admiserit.* Imò et ipsius etiam Raphaelis, separato in cubiculo tum versantis et orantis oratio momenti plurimùm attulit. Tertium: Significatio duplex in isto fumo. Prior est significatio passionis Domini, ut ex D. Augustino supra dictum est, eumque secutus D. Prosper lib. de Promissionibus et prædicationibus p. 2, 39: « Mysticum, ait, actionis hujus hoc est, quòd ex interioribus piscis et dæmon fugatus est, et Tobias illuminatus. Hoc agit piscis magnus ex passione suâ Christum, purgans Mariam, à quâ expulit septem dæmonia. » Et postea: « Ἰχθῦν namque Latinè piscem, sacris litteris, majores nostri hoc interpretati sunt ex Sibyllinis versibus, colligentes quòd est Jesus Christus Filius Dei salvator, piscis in suâ passione decoctus, cujus ex interioribus remediis, quotidiè illuminamur, et pascimur. » Posterior significatio est extinctionis seu debilitationis earum partium, quæ ad libidinem incitant. Cùm enim faciat *splen* ridere, cogat amare *jecur*, et in Scripturâ, etiam *cor*, Proverb. 4, Matthæi 15, dùm in cinerem et fumum cor et jecur rediguntur, significatio ejus quod dictum est, apparet. Atque huc in hymno, quem in Sabbati Matutino Ecclesia concinit, respexisse videtur S. Ambrosius, cùm ait:

Lumbos jecurque morbidum
Adure igni congruo,
Accincti ut sint perpetim,
Luxu remoto pessimo.

QUÆSTIUNCULA XXXIV.

JECORIS HUJUS EXEMPLO, POSSINTNE SENSILIA, CONTRA DÆMONES, ALIA QUÆDAM REMEDIA PROBARI?

Antimonium, contra omnes penè morbos

laudat nova eorum, qui Paracelsistæ dicuntur medicorum hæresis. Ego verò, quod contra dæmonia nobis præsidio sit, antidæmonium jam requiro. Et spiritale quidem potissimùm est, sed de eo, quod sub sensum cadit, ut jam agatur, facit nostri jecoris incensio. Sunt enim, qui omne quod corporatum, et sensile sit, id contra dæmonas cassum prorsùs et enerve censeant, ut ipsæ Paracelsistarum parens Theophrastus Paracelsus, qui parte 9 Philosophiæ; tria tantùm, quæ dæmonas exterminent, remedia nobis à Christo Domino data contendit, *potestatem* scilicet quamdam immediatè ab illo manantem, deinde *orationem et jejunium*, et libro occultæ Philosophiæ, *paucos hactenùs dæmonas expulsos*, ait, *quia cæremoniæ*, quæ sensus videlicet ferire solent, *adhiberentur*, tandemque eò progreditur, ut dicat, «Theologum nullum, nisi magiæ peri-«tum dæmonas ejecisse.» Contra verò, alii fumos, herbas, lapides, arma, verba, et id genus alia magnis, ad exigendos vel abarcendos dæmonas laudibus efferunt. Pervulgatam sanè inquit Abulensis, 1 Reg. cap. 16, quæstiun. 43, esse opinionem suffumigationibus dæmonia profligari. Et lib. 25, capite 2, Plinius: «Ple-«rosque, ait, video existimare, nihil non «herbarum vi effici posse, sed plurimùm «esse vires incognitas.» De reliquis postea. Nam corpora hæc antidæmonica, possunt bifariàm considerari, generatim et speciatim. Prior modus jam tenendus, et primò quidem à Paracelso quæro, an expellendorum dæmonum potestas ita simpliciter à Christo Domino manet, ut nihil omninò, quod sensus incurrat, adhiberi oporteat, an secùs? Si nihil omninò adhiberi oporteat, Divi Pauli sudaria vel semicinctia frustra et vitiosè adhibita sunt Actor. 19. Lege reverendissimi Baronii tomum primum, anno Domini 56. Si secùs, cæremoniis bellum cur indicit? Non commemorabo vetustissimos impositionis manuum, exsufflationis, adjurationis, aliosque generis ejusdem ritus, sed Paracelsum suis ipsius verbis constringo. Vult enim eodem libro, ut ad orationem cogantur dæmoniaci: et cogendi modum hunc præscribit, ut ipsis per crucis modum, incumbat quispiam. Non reprehendo cæremoniam, quæ nonnullam Eliæ imitationem, 3 Reg. 17, continere queat, sed hoc ago, cur post Christum Dominum, à nemine, quod quidem nòrim, usurpatam, ad expellendos dæmones cæremoniam usurpet, usurpatas verò à plurimis, extirpet? quæ ipsi videlicet exagitant, ea sola placent novatoribus. Jam quod à solis magiæ peritis theologis, dæmonas ejectos asserit, si malam in partem magiæ nomine utitur, est in Ecclesiam christianam nimis quàm contumeliosus, dùm insigne aspellendorum dæmonum divinitùs datum munus, ad infames damnatasque artes revocat. Si verò bonam in partem, prout magi dicuntur, qui ab oriente Dominum adoraturi venerunt, magiam vocat, contra cæremoniarum sanarumque rerum usum, non modò nihil dicit, sed eum potiùs astruit. Quemadmodùm enim tetri detestabilesque magi tetras detestabilesque cæremonias et res, suis in molitionibus, et præstigiis adhibent, ita è contrario eruditi, sanctique magi eruditas sanctasque cæremonias et res, in exorcismis, verisque miraculis. Qui verò suffumigationibus, herbis aliisve meris corporibus aut corporum certè qualitatibus, tantam in spiritus vim tribuunt, unà illà superiùs allatà Jobi sententià et adjunctà ratione satis refelluntur. Sed notandum, omnium rerum naturalium, quæcumque est adversùs dæmonas vis, eam alterutro isto generi contineri. Vel enim secundariò et indirectè illos oppugnat et ejicit, vel primariò et directè. Prius accidit, quando ut in lunaticis, de quibus Matthæi 17, humores et corporis affectiones, quibus maximè oblectatur et abutitur dæmon, persanat. Verbi causà, melancholicos et uvidiores. Sublatà enim materià, et veluti fundamento, cui ille innitebatur ac immorabatur, ei ut excedat, imponi quædam videtur necessitas, prout lib. 2, de quintà essentià Lullus, et lib. 2, de naturæ miraculis cap. 1, Leminius. Parque itidem ratio videtur, si corpus, quod vexatam ab illo rem circumstat, vel etiam, quod ipse assumpsit, ita immutetur ut ipsius proposito et energiæ inimicum sit. Sed consultò dixi *videtur*, quia verè optimos etiam humores depravare, optimà corporum temperatione abuti nequam spiritus potest, in eàque commorari. Posterius verò, ut primariò et directè dæmon ipse petatur, fit quando, latentiore quàdam vi, corporatæ res, tanquàm divinæ manûs instrumenta, in ipsosmet spiritus agunt. Breves ergo conclusiunculæ sex istæ sint: I. Nullas cæremonias, aut quæ in sensus incurrant res nullas contra dæmonas valere, falsum est. — II. Falsum quoque meros fumos, herbas aliaque corporata, contra eosdem immediatam ullam vim habere.— III. Sed verùm cæremonias, et corpora, vel quæ ab iis sunt, sensiles qualitates, si cum spiritualibus quibusdam viribus

jungantur, valere plurimùm. — IV. Verùm item, corporata et spiritalia ista conjuncta valere plurimùm, sed ita interdùm benè ac religiosè, interdùm malè ac superstitiosè suscipiantur. — V. Verùm etiam, benè ac religiosè ista suscipi, quoties à supernaturali Dei angelive boni concursu vim accipiunt : malè ac superstitiosè, quoties à dæmonis opitulatione. — VI. Sola ex omnibus, hoc incensi jecoris exemplo, approbari possunt, quæ duo ista conjuncta habent, et à Dei angelive boni concursu vim accipiunt. Cætera omnia cognationem isto cum exemplo nullam habent.

QUÆSTIUNCULA XXXV.

ANTIDÆMONICORUM SENSILIUM ISTO CUM EXEMPLO COGNATIO INTERNOSCI QUOMODO POSSIT?

Primò videndum, an istiusmodi sensilia dæmonum vim verè frangant, eosque aspellant an non. Multa enim anicularum, et imperitorum, nimisque credulorum vulgus interdùm asserit, quorum solida constansque veritas nulla. Temerè autem hujuscemodi narrationibus assentiri non esse philosophi, multò minùs theologi. Si ergo verè dæmonibus nihil ista obsistant, perspicuum satis est, ab jecoris hujus, quod, ut supra dictum, efficacitatem veram habuit, cognatione longè abesse. Si verò verè obsistant, jam secundò videndum, sitne Dei angelive beati, an infelicis illius cooperatio et concursus. Si prius, habet cum exemplo isto cognationem. Si posterius nullam, ut ex supra dictis clarum. Sed rursùm quæritur, quomodò ista, quæ sensu nullo percipitur cooperatio, internoscatur, divinane sit vel angelica, vel dæmoniaca? Doctè prudenterque noster de Valentiâ, 2-2 disp. 6, quæst. 13, punct. 3, docet unde partim hoc, partim an sit naturalis vis, internosci non queat; deinde unde queat. « Non quit è solâ causæ etiam « apud eruditos, ignoratione, non è solâ pro« ducti effectûs præstantiâ; non è solâ, quâ « ordinariè ad effectum esse debet, neque jam « est, causæ proportione; non è solo dæmonis « indicio, non è solâ ejus qui operatur vitâ « impuriore, non demùm è solo fine malo; sed « vel è solo operandi modo; vel è solâ causæ « conditione, et circumstantiâ, vel è solâ effe« ctûs conditione et circumstantiâ, vel ex ipsâ « denique communi experientiâ. » Putarem, ut quod videtur paucis dicam, primò spectandum an res quæ antidæmonica dicitur, ex naturâ suâ sit vel bona vel mala, vel indifferens? Si mala, conjecturis aliis quid opus? Nihil ei cum jecore nostro similitudinis, quia hujus incensio per se mala non est. Si bona vel indifferens, pergendum porrò, et spectandum, quinam rei talis, contra dæmonas, usum vel adhibeant, vel adhibendum primò censuerint, quâ homines eruditione, prudentiâ, religione, integritate, rursùm cujusmodi modus in illo illius rei, usu teneatur, an philosophorum theologorumque placitis consentaneus, an perspicuè improbus, an dubius. Spectandum etiam, quod vel unius alicujus boni sapientisque viri, vel, fieri si potest, quod plurium totâ istâ de re judicium sit, vel qui omnium optimus et certissimus canon, quænam Ecclesiæ ipsius, vel in aliquo decreto, vel in usu longè latèque, aut pridem admodùm et constanter recepto, sententia sit. Si qui rem illam adhibent, homines scelerati sunt, si in modo vanitas aut vitiositas inest aliqua; si sapientium vel Ecclesiæ judicia eam improbent, ab exemplo isto dissidere, penitùsque dissonare, numquid non judicanda? Et forent ista generatim satis, nisi de antidæmonicis quibusdam remediis plusculùm quid quidam requirerent.

I. *De suffitionibus.*

Est et hodiè harum in exorcismis quibusdam, usus. Nam in libro, qui *dæmonum Flagellum* inscribitur, exorcismo 3° præcipitur, ut ignis ac sulphur accipiatur, isque tamdiù, quoad super iis quæ ab eo interrogantur apta veraque respondeat, suffiatur dæmoniacus. Et exorcismo 4° ut benedicta ruta energumeni naribus admoveatur. Exorcismo 6°, ut accipiatur sulphur, galbanus, assa fœtida, aristolochia, hypericon, et ruta omniaque propriâ benedictione benedicantur, in ignemque projiciantur. Quia verò cum « hisce rebus « sacræ ad Deum preces conjungantur, possunt « huic nostræ suffitioni non immeritò similes « videri, » ut non directè tantùm et primariò energumenorum corpora immutent, sed ipsos etiam dæmonas, per mixtam illam, de quâ supra, efficientiam. Refert 2, d. 8, a. 5, ad 4, D. Thomas herbæ cujusdam fumo effici, ut trabes videantur serpentes. Cæterùm fugat odore ipso cominùs serpentes serpillum, ut ait lib. 20, cap. 22, Plinius : nasturtium similiter ibidem c. 13, itemque galbani accensi nidor apud eumdem lib. 12, cap. 26, animi defectionem, morborumque contagionem teterrimi coriorum cornuumque fœtores, uti docet lib. 2, c. 10, Levinus. Si

divinum ergo hisce rebus quidpiam, bono receptoque usu, connexum esset, cur aliquam iis, contra dæmonas efficientiam negaremus? Et verò non in solo Tobiâ, sed in aliis etiam scriptoribus et ritûs et efficientiæ hujus nonnulla extant adhuc vestigia. Nam Josephus lib. 8 Antiquit., cap. 2, indicat, è Salomonis exorcismorum, quos cum cætero sapientiæ ornatu à Deo ille acceperat, vetustissimâ formulâ, fuisse dæmoniacorum naribus radices quasdam admotas, ut earum fumis et odoribus, ipsi eorum corporibus, dæmones extraherentur. Targum Chaldæus Cantic. 4, ver. 6: « Omni ait, tempore, quo populus domûs « Israel tenebat, manibus suis, artem patrum « suorum justorum, fugiebant dæmones no« centes, tenebriones, et matutini, et meri« diani de medio eorum, eò quòd majestas « gloriæ Domini residebat in domo sanctuarii, « quæ ædificata est in monte Moriah; et om« nes dæmones et spiritus nocentes fugiebant « ab odore incensi aromatum. » Sive is odor esset ille, qui quotidiè in thymiamatis altari fiebat, sive qui in sacrificiis quibusdam, sive ex aromaticis quibusdam radicibus alius aliquis, prout res postulâsset. Sanctus etiam Justinus dialogo cum Thryphone, à Judæorum exorcistis, thymiamata et vincula dæmonibus expellendis adhiberi solita, testatur.

Tria tamen sunt, quæ istiusmodi suffimenta displicere, et ut Exod. 5, vers. 21, loquebantur nonnulli, fœtere potiùs faciant. Primum quòd hoc ipsum in Judæorum exorcistis reprehendere videatur eo loco S. Justinus; simulque affirmare, idem à gentilium exorcistis factitari. « Exorcistæ, ait, vestri eâdem, « quâ etiam apud gentes, arte adhibitâ adjurant, « incensisque odoribus, et vinculis utuntur. » Alterum, quòd hujuscemodi odoribus invitari potiùs dæmones videantur, idque, ut ait S. Augustinus lib. 20 Civ., cap. 22: « Non quia « nidore ac fumo, sicut nonnulli vani opinan« tur, sed hominum pascuntur erroribus. » Tertium, quòd anilis videatur superstitio, eos arbitrari fumo terreri, qui et corporis expertes, et aterrimo pridem fumo, caligini et flammæ assuêrunt. Narrat, qui Germanicè conversus est Matthiolus, hypericum à mulierculis, circum puerperarum lectos incendi ut spirituum istorum injuriis obsistatur. « Hyperici, ait lib. « 2 de quintâ essentiâ Lullus, quod aliàs dici« tur *fuga dæmonum*, seu *perforata* fumigatio « seminis, fugat omnem dæmonem appropin« quantem corpori vel domui. » Primum tamen illud fœtoris nihil exhalârit, si adverterimus, Justinum Judæis non simpliciter odorum incensionem vitio dare, sed eam, quæ absque Dei veri invocatione, fiebat, quasi solâ istarum rerum naturâ, et arte humanâ depelli possent dæmonia. Cùm enim dixisset, solo prophetarum vel aliorum veteris Testamenti sanctorum hominum nomine ista non pelli, adjunxit: « At si quis fortè vestrûm, *Dei* Abraham, *Dei* « Isaac, et *Dei* Jacob nomine illa adjuret, for« tassis obtemperabunt. » *Si quis,* ait, quasi nullus id, vel rarus certè tum faceret, ideòque apponit, *fortè,* et subdit: *Jam verò exorcistæ vestri*, etc., quasi clarè diceret: At Dei nomine, vestri exorcistæ dæmonas non adjurant, sed potiùs artem, uti gentiles, quamdam adhibent, odoresque incendunt. Et isti fortè sunt, quos *impostores* vocat Ulpianus l. *Præses.* § *Medicos. ff. de extraord. cognit.* Alterum similiter expeditur. Nam cùm thymiamata, in Deorum vel dæmonum potiùs honorem, adolentur, iis nequissimi spiritus eo, quo rectè S. Augustinus dicit, modo prolectantur. At eæ, quæ cum Tobiticâ congruunt, suffitiones, in illorum detestationem, et contra ipsos, excitantur, et quidem, non ut propitiati placatique obesse desinant, aut non incipiant; sed ut vis et tormentum iis quoddam adhibeatur; ut vel inviti ac repugnantes, non solâ naturali, quæ nimiùm infirma vel potiùs nulla foret, sed cœlesti divinâque manu extrudantur. Tertium ostendit, quod sæpè jam dictum, solâ naturali corporearum rerum facultate dæmonas amoliri velle, vanum et superstitiosum esse, nisi fortè, uti antea etiam expositum secundariò et indirectè, dùm vel energumenorum corpus, vel cubiculi, locive alicujus aer, aliter quàm vellet dæmon, afficitur et immutatur.

II. *De radicibus et herbis.*

Describit lib. 7 Belli, c. 23, Josephus radicem quæ *Baaras* dicebatur. « Hæc, inquit, sta« tim ejicit, quæ vocantur dæmonia, etiamsi « ægrotantibus tantùm admoveatur. » In Antiquitatis verò lib. 8, cap. 2, plures hujuscemodi radices à Salomone indicatas refert, ex quibus, quin *Baaras* illa fuerit, nihil dubii; sed ecquæ aliæ? hypericon, hâc in re, tantâ quidem vi præditum censent, ut id apud se semper gestent, variis in ædium partibus collocent, fugam dæmonum idcircò, quemadmodùm supra Lullus dicebat, appellitent. Narrat lib. 4 Enarrationum Dioscoridem Amatus Lu-

sitanus *thapsiam,* apud Conimbricenses, dæmonibus infestam adeò haberi, ut proverbiali quasi elogio ipsam ita loquentem faciant : *Eu sumo tom, que diabo fuge, donde eu som,* id est : « Ego sum *thapsia* , quam diabolus fugit, inde « ubi ego sum. » Plinius lib. 25, cap. 4, pæoniam nigram Faunorum , in quiete, ludibriis mederi narrat. At Fauni , quid nisi diaboli sunt? ut ait S. Hieronymus in S. Hilarione, D. Augustinus lib. 15, Civit. 23, Cassianus lib. 7, cap. 32, Apuleius lib. de Virtutibus herbarum, cap. 71, « herbæ, ait, verbasci virgultum, qui secum portaverit, nullo metu « terrebitur, neque bestiæ, neque occursus « mali molestabunt hunc. » Apud Ovidium Fast. 6, cuidam quidam, magno pro munere :

Spinam, quâ tristes pellere posset
A foribus noxas (hæc erat alba) dedit.

Dioscorides lib. 1, cap. 100 : « Fama, inquit, « est rhamni ramos, valvis atque fenestris « impositos, veneficia depellere. » Et similiter, sub januæ limine, rhamnum , laurique ramum , posuisse Bionem scribit libro de sapientibus Hesychius Illustribus. Annumeratur à quibusdam artimesia rubea, sedum majus, quod vulgò *barba Jovis* vocatur, solisequium , levisticus, hyssopus, salvia, pulegium, sambucique folia. Et hujuscemodi herbas agnoscere videtur apud Gratianum, cap. *Dæmonium*, 26, q. 7, D. Hieronymus, vel quia apud Polycarpum D. Hieronymi quidem umbra, quisquis ejus canonis auctor est. « Dæmonium, inquit, « sustinenti, licet petras vel herbas habere sine « incantatione. » Fabarum etiam, nigrarum præsertim, contra improborum spirituum spectra, robur celebravit antiquitas, dùm, ut in Fastorum 5 legitur, eas aversus quispiam jecit, et

Hæc ego mitto.
His, dixit, redimo, meque meosque fabis.

Ego sanè, cur herbarum istarum aliquas, in antidæmonicis, quas tradidit Salomon, Salomoni Deus, inficiari possim, causæ nihil habeo ; easdem tamen absque aliquâ precum sanctitate acceptas , nullâ, contra dæmonas , nisi fortè, ut supra dictum, indirectâ, potestate esse arbitror, et majorem tamen de iis ipsis adhuc vel auctoritatem vel experientiam requiro, quin et superstitiosè, ut ex August. lib. 21 Civit. c. 6, postea dicam, à gentilibus, aliisque interdùm usitatas existimo. Quid enim fabæ, et fabæ nigræ? In ipsâ etiam illâ *Baaras* radice, duo mihi, apud Josephum, nequaquàm placent. Unum est, oportere dùm ea evellitur, semper aliquem mori; sive is homo, sive pro homine canis quispiam sit. Quis credat? Illi, opinor, qui apud Plinium lib. 25, cap. 4, Pœoniam præcipiunt eruere noctu, «Quoniam si pi« cus Martius videat, tuendo, in oculos impetum « faciat ; » cùm et idem Plinius lib. 30, cap. 2, Appionem rideat, quòd nugaretur, « Cynoce« phaliam herbam, quæ in Ægypto vocaretur « *Osirites*, divinam esse contraque omnia ve« neficia valere ; sed si ea erueretur, statim « eum qui eruisset, mori. » Alterum, dæmonia esse malorum hominum spiritus, quasi desertores angeli non sint, de quibus contra Tryphonem S. Justinus , nisi vocaret Josephus *malorum hominum spiritus* eos qui ad malum homines impellunt. Fauni verò quibus pœoniam illam mederi aiebat Plinius, non sunt vera dæmonia, sed morbi carotici aliquid, apoplexiæ vel epilepsiæ prodromus, qui *suppressio nocturna* et *ephialtes* alio nomine dicitur, ideòque et herba ipsa , *ephialtion.* A dæmonibus tamen, qui apud Themisonem et Arginetam , idcircò pingamones vocati sunt, hasce suppressiones proficisci, è vulgo sunt, qui putant.

III. *De lapidibus.*

Petras nonnullas dæmonibus esse adversas canon antea citatus ostendit. Dionysius in Periogesi deprædicat *iaspin*, quòd sit « ini« mica empusis, et idolis, seu dæmoniacis spe« ctris aliis. » Apud Psellum verò et Eugubinum, lib. 8, cap. 28, Chaldæorum sententia, est : « Cùm venientem dæmonem terrestrem « videbis, sacrifica lapidem *mnuzirin* excan« tans. » Et fortè id nominis accepit iste lapis, quòd sit *menos tsarim,* vel *tsirim*, vel *zeirim,* id est, *fugans adversarios dolores*, seu *pilosos*, seu dæmonas, prout istos interpretatur D. Hieronymus in Ezech. 35, et Isai. 13. Sed præterea, quæ generatim superiùs allata, de his mihi nihil. Verba divi Augustini, quæ antea promisi, opportunè nunc appendam : « Illiciuntur, ait lib. 21 Civit. cap. 6, dæmones « ad inhabitandum , per creaturas quas non « ipse, sed Deus condidit, delectabilibus pro « suâ diversis, non ut animalia cibis, sed ut « spiritus signis, quæ cujusque delectationi « congruunt per varia genera lapidum, her« barum, animalium, carminum, rituum. »

IV. *De armis.*

Gladios et tela dæmonibus esse formidabilia innuit Odyss. Homerus, et Æneid. 6,

Virgilius, idemque Armeni cujusdam exemplo confirmat Psellus lib. de Dæmonibus, et ex eo Rhodiginus lib. 2, cap. 8. Atque hæc fortassis opinio Scythas, ut magnum veluti numen, acinacem venerarentur, impulit, quemadmodùm scribit initio lib. 1, S. Epiphanius, Clemens Protreptico, Lucianus Jove Tragœdo, et Ammianus lib. 31. Et nostro tempore, «multi, ait in Æneid. 6, Hortensius, asserunt, ferri aciem dæmonas reformidare, et «reipsà compertum est; et novi, quibus hoc «ipsum nocturnis horis accidit.» Sed si, ut in scholis jam cantatissimum, corporis expertes hi genii sunt, ferrum ullum cur formident? Qui, ut in fabulis Achilles, vulnerari non posset, imò qui thorace, armisque cæteris egregiè obtectus esset, ensium pugionumque aciem non pro nihilo duceret? Et sanè, quid fulgentis gladii aut color aut vibratio, quod non terrere, sed vel aliquo modo dæmonem impedire possit, efficiat? Qui verò istis se armis defendere voluerunt, etsi cessisse dæmon videretur, grave tamen accepisse detrimentum, indicio sunt, quæ citatus addit Hortensius: «Novi, ait, quibus hoc ipsum nocturnis horis «accidit, sed cum magnâ adversæ valetudinis «conflictatione.» Neque verò ullum pium, prudentemque virum istâ defensione usum unquàm audivi: neque in Ecclesiâ Catholicâ usquàm probatum, ut mihi ad Tobiæ jecur accedere nihil videatur. Posset tamen fortassis movere aliquem Salomon, dùm Canticorum 3, vers. 8, *circa lectum suum sexaginta* gladiis accinctos, *viros circumstetisse* ait *propter timores nocturnos*. Etsi enim arcanum quidpiam et spiritale significatur, ad morem tamen hunc alluditur, ejusque cùm usus, tum utilitas innui videtur, prout perspicuè ibi docet Chaldæus Paraphrastes, in quo sic: «Sacerdotes «et Levitæ et omnes tribus Israel universi ap«prehendunt verba legis, quæ comparatur «gladio, et prævalent et confortantur in eâ, «sicut fortis, qui accinctus est gladio super «femur suum: et ideò non timent à spiritibus «nocivis, et dæmonibus, qui ambulant in «nocte.» At sanè *timores nocturni* videntur ii appellari, ob quos, apud reges, et in castris, excubiæ, vigiliæque sunt, quòd insidiis opportunum maximè, nocturnum tempus sit, ideòque Hebraicus textus vocat *timorem in noctibus*, id est, qui tunc evenire solet, aut certè, ne eveniat, timetur. Chaldæus verò Paraphrastes Judaicam sui temporis opinionem refert, quæ nisi aliunde constabiliatur, me quidem certè digladiari non faciat, neque verò, ut pro me gladium quisquam stringat, optare. Multò illa S. Benedicti virga, de quâ lib. 2 Dial. cap. 4, D. Gregorius, dæmoni formidabilior. Eâ siquidem percussus, quem à Psalmorum precumque aliarum penso, niger crebrò puerulus abducebat, «deinceps ad orationis studium, im«mobilis permansit, sicque antiquus hostis «dominari non ausus est in ejus cogitatione, «ac si ipse percussus fuisset ex verbere.» Ipsius enim sancti Patris verbis, ejusdem judicium indico.

V. *De luce, igne, sanguine, januisque clausis.*

Lucem lucifugis tenebricolisque spiritibus esse perinvisam quis non opinetur? Etenim *omnis qui malè agit, odit lucem*, Joan. 3, et illi *tenebrarum rectores* ab Apostolo Ephes. 6, dicuntur à Davide Psal. 90, nocturna dæmonia, seu *perambulantia in tenebris:* itemque à Targum Chaldæo Cantic. c. 3, v. 8, et c. 4, 6. Solent præterea noctu, et in tenebris, multò et crebriùs et libertiùs, quàm interdiu et luce, apparere, quemadmodùm lib. 2, cap. 57, n. 7, notat Cantipratenus. Putant ergo interdùm nonnulli, si candelas accendant, tutiora esse omnia. Sed etiamsi collucerent funalibus omnia, cur dæmones extinguere, subitòque difflare omnia non possint? Et sicut nocturna dæmonia sunt, nonne etiam, iisdem, et ibidem testantibus, *diurna et meridiana* sunt? nonne in angelos sese lucis transformant, 2 Corinth. 2?

Ignem iisdem spiritibus horrori esse putant nonnulli, quòd æternis ipsi flammis addicti sint, et apud S. Paulinum, qui ab hæreticâ imperatrice, ad S. Ambrosii exitium, missi erant, dæmones, re infectâ, redierunt, *quòd*, ut aiunt, *ignis insuperabilis*, sanctum illum, totamque ejus domum communiret, eo scilicet modo, quo lib. 2, c. 12, *paradisum igni circumvallatum*, dixit Lactantius. Ad hæc narrat lib. 8 Tripart. c. 8, Sozomenus Apelli, viro castimoniâ et sanctitate præstanti, cùm faber ferrarius esset, noctuque ferrum accuderet, in formosissimæ mulieris formâ, ut ad libidinem eum proliceret, dæmonem apparuisse; sed illum candens illicò è fornace ferrum extraxisse, ejusque faciem impegisse; sicque hunc ejulantem frementemque dicto citiùs fugisse. At certè multò quàm salamandra ulla, minùs ignem ille nostrum exhorrescit, imò ne tartareum quidem pili faceret, nisi quia divinæ justitiæ instrumentum est, cruciatorum ab illo vim persentisceret. Nec refert quòd noster

illius monimentum et signum aliquod esse possit. Nam neque ad hoc significandum ille institutus est, neque ratio esset cur similiter gladios, hastas, patibula, vermes, aliaque omnia, quæ divinæ ad eos puniendum justitiæ signa esse possunt, non extimesceret. Quis verò sanctos ignis circummuniat, in Zachariâ, c. 2, explicatur : *Ego, ait Dominus, ero ei murus ignis in circuitu.* Apellis verò ferrum, fidei castitatisque igne candefactum, divinam vim accersit, eaque femineum illud spectrum, tanto cum ejulatu et fremitu, tam subitò in pedes coegit. Cæterùm de humano sanguine apud Ludovic. Banairolum in Enneade muliebri, c. 2, legitur, si menstruo cruore domûs alicujus postes tinguntur, dæmoniacis magorum artibus et insidiis aditum omnem præcludi ; et refert, in anni 1586 narratione historicâ, Michael Isseltius, fuisse in Livoniâ locum, ubi nimbis, tonitribus ac tempestatibus immane dæmones baccharentur, nisi in lacum, qui ab Odepe decem circiter milliaribus distat, innocentium quorumdam sanguinem infunderent rustici. At vana hæc omnia, ejusque opera sunt qui est *homicida ab initio,* cui nulla humano sanguine promulsis gratior victima nulla jucundior. Unus innocentis Agni effusus pro mundi salute sanguis est, qui suâ virtute dæmonas omnes assiduè cruciat, ubique perterret, undique profligat et exturbat.

Si cubiculorum januæ seris et repagulis firmè communirentur et clauderentur, crediderat aliquando Alexander ab Alexandro, sibi à lemuribus seu dæmonibus istis nocturnis, molestiam et periculum creari non posse. Sed quàm allucinatus fuerit, narrat ipsemet lib. 5, c. 2 : « Reverà, inquit apud S. Athanasium « D. Antonius, si fuissent hoc fragili corpore « colligati, obserato introitu iisdem negaretur « accessus. Cùm autem hoc impedimento sint « liberi, et obstructa penetrent, atque in omni « licenter volitent aere, manifestum est ob « enervationem eorum, permanere Ecclesiæ « corpus illæsum. »

VI. *De verborum contumeliis et conviciis.*

Apollonio Thyanæo Caucasi juga pertranseunti, diabolicum sese phantasma objecit. Id verò ipse gravibus contumeliosisque verbis insectabatur, sociosque ut idem omnes facerent, admonebat. Stridens ergo phantasma illud, idoli cujusdam instar, evanuit, ut apud Philostratum, lib. 2, legere est. Adhibent etiam hodiè blasphemias et juramenta nonnulli, prout planum fieri posset exemplis non remotissimis. Sanè verò jacta in dæmones convicia superbissimis spiritibus non possunt non esse molestissima, quæ etiam sancti usurpârunt, ut apud S. Athanasium S. Antonius, qui et in ejus quandoque apparentis os, imò è pulmone, fœdissimum, quod potuit, putum ingessit. Et in exorcismorum formulis, quæ conviciorum plaustra ? In Flagelli exorcismo quarto insunt hæc : « Spiritus immunde, miserrime, tentator, fallax, pater mendacii, hæretice, fatue, « bestialis, furiose, tui creatoris inimice, « luxuriose, insipiens, crudelis, inique, prædo, « bestia, serpens, et sus macra, famelica et « immundissima, bestia eruginosa, bestia scabiosa, bestia crudelissima, bestia omnium « bestiarum bestialissima, ejecte de Paradiso, « de gratiâ Dei, de loco inenarrabili, de consortio, et societate angelorum, creatura « damnata, reprobata, et maledicta à Deo in « æternum, ob superbiam et nequitiam tuam, « scelerate et nefande, maledicte et excommunicate, blaspheme, damnate atque damnande. » Priscique hujus moris index etiam Prudentius contra Symmachum :

Intonat antistes Domini, fuge, callide serpens,
Exue te membris et spiras solve latentes :
Mancipium Christi, *fur corruptissime, vexas.*

Si tamen verâ fide, prece, divinoque auxilio, quantùmvis atrocia id genus maledicta vacent, contra hostes tantos, quid nisi hastæ ficulneæ sunt ? Irritarentur illi potiùs, et ad ulciscendum provocarentur, quemadmodùm apud Poetam, cùm per probrum exclamâsset unus... :

O veræ Phrygiæ, neque enim Phryges, illicò
Talia jactantem, dictis ac dira canentem
Non tulit Ascanius, nervoque obversus equino
Contendit telum.

Jurare verò et blasphemare, dæmonem non modò non pellit, sed accersit potiùs, ut apud Cassianum lib. 12 Instit. cap. 20, monstrant exempla. Narrabat, me audiente, bonus et doctus sacerdos, sibi noctu quòpiam in curru proficiscenti spectra quædam objecta, tum verò aurigam varia cœpisse juramenta effundere. Sed solâ sanctæ crucis sacrarumque precum, quæ sacerdotis arma erant, vi profectum aliquid fuisse. Vide canonem *Non observetis*, 26, q. 7.

VII. *De characteribus et arte dæmonum expultrice.*

Rabbi Elias Thisbi : « Consuetudo, inquit, « inter nos Judæos Germanos inolevit, ut fa-

« ciamus circulum, per circuitum, in parieti« bus cubiculi, in quo jacet puerpera, cum « cretâ aut carbone, scribamusque in singulis « parietibus : *Adam, Havah, Chutz Lilith;* at« que in ostio cubiculi interiori scribamus no« mina trium angelorum qui sunt *Senoi, San« senoi et Samangeloth,* quemadmodùm tradi« dit illis ipsa Cilith eà horâ quâ voluerunt « eam suffocare in mari. » Habent iidem Judæi chartas, in quibus, ex Deuter. 6, precatio, quæ *keriath schemah,* dicitur, est, et quas *Thephilin* vocant, quibus noxia sese omnia fugare arbitrantur, idque disertè tradit Paraphrastes Chaldæus Cantic. 8, v. 3, dùm Israeliticam synagogam ita loquentem facit : *Ego electa sum, præ omnibus populis, quia ego alligo thephilin lævæ meæ manui, et capiti; chartulaque affixa est lateri dextro portæ meæ, cujus tertia pars respicit thalamum meum, ut facultas seu licentia non sit noxiis dæmonibus ad perdendum me.* Sed primæ illæ de Lilith litteræ, nugarum mendaciique plenæ sunt; hæc verò sacra quidem verba continet, sed à perfidis perfidè gestantur et profanantur. Ars verò dæmonum expellendorum suis et etiamnùm aliqua videtur. Sic enim lib. 8 Antiq. c. 2, Josephus : Πάρεχε αὐτῷ μαθεῖν τὴν κατὰ τῶν δαιμόνων τέχνην, εἰς ὠφελείαν καὶ θεραπείας τοῖς ἀνθρώποις. Idemque testatur citatus Targum Cant. 4, v. 6, et *justorum Patrum artem* vocat. Flagellum dæmonum hujus etiam artis ratio meminit, quæ aliud nihil est quàm certa quæpiam vel ea quæ, contra dæmones, facienda et adhibenda, Deus, vel angeli, vel boni, periti et sapientes viri docuissent, quemadmodùm et apud S. Justinum Dialogo cum Tryphone, hujus imitatrix et æmula, vana et superstitiosa Judæorum et gentilium disciplina, prout supra jam auditum. Vellet fortassè lector, de probis phylacteriis plura, sed quam de amuletis disputatiunculam alio quodam loco tractavi, evocare hùc me oporteret. In propositi textûs quæstiunculis progredi satiùs. Vide Gretseri nostri lib. 2 de Cruce c. 16, ejusque Paralipomena, fol. 186 et sequentibus.

QUÆSTIUNCULA XXXVI.

QUOMODO A S. RAPHAEL APPREHENSUS ASMODÆUS?

Solus è Chaldæo Latinus textus apprehensionem istam memorat. Pro eâ in Græco et Hebræo est, *Asmodæum, posteaquàm fumos illos odoratus est, fugisse in Ægypti finem et loca editissima.* Non videtur verò S. Raphael illum manibus apprehendisse. Licet enim corpus uterque tum spiritus ascititium habuisset (quod de Asmodæo tamen non constat), non erat tamen in Tobiæ cubiculo, illo vespere, S. Raphael, sed Sara sola, prout nuptiarum usus declarat; et si tùm affuisset, quæ facienda erant, omnia Tobiæ statim suggessisset, ideòque dictum fuisset v. 2 : *Audiens itaque Tobias sermones angeli.* Nunc verò dicitur : *Recordatus itaque Tobias sermonum angeli.* Virtute igitur imperioque suo eum apprehendit, quemadmodùm et angelus *habens clavem abyssi, apprehendit draconem serpentem antiquum,* Apoc. 20.

QUÆSTIUNCULA XXXVII.

QUOMODO ASMODÆUS LIGATUS?

Non hoc tantùm loco, sed Matthæi etiam cap. 12, Marci 3, Apocal. 20, ligantur dæmones. Et fit hoc bifariàm : primò corporaliter, si quæ ipsi corpora sibi adjunxissent. Quamdiù enim illa retinent, tamdiù per ea vincti et colligati esse possunt. Secundò spiritaliter, idque duobus modis : Unus est, quando non sinuntur illi agere quod vellent, uti docet S. Augustinus lib. 20 Civit. 7 et 8, D. Gregorius lib. 2 Moral. cap. 11 et sequentibus, lib. 4, c. 12; Andreas episcopus in Apoc. 20; Cassianus collatione 7, c. 23; Venerabilis Beda, hìc. Alter modus est, quando certo cuipiam loco affiguntur, ut illinc sese commovere, aliòque quòpiam evagari non possint. Atque hanc alligationem ita theologorum nonnulli 4 sent. dist. 44 et 50, dæmonibus ingratam acerbamque putârunt, ut ipsorum in eâ gehennam, ignem infernumque collocarent, imò et in ipsâ tantummodò alligationis hujus prænotione, uti apud D. Thomam videbis 1 p. q. 64, a. 4, ad. 3, lib. 4 contra Gentes c. 90; Abulensem in 25 Matth. q. 306; Cajetanum in opusc. orat. 5. Videtur ergo Asmodæus *priore illo corporali modo haudquaquàm ligatus fuisse.* Neque enim conjectura ulla firma est, cur ullum sibi tùm corpus circumdedisse videatur. Etsi enim Hebræus textus, eo egrediente, thalami ostium patuisse ostendit, fieri tamen id potuit, non ob corpoream illius molem, sed alias ob causas, verbi causâ, ut cùm clausa priùs fuisset janua, eam ipse juberetur aperire, ut certam egressionis suæ notam ederet, aut cùm aperta illa esset, ut excitati commodiùs fumi egrederentur. Deinde nusquàm, quod quidem nôrim, legitur, corporato visibilique modo ullum unquàm dæmonem, tanto, quanto post indicabitur, tempore, materiatis vinculis astrictum fuisse. *Spiritaliter* igitur, *duobus jam indicatis modis, al-*

ligatus fuit. Neque enim ampliùs Saræ ipsiusque sponso et parentibus molestias ullas creare sinebatur, et certa ei sollicitudinum portiuncula, extra quam ne pilum quidem egredi posset, definita.

QUÆSTIUNCULA XXXVIII.

QUARE LIGATUS FUIT?

Non Vulcania hìc vincula, non Promethei in Caucaso clavi, non nervei recentesque Samsonis funes cogitandi; sed quam proposui, spiritalis dæmonum colligatio utraque duobus fieri potest, primò, si divinâ iis potestate concursus ille, quo, ad motionem omnem, res omnes indigent, subtrahatur. « A facie Domini, ait, S. Gregorius lib. 2 Mor. 13, exiit « Satan, qui relaxatus divinitùs ab internâ re« tentionis angustiâ, ad suì desiderium effe« ctum venit. A facie Domini exiit, quia diu « vinculis disciplinæ religata quandoque vo« luntas noxia, ad opus processit. Cùm enim id « quod voluit, implere non valuit, quasi ante « faciem Domini stetit, quia illum ab effectu « malitiæ superna dispensatio coarctavit. » Deinde, si iisdem ab eo, qui in eo jus et potestatem habet, imperetur, ne hoc vel illud agant, ut hoc vel illo loco sese contineant, ut huic vel illi operi operam navent. Duplices verò sunt, qui jus et potestatem hujuscemodi habent, possuntque dæmoniis imperare : Deus et creatura. Hæc verò, vel spiritus est, vel homo. Spiritus verò aut bonus, ut Apoc. 20, vers. 2, aut malus, si hujus, cui imperare vult, princeps sit, prout supra expositum. Homo verò vel à Deo aut bono spiritu imperandi cogendique vim eam accepit, vel ab dæmonum principum aliquo. Prius illud fit, aut præcipuo quodam edendorum miraculorum charismate, aut ordinario quodam officio. Charisma illud in sanctis creberrimè visum, qui in Christi Jesu nomine, dæmoniis et abeundi, et alicubi delitescendi necessitatem imposuerunt. Officium verò in exorcistis nostris cernitur, prout Flagellum sæpiculè citatum indicat, exorcismo 2, 3, 4. Et sunt utriusque generis exempla in promptu plurima, quibus tamen brevitatis gratiâ, supersedendum. Posterius verò, ut à dæmonum principum aliquo dæmonia subdita alligandi potestas habeatur, non fit, nisi nefariâ quâdam cum illo conventione et societate, quam mortalium infelicissimi magi coire solent; sicque dæmonas in annulos includere, certisque operibus et locis addicere. Persequitur id pluribus relectione de Magiâ, Franciscus Victoria, sed ad istud intelligendum satis esse possunt D. Hieronymi de puellâ quam amoris insaniâ, libidinosus dæmon exagitabat, verba hæc : « Perducta à « parentibus ad Hilarionis monasterium seni « traditur, ululante statim et confitente dæ« mone : Vim sustinui, invitus abductus sum, « quàm benè Memphi somniis homines delu« debam ! O cruces, ò tormenta, quæ patior ! « Exire me cogis, et ligatus subter limen te« neor. Non exeo, nisi me adolescens, quæ te« net, dimiserit. Tunc senex : Grandis, ait, for« titudo tua, qui licio et laminâ strictus tene« ris ! » Unde et Augustinus lib. de Divinatione dæmonum cap. 7 : « Fugantur dæmones, « vel etiam, jussis superioribus colligati ab« strahuntur et alienantur à locis suis, ut de « rebus quibus dominabantur, in quibusque « colebantur, fiat voluntas Dei. » D. Epiphanius hæresi 30, cùm christianam Ecclesiam excitare Josephus christianus, lateresque coquere vellet, dicit Judæos incantationibus *ignem ligâsse,* quem tamen *crucis signo* et *aquâ benedictâ* idem Josephus solvit postea. Palladius c. 20 plurimos et ferocissimos dæmones, in Jamnæ et Mambræ sepulcro, per magiam collocatos refert. « Hæc verò divini concursûs « subtractio et ejusdem vel aliorum, prout re« censitum, imperium solet, per tralationem, « vincula, rudentes et catenæ nuncupari. » Sic enim secundæ Petri, cap. 2, legimus : *Deus angelis peccantibus non pepercit, sed rudentibus inferni detractos in tartarum tradidit cruciandos.* Et in S. Judæ Canonicâ, versu 6 : *Angelos, qui non servaverunt suum principatum vinculis æternis sub caligine reservavit.* Apoc. 20, angelus, ut *serpentem antiquum in abysso ligaret,* habebat *catenam magnam in manu suâ,* ubi Andreas : « Catenam, inquit, ad nostram in« telligentiam vocavit operationem, quæ Sa« tanæ malitiam coercet. » Injiciuntur verò hæc vincula vel spiritali tantùm modo, vel symbolis quibusdam, quæ sub sensum cadant adhibitis, cujusmodi sunt res aut verba sacra, de quibus ad rem, quæ modò agitur, per appositum exemplum in Cæsario est lib. 5, cap. 13 : « Retulit, ait, mihi Gerardus præpositus « Pleisensis, mulierem obsessam, multis benè « notam, Sygeberg venisse gratiâ curationis ; « quæ cùm in oratorio S. Michaelis archangeli « de diversis interrogaretur et incideret men« tio de Lucifero apud inferos ligato, respondit « per os ejus diabolus : Stulti, quibus catenis « putatis magistrum meum ligatum in inferno?

« ferreis? nequàquàm. Tria verba posita sunt « in silentio Missæ, quibus ligatus est. Requi« rentibus quibusdam ex fratribus, quæ sunt « illa verba, dicere noluit, vel potiùs ausa non « fuit, sed ait : Afferte mihi librum, et ego vo« bis ostendam illa. Allatus est ei liber missa« lis, et clausus porrectus, quem illa aperiens, « primo ictu canonem invenit, et digitum po« nens super illum locum, *per ipsum, et cum* « *ipso, et in ipso,* in quibus memoria fit sum« mæ Trinitatis, ait : Ecce ista sunt tria illa « verba, quibus ligatus est magister meus. Hoc « audientes ex monachis plures, qui aderant, « scientes mulierem illitteratam esse, ædificati « sunt valdè, vim verborum intelligentes. Per « Patrem enim, et cum Filio, et in Spiritu « sancto, quorum opera indivisa sunt, fortis « ille ligatus est, et vasa ejus direpta. » Asmodæus ergo, angeli Raphaelis jussu, ita vinctus et innodatus fuit, ut intra circumscriptum sibi circulum stare necessariò haberet; neque ut maximè vellet, aliò quòquam vel ad latum unguem excurrere posset.

Ex his verò duo intelligi possunt : Unum, dæmonum ipsorum, quibus tam varia, tot modis, vincula, etiam ab hominibus, injici possunt, vilissima sors et imbecillitas. « Quam, « inquit Eusebius lib. 5 Præparationis, cap. « 6, divinitatem haberent, qui ad tantam mi« seriam dejecti sunt, ut ab hominibus deti« neantur? » Sed pulcherrimè loco citato S. Antonius : « Nos, ait, nec ejus pollicitationi« bus credere, nec minas formidare debemus, « fallit enim, nihilque verum semper promit« tit. Nam si non mendacia cuncta loquere« tur, quomodò talia et tam infinita promit« tens homo crucis ut draco aduncatus à Do« mino est, et capistro ligatus ut jumentum, « et quasi mancipium fugitivum, vinctus cir« culo, et armillâ labia perforatus, nullum « omninò fidelium devorare permittitur? Nunc « miserabilis ut passer, ad ludendum irretitus « à Christo est, calcaneo Christianorum sub« tractus gemit. Ille, qui universa maria à se « deleta plaudebat, ille qui orbem terrarum « manu suâ teneri pollicebatur, ecce à no« bis vincitur, ecce me adversùm se pro« hibere non potest disputantem. » Et D. Augustinus serm. 197 de Tempore : « Si al« ligatus diabolus est, quare tantùm ad« huc prævalet? Verum est, fratres charis« simi, quia multùm prævalet ; sed tepidis et « negligentibus et Deum in veritate non timen« tibus dominatur. Alligatus est enim tanquàm « innexus catenis canis ; et neminem potest « mordere, nisi eum, qui se illi mortiferâ se« curitate conjunxerit. Jam videtur, fratres, « quia stultus est homo ille, quem canis in « catenâ positus mordet. Tu te illi, per volu« ptates et cupiditates seculi noli conjungere, « et ille ad te non præsumet accedere. Latrare « potest, sollicitare potest, mordere omninò « non potest, nisi volentem. Non enim co« gendo, sed suadendo nocet, nec extorquet à « nobis sensum, sed petit. » Et ex eo Cæsarius lib. 5, cap. 52 ; « Diabolus similis est urso « sive leoni ad stipitem ligato, qui licet in ca« tenâ suâ rugiat circumiens, neminem tamen « lædit, nisi quem infra suum circulum ra« puerit; diaboli potestas, catenâ divinæ cohi« bitionis sic arctata est, ut neminem cogere « possit ad peccandum, nisi ad eum ingredia« tur per peccati consensum, secundùm aposto« lum Petrum : *Tanquàm leo rugiens circuit,* « in suâ catenâ, *quærens quem devoret.* Sæpè « sanctos viros terret et impedit, sed nocere « non potest. » Alterum verò quod è dictis intelligitur, est, quid illa *excommunicatio* sit, quâ dæmones interdùm proscribuntur. Cùm enim ecclesiastica apud nos pœna summa sit, excommunicatio major et minor latæ sententiæ, et Ecclesia in dæmones, tanquàm in conjuratos fidelium hostes, jus à Deo habeat, per excommunicationem nihil aliud inferre illis videtur, quàm summam religationis hujus pœnam. Videatur liber secundus Vitæ D. Bernardi, cap. 6. Et videtur simile quidpiam D. Augustinus cogitâsse, cùm *Interdicti* nomine utitur lib. 20 Civit. 7 : « Ab eis, ait, gentibus « seducendis, hujus interdicti vinculo et clau« stro diabolus prohibetur atque cohibetur. »

QUÆSTIUNCULA XXXIX.

UBI LIGATUS IDEM ASMODÆUS?

In *deserto superioris Ægypti,* ait textus Latinus, ἐν ἀνωτάτοις Αἰγύπτου, Græcus, id est, *in altissimis Ægypti,* Hebræus. Possunt verò loca hæc bifariàm sumi, tropicè et propriè. Tropus erit si quispiam locus alius incultissimus et remotissimus significaretur, quemadmodùm adagiis quibusdam dici solet : *Ultra Gades, ad Garamantas et Indos;* itemque *navigare Anticyras, Corinthum,* et similia. Nulla tamen ratio ad istiusmodi tropum nos impellit, ut propterea illam D. Augustini retinere amussim liceat, quæ jubet, propriè Scripturarum verba, dùm aliud nihil obstat, intelligenda. Superior enim Ægyptus apud Herodotum lib. 3, Ptole-

mæum lib. 4 Geogr., Joannem Leonem lib. 8 de Africâ, cap. 2, memoratur, estque illa Ægypti pars, non quæ, uti de Galilæâ dictum alibi, septentrionalior est, sed quæ australior, quòd ex eâ nimirùm delabatur Nilus, et quòd montibus magis abundet; τὰ μεσημβρινώτερα τῶν ἑπτανομίων, inquit loc. cit. Ptolemæus, καλεῖται Θηβαΐς, καὶ ἄνω τόποι. *Quæ in septem nomis seu provinciis australiora sunt, ea vocantur Thebais, et loca supera,* hancque à veteribus dictam *Thebaidem* nunc *Sahid* vocari ait loco cit. Leo, vel etiam *Sait,* uti mavult Aithonus cap. 54, et in Turcico Pandecte Leunclavius, cap. 212. Montes verò enumerat complures idem Ptolemæus, Bascisam, Anagombram, Asyphon, Aspidem, Oglamonem, alios, et Diodorus lib. 2, cap. 3 et 4, simulque locorum illorum vastitatem, horrorem et squalorem explicat; τὰ μεσημβρινώτερα, inquit rursùm Ptolemæus, Νιτριῶται καὶ Οασῖται, διάμμος καὶ ἄβροχος χώρα. *Australiora Nitriotæ et Oasitæ, arenosa pluviisque non irrigata regio.* Et Herodot., τὰ ἄνω τῆς Αἰγύπτου οὐχ ὕεται, *superiora Ægypti non compluuntur,* adeò ut φάσμα, portentumve scribat, si vel semel Thebis pluat. D. Hieronymus in Ezechielis cap. 30: « A turre, ait, Syenes cadent in eâ quæ in extremis terminis Ægypti, « Æthiopiæ, Blemmyarumque confinis est; ubi « Nilus innavigabilis est, et cataractarum fragor, « et omnia invia plenaque serpentum et vene- « natorum animantium. » Et hujusmodi loca indicavit etiam Dominus, cùm Matth. 12, v. 43, ejectum dæmonem dixit ambulare δι' ἀνύδρων τόπων, *per arida et inaquosa loca.* Observant et hoc etiamnum hoc tempore sacri exorcistæ, ut vel in imum inferorum barathrum, vel in tesquas et horridas quasdam solitudines dæmonia, quibus egressum imperant, ablegent, ubi ab hominum cœtu absint quàm longissimè, minoremque illis perniciem afferant. Quemadmodùm leones, pardos, tygrides, aliasque id genus feras procul à nobis, in saltus, speluncas amandavit Deus, sic et dæmonum multitudinem maximam, salutis nostræ causâ in arenas et damnata quædam sola ejecit. Quo factum, ut de S. Antonio, Macario, aliisque veteribus eremorum sanctissimis incolis (quemadmodùm à S. Athanasio, loco citato, Palladio, cap. 20, Cassiano collat. 7, cap. 23, traditum) graviter quererentur dæmones, quòd in sua homines isti loca invaderent, in eaque Christi Jesu crucem et cultum inferrent. Quo detestabilior Bezæ in Matthæi cap. 12, vers. 43, calumnia est, scribentis: « Quantùm in incultis et squalidis locis valeant sa- « tanicæ præstigiæ, docent mala per eremi- « tas et monachos jampridem in Ecclesiam « invecta. » Sed qui Christi Domini virtute, gratiâ et cruce armati, æternum dæmonibus bellum indicere, in domum fortis intrare, ipsiusque vasa diripere ausi sunt, quæ invehere mala potuerunt? Excutiantur historiæ veteres, et per eremitas monachosque in barbaros immanesque populos quàm plurimos, adeòque hanc in Germaniam nostram, christianam fidem importatam, Evangelium propagatum, baptismum, cæteraque pietatis nostræ mysteria illata comperiemus; hæccine mala sunt? Hæretico scilicet mala, quia omnia hæc penitùs sublata, vel certè non nisi depravata et enervata vult, mala, inquam, Satanæ administro crucis Christi adversario, gehennæ lenoni, et, ni resipiscat, æterno æternarum flammarum pabulo.

QUÆSTIUNCULA XL.

QUAMDIU LIGATUS ISTE DÆMON?

Qui dæmonibus laqueos et compedes innectendi potestatem habet, eidem etiam temporis, quo innexos teneri velit, potestas est. Ergo, prout res ususque postulat, dies, hebdomadas, menses, annosve plures aut pauciores attinere ipsos consuevit. *Vidi,* ait S. Joannes Apocalypsis 20, *angelum descendentem de cœlo, habentem clavem abyssi, et catenam magnam in manu suâ. Et apprehendit draconem serpentem antiquum, qui est Diabolus et Satanas, et ligavit eum per annos mille. Non exeo,* clamabat virginis ille apud D. Hieronymum vexator, *nisi me adolescens, quæ tenet, dimiserit.* Quamdiù verò Asmodæum Ægyptiaco carcere inclusum Raphael voluerit, textus nullus effatur. Sed non omninò fortè vanus conjector esset, qui, *quoad vitam Sara et Tobias egerunt,* illìc attentum et obligatum opinetur. Ad eos enim nullo unquàm modo perreptare ipsum decebat, à quibus tantus eum angelus, tot præceptis, tam insigni fugâ, post tot tantasque cædes, dejecisset. Alioquin à Tobiæ tempore ad sancti Antonii aliorumque præstantium anachoretarum secula, sunt *anni*, præter propter *mille*, quibus vinctum semper fuisse si quis diceret, quid vetaret? An quòd eo millenario tempore, turpissimis impurissimisque libidinibus orbis penè totus contaminatus fuerit? Suspicetur enim fortè quispiam, si harum princeps vinctus sit, omnes etiam illas simul vinctas teneri oportuisse. At non ita est. Quemadmodùm

enim jam in abysso Satanas et archidæmon ab angelo, ut ex Apocalypsi paulò ante audiimus, clausus tenetur, suos tamen veluti emissarios canes ubique habet, ita et libidinum rex, etiamsi Ægyptiacis montibus coerceatur, suos tamen, qui interea non ferientur, varias in partes et loca, inquinatissimos ganeones, iyngas et cupidines emittit, quemadmodum et de ebriis lascivisque dæmonibus Andrum proficiscentibus narrat in Iconibus Philostratus.

QUÆSTIUNCULA XLI.

SPIRITALITER ASMODÆUM EXPELLENDI MODI QUOT HINC ERUUNTUR? ET QUIS PRIMUS?

Libidinis fax, auctor et suasor dæmon à nobis omnibus expelli debet dupliciter : primò, cùm in nos aditum molitur, antequàm intret ac vincat; deinde postea si ipsum fortè, quod avertat Deus, intrâsse jam ac vicisse contingeret. Ac potest quidem expulsio utraque variis modis, divinâ cum gratiâ, fieri, sed septem tantùm, quos è superiore disputatione nobis jam Tobias suggerit, contenti simus. In Tobiâ causæ ob quas sponsis aliis necem dæmon attulit, non fuerunt; ideòque omnium primò, est illud in expulsione priore, quæ repulsio tamen potiùs dici queat, utilissimum, ut causæ, ob quas, ut nostram in arcem dæmon hic pervadat, nosque suam sub ditionem adducat, divinitùs concedi solet, omninò removeantur. Iis enim sublatis, effectus quoque tollendos quis ambigat? Sunt verò causæ illæ vel interiores vel exteriores. Et interiores vel in corpore, vel in animo latent. In corpore libidinem excitant cibi et potiones, vel abundantiores, vel delicatiores et fervidiores, quàm naturæ postulet necessitas, quàm requirat ætas, occupationes, valetudo. Ex his enim sanguis spiritusque vitales copiosiores et exultantiores existunt. Unde variæ postmodùm earum, quæ libidini serviunt, partium, ardores et titillationes. *Sine Cerere et Baccho friget Venus,* imò per Cererem et Bacchum ardet, furitque penitùs. *Nolite,* ait Apostolus Ephes. 5, *inebriari vino, in quo est luxuria.* « Si quid, ait D. Hieronymus ad Eustochium de Custodiâ virginitatis, in me potest esse consilii, si experto creditur, hoc primum moneo, hoc obtestor, ut sponsa Christi vinum fugiat, pro veneno. Hæc adversùs adolescentiam prima arma sunt dæmonum. Non sic avaritia quatit, inflat superbia, delectat ambitio. Facilè aliis caremus vitiis, hic hostis nobis inclusus est. Quòcumque pergimus, nobiscum portamus inimicum. Vinum et adolescentia, duplex incendium voluptatis est. Quid oleum flammæ adjicimus? quid ardenti corpusculo fomenta ignium ministramus? » Et Epist. de Viduitate ad Furium : « Non Ætnæi ignes, non Vulcania tellus, non Vesuvius et Olympus tantis ardoribus æstuant, ut juveniles medullæ vino plenæ et dapibus inflammatæ. » Ideòque cùm generosas alias adolescentuli S. Hilarionis palmas retulisset idem Hieronymus : « Quid, ait, faceret diabolus, quò se verteret? Qui gloriabatur ante, dicens : *In cœlum ascendam, super sidera cœli ponam thronum meum, et ero similis Altissimo;* cernebat se vinci à puero, et priùs ab eo calcatum fuisse, quàm per ætatem calcare potuisset. Titillabat itaque sensus ejus, et pubescenti corpori solita voluptatum incendia suggerebat. Cogebatur tirunculus Christi cogitare quod nesciebat; et ejus rei animo pompam volvere, cujus experimenta non noverat. Iratus itaque sibi, et pectus pugnis verberabat, quasi cogitationes cæde manus posset excludere : Ego, inquit, aselle, faciam, ut non calcitres; nec te hordeo alam, sed paleis. Fame te conficiam et siti; gravi onerabo pondere; per æstus indagabo et frigora, ut cibum potiùs quàm lasciviam cogites. » In animo primæ voluptariarum cogitationum scintillulæ nisi derepentè non tam extinguantur quàm opprimantur, in quàm tristia, quibus castum alioqui pectus deflagret, incendia erumpunt? « Nolo, ait idem sanctus Pater ad Eustochium, nolo sinas cogitationem crescere. Nihil in te Babylonium, nihil confusionis adolescat. Dùm parvus est hostis, interfice; nequitia, ne zizania crescant, elidatur in semine. Audi Psalmistam dicentem : *Filia Babylonis misera, beatus qui retribuet tibi retributionem tuam. Beatus qui tenebit et allidet parvulos tuos ad petram.* Quia enim impossibile est, in sensum hominis non irruere innatum medullarum calorem, ille laudatur, ille prædicatur beatus, qui ut cœperit cogitare sordida, statim interficit cogitatus, et allidit ad petram; petra autem Christus est. » Eademque loquitur Cassianus lib. 6 Instit. cap. 13, et S. Francisci alumnus quidam verissimus Juniperus, cùm in quodam cœtu variæ de vitii hujus importunitate vincendâ dicerentur sententiæ : « Ego, aiebat, cùm procul adventantem hunc inimicum prospicio, portas animi, bonis desideriis, sanctisque cogitationibus occludo, et interiùs sublatâ voce : Procul, excludo, oc-

« cupatus est diversorii locus. » Tùm, qui præsens aderat, sancto Francisco et ipse charissimus olim discipulus Ægidius : « Ego, « dixit, arma mihi Juniperi assumo. » Sed et alia quædam graviora peccata, superbia præsertim, et divinæ gloriæ aspernatio, dæmonio isti nostra in corda portas pandunt, quemadmodùm ad Roman. cap. 1, v. 26, docet Apostolus, et Cassianus lib. 12 Instit. cap. 20, 21, lib. 6, cap. 18. Jam ad exteriores causas pertinent multiplices admodùm obscœnitatis illecebræ, uti prava sodalitia, scurriles sermones, amatorii libelli, mulierum cohabitatio et aspectus. « Istòc, ait è veteribus quidam, « illecebrosius fieri nihil potest : Nox, mulier, « vinum, hominia dolescentulo. » — « Uritque « videndo feminam, » ut inquit alius. *Numquid*, ait Sapiens noster Proverb. 6, v. 27, *potest homo abscondere ignem in sinu suo, ut vestimenta illius non ardeant ? aut ambulare super prunas, ut non comburantur plantæ ejus ? Sic qui ingreditur ad mulierem proximi sui, non erit mundus cùm tetigerit eam.* Quin et formosulorum, investiumque et adolescentulorum omnium facies, natu etiam majoribus, interdùm periculosas viri sancti, de quibus tomo 7 reverendissimus Baronius, indicârunt, et præclarum est, quod istâ in cautione, de S. Nicetio Lugdunensi episcopo, memoriæ proditum est in Gregorii Turonensis Vitâ.

QUÆSTIUNCULA XLII.

QUIS MODUS ALTER ?

Modus porrò Asmodæum prohibendi alter est, multas seriasque contra ipsum preces ejaculari, uti fecit S. Tobias. Hoc enim genus oratione prorsùs ejici debet, Matth. 17, prout à se quoque factum memorat S. Paulus 2 Corinth. 12, vers. 8 : *Propter quid* (id est, propter stimulum carnis meæ, angelum Satanæ me colaphizantem) *ter Dominum rogavi, ut discederet à me.* Et D. Hieronymus ad Eustochium : « Pallebant, ait, ora jejuniis, et « mens desideriis æstuabat in frigido corpore, « et ante hominem suum jam carne præmor- « tuâ, sola libidinum incendia bulliebant. Ita- « que omni auxilio destitutus, ad Jesu jacebam « pedes, rigabam lacrymis, crine tergebam, « et repugnantem carnem hebdomadarum ine- « diâ subjugabam. Non depudesco infidelitatis « meæ, quin potiùs plango me non esse qui « fuerim. Memini me clamantem diem crebrò « junxisse cum nocte, nec priùs à pectoris cessâsse verberibus, quàm rediret Domino « increpante tranquillitas. Sic nobis, ait Cas- « sianus lib. 5, cap. 6, Institut., cordi est, « agonem spiritalem cum Apostolo legitimè de- « certare, hunc immundissimum spiritum su- « perare omni mentis intentione ; non nostris « viribus confidentes (hoc enim industria hu- « mana perficere non prævalet), sed opitula- « tione Domini festinemus. Tamdiù namque « hoc vitio animam necesse est impugnari, « donec se bellum gerere supra vires suas ag- « noscat, nec labore vel studio proprio victo- « riam obtinere se posse, nisi Domini fuerit « auxilio ac protectione suffulta. » Et cap. 6 : « Reverà, inquit, cùm in omnibus virtutum « profectibus, et cunctorum expugnatione vi- « tiorum, Domini sit gratia atque victoria, « in hoc præcipuè peculiare beneficium Dei ac « speciale donum, et Patrum sententiâ, et « experimento purgationis ipsius, manifestis- « simè declaratur his qui eam meruerint pos- « sidere. » Unde et aliorum etiam charitate nobis devinctorum comprecatio rectè petitur, ut plurimis lacrymis ignea nequissimi Asmodæi tela, Ephes. 6, vers. 6, faciliùs penitùsque restringantur, quemadmodùm faciebat illa Matth. 15, quæ non solùm dicebat : *Miserere meî, quia filia mea malè à dæmonio vexatur ;* sed et deprecatores Apostolos adhibebat, post eosque clamabat. Absit verò, ut quod in se sanctus deflet Augustinus lib. 8 Confess. cap. 7, committamus : « Ego, ait, adolescens mi- « ser, valdè miser, in exordio ipsius adoles- « centiæ etiam petieram à te castitatem, et « dixeram : Da mihi castitatem et continen- « tiam, sed noli modò. Timebam enim ne me « citò exaudires, et citò sanares à morbo con- « cupiscentiæ, quam malebam expleri quàm « extingui. »

QUÆSTIUNCULA XLIII.

QUIS MODUS TERTIUS ?

Tobiam adjuvit variis modis sanctus archangelus Raphael. Tertius ergo modus est ipsum sanctorum angelorum cœlitumque auxilium, quod bipartitum meritò statuitur : Unum in sanctissimis ardentissimisque ipsorum precibus, de quibus loco alio ; tantùm nunc moneo, hoc in certamine, maximum sine dubio, à S. Raphaelis patrocinio momentum posse accedere. Hic enim est qui de Asmodæo jam pridem triumphavit ; qui catenis onustum in extremas orbis solitudines extrusit, ibidemque miserrimum defixit. Alterum est imitatio. « Nullâ, inquit Cassianus cap. 6, paulò ante

« citato, virtute, tam propriè carnales homines spiritualibus angelis imitatione conversationis æquantur, quàm merito et gratiâ castitatis, per quam adhuc in terrâ degentes, habent, secundùm Apostolum, municipatum in cœlis; quod, depositâ corruptelâ carnali, habituros sanctos promittitur in futurum, hìc jam in carne fragili possidentes. » Quia tamen angelis, etsi purissima, nullo tamen modo laboriosa et gravis castitas est, exemplis Josephi, Susannæ, aliorumque, tam multorum et tam nobilium hoc in gymnasio athletarum animos firmare licet. Quemadmodùm illa, illustris Anitii sanguinis genus, faciebat, cùm apud S. Hieronymum ad Demetriadem, sibi ipsi diceret: « Si te virorum exempla non provocant, hortetur faciatque securam beata martyr Agnes: quæ et ætatem vicit et tyrannum, et titulum castitatis martyris conservavit. » D. Augustinus lib. 8 Confess. cap. 11, ancipitem, quam inter voluptatis et castimoniæ argumenta, pugnârit, pugnam describit. Illæ vestem ejus carneam succutiebant, et submurmurabant: « Dimittisne nos? Et à momento isto, non erimus tecum ultra in æternum? et à momento isto, non tibi licebit hoc et illud ultra in æternum? Tandem verò, aperiebatur, inquit, ab eâ parte quâ intenderam faciem, et quò transire trepidabam, casta dignitas continentiæ, serena et non dissolutè hilaris, honestè blandiens, ut venirem, neque dubitarem, et extendens ad me suscipiendum et amplectendum pias manus plenas gregibus bonorum exemplorum. Ibi tot pueri et puellæ, ibi juventus multa et omnis ætas, et graves viduæ et virgines anus, et in omnibus ipsa continentia nequaquàm sterilis, sed fœcunda mater filiorum gaudiorum de marito te, Domine. Et irridebat me irrisione exhortatoriâ, quasi diceret: Tu non poteris quod isti et istæ? An verò isti et istæ in semetipsis possunt, ac non in Domino Deo suo? Dominus Deus eorum me dedit eis. Qui in te stas, et non stas? Projice te securus in eum, noli metuere, non se subtrahet, ut cadas. Projice te securus, excipiet te et sanabit te. »

QUÆSTIUNCULA XLIV.

QUIS MODUS QUARTUS?

Quartus modus est pia et religiosa Domini ac Salvatoris nostri Jesu acerbissimorum cruciatuum meditatio. Si enim, ut ex Augustino, Prospero et Bedâ vidimus, lascivum istum tenebrarum hircum fumosa Dominicæ Passionis nota metu tanto perculit, quid ipsamet passio faciet? quid viva ejus, spirans, et penè loquens imago? Statim nimirùm occurrit, cùm in horto captus Dominus sit, amœnitates nobis omnes esse despiciendas; cùm laqueis et catenis vinctus fuerit, ipsius in honorem, nostros nobis sensus et carnis membra constringenda; cùm alapis flagrorumque verberibus dirissimis corpore toto laceratus fuerit, nostrum nobis corpus meritò edomandum, et ne proterviat, jejuniis et flagellis castigandum; cùm funestissimæ causâ nostrâ, cruci suffixus fuerit, carnem quoque nostram cum vitiis et concupiscentiis omnibus crucifigendam. Hoc enim est quod in Psychomachiâ significat Prudentius, dùm sobrietas, videns à luxuriâ mortales tam multos in servitutem abripi:

Vexillum sublime crucis, quod in agmine primo
Dux bona prætulerat, defixâ cuspide sistit.

Et ubi nonnulla dixisset:

Sic effata, crucem Domini ferventibus offert
Obvia quadrigis, lignum venerabile in ipsos
Intentans frenos, quod ut expavêre feroces,
Cornibus expansis, et summâ fronte coruscum,
Vertunt præcipitem cæcâ formidine fusi
Per prærupta fugam, fertur resupina reductis
Nequicquam loris auriga, comasque madentes
Pulvere fœdat humi, tunc et vertigo rotarum
Implicat excussam dominam; nam prona sub axe
Labitur, et lacero tardat sufflamine currum.

Clamabat S. Bernardus: *Pudeat sub spinoso capite membra esse delicata;* neque dubitandum, quin qui è toto illo sanctissimo corpore fluxit cruor plurimus et rubentissimus, is non gehennæ modò, sed et luxuriæ flammas omnes in eorum qui modò volunt pectoribus, extinguat.

QUÆSTIUNCULA XLV.

QUINTUS MODUS QUIS?

Quintus est, ut super carbones eosque vivos, jecur ponamus. *Carbones* illos existimo esse *Scripturas* divinas. Hæ siquidem humanis vocibus, tanquàm lignis quibusdam, et veritate omnium certissimâ, tanquàm igni quodam cœlesti constant. Jecur verò quid nisi mens nostra est, quæ à sensibus quasi à ventriculo rerum cogitationem accipit, rationem, sententiarumque et judiciorum sanguinem omnem conficit, et hùc illùcque diffundit? super vivos ergo carbones jecur collocat, qui ad sacrarum Scripturarum meditationem mente totâ incumbit; qui ad harum formam se suaque omnia conformat; cujus in iis otium co-

gitatioque omnis consumitur. Aurea planè divi Hieronymi ad Rusticum sententia est: *Ama scientiam Scripturarum, et carnis vitia non amabis.* Atque hanc ille sententiam non verbis tantùm, sed factis etiam ipsis expressit, comprobavit. Paulò post enim: « Dùm, ait, es« sem juvenis, et solitudinis me deserta val« larent, incentiva vitiorum ardoremque, « naturæ ferre non poteram, quem cùm cre« bris jejuniis frangerem, mens tamen cogi« tationibus æstuabat. Ad quam edomandam, « cuidam fratri, qui ex Hebræis crediderat, « me in disciplinam dedi, ut post Quintiliani « acumina, Ciceronis fluvios, gravitatemque « Frontonis, et lenitatem Plinii, alphabetum « discerem, et stridentia anhelantiaque verba « meditarer. Quid ibi laboris insumpserim, « quid sustinuerim difficultatis, quoties de« speraverim, quotiesque cessaverim, et con« tentione discendi rursùs incœperim, testis « est conscientia, tam mea qui passus sum, « quàm eorum qui mecum duxerunt vitam. Et « gratias ago Domino, quòd de amaro semine « litterarum, dulces fructus carpo. » Fuit sanè Patrum memoriâ, vir doctrinâ et sanctitate præstans Dionysius Rihelius. Is cùm tam multa quanta ipsius in operibus videmus, legeret, scriberet, parùm Carthusiano dignam operam sumere, suorum nonnullis videbatur. Respondet ille tractatulo unico, multa in litterarum bonarum studio et cultu commoda inesse; hoc tamen unum maximum, quòd à *carnis voluptatibus animum egregiè abstrahant*, ejusque rei triplex afferri causa potest: prima, quòd sanioribus hominem consiliis imbuant, honestioribusque illecebris oblectent; altera, quòd hominem esse otiosum haudquaquàm permittant, sed ad lectionem perpetuò, auditionem, meditationem invitent; ei vix etiam, quæ corpori necessaria sunt, obire concedant. Possent quamvis copiosè ista probari, sed unicâ rursùm D. Hieronymi sententiolâ contentus ero. « Facito, ait loco citato, aliquid « operis, ut te semper diabolus inveniat oc« cupatum. » Homine verò divinarum litterarum studiis flagrante quis occupatior? ut planè comicum illud dicere liceat:

Nunquàm tam manè egredior, neque tam vespere
Domum revertor, quin te in (librorum) *fundo conspicer*
Fodere, aut arare, aut aliquid ferre denique.
Nullum remittis tempus, neque te respicis.

Tertia demùm causa est, quòd attenta hæc studiorum pertractatio, tenuissimos illos, quibus vitæ sensuumque functiones obimus, spiritus conficiat, sanguinem exsugat, titillatricem illam materiam omnem exhauriat. Hinc siquidem in studiosissimis hominibus pallor, macies, catarrhi, cacostomachiæ, vel saltem multò minor, quàm alioqui futura esset, corporis obesitas, pulchritudo, robur et valetudo. Aurelius Celsus in præfatione lib. 1: « Litterarum, ait, disciplina, ut animo præ« cipuè omnium necessaria, sic corpori ini« mica est; » ideòque addit, sapientiæ studiosos medicinam maximè requisiisse, « qui corpo« rum suorum robora, inquietâ cogitatione « nocturnâque vigiliâ minuerant. » Illud tamen observandum, ut superpositum carbonibus jecur non quoquo modo ardeat aut assetur, sed in fumos et cineres totum redigatur, fumi ascendunt, cineres descendunt, et ambo Asmodæo graves, et ingrati. Illi videlicet eam cognitionem designant, quâ Deum Creatorem et Redemptorem nostrum, efficaci quoque sensu et actione cognoscimus et adoramus; hi verò eam, quâ nos ipsos, cineream que corporum nostrorum originem, et dissolutionem verè cognoscimus, de nobis clariùs nihil sentimus; intra modestiæ, christianæque demissionis gyrum nos continemus. O quàm fumos cineresque istos horret Satan!

QUÆSTIUNCULA XLVI.

SEXTUS MODUS QUIS?

Nisi piscis jecori, et suffimento efficientiæ quidpiam divinæ dedisset Deus, quid contra dæmonem profuissent? Sextus itaque modus est, ut partim istis, quæ hactenùs enumeravi, *operibus*, dignetur divina bonitas, *tanquàm instrumentis suis, vim* quamdam indere, ut ad nos Asmodæo ne rimula quidem ulla pateat; partim verò, ut iis quæ eadem divina bonitas certissima gratiæ suæ instrumenta populo christiano data voluit, crebrò religiosèque utamur. Sacramenta dico, quæ cupiditatum fibras evellunt, concupiscentiæ incendia refrigerant, sanctitatem inserunt, hominis animum adversùs omnes hostium machinationes obvallant, illosque terrefaciunt et longissimè propulsant. Est autem hoc in genere præcipua sacræ confessionis et Eucharistiæ vis. Illa hostis cuniculos omnes refodit, strages restaurat, vulnera persanat; ista robur membris novum inspirat, à laboribus et asperitatibus omnibus invictos præstat, adversariis verò admodùm terribiles efficit. « Tanquàm « leones, inquit orat. 61 ad populum S. Chry-

« sostomus, ignem spirantes, ab illâ mensâ re« cedamus, facti diabolo terribiles, et caput « nostrum mente revolventes, et charitatem, « quam nobis exhibuit. » Et paulò post: « Hic « mysticus sanguis dæmonas quidem expellit, « et procul esse facit; ad nos autem angelos « vocat, et angelorum Dominum. Ubi namque « dominicum viderint sanguinem, dæmones « fugiunt, concurrunt autem angeli. » D. Cyprianus sub sermonis de Nativitate Christi, finem: « In parvuli, ait, hujus nomine, cum « hoste antiquo congredimur, et fortis armatus « superveniente fortiore, de atrio antiquitùs « possesso, potenter expellitur, et præsumptæ « infestationis audaciæ silentium imperatur. « Defectus carnis nostræ, quæ à primitivis fe« cibus originalis mali infecta languerat, ex « Christi carne redditur fortitudo; et Sacra« mentorum communicatio, per quam illius « corporis sinceritati unimur, nos in tantum « corroborat, ut de mundo et de diabolo, et « de nobis ipsis victoriâ potiamur; et sacra« mentali gustu vivificis mysteriis inhærentes, « una caro et unus spiritus simus. » Unde et S. Bernardus serm. 1 in Cœna Domini: « Si « quis vestrûm non tam sæpè modò, non tam « acerbos sentit iracundiæ aut cæterorum hu« jusmodi motus, gratias agat corpori et san« guini Domini, quoniam virtus Domini ope« ratur in eo, et gaudeat, quòd pessimum « ulcus accedat ad sanitatem. »

QUÆSTIUNCULA XLVII.

QUIS LUXURIÆ DÆMONIS EXPELLENDI MODUS SEPTIMUS?

Modus tandem septimus, et extremus, thymiamata et thuribula, quibus, divinæ majestati suavitatis odores quospiam adoleamus, complectitur, ut sunt preces, de quibus antea, jejunia, eleemosynæ, aliaque pietatis munia. Sed apprimè utilia sunt quæ de omni carnis contagione cavendâ Deo nuncupantur vota, eorumque crebra iteratio. Novi ego, in Domino, quemdam, qui, si quando Asmodæum irrepentem et blandientem sentiat, illicò castitatis, è formulâ, votum iterat, ut dùm inferre dæmon plagam vult, luculentissimam ipsemet recipiat. Ita enim suo penè gladio jugulatur Goliath, et *incidit in foveam impius quam fecit*. At si, quod faxit Deus nunquàm, muros jam haberet hostis, lethalemque animo plagam intulisset, ut ille dejiciatur, et ab eo illata plaga sanetur, fit iisdem utrumque modis, quos adhuc exposui. Nam removendæ primò causæ, ob quas Asmodæo, ut sempiternas ab eo pœnas feramus, addicti jam sumus, id est, ipsum per veram pœnitentiam peccatum delendum, et ejus peccati occasiones penitùs rescindendæ, ut intemperantia, otium, concubinæ, cætera. Deinde multo cum gemitu et lacrymis à Deo venia petenda; rogandi etiam, qui in cœlo beati jam sunt, et qui in terrâ beatitatem illam æternam fide et charitate adhuc præstolantur, ut divinam nobis iram propitiare dignentur. Lege de Pœnitentiâ Tertullianum cap. 10. Tertiò, auxiliari nobis debent non preces tantùm, ut dixi, sed exempla etiam sanctorum, quos flagitiorum aliquando pœnituit, ut Davidis, Pauli, Magdalenæ, similium. Sed Raphaele hìc maximè opus, qui, nomini suo convenienter, acceptas ab hoste plagas medicetur, nostris è penetralibus Asmodæum exigat. Quartò, per Jesu Christi Domini et Salvatoris nostri passionem, per flagella, per vulnera, per crucem et mortem obtestandus Deus, ut arcere à nobis velit angelum percutientem, nostrumque lapsum condonare. Quintò, super vivos contritionis, jejunii, illuviei et squaloris carbones jecur nostrum ponendum, ut in fumos summæque dimissionis cineres redigamus, in pristinamque Dei gratiam reponamur. Intendi etiam potest studiorum labor, lectionis assiduitas, meditationis contentio, ut et hoc in satisfactionis partem aliquam veniat. Sextò, ut omnia pœnitentiæ nostræ opera faciat Deus misericordiæ suæ instrumenta; rursùmque divina sacramenta, præsertim verò exomologeseos, adhibeamus. Septimò et postremò spei bonorumque propositorum firma et seria Christo Jesu Domino et Salvatori nostro thymiamata suffiamus.

QUÆSTIUNCULA XLVIII.

EXPULSUS ASMODÆUS, REVERTI AN POSSIT?

Sanè quidem ad Saram reverti nunquàm potuit, quia eâ conditione, ut ex sexti capitis Hebræo et Græco textu antea indicatum, expulsus fuit. Posse alioquin ejectos dæmonas reverti declarat planus et immundus ille, qui Matthæi cap. 12, arida loca cùm perambulàsset, dixit: « Revertar in domum meam, unde exivi, » et, ut supra ibidem notatum, olim quidem Salomonici, jam nostri exorcistæ id studiosissimè agunt et elaborant, ut dæmoniis non ostracismus, sed exilium sempiternum sit. In spiritali verò ex animis ejectione, putârunt apud D. Thomam 1 part., q. 114, art.

ultimo, nonnulli, non posse dæmonas, quorum tentationi fortiter egregièque occursum fuisset, vel hominem ullum, vel eum certè à quo superati prostratique fuissent, aggredi. Sed numquid à mœnibus semel iterùmque repulsi hostes, acie in campis semel iterùmque cæsi fugatique, omnia belli consilia deinceps abjiciunt? An ipsæ aspides pugnam iterùm nunquàm capessunt? At canes crebrò etiam repulsi et muscæ sæpiùs abactæ, rursùm redeunt, allatrant, et pungunt. De dæmonibus ergo cur aliter existimemus? An tam pudentes, tam ad nocendum ignavi? tam de suis artibus, et hastis desperantes? An eos, à quibus despecti et victi, tam in bono, Deique gratiâ fixos et constantes arbitrantur, ut suo ampliùs libero arbitrio abuti nequeant, non ampliùs prolabi, non seipsos immutare? Quis verò ullum unquàm hostem fortiùs afflixit et contrivit, quàm, primo etiam prælio, Satanam Servator? Et tamen semel iterùmque sese afflictus ille et contritus erexit, ipsum triumphatorem invasit, manusque conseruit. Benè ipse D. Thomas, posse stratos dæmonas in arma rursùm consurgere; sed tamen non nisi Deo permittente, qui, pro suâ immensâ bonitate, id cavet, ne hominum infirmitas nimio illorum impetu obruatur, perpetuamve dimicationem sustinere cogatur. Ea etiam dæmonis superbia, ut invitissimus ab eodem crebriùs refutari velit: ea in oppugnando molestia et labor, ut eum iteratò sumere nonnihil formidet; ea demùm divina in nos clementia, ut si generosè dæmoniorum alicujus appetitiones pertulerimus, victoriamque adepti fuerimus, illum quasi victum sub pedibus jacere, terram mordere, iramque et ignominiam suam devorare jubeat. Et ista olim etiam docuerunt D. Ambrosius lib. 4 in Lucam; D. Antonius apud S. Athanasium; D. Gregorius lib. 2 Moral. cap. 11, 20, 21; Cassianus collat. 7, cap. 21, collat. 8, cap. 13. Cùm ergo, felici pugnâ hostem istum nostrum fugaverimus, non illicò è manibus arma deponenda, excubiæ omittendæ, pax et tranquillitas omnimodò credenda est; neque rursùs ita pavendum, quasi bello nullum unquàm finem dæmon, qui sese modò fugæ dedit, facturus sit. Sed in statione quidem semper, quoad vivimus, manendum; bonâ tamen cum spe futurum ut vel cornua victus ille rursùm non erigat, vel pari ratione à nobis perpetuò vincendus sit, imo tanto faciliore quantò major jam victoribus Dei gratia est, animus altior et erectior, hosti vires minutiores, audacia fractior et abjectior.

QUÆSTIUNCULA XLIX.

SINTNE SEPTEM ANGELI CORAM DOMINO ASTANTES?

(*Tob. cap.* 12, *v.* 15.)

Rursùm Wittakerus contra Edmundum fol. 17. « Illum, ait, Tobiæ Raphaelem minimè « moramur, nec illos septem angelos agnosci« mus, quorum ille meminit. » Sed effutitur istud ab eo *impiè* et *imprudenter*. *Impiè* quidem, quia contra disertas Scripturarum divinarum voces, Apocal. vers. 4, c. 4: *Gratia vobis et pax, ab eo qui est, et qui erat, et qui venturus est, et à septem spiritibus, qui in conspectu throni ejus sunt.* Et cap. 3: *Hæc dicit qui habet septem spiritus Dei.* Et cap. 5, vers. 6: *Vidi Agnum stantem, tanquam occisum, habentem cornua septem, et oculos septem, qui sunt septem spiritus Dei, emissi in omnem terram.* Sunt et istis consentanea plura c. 15, 16, 17. Apud Zachariam c. 3, v. 9: *Ecce lapis, quem dedi coram Jesu, super lapidem unum septem oculi sunt*, qui capite sequenti vers. 10, ita explicantur: *Septem isti, oculi sunt Domini, qui discurrunt in universam terram.* En angeli septem, quos, contra sanctissima pietatis nostræ monumenta, hæreticus negavit. Imprudenter verò etiam loquitur; primò, hæretici, quod quidem sciam, omnes, Zachariam admittunt et ipsam etiam Apocalypsin Calviniani, ideòque contra suos omnes ista imprudens effutit. Deinde quia et contra magnum doctorem suum Bezam agit, qui Apocalypsis primo, septem hosce spiritus ait esse *divinæ majestatis stipatores.* Dicat fortè tamen quispiam, ipsos Apocalypseos et Zachariæ septem spiritus, non esse septem istos *angelos*. Sed clarè Apoc. 15 et 16, *angeli* vocantur. Et quemadmodùm Apoc. 1 dicuntur *esse in conspectu throni*, ita etiam hoc loco, *astare ante Deum.* Rursùmque, sicuti Apoc. 5, dicuntur isti spiritus *in omnem terram emissi;* ita et Zachariæ 4, *in universam terram discurrunt.*

QUÆSTIUNCULA L.

POSSITNE PER SEPTEM ANGELOS ALIUD QUIDDAM INTELLIGI?

Cùm iidem sint hi septem angeli, qui apud S. Joannem et Zachariam septem spiritus, fit ut quod de spiritibus istis asseritur, hoc in angelos istos septem conferri videatur. Trifariam verò spiritus illi exponuntur. Nam primò S. Ansberto, Ven. Bedæ, Ruperto, Haymoni,

D. Thomæ Ambrosiano Commentario in Apocalypsin, septem spiritus, sunt ipse Spiritus sanctus, qui ob septem illa gratiarum dona, quæ donare solet, septenario numero appellatur septem spiritus. Secundò ea ipsa septem dona, septem spiritus vocantur à Victorino Martyre, doctoribus etiam vetustis Hebræis et ecclesiasticis apud D. Hieronymum in Zachariæ caput quartum. Tertiò demùm S. Anselmus tam Spiritum sanctum, quàm septena ejus dona interpretatur septem spiritus. Hæ tamen expositiones mysticæ potiùs videntur. Alioquin ipsum *angelorum* nomen repugnat. Neque enim Spiritus sanctus angelus est, neque ipsius charismata vel angeli sunt, vel unus quispiam septiplex angelus est. Deinde ita isti spiritus describuntur, ut *supposita*, quemadmodùm theologi appellant, et personæ quædam omninò sint. Sunt enim in conspectu Dei, Apocalypseos 1, astant, Tob. 12; discurrunt, Zachariæ 4; plagas habent novissimas, Apocalypseos, 15; phialas divinæ iræ effundunt, cap. 16; vestiuntur lino mundo et candido, præcinguntur circa pectora zonis aureis, Apocalypseos 15; loquuntur, cap. 16 et 17; vigilant, excubant et dimicant. Ideò enim oculi et cornua vocantur Apocalypseos 5 et Zachariæ 4. Quomodò ergo non personæ? Numerus eorum septenarius recensetur, et eorum unus ab aliis omnibus distinguitur, quomodò non personæ plures? Jam verò in Dei conspectu sunt et astant, velut ejus administri et apparitores. An in Spiritum sanctum, vel ejus dona id cadet? Nonne ipse Spiritus sanctus in throno considet, Patri et Filio æqualis? Vidit hæc Aretas in Apocalypsin, omninòque veros angelos esse septem spiritus pronuntiavit. Atque, ut conticescat Wittakerus, coram magistro discipulus, suum rursùs Bezam ita loco citato scribentem legat: « Quòd septem hos spiritus « nonnulli pro Spiritu sancto acceperunt, cu« jus septiformis sit gratia, manifestè refelli « potest vel ex eo quod scribitur Apocal. 5, « v. 6. »

QUÆSTIUNCULA LI.

POSSITNE PER SEPTENARIUM ISTUM NUMERUS ALIUS INTELLIGI?

Constat duobus modis numerorum nomina quædam usurpari, primò, ut definitè numerum, qui exprimitur, significent; deinde, ut alium aliquem indefinitè, quemadmodùm de septenario monet D. Augustinus cap. 35, lib. 3, de Doctrinâ christ.; D. Hieronymus in Isaiæ cap. 54. Lyranus ergo, Carthusianus et Hugo, septenarium hìc indefinitè pro maximo quolibet numero accipiendum censent. Ribera verò in Zachariæ 3 et Apocalypsis primum, definitè, idque meritò. Quoties enim numerus quispiam sæpiùs, eâdem appellatione, diversis in locis, adhibetur, definitè proprièque accipi solet, in re præsertim historicâ, cujusmodi hoc loco est, ideòque septem propriè angeli hujusmodi sunt. Huic tamen septenario videtur officere non parùm ille à sancto Paulo, Rom. 16, salutatus Hermas, dùm senarium is tantummodò constituit lib. 1, visione tertiâ. Cùm enim turrim, quæ Dei Ecclesia est, magnam super Baptismi aquis, à sex juvenibus multisque virorum millibus ædificari vidisset, et hosce quidem esse angelos, qui lapides undique aptos afferrent, illisque juvenibus traderent, intellexisset, eam, quæ visum istud objiciebat, dominam interrogavit: « Illi juvenes « sex, qui ædificant, qui sunt, domina? Res« pondit illa: Hi sunt angeli Dei, qui primò « constituti sunt, quibus tradidit Dominus « universam creaturam suam struendi, ædifi« candi et dominandi creaturæ illius. Per hos « enim consummabitur structura turris. » Et lib. 3, similitudine 9: « Ecce, ait, vidi ve« nisse sex viros excelsos ac venerandos et « omnes similes vultu, et vocâsse quamdam « multitudinem virorum, et hi, qui venerant « vocati ab illis, et ipsi quoque excelsi et for« tes erant. Jusserunt autem illi sex, eos tur« rim quamdam super portam ædificare. Ite« rùmque sex illi jusserunt, ut ex quodam « profundo lapides attollerent, et in ædifica« tionem turris præpararent. » Et deinceps plura iidem *viri* sex imperant. Tandem verò visio tota exponitur: « Qui turrim istam, quæ « Ecclesia est, ædificant, omnes angeli sunt di« gnitate venerandi. His veluti muro cinctus « est Dominus. Ille præcelsus et magnus, qui « in medio sex virorum, circa turrim ambula« vit, Filius Dei est; et illi sex, angeli sunt « dignitate conspicui, dextrâ lævâque eum cir« cumstantes. » Ita Hermas, qui an sit ille, cui dicit Apostolus salutem, disputationis alterius est; nunc quasi is ipse esset, respondeo, sex illos non ita nominari, ut absit septimus, quin verò hunc etiam illis adesse, sed illos quidem suam ipsos gerere personam, hunc alienam; ipse si quidem modò Ecclesiam, modò Christum Dominum præsentem refert, quemadmodùm Exodi 3 et 19, ille, qui angelus cùm esset, ut ait S. Stephanus Actor. 7, et illic

septuaginta Interpretes, Dei tamen vices tùm obibat et dicebat : *Deus patris tui, Deus Abraham, et Deus Isaac, et Deus Jacob.* Unde lib. 3, similitudine 9, is qui Herman erudiebat : « Volo, ait, ostendere tibi, quæcumque spi« ritus tibi ostendit, qui in effigie Ecclesiæ lo« cutus est tecum. » Et postea, uti paulò ante audiebamus : « Ille præcelsus et magnus, qui « in medio sex virorum, circa turrim ambula« vit, et lapides de structurâ reprobavit, Fi« lius Dei est, » ideòque et residui seni angeli hujus unius latera utrinque claudunt, et eum magnoperè observant ac reverentur. Quo etiam fortè modo conspicuum sese D. Joanni dat Apocal. 1, v. 17, ille *similis filio hominis*, in medio septem candelabrorum, cùm iste tamen ex hisce septem unus esset, quemadmodùm in militum decuriâ ipse decurio decimus est, et in quinquagenario Atheniensium numero, eorum præfectus non extra numerum est, sed quinquagesimus.

QUÆSTIUNCULA LII.

SINTNE ANGELI UNIVERSI PLURES QUAM SEPTEM?

Unicum tantummodò angelum esse, somniârunt olim hæretici quidam apud Dionysium Carthusianum 2 sentent. distinct. 3, quæst. 3, et tribuunt scholastici quidam eam Joanni Bacono sententiam, ut septem statuat angelos, plures omninò neget; citantque quæstionem ejus primam lib. 2 Sententiarum, dist. 10. Sed inibi horum nihil comparet. Sequenti tamen distinctione significat quidem ille, angelorum numerum parvum videri; non tamen septenarium tantùm affirmat. Septenario tamen isto numero majorem non admitterent, qui cœlos tantùm septem arbitrarentur, simulque eam Aristoteleorum quorumdam sententiam tuerentur, quæ censet tot tantùm esse angelos, quot cœli sunt qui ab illis moveantur. Sed, missis de cœlorum numero et motore quæstionibus, tam disertè maximum angelorum numerum oracula divina enuntiant, dubitari ut nefas omninò sit. Nam Danielis 7, *millia millium ministrant Deo, et decies millies centena millia assistunt ei;* Job. 25 : *Numquid est numerus militum ejus?* Psalm. 67 : *Currus Dei decem millibus multiplex, millia lætantium*, quod vertit Chaldæus : *Currus Dei multipliciter viginti millia et millia angelorum;* Matthæi 26 : *Plusquàm legiones 12;* Lucæ 2 : *Facta est cum angelo multitudo militiæ cœlestis laudantium Deum ;* Apocal. 5 : *Audivi vocem angelorum multorum, et erat numerus eorum millia millium.* Maximam videlicet multitudinem hæc *exercitûs* et *militiæ* cœlestis nomina important locis jam citatis, et *castra Dei* Geneseos 32. Et cùm dæmones tam numerosi sint, ut in homine uno *legio integra* esse potuerit, Marci 8, Lucæ, quanta bonorum sanctorumque angelorum erit multitudo? Videantur Patres, D. Hieronymus in Danielis 7 et 10 ; D. Gregor. 17 Moralium, cap. 7; Nyssenus libro de Opificio hominis ; Dionysius cœlestis Hierarchiæ cap. 41.

QUÆSTIUNCULA LIII.

QUOD ANGELI PLURES, QUAM SEPTEM.

Numerosæ admodùm de angelorum numero sunt opiniones, è quibus 15 vel 16 operæ fuerit pretium audire : prima, æqualem hominum et angelorum numerum ait apud auctorem Quæstionum ad Antiochum; secunda, minorem hominum numero, apud Guillelmum Parisiensem lib. 2 de Universo, et Magistrum Sententiarum lib. 2, dist. 11 ; tertia, esse majorem hominum numero decem partibus, apud S. Brigittam in Revelationibus ; quarta, majorem eorumdem hominum numero nonaginta novem partibus, apud eumdem auctorem Quæstionum ad Antiochum, Cyrillum Catechesi 15; quinta, orbibus cœlestibus parem angelorum esse numerum, Aristot. libro 12, Metaphys.; R. Mose libro 2 More, cap. 7; sexta, esse omnes numero 300,655,072, apud cabalicos Rabbinos, ut ait Archangelus in Commentario dogmatum cabalisticorum ; septima, parem esse stellis, apud eumdem Archangelum ; octava, tot esse præcisè angelos, quot apud Danielem, cap. 7, numerantur ; nona, omnia bonorum et malorum angelorum plena esse, apud S. Chrysost. Homiliâ de Ascensione ; decima, esse infinitos, prout refertur et damnatur in articulis Parisiensibus; undecima, esse plures individuis speciei cujuslibet ; duodecima, tantum esse numerum, quantus arithmeticus ullus numerus est, qui hominum usu teratur, apud D. Hieronymum Danielis 7, et Guillelmum Parisiensem loco citato ; decima tertia, tot esse, quot rerum omnium corporearum individua sunt ; decima quarta, quantò majora cœlorum corpora sunt sublunaribus corporibus, tantò esse ampliorem angelicarum naturarum numerum, rerum omnium inferiorum numero ; decima quinta, esse innumerabiles, non quòd infiniti sint, sed quòd eorum à nobis numerus iniri non possit, quod sanè verissimum esse indicat vel ipsa duntaxat numerorum diversitas quæ in Scripturis

proposita est : in eâ siquidem numeri certi pro incertis ponuntur, minores pro majoribus, ita ut præcisè, quantò septenarium numerum superent, hominum calculo nullo subduci possit. Et sanè, tanta eos putandi disputandique varietas, quid nisi humanam inscientiam nostram profitetur ?

QUÆSTIUNCULA LIV.

EX INNUMERABILI ANGELORUM NUMERO, CUR SEPTEM POTISSIMUM TRADANTUR : QUID VETERES, QUID RECENTIORES ?

Varia prisci quidam hæretici de septem angelis apud S. Epiphanium tradiderunt. Etenim hæresi 23, Saturnilus, ab angelis septem mundum et quæ in eo sunt facta negabat. Idemque ipse et ejus frater Basilides, hæresi 24, mundum septem in partes dividebant ; et angelorum istorum cuilibet partem, sorte veluti missâ, tribuebant. Nicolaitæ verò, hæresi 25, similia comminiscebantur, et apud Philastrium septem dæmoniorum spiritus, è muliere nescio quâ, cum diis, hominibus, angelisque aliis natos fabulabantur. Marcosii apud eumdem Epiphanium, hæresi 34, septem cœlos, septemque virtutes, quæ Deum glorificent, aiunt, quæ etiam Græcorum istis septem vocalibus significentur, α, ε, η, ι, υ, ο, ω. Archontici verò, septem similiter cœlos fabricantur, et in eorum singulis principem unum omniumque summum vocari *Sabaoth*, qui diabolum genuerit, diabolus verò Caïnum et Abel. Verùm ex Geneseos principio, ubi non angeli, sed *Deus creat cœlum et terram*, evanescunt ferè hæc omnia. Nostro autem seculo Franciscus Georgius tomo 6, problemate 186, septem eos planetis præpositos autumat, eos ut regant, et per canales, nescio quos, cœlestium ad nos fontium influxus derivent. Cornelius verò Agrippa libro 3 de occultâ Philosophiâ, cap. 24, antiquam esse Rabbinorum opinionem tradit, septem angelos septem planetis præsidere; cùmque eos, prout aliâ quæstione infra dicetur, nominâsset, huic ipse opinioni subscribens : « Hi, ait, sunt spiritus illi septem, qui semper astant ante faciem Dei, quibus credita est dispositio regni cœlestis et terreni, quod sub orbe lunæ est. Hi enim, ut dicunt secretiores theologi, omnia regunt vicissitudine quâdam horarum, dierum et annorum; quemadmodùm de planetis, quibus præsunt, tradunt astrologi, quos Trismegistus Mercurius idcircò vocat septem mundi gubernatores, qui per cœlos, tanquàm per instrumenta, coacervatis omnium stellarum et signorum influentiis, eas in hæc inferiora distribuunt; » Joannes verò Tritemius integrum etiam libellum, quem imperatori Maximiliano I dedicat, de septem secundeis, id est, intelligentiis, sive spiritibus orbes post Deum moventibus, posteritati tradendum putavit, in cujus initio ita loquitur : « Veterum sententia est plurimorum, sapientissime Cesar, mundum hunc inferiorem, ordinatione primi intellectûs, qui Deus est, per secundas intelligentias gubernari, quorum opinioni conciliator assentiens medicorum, dicit septem planetis spiritus septem, à principio cœli et terræ, præfectos, quorum unusquisque mundum annis gubernat trecentis quinquaginta quatuor, mensibusque ex ordine quaternis. Huic positioni complures viri doctissimi hactenùs præbuêre consensum. » Totoque libello singulis istis septem spiritibus annos illos suos 354 eorumque effecta persequitur et vicissitudine successioneque perpetuâ, rem eò totam deducit, ut cùm anno Domini 1508 scriberet, dicat ordine vicesimo, Gabrielem qui lunæ angelus est, mundi regimen recepisse anno mundi 6732, mense 4, die mensis junii 4, sive anno Domini 1525, sicque mundum ab eo gubernandum, usque ad mundi annum 7086, et mensem octavum, sive usque ad annum Domini 1879, mensem undecimum. Atque ad hanc opinionem, cùm solam libro toto explicandam, neque verbulo ullo confutandam aut improbandam dixerit, quin verò potiùs eam passim laudet atque comprobet, quin et ipse adhæserit, vix dubitarem, nisi verum esse mallem quod in principio illo subjungit, eam se positionem non asserere, sed referre. Et sub finem : « Non, ait, hæc assertivè scripsi, sacratissime Cæsar, quibus, cum injuriâ orthodoxæ fidei, nullâ est ratione credendum. » Iterùmque vehementiùs : « Manu, ait, meâ propriâ protestor, et ore confiteor, quòd in his omnibus nihil credo, nihilque admitto, nisi quod Ecclesia credit catholica, cætera ut vana, conficta et superstitiosa refuto et contemno. » Veteres porrò sancti Patres (etsi hâc in re pauciores invenio) quod sentiant attingam, dùm probabile saltem videri quid possit, deinceps inquiram.

QUÆSTIUNCULA LV.

DE SEPTENARII ANGELORUM NUMERI CAUSA ECQUID VIDEATUR ?

Vellem, quàm multos, et caseos, et nuperos

licuit, tam quoque bonos gravesque sententiæ hujus auctores proferre licuisset. Minùs utique jam laboris, plusque multò veritatis obtingeret. Duo autem hâc in quæstione statim video : unum, posse generalem quamdam numeri hujus causam afferri, et ut mihi quidem videtur, certò satis et probè, nimirùm, ut septem isti præ angelis aliis, singularem quamdam præstantiam obtineant. Cùm enim non angeli modò, sed et creaturæ omnes, ante Dei faciem suo modo stent, omnesque ad minimum ejus nutum eant redeantque, et, uti apud Job est cap. 38, vers. 35, dicant : *Adsumus*, præcipuæ cujusdam dignitatis est, hos dici astare ante Dominum. Nam quemadmodùm præstantiore modo ante illum astant res animatæ quàm inanimæ, homines quàm pecudes, boni homines quàm mali, angeli quàm boni etiam homines, ita et isti septem, quàm angeli alii. Declarat hoc textus Hebræus, qui hoc in capite septenarii numero nomineque omisso, Raphaelem ita loquentem facit : *Ego sum ex principibus.* Nota, *è principibus.* Significatur enim eos, quos alii *septem* dicunt, eos cœlestes esse principes, præstantiâ quâdam insigni angelis aliis præcellentes. Atque ita sentiunt Aretas in Apocalypsin, S. Irenæus apud eumdem, Clemens lib. 6 Stromatum : « Septem, « ait, sunt, quorum est maxima potentia, pri« mogeniti angelorum principes, et per quos « Deus omnibus hominibus providet. » Videatur et S. Hieronymus in Ephesiæ caput secundum, lib. 2 contra Jovinianum, in Isaiæ cap. 10, in Psalm 133. Alterum, quod istâ in quæstione video, est, posse deinceps quæri ampliùs, ecquænam verò hæc ipsa eorum præstantia sit, et unde petatur? Ad quod equidem, quod firmè constanter indubièque respondeam, non item video. M. Varro in primo librorum, qui inscribuntur *Hebdomades*, vel *de imaginibus*, septenarii, ut ait Gellius lib. 3, cap. 10, numeri, quem Græci ἑπτάδα vel ἑβδόμαδα appellant, virtutes potestatesque multas variasque dicit, idemque monet Cicero in Somnio Scipionis, Macrobius in illud, Plato in Timæo, adeò ut à Pythagoræis non ἑπτάς, sed σεπτάς vocaretur, quasi venerabilis numerus. Eumdem Constantini Panegyrista, itemque D. Hieronymus in Matthæi cap. 15, perfectum sacratumque numerum nuncupat, et in Amos cap. 5, ex Hippocrate aliisque commendat; uberiùs etiam S. Cyprianus lib. de Exhortatione martyrii; Clemens loco citato, et apud eum Berytius; Laurentius Andreas lib. 2 Anatomiæ cap. penult.; Levinus lib. 2 de naturæ Miraculis. Posset ergo aliquis vel ob ipsius septenarii numeri præstantiam et venerationem, vel ob ipsarum quæ eo numero comprehendantur, quibusque angeli isti præsident, rerum quarumdam excellentiam et dignitatem, suspicari septem istos angelis aliis præstare : verbi causâ, hos Spiritûs sancti septem donorum, quæ supra quidam spirituum istorum nomine afficiebant, curam gerere, ut à divinâ majestate impetrentur, nobis communicentur, fructum in nobis edant. Rursùm, præcipuâ quâdam ipsos potestate divinitùs auctos ad septem lethalium peccatorum vim frangendam, eorumque auctores et concitatores diabolos retundendos ac profligandos. Alius, solis, lunæque, cæterorumque errantium siderum pulchritudinem cursûs effecta suspiciens, in eam, quæ superiore quæstione recensita est, opinionem eat potiùs, dicatque septem istis cœlorum corporibus septem istos angelos meritò præfectos. Posset etiam quis ratiocinari septem istos coram Deo astantes, esse vel alios atque alios, vel eosdem. Si alii atque alii essent, vel in orbem, Deo astarent, quemadmodùm convivia fortè secundùm hebdomadis dies, filii Job dabant; vel, arbitratu divino, aliter, rursùmque ut vel ex ordine uno essent omnes, vel è pluribus, verbi gratiâ, è duobus, tribus aut pluribus usque ad septem. Nam D. Hieronymus in Isaiæ caput tertium Hebræos laudat, qui sentiant, alio atque alio tempore, modò hos, modò illos angelos ministrare. Si iidem essent, vel ex uno similiter ordine, vel ex pluribus, itemque vel in orbem ministrantes, vel arbitratu divino aliter, ut vel simul omnes semper astent, vel ordine fixo statoque nullo, sed tantùm prout à Deo jussi fuerint. Posset, inquam, ita de his variè secum quispiam philosophari.

QUÆSTIUNCULA LVI.

DE EADEM SEPTENARII ANGELORUM NUMERI CAUSA QUID ADHUC PRESSIUS?

Quæ cogitanti occurrerunt tria, ut meliùs ab aliis quiddam discere aliquando liceat, effari jam conabor.

Primum est, certi mihi nihil esse, maloque cum Areopagitâ Dionysio cœlestis Hierarchiæ cap. 6, D. Augustino Enchiridii cap. 56, inscitiam fateri, quàm, cùm aliis in rebus, tùm in cœlestibus istis temere quidquam constituere. Potest enim aliqua esse gratiarum diversitas, quæ nobis ignota sit, ut in simili

quodam numero loquitur D. Hieronymus in Isaiæ caput 17 : « Magis in istis, ait S. Augu« stinus lib. contra Priscillianistas et Orige« nistas cap. 9, temeraria præsumptio, quàm « cauta ignoratio culpanda videtur. Verè si« quidem sancta spiritalis creatura Dei secreto « atque occulto ministerio constituta est, » ut idem ait lib. 1 Retract. cap. 11.

Alterum est, videri septem horum spirituum et numerum et præstantiam, eo tempore divinitùs patefactam fuisse, cùm eorum aliquam similitudinem in Persicorum regum aulâ Israelitæ vidissent, prout Esther 1 patebit. Nam non nisi post Assyriæ, Medicæ, Persicæque monarchiæ aspectum, hic in sacris Hebræorum libris angelicus numerus est ; sicuti apud Zachariam hi dicuntur *oculi*, sic apud Persarum reges, præstanti dignitate quidam fuerunt, qui dicebantur, *oculi et aures*, Xenophonte lib. 8 teste, Aristide oratione Panegyr., Chrysostomo orat. 3 de Regno, Tzetze chiliad. 10, c. 350. Quid quòd et *cornua* in Parthorum regum capitibus aurea, initio lib. 19, Amianus ostendit? Apud Herodot. lib. 6, *Crium* seu Arietem, cui præferrata cornua sint, legimus, ut non miremur si et isti septem angeli apud eumdem Zachariam *cornua* vocentur. Solet enim divina bonitas retrusa et supera illa, ingeniorum nostrorum infirmitati, per ea quæ sub sensus cadunt, explicare, rituumque et locorum rationem interdùm habere, quemadmodùm quia parabolis oblectabatur Syria, non nisi in parabolis eis Christus Dominus loquebatur, Marci 4, versu 34, ut observavit S. Hieronymus in Matthæi cap. 18, et idcircò etiam divinæ majestati thronus et sceptrum in Scripturâ tribuitur. Quid quòd idem S. Hieronymus in Ephesiam cap. 2, dicit, videri D. Paulum dominationes, potestates, thronos, angelos et archangelos, ex traditione, vel etiam ex mysticâ principum, qui in Scripturis describuntur, intelligentiâ percepisse ac tradidisse?

Tertium demùm quod effari statueram, est si è septenariis omnibus excellentiis, quas legere aut cogitare potui, eam in quâ veritatis plus putarem, deligendi mihi optio daretur, excellentiam ego illam septenariam deligerem, quæ à septem iis virtutibus ducitur, quæ homini humanum vitæ hujus cursum peragenti, ad æternam salutem inprimis necessariæ sunt, ut videlicet istorum angelorum opus præcipuum sit, ad illas homines adducere, cohortari et juvare, ideòque et contrariis omnibus adversari ac obsistere, idque hoc modo ut singuli quidem ad omnia quæ Deo grata nôrunt, invitarent, opemque ferrent; singulorum tamen una veluti princeps cura et opera in earum virtutum unâ excitandâ, custodiendâ et amplificandâ consumeretur. Virtutes porrò illæ sunt, fides, spes, charitas, prudentia, justitia, temperantia et fortitudo, vel quæ vitiis capitalibus opponuntur, animi demissio, liberalitas, castitas, cæteraque chori ejusdem ornamenta, vel quæ in theologiâ vocantur septem dona Spiritûs sancti, ita ut ad suam hanc Spartam exornandam, habeant singuli quàm plurimos alios cœlestes spiritus, quos vel ministros hùc illùc ablegent, huic vel illi homini adjungant, huic aut illi procurationi præficiant, prout ipsis suum ad munus rectè obeundum expedire visum fuerit. Cùm enim antea constitutum sit, septem capitalibus vitiis, septem sub Lucifero, dæmonas præpositos, qui, pro immani suo in homines furore illa concitent, urgeant, amplificent, cur ex omni angelorum numero, septenos itidem, sub summo imperatore Deo, principes non arbitremur, qui, pro eximio suo in homines studio, eos ad nobilissimarum virtutum amorem excitent, à contrariis illis vitiorum monstris abstrahant, eorum auctores et reges dæmonas compescant, impediant, exterminent? An ad exitialem illum perdendarum animarum finem, inter immanissimas istas Orci belluas, conspiratio et concordia quædam veluti politica et regalis coalescere potuit, inter sanctissimas cœlorum mentes ad æternam hominum procurandam salutem, amicitia, fœdus et politia multò præstantior et augustior non existimanda? Sanè apud Isaiam cap. 33, angelos quosdam, *pacis angelos* nominari videmus, et apud citatum antea Hermani lib. 1, cap. 12, iterùmque postea non semel *angelum pœnitentiæ præpositum*. Cur, nisi quia hic ad pœnitentiam, illi ad pacem potissimùm, peccatores et dissidentes homines vocabant? Septem ramorum *candelabrum* in tabernaculo, Exodi 25, et in Apocalyps. cap. 1, *candelabra septem*, non septem angelos, qui virtutum splendore orbem illustrent, notant? De funestis verò illis dæmoniorum regibus dicebam, fortè in totum orbem singulis esse potestatem, demandatas ipsis scelerum pestes dispergendi et adaugendi; fortè in certas tantùm regiones et provincias; nùm de bonis sanctisque istis angelis idem videtur? nùm eorum singulis in totum terrarum orbem, quoad demandatæ

honestatis functionem, jus est? an certis potiùs eorum potestas terminis continetur? Nam in septem partes mundum à quibusdam olim divisum ostendit Rabbi Joseph Camius in Ps. 47, vers. 2 : « Creator excelsus mundum « creans, divisit illum in septem partes, quæ « vocantur Arabicè, ait, *aclimim*, Græcè *cli-* « *mata*, et in linguâ sanctâ *nophoth*, et quod- « libet clima proprium habet aerem. » Hùc tamen animo potiùs rapior, ut nullis regionum ullarum limitibus eorum circumscribatur imperium et auctoritas, sed longè latèque omnes in oras et terras proferatur; ubique ad veram honestatem et officium mortales invitent; contra dæmonum insidias pro nobis stent, tenebrarum principum impetus, machinationesque omnes, quoad hominum liberum sinit arbitrium, dissipent et confringant. Nihil enim causæ est, cur eorum angustetur ditio, etiamsi certos intra terminos dæmonum vis coerceatur; de amicissimis Deo spiritibus splendidius aliquid philosophari non liceat? ut dignitatis videlicet plus obtineant multòque latiùs dominentur? Innuit hoc Apocalypsis, dùm cap. 5, *in omnem eos terram* emitti, Zacharias, dùm cap. 4, *per universam terram* discurrere ostendit; quin ille jam semel iterùmque citatus Hermas, dùm lib. 1, visione 3, *universam iis terram* traditam memorat. Quid quòd episcopis olim diaconi septem, qui, eorum in diœcesi totâ oculi dicebantur, aderant? At episcopus omnium maximus, Deus est; ejus diœcesis mundus totus, in quo, ut supra etiam ex Prophetâ dictum, septem hi spiritus oculorum vice quâdam funguntur, non quòd iis, uti homines episcopis, egeat; sed eamdem ob causam, ob quam secundas ad rerum actionem et mundi gubernationem, causas adhibere dignatur. Ob ipsius verò numeri præstantiam, hunc angelorum numerum à Deo constitutum, nobisque ab eo patefactum esse, ne credam facit, quòd numeri alicujus dignitas à numeratarum mihi rerum dignitate ducenda videatur, non contra. Quid enim *numerus* est? cui ne hoc quidem philosophi nobiles tribuunt, ut in entium realium numero, quem apud alios obtinuerat locum retineat, uti apud eruditissimum Fonsecam nostrum lib. 1 Metaphysic., cap. 13, quæst. 4, sect. 2, videre est. Ut verò eorum à septem errantibus stellis principatus repetatur, probabile facere queat, veterum quorumdam Hebræorum, si antea citato Agrippæ credendum, auctoritas, cujus aliquod fortè apud Eusebium lib. 9 Præparat. in versibus, quos de septem cœlestibus viis zonisque citat, videatur. Deinde, quòd Mosaicum septem brachiorum candelabrum Josephus lib. 3 antiq. cap. 7; Philo libro Quis rerum divinarum hæres, et lib. 3 de Vitâ Moysis, imitatum aiunt planetarum illorum numerum et elegantiam. Nullum tamen angelicæ hujus, quæ illis tributa sit præfecturæ vestigium, neque in Scripturis, neque in Patribus videre adhuc potui, et non immeritò suspectum sit, quod in hæreticorum tam multorum dogmatibus reponendum putavit S. Epiphanius, quod tam multis postea et commentis et superstitionibus vel Rabani quidam Cabalici, vel obscuri, suspectæque probitatis alii, et hos recentiores quidam secuti amplificârunt. Adeò ut, quemadmodùm vidimus, sese tam seriò Tritemius excusare nitatur, quin et ipse, sed nimiùm generatim, Agrippa in librorum illorum de occultâ philosophiâ, præfatione. Posset quidem aliquis omnes aut hæreticorum veterum, aut Cabalistarum aliorumque errores detrahere, istamque veluti opinionem lustrare ac deputare, sicque ipsam tueri. Sed suo id alius judicio faciat. Est de septem principum angelorum Orationibus libellus. Eum, prout anno 1594, Neapoli editus est, si quis aspiciat, et videat septem planetarum orbes eleganti descriptos imagine, primo aspectu putet, in hâc ipsâ sententiâ esse, qui precum imaginumque illarum editor primus dicitur. Verùm ut vetus illud Josephi symbolum oculis subjiciatur, imago hæc appicta videtur, quemadmodùm indicat auctoris illius præfatiuncula, quam quia illam quam proposui de candelabro sententiam confirmat, simulque alia non inutilia brevissimè proponit, totam hìc subjungam.

« Antonius Duca, rector ecclesiæ « septem principum angelorum « Panormitanæ, piissimis lectoribus sanctorum angelorum « auxilium. »

« Candelabrum de partibus septuaginta, « viri christianissimi, quod Moyses Dei man- « dato aureum composuit, ex Josepho D. Hie- « ronymus mundum cum septem stellis erran- « tibus scribit significâsse; et per illud à D. « Anselmo quoddam templum spirituale mira- « biliter describitur. Nos et Josephi, et D. « Joannis Evangelistæ auxilio adjuti, trium- « phantem Ecclesiam cum septem spiritibus « ante Deum astantibus, instar cujus militans

« Ecclesia cum septem episcopis ardenti pur« purâ indutis existit, significare censemus; « nec non septimembre templum à sanctis « martyribus, ædificatum Romæ ex vaticinio « Esaiæ ostendimus : ut quemadmodùm in « mirabili Judæorum candelabro, ita in mi« rabili Christianorum templo Deum mirabi« lem prædicamus. Valete feliciter. » In aliis verò philosophationibus, præter ipsum philosophari, nihil video.

QUÆSTIUNCULA LVII.

EORUMDEM ANGELORUM SEPTEM QUODNAM EX HOC LIBRO MUNUS COLLIGI POSSIT?

Ita de istis agam, ut, quò major hinc percipiatur utilitas, de aliis etiam angelis aliquid interdùm attingam. Bipartitò igitur eorum considerari munus potest. Primò ex iis, quæ hoc ipso capite tradit S. Raphael; deinde ex aliis, etiam, quæ toto ipso libro agit et loquitur. Hic ergo vers. 15 : *Ego*, ait, *sum Raphael Angelus, unus ex septem, qui stamus ante Dominum. Astare* verò ante Dominum *dupliciter* Angeli dicuntur : Primò divinæ Majestati ministrando; deinde eamdem contuendo, ex eoque contutu summam æternamque felicitatem hauriendo; idque fit rursùm dupliciter : primò in cœlo empyreo, ubi, singulari quodam modo, divinæ majestatis solium est; deinde, aliis in locis. Si *astare* igitur pro ministrare, Deumque intueri sumatur, sic ei semper et ubique Angeli astant, quia et Deus ubique et ipsi beatissimame jus faciem ubicumque locorum sint, vident, Matth. 18. Quia verò non ubique, modo illo cœlesti, divina majestas in solio suo conspicitur, ideò interdùm à Deo mitti, ab eoque recedere, et ad ipsum deinde reverti Angeli dicuntur, ut ait Damascenus lib. 2, capite 3. Primo astandi modo hìc, *astare* sumitur, ideòque in Hebræo pro, *astare ante Dominum*, legitur, *ministrare ante solium gloriæ*. In quibus verò Græcis, *egredi à conspectu gloriæ ipsius sancti;* qui est Deus benedictus. In Græcis Romanis correctis, *ingredi coram sancto Deo*. Et fortè tam *egredi* quàm *ingredi* conjungendum, ut ipsa eorum ministratio magis significetur. Quemadmodùm enim ministrorum est, dominis *astare*, ita etiam ad eorum nutum *ingredi* et *egredi*, nuntios ac renuntios agere. Unde D. Cyprianus libro de exhortatione martyrii locum ita istum citat : *Assistimus, et conversamur ante faciem Dei*. Et libro de oratione Dominicâ : « Ego sum Raphael, unus ex septem angelis « justis, qui assistimus et conversamur ante « claritatem Dei. » Eodemque modo libro de immortalitate, nisi quòd angelos *sanctos* vocat, quos *justos* dixerat. Citat eodem etiam modo D. Augustinus sermone 126. Dices, cùm primo illi ministrandi modo, semper et ubique angeli Deo adsint, quomodò vers. 20, vult ad illum Raphael reverti? Qui enim revertitur, abfuit. Responderi posset astitisse quidem priore modo semper : sed non omnium postremo, sicque ad Deum perfruendum reverti, ut ante dicebam. Concedo tamen postremo etiam modo, astandi verbum sumi, sed *astamus* valet, *astare solemus*, id est, *ministrare*, quemadmodùm et S. Gabriel Lucæ 1, vers. 19, ait : *Ego sum Gabriel, qui asto ante Deum*, id est, *astare soleo*, prout Græcum indicat participium, ἐγώ εἰμι Γαβριὴλ ὁ παρεστηκὼς ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ, quod dùm non expendit Erasmus, vertit, *qui astiti ante Deum*, quasi tùm non astaret Gabriel. Scholastici ferè aliud esse putant, *Deo assistere*, aliud, *ministrare*. Assistere siquidem esse velut, Deo assidere, ministrare verò, mitto ad quidpiam agendum. Hebraicus tamen idiotismus distinctionem istam non postulat.

Primum ergo Angelorum istorum *munus* est, Deo tanquàm domino et regi maximo, humillimorum et obsequentissimorum ministrorum instar, semper astare, ejus nutum exspectare, ejus imperatu confestim quodlibet agere, quòlibet vadere, rerumque humanarum curam suscipere. Atque hanc ob causam etiam, *oculi* vocantur, ut ait loco citato Clemens. Vocantur et *cornua*, quia pro hominum salute contra hostes ferocissimos dæmones præliantur. *Lampades* etiam Apocalypseos 4, dicuntur, *ante Dei thronum*, quia et summâ ipsi, claritate circumfulgent, et eos, ad quos mittuntur, luce quâdam insigni collustrant.

Alterum eorum munus est, hominum preces divinæ bonitati offerre, prout supra, cap. 3, expositum, et in Græcis correctis hoc loco dicitur : *Ego sum Raphael unus è septem angelis sanctis, qui Deo sanctorum preces offerunt.*

Tertium est benè agentibus adesse, ut in Græco et Hebraico hìc exprimitur. Delectantur enim eorum, qui puritatem, Deique cultum diligunt, vitia oderunt, virtutes amplectuntur, consuetudine. Videatur S. Nilus, epistolâ ad Anastasium, ubi ait S. Chrysostomum semper angelos in templo vidisse quoties oblatio fieret, sicuti et Leontius apud Sophronium in Prato cap. 4. Unde et Chry-

sost. 21, in Acta: « Non dubites, ait, assistere « angelum, quando Christus assistit, Christus « immolatur. » Similia homiliâ 3 in Epist. ad Ephesios, ad Hebræos et oratione 3 contra Anomæos, lib. 6, de Sacerdotio, cap. 7; D. Gregorius 4 Dialog. c. 58, Paschasius epistolâ ad Berengarium, V. Beda in Lucam, Aquisgranense concilium c. 131, 132. Universè verò D. Augustinus, Soliloquiorum cap. 27: « Quo« ties, ait benè agimus, gaudent angeli et « tristantur dæmones; quoties à bono devia« mus, diabolum lætificamus, et angelos suo « gaudio defraudamus. » Idemque prorsùs testatur S. Antonius epist. 5, Climac. 1, gradu 20.

Quartum, ad opera bona hortari, ut isto cap. vers. 8, et sequentibus, ideòque et hìc in Hebraico, cùm ad alia tùm ad eleemosynam hortatur S. Raphael: « Melius, ait, est « in Dei conspectu eleemosynam assiduè fa« cere, quàm auri argentique thesauros congre« gare. » Et vers. 18, ad Deum laudandum cohortatur: *Ipsum,* ait, *Deum benedicite, et cantate illi.* Et vers. 9: *Benedicite Deum cœli, et coram omnibus viventibus confitemini ei, quia fecit misericordiam suam.* Unde D. Augustinus sermone 126: « Non ipsum honorem gratiarum « mihi deputetis, ait angelus, quia meis viri« bus nihil percepistis. Deum benedicite, et « illi confitemini, et ipsum glorificate, quia « fecit vobiscum bona. »

Quintum. Docent etiam hi sancti angeli nos theologiam, id est, quæ ad fidem, moresque bonos faciunt, uti jam dictum, et ex toto libri decursu patet clarissimè. Docent physicam et medicinam, *si quando res ususque postulet.* Numquid enim hepar illius piscis, et fumus ex eo, vim ostendit Raphael? Nonne in felle, quanquàm aliàs amarissimo, quanta sanitatis dulcedo contineretur, indicavit? ideòque angelos *hominum pedagogos* vocat S. Athanasius libro de communi essentiâ, et D. Chrysost. l. 3 ad Collossenos, quemadmodùm et gentilis alioquin auctor, Seneca, epist. 3; sed loquatur ipse S. Chrysostomus: « Unusquisque, ait, « credentium, angelum habet. Nam et ab ini« tio quisque virorum celebrium ac probato« rum angelum habebat, quemadmodùm Ja« cob dicit: *Angelus qui pascit me, et qui libe« ravit me à juventute meâ.* Si ergo angelos ha« bemus, sobrii simus, tanquàm si pædagogi « quidam nobis adessent. Adest namque et dæ« mon; propterea oramus ac dicimus, pe« tentes angelum pacis. Et ubique pacem pe« timus. Nihil enim illi adæquari potest. In « Ecclesiis pacem, in precationibus, in sup« plicationibus, in præfationibus, et semel, « iterùm atque tertiò, et sæpè eamdem, « qui Ecclesiæ præest, impertit dicens: Pax « vobis. » Nonne ad S. Ambrosii concionantis aures angelus ità clarè stabat, ut eo aspectu Arianus, alioqui contumax, catholicam ad fidem converteretur, S. Paulino in illius Vitâ scriptore. Sic simplicem quemdam, hominem alioqui minimè malum, ab hæresi ad Catholicam fidem revocat angelus, apud Sophronium, cap. 178, cùm boni cujusdam senis admonitionem hanc approbâsset: « Non tibi « ultra contingat, ut extra sanctam catholi« cam, et apostolicam Ecclesiam communi« ces. » Sic et Natolium, variorum incommodorum Christi Jesu causâ susceptorum, gloriâ inclytum confessorem, sed in hæresin aliquandò prolapsum, itidem admonent, imò et verberibus adigunt sancti angeli apud Eusebium lib. 5, historiæ, cap. ultimo. Adjunxi autem consultò illud: *Si quando res ususque postulet*, ne ab angelis profecta jactet quispiam, quæ vel ab ipsis aliena, ut illi, de quibus S. Paulus ad Coloss. cap. 2, vers. 18, vel quæ secundùm divinam institutionem, ab Ecclesiâ, ejusque magistris et membris ordinariè accipienda, uti monet S. Augustinus præfatione librorum de doctrinâ christianâ, et lib. 1 contra Felicem, cap. 10. Unde et apud citatum paulò ante Sophronium, cap. 199, dicebat angelorum ipsorum quidam: « Deus ita dispo« suit, ut per homines conjungantur homines. »

Sextum: Dæmones propulsant, nosque contra illos egregiè tuentur, prout supra patuit cap. 8. Pugnat enim adhuc Michael et angeli ejus contra draconem et angelos ejus, Apocalyps. cap. 12. S. Posthumius in suo ad fratres sermone: « Si adversùs vos, ait, con« veniunt castra dæmonum, potestis vos mul« tùm adjuvari agminibus angelorum. » S. Hilarius in Psalmum 124: « Iis, ait, qui stare « volunt in Ecclesiâ catholicâ, non desunt « sanctorum custodiæ, et angelorum muni« tiones. » Et rursùm: « Angeli Ecclesiam « quâdam custodiâ circumsepiunt. » Atque hùc pertinet, quod Elisæus aiebat 4 Reg. cap. 6, vers. 16: *Noli timere, plures enim nobiscum sunt, quàm cum illis.* Et quod apud Sophronium cap. 57.

Septimum, à pluribus corporum periculis homines liberant, ut in Raphaele nostro vidimus, qui juniori Tobiæ periculi, tanto in itinere, nihil evenire passus est; ipsum è piscis

immanis faucibus eripuit, seniorem Tobiam à gravissimâ cæcitate curavit, Saram, ipsumque juniorem Tobiam, adeòque totam Raguelis domum ab infestissimo dæmonum furore liberavit. Unde vers. 14 : *Misit me* (Raphaelis verba sunt) *Dominus, ut curarem te; et Saram uxorem filii tui à dæmonio liberarem*, seu, ut citat lib. de Oratione Dominicâ, et libro de mortalitate S. Cyprianus: «Me misit Deus curare te, «et Saram nurum tuam.» Sic S. Isacius apud Metaphrastem, mediis in spinis, ab angelis conservatur. S. Franciscus apud S. Bonaventuram, musico concentu à morbo difficillimo relevatur, ut rectè videatur cecinisse, qui scripsit:

Aspice quæ cœli sint gaudia : corpore morbum
Angelico removet pectine tacta chelys.

Octavum, cùm, ad Dei gloriam et animorum salutem facere intelligunt, opes etiam, honestas nuptias, splendidas affinitates, et omnia bona procurant, quemadmodùm in Raphaele nostro vidimus, ut meritò Dei *oculi*, imò et manus vocari possint. Videatur Cyrillus lib. 4 contra Julianum, Eugubinus de perenni philosophiâ, lib. 8, cap. 3, et sequentibus, Origenes in Numeros homil. 20 et 25; Epictetus Ariani lib. 1, cap. 14, et Seneca, epistolâ 110, ubi quæ à veteribus Israelitis vel Christianis mutuati sunt, explicant.

Nonum, interdùm etiam nos tentant; sed eo modo quo Deus, qui alioquin *intentator malorum est*, Jacobi vers. 13, tentare homines dicitur, ut Abrahamum 8, Genes. 22, Israelitas et alios Exodi 15, 16, 20; Sapientiæ 3, Jacobi 1, vers. 2. Hæc enim tentatio nil nisi virtutis probatio, exercitatio et demonstratio est. Atque hoc in Græco significatur, et apud Cyprianum locis jam citatis, dùm ita loquitur S. Raphael : *Quia non es cunctatus exsurgere et derelinquere prandium tuum, sed abîsti et sepelîsti mortuum, missus sum tentare te.*

Decimum, angelorum istorum munus est, eos qui variis è proposito jam genere tentationibus, molestiis ac asperitatibus exerciti fuerint, suavissimè tandem consolari. Quanto enim et quàm suavi solatio cæcatum olim Tobiam, tristi maritorum cæde mœrentem Saram, parentis incommodo indolentem filium, filiæ tam repentinis tamque funestis viduitatibus conterritos parentes, Raphael ad extremum perfudit! Sed omnium maximè solent id sancti angeli facere, cùm ex hâc nobis vitâ demigrandum : cum jamjam è corpore avolat animus, cùm supremi judicis adit tribunal. Pleni exemplorum de sanctorum historiis codices, viderique potest divus Chrysostomus lib. 6, de Sacerdotio, Gregorius Magnus in dialogis, Gregorius Turonensis libro de gloriâ Martyrum, et libro de gloriâ Confessorum, alii præ omnibus tamen D. Lucas cap. 16, cùm beatissimam Lazari, qui ulceribus, fame, morboque paulò ante confectus, non in domo, vel tuguriolo saltem aut stabulo quopiam, sed in plateâ sub dio, et ante divitis januam, et inter canes jacebat, mortem describit. *Factum*, ait, *est, ut moreretur mendicus, et portaretur ab Angelis in sinum Abrahæ.* Unde et ipse paulò post Abraham: *Lazarus*, ait, *nunc hìc consolatur.* Ideòque ipsa etiam Ecclesia, dùm supremum aut morienti aut mortuo alicui præstat officium, *Aperiantur*, ait, *ei cœli : collætentur illi angeli. Suscipiat eum sanctus Michael archangelus Dei, qui militiæ cœlestis meruit principatum. Veniant illi obviàm sancti angeli Dei, et perducant eum in civitatem cœlestem Jerusalem. Subvenite, sancti Dei, occurrite, angeli Domini, suscipientes animam ejus, offerentes eam in conspectu Altissimi.* Quæ etiam usitatissima et vetus Hebræorum, in suorum funeribus, precandi ratio est, ut ex vulgato eorum libro Mahzor patet, ubi sit : «Angeli «pacis, egredimini in occursum ejus: portas «paradisi voluptatis reserate illi; atque pacem «ipsius adventui denuntiate. Custodes thesau-«rorum horti Eden, patefacite ei portas Eden.»

QUÆSTIUNCULA LVIII.

QUOMODO SEPTEM HI ANGELI A QUIBUSDAM VOCENTUR ?

Exstat de septem angelorum principibus in Italiâ, libellus quidam semel, iterùm et sæpiùs excusus, variisque illorum imaginibus ornatus; primò quidem operâ Antonii Ducæ, ut suprà vidimus, deinde et aliorum studio. Is septem hosce angelos septem hisce nominibus indigitat, ut primus sit *Michael;* secundus *Gabriel;* tertius *Raphael;* quartus *Uriel;* quintus *Schealtiel;* sextus *Iehadiel;* septimus *Barachiel:* Primi nominis interpretatio est : Quis sicut Deus? Secundi, fortitudo Dei; tertii, supra posita cap. 3; quarti, lumen Dei; quinti, petitio Dei; sexti, laus seu confessio Dei; ultimi, benedictio Dei. Et quartum quidem Urielis nomen disertim consignatum est lib. 4 Esdræ cap. 4 et 6. Quintum exsculpunt nonnulli ex Genes. 18 ; sextum ex cap. 23 Exod. ; septimum ex Geneseos 18. Audio etiam angelorum, istis cum nominibus, picturas, in templis quibusdam, reperiri. Est urbs Germaniæ

nostræ ampla et splendida, quæ, cùm religionem catholicam, ejusque sanctos, et eorum tam imagines, quàm nomina funditùs, contra laudatissimos majorum suorum mores, extirpata cupiat; suum tamen, superioribus hisce annis, calendarium edidit, in quo non septem tantùm, sed octo angelos poneret, eorumque non nuda tantùm nomina, sed et affabrè sculptas imagines, et quidem è Scripturâ historiis capitibusque annotatis, quasi ii exinde angeli haberentur, circumcirca imprimeret. Sunt autem hæc, in quibus à prioribus illis discrepantiam videt quilibet; nomina *Michael, Gabriel, Raphael, Uriel, Malthiel Zadkiel, Peliel, Raziel.* Apud Tritemium verò libro antè citato de Secundeis, ita iidem isti nominantur. Primus *Orifiel*, secundus *Anael*, tertius *Zachariel*, quartus *Raphael*, quintus *Samael*, sextus *Gabriel*, septimus *Michael.* Henricus porrò Cornel. Agrippa lib. 3 de occ. Phil. cap. 24, paulò ante verba quibus hos esse septem de quibus Scriptura loquatur, ostendit, suntque superiore quâdam quæstiunculâ recitata, istum in modum scribit : « Accepimus ab antiquis « Hebræorum patribus, nomina angelorum « præsidentium planetis atque signis. Saturno, « *Zaphiel;* Jovi *Zadkiel;* Marti, *Camael;* Soli « *Raphael;* Veneri, *Haniel;* Mercurio, *Michael;* « Lunæ, *Gabriel.* » De istis porrò, quid censendum, deinceps exquiremus.

QUÆSTIUNCULA LIX.

AN RECTÈ HÆC ANGELIS ISTIS IMPOSITA NOMINA?

Catholica Ecclesia cùm in Litaniis, tùm aliis in precibus, et ritualibus omnibus, tria tantùm nomina recipit et usurpat : cætera non item. Et verò Glycæ Byzantini in Annalium parte tertiâ hæc oratio est. « Appellatio *Urie*« *lis*, quemadmodùm reapsè sapiens Psellus « scripsit, nec prisci fœderis libris, nec novi « continetur; sed extat in libro quodam He« braico, qui inscriptionem habet : *Precatio « Josephi*, et apocryphus est. » Ita ille. Quòd si verò propter apocrypham Esdræ scripturam probatur Uriel, cur non etiam Jeremiel? Sic enim lib. 4, cap. 4, vers. 36 : *Respondit ad ea Jeremiel archangelus.* Clarissima verò et notatu dignissima sunt quæ in Germaniæ nostræ Apostoli S. Bonifacii Historiâ lib. 2, leguntur. Impius quidam hæreticus Adelbertus, cùm sese Apostolis æquipararet, multaque impiis hæreticorum nostrorum dogmatibus, de sanctorum templis, de peccatorum confessione, aliisque id genus, consimillima doceret, addebat, epistolam se et precationem è cœlo accepisse, et in hâc ipsâ octo angelorum nomina, in quibus et *Uriel* erat, quasi divinitùs missa recensebat. Quid verò S. Bonifacius? « Ex octo istis « angelis, unus tantùm, ait, est S. *Michael* : « reliqui septem potiùs dæmones. » En quo loco Psellus et S. Bonifacius *Urielis* nomen habent! Gravius tamen auctoritatis momentum, è Romano concilio, in eâdem historiâ, est, dùm de angelorum nominibus quamdam veluti fidei professionem edunt congregati Patres, ipseque qui concilium coegerat, Pontifex maximus. Nam cùm hæretici illius Adelberti charta prolata esset, subditur in concilio : « Suscepta est et lecta oratio, cujus initium « tale erat : Domine Deus omnipotens, Pater « Domini Jesu Christi, et α et ω, qui sedes « super septimum thronum, et super Cheru« bin et Seraphin ; pietas magna et dulcedinis « satis est apud te, Pater sanctorum angelo« rum, qui fecisti cœlum et terram, mare et « omnia quæ in eis sunt; te invoco et clamo « et invito super me miserrimo, quia tu di« gnus fuisti dicere : *Quodcumque petieritis à « Patre in nomine meo, dabit vobis;* à te peto, « ad te clamo, in Domino Christo confido ani« mam meam. Cùmque per ordinem legere« tur, pervenit ad locum, ubi ait : precor vos « et conjuro vos, et supplico nil nisi ad « vos angelus *Uriel*, angelus *Raguel*, angelus « *Tubuel*, angelus *Michael*, angelus *Adimis*, « angelus *Thubuas*, angelus *Sabaoth*, angelus « *Simihel*. Dùm verò hæc oratio sacrilega « usque ad finem perlecta fuisset, Zacha« rias sanctus Papa dixit : Quid ad hæc, sancti « fratres, respondetis? Sancti episcopi et ve« nerabiles presbyteri responderunt : Quid « aliud agendum est, nisi ut omnia quæ coram « nobis lecta sunt igni concrementur, aucto« res verò eorum anathematis vinculo per« cellantur? Octo enim nomina angelorum, « quæ in suâ oratione Adelbertus invocavit, « non angelorum, præter Michaelis, sed magis « dæmonum nomina sunt, quos ad præstan« dum sibi auxilium invocavit. Nos autem, ut « à vestro sancto apostolatu edocemur, et di« vina tradit auctoritas, *non plusquàm trium* « angelorum nomina agnoscimus, id est, *Mi« chael, Gabriel, Raphael.* » Atque huic concilio cùm alii omnes, tùm Zacharias ipse subscripsit, rursùmque postea in epistolâ 9 confirmavit. Quanti apud nos omnes tanta tanti pontificis, tantique concilii auctoritas esse debet? Neque sanè angelorum nomina plura,

quàm tria usitata; nisi fortè aliquod aliud notionis ejusdem nomen esset, eamdemque angelicam personam alio quodam modo et idiomate significaret; agnoverunt D. Gregorius, homilia 34, D. Hieronymus in Danielis 8. Dixerit tamen quispiam, cùm septem istos angelos esse certum sit, eorumque nobis in Scripturâ sacrâ et summa dignitas et officium demonstratum sit, etiamsi non sint omnium nomina indicata, quidni aliquibus eos nominibus appellare liceat? An, ut in *peri Hermenias* initio docetur, non sunt nomina ex hominum instituto? An, ut ab aliis alii distinguantur hominibus, imò et brutis, et fluviis, et locis et rebus penè omnibus imponere nomina licebit, angelis istis non licebit? Quòd si verò aliqua iis imponere liceat, quidni ea ipsa, quæ proposita sunt? cùm, sicuti *Michaelis, Gabrielis* et *Raphaelis*, ab aliquibus eorum muniis, proprietatibus et actionibus petantur? An lineas, angulosque suos Euclides, et syllogismorum suorum terminos in Analityeis Aristoteles, quibus voluerint, litterarum nominibus insignient, novasque item res novatis verbis grammatici et oratores; nobis verò in angelis nulla omninò concessa erit onomatopeia? Moverent me ista non parùm, nisi vel minimum Ecclesiæ catholicæ judicium, omnibus id genus rationibus longè anteponerem. Non vult Ecclesia hujuscemodi angelorum nomina cudi; ego, qui in sanctâ illius officinâ modestè, demissèque gerere me cupio, nihil fabricabor, omnes omnium et philosophorum, et grammaticorum incudes abjiciam: si matri meæ tria satis nomina sunt, plura non comminiscar, ne fortè et apostolico huic præcepto parùm morigerer, 1 Timoth. 6, vers. 20: *O Timothee, depositum custodi, devitans profanas vocum novitates.* Videmus quantùm hàc in re, qui à Dei cœtu alieni sunt, Judæorum Rabbini, et Cabalæi maximè lascivierint, qui et mira nominum portenta finxerunt, et fingendi aliis potestatem, adeòque, si Deo placet, artem tradiderunt; idque confirmant Adami exemplo, ad quem unà cum rebus aliis angelos Deus adduxerit, iisque ille nomina indiderit, cùm Genesis 2, vers. 19, clarè dicatur, formatis, Dominus Deus, de humo cunctis animalibus terræ, et universis volatilibus cœli, adduxit ea ad Adam, ut videret, quid vocaret ea. Omne enim quod vocavit Adam *animæ viventis*, ipsum est nomen ejus. Appellavitque Adam nominibus suis cuncta animantia, et universa volatilia cœli et omnes bestias terræ. Veterum verò hæreseon fabri, quot et quàm monstrifica nobis angelorum nomina fabricati sunt? Apud Epiphanium hæresi 24, est *Abrasax;* hæresi 25, *Prunicus, Paldabaoth, Calaucauch, Barbelo* et *Metra;* hæres. 26, *Jao, Secla, Seth, Dade, Eloæus,* qui et *Adonæus, Jaldabaoth,* qui et *Elilæus, Sabaoth*; hæres. 30 et 31, *Achamoth;* hæres. 33, trecenta et sexaginta quinque sunt angelorum, sicuti et cœlorum totidem nomina, quæ confinxerat Saturnilus, sicuti et apud S. Irenæum lib. 1, cap. 12, *Azazelem,* de quo multa Cabalæi, Marcus et hæreticus et magus. Apud Eliam Thesbi, verbo *Lillith,* invenitur *Senoi, Sansenoi, Samangeloph.* In apocrypho Hermæ lib. 1, visione 4, dicit virgo quædam: *Misit Dominus angelum suum, qui est super bestias, cui nomen est* Hegrin, *et obturavit os bestiæ ne te dilaniaret.* In Aruch est *Sandalphon, Mitatron, Semmangeliph, Jarcumi,* qui vocatur *Sar Habborad,* id est, princeps grandinis, seu angelus, qui grandini præsidet. Apud Turcas, ut ait Historiæ Turcicæ auctor lib. 2, cap. 19, est *Nechir* et *Remonchir*, rursùmque cap. 20 et 21, *Israphil,* qui in judicii die, turbam inflaturus sit; est etiam *Arot* et *Marot,* ut refert lib. de Concordiâ orbis Postellus. Quid magi? quid qui nomina ex inquinatissimis eorum, quos hactenùs protuli, lacubus hauserunt? « Sunt, ait Agrippa loco antea prolato, viginti octo angeli, qui dominantur in viginti octo mansionibus lunæ, quorum nomina per ordinem sunt, *Geniel, Enediel, Amixiel, Azariel, Cabiel, Dirachiel, Schéliel, Anmediel, Barbiel, Araesiel, Neciel, Abdizuel, Jazeriel, Ergediel, Ateliel, Azeruel, Adriel, Egibbiel, Amutiel, Kyriel, Bethnael, Geliel, Requiel, Abrinael, Aziel, Tagriel, Arheniel, Amnixiel.* Et paulò ante: duodecim cœli signis præsident angeli duodecim: Arieti *Machidael*, aliis deinceps isti: *Asmodel, Ambriel, Muriel, Verchiel, Hamaliel, Zuriel, Barchiel, Adnachiel, Hanael, Gambiel, Barchiel.* » At, in suâ illâ ignibus quàm typis ullis digniore Steganographiâ, quid Tritemius? *Orifiel*, angelus Saturni, sub se alios habet spiritus, qui sunt *Sadaei, Pimiel, Morisiel.* Jovis *Zachariel,* et sub se istos habet, *Elolielem, Arielem, Raphaelem,* Martis angelus est *Samael,* cui parent *Amael, Asmael, Nebiel.* Solis angelus est *Michael*, cui subditi sunt *Lamiel, Palael, Vaariel.* Veneris angelus *Anael,* cui morem gerunt *Zabdiel, Sarmiel, Adoniel.* Mercurii angelus *Raphael* est, cui obediunt *Carmiel, Nebeiel, Pathiel.* Lunæ denique angelus est *Gabriel,* cui obsequuntur *Remahiel,*

Jespiel, Thecriel. Ecce, quò humanorum ingeniorum progreditur lascivia, dùm angelica sibi nomina faciendi licentiam indulsit. Hæc enim ideo commemorâsse volui.

QUÆSTIUNCULA LX.

QUOMODO ET ALIUNDE ISTIUSMODI NOMINA IMPROBENTUR?

Improbatur ea istiusmodi nominum fictio primò ex ineptissimis, quibus ea fingi docent modis. Docent enim, ut apud Agrippam est libro 3, c. 25 et 29, ut vel certi alicujus numeri litteræ accipiantur, vel trisyllabum aliquod Dei nomen, aut rei certè alicujus, cui angelus, cujus architectandum vocabulum est, præsideat; sicque addatur *el*, aut *on*, aut *ah*, et statim verum angeli nomen proditurum. Hinc ergo 72 angelorum nomina, quæ 72 Dei nomina ferant. Hinc planetis præsident: Saturno quidem *Sabathiel*, aliis *Zedekiel*, *Madimiel*, *Semeliel*, vel *Schemeschiah*, *Negalgel*, *Cohabiah*, vel *Cochabiel*, *Iareel aut Levanael*, aut, ut lib. 2, c. 22, intelligentia Saturni est *Agiel*, Jovis *Jothphiel*, Martis *Graphiel*, Solis *Nathiel*, Veneris *Hagiel*, Mercurii *Tiriel*. Duodecim verò signis præsunt ab Ariete inchoando, *Teletiel, Suriel, Tomimiel, Sartaniel, Ariel, Bethuliel, Mathaniel, Acrabiel, Cheseliel, Gediel, Deliel, Dagimiel.* Sed et hoc in quâcumque linguâ fieri posse docet idem Agrippa, ut *Arietiel, Tauriel, Geminiel, Cancriel, Leoniel*, et cætera. O vanos, vanos, quos *Vaniel* et *Stultiel* nescio quis exagitat! Sed addunt, erectâ etiam cœli figurâ, posse tam bonorum quàm malorum angelorum nomina inveniri, si ad singulos ascendentes aut descendentes alphabeti litteræ spargantur. At quàm inter se dissident? Alii secundùm cardinum almutezios progrediendum aiunt, alii secundùm undecimæ domûs almutezios; Arabes verò et Rabbinorum quidam secundùm hylegiorum quinque ordinem. Eousque verò sese effrenata hæc nomenclationum novarum jactat audacia, ut bonorum malorumque hominum spiritus eodem artificio, quasi jam facti angeli aut dæmonia sint, nominandos existimet. Hinc, ait c. 28, lib. 3, Agrippa, eum, qui apud Esdram lib. 4, c. 4, vers. 36, est *Jeremiel*, esse Jeremiæ prophetæ spiritum, Zachariæ verò *Zacharielem*, Uriæ prophetæ, quem occidit Joachim, *Urielem*. Jam tertiò, si quis vel solùm audiat, quantùm vel veris, vel commentitiis [illegible] genus nominibus isti tribuant, quasque ad res et quomodò iis abuti soleant, facilè, opinor, constituet, melius tutiusve nihil esse, quàm intra ecclesiasticæ sese modestiæ gyrum continere. « Hæc, « ait ille c. 24, nomina tunc non secùs atque « oblationes et sacrificia diis devota, efficaciam « virtutemque sortiuntur, ad spiritualem ali« quam substantiam desiderati affectûs opera« tricem de superis et inferis educendam. Vidi « ego et novi quemdam inscribentem in chartâ « virgineâ nomen et signaculum spiritûs cu« jusdam, in horâ Lunæ, quam cùm dedisset « postea ad devorandum ranæ fluviali, et car« men quoddam obmurmurâsset, remissâ ranâ « in aquam, mox pluviæ et imbres oborti sunt. « Vidi per eumdem inscriptum alius spiritûs « cum suo signaculo nomen in horâ Martis, « idque corvo datum, quo post immurmura« tum carmen dimisso, protinùs ab eâ cœli « plagâ, quam ille involâsset, obortis nubibus « fulmina, concussiones, horribiliaque toni« trua consecuta sunt; neque tamen erant « illa spirituum nomina ignotæ linguæ, nec « alia quàm officiorum illorum significativa. « Hujus generis sunt angelorum istorum no« mina, *Raziel, Gabriel, Michael, Raphael, Ha« niel:* quæ sonant, *visio Dei, virtus Dei, forti« tudo Dei, medicina Dei, gloria Dei.* » Quis cùm carmen illud immurmuratum audit, non perhorrescat? Quis hominis hujus cæcitatem non deploret, qui scribere et approbare hæc ausus est? Nunc et illud mihi vide, quos et quàm certò et confidenter veteribus illis angelos dent: « Solent, ait Agrippa lib. 3, c. 47, fati« dici spiritus benè expurgatis animis etiam « sese visibiles præbere et comites, cujus « exempla multa sunt in sacris Litteris, ut in « Abrahamo et ancillâ ejus Agar, in Jacob, « Gedeone, Eliâ, Tobiâ, Daniele, et multis « aliis. » Vera hæc, neque malè. At quæ sequuntur: « Sic Adam, inquit, familiarem con« suetudinem habuit cum angelo *Raziele;* Sem « filius Noe, cum *Jophiele;* Abraham, cum *Zad« kiele;* Isaac et Jacob, cum *Peliele;* Joseph et « Josue et Daniel, cum *Gabriele;* Moyses, cum « *Metatiron;* Elias, cum *Maltiele;* Tobias ju« nior, cum *Raphaele;* David, cum *Cerdaliele;* « Manue cum *Phadaele;* Cenez, cum *Ceruele* « Ezechiel, cum *Hasmaele;* Esdras, cum *Urie« le;* Salomon, cum *Michaele.* » Postremò de his ipsis nominibus, quanta inter ipsos dissensio est! Mitto alias. Malthiel in urbis antea dictæ Calendario, Moysi ascribitur, ab Agrippâ ipsi Eliæ. Raphael à Tritemio Jovis famulus traditur, et rursùm tamen Mercurii dominus, ab eodem Soli tribuitur Michael, ab

aliis Raphael; ab eo etiam Mercurio Raphael; ab aliis Michael. Septem ergo magnos, beatoque in angelorum agminibus principes istos suspiciamus, amemus, colamus in eorum honorem, principum omnium Principi Deo ter gloriosissimo templa, uti magnâ cum pietatis laude Panormitana fecit civitas, excitemus, sacrificia offeramus, ipsosque, ut Ambrosianum istâ in re verbum retineam, *obsecremus;* quæ tamen sanctum voluit Ecclesiæ concilium tacita nomina, taceamus.

QUÆSTIUNCULA LXI.

POSSITNE URIELIS NOMEN ALIQUO MODO RETINERI?

Disertim, ut dixi, hoc ponit liber quartus Esdræ, c. 4 et 6. Verùm is liber apocryphus est, ut Esdræ initio monstravi, et significavit Psellus. Quia autem quæ in apocryphis leguntur, auctoritatem licet non habeant, interdùm tamen mala non sunt, ideò *Urielis* nomen approbârunt non omninò nulli. Nam D. Ambrosius lib. 5 de Fide ad Gratianum, c. 2: « Non, « ait, moritur Gabriel, non moritur Raphael, « non moritur *Uriel.* » S. Isidorus lib. 7 Orig., c. 5, quartum hunc angelum agnoscit, ejusque nomen interpretatur. Similiter et docti viri, qui S. Henrici imperatoris ævo floruerunt, eumque vel privatim, vel publicè, in scholis et templis docuerunt. In templo siquidem Basiliensi, quod Augustus ille Henricus magnificè restauravit, donisque plurimis decoravit: « Eminet, inquit lib. 3 Rerum Ger- « manicarum, fol. 40, beatus Rhenanus, la- « niana illa aurea ligneæ tabulæ adhærens, « septem millibus florenorum æstimata, quâ, « ipse privatim in larario suo cùm viveret, usus « est. Unde et tutelares divos refert, quos ille « præcipuè coluit, nempè quatuor angelos, « *Michaelem, Gabrielem, Raphaelem, Urielem* « et *Benedictum*, ac in horum medio stantem « Christum, cujus pedibus ipse cum uxore « Cunigunde advolvitur. » Unde verò hæc imperatori ejusque conjugi religio et sententia, nisi ab iis quos divinarum tùm rerum interpretes audiebant? Jam Missa seu universalis Canon Æthiopum, quæ in SS. Patrum Bibliothecæ tomo 4 legitur, hanc, fol. 120, habet precatiunculam: « Custodi, Domine, populum tuum per « preces majorum angelorum splendentium, « *Michaelis*, et *Gabrielis*, ac *Raphaelis*, et *Urie-* « *lis*, et quatuor animalium sine carne. » De quibus scilicet Apocalyps., c. 4, 5, Albertus Magnus in suâ, quam Wiceliana proferunt Exercitamenta, Litaniâ, *Urielem* nonne precatur? Quid S. Bonaventura Centiloquii parte 3, sect. 18? Videmus etiam Christianis quibusdam *Urielis* nomen imponi, quod, sacro in Baptismo vel Confirmatione, nunquàm fieret, si dæmonis tantùm nomen foret. Hoc ipso seculo, in ipsâ archiepiscopali S. Bonifacii sede Moguntinâ, primò quidem decanus, deinde archiepiscopus fuit *Uriel à Gemmigen*, qui anno 1514, è vivis excessit, prout ejus, in principe Moguntinâ æde, monumentum ostendit. Ecce et Græco-latinarum precum liber apud Hieronymum de Marnef anno 1580 editus, fol. 120, in Litaniis disertè ponit: Ἄγιε Οὐριήλ, πρέσβευε ὑπὲρ ἡμῶν. Quia igitur libris, picturis, nomenclationibus, id nominis boni quidam neque indocti viri terunt, videamus absurdum ne sit, eodem quandoque nomine bonos malosque angelos insigniri, quemadmodùm, sicut in cœlo, ita et apud inferos, multi Joannes et Petri sunt. Si enim, quod apud Areopagitam libro cœlestis Hierarchiæ, c. 13, quidam asserunt, è superioribus et inferioribus ordinibus angeli plures sunt, qui Seraphim vocentur, cur *Urieles* zelotes afferat? Ego tamen, posteaquàm sanctissimi pontificis et synodi Romanæ sententiam cognoscere datum est, tribus angelorum nominibus plura cur agnoscam? Quæ aliis in rebus omnibus tenerum mihi os fingit, balbutientemque, præfando, linguam format pia et erudita mater Ecclesia, cur in hisce nomenclaturis à me non audiatur? Cabalæorum fumosæ apud Reuchlinum appellationes, prodigiosa item Tritemii et Agrippæ nomina, cæteraque omnia iis consimilia placeant, quibus lubebit; Maximi sanè pontificis hæc ad illam synodum subscriptio est. « Zacharias episcopus sanctæ Dei Eccle- « siæ catholicæ, atque apostolicæ urbis Ro- « manæ, his gestis, atque sententiæ à nobis « promulgatis subscripsi. » Neque mihi de nihilo videtur, quòd sanctissimæ Trinitatis personæ tres, tria tantùm è tot cœlestium spirituum ipsis assiduè famulantium myriadibus in authentico verbi sui volumine sacrisque synodis nomina patefacere voluerint, rursùmque quòd interdùm de suis interrogati nominibus angeli, enuntiare abnuerint. Luctantem secum angelum Genes. 32, v. 29, *interrogavit Jacob: Dic mihi quo appellaris nomine? Respondit: Cur quæris nomen meum?* Cùm Samsonis patri apparuisset angelus, dixit ille huic Judic. 13, vers. 17: *Quod est tibi nomen, ut si sermo tuus fuerit expletus, honoremus te? Cui ille respondit: Cur quæris nomen meum, quod est*

mirabile? Sed hæc putaverit fortè non nemo nimis multa; certè tamen, uti spero, minimè vel prava vel inutilia.

QUÆSTIUNCULA LXII.

AN COMEDERIT RAPHAEL?

An corporatos cibos angeli comedant, duæ sunt opiniones: Una, in assumptis corporibus verè ipsos comedere. Ita Alensis 2 part., q. 35, memb. 4; Scotus 2-2, d. 8. Altera, non verè comedere. Duplicia enim ait ista opinio, corporum, quæ assumunt angeli, esse opera: quædam quæ ab animatorum operibus modo solo et respectu ad insitum principium differant, ipsa verò actionis substantiâ conveniant: quædam verò, quæ neque modo illo, neque substantiâ conveniant. Comestionem igitur, quoad modum cibi localem, esse quidem veræ comestioni substantiâ similem; sed modo et respectu illo differre, cùm edendi vitale principium in angelo nullum sit. Dico primò Augustinum 13 Civit., c. 22, utramque opinionem censere probabilem, ut dicantur angeli *non verè comedere*, vel *verè* quidem *comedere, non tamen necessitate, sed tantùm potestate.* Atque isto modo loquitur Emisenus homiliâ in Dedicatione Ecclesiæ: « Angeli enim quando « volunt, ex aere corpus assumunt, quo videri « et tangi et loqui, et manducare, et bibere « possunt. Sicut enim verum corpus est aer, « ita et corpora quæ sumuntur ex aere. His « autem ad tempus induuntur, quæ, cùm se « exspoliaverunt, mox in eumdem aerem resol« vuntur. Angelus tamen Raphael ad Tobiam « loquens, ait: *Pax vobis, nolite timere. Etenim « cùm essem vobiscum videbar manducare et bi« bere, sed ego cibo invisibili et potu qui ab ho« minibus videri non potest, utor.* Secundùm « igitur hanc sententiam, et cæteros angelos « manducare et bibere intelligant, quibuscum« que impossibile esse videtur, ut angeli man« ducent et bibant. Moyses tamen eos come« disse testatur. » Dico secundò. Comestio dupliciter sumi potest: perfectè includit ea non solam ciborum in os et œsophagum immissionem, sed etiam confectionem, quæ in ventriculo fit, et conversionem in verum animalis corpus. Imperfectè verò illam tantùm immissionem complectitur. Tertiò, angeli posteriore modo seu imperfectè comedunt, non perfectè, ideòque hoc loco angelus vers. 19: *Videbar,* ait, *vobiscum manducare et bibere,* perfectè scilicet corporatos visibilesque cibos vestros manducare; corporatos visibilesque potus bibere. *Sed ego cibo et potu invisibili, qui ab hominibus videri non potest, utor.* Videri queat S. Justinus Martyr, Dialogo cum Tryphone, tractatus Thalmudicus *Baba Messia,* c. 7. Imò, etiamsi per assumpta corpora cibum imperfectè, ut dixi, angeli capiant, adhuc tamen aliquo modo dicere potest angelus, *Se videri comedere, neque tamen comedere, etiam imperfectè,* quia, neque formæ instar, neque hypostaseos instar, corporibus illis unitur. Notandum tamen, licet eadem in Græco sententia sit, illud *videbar,* non conjungi cum manducare et bibere, ideòque valere, *vobis apparebam; sub aspectum vestrum cadebam.* Πάσας τὰς ἡμέρας ὠπτανόμην ὑμῖν, καὶ οὐκ ἔφαγον, οὐδὲ ἔπιον; ἀλλὰ ὅρασιν ὑμεῖς ἐθεωρεῖτε. *Omnibus diebus vobis videbar; et neque comedebam neque bibebam, sed visionem ipsi videbatis.* Videbar vobis homo, videbar humano more humano cibo sustentari. At visio erat, non autem verè perfectèque aut à vobis videbar (cùm sub oculos natura mea non cadat), aut coram vobis edebam et bibebam, cùm horum nullo egeam. D. tamen Augustinus capite illo 22, lib. 13, in versione suâ legebat: *Visu videbatis,* pro *visum videbatis,* simili modo quo visa pro visionibus apud Latinos dici solent. « Non, ait, homines « in phantasmate angelos edisse credendum est, « quando eos homines hospitio susceperunt, « quàmvis utrùm angeli essent ignorantibus, « consimili nobis indigentiâ, vesci viderentur. « Unde est, quod ait angelus in libro Tobiæ: « *Videbatis me manducare; sed visu vestro vide« batis,* id est, necessitate reficiendi corporis, « sicut vos facitis, me cibum sumere putaba« tis. » Quanquàm videri potest intellexisse D. Augustinus, ὅρασιν θεωρεῖν pro καθ' ὅρασιν.

QUÆSTIUNCULA LXIII.

QUIS ANGELORUM CIBUS INVISIBILIS?

In Hebraico et Græco textu, nulla cibi hujus mentio. Sciendum verò spiritualem cibum vocari posse, quicquid animi appetitum explet. Hic enim appetitus et sitis et fames interdùm vocatur; et res, quæ ipsum satiat, cibus dicitur: eâque re perfrui, et edere ac bibere, saturari et delectari. Hinc enim illa: *Beati qui esuriunt et sitiunt justitiam.* Matth. 5: *Meus cibus est, ut faciam voluntatem ejus qui misit me,* Joannis 4 et alia complura. Sic Lactantius lib. 1 Institut. cap. 1: « Nullus « suavior animo cibus est, quàm cognitio ve« ritatis. » Sic D. Augustinus lib. contra adversarium legis et Prophetarum cap. 15:

« Lignum vitæ, est sapientia, beatarum cibus « immutabilis animarum; » et ipsos ejusdem D. Augustini libros, vocat D. Gregorius animi cibum; itemque Historiam Cedrenus in principio, *alimoniam tenellam, molâque præparatam.* Angelorum verò cibus duplex est: primarius, divina scilicet majestas; et secundarius, quælibet nimirùm alia res divinâ majestate quodammodò informata et condita, ut Christus ipse Dominus quà homo, et quælibet alia res ad Dei gloriam pertinens. Etenim illo semper frui, rerumque genus quodlibet, in quo divinæ gloriæ vera materies est, fieri avent, optantque cupientissimè. Sic igitur divina majestas visa et comprehensa, cibus est, qui delectationes infinitas parit. D. Ambrosius in oratione illâ, quæ ante Missam recitari solet: « Manducat te, ô panis candidissime, angelus pleno « ore in patriâ. » D. Bernardus serm. 28 ad sororem, de modo benè vivendi: « De hoc, « ait, pane, dicitur in Psalmis: *Panem Angelo-* « *rum manducavit homo.* Alioqui esca illa licet « de cœlo venerit, et potus, quia corporeus « erat, angelis non congruebat; sed utique « ille panis, et potus, qui per hoc præfigura- « batur. Christus verò panis est angelorum, « et sacramentum hoc vera caro ejus est, et « verus sanguis; quod sacramentum spiritua- « liter manducat et bibit homo. Ac per hoc « unde vivunt angeli in cœlis, inde vivit homo « in terris; quia totum spirituale est et divi- « num in eo quod percipit homo. » Et post illa: « Christus in semetipso in cœlo sanctos « angelos pascit; Christus et jam in semetipso « in terrâ omnes fideles reficit. Christus per « speciem sanctos angelos satiat in patriâ; « Christus nos pascit per fidem in terrâ, ne « deficiamus in viâ; Christus angelos et ho- « mines reficit ex semetipso, tamen integrè « remanet in suo. Quàm bonus panis, et quàm « mirabilis, de quo in cœlo angeli saturantur, « et in terrâ homines reficiuntur! quem man- « ducat angelus pleno ore in patriâ, ipsum « comedit peregrinus homo pro modulo suo, « ne lassetur in viâ! Christus panis vivus, « qui est refectio angelorum, ipse est redem- « ptio et medicina hominum. » D. Augustinus serm. 2 et 4 de Nativitate: « Lacta, mater, « Christum, et Dominum nostrum, et cibum. « Lacta panem de cœlo venientem, et in præ- « sepi positum, velut piorum cibaria jumen- « torum. » Rursùm verò D. Bernardus sermone 30 super Cantica: « Lacrymæ, inquit, « pœnitentium, vinum angelorum, quod cum « lætitiâ bibunt. » D. Athanasius lib. de Virginitate: « Jejunium, cibus angelorum est, et « qui eo utitur, ordinis angelici censendus est, « quemadmodùm contra, corporis otio et « crapulâ nostrâ admodùm delectantur dæmo- « nes. » Atque hoc cœlitum nectar et ambrosia, de quâ Eugubinus lib. 8 Philosophiæ cap. 17. Hic *eresius ille panis*, quem, suâ in Gastronomiâ refert Archestratus, nive candidiorem, et à Mercurio, pro diis, coemi solitum. De hâc escâ veriùs quàm de sermone, vel eruditione ullâ in vindicis Cœnâ Statius: « Hæc imos animi perlapsa recessus incon- « sumpta manet. Neque enim ludibria ventris « hausimus. » Apud S. Bonaventuram, egregius ille sacræ paupertatis alumnus, S. Franciscus, *mendicatum panem*, angelorum panem vocabat, jucundè ad manna, de quo in Exodo dixi, alludens. D. Augustinus loco citato: « Esse, ait, in paradiso cum Christo, « hoc est, esse cum ligno vitæ. Ipse est quippe « sapientia de quâ Proverb. 3, scriptum est: « *Lignum vitæ est amplectentibus eam!* S. Fulgentius epistolâ 2, cap. 13: « Tales, ait, con- « vivii debes habere participes, quæ non carnis « solent delicias laudare, sed cordis; quæ « angelorum panem interioris hominis avidi- « tate perquirunt, quæ post sponsum suum « in odore unguentorum ejus currunt, quæ « suavitate Deum gustûs interioris percipiunt, « quæ puro affectu esuriunt sitiuntque justi- « tiam, quæ operantur cibum, non qui perit « sed qui permanet in vitam æternam. » Emisenus in citatâ dedicationis homiliâ, « Panem, « ait, frangimus, et in tenuissimum pulverem « aromata contundimus, quando sacras Scri- « pturas diligenter exponimus. In tali igitur « fractione cognoscitur Jesus. Sic enim dis- « cipuli cognoverunt in fractione panis. Pro- « pter quod Abraham in hospitium eum sus- « cepit, et cibos ei apposuit, quatenùs in « comestione et ciborum fractione pleniùs « eum cognoscere posset. » Quemadmodùm verò in humanarum dapum esu, perfectam angelis comestionem negabamus, imperfectam admittebamus, ita contra, spiritalium ciborum istorum perfecta illis comestio est, nobis in terræ adhuc luto hærentibus imperfecta. Et inter spiritales eosdem cibos omnium perfectissimus, quo et perfectissimè fruuntur, Deus est, ideòque et de hoc potissimùm jam locutus Raphael.

D. Augustinus lib. 7 Confess. cap. 10: « O « æterna veritas, et una charitas, et chara

« æternitas; contremui amore et horrore, « tanquàm audirem vocem tuam de excelso : « Cibus sum grandium ; cresce et manducabis « me. Nec tu me in te mutabis, sicut cibum « carnis tuæ ; sed tu mutaberis in me. »

QUÆSTIUNCULA LXIV.

CUR ANGELUS TERROREM INFERT vers. 16, ET RURSUM ADIMIT vers. 17.

Notandum dupliciter in humanâ formâ videri angelos, primò simplici, ut homines tantùm videantur, non, etiam angeli agnoscantur, ut Genes. 18, 19. Secundò augustiore, ut Matthæi 28 : *Angelus Domini descendit de cœlo, et aspectus ejus sicut fulgur.* Priore modo visis angelis non terrentur homines, nisi fortè seipsos angelos esse iis dicant, qui eorum consuetudine assuefacti non sunt, vel opinione illâ inani, de quâ dixi Judicum 6 et 13, laborent. Posteriore modo terrentur, et quidem magis, aut minùs, pro varietate splendoris, aut propriæ vilitatis et indignitatis æstimatione, ut Danielis 10, Lucæ 1. « Sicut humanæ « fragilitatis est, inquit Venerabilis Beda in « Luc. primum, spiritualis creaturæ visione « turbari, ita et angelicæ benignitatis est, pa« ventes de aspectu suo mortales mox blan« diendo solari. Ast contra dæmoniacæ est « feritatis, quos suâ præsentiâ territos sense« rint, ampliore semper horrore concutere. » Et quemadmodùm refert D. Hieronymus in Matth. 28, et apud D. Athanasium in Vitâ dicere solebat S. Antonius : « Cùm bonus « angelus bonis hominibus apparet, etiamsi « initio inusitato aspectu timorem injiciat, ad « extremum consolationem et animi tranquil« litatem relinquit. » Et rursùm : « Sancto« rum angelorum amabilis et tranquillus as« pectus, quia non contendunt, neque cla« mant, neque audiet aliquis vocem eorum; « verùm tacitè leniterque properantes, gau« dium, exultationem, fiduciam pectoribus « infundunt; siquidem cum illis est Dominus, « qui est fons et origo lætitiæ. Tunc mens « nostra non turbida, sed lenis et placida an« gelorum luce radiatur; tunc anima cœles« tium præmiorum aviditate flagrans, effracto, « si posset, humani corporis domicilio, et « membris exonerata mortalibus, cum his quos « videt abire festinat ad cœlum. Horum tanta « benignitas est, ut si quis pro conditione fragi« litatis humanæ, miro fuerit eorum fulgore « perterritus, omnem continuò ex corde aufe« rant metum; ita Gabriel cùm Zachariæ loque« retur in templo, et angeli, cùm divinum Vir« ginis partum pastoribus nuntiarent, et qui « Dominici corporis agebant excubias, securis « se videntium mentibus ostendentes, ne me« tuerent imperabant. Metus enim non tantùm « ex pavore animi, quantùm ex magnarum « rerum sæpè incutitur adspectu. Pessimorum « verò vultus truces, sonitus horridi, sordidi « cogitatus, plausus motusque indisciplinato« rum adolescentum, vel latronum, è quibus « confestim timor animæ, sensibus stupor « incutitur, odium Christianorum, monacho« rum mœror tædiumque, suorum recordatio, « metus mortis, cupido nequitiæ, lassitudo « virtutis, cordis hebetatio. Si igitur post ti« morem horrore concepto successerit gau« dium, et ad Deum fiducia atque ineffabilis « charitas, venisse sciamus auxilium, quia se« curitas animæ præsentis majestatis indicium « est. » Videatur D. Gregorius hom. 26 Paschali : « Paveant, ait, illi, qui non amant adventum « supernorum civium ; pertimescant, qui car« nalibus desideriis pressi ad eorum se socie« tatem pertingere posse desperant; vos autem, « cur pertimescitis, qui vestros concives vi« detis ? » Sic etiam Cyrillus catechesi 14, Chrysost. Hom 90 in Matthæum, et Theoph. in Matthæum.

QUÆSTIUNCULA LXV.

QUOMODO AB EORUM ASPECTU ABLATUS ANGELUS?

In textu Hebræo vers. 21, dicitur : *In cœlum ascendit, et non adjecit, ut ampliùs sese videndum iis daret.* Id autem fieri potuit tripliciter : primò, aspicientium oculos perstringendo et ἀορασίαν immittendo, ut dixit Genes. 19. Deinde, corpus assumptum aliò quòpiam subitò transferendo. Tertiò illud ipsum deponendo, et in materiam è quâ illud constaret redigendo, quæ ferè semper aer est, vel purior, vel crassior, ut vapor, exhalatio, quemadmodùm docet S. Thomas 1 part., q. 51, ad 3 : « Et tertio isto modo evanuit hìc Ra« phael. » Posset etiam fieri ut angelus assumptum corpus quasi cadaver relinqueret, neque ampliùs moveret, quod tamen hìc factum non patet è circumstantiis. Addit verò in Græco angelus : *Scribite omnia quæ facta sunt in libro*, pro eo quod noster habet : *Narrate omnia mirabilia ejus.* Hebræus verò paulò etiam quid amplius proponit : *Nunc ergo, ait, scribite vobis omnia verba hæc in libro, et erit testimonium inter vos, et Deum vestrum omnibus diebus vitæ vestræ. Et hoc verbum sit in signum et testimo-*

nium in omnem generationem et generationem. Et vos benedicite Dominum et confitemini memoriæ sanctitatis ejus. Et nunc dimitte me, et revertar ad Deum qui misit me ad vos.

QUÆSTIUNCULA LXVI.

CUR JUVENILI FORMA, MERCENARIIQUE HABITU APPARUERAT HACTENUS RAPHAEL?

Juvenilem verò formam angeli boni asciscunt, ut pulchritudinem et ætatem suam, quæ nullo unquàm senio marcescit, significent, quemadmodùm, ait Dionysius Areopaganus cœlestis Hierarchiæ cap. 15, reliquus habitus, ad quas mittuntur, functionibus, convenire solet. Ad læta nuntiandum, et eos quibus se spectandos dant, hilarandum, juvenili formæ vestium etiam splendorem adhibent; ad perterrendum verò et puniendum, gladios interdùm stringunt, hastas vibrant, equos agitant, aliasque generis ejusdem, prout res ususque tulerit, personas induunt. Id quod in geniis diisque suis, rerum nostrarum simii, gentiles imitati sunt, quemadmodùm Plautinus ille Mercurius in Amphitrione :

Nunc, ait, *ne hunc ornatum vos meum admiremini,*
Quòd ego hùc processi sic cum servili schemâ :
Veterem atque antiquam rem novam ad vos proferam.

Quia ergo se omnimodò ad iter illud aptum expeditumque significare voluit Raphael, ideò et juvenilem et mercenariam ipse speciem ascivit.

QUÆSTIUNCULA LXVII.

QUID ABSCEDENTE ANGELO, QUI EUM JAM COGNÔRANT, FECERUNT?

In Hebræo dicuntur primò ipsum *dimisisse,* prorsùs ut factum hìc videatur, quod Genes. 23, versu 26, cùm Jacobo diceret angelus : *Dimitte me.* Ille verò : *Non dimittam te, nisi benedixeris mihi.* Etsi enim hìc lucta corporum nulla fuit, animorum tamen et charitatis magna fuit, ita ut angelo præcepisse Deus videatur, ne sanctos istos viros, nisi bonâ eorum veniâ et permissâ, desereret. Deinde in textibus omnibus additur eos Deum *benedixisse.* Modum etiam exprimunt iidem textus omnes, eos videlicet, etiam ante angeli abitum, sese pronos in terram abjecisse, timoris nimirùm, venerationisque gratiâ. Tempus verò, quo sic abjecti prostratique jacuerunt, solus exprimit Latinus. *Tunc,* ait, *prostrati per horas tres in faciem, benedixerunt Deum.* Denique, post trihorium hoc è terrâ se ipsos erexerunt, et *narraverunt,* non verbo tantùm, iis qui adesse tùm vel audire poterant, sed et litteris totique deinceps consecutura erat, posteritati, *omnia mirabilia ejus.* Hæc in Græco dicuntur *opera magna et mirabilia ipsius*, scilicet Dei; in Græco, *ipsius angeli.* Sed quæcumque à sanctis magna et mirabilia fiunt, ea simul et ipsorum et Dei sunt, quia per illos iste, qui gratiam dat, illa facit; et illi hujus gratiâ et dono faciunt. Omnes enim cum beatissimâ illâ Virgine confitentur: *Fecit mihi magna, qui potens est, et sanctum nomen ejus,* Luc. 1. Quemadmodùm verò cum utroque Tobiâ colloquendi finem jam facit Raphael, de eo scribendi uterque, faciam et ego, si eorum quæ de illo dicta sunt, pulchram, piamque et utilem ad angelum cujusque proprium accommodationem è nuper editis Vicentii Bruni Meditationibus proposuero.

QUÆSTIUNCULA LXVIII.

QUÆ DE RAPHAELE DICTA QUOTNAM MODIS AD PROPRIUM CUJUSQUE ANGELUM ACCOMMODENTUR, ET QUIS PRIMUS?

Gloriosus, ait ille noster jamjam indicatus, Raphael tùm ratione nominis sui, tùm officiorum misericordiæ, quæ ille detulit utrique Tobiæ, « seni et juveni, omninò fuit typus et figura luculenta eorum, quæ faciunt erga nos angeli custodes. Et primò aptissimè in illum competit nomen Raphaelis, quod interpretatur, *medicina Dei,* ab effectu medicinæ tam spiritualis juveni Tobiæ datæ, quàm corporalis, quæ seniori Tobiæ patri visum restituit. Quo verò alio officio fungitur erga te angelus custos, nisi medici tam corporalis quàm spiritualis, ut inferiùs dicetur? Quare, ut id meliùs intelligas, considera tres esse humanæ vitæ status. Primus est, quo homo adhuc degit in utero matris; secundus à tempore nativitatis, usque ad mortem et judicium animæ suæ particulare; tertius est, in quo homo versatur post mortem. In unoquoque ergo horum statuum congruenter omnibus actionibus Raphaelis angeli, contemplare singula officia quæ custos angelus erga te exercet.

« Quod ad primum statum attinet, narrat Scriptura supra, cùm senior Tobias cogitaret filium suum in remotam regionem mittere, sollicitum fuisse de fido comitatu ei attribuendo. Et ecce antequàm bonus juvenis domo paternâ pedem afferret, angelum à Deo missum, specie humanâ, se offerentem in comitem, etiam in ducem totius itineris. O cha-

ritas immensa, et cura plus quàm paterna Creatoris, qui, antequàm è ventre matris prodires, priusquàm ullam inimicorum tuorum et periculorum impendentium notitiam haberes, mandavit uni beatorum spirituum, qui semper divinam ejus faciem contemplantur, atque illi ipsi qui priùs matris tuæ custos fuerat, ut tuî curam susciperet, inciperetque te in tenello isto statu, multis periculis obnoxio, unà cum matre præservare, quo sine impedimento ullo securè ad gratiam baptismi pervenire posses, et in filiorum Dei numerum inscribi. Sed quid dico ego de curâ et memoriâ à Deo habitâ pro te adhuc in utero materno existente, imò ab omni æternitate? antequàm angelos vel aliud quidquam condidisset, cùm nondùm essent abyssi, nondùm locata essent fundamenta cœli et terræ, jam, ô homo miserabilis, tuî memor erat, et de tuâ salute sollicitus, quanquàm ab æterno tuam ingratitudinem et indignitatem prævidit, nihilominùs ex merâ bonitate suâ, nullo tuo antegresso merito, non solùm decrevit tibi illud auxilium præstare, sed etiam omnia beneficia in te conferre, quæ hùcusque à primo tuæ conceptionis momento recepisti, et deinceps usque ad ultimum, omnium maximum, æternam scilicet beatitudinem, es recepturus! »

QUÆSTIUNCULA LXIX.

MODUS ALTER QUIS?

Deinde quod ad secundum statum vitæ tuæ attinet, cùm in lucem hujus vitæ prodidisti, subjungit Scriptura sacra, quemadmodùm angelus Raphael egressus cum Tobiâ è domo patris, promiserit eodem cap. 5, se fidelem ejus comitem toto itinere futurum, salvumque ad locum destinatum perducturum. Non secùs Deus te, simul atque natus es, cum uno horum cœlestium civium comitatus est, ut tanquàm singularis custos, et pædagogus tuî patrocinium susciperet, tuumque advocatum apud suam Majestatem in cœlo ageret. In hâc enim vitâ omnes sumus veluti pueri, opusque habemus tutore et pædagogo, qui quasi manu nos deducat et sustentet, ne fortè pedes nostri in aliquam petram peccati impingant, aut grave aliquod periculum adeant; qui quoque nos in brachia sua excipiat, ut securè loca periculosa transeamus, nec ante periculum animadvertamus, quàm evaserimus. Secundò, sicut angelus Raphael ducens juvenem Tobiam per viam, optima consilia illi suggerebat, instruebatque sigillatim supra cap. 6, quâ ratione matrimonium inire deberet, nempe non hominum carnalium more, sed cum sancto timore Dei, crebrâque oratione : sic angelus tuus custos continenter tibi bona consilia suppeditat, et te in omnibus actionibus dirigit : ille enim te excitat et impellit ad multa bona opera facienda quæ sine hoc auxilio non faceres, idque nunc alliciendo Christi Domini et Sanctorum exemplo, nunc tuam voluntatem consideratione bonitatis divinæ infinitorumque ejus beneficiorum inflammando, nunc etiam futuri judicii, pœnarumque inferni memoriâ mentem illuminando. Tertiò pergit ibidem Scriptura narrare beneficia, quæ Tobias ab angelo Raphaele, tam quoad suam personam, quàm quoad bona temporalia recepit. Cùm enim pervenisset ad fluvium Tigris, et in eo vellet lavare pedes suos, insiliit in eum piscis immanis ad eum devorandum : sed angelus eum defendit et ab illo periculo liberavit, voluitque ut fel ejus acciperet ad restituendam cæco parenti sanitatem. Adhæc, idem angelus non solùm redemit pro Tobiâ summam illam pecuniæ, ob quam erat missus cap. 9, sed hæredem quoque eum fecit omnium facultatum soceri sui Raguelis cap. 6, versu 24. Jam quid aliud agunt angeli nostri custodes, nisi ut continenter, ad auxilium nobis præstandum, in necessitatibus nostris vigilent, haud secùs ac mater intentos semper oculos habens in puerulum suum, ne fortè labatur, aut mali aliquid faciat. Cogita igitur à quot periculis corporalibus te præservârit, quæ, æquè ac alii, incurrere potuisses, atque etiam quàm fuerit sollicitus in procurandis tibi bonis temporalibus, ut sanitate, viribus et aliis adjumentis, ut vitam convenienter statui tuo instituere posses, atque illi statui, qui ad salutem consequendam tibi esset accommodatior. Quartò, sicut angelus Raphael, ut ipse cap. 12, vers. 12, dicit, officium sibi vendicabat, orationes, bonaque opera Tobiæ Deo offerendi, sic angelus noster custos pro nobis exercet munus procuratoris in conspectu Dei, offerendo orationes tuas et desideria, et qualiacumque opera bona quæ facis, semperque à Deo aliquod donum gratiæ divinæ ad te referendo. Utinam videre fas esset quanto studio angeli sancti nunc ascendant pro nobis, uti faciebant in scalâ à Jacob patriarchâ conspectâ; ascendunt exponendo necessitates nostras, precandoque Deum, ut divinam suam misericordiam nobis impertiat; descendunt autem reportando à Patre cœlesti sanctas inspira-

tiones, cogitationes bonas, aliaque divina auxilia, et interdùm etiam correctionem aliquam paternam, ut excitent nos, nosque ipsos exploremus, ne simul cum hoc mundo condemnemur. Quintò, sicut angelus Raphael Tobiam docuit cap. 6, modum, quem tenere debebat, ad exterminandum dæmonium, ut non haberet ampliùs potestatem in ipsum, contra quod etiam ipse angelus pro juvenis defensione pugnavit; sic angelus noster custos, non aliter quàm fidus capitaneus, cui commissa est arx aliqua adversùs hostes defendenda, diligenter vigilat, ne vi vel fraude ab illis occupetur. Hi enim angeli sunt fideles illi custodes, quos Dominus Isaiæ 62, dicit *collocatos in muris Hierusalem ad custodiendum per vigilias noctis gregem suum, ne lupus ille infernalis adversarius noster, instar leonis, animas nostras abripiat.* Ad hos quoque custodes angelos pertinent illa verba Apocalypsis c. 3 : *Esto vigilans et confirma.* Vigilat enim angelus custos pro nobis contra dæmonem, objiciendo se ejus incursibus, frangendo et debilitando ejus vires, et acceptam reparando jacturam, ne ampliùs tantâ confidentiâ et audaciâ invadere audeat. Confirmat quoque nos, removendo peccatorum occasiones, nunc à multis vitiis et peccatis deterrendo, in quæ destituti ejus auxilio, facilè incideremus; nunc etiam corroborando nos, et animando in occurrentibus tentationibus et afflictionibus; ac denique à Domino impetrando fortitudinis et gratiæ augmentum, ad resistendum, et victoriam obtinendam. Sextò, sicut angelus Raphael, supra cap. 8, dæmonem, ne Tobiam, velut omnes reliquos mulieris maritos, occideret, comprehensum alligavit in deserto; ita noster bonus angelus singulariter nobis tempore mortis assistit, ut illâ horâ ab insidiis et impugnationibus dæmonis nos tueatur, et immunes reddat quâ acriùs quàm aliàs solet circuire, quærens quem devoret; deinde ut à peccatis illis quibus id temporis maximè obnoxii esse solemus, ut ab infidelitate et desperatione nos præservet, atque ita ex miseriis hujus mundi liberi ad cœlestem patriam migrare possimus. Ad hæc postquàm anima è corpore excessit, idem angelus eam comitatur, solatur, animat, ut confidenter se tribunali divino sistat, objiciens ejus oculis merita Jesu Christi pretiosissima, in quibus tempore illius judicii fidere debeat. Si autem ad expiandas peccatorum reliquias adjudicata fuerit Purgatorio, ibi eam sæpè invisit, solatur, certiorem reddit de precibus piorum pro eâ in mundo fusis, et denique de futurâ liberatione securam esse jubet. »

QUÆSTIUNCULA LXX.

MODUS ULTIMUS QUIS?

« Quod ad tertium, eumque extremum tuum statum attinet, considera quid denique angelus Raphael fecerit, quomodò videlicet, cùm conjugem juveni Tobiæ assignâsset, omnibusque sui soceri donis et opibus onustum eum in domum paternam reduxerit, ubi tantò majore gaudio receptus est, quantò major erat mœstitia de ejus reditu retardato, metuentibus omnibus ne fortè periisset. Hìc simul contemplare tui fidelis custodis officium, qui animam tuam, postquàm confectâ longâ et periculosâ perigrinatione, ab omni maculâ expurgata fuerit, cœlesti sponso per cœlestem paranymphum conjunctam, multisque donis et divinis charismatibus ornatam ac totam hilarem et lætam conducet ad cœlum, ad illam supernam Hierusalem matrem nostram, ibique magno gaudio et exultatione omnium Paradisi angelorum et sanctorum à quibus multò ante fuerat expectata, cœlestis Patris conspectui præsentabit, ut divinis etiam manibus recipiat coronam gloriæ et felicitatis ejus, quæ ab æterno ei præparata fuit, et pro quâ nos miseri adhuc ingemiscimus, et suspiramus in hâc lacrymarum valle. O millies beata anima, quæ postquàm suo Creatori fidelis extitit, bonisque sui angeli custodis consiliis paruit, post annos vitæ suæ laudabiliter exactos, ab eodem angelo in beatam illam patriam, in illa æterna justorum tabernacula introducetur! Ibi celebrabuntur veræ nuptiæ agni cum suâ dilecta sponsâ, ibi plena erit lætitia, perfecta pax et quies sine fine. » Hæc omnia ille, qui et simili pietatis non parvæ sensu plura persequitur.

QUÆSTIUNCULA LXXI.

DE QUA JERUSALEM POSTERIORA HÆC INTELLIGENDA?

(*Tob. cap.* 12, *v.* 20 *et seq.*)

Suppono triplicem esse Jerusalem, unam omninò terrenam, quæ est urbs, alteram omninò cœlestem, quæ beatorum domicilium et Ecclesia triumphans est, tertiam quasi mixtam, quæ est Ecclesia militans, in terris scilicet commorans, et tamen spiritalis. Intelligunt igitur de omninò terrenâ Judæi, quemadmodùm Isaiæ 54 et sequentibus, de iis docet S. Hieronymus; de cœlesti verò Beda hìc,

Glossa et Isidorus; de mixtâ Hugo hìc et Lyranus cap. ultimo; de omnibus Carthusianus. Et ita omninò videtur quia et sæpè hoc alibi fit, et nonnulla hìc dicuntur, quæ minùs commodè in hanc vel illam Jerusalem conveniant, verbi gratiâ, in terrenam non satis illa congruant versu 13 : *Omnes fines terræ adorabunt te;* versu 19 : *Liberavit Jerusalem civitatem suam à cunctis tribulationibus;* et capite sequenti, versu 7 : *Venient* gentes *in Jerusalem, et inhabitabunt in eâ.* In cœlestem verò excidium, et reædificatio hìc, versu 11 et 12, itemque cap. sequenti, versu 7, an ullo pacto cadere dici possint?

QUÆSTIUNCULA LXXII.

QUÆ DE HIEROSOLYMIS HIC PRÆDICUNTUR?

Multa et magna sunt, quæ hoc loco de Hierosolymis vaticinatur senior noster. Primum est versu 12, *Dei tabernaculum* eâ in urbe reædificandum, id est, templum, quod sequenti capite, versu 7, domus Dei appellatur. Quod verò Latinus activè dicit, reædificaturum Dominum, id passivè Græcus expressit et addidit, reædificandum cum gaudio, ἵνα πάλιν ἡ σκηνὴ αὐτοῦ οἰκοδομηθῇ ἐν σοὶ μετὰ χαρᾶς, id est, *ut iterùm ipsius tabernaculum in te cum gaudio excitetur.* Alterum, est ibidem, revocaturum Dominum *omnes* qui in captivitatem abducti fuissent. Sed *omnes* intelligendi, non pro singulis omninò, sed pro tribubus omnibus, è quibus aliqui redirent, seu, ut dialectici loquuntur, pro generibus singulorum accipienda hæc generalitatis particula. *Captivos* vocat Græcus αἰχμαλώτους et ταλαιπώρους, id est, *captivos et miseros*, vel ærumnosos, et quod dicitur, *ut gaudeas*, idem Græcus ait, τοῦ εὐφρᾶναι καὶ τοῦ ἀγαπῆσαι ἐν σοὶ τοὺς ταλαιπώρους, *ut gaudeant et ament in te omnes miseri,* id est, gaudeant et exultent. Nam ex patriæ amissarumque rerum, cùm recuperantur, amore, nascitur lætitia, nisi cui videatur pro ἀγαπῆσαι, legendum ἀγαλλιᾶσαι, sed notandum lætitiæ hujus *tempus*, quod nequaquàm circumscribitur, sed *in secula seculorum* porrigitur, seu, ut Græcus habet, εἰς πάσας τὰς γενεὰς τοῦ αἰῶνος, id est, *in omnes generationes seculi.* Tertium, versu 13, fore ut luce quâdam fulgeat Jerusalem, eàque non qualicumque, sed *splendidâ*, estque hæc lux veræ fidei et veritatis, itemque famæ gloriæque illustrissimæ, ideòque additur : *Et omnes fines terræ adorabunt te.* Hoc tamen totum in Græco quoad verba non est sententia, tamen eadem è consequentibus habetur. Quartum ergo est, versu 14, futurum ut nationes Jerosolymam veniant, seu gentes, τὰ ἔθνη, à quibus usitatum *ethnicorum* nomen. Adduntur verò tria : primò, unde venturæ sint, μακρόθεν, è longinquis videlicet partibus; secundò quo fine : *Adorabunt Dominum, et terram tuam in sanctificationem habebunt,* id est, ut eam veluti sanctam suscipiant et venerentur, in eâque Dei gratiam et sanctificationem accipiant. Ipsa enim, Psalmo 113, est *sanctificatio* Domini, qui eam sanctificavit, et in eâ sanctificabatur, eo scilicet modo quo in Oratione Dominicâ sanctificatur ejus nomen. Ideò subditur : *Nomen enim magnum invocabunt in te,* O Hierusalem. Græcè : Ἥξει πρὸς τὸ ὄνομα Κυρίου τοῦ Θεοῦ : *Venient ad nomen Domini Dei.* Tertiò, quomodò venturæ sint gentes additur, munera scilicet deferentes, Græcus cum emphasi : Δῶρα ἐν χερσὶν ἔχοντες, καὶ δῶρα τῷ βασιλεῖ τοῦ οὐρανοῦ Γενεαὶ γενεῶν δώσουσί σοι ἀγαλλίαμα, *dona,* inquit, *in manibus habentes, et dona Regi cœli. Generationes generationum dabunt tibi exultationem.* Additur in eodem Græco etiam quartum, quot istæ gentes futuræ sint, non una scilicet tantùm vel duæ, sed ἔθνη πολλὰ, *gentes multæ.* Nunc versu 16, ex iis quæ prædicuntur, quintum ad Hierosolymorum hostes amicosque pertinet. Illi *maledicti* sunt, hi *benedicti.* Et illorum duplex injuria tangitur, odium et blasphemia, per quæ omne incommodorum, quæ Hierosolymis intulerunt, omne conviciorum contumeliarumque genus intelligitur. Horum verò amor in Græco hìc ponitur, in Latino postea, versu 18, unde oriuntur, quæ in Hierosolymam ipsam conferre possunt bona, ad eam scilicet ædificandam pro virili juvare, ob ipsius pacem, seu faustitatem, incrementum et gloriam lætari, et prout in Græco apponitur, de flagellis et calamitatibus, quibus olim affligebatur, doluisse : Μακάριοι ὅσοι ἐλυπήθησαν ἐπὶ πάσαις ταῖς μάστιξί σου, *Beati qui super flagra tua omnia indoluerunt.* De istis omnibus semel iterùmque in Græco dicitur. *O felices, ô beati.* Et quod versu 17 est : *Tu autem lætaberis in filiis tuis, quoniam omnes benedicentur et congregabuntur ad Dominum,* Græcus ita effert : *Lætare et exulta propter filios justorum, quia congregabuntur, et benedicent Dominum justorum.* Sextum, versu 19, seipsum excitat ad Deum laudandum, et, versu 20, semini suo tantorum bonorum aspectum precatur, unde sibi ipsi beatitatis veluti partem quamdam obventuram profite-

tur. Græcè vocatur Deus Βασιλεὺς ὁ μέγας, *Rex magnus*, et verè magnus præ illis, qui magni olim vocabantur, de quibus in Judith et Esther. Septimum, versu 21, est quædam reædificandæ Hierosolymæ delineatio, quoad præcipuas partes, tres nimirùm: portas, muros et plateas. Portæ ipsius ex sapphyro et smaragdo constabunt. Muri circumcirca, ex lapide pretioso. Plateæ omnes è candido mundoque lapide sternentur. In Græco sic: *Ædificabitur Jerusalem sapphyro et smaragdo et lapide pretioso, muri tui et turres et propugnacula in auro mundo, et plateæ in Jerusalem in beryllo et carbunculo, et lapide ex souphir tessellabuntur;* ubi pro *portis*, ipsa *Jerusalem* synecdochicè ponitur, et unà cum muris adjunguntur eorum turres et propugnacula. In plateis verò quis sit ille Latini textûs *candidus mundusque lapis* ostenditur, lapis videlicet Ophirites, seu *ex Ophir*. Ita enim Græcè legendum est, ut Hebræorum textuum alter legit, et in 3 Reg. c. 9, pro *in Ophir* habent itidem Septuaginta, εἰς σωφιρά, pro εἰς ὠφιρά, et videri posset illìc εἰς accessisse sigma, hìc verò ex resolutione ipsius duplicis ξ in κ et ς, factum ἐκσουφείρ, nisi Ecclesiastici cap. 7, absque istâ mendi occasione σουφείρ etiam legeretur, et Isaiæ cap. 13. Qui verò isti lapides et quales gemmæ sint persequitur, l. de Lapidibus S. Epiphanius lib. 16 Orig.; Isidorus, lib. 37; Plinius à D. Hieronymo in Isaiæ c. 54, laudatus in peregesi Dionysius, et libello uno Rueus. Octavum est, quid in istâ urbe facturi sint incolæ, versu 22: *Per vicos ejus, alleluia cantabitur.* Quemadmodùm apud gentiles, lætantium vel bacchantium potiùs voces erant: *Io pæan, io pæan*, ita in Dei Ecclesiâ et apud sanctos, ingentis cujusdam sanctique gaudii est hæc oratio, *hallelu, iah*, quam in Psalmi 103 inscriptione apud Septuaginta primùm legimus, licet fini Psalmi 103 attribuant Masorethæ. Constat verò ea verbo et nomine. Illud valet laudare, non tamen simpliciter, sed cum quodam gaudii sensu, cum jubilo et cantu. Veteres enim Hebræi sæpè *holal* per verbum aliud *schamah*, quod gaudere significat, explicant, et *hillulah* lætitiam vocant, *beth hillulah*, domum lætitiæ et gaudii, ipsumque quandoque nuptialem thalamum, Levitici 19. *Iah*, unum ex decem Dei nominibus est, ut ait S. Hieronymus epistolâ 136 ad Marcellam, et invenitur Isaiæ 26, Ps. 67, 76, 93, 117, 150. Id à timendo R. Salomon et ferè Targum Hebraici, ab essendo alii deducunt, in quibus et videtur S. Justinus quæst. 50 ad Orthodoxos, dùm *iah* vertit in τὸ ὄν. Est ergo *Haleluiah, laudate Deum*, sed *cum jubilo*, cum lætitiâ et admodùm intensè, prout Hebraica etiam conjugatio secum affert, ideòque rectè loco citato S. Justinus, ὑμνήσατε μετὰ μέλους τὸ ὄν. Plura de isto *haleluiah* apud D. Hieronymum epist. 136, 137, Augustinum epist. 176, seu altercatione cum Pascentio, in Psal. 106, 110, 148, homil. 16: « Hanc esse « vocis, ait, laudem, nullus Christianus, quàm« libet imperitus, ignorat, » qui et de eâ, ipso Paschatis die, sermonem ad populum habuit, estque inter Paschales primus: « Quoniam, « ait, voluit Dominus, ut charitatem vestram « in alleluia videremus, de alleluia vobis ver« bum debemus. Non sim oneri, si comme« moro quod nôstis, quia et ipsum alleluia « quotidiè dicimus, quotidiè delectamur. Nô« stis enim, quia alleluia Latinè dicitur: *Lau« date Deum;* et in hoc verbo consonantes ore, « et consentientes corde, exhortamur nos in« vicem ad laudandum Deum. Eum tantùm « homo securus laudat, qui non habet unde « displiceat. Et in hoc quidem tempore pere« grinationis nostræ ad solatium viatici dici« mus alleluia; modò nobis alleluia canticum « est viatoris. Tendimus autem per viam la« boriosam ad quietam patriam, ubi retractis « omnibus actionibus nostris non remanebit « nisi alleluia. » Et post nonnulla: « Modò « gloria Dei nostri, gloria Christi nostri latet, « et cum illo abscondita est et nostra. Sed « *cùm Christus apparuerit vita nostra, tunc et « vos cum illo apparebitis in gloriâ.* Tunc erit « alleluia in re; modò autem in spe. Spes il« lum cantat, amor cantat modò, amor canta« bit. Sed modò cantat amor esuriens; tunc « cantabit amor fruens. Quid est enim alle« luia, fratres mei? Dixi vobis, *laus Dei* est. « Ecce modò verbum auditis, et audiendo de« lectamini, et in delectatione laudatis. »

QUÆSTIUNCULA LXXIII.

QUÆ ISTORUM AD HIEROSOLYMAS TRES POSITAS ACCOMMODATIO?

Ista verò dupliciter accommodari possunt, vel omnia scilicet singulis Hierosolymitanis, proportione scilicet quâdam et accommodatione servatâ; vel quædam quibusdam. De terrenâ videri potest Carthusianus. Nam, ob Christi Domini sepulcrum et vestigia, urbs illa etiam à Christianis et peregrinantibus valdè semper culta fuit, ut ex D. Hieronymo et Burchardo in principio patet. De cœlesti

videatur Clemens sub finem l. 4 Stromatum, et Apocalypsis caput 21. De tertiâ quæ est Ecclesia in terris adhuc constituta, viam præit S. Paulus, qui ad Galatas 4, illa quæ de sterilis fœcunditate, de tabernaculorum dilatatione aliisque similibus prædixerat c. 54 Isaias, ad Ecclesiam refert. Ideòque et hoc loco tanti præcessoris vestigia rectè sequi licebit cum D. Hieronymo in illud 56 Isaiæ, et deinceps legatur ipse, breviterque hæc notentur. Ecclesiæ catholicæ *lux* maxima est, Isaiæ 2, 54, 66, ad eam veniunt *captivi* schismatici, hæretici, excommunicati, ut etiam hoc tempore, Alexandrinorum et Ruthenorum ad Romanam Ecclesiam legatos audivimus, de quibus Baronius tomo 6 et 7. Quàm multos ingenio, doctrinâ, opibus et dignitate præstantes quotidiè videmus, qui hæreseon vanitate tandem aliquando agnitâ, resipiscunt, suamque ad matrem Ecclesiam catholicam revertuntur! Veniunt ad eam *è longinquo* etiam *alienigenæ,* ut gentiles, Peruani, Mexicani, Japones, Indi, Sinæ, Mogores. Hostes ipsius maledicti sunt Turcæ et hæretici omnes; benedicti amici, qui eam ædificant, Apostoli et doctores, 1 Corinth. 3. Ejus ædificatio constat *lapidibus* pretiosissimis, fide, spe, charitate, aliis. *Per omnes vicos ejus cantatur alleluia*, quia non unum jam templum tantummodò est, sed multa *et in omni loco*, ut Joannis 4 dictum erat, laudatur Deus, reque ipsâ clarissimè videmus, quod Malachiæ 1, v. 11, scriptum est: *Ab ortu solis usque ad occasum magnum est nomen meum in gentibus, et in omni loco sacrificatur et offertur oblatio munda, quia magnum est nomen meum in gentibus, dicit Dominus exercituum.* Quid verò in omnibus Catholicorum ditionibus, in viis etiam publicis, in plateis omnibus tot pietatis monimenta, tot ad Christi Domini, beatissimæ ipsius matris, cœlitumque ipsius laudem statuæ, imagines, sacella? Quid tam crebræ item processiones, et litaniæ, tot in iis Christi Jesu Domini ac Salvatoris nostri vexilla, tot cruces, faces, sacrique cantus? idque in urbibus et pagis, per vicos, villas, agrosque omnes? Nonne ut magnus Deus noster, et in se et in sanctis suis laudetur et celebretur? Nonne ut ob summa et innumerabilia ejus in nos, ubique locorum, beneficia, gratiarum actiones à nobis, ejus majestati, locorum ubique agantur? Nonne denique ut per omnes Ecclesiæ sanctæ vicos, pio sinceroque mentis affectu, verbis, rebusque omnibus alleluia cantetur? Felices, qui, quàm præclarum in Ecclesiâ catholicâ cœlestis illius Jerusalem ectypon, quàm viva imago sit, perspiciunt, in eâque circumfremunt, licet undique hostiles hæreticæ, Judaicæ, Turcicæ acies perseverant, vocibus, moribusque canentes *alleluia. Laus et gloria et virtus Deo nostro!* Amen. (SERARIUS.)

SERARII VITA.

SERARIUS, vel SERRARIUS (Nicolaus), Rambervillerii in Lotharingiâ natus anno 1555, summâ linguarum orientalium peritiâ floruit. Jesuitarum societati adscriptus, humaniores litteras, philosophiam theologiamque vicissim docuit, primùm Wiceburgi et posteà Moguntiæ. Sexdecim scripsit volumina in-f°., quæ omnia eximiæ eruditionis virum arguunt; nec mirum si Baronius in Annalibus suis eum *Ecclesiæ Germanicæ lumen* appellàrit. Moguntiæ obiit anno 1609.

In tantâ operum mole præcipuè commendantur: 1° *Prolegomena* in Scripturam sacram; 2° *Commentaria* in varios Scripturæ libros; 3° *Opuscula theologica;* 4° Tractatus de Pharisæis, Sadducæis atque Esseniis; 5° Tractatus de Rebus Moguntinis. Commentarium quod hìc subjicimus, omnium circa materiem optimum visum est; cùm verò non singulos versiculos, sed ipsa capita commentetur, ne à servato hùcusque interpretandi modo recedere videamur, non Serario, sed ipsi Vulgatæ textui notas ex præstantissimis auctoribus desumptas apposuimus.

IN LIBRUM JUDITH

Prolegomena.

Prolegomenon primum.

Inscriptio.

Quemadmodùm Tobiæ et Machabæorum, sic et Judith liber habet inscriptionem ex ejus, cujus gesta scribuntur, nomine, quemadmodùm ait Isidorus Orig. lib. 6, c. 2, et D. Hieronymus epistolâ 140. Judith verò nominis interpretatio est, Judæa, id est, ut idem Isidorus ait, lib. 7, cap. 8, *laudans*, vel *confitens* Domino : non autem Judith vocatur id est, *Judæa*, quasi ex Judæ tribu fuerit, quemadmodùm c. 7, fiet perspicuum : sed ex Hebræâ radice *iadach*, id est, laudare, gratias agere, confiteri; quemadmodùm et *Judas*, laudans, vel confitens dicitur, Gen. 29, et *Jehudi* nomen viri proprium, Jerem. 36; *Jehudiiah* 1 Par. 4, v. 18: *Jehudith* uxor Esau, Gen. 29, v. 34, idemque nomen 4 Reg. c. 18, v. 26, adjectivum est, ut si *Judæa*, scilicet lingua, vel certè adverbium etiam in Hebræo est, cùm dicitur : *Non loquaris nobis Judaicè audiente populo*, rursùmque v. 28 : *Exclamavit voce magnâ Judaicè.*

Prolegomenon II.

Auctor.

Julius Rugierus opusculo de Libris Canonicis, c. 20, ait auctorem fuisse quempiam, qui eo tempore vixerit. Quis verò ille fuerit, nominat ea, quæ Philoni tribuitur, Chronographia, lib. 2 : « Gessit, *ait*, *Jesus* pontificatum primum, usque ad 12 annum Assueri Prisci, anni 36; Joachim verò filius « ejus in absentiâ annis 8, et Judith gesta « conscripsit, et anniversariam liberationis « memoriam quotannis agendam instituit. » Ei assentitur R. Azarias loco infra citando, et Sixtus Senensis Bibliothecâ, lib. 1, et lib. 8, ubi ejusdem sententiæ Hebræos auctores laudat. Isidori tamen lib. illo 6, c. 2, hæc verba sunt : *Judith et Tobias, sive Machabæorum libri, quibus auctoribus scripti sunt*, *minimè constat*, ita scilicet ut certum sit et indubium. Alioqui, quemadmodùm in Tobiâ et Machabæis probabiliter auctores quidam proferuntur, ita et Joachimus ille queat admitti, de quo plura inferiùs, vel alius eo posterior, cùm sub libri hujus finem scribat auctor, solitum victoriæ, quam Judit peperit, festum diem *ad sua usque tempora* celebrari. Solent verò ita loqui, non qui rebus ipsis interfuerunt, sed qui post fuerunt. At Joachimus rebus istis non modò interfuit, sed et penè præfuit. Nihilominùs rectè censeri auctor possit, quia hujusmodi additiunculæ aliis etiam libris postmodùm adjunctæ inveniuntur, ut 1 Reg. 9, v, 9 : *Olim in Israel sic loquebatur unusquisque vadens consulere Deum : Venite, et eamus ad videntem;* et Genes. 13, v. 18, *Hebron* jam nominatur, cùm hoc tamen nominis postea impositum sit Josuæ 14, v. 15. Accedit quòd, quemadmodùm c. 1, quæst. 1, dicetur, historiarum hujuscemodi scribendarum provincia summis sacerdotibus imponebatur. Certè R. Azarias lib. 3 Meorhenaiim, c. 32, fol. 106, functus est, ait Jeschuoh (Jesus), sacerdotio suo magno annos 33, et hic scripsit gesta Judith, et decrevit fieri memoriam liberationis hujus anno quolibet, prorsùs ut citatus antea Philo.

Prolegomenon III.

Quâ linguâ primò scriptus liber hic?

Chaldæâ eum linguâ scriptum fuisse, satis loqui videtur D. Hieronymus epist. 111, dùm eo sermone à Judæis *inter historias computatum*, et à seipso lectum latinèque conversum refert. Sebastianus Munsterus Præfat. in Hebraicum Tobiam : «Hebraicè, ait, Judith exem« plar absque dubio Constantinopoli à Judæis « æquè ut Tobiæ exemplar, typis est multipli« catum. » Sed neutro adhuc idiomate, has in partes, quod sciam, devenit (1). Græca ta-

(1) Origenis ætate Hebraicum exemplar apud Judæos ferebatur; sed Hebræum hìc pro Chaldaico, quod sequiori ætate pro Hebræo habitum est, facilè usurpatur. Si enim Hebraicum autographum, vel saltem optimum aliquod illius exemplar ætate S. Hieronymi superfuisset, ille nec ignorâsset, nec neglexisset. Cùm igitur è Chaldæo versionem suam adornare coactus sit, nullum planè exstitisse Judæorum linguâ scriptum, dicamus oportet. D. Fabricius

men versio extat, cujus interpretem dicit lib. 1 Senensis, incertum, cùm tamen causæ dari nihil possit, ut in Bibliacis Prolegomenis dixi, cur 70 interpretes non sint. Nam quòd inter Latinum et Græcum textum discrimina quædam sint, id libri hujus proprium non est, uti nimiùm quàm sæpè ostendit D. Hieronymus, vel exemplar illi aliud secuti sunt, vel periphrasticè certè converterunt. Se verò magis sensum è sensu, quàm ex verbo verbum transtulisse, monet loco citato D. Hieronymus, idque non *ad Paulæ et Eustochii petitionem*, ut in principio ait Historia Scholastica, sed ad episcoporum potiùs postulationem, Chromatii nimirùm et Heliodori (1). Cùm enim, ut epist. 110, inquit, eorum rogatu, Tobiam vertisset, eosdem iisdem penè verbis Judith versionem exegisse significat epist. 11, et sub ejus finem rectè hoc illos petiisse docet, quia Judith non feminis tantùm, sed et viris imitanda est, ut infra dicetur prolegom. 5. Exstare verè apud se libri ejusdem sicuti et Esther, Tobiæ, Deuteronomii, Syriacam versionem, quæ ante annos nongentos è Græco in Origenianis Hexaplis posito textu expressa sit, testatur ad Philippum Hispaniæ regem Epistolâ dedicatoriâ Masius in Josuam.

Prolegomenon IV.

Quænam libri hujus auctoritas?

Apud Judæos canonica quidem non erat, uti refert D. Augustinus lib. 18 Civit. cap. 27, et D. Hieronymus Epistolâ citatâ; magna tamen ejus erat auctoritas, et tanta quanta verissimis alioquin historiis, quæ à Spiritu sancto dictatæ nondùm omninò pronuntientur, tribui potest, adeò ut ab iis inter agiographa, de quibus in Galeato Prologo, legeretur, licet auctoritate dispari. Hæc enim citatâ Epistolâ D. Hieronymus docet omnia : « Apud « Hebræos, inquit, liber Judith, inter agiographa legitur, cujus auctoritas ad roboranda « illa quæ in contentionem veniunt, minùs « idonea judicatur, Chaldæo tamen sermone « conscriptus inter historias computatur. » Hanc et ipse Hieronymus aliquando sententiam secutus est, ut in Galeato Prologo et epist. 11 ad Furiam, et in cap. 1 Aggæi; eamdemque ipsi Ecclesiæ christianæ ascribit epist. 115, quæ est præfatio in Salomonis Proverbia : *Judith, et Tobiæ, et Machabæorum*, inquit, *libros legit quidem Ecclesia, sed eos inter canonicas scripturas non recepit*. Ita etiam scribunt Athanasius in Synopsi, Ruffinus in Symbolum. Quid, nostro isto ævo, hæretici plerique omnes? Videbis, si quidem tuâ id nôsse interesse putes, de quibus in Bellarmini lib. 1 de Deo, cap. 10. Sed horum quidam multò longiùs (nescit enim eodem gradu consistere temeritas) evecti, hoc etiam unum, quod superiores concedunt, huic libro detrahunt, omnem scilicet *historicæ veritatis auctoritatem*. Nam Lutherus in Symposiacis, cap. 59, audacter pronuntiat, *historiam non esse, sed poeticum quoddam commentum Homerico et Virgiliano simile*, ut scilicet, quemadmodùm D. Chrysostomus oratione 11, et Metrodorus apud Tatianum Oratione ad Græcos, nullum fuisse Trojanum bellum, Hectora et Achillem nullum asserunt, ita nullam fuisse Judith intelligamus. Nam concludens : « Idcirco, ait, mihi videtur Ju« dith esse tragœdia, in quâ ostendatur, quem « tyranni exitum sortiantur. » Ne tamen in conviviis tantùm comœdias tragœdiasque agere videatur Lutherus, similia repetit Germanicâ Præfatione in suam hujus libri ver-

Bibl. Græc. t. 3, p. 742, 743, plurima collegit animadversione digna in Hebræum libri Judith, planèque demonstravit superesse quidem libri hujus Hebraicam scriptionem, sed à recentiori quodam Judæo datam. (Calmet.)

(1) Quod ad variantia veterum Latinorum exemplarium spectat, de quibus tam graviter S. Hieronymus queritur, jure illum queri satis intelligimus, si vetera MSS. Vulgatæ, ante S. Hieronymum usitatæ, quæ adhuc supersunt, et testimonia veterum Patrum, ex iis relata, consulantur. Auctor novæ editionis S. Hieronymi exemplar nobis communicavit, satis quidem ad Græcum Romanæ editionis accedens, sed et in pluribus discrepans. Interdùm propiùs ad nostram Vulgatam accedens, à Græco recedit. Hoc exemplar sub nomine veteris Vulgatæ laudamus. Veteres Patres solent plerùmque testimonia è Græco laudare, quanquàm non sine variantibus. Ita Origenes homil. 19 in Jerem., refert ex Judithâ : *Prævaricationem invocabo, et invocavit prævaricationem*; quæ verba nec in Vulgatâ, nec in Græco leguntur. S. Fulgentius epist. 2 ad Gallam, refert genealogiam Manassis viri Judithæ, de quâ ne verbum quidem in Scripturâ. Sunt etiam eruditi quidam, qui dubitent, utrùm Latinus textus ipsa sit S. Hieronymi versio, cùm phrasibus quibusdam redundet quæ versionem potiùs ex Græco quàm è Chaldæo adornatam subolent. Ita quæ leguntur capite 9, 13 : *Percuties eum ex labiis charitatis meæ*, mendum aliquod indicare videntur ex corruptâ Græci lectione, cùm interpres *agapen* legerit pro *apate*, uti adhuc in exemplaribus Græcis legitur, et olim in Syriaco legebatur. Ita pariter capite 10, 3, legimus : *Unxit se myro* (sive, ut in veteribus exemplaribus, *myrto*) *optimo*; quæ vox expressa est ex Græco *myron*, unguentum. In eodem etiam versiculo est *mitra*, Græca vox. (Calmet.)

sionem, nisi quòd, pro Homero et Virgilio, *parabolas evangelicas, Cantica canticorum et Joannis Apocalypsin* nominat, et addit, « videre sibi hoc ipsum voluisse poetam innuere, « dùm datâ operâ, et temporum et nominum « errata inseruit, ut lectorem admoneret pro « sacro quodam spiritali commento habenda « omnia. » Sic eamdem rejicit historiam Lutheranus ille Reineccius tom. 2, fol. 13, et *tragicomœdiam* indigitat, fol. 7. Atque hi illi sunt de quibus in Onomastico suo Chytræus : « Alii, ait, eruditi (impios et audaces dicere « debuit) existimant librum Judith tragœdiam « esse, ab aliquo pio et ingenioso homine pro« positam, quæ doceret, duriter quidem affligi « Ecclesiam Dei, et in extremas angustias re« digi ; sed tamen mirabiliter contra tyranno« rum furores defendi et servari (1). »

(1) Grotius totum quod libro Judith narratur, meram parabolam esse docet, ac Judith esse Judaicam gentem, Bethuliam esse templum Dei, Judithæ gladium esse preces sanctorum, Nabuchodonosorem diabolum significare, Assyriam fastum ; Holofernem idem sonare quod *lictorem serpentis*. Viduam fingi Juditham, ut Judæa omni auxilio destituta exprimatur. Joachimum, sive Eliakimum *Deum surrecturum* significare, quæ spes cùm homines Deo conjungat, ideò sacerdoti summo id nominis tribui. Verùm allegorica illa nominum interpretatio veritatem historiæ non destruit. Origenes enim et alii Patres ac interpretes Scripturæ sacræ plurimi, et nomina et sententias ipsas allegoricè sunt interpretati in iis etiam libris, in quibus res gestas, non meras parabolas narrari nemo diffitetur.

Grotio aliisque heterodoxis, qui historiam Judith poeticum figmentum et tragœdiam appellare non verentur, Josephi silentium non favet. Cùm enim sibi proposuisset ea tantùm in suis Antiquitatibus referre, quæ in libris canonicis Hebræorum habebantur, ut ipse quidem profitetur in Prooemio totius operis, et libro 10, capite 11, mirum non est quòd de Judithæ historiâ siluerit, cùm liber Judith in Canonem Hebræorum, obsignatum priusquàm scriberetur, receptus non fuisset, nec Hebraicè scriptus esset.

Nullius etiam ponderis est argumentum quod petitur ex festo annuo in memoriam heroici facinoris Judithæ, et victoriæ de Holoferne et Assyriis reportatæ, cujus nulla in Hebræorum libris mentio exstat. Potuit enim successione temporis abrogari, si verè institutum est. Quod in dubium revocari nolim, cùm id doceat vulgata editio Latina ex Chaldaico textu à S. Hieronymo expressa, quamvis in Græcâ interpretatione postremus ille versus ultimi capitis non habeatur, qui festivitatis hujusce ab Hebræis in perpetuum tam celebris victoriæ monumentum institutæ meminit : *Dies autem victoriæ hujus festivitatis, ab Hebræis in numero sanctorum dierum accipitur, et colitur à Judæis ex illo tempore usque in præsentem diem.* Levis etiam est quæ ex Græcanicis locutionibus formatur objectio, scilicet capite 9, 2, ubi legimus in Græco : *Qui solverunt uterum virginis ad pollutionem*, et capite 16, 8, ubi Titanum filii commemorantur. Ex quibus Grotius colligit, auctorem libri Judith scriptores Græcos legisse. Levis inquam, hæc objectio est, cùm hujusmodi locutiones interpretibus tribuendæ sint, non libri auctori. Sic in libro Job, Pleiadis, Hyadum, Orionis, Arcturi et Amaltheæ nomina, Græcæ certè originis, et Proverbiorum 8 : *Acervus Mercurii*, et Alexandriæ nomen in prophetiis Jeremiæ, Ezechielis et Nahum secundùm editionem vulgatam, cùm tamen longo post hos prophetas tempore Alexandria condita sit, interpretibus, non auctoribus istorum librorum transcribuntur.

Antilogiam fortè quis objiciet in Judithæ genealogiâ, quæ dicitur *filia Merari, filii Idoc, filii Joseph, filii Oziæ, filii Elai, filii Jamnor, filii Gedeon, filii Raphaim, filii Achitob, filii Melchiæ, filii Enan, filii Nathaniæ, filii Salathiel, filii Simeon, filii Ruben.* Nam ex tribu Ruben et Simeon progenita esse Juditha non potuit. Præterea, sexdecim tantùm generationes hìc recensentur, cùm tamen à Jacob Israelitarum communi parente ad captivitatem Babylonicam viginti sex numeret S. Matthæus.

Respondetur, non omnes Judithæ proavos hìc recenseri, uti nec omnes Elcanæ 1 Regum cap. 1, vers. 1, nec Saülis cap. 9, vers. 1. Satis enim fuit sacris historicis illorum genealogiam ad virum aliquem illustrem referre velut stirpis auctorem. Ruben autem ille in Judithæ genealogiâ recensitus, non est Ruben patriarcha, filius Jacob primogenitus, (huic enim filius nullus fuit, cui nomen fuerit Simeoni,) sed vir aliquis illustris ex tribu Simeonis, quem sui generis auctorem agnoscit Juditha cap. 9, 2, ita Deum invocans : *Domine Deus patris mei Simeon.* Denique in Græco textu nulla mentio Rubenis est, sed ejus loco habetur υἱοῦ Ἰσραήλ, Filii Israel, quam lectionem approbat S. Fulgentius epistolâ 2.

(Natalis Alexander.)

Dico tamen canonicam libri hujus auctoritatem esse primò, quia hunc librum tanquàm divinum citat S. Jacobus Epist. cap. 2, v. 23, prout infra. cap. 8, exponam. Secundò, eumdem Synodus Nicæna in *numero sanctarum Scripturarum legitur computâsse.* His enim ipsis verbis, quibus usus sum, utitur D. Hieronymus epist. 111 (1).

1° *Defenditur Nicæni de hoc libro, concilii auctoritas.*

Calvinianus Wittakerus cap. 2 controversiæ

(1) Ecclesia in concilio Tridentino congregata, sessione 4, librum Judith in sacrorum librorum indice recensuit, omnibusque libris canonicis, quorum ille unus est, singillatim recensitis, subdit : « Si quis autem libros ipsos « integros cum omnibus suis partibus, prout « in Ecclesiâ catholicâ legi consueverunt, et « in veteri Vulgatâ Latinâ editione habentur, « pro sacris et canonicis, non susceperit.... « anathema sit. » (Natalis Alexander.)

1, q. 1, gravissimum gravissimæ synodi testimonium, multifariàm elevari nititur. I. « Gravi, ait, admodùm præjudicio, quos prætermisit libros perstrinxisset synodus, verbi « gratiâ, Tobiam. » II. « Ubi legatur hoc, « non narrat Hieronymus. » — III. « Synodus « Laodicæa, quæ paulò post Nicænam habita « est, non reliquisset hunc librum in apocry« phis, si eum synodus Nicæna canonicum « esse statuisset. » IV. — « Erasmus rectè an« notavit (in præfationis scilicet hujus cen« surâ) ab Hieronymo non affirmari, approba« tum hunc in synodo Nicænâ librum, sed « tantùm dicere : *Legitur computâsse.* » V. — « Non idem est, esse canonicam Scriptu« ram, et computari in numero sacrarum « Scripturarum. Computantur enim in numero « Scripturarum, quæ cum sacris Scripturis « leguntur ad ædificationem plebis, etiamsi « non ad dogmatum confirmationem. »

Sunt tamen multò hæc omnia infirmiora, quàm ut tantam nobis auctoritatem extorquere, vel ullâ etiam nubeculâ obscurare debeant. Nam ad primum dico non omnia, quæ controversa esse possunt, uno in concilio definiri, sed tantùm quæ tunc proponuntur, et necessaria videntur. Multùm interest an quidpiam damnes, anne verbo quidem attingas, et tamen etiam Tobiam eâ in synodo approbatum fuisse docuit Rupertus lib. 12 de divin. Offic. cap. 25, uti proleg. 5 in Tobiam notavi. Ad secundum dico, non narrâsse S. Hieronymum, ubi legeretur, quia *in ipsâmet synodo* legebatur, licet jam non legatur, uti tomo 3 illustrissimus Baronius ostendit. Ad tertium, vel ex hoc uno loco, et rationibus aliis, in tomi 4 appendice idem Baronius colligendum ostendit, ante Nicænum concilium fuisse Laodicænam synodum. Ad quartum, parvi apud doctos gravesque homines ponderis est Erasmi temeritas, et ei vel solus ipsius amicus, quem Præfatione in S. Augustinum vocat *apprimè doctum*, opponi potest, Ludovicus Vives. Scribit enim iste in 18 lib. Civit. cap. 26, hisce verbis : « S. Nicænus conventus inter sacrarum Scri« pturarum volumina, et hunc librum Judith « computavit. » Alioquin, et multò quidem plausibiliùs, ex eodem D. Augustini loco liceret colligere, Judæos in Canone librum istum recepisse, quia non ait ipse D. Augustinus, *non receperunt,* sed tantùm, *non recepisse dicuntur.* Ad quintum planè idem est, *esse canonicam Scripturam, et computari in numero sanctarum Scripturarum.* Nam quod in harum numero est, id, dùm sacræ Scripturæ numerantur, et ejus numeri pars est. Jam verò fatentur ipsi hæretici libenter D. Hieronymum epist. 110, per catalogum divinarum Scripturarum, intelligere numerum canonicarum, cùm ait, « Hebræos Tobiam de catalogo divi« narum Scripturarum secuisse. » Cùm ergo idem Hieronymus epist. 111, *in numero sanctarum Scripturarum computatum* librum hunc ait, de vero earumdem catalogo cur non loquatur? Neque verò libros, quos apocryphos Hieronymus judicat, eos *in Scripturarum numero* esse usquàm ait, licet benè quandoque dicat, *cum Scripturis* aut *inter Scripturas legi.* Etverò, etiamsi duo idem apud D. Hieronymum alibi valerent, hìc tamen nullo modo, quia disertim Judæorum sententiæ Nicænorum Patrum sententiam opponit. At Judæi, ut supra dictum est, hunc inter agiographos librum legebant, neque in sanctarum Scripturarum catalogo computabant; contra verò Nicæna synodus computat. Hoc enim, quæ à D. Hieronymo ponitur adversativa particula, *sed,* indicat, adeò ut hanc etiam causam dicat, cur sepositis, quibus arctabatur maximis plurimisque occupationibus, acquiescat Chromatio et Heliodoro, libri hujus translationem exigentibus. Viden', bone lector, quàm frustra, limpidum alioqui Nicænæ auctoritatis rivum turbare lupus ille conetur? Duos tamen adhuc ei testes do, veterem unum, sed catholicum; recentem alterum, sed Wittakero ipsi concolorem. Prior est Rupertus loco citato : « Hæc duo, ait, vo« lumina Tobiæ, et Judith apud Hebræos non « sunt in Canone, sed Nicænæ synodi auctori« tate ad instructionem venerunt sanctæ Ec« clesiæ » Posterior est David Chytræus in Onomastico antea citato : « Librum, ait, Ju« dith Chaldaico sermone scriptum à synodo « Nicænâ in numero sacrarum Litterarum « computatum et à se versum esse, testatur « Hieronymus tom. 4, fol. 9, D. »

2° *Senis adhuc argumentis eadem canonica libri hujus auctoritas comprobatur, simulque D. Hieronymi sententia explicatur.*

Primò igitur, vel duorum jam positorum ordinem potiùs tenendo, tertiò probatur eadem libri hujus auctoritas, quòd alia etiam concilia, quæ in Tobiâ, prolegomeno 5, proposit. 3 citatâ, eumdem canonicum decernunt. Quartò, probatur ex pontificibus ibidem citatis. Quintò, ex Ecclesiæ usu, de quo ibidem. Nam in Scripturarum canonicarum or-

dine legere illum illa consuevit, ut in hebdomade 4 septembr. Sextò, Patres in canonicis eum libris numerant, et tanquàm canonicum citant, D. Augustinus de Doctrinâ christianâ, lib. 2, c. 8, cui et de ipsâ Judith duo sermones, scilicet 228 de Tempore, et 229, à quibusdam ascribuntur; ab aliis in Augustini appendicem transferuntur, et veteri cuipiam bonoque scriptori tribuuntur, ut vel hinc testium nostrorum crescat numerus. Quia verò et in Tobiâ ille è doctrinâ christianâ locus jam citatus, et in Machabæis citandus rursùm erit, eum hic semel totum exscribam: « Totus, ait, « Canon Scripturarum his libris continetur: « quinque Moysis, id est, Genesi, Levitico, « Numeris, Deuteronomio, et uno libro Jesu « Nave, uno Judicum, uno libello qui appel« latur Ruth, qui magis ad regnorum principia « videtur pertinere; deinde quatuor Regno« rum, et duobus Paralipomen[illegible], non conse« quentibus, sed quasi à latere adjunctis si« mulque pergentibus. Hæc est historia quæ « sibimet annexa tempora continet, atque « ordinem rerum. Sunt aliæ tanquàm ex di« verso ordine quæ neque huic ordini, neque « inter se connectuntur, sicut est Job et To« bias et Esther et Judith, et Machabæorum « libri duo, et Esdræ duo, qui magis subsequi « videntur ordinatam illam historiam, usque « ad Regnorum, vel Paralipomenon termina« tam. Deinde Prophetæ, in quibus David « unus liber Psalmorum; et Salomonis tres « Proverbiorum, Cantica canticorum et Ec« clesiastes. » Cætera, quæ hùc haud pertinent omitto. Secundus Pater esto S. Isidorus Originum lib. 6, cap. 2, ubi præter canonicorum librorum ordines tres, qui apud Judæos fuerunt, ostendit esse in Ecclesiâ christianâ quartum, et in hoc esse Judith. Rursùm lib. 7, cap. 8, eam inter prophetas collocat, et libro de Vitâ et Morte sanctorum, cap. 64; Rabanus lib. 3 de Instit. Cler. cap. 7, et lib. 5, de Universo, cap. 1, qui et in librum hunc scripsit commentarium. Tertullianus de Monogamiâ, cap. ultimo. Origenes in cap. ultimum Judicum. Nonnulli apud S. Hilarium Prologo in Psalmos, à quibus ipse non dissentit Clemens Strom. 4, cap. 6, sub finem. Chrysostomus lib. de Variis in Matthæum, hom. 9; D. Ambrosius lib. 3 Officiorum, cap. 13, epist. 82, et libro de Viduis. Prudentius in Psychomachiâ pudicitiæ et libidinis. S. Fulgentius epistolâ 2 de statu viduarum in veteri Testamento, librum istum collocat, et tanquàm divinæ Scripturæ testimonium adducit laudatissimus sancti hujus discipulus Ferrandus Carthaginensis libro ad Reginum de re militari, regulâ primâ. Julius Africanus, de partibus divinæ legis, lib. 1, fatetur *ad divinam historiam* pertinere, et licet non pari cum aliis auctoritate inter canonicas Scripturas ex Hebræorum sententiâ dicat, *ejusdem* tamen *ordinis* esse vult *cum Paralipomenis*, et *Job*, et *Esdrâ*. Jam verò Paralipomena, Job et Esdras nonne canonici? Cassiodorus divinarum Lectionum cap. 6, et ibidem Bellator apud eumdem, Alcimus ad sororem, Chromatius (quem D. Hieronymus præfatione in Paralipomena, temporis illius *doctissimum et sanctissimum* dicit) in cap. 6 Matthæi. S. Paulinus Natali 10, picturas, quæ in religioso admodùm templo visebantur, describens, prout etiam Tobiæ ultimo audivimus, uno ita canit versiculo:

Ast aliam (picturam scilicet) *sexu minor obtinet inclyta Judith.*

Sulpitius in Historiâ vocat *sacrum volumen, historiam sacram; divinam*, Alredus in Historiâ S. Edwardi regis Anglorum; Otto Frisingensis in Prologo lib. 8: « Deficiet me, ait, tempus, « enarrantem, si universas sacræ Scripturæ « paginas, utpotè Ruth, Judith, Esdræ, Ma« chabæorum percurrere velim, qui mystico « sensu et deificâ sapientiâ sunt gravidi. » Æthiopica etiam Ecclesia eumdem recipit et legit, prout lib. 7 de Emendatione temporum tradit Scaliger, de quo infra. Sanctus etiam Hieronymus, cui ultimum idcircò locum reservavi, cùm, ante præceptam concilii Nicæni sententiam, in opinione contrariâ fuerit, posteaquàm illam didicit, hunc pro canonico prorsùs librum habuit, adeò ut citra dubitationem ullam, cujusmodi olim epistolâ 2 et in Aggæi cap. 1, adhibuerat, ipsam Judith imitandam jam omnibus hâc in præfatione proponat, eaque præfatio, post cæteras penè omnes veteris Testamenti præfationes, scripta, ut idcircò in illius Epistolis ordinem libro, cujus præfatio est, convenientem habeat, non tempori, quo scripta est. Sed in eâdem tamen præfatione *duo* esse argumenta, inquit Wittakerus, « quibus hunc librum non esse « canonicum probare velit Hieronymus. » Unum est, *quia apud Hebræos apocryphus est*. Verùm jam dixi, ipsum Judæis opponere Nicænos Patres, hisque potiùs suffragari. Alterum: *Chaldæo sermone scriptus fuit liber, et ejus exemplaria valdè vitiosa*. Quid inde? Idcircò scilicet è Chaldæo illa se correxisse pro

fitetur, et nonne aliorum canonicorum librorum vitiosa itidem exemplaria, idem crebrò inculcat epist. 107, 108 et 109? Et in Isaiæ cap. 14, prophetiam per librum istum exponit : « Potest, ait, et in Assueri temporibus « intelligi, quoniam occiso Holoferne, hostilis « ab Israel cæsus est exercitus. » Absque omni verò ambage idem sanctus epistolâ 140 : Ruth, « ait, et Esther, et Judith, tantæ gloriæ sunt, « ut sacris voluminibus nomina indiderint. »

Sed jam auctoritati libri hujus probandæ argumentum septimum sit, quòd novi isti comœdi, fabulæ suæ ne unum quidem auctorem laudare possunt, eamque fabulam non solùm quos adduxi Patres explodunt, sed ipsi etiam Judæi, qui, ut supra dictum est, historiam censuerunt. Nec desunt, qui ipsum historiæ nomen, quod ab his detrahitur, expressè usurpent, ut D. Hieronymus hâc præfatione, et epist. 9 Chromatis, et Isidorus locis citatis. Sunt hæc D. Hieronymi Epistolâ illâ 9 ad Salvinam verba : « In priora te ex« tendas, habens tui ordinis, quas sequaris, « Judith de Hebræâ historiâ; et Annam filiam « Phanuelis de Evangelii charitate, quæ diebus « et noctibus versabantur in templo, et ora« tionibus atque jejuniis thesaurum pudicitiæ « conservabant. » È quibus verbis intelligi et illud potest, cur pudicitiæ hostes comœdiam hìc quàm historiam malint. Attamen ipsum etiam totum historicæ narrationis filum, tota rerum series et connexio, ipsum denique libri hujus de Judith vitâ, processu, morte, dieque festo extremum, historiam esse clamat. Numquid enim festus apud Hebræos, in tragœdiæ fictæ memoriam dies ageretur? Octavum argumentum est, quòd hæreticorum, contra tanti concilii et tot veterum auctoritatem, argumenta, et pauca, et infirma sunt.

3° *Hæreticorum contra Judith argumenta ponuntur, et solvuntur.*

Primum est, quòd sit temporis explicatio difficilis. Hoc enim Lutherus, in suâ Præfatione, præcipuum sibi telum esse fatetur (1). Secundum, Bethuliæ urbs nusquàm nota, Lutherus ibidem. Tertium, Wittakeri et Junii. Hanc historiam non attingit Josephus. Quartum, nomina poemati apta sunt. Quintum,

(1) Cette histoire, dit Voltaire, est pleine « de contradictions inconciliables; car tantôt « la scène est sous Nabuchodonosor, tantôt « après la captivité. »

Cela est *inconciliable* pour ceux qui ne savent pas qu'il y a eu plusieurs transmigrations différentes des Israélites, et plusieurs rois d'Assyrie qui ont porté le nom de *Nabuchodonosor;* mais quand on sait que les Juifs, à commencer sous le règne de Manassès, ont souffert quatre déportations différentes de la part des monarques assyriens, on n'est plus embarrassé à concilier l'histoire de Judith. Elle arriva en la dixième année de Manassès, roi de Juda, qui avait été fait prisonnier avec une partie de ses troupes, par les généraux d'un roi d'Assyrie, que le livre de Judith nomme *Nabuchodonosor;* c'était lui qui avait vaincu et tué Arphaxad, roi des Mèdes, lorsque celui-ci, fier de ses conquêtes, conduisit son armée contre Ninive; et tel fut précisément le sort que *Phraorte, roi des Mèdes, eut près de Ninive*, selon Hérodote, *lorsqu'il voulut conquérir cette ville sur les Assyriens qui y régnaient.* Ainsi le récit du livre de Judith s'accorde également avec celui d'Hérodote et avec celui des Paralipomènes.

Les incrédules de nos jours font grand bruit sur les difficultés de chronologie que renferme l'Histoire sainte; ils ne veulent pas faire attention que, sans un miracle continuel, la chose ne pouvait pas arriver autrement. Les lettres hébraïques et les caractères samaritains qui désignent les nombres se ressemblent beaucoup, et il est fort aisé de les confondre. A moins que les copistes n'aient été toujours singulièrement attentifs, il a été moralement impossible qu'ils ne se soient pas trompés quelquefois. Les noms de nombres ne sont pas aussi réguliers, ni d'une construction aussi facile en hebreu que dans nos langues; il a pu s'y glisser aisément de la confusion. Nous trouvons les mêmes embarras pour concilier la chronologie d'Hérodote, de Xénophon, de Diodore de Sicile; nous ne doutons pas, pour cela, du fond de leurs histoires : pourquoi donc, quand il s'agit de livres infiniment plus anciens, chicane-t-on sur la moindre difficulté de chronologie? Nos philosophes, si pointilleux sur les annales des Hebreux, ne rougissent point de nous opposer le chaos inintelligible de la chronologie chinoise.

« Mais, disent-ils, des livres divinement ins« pirés ont dû être divinement copiés. »

Sans doute Dieu n'a pu permettre qu'il s'y glissât des erreurs, quant à ce qui regarde le dogme et la morale; mais il n'est point important ni nécessaire au salut que les hommes soient préservés de toute erreur dans la chronologie. Cet objet est très-curieux, mais on peut en laisser la discussion aux critiques et aux savants sans inconvénient. Revenons à l'authenticité du livre de Judith.

Du temps d'Origène, les Juifs l'avaient en hébreu, ou plutôt en Chaldéen, et, selon saint Jérôme, ils plaçaient ce livre au rang des *agiographes.* Saint Clément, pape, a cité l'histoire de Judith dans sa première épître aux Corinthiens, de même que l'auteur des Constitutions apostoliques. Saint Clément d'Alexandrie, Origène, Tertullien, saint Ambroise, saint Jérôme, en font mention. L'auteur de la Synopse attribuée à saint Athanase, en a donne le precis comme des autres livres sacrés. Saint Augustin, le pape Innocent I,

auctoritas D. Hieronymi, Athanasii et Ruffini supra citati, et addi è recentioribus possunt Carthusianus et Cajetanus sub finem Esther. Ad primum, postea, c. 1. Tantùm hìc observandum, si ob difficiliorem temporis calculum, historiam negare liceret, futurum profectò ut omnium penè divinorum librorum labefactaretur auctoritas. Quanta enim chronologiæ in omnibus difficultas? Nôrunt eruditi inter quos, vel ob hoc solum argumentum, numerari à Chytræo Lutherus non debuit. Ad secundum, Elias in Tisbi eodem modo contra Christum Dominum argumentatur, dicens, Nazareth nusquàm esse. Ubi verò Bethulia sit, dicam postea, cap. 6. Ad tertium, non attigit Josephus, sed nec rejecit. Auctores interdùm quippiam omittunt, aliumque in locum reservant, quemadmodùm pulcherrimam de Oniâ historiam non in Antiquitatibus, sed in Bello, de ratione idem Josephus exposuit, uti etiam hæreticorum gregalis notat Reineccius. Etverò lib. 10, c. 3, de iis quæ ad Assyriorum et Medorum imperium spectarent, alibi se dicturum idem Josephus pollicitus est. Quid quòd nobilissimam, verissimam, à prophetis Apostolisque testatissimam Job historiam, idem Josephus ne verbulo quidem uno unquàm attigit? Ad quartum, dixi in Tobiâ prolegom. 5, argum. hæret. 4 (1). Ad quintum, quia, ut sub quartihujus prolegomeni initium dicebam, citat D. Hieronymus Ecclesiam, respondet Catharinus, ab Hieronymo *Ecclesiæ* nomen pro plebe, seu inferioribus accipi, ut Actorum 20, non pro episcopis aut doctoribus, ut Matth. 28, accipitur. At nùm è vulgo D. ipse Hieronymus? D. Athanasius? Rectiùs Sixtus Senensis lib. 8 Bibliothecæ, de illius temporis Ecclesiâ, quo dubitare de libro isto licebat, loqui S. Hieronymum respondet, ante scilicet concilium Nicænum, vel certè post idem concilium, prout quidem ipse Hieronymus existimabat, antequàm illud, ut supra dixi, legisset, quemadmodùm divus Augustinus de suâ ipsius ordinatione, jam ordinatus ex eodem concilio didicit, quod antea nesciebat, ut scribit ipsemet epist. 110, et de eo Possidius c. 8 Vitæ. De S. Athanasii Synopsi, ejusne sit, à quibusdam dubitatur; si tamen ejus est, ante Nicænum concilium scripta videtur, uti de Laodicæno concilio dictum. Ruffinus in pluribus erravit, ut ostendit D. Hieronymus lib. contra ipsum. Recentiores illi minùs ad posteriorem D. Hieronymi sententiam attenderunt, quemadmodùm ipse scilicet Hieronymus initio Nicænæ synodi judicium minùs perspexisset. Adjiciam ex citatâ Lutheri Præfatione argumentum, si tamen hoc nomine dignum est, unicum. *Judith gesta, è probatis*, ait, *certisque historiis probari non possunt.* Quomodò ergo vera? Responderi posset ex iis quæ de Josepho paulò ante dicta sunt. Sed à Luthero quæro è quibusnam probatis historiis probari hanc vellet? sacris, an profanis? si è sacris, non erit Ruth, non Esther, non magnâ ex parte Judicum liber canonicus. Nam et historiæ, quibus ex historiis canonicis probantur? Si è profanis, par adhuc ratio. Profanorum enim scriptorum, quis Josue, Othonielis, Gedeonis, aliorumque judicum, et Ruth, et Saülis et similium meminit? Perineptè igitur hoc ipsum ab illo exigetur. Aptissimè siquidem cùm ad alia, tùm ad hoc ipsum, quod in manibus est, D. Hieronymus in Ezech. c. 26: « Probare, « inquit, possumus multa dici in Scripturis

dans sa lettre à Exupère; le pape Gélase, dans le concile de Rome; saint Fulgence, etc., reçoivent ce livre comme canonique. Il a été déclaré tel par le concile de Trente. Saint Jérôme dit que le concile de Nicée le comptait déjà entre les écritures divines. Ainsi, quoique dans les pièces qui nous restent de ce concile on ne trouve aucune définition sur ce point, nous ne devons pas douter que saint Jérôme n'eût des preuves de ce fait. Origène atteste que de son temps on le lisait aux catéchumènes. (Duclot.)

(1) Quæ in libro Judith narrantur, commentitia, meramque parabolam asserere, impium, temerarium et hæreticum est. — Probatur veterum testimoniis ab apostolicis temporibus, qui Juditham ceu heroinam sanctissimam celebrârunt, et christianis viduis in exemplum proposuerunt; et ex libro Judith ceu sacrâ Scripturâ testimonia deprompserunt, tùm etiam ex Ecclesiæ judicio, quæ ipsum canonicum esse ac divinum pronuntiavit.

Illud inprimis S. Pauli Epistolæ 1 ad Corinthios cap. 10, 9, 10: *Neque tentemus Christum, sicut quidam eorum tentaverunt, et à serpentibus perierunt: neque murmuraveritis, sicut qui dam eorum, et perierunt ab exterminatore;* illud, inquam, ex libro Judith 8, 24, 25, depromptum est, ubi legimus: *Illi autem qui tentationes non susceperunt cum timore Domini, et impatientiam suam, et improperium murmurationis suæ contra Dominum protulerunt, exterminati sunt ab exterminatore, et à serpentibus perierunt.* Oziæ verba ad Juditham: *Benedicta es tu, filia, à Domino Deo excelso, præ omnibus mulieribus super terram.* Elisabetha Spiritu sancto afflata imitata est, cùm ad virginem Mariam Christi Domini ac Dei nostri Matrem ait: *Benedicta tu inter mulieres.*
(Natalis Alexander.)

« facta, quæ in Græcis voluminibus non inveniantur : nec debere nos eorum auctoritati acquiescere, quorum perfidiam et mendacia detestamur. » Et de hâc ipsâ historiâ Sulpitius, quasi ante oculos ipsum jam Lutherum videret : « Cæterùm, ait, illud nemini « mirum esse oportebit, quòd scriptores « secularium litterarum nihil ex his quæ « sacris voluminibus scripta sunt, attigerunt, « Dei Spiritu prævalente. »

Prolegomenon V.

Quænam utilitas.

D. Hieronymus Præfatione in Sophoniam : « Judith, ait, et Esther, in typo Ecclesiæ et « occiderunt adversarios, et periturum Israel « de periculo liberârunt. » Dùm verò hunc in librum præfatur : « Accipite, ait, Judith « viduam, castitatis exemplum, et triumphali « laude perpetuis eam præconiis declarate. « Hanc enim non solùm feminis, sed et viris « imitabilem dedit, qui castitatis ejus remu- « nerator virtutem ei talem tribuit, ut invictum « omnibus hominibus vinceret, et insuperabi- « lem superaret. » Sed in Germanicâ libri hujus Præfatione, Lutherum sibi ipsi penè repugnantem audiamus : « Est, ait, liber « pulcher, bonus, sanctus, utilis à nobis « Christianis benè legendus. Verba enim, quæ « hìc personæ loquuntur, intelligenda sunt « tanquàm quæ loquatur sanctus poeta vel « propheta ex Spiritu sancto, qui ejusmodi « personas in theatro suo proponit, per eas- « que nobis concionatur. » Et in principio : « Si Judith gesta possent è probatis certisque « historiis probari, liber sanè esset nobilis, et « dignus qui in Bibliis esse deberet. » At hoc in sacrorum librorum nobilitate necessarium haud esse jam dictum est. Si tamen qui librum laudent, boni auctores requiruntur, an superiori prolegomeno parùm multi, parùmque nobiles allati (1)?

(1) In Judithâ Deiparæ Virginis typum Deus exhibuit, quæ spiritualem Holofernem salutis nostræ hostem infensissimum profligat, et tartareas fugat legiones, quæ ab omni peccato immunis fuit, quæ præ omnibus mulieribus benedicta, cujus laudes sancti Christianique omnes celebrant. Cui longè excellentiùs quàm Judithæ convenit quod sancta illa heroina de seipsâ dixit :*Non permisit me Dominus ancillam suam coinquinari, sed sine pollutione peccati revocavit me vobis, gaudentem in victoriâ suâ, in evasione meâ, et in liberatione vestrâ.* Cui meliori jure quàm Judithæ ab hominibus universis Deum adorantibus dici debeat : *Benedixit te Dominus in virtute suâ, quia per te ad nihilum redegit inimicos nostros.... Benedicta es tu, filia, à Domino Deo excelso, præ omnibus mulieribus super terram.... Benedictus Dominus, qui creavit cœlum et terram, qui te direxit in vulnera capitis principis inimicorum nostrorum; quia hodiè nomen tuum ita magnificavit, ut non recedat laus tua de ore hominum, qui memores fuerint virtutis Domini in æternum.... Benedicta tu à Deo tuo in omni tabernaculo Jacob, quoniam in omni gente quæ audierit nomen tuum, magnificabitur super te Deus Israel.... Tu gloria Jerusalem, tu lætitia Israel, tu honorificentia populi nostri.*

(Natalis Alexander.)

Prolegomenon VI.

Quinam interpretes.

Scripsit in hunc librum olim 7 libros Bellator antea citatus. Hodiè præter Lyranum, Hugonem, et Carthusianum, unus paulò vetustior superest, Rabanus, qui ad Juditham imperatoris Ludovici conjugem, allegoricam expositionem scripsit. Tropologiam persecutus est more suo Petrus Bertorius lib. 18 Mortalitatum. Extat Gerardi Lorichii Epitome, et, apud Gesnerum Jacobi cujusdam Zilegri Landavi mihi nondùm visa Expositio.

Prolegomenon VII.

Quis libri hujus ad Biblicos alios ordo, et quæ partitio?

Athanasiana Synopsis, D. Augustinus lib. 2 de Doctrinâ Christianâ, c. 8, Cassiodorus divin. Lect. c. 6, alii librum hunc Estheris libro subjungunt. Sed Tobiam inter et Estherem rectè in Bibliis nostris collocari, temporis disputationes partim in Tobiâ jam habitæ, partim in hoc et Esthere habendæ commonstrabunt. Senensis verò, lib. 1, ait, Græcos in 60 capita librum hunc dividere. Latini 16 habent, Rabanus 22. Ego tres in partes partior : prima Judæorum periculum proponit, usque ad cap. 8; secunda, liberationem, à cap. 8 usque ad vers. 9, c. 15; tertia, quæ liberationem hanc secuta sunt.

IN LIBRUM JUDITH

COMMENTARIUM.

CAPUT PRIMUM.

1. Arphaxad itaque, rex Medorum, subjugaverat multas gentes imperio suo, et ipse ædificavit civitatem potentissimam, quam appellavit Ecbatanis,

2. Ex lapidibus quadratis, et sectis; fecit muros ejus in latitudinem cubitorum triginta; turres verò ejus posuit in altitudinem cubitorum centum :

3. Per quadrum verò earum (1), latus utrumque vicenorum pedum spatio tendebatur; posuitque portas ejus in altitudinem turrium :

4. Et gloriabatur quasi potens in potentiâ exercitûs sui, et in gloriâ quadrigarum suarum (2).

5. Anno igitur duodecimo regni sui, Nabuchodonosor rex Assyriorum, qui re-

CHAPITRE PREMIER.

1. Arphaxad, roi des Mèdes, avait assujéti à son empire un grand nombre de nations, et il bâtit une ville très-forte, qu'il appela Ecbatane,

2. De pierres carrées et taillées; il en fit les murailles de soixante-dix coudées de large et de trente coudées de haut, et il en éleva les tours à la hauteur de cent coudées.

3. Et chacun de leurs côtés carrés s'étendait dans un espace de vingt pieds; et il en fit les portes de la hauteur des tours.

4. Et il se glorifiait comme étant invincible par la force de son armée et par la multitude de ses chariots de guerre.

5. Mais Nabuchodonosor, roi des Assyriens (1), qui régnait dans la grande ville de

(1) Significare videtur turres quadratas, excurrisse extra murum pedibus viginti; id enim fieri solet ad protegendum murum secundùm longitudinem ab unâ turri ad alteram, et ad submovendum inde hostem. In Græco sic habetur : *Turres præterea portis imposuit, quarum altitudo ad centum cubitos erecta erat, et latitudo sexaginta cubitis fundata erat,* quod non repugnat editioni Vulgatæ, quæ expressit prominentiam et procursum turrium, Græca verò ipsam latitudinem et faciem turrium quadratarum.

Positque portas ejus in altitudinem turrium; cùm in Græco habeatur turres portis impositas, significatur hìc omnes turres æqualis fuisse altitudinis, tam eas, in quibus erant portæ, quàm cæteras. (Menochius.)

(2) Cette grande exactitude avec laquelle l'Ecriture s'abaisse à décrire la manière dont Arphaxad bâtit cette ville d'Ecbatane, ne doit pas être regardée comme indigne du Saint-Esprit, qui en inspirant à l'écrivain sacré de marquer tout ce détail, a eu dessein principalement de faire connaître combien est vaine toute la force des hommes qui ne s'appuie que sur des murailles et des forteresses, et sur le grand nombre de troupes et de chariots.

Considérons donc ce roi des Mèdes, comme un prince rempli d'orgueil, qui après *s'être assujéti plusieurs nations*, et avoir bâti une très-puissante ville, dont les murailles toutes composées de pierres de taille, avaient soixante-dix coudées de largeur sur trente coudees de haut, et étaient fortifiées de plusieurs tours de cent coudées de hauteur, se regardait au milieu d'une armée nombreuse et redoutable, comme étant entièrement invincible à tous les hommes. Mais combien se trompait-il dans toutes ces vaines idées, qu'il avait conçues de sa puissance et de sa grandeur, puisqu'ayant été seulement un instrument de justice dans les mains de Dieu pour châtier tous ces peuples qu'il s'était assujétis, il devait lui même être exposé bientôt aux rigueurs de cette divine justice, qui se prépara dans la personne d'un autre prince un ministre de sa fureur pour humilier son orgueil! C'est donc dans ces grands exemples de la confiance vaine et fausse qu'ont eue ces princes en leur puissance, que Dieu veut que nous trouvions des remèdes salutaires contre le plus dangereux ennemi que nous ayons, qui est cet élèvement d'un cœur qui s'attribue à lui même une force qu'il a reçue de Dieu. (Sacy.)

(1) Ayant été destiné de Dieu pour humilier Arphaxad dans ce grand élèvement qu'il avait conçu par l'heureux succês de ses armes, Nabuchodonosor se prépara à le combattre, et il remporta sur lui la victoire. Il est marqué dans le Grec qu'il se rendit maître de ses villes, qu'il prit Ecbatane, et en ruina toute la beauté et la magnificence, et qu'ayant poursuivi Arphaxad, il le surprit dans les montagnes, et le tua.

Mais ce prince ne fut pas plus sage que celui qu'il avait vaincu. Et attribuant à ses propres forces ce grand avantage que le Seigneur des armées lui avait fait remporter, il s'en eleva

gnabat in Ninive civitate magnâ, pugnavit contra Arphaxad, et obtinuit eum

6. In campo magno, qui appellatur Ragau (1), circa Euphraten et Tigrim et Jadason, in campo Erioch regis Elicorum (2).

7. Tunc exaltatum est regnum Nabuchodonosor, et cor ejus elevatum est : et misit ad omnes qui habitabant in Ciliciâ et Damasco et Libano ;

8. Et ad gentes quæ sunt in Carmelo, et Cedar (3), et inhabitantes Galilæam in campo magno Esdrelon,

9. Et ad omnes qui erant in Samariâ (4), et trans flumen Jordanem usque ad Jeru-

Ninive, fit la guerre, la douzième année de son règne, à Arphaxad, et le vainquit

6. Dans la grande plaine appelée Ragau, près de l'Euphrate, du Tigre et de Jadason, dans la campagne d'Erioch, roi des Eliciens.

7. Alors le règne de Nabuchodonosor devint florissant ; son cœur s'en éleva ; et il envoya à tous ceux qui habitaient dans la Cilicie, à Damas, sur le mont Liban,

8. Et aux peuples qui sont sur le Carmel, et en Cédar, et à ceux qui habitaient dans la Galilée, dans la grande campagne d'Esdrelon,

9. Et à tous ceux encore qui étaient en Samarie, et au-delà du fleuve du Jourdain jus-

dans son cœur. *Tunc exaltatum est regnum Nabuchodonosor, et cor ejus elevatum est.* En même temps que son empire fut élevé et en gloire et en puissance, son cœur s'éleva aussi d'orgueil : tant il est vrai que l'élèvement du cœur est presque inséparablement attaché à la grandeur, et que ceux qui ne craignent pas d'aspirer à la puissance, aspirent sans y penser à leur propre perte, puisqu'il est rare d'être grand et d'être puissant dans le siècle, sans être superbe.

Nabuchodonosor s'élève donc de cette victoire par laquelle il venait de renverser toute la puissance d'un prince aussi redoutable qu'était Arphaxad. Et concevant aussitôt de vastes desseins de s'assujettir toute la terre, après s'être assujetti celui qui avait vaincu tant de nations, il trouve enfin dans une femme, que Dieu oppose à toutes ses forces, un obstacle qui renverse tous ses desseins, et qui l'arrête tout d'un coup dans le cours de ses conquêtes. C'est le sujet de ce livre que nous expliquons, dont l'histoire nous est proposée pour nous faire reconnaître sensiblement que toute la puissance des hommes vient de Dieu seul; qu'ils sont ridicules et extravagants de s'en glorifier, puisqu'il en dépouille qui il lui plaît, lorsqu'il s'y attend le moins, et qu'il paraît le plus redoutable ; que la seule crainte du Seigneur est tout l'affermissement des états ; et qu'une femme aussi faible que Judith est capable, lorsqu'elle est remplie de l'esprit de Dieu, de renverser les armées les plus puissantes. On en a vu un exemple en la personne de sainte Geneviève, lorsqu'Attila, ce prince si redoutable, que l'on regardait comme un fléau de la justice de Dieu, étant venu fondre en France avec une armée de plus de cinq cent mille hommes, cette fille seule s'y opposa par la vertu de sa foi et de sa prière, jeta la terreur dans cette armée si formidable, et dissipa cet orage qui était prêt à fondre sur Paris. (Sacy.)

(1) Videtur *Ragau* esse Rages de quâ Tob. 1, 16. Vulgatus significat Arphaxadem sæpiùs superatum fuisse, nempe circa *Euphratem, et Tigrim, et Jadason* (qui fortè ponitur pro *Hydaspe* de quo in Græco, vel est mons Jasonius), ***in campo Erioch regis Elicorum.*** Regionem Elicorum esse eamdem cum regione *Ellasar*, de quâ et rege ejus *Arioch* Gen. 14, 1, et *Ellasar* non differre à *Thelassar*, ubi erant *filii Eden*, Isai. 37, 12, non procul à fontibus Tigris, non est improbabile. (Calmet.) Textus Græcus habet : *Arioch regis Elymæorum*, qui erant Mediæ contermini. *Erioch* Grotio est Orocana urbs in Mediâ. (Vatablus.)

(2) In Græco meliùs, Ἐλυμαίων, *Elymæorum*, quo nomine etiam Medi intelligi solent Hebræis. Sequitur in Græco : Καὶ συνῆλθον ἔθνη πολλὰ σφόδρα εἰς παράταξιν υἱῶν Γελώδ, *convenêre ad exercitum ejus multæ gentes filiorum Gelod*, id est, venêre ei militatum qui ad mare Hyrcanum habitant, ubi urbs Gelda. (Grotius.)

(3) Arabes Cedar dicuntur, ut docet divus Hieron. in caput vigesimum septimum Ezechiel ; progeniti enim sunt à Cedar filio Ismaelis, cujus Genes. 25, 15, mentio fit.

In campo magno Esdrelon. Est planities in Galilæâ, quæ campus magnus etiam dicitur, et campus Mageddo. Vide Adrichom. in tribu Issachar, num. 18. (Menochius.)

Nomen *Esdrelon* non reperitur in libris sacris ante captivitatem scriptis. Joseph. lib. 14 Antiq. cap. 17, et alibi, passim loquitur de campo latè patente à mari Tiberiadis ad Mediterraneum, inter montes Gelboe ad meridiem, et montes Thabor et Hermon ad septentrionem : ipsa est vallis *Jesrael*. (Vatablus.)

In campo magno Esdrelon, חצר אלין *quercetum*. Nomen est antiquum. Multa loca nomen habent incipiens à חצר, quod interdùm σκηνὴν, *tentorium*, interdùm αὐλὴν, *subdiale*, vertunt Græci. Arabes sic vocant loca viridia. (Grotius.)

(4) Nominantur hìc in Græco etiam Βετάνη, id est, *Batanæa*, apud Tyrum, et Χελλοῦς, quæ est *Cholle*, in Palmyrene, et *Cades*, memorata Deuteronom. 1, 44, 46, et *Taphnæ*, et *Tanis*, urbes Ægypti, et *Ramesse*, de quâ Exodi 1, 11. Multa quoque alia in Græcis sunt quæ in Latinis non apparent. Ἕως οὗ ἐλθεῖν ἐπὶ ὅρια δύο θαλασσῶν, *donec venirent ad fines duorum marium*, id est, ad fines Arabicum. Πᾶς ὁ σύμμικτος αὐτοῦ, *omnis conventus ejus*, est ערב, qui infra, ὁ ἐπίμικτος, supple ὄχλος, *vulgus*. Vox enim illa Hebræa modò ἐπίμικτος, modò σύμμικτος, à Septuaginta vertitur. (Grotius.)

salem, et omnem terram Jesse (1), quousque perveniatur ad terminos Æthiopiæ.

10. Ad hos omnes misit nuntios Nabuchodonosor rex Assyriorum :

11. Qui omnes uno animo contradixerunt, et remiserunt eos vacuos, et sine honore abjecerunt.

12. Tunc indignatus Nabuchodonosor rex adversùs omnem terram illam, juravit per thronum et regnum suum (2), quòd defenderet se de omnibus regionibus his (3).

qu'à Jérusalem, et dans toute la terre de Jessé, jusqu'où l'on arrive aux confins de l'Ethiopie.

10. Nabuchodonosor, roi des Assyriens, envoya des ambassadeurs à tous ces peuples.

11. Mais tous, d'un commun accord, refusèrent ce qu'il demandait, renvoyèrent ceux qui étaient venus de sa part, sans qu'ils pussent rien obtenir, et les chassèrent avec mépris.

12. Alors le roi Nabuchodonosor, irrité contre toute cette terre, jura par son trône et par son royaume, qu'il se vengerait de toutes ces contrées.

(1) Ad eos nimirùm Arabas, qui australiorem et occidentaliorem Arabiæ partem incolunt, quæ ad Ægyptum vergit, quæ à nostro interprete terra Gessen vertitur, in Hebræo verò est Gosen, et apud Septuaginta, Gessem. (Menochius.)

(2) Ea fuit antiquorum principum consuetudo, illudque juramentum ipsis erat sacrosanctum. (Vatablus.)

(3) Similis phrasis nostri interpretis cap. 2 legitur, *defenderet se*, et c. 9 : *In defensionem alienigenarum*, id est, in vindictam. Ad eumdem ergo modum, et aliæ quædam Scripturæ intelligendæ sunt, ut illa Rom. 12 : *Non vosmetipsos defendentes, charissimi*, id est, non vindicantes. Nam moderata defensio licita est. Ita pro eo quod in Psalm. 8 habemus : *Ut destruas inimicum et ultorem*, pro *ultorem* olim legebatur *defensorem*, ut observare licet apud Severum Sulpitium in Vitâ S. Martini. (Estius.)

TRANSLATIO EX GRÆCO.

1. Anno duodecimo regni Nabuchodonosor qui regnavit super Assyrios in Nineve, civitate magnâ, in diebus Arphaxad, qui regnavit super Medos in Ecbatanis, — 2. Et ædificavit super Ecbatana, et in circuitu muros ex lapidibus sectis, in latitudine cubitorum trium, et in longitudine cubitorum sex; et fecit altitudinem muri, cubitorum septuaginta, et latitudinem ejus, cubitorum quinquaginta : — 3. Et turres ejus statuit super portas illius cubitorum centum : et latitudinem ejus fundavit in cubitis sexaginta : — 4. Et fecit portas ejus portas suscitatas in altitudinem cubitorum septuaginta, et latitudinem earum cubitos quadraginta ad exitus exercituum potentium ipsius, et ordines peditum ipsius. — 5. Et fecit bellum in diebus illis rex Nabuchodonosor adversùs regem Arphaxad in campo magno : — hic est in finibus Ragai. — 6. Et concurrerunt ad eum omnes habitantes montanam, et omnes habitantes Euphratem, et Tigrim, et Hydaspem, et campo Irioch rex Elymacorum. Et convenerunt gentes multæ valdè in aciem filiorum Cheleul. — 7. Et misit Nabuchodonosor rex Assyriorum ad omnes habitantes Persidem, et ad omnes habitantes ad occidentem, habitantes Ciliciam, et Damascum, Libanum et Antilibanum, et omnes qui habitabant ad faciem maritimæ. — 8. Et qui in gentibus Carmeli, et Galaad, et superiorem Galilæam et magnum campum Esdrelom. — 9. Et omnes qui in Samariâ, et civitatibus ejus, et trans Jordanem usque Hierusalem, et Betane et Chellus, et Cades, et fluminis Ægypti, et Taphnas, et Ramesse, et omnem terram Gesem. — 10. Usque ad veniendum supra Tanim, et Memphim, et omnes habitantes Ægyptum usque ad veniendum super fines Æthiopiæ. — 11. Et vilipenderunt omnes habitantes universam terram verbum Nabuchodonosor regis Assyriorum : et non convenerunt ei ad bellum; quoniam non timuerunt eum; sed erat coram eis tanquàm vir æqualis. Et remiserunt nuntios ejus vacuos in ignominiâ ante faciem suam. — 12. Et indignatus est Nabuchodonosor super omnem terram hanc valdè, et juravit per thronum, et regnum suum; nimirùm ulturum se omnes fines Ciliciæ, et Damascenæ, et Syriæ, interempturum gladio suo et omnes habitantes in terrâ Moab, et filios Ammon et omnem Judæam, et omnes qui in Ægypto usque ad veniendum super fines duorum marium. — 13. Et aciem struxit in virtute suâ adversùs Arphaxad regem in anno septimo et decimo; et prævaluit in prælio suo, et evertit omnem virtutem Arphaxad, et omnem equitatum ejus, et omnes currus ejus. — 14. Et dominatus est civitatibus ejus. Et pervenit usque Ecbatana, et obtinuit turres, et prædatus est plateas ejus, et ornatum ejus posuit in opprobrium ejus. — 15. Et cepit Arphaxad in montibus Ragai, et confixit eum in jaculis suis, et exterminavit um usque in illam diem. — 16. Et revertit cum eis ipse, et omnis commixtus ejus, multitudo vi-

rorum bellatorum plurima valdè. Et erat ibi torpens, et epulans, ipse, et virtus ejus per dies centum viginti.

COMMENTARIUM.

Sunt capitis hujus partes duæ. In priore ostenditur quemadmodùm Arphaxado, Medorum regi, bellum inferat Assyriorum rex Nabuchodonosor; in posteriore, quemadmodùm populus aliis pluribus. Et verba quidem contextûs nuda si spectentur, commentario vix ullo indigent; in ea tamen ipsa, si vel modicè inquiratur, difficultatum illicò seges exsurgit, de quibus, ut in Tobiæ libro adhuc feci, agam deinceps.

Quæstiuncula prima.

Cur, in libri hujus principio statim dicitur itaque?

Homiliâ 2 in Ezechiel, D. Gregorius, ejus libri principium exponens: « Prima, inquit, « quæstio nobis oritur, cur is, qui nihil adhuc « dixerat, ita exorsus est, dicens: *Et factum « est in tricesimo anno?* Et namque sermo con« junctionis est; et scimus, quia non conjun« gitur sermo subsequens, nisi sermoni præ« cedenti. Qui igitur nihil dixerat, cur dicit: « *Et factum est,* cùm non sit sermo, cui hoc, « quod dicit, subjungat? » Eodem et ego modo, cùm ad connectendum, et aliud ex alio colligendum particula, *itaque,* adhibeatur, quomodò ab eâ iste liber incipit? Cum quo per eam priori prima ejus sententia conjungitur, aut è quo colligitur? Sanè verò, quia et Machabæorum liber 1, et in Hebræo textu Exodus, Leviticus, Numeri Josue, Judices, aliique divinarum Litterarum libri complures ab istiusmodi voculis incipiunt, et ea Litterarum istarum majestas est, ut vel minimus in iis apex præteriri, spernive non debeat; dicam cur id fiat breviter. Optimus, meo quidem sensu, prophetarum minorum interpres Ribera, Hebrææ ait linguæ idiotismum, ut particula *et,* nullo interdùm copulandi officio fungatur, sed redundet. Similiter et in Hebrææ grammaticæ parte 4, c. 2, Bellarminus, « nota, inquit, co« pulativa significans *et, atque, autem,* sæpis« simè proponuntur ad initia librorum vel « sententiarum, ornatûs gratiâ. » Posset tamen in istis etiam initiis propria illa vel copulandi vel concludendi vis retineri, idque duorum modorum alterutro. Unus est, quem loco citato tradit S. Gregorius, ut per istiusmodi sermonis vincula devinciatur exterior sacri auctoris oratio cum interiore illâ oratione, quam animo auctor idem viderit vel audierit. Fit enim nonnunquàm ut secum ipse interiùs quispiam loquatur, vel alium quasi loquentem videat, tùmque subitò in exteriorem, quæ huic ejus cogitationi respondeat, vocem prorumpat, et hæc illi connectatur, quæ animum intrinsecùs, non aures vel oculos extrinsecùs percussit. Ita enim, secundùm litteratorum sectionem, incipit elegiâ 17 Propertius:

Et meritò quoniam potui fugisse puellam,
Nunc ego desertas alloquor alcyonas.

Et Ovidianâ Canace:

Si qua tamen cæcis errabunt scripta lituris,
Oblitus à dominæ cæde libellus erit.

Suntque huic generi assimilia in Tullianarum Epistolarum initiis hæc: *Tu igitur; Tu verò; Ain' tu?* Modus alter est, ut cum scripto alio, quod istud de quo agitur antecessit, fiat connexio. Atque mihi ad omnia penè sacrorum, in quibus historia est, librorum initia modus hic pertinere videtur. Vel enim cum iis Bibliorum libris, qui extant, junguntur, ut Exodus, Leviticus, alii, vel cum publicis Israelitici populi monimentis, è quibus ii excerpti. Est enim sciendum, fuisse in Orientis more, ut à certis constitutisque hominibus publica populorum gesta litteris mandarentur, studioséque custodirentur, uti contra puerilem Græcorum historicorum ætatem de Ægyptiis, Chaldæis et Phœnicibus docet lib. 1 in Appionem Josephus, qui δημοσίους ἀναγράφας, *publicas descriptiones* appellat, tandemque idem de Israelitico suo populo testatur, dicens: « Hoc, publicarum descriptionum « munus sacerdotum principibus et prophetis « demandârunt. » Quin et addit istiusmodi commentarios ad sua usque tempora conservatos. Legendum enim apud ipsum ἕως (non ὡς) τῶν καθ' ἡμᾶς χρόνων. Atque hanc scribendi rationem imitati etiam postea sunt Romani, uti testes Tranquillus, Plinius, Tullius. « Ab « initio, inquit iste lib. 2 de Oratore, rerum « Romanarum, usque ad P. Mutinum pontifi« cem maximum res omnes singulorum anno« rum mandabat litteris pontifex maximus, « offerebatque in album, et proponebat tabu« lam domi, potestas ut esset populo cogno« scendi, ii qui etiam nunc annales maximi « nominantur. » Et primò de Legibus, Atticum *pontificem maximorum annales* citantem inducit. « Cæterùm, ait Præfatione in Josuam Ma« sius, priscis temporibus, apud Ecclesiam « fuisse diaria et annales, in quibus res gestas

« ut quæque notatu dignissimæ et ad doctrinæ « sacræ propagationem utilissimæ videbantur, « continuatâ serie inscribebant ii, qui quoque « tempore eleganti eruditione, pietateque præ- « stantes in populo Dei vivebant, satis docet, « cùm aliæ, quæ sæpè laudantur, quamvis « jam interciderunt, regum historia, tùm liber « Bellorum Domini, et liber Recti, in quo et « Josuæ nostri et Samuelis, Saulisque gesta « fuisse inscripta certum est. Quin ipsæ sacræ « Litteræ (Num. 21, v. 27) eos tales annalium « sive diariorum scriptores *hammeschelim* ap- « pellant, hoc est, argutos, scitos, facetosque « homines, et subtiles ac elegantes scriptores. « *Maschal* enim dicendi scribendive genus est « urbanum, ingeniosum, facetum, elegans. « Nimirùm isti res omnes, quæ memorabiles « usquàm, in cœtu Dei, eveniebant, prout « magis minùs insignes, partim ligatâ oratio- « ne, alias solutâ conscribebant. » Ex hisce igitur tabulis, publicisque Commentariis nonnulla interdùm excerpta, vel certè ita conscripta, ut in unum cum illis corpus compingi, iisdem adjungi possent, supersunt, et ea per *et*, *itaque*, similesque connexionis voculas inchoantur, quemadmodùm et omnes omninò Gorionidæ Josephi libri.

Quæstiuncula II.

Num ante vel post captivitatem Babylonicam, libri hujus historia contigerit?

Ante captivitatem Babylonicam contigisse asserunt nonnulli, sed bifariàm. Vel enim certum ante captivitatem illam tempus nullum definiunt, vel definiunt. Illi sunt Canus lib. 11, de Locis Theologicis, c. 6, et Carion in Monarchiâ secundâ. Hi verò sunt triplices : nam Genebrardus lib. 2 Chronol. in Sedeciæ regis tempora eam historiam conjicit. Joannes Benedictus, et apud ipsum Ziglerus in Josiæ ; noster verò Bellarminus lib. 1 de Verbo Dei, c. 12, in Manassæ. *Post captivitatem* verò eidem historiæ tempus tribuunt alii, sed *sextupliciter* : primò enim Zonaras ad Nabuchodonosorem magnum eam revocat, ad Cambysen verò benè multi, Eusebius in Chronicis ; Ven. Beda de Temporibus, et libro de sex Ætatibus ; Rabanus hoc loco , sed timidè; Glycas parte 2 Annalium ; Otto Frisingensis lib. 2, c. 15 ; Suidas verbo *Olofernes,* historiâ Scholasticâ ; Lyranus in Tobiæ fine ; Hugo cardinalis hoc loco, itemque Carthusianus ; Joannes Thriedo lib. 1 de Scripturis, c. 2 part. 2, l. 3, c. 5, part. 3, et secundùm quosdam, verbi causâ, Canum loco citato, Philo ille Pseudophilus. Tertiò D. August. lib. 18 Civit. c. 26, cùm de tempore à Cyro ad Darium usque ageret , « per idem, ait, tempus etiam illa sunt gesta, « quæ conscripta sunt in libro Judith, quem « sanè in Canone Scripturarum Judæi non « recepisse dicuntur. » Joannes Benedictus ita D. hìc Augustinum intelligit, quasi diceret, *per Cyri tempus,* cùm potiùs à Cyro usque ad Darium, tempus, ut dixi, proponat. Sicque, ut rectè advertit loco citato Bellarminus, à superiore vix sententiâ differat. Jam quartò ad Xerxis ævum eamdem historiam traducunt Suidas verbo *Judith;* Julius Africanus apud eumdem Suidam; Ribera in cap. 2 Nahum. Quintò Darii Hystaspis tempus Mercatori magis placet, necnon Philoni, prout ipsum alii exponunt. Sextò denique Artaxerxis Ochi tempore totam hanc historiam accidisse scribit in Historiâ suâ Sulpitius (1).

(1) La plupart des chronologistes * font vivre Judith avant la captivité de Babylone et sous le règne de Manassé ; mais ils ne s'accordent ni sur le temps où elle a sauvé Béthulie, ni sur ce qu'était le Nabuchodonosor dont l'armée fut détruite sous les murs de cette ville. Les uns veulent que ce soit Assaraddon ; d'autres Saosduchim, roi de Babylone ; plusieurs prétendent que le siége de Béthulie eut lieu pendant la captivité de Manassé ; quelques-uns disent que c'est après le retour de ce prince dans ses états, presque tous enfin conviennent que leurs systèmes présentent bien des difficultés.

En recherchant d'où pouvaient venir ces difficultés, un savant religieux, dont nous ne faisons qu'abréger les réflexions, a dû en trouver la source dans l'erreur des historiens, qui renvoient le règne du Nabuchodonosor de Judith au temps de Manassé, et après les rois d'Assyrie dont parle l'Ecriture, tandis que la narration de l'auteur sacré et la suite naturelle des faits exigent que son règne soit avancé de 120 ans environ, et placé dans un interrègne qui suivit la mort d'Amasias; de sorte que ce Nabuchodonosor soit, non le dernier, mais le premier des rois d'Assyrie et le vrai fondateur de la grande monarchie assyrienne. C'est ce que nous allons essayer de démontrer. Mais pour bien saisir nos preuves, il faut avoir sous les yeux la suite des rois tant d'Assyrie que de Juda, telle que la présentent le quatrième livre des Rois, le deuxième des Paralipomènes, le livre de Tobie et celui d'Isaïe.

* Cette dissertation nous a été communiquée par le Rédacteur de *l'Ami de la Religion*, avec permission de la part du respectable ecclésiastique qui l'a rédigée, d'en faire usage si nous le jugions à propos. Nous pensons que nos lecteurs ne nous sauront pas mauvais gré de leur avoir mis sous les yeux un moyen qui tend à résoudre une question historique qui n'a jamais été jusqu'ici résolue d'une manière tout-à-fait satisfaisante. (Glaire.)

I. Opinionum ego istarum, quæ post captivitatem huic historiæ tempus quærunt, nulli assentior, quia vel Hierosolyma tùm nulla erant, vel ita paulatim reædificabantur, ut contra finitimas sese tueri satis haberent, Esdræ 1, c. 4 et 5, lib. 2, c. 4. Templum etiam tùm vel prostratum jacebat, vel non nisi sensim excitabatur, ut ex iisdem locis et Aggæi 1 perspi-

ROIS D'ASSYRIE.	ROIS DE JUDA.
NABUCHODONOSOR I[er], selon nous. Il subjugue la Médie, etc. etc. Holoferne périt devant Béthulie.	AMASIAS règne 29 ans. Interrègne de 13 ans.
PHUL. Il impose au roi d'Israel un tribut de 1000 talents (4 Reg. 15, 19). Il transporte en Médie les tribus de Ruben et de Gad, et la moitié de la tribu de Manasse (1 Par. 5, 26).	AZARIAS règne 52 ans. JOATHAN. . . 16 ans.
THÉGLATHPHALASAR. Il pille le royaume de Juda sous Achaz (2 Parap. 28, 20). Il transporte en Médie la tribu de Nephthali et les restes des tribus de Gad et de Manasse (1 Par. 5, 26, et 4 Reg. 17, 6).	ACHAZ. . . . 16 ans.
SALMANASAR. Il détruit le royaume d'Israel; il en transporte les habitants en Assyrie et en Médie (Tob. 1, 4, et 4 Reg. 17, 6). Il repeuple le pays de Babyloniens et d'autres nations. (4 Reg. 17, 24).	ÉZÉCHIAS. . . 29 ans.
SENNACHÉRIB. Il attaque le royaume de Juda; son armée est detruite sous les murs de Jérusalem. (4 Reg. 18, 19).	
ASSARADDON (4 Reg. 19, 37). Il emmène Manassé captif à Babylone 2 Par. 33, 11). La Médie continue, depuis la conquête faite par Nabuchodonosor I[er], à faire partie de l'empire assyrien. Tobie, captif à Ninive, capitale de cet empire, fait le voyage de Ragès en Médie (cap. 1). Son fils va en Médie (cap. 6,; il y retourne avec toute sa famille (14). — N. B. Durant toute la suite de ces rois, on les voit aussi maîtres de la Médie que de l'Assyrie elle-même.	MANASSÉ. . . 55 ans.
NABUCHODONOSOR I[er], selon la plupart des chronologistes.	

Voyons s'ils ont raison de le placer ici. Tout le monde convient et doit convenir que le Nabuchodonosor de Judith régnait à Ninive; qu'après avoir vaincu Arphaxad, il subjugua la Médie; qu'Holoferne, général de ses troupes, ravagea ou soumit la Mésopotamie, la Cilicie, la Syrie, le pays des Madianites, des Moabites, des Ammonites et l'Idumée; que de là il entra dans la Judée, mit le siége devant Béthulie, et y périt avec presque toute son armée (Judith. 1, 15). Selon nous, ce Nabuchodonosor a régné avant Phul ; selon la plupart des chronologistes, il n'a régné qu'après Assaraddon, ou bien il n'est autre qu'Assaraddon lui-même. Mais dans notre système tout s'explique naturellement; les autres systèmes au contraire présentent non-seulement des invraisemblances, mais encore des difficultés insurmontables. Pour abréger, nous ne citerons que les plus saillantes.

PREMIÈRE DIFFICULTÉ. Le livre de Judith ne nomme pas le roi de Juda sous lequel est arrivée la délivrance de Béthulie, et cela contre la coutume de l'Ecriture sainte, qui partout ailleurs indique avec soin et le nom du roi et l'année du règne où arrivent les événements. Si donc l'histoire de Judith a eu lieu sous Manassé, pourquoi ce prince n'est-il pas nommé? pourquoi ne voit-on paraître que le grand-prêtre Eliachim? De plus les chronologistes que nous combattons appliquent à la captivité de Manassé ces paroles d'Achior : *Plurimi ex Hebræis abducti sunt in terram non suam* (Judith. 5, 22). Il faut donc qu'ils appliquent à son retour ce qui suit immédiatement : *Nuper reversi ex dispersione et ascenderunt montana hæc omnia*, etc. Ni dom Calmet, ni les autres commentateurs ne répondent à cela rien de raisonnable et de satisfaisant.

Dans notre système la difficulté s'évanouit. Pourquoi le roi de Juda n'est-il pas nommé? pourquoi le grand-prêtre paraît-il constamment seul? Parce qu'il n'y avait point de roi, mais seulement un régent. Il n'y avait point de roi, disons-nous, en voici la preuve : A la mort d'Amasias, son fils Ozias ou Azarias avait environ deux ans, et ce ne fut qu'à seize ans qu'il fut déclaré roi (4 Rois, 14, 21), ce qui forme un interrègne de 13 ou 14 ans. Cet interrègne, on le retrouve dans le texte sacré (c. 14 et 15) en confrontant les règnes d'Amasias et d'Azarias avec celui de Jéroboam II, roi d'Israel. En effet, Amasias régna 29 ans; Jéroboam II monta sur le trône la quinzième année du règne d'Amasias; Azarias n'y monte que la vingt-septième année du règne de Jéroboam, treize ans plus tard qu'il n'avait dû y monter, puisque son père était mort la quatorzième année du règne de Jéroboam. Le grand-prêtre Eliachim, qui paraît seul dans ce long interrègne, qui donne des ordres partout, qui gouverne, ne pouvait être que régent du royaume de Juda.

DEUXIÈME DIFFICULTÉ. Arphaxad, avant d'être vaincu et de voir la Médie conquise par Nabuchodonosor I[er], avait bâti Ecbatane et subjugué beaucoup de nations (Judith. 1). Mais comment cela aurait-il pu se faire au temps d'Assaraddon et de Manassé, comme le veulent nos chronologistes? Ils répondent que les Mèdes avaient alors secoué le joug des Assyriens. Voilà une supposition qui ne porte sur aucun témoignage ni sacré ni profane : elle n'est pas seulement gratuite, elle est encore invraisemblable, en ce que ce prétendu second royaume de Médie se serait élevé, serait devenu vaste et puissant, précisément sous le plus puissant des rois d'Assyrie. Est-il permis de supposer qu'Assaraddon se soit amusé à ravager le pays des Philistins et l'Egypte, si loin de ses états, et à en transporter les habitants dans l'Assyrie durant trois années entières (Isaïe 20), laissant du reste, presque au centre de son empire, la Médie se révolter et se créer un roi, donnant à ce roi tout le temps de bâtir et de fortifier en belles pierres de taille une puissante ville, et enfin de subjuguer beaucoup de nations? La vérité est que, selon Hérodote et Diodore de Sicile, d'accord en cela avec le livre de Tobie, Ecbatane est plus ancienne qu'Assaraddon; que la Médie, une fois conquise, est demeurée constamment soumise aux rois d'Assyrie jusqu'à Cyrus, 120 ans après Manassé, et que par conséquent le Nabuchodono-

cuum. Deinde sub extrema Persicæ monarchiæ tempora, licet aliquo jam modo et Hierosolyma et templum reflorescerent, quemadmodùm quæ de Alexandro Magno contra Darium tendente, Hierosolymamque veniente docet apud Joseph. lib. 11, c. 8, Historia; nihilominùs tamen nullus tùm Eliacim erat pontifex; Assyriorum sceptrum conciderat; Medorum re-

sor qui l'avait assujettie a vécu avant Assaraddon, avant Phul lui-même, que l'on voit, ainsi que tous ses successeurs, disposer de la Médie en maître absolu.

Troisième difficulté. Le grand-prêtre Eliachim, exhortant les Israélites, leur rappelle la victoire de Moïse sur Amalec; Judith, de son côté, prie le Seigneur de traiter l'armée des Assyriens comme il a traité celle de Pharaon. Mais si le siége de Béthulie avait eu lieu sous Manassé, n'était-il pas beaucoup plus naturel et plus utile de citer le désastre tout récent de Sennachérib que d'en aller chercher d'autres si anciens et beaucoup moins propres à la circonstance?

Quatrième difficulté. Si l'histoire de Judith avait eu lieu sous Manassé, c'est-à-dire après Phul, Théglathphalasar, Salmanasar, qui tous avaient porté leurs armes dans la Palestine, et surtout après Sennachérib, rien n'eût été plus absurde de la part d'Holoferne que de s'informer, comme il fait, de ce que c'était que ce peuple hébreu, que de s'étonner de ce qu'il osât songer à se défendre, que de s'irriter de la réponse d'Achior : ne devait-il pas, lui et tous ses généraux, et tous ses soldats, connaître le peuple hébreu, soit par les expéditions précédentes, soit par le désastre de Sennachérib, arrivé de son temps et peut-être sous ses yeux? Mais non, il a tout oublié : il interroge les capitaines moabites, ammonites, etc., voisins de cette terre des Hébreux qu'il ne connaît pas. « Seigneur, aurait dû lui répondre Achior, avez-vous perdu la mémoire de « tant d'expéditions faites par vos rois en « Judée, de ce siége de Samarie qui seul coûta « trois ans à Salmanasar, de ce peuple d'Israël « encore aujourd'hui captif en Assyrie et en « Médie? Ne vous souvenez-vous plus du père « de votre roi actuel, et de 185,000 hommes « qu'il a perdus en une nuit devant Jérusalem, « il y a quelques années? » Ces réflexions, si on voulait les approfondir, suffiraient seules pour renverser de fond en comble tous les systèmes qui placent Judith après Ezéchias. On le voit, les invraisemblances s'accumulent ici les unes sur les autres. Placez au contraire Judith et Nabuchodonosor au temps de l'interrègne d'Amasias, cent ans avant la défaite de Sennachérib, tout s'explique de soi-même, puisque alors les Assyriens, se trouvant pour la première fois aux prises avec les Hébreux, et ne les connaissant pas encore, avaient droit de demander aux princes voisins de la Judée ce que c'était que ce peuple.

Cinquième difficulté. L'Ecriture ne parle que d'une seule ville nommé Béthulie, et la met dans la tribu de Siméon, au midi de la tribu de Juda (Josué, 19). Nos chronologistes en supposent ou plutôt en créent une seconde : c'est-à-dire qu'ils prennent une ville de Bethléhem, située dans la tribu de Zabulon, au nord de la terre sainte, et de leur propre autorité ils changent son nom en celui de Béthulie, ce qui est non-seulement téméraire, mais encore peu favorable à leur cause. En effet, si la Béthulie de Judith était, comme ils le veulent, au nord et dans la tribu de Zabulon, elle appartenait au royaume d'Israël. Dans cette supposition, je dis : Le fait de Judith a eu lieu ou avant ou après la ruine du royaume d'Israël. Si c'est avant, pourquoi le roi d'Israël ne paraît-il pas? pourquoi est-ce le grand-prêtre, étranger et même odieux à ce royaume schismatique, qui y commande, qui ordonne les préparatifs de défense, qui y prescrit des jeûnes et des prières, qui y parle de sauver, non Samarie, qui était la plus exposée, mais Jérusalem et son temple? Si c'est après la ruine d'Israël, les Israélites étaient captifs en Assyrie, les villes d'Israël étaient pleines d'Assyriens, que Salmanasar paraît établir pour repeupler le pays : et ainsi c'est à des Assyriens que le grand-prêtre aurait adressé ses lettres, imposé des jeûnes et des prières, pour que Dieu les protégeât contre les Assyriens!

Nous disons, nous, que la ville de Béthulie, où vivait Judith, était au midi de la terre sainte, tout près de l'Idumée. La marche même d'Holoferne en serait la preuve au besoin. Après avoir ravagé ou conquis la Cilicie, la Syrie, la Mésopotamie, au lieu d'entrer dans la terre sainte par le nord, on le voit descendre vers le sud de la rive gauche du Jourdain, soumettre en passant les Madianites, les Moabites, les Ammonites, dont il emmène avec lui les principaux chefs, et arriver dans l'Idumée, où il réunit toutes ses troupes et s'arrêter trente jours (Judith. 2, 16, et 3, 15). C'est alors qu'il apprend avec surprise que les Israélites se mettent en défense, et dès le lendemain (remarquez la date), il commence le siége de Béthulie (Judith. 5, 1, et 8, 1). Cette ville était donc sur les frontières de l'Idumée, où campait Holoferne. C'est ce que prouve encore plus directement l'Ecriture sainte. Car non-seulement le mari de Judith et Ozias, habitants de Béthulie, étaient de la tribu de Siméon (Judith. 6 et 8); mais Béthulie elle-même appartenait à cette tribu (Jos. 19, 4). Or la tribu de Siméon était établie au sud de celle de Juda et touchait à l'Idumée (Jos. 15, 21). Son territoire ne fut même dans l'origine qu'un démembrement de celui de Juda : il y était enclavé et comme incorporé par sa situation; et c'était Josué lui-même qui avait détaché de Juda treize villes parmi lesquelles figure Béthulie, pour les donner à la tribu de Siméon (Jos. 1, 2. 4). Aussi cette tribu, isolée et séparée du royaume d'Israël par la tribu de Juda, obéissait-elle aux rois de Juda (2 Paralip. 10, 17); et c'est des descendants de Siméon qu'il faut entendre ce que dit l'écrivain sacré, que les Israélites tremblèrent et se mirent les premiers en défense (Judith. 4).

Nous ne nous arrêterons pas au système suivi par ceux des anciens et des modernes qui mettent Judith après le retour de la captivité de Babylone, les uns sous Cambyse, les autres sous Darius, fils d'Hystaspe. Un mot

gnum satrapia jam erat, omnia denique unâ Persicorum monarcharum ditione atque dominatu tenebantur. At verò infra, c. 4, v. 2 et 6, c. 15, v. 9, c. 16, v. 22, stat templum, vigent Hierosolyma, pontificatum gerit Eliacim. Et c. 1, Assyriorum rex adhuc est; Ninive triumphat; Media regni adhuc dignitatem et quidem præpotentis obtinet. E contrario Babyloniorum hìc regum nulla mentio. Persidis verò fit, cap. 1, mentio in Græco, et cap. 16, in Latino, sed tanquàm obscuræ adhuc regionis, et quam facilè territaret adhuc Assyrius.

II. Ante captivitatem omnia hæc evenisse opinor, non tamen Sedeciæ temporibus qui cùm tot bellis et calamitatibus Sedeciæ regni principio exhausta esset et Judæa et cæterarum tribuum regio, 4 Reg. 24, et ipse anno regni sui nono Hierosolymæ circumsessus, tandemque miserrimè captus fuerit, ipsumque à Nabuzardan templum incensum ibid. c. 25. Quomodò in istud tempus congruat, quod hìc infra scriptum est c. 16, v. 30: *In omni spatio vitæ ejus* (Judith) *non fuit, qui perturbaret Israel; et post mortem ejus annis multis?* Et quomodò Nabuchodonosoris annus 13, de quo hìc c. 2, v. 1, vel etiam 18, qui in Græco est eodem c. 2, conveniat cum Sedeciæ annis explanatè positis 4 Reg. c. 25, et Jerem. 32? Nam

suffit pour le réfuter; c'est qu'au temps de Judith, les Assyriens dominaient en Asie, et qu'après la captivité, il n'y avait plus ni empire d'Assyrie ni Assyriens. Quelques modernes font vivre Judith sous Josias, sous Sédécias. Mais indépendamment des difficultés exposées plus haut, ils ne peuvent évidemment trouver les longues années de paix qui suivirent sa victoire; ils ne peuvent pas même trouver le Nabuchodonosor de Ninive, puisque Ninive fut détruite sous Josias, après s'être amollie et affaiblie sous ses derniers rois, qui n'étaient rien moins que des conquérants.

Il nous reste à éclaircir trois ou quatre points qui offrent à peine l'apparence d'une difficulté.

1° Pourquoi mettons-nous dans l'interrègne après Amasias un grand-prêtre nommé Eliachim? *Rép.* Parce qu'ayant prouvé qu'on doit y placer Judith, il faut bien y placer aussi Eliachim son contemporain : rien ne s'y oppose d'ailleurs, puisqu'on n'a aucune liste complète des grands-prêtres, et que celle qu'on tire de l'Ecriture a une lacune de cent ans au moins.

2° Comment trouver au temps d'Amasias ou auparavant de quoi vérifier ce que dit Achior d'une captivité des Hébreux et de leur délivrance toute recente? *Rép.* 1°. Tout n'est pas écrit dans les livres des Rois ou des Paralipomènes; les auteurs sacrés nous en avertissent souvent. 2° Les paroles mêmes d'Achior (Judith. v. 22) prouvent qu'il ne s'agit ici ni de la captivité des dix tribus d'Israël, ni de celle des Juifs à Babylone. Car alors ce n'est pas seulement un grand nombre d'Hébreux, *plurimi,* mais le corps même du peuple hébreu qui fut emmené en captivité, et qui le fut, non par beaucoup de nations, *multis nationibus,* mais par les seuls Assyriens. On a prouvé plus haut (1re difficulté), qu'il ne s'agit pas non plus de la captivité de Manassé. Il n'est donc question que des désastres que les Hébreux, à cause de leurs péchés, éprouvèrent en différents temps de diverses nations, telles que les Iduméens, les Syriens, les Egyptiens, les Philistins, les Ammonites, etc. 3°. Au livre 4 des Rois, 13, et 2 Paralip. 24, et 4 Rois, 14, on voit comment Amasias et son peuple furent traités par les rois d'Israel; on voit comment, sous le règne de Joachaz, roi d'Israël, et de Joas, père d'Amasias, Dieu livra Juda et Israël, entre les mains d'Hazael, puis de Bénadad, roi de Syrie; comment à la prière de Joachaz, les Israélites furent délivrés de l'oppression. Les paroles que l'historien sacré emploie pour raconter cette délivrance vérifient assez celles d'Achior, qui du reste, il faut le remarquer, en sa qualité d'étranger, a bien pu ne pas s'exprimer avec une exactitude rigoureuse sur l'histoire du peuple de Dieu.

3° Comment expliquer le passage suivant du discours d'Achior : *Templum Dei eorum factum est in pavimentum? — Rép.* Ces mots, qui se trouvent ajoutés dans la version grecque, ne signifient pas que le temple a été renversé, mais qu'il a été profané par les infidèles, qui en ont foulé aux pieds le pavé comme celui d'un lieu profane. D'ailleurs Achior ne parle pas d'un fait unique, mais de ce qui avait coutume d'arriver autant de fois que les Israélites avaient irrité la justice divine : en effet, le temple fut plus d'une fois profané, pillé, mais non détruit dans ces occasions. Le texte cité, fût-il donc aussi authentique qu'il est douteux, ne prouverait rien contre notre système.

4°. Pourquoi lit-on dans le livre de Judith que les enfants d'Israël envoyèrent jusqu'à Jéricho, jusqu'au pays de Samarie, pour garder les passages? *Rép.* Parce que Jéricho, par rapport à Béthulie et à toute la tribu de Siméon, était à l'extrémité opposée du royaume de Juda, et qu'on pouvait craindre que la cavalerie d'Holoferne, pour éviter les montagnes du sud de la terre sainte, n'allât passer le Jourdain vers Jéricho, en traversant le pays de Madian, déjà conquis par ce général. Du reste, le texte sacré ne dit pas que les Israélites entrèrent dans le pays ou dans la ville de Samarie, mais qu'ils firent le tour des frontières, *per circuitum.* On lit encore que le grand-prêtre Eliachim parcourut tout Israël : c'est qu'en effet il parcourut tout le pays des Israélites établis au milieu et au sud de la tribu de Juda, c'est-à-dire les tribus de Siméon et de Benjamin, faisant occuper les passages par où l'ennemi aurait pu pénétrer jusqu'à Jérusalem, en partant de l'Idumée, comme on l'a vu ailleurs. Mais le grand-prêtre n'entra point dans le royaume d'Israël, il n'y avait pas besoin, et Jéroboam II, qui y régnait, n'aurait pas souffert qu'il y donnât des ordres. (Judith. 4. 5 et 11.) (Bible de Glaire.)

cùm Sedeciæ obsidio cœperit anno ejus nono, et annus ejusdem decimus dicatur ab Jeremiâ, v. 1, Nabuchodonosoris 18, annus verò illius undecimus, hujus sit 19, 4 Reg. c. 25, v. 8, nonne secundùm Græcorum hìc positum numerum, Hierosolymam altero jam anno obsideret Nabuchodonosor, et in altâ quasi pace bellum contra Judæos moliretur? Nonne secundùm Latinorum calculum anno Sedeciæ quinto bellum auspicaretur, et quarto postmodò anno reverteretur, ut diuturnior Judæis pax et requies nulla esset?

III. Josiæ tempus multò est omnibus historiæ hujus gestis accommodatius. Etenim annorum ei triginta et unius pax fuit, ipsiusque tempore viguit Dei cultus vel maximè; summa sacerdotum fuit auctoritas, et sub extremum vitæ ideò contra Ægyptium regem regi Assyrio studuisse videri possit 4 Reg. c. 23, v. 29, ne tantam istam à Judith acceptam cladem ulcisci unquàm ille vellet. Accedit quòd *annorum octo erat Josias cùm regnare cœpisset,* 4 Reg. c. 22, v. 1, ut verisimile sit, omnia tùm quæ momenti majoris erant, non à rege puerulo, sed à pontifice prudentissimo administrata fuisse; deinde justam postea visam Josiæ apud Assyrium regem excusationem, se scilicet puero et inscio, tantam ipsius copiis et duci perniciem allatam, eamque opinionem ut tueretur, voluisse regis Ægyptiorum Assyrio bellum inferentis iter impedire. Duo tamen objiciuntur. Unum, necessarium fore ut Judith cùm Holofernem sustulit, annorum esset aut 75, aut 80, aut certè non multò minùs. Cùm enim annos 105 vixerit, cap. ult. v. 28, postquàm nobilissimum istud factum, totâ ejus vitâ, imò et post ejus mortem, annis pluribus pax Israelitis fuerit ibid., vers. 30; si à Josiæ regnantis principio tranquillitatis annos 30 sumamus, hosce duas in partes dividere oportebit, ut alii tot numero sint quot residui ejus vitæ anni fuerunt, alii pacis post ejus mortem anni sint. Si faciamus residuos vitæ annos fuisse decem, erunt 20 pacis, si vitæ annos 20, erunt pacis decem, sicque de aliis numerorum commutationibus. Detrahantur verò isti 30 ex 105, residui erunt 75. Si anno regni Josiæ 5 istud fecit, omnes et reliquæ ipsius vitæ et post eam, pacis erunt tantùm 25, qui ex 105 si subducantur, qui restabunt erunt 80, sicque in aliis, quoscumque dederis, annis ratiocinari licebit. At cùm ad Holofernem veniret, puella erat, cap. 12, vers. 12. Quomodò ergo natu tam grandis? Alterum, Josiæ tempore pontifex erat Helcias, 4 Reg. 25, v. 4. Quî verò istâ in historiâ pontifex est Eliacim c. 3, v. 5, et Joachim c. 15, v. 9, appellatur? Posset nihilominùs responderi *puellam* Judith vocari loco citato, quia ob pulchritudinem divinitùs inditam, c. 10, v. 4, puella videbatur; pontificem verò Josiæ tempore fuisse Helciam non in ejus regni principio, cùm bellum hoc gereretur, sed annis aliquot postea. Sic enim 4 Reg. c. 22, v. 3: *Anno autem octavo decimo regis Josiæ, misit rex Sapham filium Astia, filii Messulam, scribam templi Domini, dicens ei: Vade ad Helciam sacerdotem magnum.* Sed de his iterùm opportuniùs postea.

IV. Accommodatissimum tamen meritò censeatur, Manassæ tempus posteaquàm Babylone is rediit, 2 Paralip. 33, vers. 13, quia cùm scientiæ aliæ omnes, præter eam quæ Josiæ tempore constituit, refutatæ sint, et à Manassæ illo reditu, usque ad Josiæ finem pax perpetua fuerit, multò hæc sententia commodiùs pacis illud tempus, quod et superstite et mortuâ Judith, à Scripturâ cap. ult. v. 30, proditur, explicat. Deinde quia, ut postea videbitur, valdè congruit posterior Manassæ pietas, Eliacimi pontificatus, aliæque circumstantiæ. Tertiò quia eidem opinioni subscribit noster Pererius in Danielis cap. 1, imò et qui Bellarmino bellum, sed absque armis et viribus indixit, Wittakerus loco citato, id, quod hâc de re à Bellarmino affertur *videtur,* ait, *multò probabilius, quàm quod alii opinantur.* Quartò, tùm apud Medos, qui Ecbatana, ut infra dicetur, ædificavit, potentissimus erat Dejoces; Ninive, ut in Tobiæ ultimo cap. monstratum est, diruta nondùm erat; nondùm etiam Hierosolyma, Deique templum dejectum et inflammatum erat. Postremò, quia quæ disseri contra possunt, expediuntur commodè omnia. Sunt autem apud Wittakerum ea duplicia. Quædam sunt, quæ sibi jam ipse objeceral Bellarminus, et dissolverat. Wittakerus verò, ut sæpissimè aliàs, quæ argumenta objiciuntur, arripit; neque eorum tamen, quia scilicet non potest, solutiones non modò non expugnat, sed ne oppugnat quidem. Hujusmodi est, cur in bello isto de Judæorum rege tantum silentium, quomodò c. 5 dicantur paulò ante Judæi ex dispersione reversi, quomodò ibidem in Græco templum solo æquatum dicatur, de quibus omnibus eo loco quæ sat erunt, dicentur. Alia verò sunt, quæ Marte ipse suo jacit, et ea, ne in unam omnia quæstiunculam compingamus, postea, cùm res tulerit, afferentur et quidem ejus ipsius verbis.

Nunc illud, contra Lutherum antea Prolegomeno tertio citatum, tantummodò notemus, temporis, in quod historia ista inciderit, difficultatem tantam non esse, inveniri ut illud nequeat, quin verò probabiliter admodùm non unum, sed duo, ut vidimus, tempora proferri, Josiæ scilicet, aut ejus avi Manassæ.

Quæstiuncula III.

Quis Nabuchodonosor hic?

È superiore quæstione liquet ferè, quæ auctorum variorum sententia sit. Nam ex iis qui ante Babylonicam captivitatem gesta hæc fuisse opinantur, alii ipsum Nabuchodonosorem, qui Judæ reges ultimos, ipsamque Hierosolymam cepit, esse censent, ut Zonaras et Genebrardus, alii alium hoc ipso priorem, et hunc alio nomine dictum putat loco citato Bellarminus *Merodach Baladan*, de quo 4 Reg. c. 20, v. 12. Iis verò, qui victoriam istam captivitate illâ posteriorem volunt, Nabuchodonosor hic est Persarum regum aliquis, Cambyses, Darius Hystaspis, Xerxes, Artaxerxes, Ochus. Quæ mihi videntur sunt hæc.

Primum: Non fuit iste Nabuchodonosor idem ille qui Hierosolymam ejusque reges cepit, 4 Reg. c. 24 et 25, quia iste noster bellum adversùs Occidentis partes, in quibus et Judæa fuit, anno regni sui decimo tertio suscepit, vel secundùm Græcum textum anno decimo octavo. Sed qui Hierosolymam cepit Nabuchodonosor, regni sui principio contra Joacimum Hierosolymorum regem numeroso cum exercitu ascendit, 4 Reg. 24, v. 1, et cùm servitutem ei serviisset Joacimus, ab eoque postea defecisset, iterùm copias in eum illicò emisit Nabuchodonosor, ibid. vers. 2, idemque Nabuchodonosor anno regni sui octavo Joacimi filium Joachimum regem Babylonem captivum abduxit, ibid. versu 12, Sedeciam regem constituit, qui et septem vel octo annos in fide mansit. Sed cùm à Nabuchodonosore postea recessisset, 2 Paralip. 36, vers. 13, ille irâ furoreque ardens, rursùm anno regni sui decimo septimo advenit, Hierosolymam obsedit, eàque decimo nono potitus est, 4 Reg. 25, v. 8; quomodò ergo hìc cap. 2, vers. 1, vel cum Latino textu, anno regni sui decimo tertio, dùm ei adhuc obsequeretur Sedecias, vel cum Græco, anno 18, dùm Hierosolymam suo jam exercitu cinxisset, in Judæos bellum appararet? Faciamus tamen citiùs ab eo Sedeciam descivisse, ipsumque Nabuchodonosorem anno decimo tertio, qui Sedeciæ regni quintus erat, contra Occidentem bellum decrevisse, ubi longa illa, quæ plures post Judithæ facinus annos Judæam beavit, infra, cap. ult., vers. 30, pax invenietur? An tribus quatuorve annis, qui inter hunc Sedeciæ annum quintum et nonum illum, quo rediit Nabuchodonosor, possunt ullo modo verba hæc applicari: *In omni spatio vitæ ejus, non fuit qui perturbaret Israel, et post mortem ejus annis multis.* Denique noster iste Nabuchodonosor Ninivæ imperabat, ut c. 1, vers. 5, dicitur. At alter ille, etiam postquàm Niniven, prout in Tobiæ capite penultimo dictum est, evertisset, Babylone regnabat, quemadmodùm ex bonâ illâ Pererii nostri, quam libro 5 in Danielem instituit, ratiocinatione planum est. Habuit enim Babylone somnium, quod Danielis cap. 4 Daniel ipse interpretatus est. Exinde, uno post anno, ipse in bestiam commutatus est, ut ibidem dicitur, versu 25, eoque in statu totos septem annos permansit. Iis verò exactis, id est, nono post somnium anno, ipse et menti et regno restitutus est; neque ita multò post, mortuus.

Alterum: Non fuit Persarum regum, post captivitatem Babylonicam, ullus. Nam primò probatum jam est, ante captivitatem contigisse hæc. Posteriorum igitur regum nullus est. Deinde, propria de singulis argumenta proferri possunt. Cambyses totos octo annos non regnavit, ut ait lib. 3 Herodotus, Josephus l. 11, cap. 2, vel certè tantùm octo, ut vult in Chronicis Eusebius. Noster verò etiam decimum tertium regni annum attingit cap. 2. Idem Cambyses et Darius eas ipsas, quas hic noster vi occupare vult regiones, Ciliciam, Damascum et Palæstinam jam possidebant, 1 Esdræ c. 4 et 5, itemque Xerxes et Ochus, ut ex Justino, Diodoro aliisque perspicuum. Videri possunt Canus et Bellarminus locis indicatis.

Tertium: *Non fuit etiam Merodach Baladan.* Hic enim Babylonis rex erat, 4 Reg. 20, v. 12; Isai 39, versu 1. Nabuchodonosor verò, quem quærimus, Ninivitanus monarcha erat, cap. 1, versu 5. Dices: Fortè et Babylonis et Ninivæ rex simul erat. Sanè Genebrardo mens videtur, cùm ait: « Domitis Assyriis, Merodac « Babylonius tenuit monarchiam. » Absurdum tamen. Nondùm enim ad Babylonios Assyriorum imperium translatum erat, uti Tobiæ ultimo capite conclusum est. Deinde cùm Merodach iste Babylonius ad Ezechiam legatos mittebat, vel vivebat adhuc Ninivæus Sanna-

cherib, 4 Reg. 19, versu 36, Isaiæ 37, vers. 37, vel certè regnabat jam ipsius filius Assaraddon. ibidem v. 37, 38. Ad hæc, Merodach iste, omninò ut lib. 4 Regum aiebam, esse ille videtur, qui apud Ptolomæum in Almagesto Mardokempadus dicitur. At is Babylonius est, et Nabonassaris à quo astronomicarum observationum calculum ducit idem Ptolemæus, filius. Solent verò astronomi à Babyloniis, non Ninivæis astrorum observationes petere. Domitorum porrò à Merodacho Assyriorum, quod ullum usquàm vel obscurissimum vestigium? An quòd nulla deinceps in Scripturis mentio Assyriorum regum fiat, sed Babylonis tantùm? Ita disputant eruditi sanè viri. Sed hoc ipsum primò nego, quia clarè Ninivæus hoc loco Nabuchodonosor proponitur, et 2 Paralip. 33, vers. 11: *Superinduxit eis principes exercitûs regis Assyriorum, ceperuntque Manassem, et vinctum catenis atque compedibus duxerunt Babylonem.* Dilucidè profectò rex adhuc Assyriorum hic auditur, et quidem ejusmodi, cui tanquàm majori subditus esset Babylonius, cùm ab illius copiis Babylonem tanquàm in urbem regno illius parentem ducatur captivus rex, quemadmodùm idem etiam innuit Scriptura, 4 Reg. cap. 17, vers. 24: *Adduxit rex Assyriorum de Babylone, et de Cuthâ.* Id enim multò verius quàm quod lib. 5 de Emendatione temporum ait Scaliger, per Babylonem intelligi Babyloniam, in cujus regionis partem dominaretur Assyrius. Quanquàm si Babylonia etiam intelligeretur, adhuc rex Assyrius à Babylonio tamen distingueretur, eòque adhuc esset potentior, cùm ejus regionis partem occuparet. Ad hæc Assyriorum deinceps nomina reticentur, quia, post Judithæ victoriam, nihil deinceps ampliùs contra Judæos tentârunt, quin ejus victoriæ occasione, aliisque opportunitatibus usi Babylonii, opes ipsi suas augere, Assyriorum paulatim jugum excutere, tandem verò ipsorummet imperium arripere, ipsamque imperii arcem et metropolin Ninum invadere atque delere, uti Tobiæ capite ultimo, quæst. 3 et 4, dicebamus, ausi sunt. Et sanè quemadmodùm Assyriorum reges tam multi, qui apud Eusebium Chronicis referuntur, ante Phul, 4 Regum 15, vers. 19, non nominantur, ita eorum extremos pauculos reticeri quid mirum?

Quartum: Fuit iste Nabuchodonosor, Assaradonis liberorum quispiam. Cùm enim, ut hactenùs probatum, Assyrius fuerit, et quidem post Sennacheribum occisum, postque recuperatam à Manasse libertatem, et ante Nabuchodonosorem magnum, necessariò dicere habemus vel Sennacheribi filium Assaradonem fuisse, vel hujus ipsius filium. Cùm enim à Sennacheribi clade fugâque turpissimâ, ad Manassæ principium et medium, anni non ita multi sint, ut ad Assaradonis nepotes progrediamur, necesse haud videtur. Ipse tamen Assaradon esse Nabuchodonosor iste non potest, quia, ut sæpè jam repetitum, ad bellum noster iste aggressus est regni anno 13, vel 18, sed à Sennacheribi fugâ et parricidio, usque ad Manassen, anni penè sunt 15. Deinde, antequàm caperetur, annos aliquot regnavit, in omnemque sese impietatem et crudelitatem ingurgitavit Manasses, 4 Reg. 21, tum captus et in tributarii regis urbe Babylone attentus fuit, 2 Paralip. 33, ita ut annis minimùm quinque ad hæc opus fuerit, sicque Assaradonis esset non decimus tertius aut decimus octavus, sed vicesimus. Esto igitur filiorum ejus aliquis, cui Nabuchodonosor nomen fuerit.

Quæstiuncula IV.

Quæ contra Nabuchodonosorem istum acies?

Quæ Nabuchodonosorem Assyrium deletum velint, sunt acies potissimùm tres. In primâ primipilum agit Wittakerus: « Scire, ait, velim « an aliquis fuerit Nabuchodonosor tempore « Manassis, quod minimè puto. Nam prior Na« buchodonosor, cujus filius fuit ille secundus « magnusque Nabuchodonosor, regnare cœpit « cum Josiâ, qui Manasse fuit posterior annis « 33. Ante hunc nullus aut Ninivæ, aut Baby« loni Nabuchodonosor regnavit, si historiis « credimus. » Imò, si, mi homo, sacræ huic historiæ crederes, jam, qui Ninivæ regnâsset, Nabuchodonosorem videres: eumque à duobus illis, quos concedis, Nabuchodonosoribus diversum. Sed pergit primipilus iste: « Nam « quod omnes Babyloniorum reges dictos esse « Nabuchodonosores affirmant, id quidem post « illum magnum Nabuchodonosorem concedo « esse verum; cujus magnitudo fecit, ut no« men hoc regibus Babylonis hæreditarium es« set. Sed antea vocatos esse omnes Nabuchodo« nosores non constat. » Si non constat, quemadmodùm me vocatos fuisse affirmare non deceret; ita certè neque te negare. At neque ante, neque post Nabuchodonosorem magnum, *omnes* ita appellatos fuisse jam contendo, de quo Bellarminus loco citato, argumento secundo; sed *quosdam* tantùm, et quidem ante, et verò etiam Assyrios. De utrisque testes mihi non

Alphonsini tantùm astronomi, sed Albategnius etiam, qui Nabonassarem semper Nabuchodonosorem appellat, et Albategnio vetustior Arabs Ptolemæi Paraphrastes, à quo Nabonassar semper vertitur Bechatnezar, id est, Nabuchodonosor, et ita sese Josephus Scaliger lib. 5, in quibusdam Tabulis scriptum invenisse testatur, itemque in Almagesto Latino vetustissimo, qui sub Domini annum 827. Jam D. Epiphanius libro primo, eum Assyriorum regem, qui 4 Reg. c. 17, in Samariam Cuthæos transtulit, Nabuchodonosorem appellat; fuit verò is aut Salmanasar aut Sennacherib, qui et lib. 1 Esdræ cap. 4, vers. 10, dicitur Asenaphar magnus et gloriosus; facilè igitur prima hæc acies repellitur. Alteram verò ducere videtur Josephus, qui lib. 10, capite 3, cùm de recuperatâ Ezechiæ valetudine ageret, adjungit: Ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ συνέβη τὴν τῶν Ἀσσυρίων ἀρχὴν ὑπὸ Μήδων καταλυθῆναι: « Hoc tempore contigit « Assyriorum imperium à Medis dissolutum esse. Quo igitur modo iste Nabuchodonosor Medorum jam regem vicisse dicatur? Diceret fortè aliquis, verborum inversionem esse in Josepho, sicque legendum, τὴν τῶν Μήδων ἀρχὴν ὑπὸ τῶν Ἀσσυρίων. Non hoc tamen dico: sed cùm temporibus istis cœperit Dejoces, de quo infra, Medorum sibi regnum vindicare, factum eo ipso esse, ut Assyriorum imperii aliqua jam dissolutio esset. Licet enim Medum vicerit adhuc in hâc historiâ cap. 1, Ninivitanus, non tamen ita vicit, quin tandem sese Medorum Assuerus Babyloniorum Nabuchodonosori conjunxerit, sicque Ninivem ambo unà delêrint, prout in Tobiæ ultimo audiimus, idque in Phraorte et Cyaxare totum ostendit Herodotus lib. 1. Tertia verò jam succedit acies, quæ ad superiores si conferatur, omninò triariorum est. Volunt isti regulam esse certissimam, Chaldæorum nomina nullis imposita fuisse Assyriis, et contra, Assyriorum Chaldæis nullis. Nam contra nonnullos, quorum ego alioqui sententiam non probo, disputans loco antea citato Scaliger: « Prima, in« quit, pars (Nabuchodonosoris) nominis Nabo « est regum Chaldææ, non Assyriæ, sive Co« rosan. » Et libro 6, ubi Chaldæorum et Assyriorum nomina exposuisset: « Horum, ait, « nominum methodus utilissima et maximè « necessaria est chronologo, saltem ut ne reges « Assyrios cum Chaldæis confundat. » Sanè verò confundenda non sunt, ita scilicet, ut qui fuit Salmanasar apud Assyrios, idem esse statuatur, qui apud Chaldæos fuit Nabonassar, vel ut qui Assyrii reges sunt, ii Babylonii vindicentur; sed fieri non posse ut nomen aliquod utrique genti commune sit, id verò est cujus probationem velim. Mihi enim perinde hoc videtur, atque si, quia Gallorum, Hispanorum et Germanorum distinctæ gentes et regna sunt, pugnaret nullos, apud hos vel illos, esse reges aut imperatores Ludovicos, Henricos et Carolos, quia apud alios sint, vel quia Israelitis reges fuerunt Ochozias, Joram et Joas, nullos eodem nomine Hierosolymis regnum tenuisse. Quid nostræ hujus historiæ caput Holofernes? An apud Assyrios tantùm aut Persas est, non etiam apud Armenos et Cappadocas, ut infra dicetur? Quid Assueri et Cambysæ? Nonne et Medi et Persæ sunt? Habent sanè vicinæ gentes ut alia multa, sic et nomina quædam communia, ut frigida nimiùm penèque futilis videatur conclusio, ideò Assyrium Nabuchodonosorem non esse, quia sit Babylonius aliquis. Non ita, quem antea excivi, existimavit S. Epiphanius; neque cur ita existimemus, rationem ullam intelligo. Dicere aliquid videtur Scaliger, cùm eâdem libri sexti paginâ subdit: « Omnia sunt deorum Babylo« niorum nomina, ut Mero, Nebo, Bel, Isaiæ « 46. » At probandum etiam esset, vel deos istos, vel ista eorum nomina ita Babyloniorum esse propria, ut aliorum gentium nullis convenirent. Nebo in Moab nonne legitur Numerorum 33, vers. 47, Isaiæ 15, versu 3? An apud solos Babylonios Bel, cùm Beelzebub et Beelphegor alibi etiam sint? Primo in Stiliconem Panegyrico, de Persarum rege loquens Claudianus:

Rituque juvencos, ait,
Chaldæo stravêre Magi. Rex ipse micantem
Inclinat dextrâ pateram, secretaque Beli
Et vaga testatur volventem sidera Mithram.

Tantò verò magis et dii et nomina quædam Assyriis Chaldæisque communia esse potuerunt, quòd eosdem penè regnorum urbiumque conditores habuerint, uti non modò ex Diodoro lib. 2, exoticisque aliis perspicuum, sed et ex Genesis cap. 11. Tradit verò etiam Herodotus, libro 7, in Assyriorum gente numerari Chaldæos, quos etiam Arphaxadæos vocat Josephus lib. 1 Antiq. 7. Maneat igitur Assyrius Nabuchodonosor. Quemadmodùm verò hic unus tantùm in Scripturâ est, sic et in eâdem, Babylonio uno plus non invenies.

Quæstiuncula V.
Quis Arphaxad?

Quatuor ei, è quibus agnosci possit, notas apposuit Latinus textus. Prima est vers. 1 : *Rex Medorum.* Altera : *Subjugaverat multas gentes imperio suo.* Tertia : *Ædificavit civitatem potentissimam, quam appellavit Ecbatanis.* Quarta versu 4 : *Gloriabatur quasi potens in potentiâ exercitûs sui, et in gloriâ quadrigarum suarum.* Ex iis primam tantùm et tertiam expressim posuit Græcus; duæ tamen aliæ innuuntur, cùm in ipsâ ejus urbis ædificatione dicitur, portas ad potentissimas copias, pedestresque suas acies instruendas exstruxisse. Hunc verò, qui post Babyloniam migrationem regnâsse censent, alio nullo nomine afficiunt. Et sanè meritò. Quis enim, præter Persas, Medorum tum rex? Qui verò, uti supra faciendum probavi, altiùs historiam istam revocant, nomen ejus apud scriptores aliud esse arbitrantur; Bellarminus Dioclem ait fuisse, quia, ut Herodotus lib. 1, et Eusebius Chronicis tradunt, Ecbatana ædificavit, id est, è positis jam notis, prima et tertia insignis est. Secundam verò indicat etiam Herodotus, cùm etsi solos Medos subegisse ait, eorum tamen gentes plures facit, Busas, Paratacenos, Struchates, Arizantos, Budios, Magos. De quartâ verò notâ, quin et eâ in eo hæserit, quis ambigat, qui adverterit, regnum eum summoperè ambiisse, dolo, calliditate, omnique simulatione ad se pertraxisse, cùmque pertraxisset, vetuisse, ne quis in regis conspectum veniret, eive quidquam, nisi per internuntios, proponeret, ne cuiquam coram illo aut ridere, aut spuere fas esset? Congruit etiam tempus cùm in Olympiadem 18 et Manassæ annos primos, hujus principium conferat Eusebius. Hujus filium *Phraortem* malunt Benedictus et Ziglerus. Gessit enim contra Ninum et Assyrios bellum, in eoque ipse magnâ cum exercitûs parte periit, ut ab Herodoto lib. 1, recensetur. At hìc c. 1, vers. 6, victus ab Assyrio fuit Arphaxad, et, ut postea dicemus, occisus. Hujus porrò filium Cyaxarem potiùs fuisse opinatur Genebrardus. Omnibus verò istis antiquiorem Arbatem Carion.

Sed in primâ illâ sententiâ primò quidem mendum occurrit, cùm Diocles vocatur, qui Dejoces, apud Herodotum Δηϊόκης dicitur. Deinde cùm secundùm Eusebium, regnare cœperit anno Manassæ quinto, et annos regnârit 54, vel, ut habet Herodotus, 53, Manassem, qui annos 55 rex fuit, vivendo superârit. Sed, ut habetur cap. 1, v. 6, fuit Arphaxad à Nabuchodonosore deletus, et, ut postea explicabitur, regno vitâque spoliatus, anno Nabuchodonosoris duodecimo, quem multò ultimis Manassæ annis priorem fuisse, dictum antea est. In Phraorte, quid præter tempus dissonet, nihil equidem video. Cùm enim ei Eusebius annos det 24, Herodotus 22, multò inciperet citiùs ejus filius Cyaxares regnare, quàm ut cum Nabuchodonosore magno Ninum posset evertere, quod tamen Tobiæ c. ult., q. 3 et 4, constitutum. Atque hinc etiam patet cur Cyaxares Arphaxad esse nequeat, cùm etiam apud Herodotum ille Nini domitor, à Niniano iste domitus fuerit. Quo etiam modo explodi Arbaces videtur. Nam, uti benè longâ oratione persequitur lib. 2 Diodorus, Sardanapalum Assyrium is tandem vicit, ad sui ipsius et regiæ suæ incendium coegit, Ninumque occupavit.

Est autem intelligendum, fateri libro 2 Diodorum de Medorum principatu, quando, quomodò et per quos cœperit, Assyriumque labefecerit, magnam inter gentiles, qui summo loco habentur, esse dissensionem, ita ut quidquid illi dicant, nos divinorum nostrorum auctoritati adhærescere oporteat, ex iis illos corrigere, et quod in iis adhuc veritatis elucet, id, quemadmodùm et alia profana omnia in sacrarum istarum litterarum obsequium cogere. Herodotus igitur, qui ab Assyriis Medos avulserint, avulsosque regio dominatu, usque ad Cyrum continuerint, enumerat quatuor, Dejocem, Phraortem, Cyaxarem, Astyagem. In Ctesiâ verò apud Diodorum sunt novem : Arbaces, qui Sardanapalum sustulit; Mandauces, Sosarmus, Artias, Arbianes, Arsæus vel Artæus, Artynes, Artibanas et Aspadas. Et hunc ait Ctesias à Græcis vocari Astyagem. Diodorus verò, quem nominârat Herodotus Dejocem, eum ipse Cyaxarem nominat, eumque Olympiadis decimæ septimæ anno 2 imperâsse tradit. Quid igitur mirum, si absque ullâ dubitatione, quis Medorum istorum Arphaxad noster fuerit, pronuntiari non possit? Potest ex iis quos ab *Ar* tam multos incipit Ctesias, aliquis deligi, et is ipse fortassis ex iis quos Herodotus nominat, aliquis fuerit, cùm diversis iidem, uti visum est, nominibus efferantur.

Mihi porrò, ut concludam, duo videntur : Primò, si Dejocæ tempus ante Manassem inchoaretur, itemque Phraortæ, vel certè pau-

ciores ipsi Dejocæ anni tribuerentur, et inter hos ultimumque Cyaxarem plures cum Ctesiâ collocarentur, eorum alterutrum esse Arphaxadum. Deinde uterlibet sit, eum etiam vocatum Arbacem. Ab illo enim celebratissimo Sardanapali triumphatore, primoque Ninives expugnatore, libenter alii ex Medis omnes qui Assyriorum vires vel imminuerunt vel imminuere certè conati sunt, Arbacæ, seu Arpacadi, vel pinguiore sono Arphaxadi, vocabantur, quemadmodùm à Sylvio illo primo Latinorum reges omnes Sylvii, ait in 6 Æneid. Servius, sicque apud alios Ptolemæi, Arsacæ, Pharaones, Agagi, Cæsares; et hodiè à Turcis Serviæ despotæ omnes, Lazari; omnes Constantinopoleos imperatores Constantini appellantur, prout notat Pandectæ c. 46 et 51 Leunclavius. Ad hoc verò Arphaxadi nomen accedere illud Scytharum regis videtur Apoxais apud Herodotum libro 4. Nam istud *p* sæpè ab aliis per *ph* exprimitur, uti sanctus olim notavit Hieronymus, et videmus hodiè in Syris et Arabibus, quemadmodùm c. 2 Tobiæ, q. 1, insinuavi. Et quid remotiora ista loquor? Nonne inter Germanicam hanc nostram et Saxonicam vel Belgicam linguam hoc etiam discrimen est? Sic et Indiæ fluvius, qui à Strabone, lib. 17, et à Dionysio Hypanis, à Ptolemæo, Plinio et Curtio Hypasis, idem à Diodoro Hyphasis, appellatur. De litterarum verò *b* et *p*, permutatione, cùm usitatissima sit, si monuero, ineptiam. Est etiam Judæum et Chaldæum nomen *Arphaxad*, uti patet ex Genes. 10 et 11, Josepho lib. 1 Antiq. cap. 7.

Quæstiuncula VI.

Cur in Scripturâ Ninive vocatur, quæ ab aliis Ninus dicitur, et cur toties civitas magna?

Utrumque istud Tobiæ cap. 1, fol. 14, tactum breviter; sed nunc explicandum. Apud Herodotum ergo libro 2, Diodorum libro 2, Plinium lib. 6, c. 13, Ptolemæum lib. 6, c. 1, *Ninus* vocatur, quæ Genes. 10, v. 11, 4 Reg. 19, Isaiæ 39, Ezechielis 47, in Tobiâ denique, Jonâ et Nahum Hebraicè dicitur *Nineh,* vel, ut D. Hieronymus, in Versione suâ et Quæstionibus in Genesin, *Ninive*, Græcè, Νινευή. Nominis verò causa et D. Hieronymo, loco citato, et aliis, ab ejus conditore Nino, quem Geneseos caput 10 Assur nominat, petenda videtur. Sed quomodò? Fuerunt, ut ait Diodorus, Nino filii Hyapates, Hyadaspes et Ninyas. Hic postremus idem cum Hebræâ Ninueh nomen gerere Scaligero in veterum Fragmentis videtur. Sed cùm *navah* Hebræis habitare significet, *naveh* verò aut *neveh* habitaculum Isaiæ 27, v. 10, c. 33, v. 20, c. 34, v. 13; Jerem. 31, v. 23, cap. 33, v. 12, cap. 50, v. 44; Oseæ 9, v. 12; 2 Reg. 7, v. 8; Proverb. 3, v. 31, c. 21, v. 20, c. 24, v. 15, alibi, quid Ninive aliud, quàm ἡ Νίνου οἴκησις ἢ κατάλυμα, *Nini*, inquam, *habitatio et domicilium? Magna* verò hìc appellatur v. 5, itemque in Tobiâ et Jonâ cap. 1 et 3, ubi Hebraicè non simpliciter magna, sed *magna Deo*, id est, in conspectu Dei, seu verè magna. Quod enim tale in conspectu Dei dicitur, verè tale est. Falluntur quandoque hominum oculi et judicia, Dei nunquàm. Eam igitur, etiam quoad principia, ita describit loco indicato Diodorus: « In Syriam copias deducens Ninus, opportunum locum ad urbis magnæ constructionem delegit. Cùm enim, quàm ante ipsum alius ullus, illustriora gessisset, talem studebat magnitudine urbem condere, ut non modò earum, quæ tunc in toto terrarum orbe essent, foret maxima; sed etiam ut eorum qui postea futuri erant, alius nullus, etiamsi adniteretur, superare posset. Ipse verò copias undique rerumque propriarum apparatum congregans, super Euphratem fluvium urbem condidit benè muratam, figuram ipsius constituens alterâ parte longiorem. Habet verò urbs longiorum laterum alterum 150 stadiorum, breviorum verò 90. Ideòque cùm totus urbis ambitus ex 480 stadiis constaret, spe illâ suâ frustratus non est. Tantam enim urbem nemo postea ædificavit, neque quoad ambitûs magnitudinem, neque quoad ipsam muri magnificentiam. Habebat in altitudine murus pedes centum, in latitudine ternos unà currus poterant equi trahere. Omnes verò turres numero erant mille et quingentæ; altitudinem verò eæ habebant pedum ducentorum. » Nonne meritò igitur *magna et in Dei oculis magna* dicta est, cùm circuitu suo milliaria contineret Italica 60, Hispanicas leucas 20, nostratia Germanica milliaria 15? Quæ Colonia, qui Parisii cum eâ possunt comparari? Babylonis olim et Romæ, hodiè regni Cathaii metropolis *Cambalu* valdè magnitudo celebratur. Sed Paulus Venetus ejus ambitui 32 Italica milliaria tantùm dat, Nicolaus verò de Comitibus duodetriginta. Unâ in urbe, de quâ quidem compererim, Cœli urbs est, seu Tartarorum ipsorum linguâ, *Quinzai*, quæ, Paulo eodem Veneto referente

(et is in eâ sub annum Domini 1260 habitavit) milliaria Italica centum orbe suo complectitur. Atque hinc patet, quomodò toto triduo varias ejus urbis plateas et compita concionabundus perambulare Jonas propheta non potuerit. « At funditùs excisa jam est; pagi tamen et « castella multa intra veteris ambitûs spatium « sunt, » ait suo in Itinerario Benjamin, et cap. 11 de Tartaris Aithonus. Quomodò verò erret Diodorus, Euphratem pro Tigri ponendo, monstrant citati omnes Herodotus, Plinius, Ptolemæus, Benjamin.

QUÆSTIUNCULA VII.

Quæ Ecbatana, et eam nùm Arphaxad ædificârit?

Ecbatana Mediæ urbem esse, idque nomen interdùm interpreti nostro, quemadmodùm et hoc loco, non declinari dixi Tobiæ c. 3 et 5. Sunt verò apud Leunclavium Pandectæ cap. 187, qui Turcarum expeditionibus nobilem illam urbem esse putant, qui Tauris vel Tebrisium vel apud Cedrenum Taurezium vocatur. Sed eos allucinari docet ipse jam nominatus Cedrenus, qui in Persarmeniâ eam collocat; Aithonius, cujus hæc verba: « In Armeniâ Ma« jore civitas Taurisii famosior est, et plus « aliis opulenta. » Jovius Historiarum lib. 14: « Inter Sophiani, ait, imperii provincias, Ar« menia Major primam obtinet claritatem, « Taurisio regiâ urbe insignis, qui Terva Pto« lemæo antiquitùs fuit; vel, ut Hebræis qui« busdam linguarum et regionum peritis vide« tur, Susa priscæ quondam celebritatis. » Ideòque verò non absimile Tervam illam esse, quæ transpositis litteris Tevre jam dicatur. Hanc enim lib. 5, cap. 13, in Armeniâ etiam Majore collocat Ptolemæus. Sed ut alia nunc taceam, vel inde apparet, non esse Susa, de quibus idem Ptolemæus lib. 6, cap. 3, ego in Esther c. 1.

Ea verò tradidit Plinius lib. 9, cap. 14, à Seleuco ædificata. Diodorus lib. 2, jam ante Semiramidem extitisse, cùm ait, post ædificatam Babylonem hùc illam venisse, magnifica ibi palatia excitâsse, et cùm aquarum inopiâ laboraret urbs, in eam, Oronte monte, qui duodecim stadiis abest, perfosso, aquæ abundantiam derivâsse. Herodotus, lib. 1, eorum conditorem Dejocem pronuntiat. Duos priores arguit lib. 11, c. 6, Vanitatis, Melchior Canus. Et sanè, ut Tobiæ jam auctoritatem omittam, vel ex solo Alexandri responso apud Curtium, lib. 4, ostensu perfacile est, ante Seleucum Ecbatana fuisse. Iis enim, qui à Dario litteras attulerant, respondit, se « Persepolin caput « regni ejus, Bactra deinde, Ecbatana, ultimi« que Orientis oram imperio suo destinâsse. » Mihi tamen isti omnes et inter se et cum Scripturâ nostrâ in gratiam redituri facilè videntur, si advertamus, fieri non rarò, ut urbem dicatur quispiam ædificâsse, quam non omninò primus inchoârit, sed vel restaurârit, vel multis magnisque quibusdam ædificiis exornârit aut amplificârit, quemadmodùm de Babylone constat ex Geneseos cap. 10, et Danielis 4, et de Susis ex Plinio et Æliano in Esther cap. 1, patebit. Et sanè ita noster iste textus intelligendus: *Arphaxad ædificavit civitatem potentissimam, quam appellavit Ecbatanis.* Ideò enim non ait textus Græcus ᾠκοδόμησεν Ἐκβάτανα, *ædificavit Ecbatana;* sed ᾠκοδόμησεν ἐπ' Ἐκβατάνων, *ædificavit in Ecbatanis.*

QUÆSTIUNCULA VIII.

Cur ea urbs potentissima vocetur, et quomodò ædificata?

Cùm inter Orientis decora, eam urbem, ut vidimus, reposuerit Alexander, potentissimam fuisse non difficulter conjicimus. Sed et tota ædificatio hìc proposita idem significat, cujus modus in Græco, ab eo quem Latinus noster affert, aliquantulùm discrepat, non verborum copiâ tantùm, sed et numeris. Ita enim habet: « In Ecbatanorum urbe muros in circuitu ex« struxit ex cæsis seu politis lapidibus, qui « ternos cubitos lati, senos longi erant. Mu« rus verò altitudinem habebat septuaginta cu« bitorum, quinquaginta latitudinem. Turres « præterea portis imposuit, quarum altitudo « ad centum cubitos erecta erat, et latitudo in « sexaginta fundata patebat. Portas autem ejus « excitârat septuaginta cubitos altas, quadra« ginta latas, ad potentium ejus exercituum « egressiones, et ad pedestrium copiarum sua« rum instructiones. » Murorum latitudo in Latino est cubitorum 30, non 50. Et sanè deformis et inelegans structura videatur, si quidpiam altum sit 7 pedes et crassum latumve 5, non autem si 3. Quæ verò ratio est 7 ad 5, vel 3, eadem cubitorum 70 ad 50, vel 30. Latitudo verò portarum cùm 40 tantùm cubitorum dicatur, esse etiam murorum latitudine, totis 10 cubitis exilior, cùm ob adjunctarum turrium proportionem, par sit crassiorem fuisse; quanquàm id dici fortè queat, portarum hìc latitudinem notari, quâ patent,

cùm latitudinis hujus hìc subdi usus videatur, ut instructæ peditum equitumque acies commodè possent educi. At quid de urbis hujus potentiâ et pulchritudine recenseat loco monstrato Herodotus, accipe: « Mœnia, inquit, construit Dejoces ampla simul et valida. Ea nunc Ecbatana vocantur, in quibus mœnia mœnibus in orbem inclusa sunt. Est verò ita murus exstructus, ut unius ambitûs circulus sit alterius solis pinnis altior, et ad hoc adjuvat ipsa loci natura, cùm collis sit. Hoc verò majore etiam arte industriâque elaboratum, quòd sint septem ambitus inter se contigui. In eorum autem postremo insunt regiæ domus et thesauri. Qui per ista est murus, maximus est, magnitudine adæquans plus minùs Athenarum muri ambitum. Primi autem circuli pennæ sunt albæ, secundi nigræ, tertii purpureæ, quarti ceruleæ, quinti sandaracinæ. Sicque circulorum omnium pinnæ seu propugnacula coloribus eleganter variegata et florum instar picturata sunt. Duo verò ultimi pinnas habent, alter quidem argentatas, auratas alter. » Ex his igitur Ecbatanorum et potentiam et elegantiam magnificentiamque perspicis, sed et illud, fuisse ipsâ in planitie quidem, seu, ut ait Diodorus lib. 2, πόλιν ἐν πεδίῳ κειμένην, urbem in campo sitam, uti Tobiæ c. 5, dicebatur, clivum tamen quemdam assurgentem habuisse.

QUÆSTIUNCULA IX.

Quæ inter hosce duos reges belli causa et modus?

Unam textus noster vers. 4, causam indicat, Arphaxadi videlicet superbiam. *Gloriabatur* enim *quasi potens in potentiâ exercitûs sui, et in gloriâ quadrigarum suarum.* Dùm suas videlicet opes, copias, currus, omnesque belli nervos sibi paratos videret, cœpit efferri, Assyrii jugum aspernari, ad libertatem et imperium aspirare. Quia enim egerant Ninivitæ, non ita multò ante, pœnitentiam, et Sennacheribi arrogantia compressa jam fuerat, nondùm tanta pristinorum erat scelerum congeries, ut hoc ipso tempore, Ninum eversam vellet Deus; quin, pro immensâ suâ bonitate adhuc ad annos penè centum distulit. Jam tamen tanta illa monarchiæ illius Assyriæ moles valdè nutabat, in diesque magis ac magis luxabatur, quoad fuit Ninivitarum completa malitia, prout in Tobiæ ultimo dictum est. Modus verò gesti hujus belli non alius in Latino nostro textu indicatur, quàm prælium inter istos commissum fuisse *in campo magno, qui appellatur Ragau.* Sed in Græco additur, quinam sese populi Nabuchodonosori conjunxerint, et qui, licet invitati, conjungere noluerint. Hoc tamen posterius noster, vers. 8, ita recenset, ut non ad belli hujus societatem invitarentur, sed potiùs, ex victoriæ occasione, ad servitutem. Qui verò se illi conjunxerunt, fuerunt, ait textus Græcus, *omnes qui montana inhabitabant, et qui Euphratem, Tigrin et Hidaspen, et campi Arioch rex Elymæorum, multæque gentes filiorum Cheleul in aciem convenerunt.* Quanquàm suspicari ferè liceret istos Arphaxado potiùs sese consociâsse, quia de Nabuchodonosore postea, vers. 7, in eodem Græco subditur, qui degerit. Monticolæ verò illi fuisse videntur Armenii, prout eos describit lib. 2 et 3 Xenophon Cyropæd., licet ipsius etiam Mediæ insignes montes tradat lib. 6, c. 2, Ptolemæus, Zagron, Oronten, Jasonium, Coronium. De aliis in Græco nominatis, quæ sequitur aget quæstiuncula.

QUÆSTIUNCULA X.

Belli hujus exitus quis et ubi fuit?

Describitur is cap. 6, victum scilicet prælio Arphaxadum et captum fuisse. Nam istud, *obtinuit eum,* Arphaxadum scilicet Nabuchodonosorus, idem valet atque *cepit eum;* Græcus enim vers. 15, ait, ἔλαβε τὸν Ἀρφαξὰδ, et quæ ad victoriam eamdem pertinent alia nonnulla explicat sic: *In bello suo roboratus est Nabuchodonosor; et omnem Arphaxadi potentiam, et omnem equitatum ejus, et omnes currus ejus evertit; et ipsius urbium dominus factus est, et Ecbatana usque pervenit, et potitus est ejus turribus, plateasque vastavit; et ipsius ornatum ad ejus opprobrium redegit. Et cepit Arphaxadum in montibus Ragau, et jaculis eum suis confixit, eumque prorsùs perdidit et exterminavit usque ad diem illum.* At de loco ubi victoria hæc obtenta, clarè textus Græcus, ἐν τῷ πεδίῳ τῷ μεγάλῳ. Τοῦτό ἐστιν ἐν τοῖς ὁρίοις Ῥαγαῦ, *in campo illo magno; hic est in finibus Ragau.* Et postea, ἔλαβε τὸν Ἀρφαξὰδ ἐν τοῖς ὄρεσι Ῥαγαῦ, *cepit Arphaxadum in montibus Ragau,* et significatur tam planities quàm montes Rhagarum, de quibus in Tobiâ capitibus 1 et 5, licet *Ragau* sit etiam proprium nomen, Genes. 11. Dices: Iste campus in Latino versu dicitur *circa Euphratem et Tigrin.* Respondeo dupliciter, primò hæc fortè aut similia in Latino deesse. Habebat Nabuchodonosor gentes circa Euphratem et Tigrim. Nam, ut superiore

quæstiunculâ vidimus, hoc ipsum Græcè asseritur. Deinde verò fieri potuit ut qui inter Euphratem et Tigrim campi sunt, de quibus lib. 8 Ammianus, lib. 6 Tacitus, eodem Rhagarum cognomine, cum iis qui ultra Tigrim sunt, afficiantur. Sed quem Latinus Jadason, eum Hydaspen Græcus vocat, qui Indiæ fluvius est apud Plinium lib. 6, cap. 20, Strabonem lib. 15, Curtium lib. 4. In manuscripto Rabano, quem pro suâ humanitate, utendum mihi dederat reverendus et nob. dom. Joan. Christophorus Neustetter, modò Hyadas, modò Hydaspen, scriptum erat, ut depravatio facilè appareat. Illud verò, *in campo Erioch regis Elicorum*, in quibusdam manuscriptis, quæ in Oudeheimensi reverendissimi Spirensis Bibliothecâ videbam, erat modò *regis Euchorum*, modò *Eliochorum*. Noster Pererius lib. 3 in Genesim vult esse regem Erioch, qui et Genesis 10, *rex Elasar*. Videretur ex Græco legi posse *rex Elymorum* aut *Elymæorum*, ut sit quædam ejus quod dixerat, *in campo magno Ragau*, explicatio, cùm Ragau ad Elymaidem spectare possit apud Ptolem. lib. 6, cap. 5, Strabonem lib. 15 et 16. Invenio tamen apud Egesippum lib. 1, cap. 28, proprium nomen *Elichi*, pro quo apud Josephum lib. 14, cap. 20, et lib. 1, cap. 10, est Ἔλιξ, mendosè in Latino *Felix*, cùm eidem Josepho libro 20, cap. 6, et sancto Lucæ Actor. 24, *Felix* scribi soleat Φῆλιξ. Porrò *Erioch* in exemplaribus aliis, *Arioch* nominatur, et Græcorum tamen duplex hìc lectio est. In Complutensibus enim Bibliis hæc : Κατοικοῦντες πεδίον Αριὼχ τοῦ βασιλέως Ἐλυμαίων. In Romanis correctis ista πεδίῳ Εἰριὼχ ὁ βασιλεὺς Ἐλυμαίων, ideòque superiore quæstiunculâ vertebam non, *qui incolunt campum Arioch regis Elymæorum*, sed *campi Arioch rex Elymæorum*, ut, ὁ βασιλεὺς τῷ πεδίῳ dicatur pro ὁ βασιλεύων. Notum siquidem, substantiva interdùm cum verborum suorum casibus connecti, ut apud Aristotelem: Νέμεσις ἀπὸ τῆς ἑκάστῳ διανεμήσεως, apud Ciceronem Topic. : *Abalienatio est traditio alteri.* Et τῷ βασιλεύειν, tertius etiam casus subdi solet, ut Iliados 2. Est verò et Daniel. vers. 24, *Arioch* proprium. Sed possit etiam *Arioch* videri appellativum, Græcè Latinèque, ut alia nonnulla, ex Hebræo retentum, quasi *arouch*, id est, longum, extensum, ut in Latino textu sententia sit, *in campo longo*, seu *spatioso regis Elymorum*. Additur verò : Καὶ συνῆλθον ἔθνη πολλὰ σφόδρα εἰς παράταξιν υἱῶν Κελεοὺλ, et verti potest aut, ut *gentes multæ filiorum Cheleul in aciem convenirent*, ut supra, quæst. 9, dictum est, aut ut *multæ gentes in aciem* vel *prælium coierint contra filios Cheleul*, pro quo legunt Complutensia Γελεδ. An à Chale sive Καλάχ, de quâ Genes. 10, vers. 11, 12, an ab alio nomine proprio, nihil constituo.

Quæstiuncula XI.

Quoto Nabuchodonosoris hujus anno bellum hoc gestum?

Belli hujus principium tam Latinus quàm Græcus textus in Assyrii Nabuchodonosoris annum confert duodecimum. Belli rursùm contra gentes alias suscepti principium, in annum qui victoriam, et belli hujus finem secutus est. Sed Græcus bello huic annos sex dat, ut cæsus fuerit Arphadax anno Nabuchodonosoris decimo septimo, bellum verò alterum instructum anno decimo octavo. Latinus verò belli prioris finem anno duodecimo et secuti belli primordia decimo tertio ascribit. Atque mihi certior calculus est, propter indicatam causam cap. ultimo Tobiæ quæst. 8. Licet verò ex istis de tempore quæstionibus intelligere admirabilem Dei in Tobiâ, Raguele, Gabeloque dirigendo et conservando providentiam. Cùm enim captivitatis anno 21, vel circiter, id est, ante Manassæ initium, mitteret ille filium ad Gabelum, et Saram Ecbatanis uxorem iste duceret, nondùm inter hosce reges gratiam ruperat, bellumque cecinerat iniquitas et superbia. Non adeò multis annis post, exarsit bellum, capta et vastata Ecbatana sunt. Altâ igitur florenteque pace ut nuptias illi suas celebrarent, effecit Deus, itemque ut ante vastitatem Rhagis depositam pecuniam asportarent; Ecbatanis, dimidiâ cum socerorum opulentiâ, excederent; residuum interea in direptione mediâque vastitate protegeretur. Contra verò, quando bellicæ huic tempestati finis fuit, cœperuntque paulatim Ecbatana reflorescere, Ninus verò ad interitum propiùs tendere, ecce jubetur hinc illùc Tobias proficisci. Verè bonus et miserator Dominus, humilia respiciens in cœlo et in terrâ. *Quærite ergo primùm regnum Dei et justitiam ejus, et hæc omnia* (de quibus tantoperè solliciti sunt mortales) *adjicientur vobis*, Matth. 6.

Quæstiuncula XII.

Ex hisce regum istorum bellis, emolumenti ad nos quid?

Plurimùm utique, si velimus, ex hisce bellis ad nos emolumenti redundabit, eorum vi-

delicet causam et originem, ipsum præterea exitum intuendo. Illam quæst. 9 spectavimus. *Gloriabatur Arphaxad quasi potens in potentiâ exercitûs sui, et in gloriâ quadrigarum suarum. Unde,* ait S. Jacobus cap. 4, *bella et lites in vobis? Nonne hinc? ex concupiscentiis vestris, quæ militant in membris vestris?* Superbia et fastus, vanissimæ gloriæ, imperiique fugacissimi cupiditas, et ambitio in Arphaxadi animo castra fixerant, hæc ad bellum eum exsuscitabant; gloriabatur et verbis, seipsum, suasque peditum equitumque copias circumspectans, sicut ille, scilicet Nabuchodonosor Danielis 4, vers. 27, sicut ille apud Tragœdum alius :

Æqualis astris gradior, et cunctos super,
Altum superbo vertice attingens polum
Dimitto superos, summa votorum attigi.
.... O me cœlitum excelsissimum
Regumque regem! Vota transcendi mea.

Sed quis exitus? *Stulte, hâc nocte animam tuam repetunt à te; quæ autem parâsti,* in quibus gloriaris, potentia exercitûs tui, gloria quadrigarum tuarum, *cujus erunt?* Ecce, ut quæst. 10 vidimus, captus iste tam potens, tam gloriosus, omnis ejus vis et robur elanguit, potentia concidit; subvertit Dominus rotas curruum; ille, ille infelix, qui manè quasi potens gloriabatur, ante vesperum, jaculis confixus æternùm tacet jacetque. *Non salvatur rex per multam virtutem; et gigas non salvabitur in multitudine virtutis suæ; fallax equus ad salutem, in abundantiâ autem virtutis suæ non salvabitur,* Psal. 32. Ergo *qui confidunt in virtute suâ, et in multitudine divitiarum suarum gloriantur,* Ps. 48; *hi in curribus et hi in equis; nos autem in nomine Domini Dei nostri invocabimus. Ipsi obligati sunt et ceciderunt; nos autem surreximus et erecti sumus,* Psal. 19. Prudenter admodùm apud Herodotum lib. 7 Xerxi Artabanus : « Vides, ait, ut animalia « prægrandia fulmine ferit, neque cogitatio- « nibus insolescere sinit Deus, quæ verò par- « vula sunt, ne tantillùm quidem vellicat? « Vides ut in maxima ædificia et arbores ejus- « modi semper tela contorquet? Amat enim « Deus incidere sive truncare, quæ eminent « omnia; » et causa subditur : « Neminem « enim sinit magni quidpiam de seipso sentire « præter seipsum, » quia videlicet solus ipse magnus, solus magna faciens in cœlo et in terrà. Ipse *superbis resistit,* 1 Pet. 4, et *deponit potentes de sede.*

Dominare, ait in Hercule Seneca, *tumidus,*
spiritus altos gere.
Sequitur superbos ultor à tergo Deus,

Ideòque in Thyeste :

Vos quibus rector maris atque terræ,
Jus dedit magnum necis atque vitæ,
Ponite inflatos tumidosque vultus;
Quidquid à vobis minor expavescit,
Major hoc vobis Dominus minatur.
Omne sub regno graviore regnum est.
Quem dies vidit veniens superbum
Hunc dies vidit fugiens jacentem.
Nemo confidat nimiùm secundis.

Gloriantur sanè in exercitûs sui potentiâ, qui in divitiarum, possessionum famulorumque multitudine sese efferunt et ostentant. Gloriantur in quadrigarum suarum gloriâ, qui in corporis robore et pulchritudine, in mentis acumine et sapientiâ sese jactant et circumspiciunt. *Mihi autem,* ait Apost. Gal. 6, v. 14, *absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Jesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est, et ego mundo.* Neque verò Ecbatanorum et Nini aspecta cùm amplitudo et magnificentia, tùm rudera et vastationes, q. 6, 8, 10, nullam nobis utilitatem afferent, si insistamus paulisper, et cogitemus quemadmodùm sub cœlo firmum et stabile nihil sit, manufacta omnia dissolvantur nobilissima domicilia, urbesque amplissimæ et munitissimæ pessum eant funditùs. O rerum vanitatem!

Mors etiam saxis nominibusque venit.

Talia sanè gentilis etiam ille apud Ciceronem lib. 4 Epist. cogitabat Sulpitius : « Ex Asiâ, « inquit, rediens, cùm ab Æginâ Megaram « versùs navigarem, cœpi regiones circumcir- « ca prospicere. Post me erat Ægina, ante « Megara; dextrâ Piræus, sinistrâ Corinthus; « quæ oppida quodam tempore florentissima « fuerunt, nunc prostrata et diruta ante oculos « jacent. Cœpi egomet mecum sic cogitare : « Hem, nos homunculi indignamur, si quis no- « strûm interiit, aut occisus est, quorum vita « brevior esse debet, cùm uno loco tot oppi- « dorum cadavera projecta jaceant. » Nos, inquam, homunculi, possessiones et domos in terrâ splendidas, opesque magnas concupiscimus, congerimus, ædificamus, cùm tantarum, tamque celebratarum et verè magnarum urbium cadavera, locorum nescio ubi, jam sint. Cur quando *terrestris domus nostra dissolvetur, ædificationem ex Deo* non quærimus, *domum non manufactam æternam in cœlis?* 2 Corinth. 5, vers. 1.

Posterior hujus capitis pars.

Belli prioris finis, alterius principium extitit, cujus hoc ipso loco causæ tres indicantur. Prima vers. 7 : *Tunc exaltatum est regnum Nabuchodonosor,* id est, magno opere amplificatum, et insigni gloriâ cumulatum, unde *et cor ejus elevatum est.* Quæ Arphaxado exitio fuerat, ea jam Nabuchodonosorem elatio et superbia evadit. « Felicitas, ait lib. 3 Histo« riæ Tacitus, in malo ingenio avaritiam, su« perbiam, cæteraque occulta mala patefacit. » Vix possunt fatui mortales, μέγαν ὄλβον καταπέψαι, *magnam felicitatem concoquere,* ut aiebat Pindarus, et ut Troad. Seneca :

Regi frænis nequit,
Et ira, et ardens hostis, et victoria,
Gladiusque felix cujus infecti semel
Vecors libido est.

Est verò in victoriis hoc miserrimum, quòd victarum quandoque gentium non opes tantùm et bona, sed vitia etiam et peccata, adeòque ea ipsa, ob quæ illarum à Deo vindices et flagella constituti sunt, ipsi ad se victores transferant. Elevatum erat Arphaxadi cor : ut eum Deus deprimeret, missus Nabuchodonosor est; ille depressus et infra mortuos omnes amandatus est : jam Nabuchodonosoris ipsius cor elevatur. Quid ergo tandem, nisi ut quam alteri pœnam intulit, eamdem et ipse justissimam excipiat? Altera causa : Quærit ipse Nabuchodonosor contra gentes alias belli ansam et materiem. Mittit enim ad illas, vers. 8, nuntios, qui ab illis et iniqua et intolerabilia postulent, ut si annuant, magis efferatur, qui solo sui nominis terrore, unicâque denuntiatione tot sibi gentes subigat; si abnuant, inferendi iis belli, easque immensâ copiarum suarum vi domandi, occasionem habeat. Enumerantur in Latino gentes istiusmodi ferè istæ : Cilices, Damasceni, Libani incolæ, Carmelitæ, Cedareni, Galilæi, Esdrelonii, Samaritæ, Transjordanini, usque ad Hierosolymitas Jessæi, et alii populi, usque ad terminos Æthiopiæ. Habent fortè obscuritatis aliquid. Primò Cedareni, seu, *qui in Cedar.* Hanc verò docet S. Hieronymus in Ezechielis 27, esse Arabiam, in quâ Saraceni, qui progeniti ab secundo genito Ismaelis filio Cedar, de quo Genes. 25, v. 13. Is verò non à κήδω, ut Græci quidem tradunt, sed à nigredine (cùm Hebraicè *kadar* nigrescere valeat, Psal. 35, v. 14, Ps. 38, v. 7, Job. 5, v. 11, c. 6, v. 16, Joel 2 et 3, Michææ 3, v. 6, Jerem. 8, v. 21) nomen accepit, in quâ et ob solis ardores ferè tincti sunt Cedareni, adeò ut quemadmodùm Tobiæ c. 2, quæst. 3, dictum est, interdùm idcircò Æthiopes vocentur. Hinc verò illa Psal. 119 : *Habitavi cum habitantibus* vel tabernaculis *Cedar.* Cantic. 1 : *Nigra sum, sed formosa, filiæ Jerusalem, sicut tabernacula Cedar, sicut pelles Salomonis.* Et Isaias cap. 21, cùm de Arabiæ punitione ageret vers. 13, addit : *Auferetur omnis gloria Cedar, et reliquiæ numeri sagittariorum fortium de filiis Cedar imminuentur.* Similia cap. 4, 42 et 60; Jerem. 2 et 49; Ezech. 27. *Inhabitantes* verò *Galilæam in campo magno Esdrelon*, ex Brocardo et Josepho cognosci possunt. Ait ille campi hujus longitudinem esse 10 milliarium, et latitudinem à mari occidentali ad Galilæam, quod et Tyberiadis stagnum dici solet. Josephus verò de eodem campo sæpè, libro 14 Antiq. 17, lib. 15, cap. 11, lib. 18, cap. 3 et 7, lib. 20, cap. 5, in Vitâ etiam suâ dicit campi hujus magni decadarchum, seu, ut lib. 4 Captiv. cap. 4, vocat, *decarchen œbutium* fuisse. Meminit rursùm lib. 2 Capt. cap. 17 et 21, lib. 3, cap. 4, sed lib. 4, cap. 27, uberiùs etiam describit, et sanè non paulò quàm Brocardus longiorem et latiorem. « Media inquit, regio, quæ inter duos « montes est (eos paulò ante descripserat) voca« tur magnus campus, à vico Gennabrim perve« niens usque ad Asphaltitem lacum. Est verò « ipsius quidem longitudo stadiorum 1200 « (σταδίων χιλίων διακοσίων, ideòque in Ruffinianâ « conversione non rectè, ducentorum et tri« ginta stadiorum), latitudo 120. A Jordane « medius intersecatur, et stagna habet Asphal« titicum et Tyberiadense, quæ naturæ omni« nò contrariæ sunt. Illud enim salsum et in« fœcundum, hoc verò dulce et fœcundum est. « Æstatis verò tempore campus hic inceditur « et quodammodò ignescit, ideòque propter « fervorem æstùs nimiùm aerem habet mor« bosum. Totus enim aquis caret, nisi ubi « Jordane interluitur, ideòque et in hujus ripis « accidit, ut sint palmæ pulchriores et fera« ciores, minùs verò pulchræ et feraces, quæ « absunt longiùs. » Dictum porrò putat in Jos. c. 19, Masius, *Esdrelon* per litterarum transpositionem à vicinâ urbe Jezreel. Sed 4 Reg. 23, v. 29, 2. Par. 35, v. 22, vocatur *Mageddo* ab Herodoto l. 2, Μάγδολος, cùm eamdem de Josuæ clade historiam attingens, ait : Σύροισι πεζῇ ὁ Νεκὼς συμβαλλὼν ἐν Μαγδόλῳ ἐνίκησε, *terrestri acie cum Syris congressus in Magdolo Necos* (in Scripturâ nostrâ Nechao rex Ægypti)

victoriâ potitus est. Tertiò, Jessæi non vocantur, qui è Davidis stirpe, cujus pater Isai, seu, ut in Septuaginta legitur, Ἰεσσαί, Ruth cap. ult., sed qui, ut habet hoc loco noster textus, *terram Jesse* incolebant, id est, ii Arabes, qui australiorem et occidentaliorem Arabiæ partem, quæ ad Ægyptum propriè dictam vergit, quæ à nostro interprete Genes. 46, v. 34, cap. 47, vers. 4 et 27, cap. 50, vers. 8, Exodi 8, v. 26, Gessen vertitur, in Hebræo Gosen dicitur, à 70, Γεσὲμ. Et eadem hoc loco vox in Græco est, et conjungitur, ut post magis videbitur, cum Ægypti fluvio, Ægyptiisque urbibus Thaphne ac Ramesse, et dùm Ægypti nomen latiùs panditur, Ægypti pars, in Genesin, locis citatis, statuitur. Alioquin Arabiæ pars erat, ut ipsi 70 crebrò monuerunt. Sic enim Gen. 46, ἵνα κατοικήσητε ἐν γῇ Γεσὲμ Ἀραβίας, *ut habitetis in terrâ Gesem Arabiæ,* iidemque eodem cap. 47, v. 28 et 29, periphrasi quâdam appellant, ut ferè Hebræus et noster, cap. 47, vers. 11, *terram Ramessæ, juxta Heroum urbem,* de quâ dictum Exodi cap. 14. Fuit in montosis etiam Judææ locis urbs *Gosen,* Jos. 10, 41, cap. 15, 51. Esset de hisce gentibus jam satis, nisi monendum videretur, in Græco eas, ut supra dictum, proponi, quasi, ante Arphaxadeam victoriam, ad auxilium ferendum invitatæ à Nabuchodonosore fuissent; deinde multò earum longiorem catalogum institui. *Misit rex Assyriorum Nabuchodonosor, ad omnes, qui Persidem incolebant, omnesque habitantes versùs Occidentem, ad habitatores Ciliciæ, Damasci, Libani et Antilibani, atque ad omnes qui maritimam oram insidebant, ad eos præterea qui sunt in populis Carmeli et Galaad, et ad superiorem Galilæam, et magnum campum Esdrelone; item omnes habitantes in Samariâ, ejusque urbibus trans Jordanem Hierosolymam usque et Bethanen* (nam βετάνη, legitur in Complutensibus et Septuaginta, quasi sit Bethana Josuæ 19, 38, legunt tamen quidam βεταύνη), *et Chelles, et Cades, usque ad fluvium Ægypti, ac Tephnem, et Ramessem, omnemque terram Gesem incolentes, ad eos usque qui supra Tanim Memphimque sunt, ad omnes denique incolas Ægypti usque ad fines Æthiopiæ pertinentes.* Hoc ultimum idem Græcus vers. 12 exprimit per, *usque ad terminos duorum marium,* id est, ad eas usque terras quæ duo maria contingunt et quas finiunt, et intelligi possunt maria Æthiopicum et Arabicum potiùs sanè quàm Arabicum et Mediterraneum, vel hoc et Mortuum, de quo D. Hieronymus Joelis 2. Alioquin et Plinius lib. 6, cap. 28, « Arabia, inquit, est inter duo « maria, Rubrum et Persicum. » Quid verò populi isti Nabuchodonosori responderint, ostendit versus 11, ubi quod noster ait, *uno animo,* Græci efferunt ὡς ἀνὴρ ἴσος vel εἷς, *quasi vir æqualis,* vel *unus,* ita ut aliud ii dicant, qui vertunt, *quasi virum unum despicerent.* Persas tamen ejus auctoritatem et signa secutos, declarat versus 12, cap. 16, et causa, de quâ in quæstiunculâ de Holoferne cap. 2. Cùm verò 4 Reg. 17, et lib. 2 Esd. 4, Samaria colonis ab Assyrio rege missis compleretur, videntur hoc tempore, aliquâ, ut fieri solet, occasione, istum qui Assyrium nunc diadema obtinebat, non magni fecisse, ab eoque defecisse, ut mirandum sit ob istum, similesque locos, hunc apud Lyranum, à quibusdam apocryphum librum olim habitum. Quot enim causæ quotidiè occurrunt, cur in populo aliquo factiones, seditiones, defectiones oriantur! Ideòque ne Wittakerus quidem, qui omnia undique contra id genus libros corradit, difficultatem istam objicere ausus est. Tertia porrò causa, v. 12, est: *Tunc indignatus Nabuchodonosor ad omnem terram illam, juravit per thronum et regnum suum, quòd defenderet se de omnibus regionibus his,* id est, vindictam de omnibus sumeret, quod per ἐνδικεῖν Græcus effert. Regum verò est hoc vetus jusjurandum, *per thronum, regnum, sceptrum,* et quidem maximum, ut ait Homerus Iliad. 1, Herodotus lib. 4. Et vide quibus gradibus in summum ascendat hominum nequitia. Superbit, intumescit, alios despicit, injuriæ occasionem quærit. *Elatioris* enim *lasciviæ filia, injuria est,* inquit libro 3 de Legib. Plato; et quasi bonum jam factum ille faceret, jurisjurandi religionem adhibet, quemadmodùm Herodes, Matth. 14, v. 17. At malè id genus jurajuranda concipiuntur, pejùs observantur. Lege D. Augustinum serm. de Decollatione S. Joannis Baptistæ. Antequàm verò ad alterum caput aggrediamur, sciendum à textu Græco notari, quid prostrato Arphaxado statim egerit Nabuchodonosor. *Reversus,* ait, *ipse cum ipsis* suis copiis Niniven, *et omnis qui ad eum sese aggregârat exercitus, virorum bellatorum multitudo ingens admodùm, et erat illic otians, epulisque vacans tam ipse quàm ejus exercitus ad dies centum et viginti*! Quia verò Latinum editionis Romanæ textum præpono, ne litterulam quidem unam versu secundo mutare volui, etsi verborum transpositio videtur.

CAPUT II.

1. Anno tertio-decimo Nabuchodonosor regis, vigesimâ et secundâ die mensis primi (1), factum est verbum in domo Nabuchodonosor regis Assyriorum, ut defenderet se.

2. Vocavitque omnes majores natu, omnesque duces et bellatores suos, et habuit cum eis mysterium consilii sui;

3. Dixitque cogitationem suam in eo esse, ut omnem terram suo subjugaret imperio.

4. Quod dictum cùm placuisset omnibus, vocavit Nabuchodonosor rex Holofernem (2), principem militiæ suæ.

5. Et dixit ei : Egredere adversùs omne regnum Occidentis, et contra eos præcipuè, qui contempserunt imperium meum (3).

6. Non parcet oculus tuus ulli regno, omnemque urbem munitam subjugabis mihi.

(1) Qui est Martius apud Hebræos, sicut pleniùs declaravi Genes. 7, et Exod. 12; finis autem hujus mensis in quo est principium veris, est tempus aptum ad disponendum de bellis, maximè in terris calidis, cujusmodi sunt prænominatæ. (Lyranus.)

(2) Holofernes Persicum est nomen, ut Artaphernes, Tisaphernes, Intaphernes. Et verò hunc Nabuchodonosoris archistrategum persam fuisse, ait Cedrenus. Et hoc nomine faciliùs inducti fuerunt *Persæ*, de quibus inf. à cap. 16, v. 12, ut se huic militiæ socios jungerent. Unde, ni fallor, evidenter patet, hanc Judithæ historiam ante inchoatam monarchiam Persarum contigisse. Nam illâ stabilitâ, quomodò vel sub Cambyse, vel sub Xerxe, vel sub alio quopiam rege induci potuissent Persæ, tunc rerum domini, et totius Orientis monarchæ, ut rebelli uni Assyrio, nescio unde prorepenti Nabuchodonosori, junctis copiis adessent, ad imperium totius orbis ipsi parandum, sibi verò subtrahendum? Porrò Holofernes hic, qui in Latino vocatur *princeps militiæ*, in Græco dicitur fuisse *secundus post Nabuchodonosorem*. Qualis in Ægypto post Pharaon adfuerat Josephus; post Assuerum in Perside Aman; et nuper post Assar-Addon in Assyriâ Achiacharus. Unde etiam Holofernes à Zonarâ vocatur archisatrapa; à Tertulliano et Augustino etiam rex, tùm ob potentiam et opes penè regias; tùm ob regium imperium et potestatem, quâ præditus erat. Neque ægrè ferebant magni monarchæ, quòd minores quosdam reges sibi haberent ministros. (Tirinus.)

(3) In Græco plus est, ἑτοιμάζειν μοι γῆν καὶ ὕδωρ, *parare mihi terram et aquam*, quæ est solemnis formula postulantis deditionem. Herodotus in Darii Historiâ libro 6, κελεύων αἰτέειν βασιλεῖ γῆν καὶ ὕδωρ, *jubens poscere regi terram et aquam*. Habes idem loquendi genus in Hippocratis Epistolis 8 et 9, et libro Polibii 9. Plutarchus in Themistocle, τοῖς πεμφθεῖσιν ὑπὸ βασιλέως ἐπὶ γῆς καὶ ὕδατος αἴτησιν, *qui missi à rege erant ad poscendam terram et aquam.* (Grotius.)

CHAPITRE II.

1. *Ainsi* l'an treizième du règne de Nabuchodonosor, le vingt-deuxième du premier mois, il fut décidé dans le palais de Nabuchodonosor, roi des Assyriens, qu'il se vengerait.

2. Il assembla tous les anciens, tous les généraux et ses guerriers, et il leur communiqua le secret de son dessein.

3. Il leur dit que sa pensée était d'assujétir à son empire toute la terre.

4. Ce qui ayant été approuvé de tous, le roi Nabuchodonosor fit venir Holoferne, général de ses troupes,

5. Et lui dit : Allez attaquer tous les royaumes d'Occident, et principalement ceux qui ont méprisé mes ordres.

6. Que votre œil n'épargne aucun royaume, et vous m'assujettirez toutes les villes fortifiées (1).

(1) Qui ne croirait, à l'entendre, que c'est Dieu même qui parle avec cet empire souverain qu'il a sur ses créatures, et qui donne à ses serviteurs ses ordres toujours infaillibles, comme il les donnait anciennement à Moïse et à Josué, lorsqu'en leur commandant d'aller combattre leurs ennemis, il livrait en même temps ces ennemis entre leurs mains ? Mais quelle prodigieuse différence entre un homme vain et le Seigneur tout-puissant; entre un prince qui n'a rien à lui que son orgueil, et Dieu même, à qui tous les princes, dans le comble même de cet orgueil qui les élève, sont très-pleinement assujétis ! C'était là véritablement *le mystère* qui était renfermé, sans qu'il le connût, dans le secret qu'il communiquait à ses officiers touchant la résolution qu'il avait formée de *s'assujétir toute la terre;* un mystère qui ne pouvait être pénétré que par la lumière de la foi, et qui lui aurait appris, s'il eût été digne de le connaître, que tous les desseins des hommes sont remplis de vanité, lorsqu'ils ne se trouvent point appuyés sur le fondement inébranlable de la volonté de Dieu.

L'expression dont il se sert en parlant à Holoferne est très-remarquable. *Votre œil*, lui dit-il, *n'épargnera aucun royaume*, c'est-à-dire un *œil* de compassion, ou d'avarice. C'est ainsi que l'œil de Saül fut la cause de sa perte, lorsqu'au lieu d'obéir aveuglément à l'ordre de Dieu, qui lui avait défendu de rien épargner de tout Amalec, il fut touché d'une fausse

7. Tunc Holofernes vocavit duces et magistratus virtutis Assyriorum, et dinumeravit viros in expeditionem, sicut præcepit ei rex, centum viginti millia peditum pugnatorum, et equitum sagittariorum duodecim millia (1).

8. Omnemque expeditionem suam fecit præire in multitudine innumerabilium camelorum, cum his quæ exercitibus sufficerent copiosè (2), boum quoque armenta, gregesque ovium quorum non eràt numerus.

9. Frumentum ex omni Syriâ (3) in transitu suo parari constituit.

10. Aurum verò, et argentum de domo regis assumpsit multùm nimis.

11. Et profectus est ipse et omnis exercitus cum quadrigis, et equitibus, et sagittariis, qui cooperuerunt faciem terræ, sicut locustæ.

12. Cùmque pertransîsset fines Assyriorum, venit ad magnos montes Ange, qui sunt à sinistro Ciliciæ (4), ascenditque omnia castella eorum, et obtinuit omnem munitionem.

13. Effregit (5) autem civitatem opina-

7. Alors Holoferne fit venir les chefs et les officiers des forces des Assyriens, et il compta pour se mettre en campagne, selon l'ordre qu'il en avait reçu du roi, cent vingt mille hommes de pied et douze mille archers à cheval.

8. Il fit précéder son expédition d'une multitude innombrable de chameaux, avec les provisions qui entretenaient l'abondance dans l'armée, et des troupeaux de bœufs et de moutons qui étaient sans nombre.

9. Il commanda que dans toute la Syrie on tînt prêt du blé lorsqu'il passerait.

10. Il prit aussi de la maison du roi des sommes immenses d'or et d'argent.

11. Et il partit, lui et toutes ses troupes, avec ses chariots, sa cavalerie et ses archers, qui couvrirent la face de la terre comme des sauterelles.

12. Lorsqu'il eut dépassé les confins de l'Assyrie, il vint aux grandes montagnes d'Angé, qui sont à gauche de la Cilicie ; il conquit tous les châteaux et se rendit maître de toutes les places fortes.

13. Il prit d'assaut la célèbre ville de Mélo-

compassion pour leur roi, et réserva, comme le marque l'Ecriture, tout ce qu'il y avait de plus *beau* parmi le butin. (Sacy.)

(1) Græca habent 120 *millia*, ubi videtur esse mendum in numero, et delenda esse ciphra 0, ut maneant 12 millia, uti habet noster. Quis enim tot millia equitum in aciem eduxit? Sanè Darius contra Alexandrum eduxit equitum duntaxat 44 millia, peditum ducenta, ait Curtius lib. 4, nisi quis dicat equitum sagittariorum hìc fuisse 12, cæterorum verò equitum lanceis, sarissis, bipennibus, etc., armatorum fuisse 108 millia, ut utrisque junctis fierent 120 millia. Fortè in Græcis dempto centum, legendum est 20, è quibus 12 millia fuerint sagittariorum, uti etiam habet Græcus, cæteri alterius armaturæ.

(Corn. à Lap.)

(2) In Græco est : Καὶ ἔλαβε καμήλους, καὶ ὄνους εἰς τὴν ἀπαρτίαν αὐτῶν, *et sumpsit camelos et asinos ad usum sarcinarum quas illi habebant*, ubi ἀπαρτία significat *sarcinas*. Ita enim vertunt Septuaginta, מסע, Exodi 40, 36. Numeror. 10, 12, et שלל, Deuteronom. 20, 14.

(Grotius.)

(3) Unde patet aliquam partem Syriæ jam in potestatem regis venisse. (Vatablus.)

(4) Additur in Græco, *superioris*. Verisimile est designari hìc Taurum et Antitaurum, quia et hi *magni* sunt *montes*, et his adjacet Cilicia. Et hi tot admittunt nomina, quot gentes illos vel incolunt, vel accolunt, vel describunt, testibus Plinio et Dionysio. Et forsan ob tot montium vastos et desolatos acervos, quot in Taurinis istis jugis reperiuntur, ab Hebræis vel Chaldæis dicti fuerunt *Ange* ab *Hai*, quod *acervum* significat, et *vastitatem et desolationem*. Forsan et à populo, vel à loco vicino, nempè, unde dux ille Philotas apud Curtium dictus fuit Angeus : vel mons apud Herodotum *Rangaus*, apud alios Rangeus. (Tirinus.)

MONTES ANGE. Straboni lib. 12, Bagdania planities extenditur inter Taurum et Argæum in Cappadociâ. Argæus verò mons, omnium qui sunt in illis regionibus altissimus, positus est ad sinistram, id est, juxta receptum apud Hebræos loquendi modum, ad septentrionem superioris Ciliciæ, nec magis quàm trium dierum itinere distat Ninive; quarè *magnos montes Ange*, Argæum montem, et *planitiem Bectileth* Bagdaniam esse arbitramur. (Vatablus.)

Ange est in Arabiâ Ptolemæo. In Græco est, ἐπὶ πρόσωπον τοῦ πεδίου Βεκτιλέθ, καὶ ἐστρατοπέδευσεν ἀπὸ Βεκτιλέθ, *ante campestria Bectileth, et castra movêre à Bectileth*. Bactaille est Ptolemæo in Syriâ. Syria et Arabia sunt πλησίον τοῦ ὄρους τοῦ ἐπ' ἀριστερὰ τῆς ἄνω Κιλικίας, *propè montem qui est ad sinistram Ciliciæ superioris, ad sinistram iis qui ex Assyriâ Ciliciam transeunt*.

(Grotius).

(5) Seu perfringendo expugnavit *civitatem opinatissimam*, id est, famosissimam, *Melothi;* de quâ 2 Mach. 4, v. 30, ubi etiam cum Tharsi conjungitur. Et videtur ea esse quæ à Plinio Milita vocatur, à Ptolomæo Melitena, à Semiramide olim *condita haud procul Euphrate*,

tissimam Melothi, prædavitque omnes filios Tharsis (1), et filios Ismael (2), qui erant contra faciem deserti, et ad austrum terræ Cellon.

14. Et transivit Euphraten, et venit in Mesopotamiam; et fregit omnes civitates excelsas, quæ erant ibi, à torrente Mambre (3) usque quò perveniatur ad mare.

15. Et occupavit terminos ejus à Ciliciâ usque ad fines Japheth (4), qui sunt ad austrum.

16. Abduxitque omnes filios Madian (5), et prædavit omnem locupletationem eorum (6), omnesque resistentes sibi occidit in ore gladii.

17. Et post hæc descendit in campos Damasci in diebus messis (7), et succendit omnia sata, omnesque arbores et vineas fecit incidi :

18. Et cecidit timor illius super omnes inhabitantes terram.

the; il pilla tous les habitants de Tharsis, et les enfants d'Ismaël, qui étaient à la tête du désert *de l'Arabie*, et au midi de la terre de Cellon.

14. Et il passa *une seconde fois* l'Euphrate, et vint en Mésopotamie ; il força toutes les grandes villes qui étaient là, depuis le torrent de Mambré, jusqu'où l'on arrive à la mer.

15. Et il s'empara du pays depuis la Cilicie jusqu'aux confins de Japheth, qui sont au midi.

16. Il emmena avec lui tous les enfants de Madian, pilla toutes leurs richesses, et fit passer au fil de l'épée tous ceux qui lui résistaient.

17. Il descendit ensuite dans les champs de Damas au temps de la moisson, brûla tous les blés, et fit couper tous les arbres et toutes les vignes.

18. Et la terreur de ses armes se répandit sur tous les habitants de la terre.

Putaturque sic dicta à *plenitudine* (hoc enim significat *melothi*, id est, opulentia et abundantia omnum rerum).

Prædavit, pro *deprædatus est*. Sed hoc interpreti nostro non minùs licuit, quàm Ennio *criminat*, Turpilio *proficisceret*, Nævio *minitas*, Pomponio *convivant*, Titinnio *osculavi*, Varroni *imitat*, Virgilio *populat*, Ciceroni *augurat*, Plauto *vagat*, *perscrutavi*, et aliis alia. (Tirinus.)

Effregit autem, id est, famosissimam nomine Melothi, ad quam conveniebant mercatores de diversis partibus orbis, et sic ejus famam deportabant ad partes remotas. (Lyranus.)

(1) Hi sunt de quibus dicitur 2 Mach. 4, 30 : *Contigit Tharsenses et Mallotas seditionem movere, eò quòd Antiochidi regis concubinæ dono essent dati.* Tharsis enim fuit nepos Japhet, Gen. 10, à quo mare Mediterraneum, et Cilicia ejus terminus, indeque quodvis mare vocatum est Tharsis. (Corn. à Lap.)

Cilices vocabantur *filii Tharsis* ab urbe Tharso, et patre suo Tharsis filio Javanis. (Vatablus.)

In Græco est, καὶ διέκοψεν τὸ Φοὺδ καὶ τὸ Λοὺδ, *et concidit Phud et Lud*, id est, *Afros et Lydos*, Ægyptiorum socios, Jeremiæ 46, 9. (Grotius.)

Prædavitque omnes filios Tharsis, id est, sub hastâ vendidit. Græcè, καὶ προενόμευσεν υἱοὺς πάντας Ῥασσὴς, *et in prædâ vendidit omnes filios Tharsis*; ubi ex Latino rescribendum Θαρσής. Intelligit non Oceani accolas, quos alioqui vox illa notat, sed Cilicas, quorum urbs Tarsus, à quibus fortè illi ad Oceanum venêre.

Et filios Ismael, qui erant contra faciem deserti, *et ad austrum terræ Cellon*. In Græco, καὶ υἱοὺς Ἰσμαὴλ κατὰ πρόσωπον τῆς ἐρήμου πρὸς νότον τῆς Χελλών, *et filios Ismael ante desertum ad austrum Chellon. Desertum* intellige Arabum solitudines, et *Chellon* Palmyrenæ partem, quæ Χελλοῦς in Græco. (Grotius.)

(2) Longè distant Cilices ab Ismaelitis, sed non servatur ordo devictarum provinciarum, cùm non esset necessarius. (Menochius.)

(3) In Græco, ἐπὶ τοῦ χειμάῤῥου Ἀβρωναί, *in torrente Abronai*. Intelligitur hìc alveus Euphratis Χοβάρ, *Chobar*; Ἀβόῤῥαν *Aborram* eum Græci quidam vocant, unde Ἀβρονάς, *Abronas*, et transpositis litteris Ἀβρωναί, *Arbonai*. In Latino fuerat, credo, *Abre*, unde scribæ fecêre *Mambre*, ex loco Geneseos 13, 18.

Usquequo pervenitur ad mare; Ciliciam. (Grotius.)

A torrente Mambre, etc., id est, à fluvio Chaborâ usque ad sinum Persicum, totam scilicet Mesopotamiam. (Vatablus.)

(4) Legendum *Japhleth* ex Josuæ 16, 2. (Grotius.)

(5) Illi habitabant ad orientem maris Mortui. (Vatablus.)

(6) In Græco : Καὶ προενόμευσε τὰς μάνδρας αὐτῶν. Mandræ sunt septa quibus clauduntur armenta et greges. Sophon. 2, 6. Judic. 6, 2; Ezechiel. 34, 14. (Grotius.)

(7) Damascum prætererat, trajecto iterùm Euphrate, ut arma pópulis Mesopotamiæ inferret. His cæterisque ad Euphratem gentibus superatis, iter Damascum vertit, exspectato de industriâ messis tempore, ut vastatâ regione, crematis messibus, cæsisque arboribus ac vitibus, incolas cogeret ad deditionem. Græcus fusior est : *Incendit omnes agros eorum, et greges, et armenta boum dedit in perditionem, et civitates eorum spoliavit, et campos eorum ventilavit, et percussit omnes juvenes eorum in ore gladii, et incidit timor et tremor ejus super habitantes maritimam, eos qui erant in Sidone et Tyro, et habitantes Sur et Ocina et omnes*

TRANSLATIO EX GRÆCO.

1. Et in anno octavo et decimo, secundâ et vigesimâ primi mensis factum est verbum in domo Nabuchodonosor regis Assyriorum, ulcisci omnem terram sicut locutus erat. — 2. Et convocavit omnes ministros suos, et omnes magnates suos, et posuit cum eis mysterium consilii sui. — Et consummavit omne malum terræ de ore suo. — 3. Et ipsi judicaverunt exterminare omnem carnem, qui non obsecuti fuerant sermoni oris ejus. — 4. Et factum est, ut consummavit consilium suum; vocavit Nabuchodonosor rex Assyriorum Olophernem principem virtutis suæ qui secundus erat ab ipso, — et dixit ad eum : — 5. Hæc dicit rex magnus, dominus universæ terræ. Ecce tu egredieris à facie meâ, et sumes tecum viros confidentes in fortitudine suâ, peditum ad millia centum viginti, et multitudinem equorum cum ascensoribus myriadum duodecim. — 6. Et egredieris in occursum omni terræ ad occidentem, quoniam non obedierunt verbo oris mei. — 7. Et annuntiabis eis parare terram, et aquam : quoniam egrediar in furore meo super eos; et operiam omnem faciem terræ in pedibus virtutis meæ, et dabo illos in direptionem eis. — 8. Et cæsi istorum implebunt valles, et torrentes ipsorum ; et fluvius inundans mortuis eorum implebitur. — 9. Et ducam captivitatem eorum, ad summitates universæ terræ. — 10. Tu verò egressus præoccupabis mihi omnem terminum eorum : et dedent se tibi, et conservabis mihi eos in diem argutionis eorum. — 11. Super inobedientes autem non parcet oculus tuus dare eos in cædem et direptionem in omni terrâ tuâ. — 12. Quoniam vivens ego, et imperium regni mei : locutus sum, et faciam hæc in manu meâ. — 13. Et tu autem non transgredieris unum quid ex verbis domini tui, sed perficiens perficies, sicut præcepi tibi; et non cunctaberis facere hæc. — 14. Et exivit Olophernes à facie domini sui, et vocavit omnes dynastas, et duces, et præsides virtutis Assur. — 15. Et numeravit electos viros in aciem, sicut jusserat ei dominus ejus, ad myriadas duodecim, et equites sagittarios duodecim millia. — 16. Et ordinavit eos, quemadmodùm belli multitudo coordinatur. — 17. Et sumpsit camelos, et asinos, et mulos, ad impedimenta ipsorum, multitudinem plurimam valdè, et oves et boves, et capras ad apparatum ipsorum, quorum non erat numerus. — 18. Et rem frumentariam omni viro in multitudine, — et aurum, et argentum è domo regis multum valdè. — 19. Et exiit ipse, et universa virtus ejus ad iter ad præcedendum regem Nabuchodonosor, et operiendum omnem faciem terræ ad Occidentem in curribus, et equitibus, et peditibus electis ipsorum. — 20. Et multus admixtus, tanquàm locusta exierunt cum eis, et tanquàm arena terræ : non enim erat numerus præ multitudine eorum. — 21. Et abierunt de Nineve viam trium dierum super faciem campi Bectileth : — et castra fecit à Bectileth prope montem, qui ad sinistram superioris Ciliciæ.— 22. Et sumpsit omnem virtutem suam, pedites, et equites, et currus suos; et abiit inde in montanam. — 23. Et excidit Phud, et Lud ; et prædati sunt omnes filios Rassis, et filios Ismael, qui super faciem deserti ad austrum Chelleon. — 24. Et transivit Euphratem, — et pertransit Mesopotamiam, et diruit omnes civitates excelsas, quæ super torrentem Abrona usque ad veniendum super mare. — 25. Et cepit fines Ciliciæ, et concidit omnes resistentes sibi. Et venit usque ad fines Japheth, qui ad austrum super faciem Arabiæ. — 26. Et circuivit omnes filios Madian, et incendit tabernacula eorum, et diripuit mandras eorum. — 27. Et descendit in campum Damasci in diebus messis triticorum, et incendit omnes agros eorum; et greges, et armenta boum dedit in perditionem ; et civitates eorum spoliavit, et campos eorum ventilavit et percussit omnes juvenes eorum in ore gladii. — 28. Et incidit timor et tremor ejus super omnes habitantes maritimam, eos qui erant in Sidone, et Tyro, et habitantes Sur, et Ocina, et omnes habitantes Ilemnaan. Et habitantes in Azoto et Ascalone timuerunt eum valdè.

habitantes Jemnaam; et habitantes in Azoto et Ascalone timuerunt valdè. Tyrum et Sidonem ignorat nemo. Sur ipsa est eademque Τύρος, *Tyrus* ; ita enim appellant Græci, Hebræi appellant *Zur*, צור. Innuere etiam potest Syriam : quo sensu pariter à Syriaco accipitur. *Ocina* ipsa est *Ace* vel *Accho*, vel Ptolemais ; *Jemnaa* est Jamnia, vel *Sabnia*, vel *Jamnes*, urbs Palæstinæ maritima. Syrus explicat de *Lebna*, ad meridiem Juda. Ascalon et Azotus urbes sunt in ditione Philisthæorum. Non possumus quin miremur, cùm tantam victoriarum Holofernis celeritatem legimus. A die vigesimâ secundâ primi mensis, quo sese ad bellum parare jussus est, ad tempus messis frumentaceæ, intervallum est sex vel septem hebdomadarum, quo temporis spatio Cappadociam, Lydiam, Ciliciam, Mesopotamiam, ab amne Chaborâ usque ad Sinum Persicum, Arabiam pariter, et Madianiticam regionem domuit, ac demùm reversus est Damascum. Tantis rebus ne integros quidem duos menses impendit, id quod fidem superare videtur. Partem harum rerum confecisse videtur per præfectos, cum parte copiarum missos.

(Calmet.)

De cogitato quæsitoque bello traduntur hic quatuor : quomodò videlicet in deliberationem et consilium à rege id adductum sit, quomodò duci commissum, ob hoc apparatum, tandemque geri cœptum sit. In primo, spectandum consilii tempus, consultores, materia et exitus. Tempus fuit Nabuchodonosoris annus decimus tertius (de quo ante quæstiunculâ 11); mensis anni primus. Chaldæos, Assyrios, adeòque Orientem totum ab autumno inchoare tradunt non pauci, neque ego contra pugno ; sed tantùm primum hìc mensem non videri autumnalem, quem tisri et hyperboretæum alii, nos septembrem vocamus. Nam cùm è superiori bello copiæ adhuc adessent, vel earum certè pars maxima, ut ex festarum de quibus capite superiori, epularum agitationibus colligi potest, bellum hoc Holoferni demandatum. Is verò celeriter perrexit, hiberna nusquàm habuit : et tamen hoc ipso capite vers. 17, *descendit in campos Damasci, in diebus messis.* Vel igitur apud Assyrios, sicuti et apud Hebræos, duplex erat anni auspicium, unum ab autumno, à vere alterum ; vel ista Hebræorum anno, cui nova æquinoctii verni luna initium dabat, quemque nisan et xanteicum appellant, nos martium, convenienter ab Hebræo auctore scripta sunt. Dies erat mensis hujus 22; an historicæ veritati parùm studetur, ubi tam accuratè anni, menses, dies recensentur? Est hoc verò tempus, *quo solent reges ad bella procedere*, 2 Reg. 11, vers. 1. Si porrò per 120 dies quibus otiatum epulatumque græcus nobis textus dixerat, ascendamus, deletum Arphaxadum comperiemus mense novembri. Sicque hiemem totam epulationibus et ludis datam, itemque legationibus hùc et illùc, varios ad populos, ablegandis et recipiendis. *Consultores* Latino triplices nominantur v. 2, *omnes* scilicet *majores natu*, *omnesque duces et bellatores.* Per *bellatores*, non milites omnes intelliguntur, sed bellicæ rei peritiores homines, eâque laude præstantiores. Quod enim consilii *mysterium*, id est, arcanum, foret, si gregariis etiam militibus omnibus pervulgaretur? Similiter in Græco dùm præter τοὺς μεγιστᾶνας, ponuntur πάντες οἱ θεράποντες, intelliguntur *omnes ministri,* non opinor etiam atrienses, culinarii, mediastini, sed intimi et præcipui. Materia dupliciter proponitur. Primò, *ut defenderet se.* Justa belli causa tradi solet defensio, quæ locum tunc habet, cùm vi vis illata defendenda est, cùm propulsanda, inquam, à nobis, vel iis quos tueri debemus, injuria. Nulla verò Nabuchodonosori à gentibus illis injuria fiebat, quin verò ipsis ab eo fiebat. Ideò facit ille quod iniqui penè omnes solent, honesto nomine suum ipse scelus velat, quemadmodùm et apud Herodotum, lib. 7, Xerxes bellum Græcis inferre volebat, τῶν Ἀθηναίων τιμωρίαν, *Atheniensium punitionem,* etsi multò quàm Nabuchodonosor veriùs appellabat, cùm ambitio, latiùsque regnandi mera esset cupiditas. *Deinde, dixit cogitationem suam in eo esse, ut omnem terram suo subjugaret imperio.* Jam planè loquitur, defensionis larvam deponit, ambitionis ulcus aperit. *Una,* inquit in iis quæ supersunt fragmentis, Sallustius, « et ea vetus causa bellandi est, profunda cupido imperii et divitiarum. » Idemque in Catilinâ, « libidinem dominandi causam belli habent, et maximam gloriam in maximo imperio putant. » Sed quàm insaturabilis bellua cupiditas! Non earum solummodò gentium quas ante nominavit, terram devorare vult, sed *omnem* omninò *terram.* O ventrem, ô abdomen! Ex eâdem scilicet nunquàm explenda fames.

Pellæo juveni totus non sufficit orbis.

« Ego, ait ipsemet apud Curtium lib 9, orsus à Macedoniâ imperium, Græciam teneo. Thraciam et Illyricos subegi Tribalis, Medisque imperito. Asiam, quà Hellesponto, quà Rubro mari alluitur, possideo. Jamque haud procul absum à fine mundi. Quem egressus, aliam naturam, alium orbem aperire mihi statui. » Et sanè sunt, qui flevisse ipsum aiant cùm alium, quem deglutiret, terræ orbem nullum esse, à philosopho quodam audiret. Sed *ubi sunt*, ait Baruch cap. 3, v. 16, 18, *principes qui argentum thesaurizant et aurum, in quo confidunt homines, et non est finis acquisitionis eorum?* In græcis verò duplex hìc lectio : in Complutensibus quidem, συνεκάλεσε πᾶσαν τὴν κακίαν τῆς γῆς ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ, *convocavit ex ore suo*, seu *declaravit et exprompsit omnem terræ malitiam* ; quomodò scilicet malè ab omni terrâ legati sui accepti fuissent. In Romanis verò, συνετέλεσε πᾶσαν κακίαν τῆς γῆς ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ, *perfecit ex ore suo*, id est, perfectè narravit malitiam terræ omnem, quâ se affectum contemptumque putabat, vel *perfectè omninòque declaravit se malis terram omnem affecturum et divexaturum.* Consilii porrò hujus *exitus*, versu 4, est, quod à Nabuchodonosore *dictum erat placuisse omni-*

bus. In tanto majorum natu consiliariorum, summatum, bellatorumque numero Artabanus, qui prosperiore victoriâ tumidum, injustâ irâ furentem, ambitione insanum Xerxem officii moneret, nullus fuit? Ecce in Romanorum senatu, cùm, devicto Macedonum rege Perseo, gaudio penè ebria omninòque de mentis statu deturbata Roma esset, jamque Rhodienses, qui regem illum adjuvârant, veniam suppliciter petentes vix Romanorum principum plerique audirent, eamque amplissimam civitatem animo jam suo exsorberent, ecce, inquam, quæ apud Gellium l. 6, c. 3, suaserit, dixerit Cato: « Scio solere plerisque hominibus, « rebus secundis, atque prolixis, atque prospe- « ris, animum excellentem, atque superbiam, « atque ferocitatem augescere atque crescere, « quod nunc mihi magnæ curæ est, quòd hæc « res tam secundè processerit, ne quid in « consulendo adversi eveniat, quod nostras se- « cundas res confricet, neve hæc victoria « nimis luxuriosè eveniat. Adversæ res se « domant, et docent quid opus sit facto. Se- « cundæ res lætitiâ transversum trudere so- « lent à rectè consulendo atque intelligendo. « Quò majore opere dico, suadeoque uti hæc res « aliquot dies proferatur, dùm ex tanto gau- « dio in potestatem nostrûm redeamus. » At in Nabuchodonosoris consilio Cato nullus, Mardonii omnes, ut quod de Ægyptiorum Pharaone dixit, cap. 19, Isaias vers. 11, id in nostrum istum quadret optimè. *Stulti principes Taneos sapientes, consiliarii Pharaonis dederunt consilium insipiens. Ubi nunc sunt sapientes tui? annuntient tibi, et indicent quia cogitaverit Dominus exercituum super Ægyptum. Stulti facti sunt principes Taneos, emarcuerunt principes Mempheos, deceperunt Ægyptum, angulum populorum ejus.* Misera profectò principum eorum sors, quorum consiliariis unum hoc consilium, principibus ipsis assentari, privatæ suæ rei et gratiæ studere, omnia illorum honesta atque inhonesta laudare, nullis eorum iracundiam, avaritiam, fastum, ambitionem, cæterosque animorum impetus, modestis, prudentibus, æquisque suasionibus vel refrenare, vel pro virili sufflaminare. *Dissipantur*, ait Salomon Proverb. 15, vers. 22, *cogitationes, ubi non est consilium; ubi verò sunt plures consiliarii, confirmantur.* Sed verè consiliarii, qui regis regnique publicæ rei consulant, quibus et in pectore sapientia, et in ore, non illa, quæ nescio quis, byssina, aulæ verba vocabat, sed vera, fortia, utilia. Horum verò quos in consilium adhibuit Nabuchodonosor, fœdam assentationem, eodemque prosperitatis et ambitionis vino, aut veneno potiùs, madidam et mentem et orationem ita notat textus Græcus; Αὐτοὶ ἔκριναν ὀλοθρεῦσαι πᾶσαν σάρκα οἳ οὐκ ἠκολούθησαν τῷ λόγῳ τοῦ στόματος αὐτοῦ. *Ipsi decreverunt omnem carnem* funditùs *perdere, qui verbum oris ejus secuti non essent. Omnis caro* pro omnibus hominibus dicitur, ut Genes. 6, vers. 12: *Omnis caro corruperat viam suam super terram.* Sicuti et ab alterâ hominis parte interdùm etiam dicitur homo, *anima*, ut Genes 17, vers. 14, Levit. 4, vers. 2 et 27 c. 4, vers. 6.

Alterum, quod hoc in capite proponitur, est, quomodò cogitatum à Nabuchodonosore, à consiliariis omnibus approbatum bellum, à ducibus uni Holoferni demandatum sit v. 4, ubi duæ veluti quæstiunculæ sunt.

1° *Quis Holophernes?*

In Græco ἀρχιστράτηγος, et cap. 10, in Latino, princeps militiæ vocatur; sed in illo additur δεύτερος ὢν μετ' αὐτόν, *secundus post Nabuchodonosorem*, quemadmodùm post Pharaonem in Ægypto Josephus, Genes. 41, v. 40; Aman post Assuerum in Perside, Esther c. 3 et 4. Ideòque apud Zonaram, archisatrapa (dicam verò de satrapiis in Esther cap. 1) nuncupatur. Sed quid à quibusdam etiam rex? « Si, ait libro 1 contra Marcionem cap. 7, « Tertullianus, communio nominum condi- « tionibus præjudicat, quanti nequam servi « regum nominibus insultant, Alexandri, et « Darii, et Holofernis? » Sermo in D. Augustini appendice sexagesimus sextus: « Paratur, « ait, convivium regi, Judith interesse jube- « tur. » Sanè quia exercitui regundo præerat, rex fortè dici posse videatur. Veriùs tamen id nomen, ob potentiam et opes penè regias, satrapis interdùm nonnullis tributum fuisse, ut ex iis quæ Tobiæ 2, quæst. 2 et 3, perspicuum. Sed omnium maximè reges dici poterant, qui ducum satraparumque omnium principes, et à potentissimo rege secundi. Atque isto modo, à Phylone Biblio apud Eusebium lib. 8. Præparationis evangelicæ, Josephus etiam σκηπτοῦχος, *sceptriger* nominatur. Verba ipsa, quia, ut alia non pauca, Latinus Eusebii versor ea omisit, reponam:

Ἰακὼβ εὐτέκνοιο τόκος Ἰωσὴφ, ὃς ὀνείρων
Θεσπιστὴς, σκηπτοῦχος ἐν Αἰγύπτοιο θρόνοισι,
Δινεύσας λατρεῖα χρόνου πλημμυρίδι μοίρης.
Somnia dùm retegit fœcundo natus Iacob
Joseph, Ægypti sceptro est solioque potitus.

Temporis occulta evolvens ceu vertice fati.
Neque absurdum si rex verus habeatur, cùm majoribus regibus minores quidam reges ministri sunt et duces, uti, apud Xenophontem, Babylonio regi Crœsus Evilmerodacho alii, 4 Reg. ult. vers. 28; *Persam* verò fuisse Holofernem ait Cedrenus, neque à Persarum nominibus ejus nomen abhorret, uti monstrat Artaphernes, Tisaphernes, Intaphernes, Pharnuches, Pharnazathres, Pharnabazus. Et causa hìc fuisse videtur, ut tantò sese libentiùs Assyrio conjungerent Persæ de quibus supra, cap. 1 et infra, cap. 16, vers. 12. Non tamen id nominis ita in Persis hærebat, ut eo gentibus aliis uti non liceret, prout aliquantulùm attigi cap. 1, quæst. 4, et ostendunt Holofernem alii. Nam apud Appianum Syriacis, Ariarathæ Cappadocum regis frater fuit Holofernes, et Cappadociæ rex, qui τὴν ἰατρικὴν καὶ τεχνῆκιν ἀσωτίαν induxit, Holofernes fuit, uti narrat Stephanus Niger lib. de nimio Luxu. Quid magnus Strabonis avunculus Cappadox Moaphernes? Dixit verò Franciscus Maironis nostrum istum, Estheris et Assueri filium fuisse. At suâ iste tam futili asseveratione non id tantùm assequitur, ut cùm rationem conjecturamque nullam afferat, contemnatur, verùm etiam, ut ab Erasmo, Præfatione in libros de Civitate Dei, egregiè irrideatur. Sanè, ut aliud nihil dicam, fuisset filius ante matrem, ut ex dictis cap. 1, quæst. 2, et ex dicendis de Assuero Estheris cap. 1, manifestum. Denique in Romano Græco textu et in Appiano leniter Ὀλοφέρνης legitur, in Græcis aliis et in correcto nostro Latino aspiratè Ὁλοφέρνης, Holofernes. De ipsius moribus, postea.

2° *Quomodò Holoferni bellum mandatum?*

In nostro eodem Latino duo proponit Holoferni Nabuchodonosor, contra quos videlicet gerere bellum debeat, et quomodò. Prius est. vers. 5: *Egredere adversùm omne regnum Occidentis; et contra eos præcipuè qui contempserunt imperium meum.* Omnes eum Occidentales jubet invadere, sed præ omnibus et potissimùm eos qui contempserant ejus imperium, vel generali illo modo qui superiori capite attingebatur, quòd ejus nuntiis non annuissent, eos, eorum quæ poscerent, inanes remisissent: vel speciali quodam modo, ut Damasceni, quos antea devicerat Theglathphalasar, 4 Reg. 16, ut Israelitarum reliquiæ, cùm eos perdomuisset, jamque in Assyriam captivos abduxisset Salmanasar, 4 Reg. 17; Judæi et Hierosolymitani, cùm Assyriorum regibus fœderati aliquando fuissent, 4 Reg. 16, vel etiam subditi, 2 Paralip. 33, vers. 11; Samaritani, qui ex Assyriâ in vacuas Israelitarum sedes immissi fuerant, 4 Reg. 17, et nunc fortè à Sennacheribi filiis, qui, cæso illo, in Armeniam profugerant, 4 Reg. 19, v. 37, aut nepotibus, qui Assaradoniam domum oderunt, concitabantur. Posterius est v. 6: *Non parcet oculus tuus ulli regno, omnemque urbem munitam subjugabis mihi.* Vetat ne misericordiam regni ullius capiat; ne munitam urbem ullam, quam vi non occupet, prætereat. Et dicit: *Non parcet oculus tuus*, quia, ex miseriarum miserorumque aspectu, solet maximè commoveri misericordia. Si ergo miseri squalidique gentis alicujus legati veniant, supplicent, Assyrium à se jugum deprecari velint, sint oculi sicci, sint misericordes; aut jugum, aut gladium omnes accipiant. In Græco est hæc Nabuchodonosoris oratio multò fusior. Sic enim loquitur: *Hæc dicit magnus rex dominus omnis terræ: Ecce tu egredieris è facie meâ, et sumes tecum viros qui suis ipsorum viribus confidant, peditum ad centum viginti millia, et multitudinem equorum cum eorum ascensoribus, multitudinem, inquam, duodecim myriadum, seu centum et viginti millium; et exibis in occursum, sive prælium contra omnem terram quæ ad Occidentem est, quia oris mei verbo non obtemperârunt, et ipsis denuntiabis ut terram et aquam præparent, quia egrediar in furore meo contra ipsos, et operiam omnem faciem terræ pedibus mei exercitûs, et dabo ipsos illis in direptionem, eorumque vulnerati valles atque torrentes ipsorum implebunt. Fluvius etiam mortuis eorum exundans complebitur, ipsorumque tandem captivitatem agam seu propellam in terræ omnis extrema. Tu verò egressus præoccupabis mihi omnes eorum fines, et ipsi se ipsos tibi dedent, et tu mihi eos in diem redargutionis eorum reservabis. Contra eos verò, qui rebelles et immorigeri sunt, non parcet oculus tuus, quominùs eos in omni terrâ suâ in cædem et direptionem des, quia vivo ego, et robur regni mei, quæ locutus sum ea etiam faciam in manu meâ. Tu verò non transgredieris vel unicum verborum domini tui, sed perficiens perficies sicut præcepi tibi, et nihil cunctabere ut ea facias.* Sunt in his, quæ expositionem aliquam flagitent, nonnulla, sed ea opportuniùs infra dabitur. Nunc in promptu ea semper habenda regula, quæ in Tobiâ jam non semel repetita, non

ideò repugnare textus, quia unus plus, minùs alter proponit, quin mutuas potiùs sibi ipsis ad sententiam perfectiorem tradunt operas.

Tertium in capite isto est belli apparatus, v. 7, in quo periti ducis edit specimen, dùm primò *duces et magistratus virtutis* seu copiarum *Assyriorum* vocat, deinde milites accipit, tertiò, jumenta et commeatum omnis generis adhibet, vers. 8, camelos, boves, oves innumerabiles, frumentum etiam, v. 9 : *Qui enim*, ait, lib. 3, c. 26, Vegetius, *frumentum, necessariumque commeatum non præparat, vincitur sine ferro.* Denique ex regis ærario aurum sumit et argentum copiosissimum, vers. 10. Quemadmodùm enim *negant medici sine nervis homines ambulare posse*, ut ait in Satyrâ Petronius, ita sine pecuniâ nusquàm progredi bellum ullum potest. In Græco præter ea quæ in Latino, nominantur etiam *asini, muli et capræ.*

QUÆSTIUNCULA.

Holofernis equitum numerus quantus?

Supra textus nobis Græcus narrabat, πλῆθος ἵππων σὺν ἀναβάταις, μυριάδων δέκα δύο, *centum et viginti millia.* Mendum omninò in scripto est. Quis enim centum viginti peditum millibus totidem equites adjunctos existimet? In numerosissimo et jactatissimo illo Xerxis adversùs Græciam exercitu, ἀριθμὸς τῆς ἵππου, ait, lib. 7, Herodotus, *fuit equitatûs numerus octo myriades*, sive *octoginta millia, præter alios camelos et currus*, ad annonam scilicet oneraque convehenda, quæ, ut diximus, et hìc numero maximo affuerunt. Cùm iret Darius Alexandro Asiam petenti obviàm, non enumerat libro 3 Curtius nisi equitum septuaginta millia, et libro 4, cùm dimidio fermè major esset exercitus, quàm in Ciliciâ fuerat, in ejus tamen totius summâ, *equites erant quadraginta quinque millia, pedestris acies ducenta millia expleverat.* Latinus noster, vers. 7, tantùm dicit, *equites sagittarios duodecim millia*, et sæpiùs jam significatum, non rara in Græcorum numeris menda inveniri. Fortè tamen neque in Græco mendum, neque inter ipsum Latinum ullam esse pugnam pugnet quispiam. Qui enim sagittariorum equitum duodecim millia dicit, non negat equitum non sagittariorum alia millia. In illâ tantâ Xerxis multitudine, an sagittarii erant, octies mille Sagartii equites? An in Darii contra Alexandrum acie, dextrum illud equitatûs cornu, quod Nabarzanes ducebat, sagittariis solis constabat, cui funditorum sagittariorumque viginti fermè millia jungi debuerunt? An Barcanorum equitum duo millia, *armati bipennibus, levibusque scutis certæ maximè speciem reddentibus?* An qui, lib. 4, præter jacula, scuta jam et gladios acceperant? An ipsius Alexandri equites, quos cum hostium equitatu consertos et quasi cohærentes negat libro 3 Curtius vibrare tela potuisse, sagittarii erant? An Romani equites, de quibus sub libri de re militari tertii finem Lipsius? Et Latinus textus, vers. 11, inter equites et sagittarios discrimen nonne constituit? Sunt hæc ita, et plura, in istis Holofernis copiis, millia equitum, quàm sagittariorum solorum facilè crediderim, centum tamen et viginti millia non item. Etsi enim equitatu pollebant plurimùm Persæ, Medi, Parthi, eorum tamen equites vel plures vel æquales peditibus fuisse, non equidem memini legere. Neque, præter Polybium unum, ullus equestrium copiarum admirator tantus, qui, quando non ad unum aliquod prælium, sed ad bellum paulò remotius vel diuturnius, in quo montes et angustiæ non paucæ transeundæ, arces et urbes cùm expugnandæ, tùm propugnandæ, præsidiisque firmandæ, proficiscendum est, non in pedite roboris plus esse concedat? Hìc verò, nùm unum Holoferni prælium præliandum? nonne belligerandum, et quidem non unâ cum gente, sed cum Occidentis totius gentibus omnibus? Nonne montana impeditaque loca subeundum quàmplurima? Emendandum ergo Græcum illum numerum opinor, ut vel equitum universè fuerint δύο μυριάδες viginti millia; vel, si quamplurimùm vis, δέκα μυριάδες, centum millia, è quibus sagittarii fuerint duodecies mille, quemadmodùm textus monet Latinus, ipseque etiam postea Græcus, ἠρίθμησεν ἱππεῖς τοξότας μυρίους δισχιλίους. *Numeravit Holofernes equitum sagittariorum duodecim millia.* Quanquàm videri queat nunc plus fuiss duodecim equitum millibus in toto exercitu, quia et Græcus hoc loco in summam illum colligit et Latinus, vers. 7, licet c. 7, vers. 2, plures accesserint, ut ibi rursùm monebitur. Et dicentur *sagittarii* equites, vel à majore præstantioreque parte, vel quia verè sagittarii erant omnes, idque vel ut hoc uno armorum genere potissimùm semper pugnarent, vel ut saltem pugnæ initio, sagittarum in hostes procellam emitterent. *Omnis propè Assyriorum et Persidis regio usum habebat sagittarum*, ait in Isaiæ 7 divus Hieronymus. Equites porrò sagittarios,

ut à pedibus distinguant Græci, solent eos uno interdùm nomine ἱπποτοξότας appellare, quales Scythas tradit libro 4 Herodotus. De quadrigis porrò curribusque falcatis, dixi Judicum, c. 1.

Quartum in capite isto, est inchoata expeditio, vers. 11, cujus ego vestigia, obscura sanè, in alio libentiùs legerem; et obscuritatis causa, eadem quæ in historiis aliis tam sacris quàm profanis, quia, ut ait extremo libro decimo sexto Strabo : « Ipsæ nominum variatio« nes, barbaricorum præsertim, multa sunt. » Et divus Augustinus in Numeros, quæst. 20 : « Solent, inquit, locorum et gentium nomina « plerùmque vetustate mutari. »

Primò igitur *pertransiit fines Assyriorum.* In Græco : *Egressus Ninive, pervenit trium dierum itinere in faciem*, sive *planitiem campi Bæctilæth*, βαικτιλάιθ. In complutensi βεκτιλέθ. An affinitas aliqua cum Bacatâ illis quos in Cassiotide collocat, lib. 5, c. 15, Ptolemæus?

Hinc *venit ad magnos montes Ange, qui sunt à sinistro Ciliciæ.*

QUÆSTIUNCULA.

Quinam montes Ange?

Montes Ange putat Ribera in Jonæ caput 1, esse *Argæum* montem. Sed quomodò is in Ciliciæ sinistro est, cùm supra Ciliciam versùs septentrionem, in Cappadociâ sit, et inter eum et Ciliciam non magna tantùm locorum intercapedo, sed Tauri etiam et Antitauri montium pars interjecta sit, prout indicant Ptolemæus lib. 5 Georg., c. 6, Plinius lib. 6, c. 3, Solinus, c. 53, Nicephorus lib. 12, c. 29? An *Bargilus* mons, de quo Plinius lib. 5, c. 20, vel ob majorem vocis affinitatem, *Angaris*, de quo c. 13? Sed neque istos eorum situs admittit. Verùm *Ange* nomen in 70 Interpretibus expressè positum est, Genes. 12, vers. 8 : Ἀγγαὶ κατὰ ἀνατολς, *Ange ad Orientem*, et c. 13, v. 4, ἀνὰ μέσον βαιθὴλ καὶ ἀνὰ μέσον Ἀγγαί, quod S. Fulgentius lib. 2 ad Monimum, c. 3, ita conversum citat, *inter Bethel et inter Agge.* Nòrunt verò litterati, quæ gemino isto γγ Græcis scribuntur, ea Latinis interdùm per *gg*, interdùm per *ng* scribi, sed isto semper modo pronuntiari. Nam, verbi causâ, ἄγγελος, *aggelus* et *angelus* scribitur, et posterior isto modo semper pronuntiatur. Sed cùm istud *Ange* sit urbs quæ in Hebræo et nostro textu *Hai* vocatur, et ab iisdem 70, Josuæ 7, γαὶ interdùm etiam à D. Hieronymo libro de locis Hebraicis, *Agai*, quomodò montes Ange? Habent quidem interdùm eadem nomina urbes, montes et fluvii : et montem prope Hai urbem invenimus Genes. 12, vers. 8. Sed cùm is in Judæâ tam notus, cur tam operoso, tamque peregrino et obscuro modo describeretur? Quid Ciliciam, quid sinistrum ejus latus nominare opus fuisset? Qui Græcum textum legerit, πλησίον τοῦ ὄρους τοῦ ἐπ' ἀριστερᾷ τῆς ἄνω Κιλικίας, *propè montem, qui est à latere sinistro altæ Ciliciæ*, putabit fortè in Latino legendum hoc modo : *Venit ad magnos montes, qui sunt à sinistro altæ Ciliciæ*, ut istud, *altæ*, non suas modò litteras, sed et veterem locum amiserit. Si veteres aliqui libri suffragarentur, esset arduus difficilisque locus planior, nondùm tamen omninò planus et facilis. Cedo enim, quomodò post Assyriæ fines, Armeniâ Syriâ præteritâ, illicò ad Ciliciam venitur? et quænam alta hæc Cilicia? quod sinistrum ejus latus? quive tandem magni isti montes? Quia verò quidquid de Ange montibus dicamus, tria illa prima in quæstionem semper adducantur necesse est, de iis si quid fortè occurrat, dicam. Ac primò quidem Ptolemæus, lib. 6, c. 8, dùm ait, τῆς ἰδίως Κιλικίας μεσόγειοι, significat dupliciter Ciliciam accipi, propriè scilicet, seu pressè, et impropriè, seu amplè, quemadmodùm cùm, eodem lib. c. 2, ait : τῆς ἰδίως Ἀσίας θέσις, et ἡ ἰδίως καλουμένη Ἀσία, duplicem Asiæ notionem ostendit. Utrumque verò in Ciliciâ nominandâ modum docet Solinus, c. 47 : *Cilicia*, inquit, *antea usque ad Pelusium Ægypti pertinebat, Lydiis, Mediis, Pamphiliâ, Cappadociâ sub imperio Cilicum constitutis. Mox ab Assyriis subacta in breviorem modum scripta est.* Videri ergo possit Cilicia hìc amplissimè accipi, sicque ubi ex Assyriorum finibus excessum fuit, in Ciliciam statim deventum fuisse. Vel distinguit scriptor Assyriorum fines ab Assyriâ. Quæ siquidem illis regiones parebant, eæ ad eorum fines pertinebant, licet Assyria propriè non essent; vel denique scriptorum aliorum more, duos profectionis terminos ponit, eum à quo et eum ad quem Holofernes illo itinere profectus est, et media reticet, quæ tamen iterùm postea, v. 14, attingit. *Alta* porrò Cilicia seu *superior* eo modo vocatur, quo Galilæam superiorem vocari dictum est Tobiæ 1, fol. 10, et Ægyptum superiorem ibid. c. 8, fol. 137, ea scilicet, quæ ad septentrionem vergit, et è quâ fluvii erumpunt Orimagdus, Calydnus, Lamus, Cydnus, Sarus, Pyramus. *Sinistrum Ciliciæ latus* est septentrionale, partim ob causam eodem Tobiæ ca-

pite primo indicatam; partim quia veniente ab Oriente Tauro monti, Cilicia ipsa ex Occidente occurrit, eo modo ut australiore parte hæc pergat, ille septentrionaliore ipsam attingat. Quemadmodùm verò si duo sibi homines occurrunt, et unus alterum transeat, ii vel dextrum ambo, vel sinistrum latus tangunt, ita etiam regiones et montes. Solini verò de Tauro verba loco citato sunt hæc : « Mons « Taurus ab Indico primùm mari surgit; dein« de à scopulis Celidoniis. Inter Ægyptium et « Pamphylium pelagus objectus septentrioni « dextro latere, lævo meridianæ plagæ occur« rit, Occidente obversùs fronte profusâ. » Demùm verò magnos istos Ange montes, Taurum et Antitaurum esse, ut existimem, animum inducunt meum hæc : primò descriptio, *montes*, non singularis *mons*, et montes non simpliciter, sed *magni*, et ii quidem qui secundùm locorum situm *sunt à sinistro Ciliciæ*. Deinde concors auctorum monitio est, Taurinis istis montibus, pro varietate locorum et gentium, varia admodùm esse nomina. In Periegesi Dionysius, à Prisciano interpretatus, hæc habet:

Non tamen est unum montis cognomen ubique,
Sed varii flexus variantur nomine multo,
Singula sed propriis sunt nomina nota colonis.

Plinius lib. 5, c. 27 : « Taurus mons, ab Eois « veniens littoribus, evadit usque ad cognita « Rhiphæorum montium juga, numerosis no« minibus et novis, quocumquè incedit, insi« gnis, Imaus primâ parte dictus, mox Edigis, « Paropanisus, Circius, Chambades, Pharpha« riades, Choatras, Orates, Niphates, Taurus, « atque ubi se quoque exuperat, Caucasus, « ubi brachia emittit, subinde tentanti maria « similis, Sarpedon, Coracesius, Cragus, ite« rùmque Taurus, etiam ubi dehiscit, seque « populis aperit, portarum tamen nomine sibi « unitatem vendicans, quæ alibi Armeniæ, « alibi Caspiæ, alibi Ciliciæ vocantur. Quin « etiam confractus, effugiens quoque maria, « plurimis se gentium nominibus hinc et illinc « implet, et à dextrâ Hircanus, Caspius, à læ« vâ Parzedrus, Noschius, Amazonicus, Cora« xicus, Scythicus appellatus, in universum « verò Græcè Ceraunius. » Qui tot igitur ab aliis gentibus nomina suscepit, quid mirum si ab Hebræis unum quoque accipiat? Et vocatur ab iis *Ange*, sive *Hai*, vel ob aliquam cum monte illo inter Hai et Bethel, de quo ex Genes. 12, supra, dixi, similitudinem, vel quia, *hai* Hebræis *acervus* est, et *vastatio* ac *desolatio*. Numer. 21, vers. 12, Job. 30, vers. 24, Psalm. 78, vers. 1, Isaiæ 17, vers. 1, Mich. 1, v. 6, et c. 3, vers. 12; quid verò tanto illo monte coacervatius? Quid vastius et horridius? Extat apud Plinium lib. 6, c. 2, in Cappadociâ oppidum *Gangre;* apud Herodotum lib. 7, *Rangœus mons magnus*, apud alios *Pangœus*, apud Curtium lib. 5, dux *Philotas Angœus*. Ex iis fortè conjiciet solertiùs aliquid alius.

Tertiò, *effregit civitatem opinatissimam Melothi*. Nulla ejus in Græco mentio, et videtur ea esse quæ apud Plinium lib. 6, c. 3, *Melita, et à Semiramide condita, haud procul Euphrate*, à Ptolemæo lib. 5, c. 7, *Melitena*. Ex eâ, est provincia Melitena, quæ, ut ait lib. 12, Strabo, « per omnia similis est Commagenæ. Tota « enim domesticis conseritur arboribus, sola « ex omnibus Cappadociæ partibus, ita ut « oleum quoque ferat, et Movorite vinum, « quod cum Græcis certet. » Si Ange montes Argæum cum Riberâ censerem, quin hæc Mazaca foret, nihil ambigerem. Fuit enim ea opinatissima, id est, nominatissima et celeberrima, quia *et à Semiramide condita, et à Cappadocibus mater urbium vocata est,* ut ait Solinus, c. 35, *quæ postea Cæsarea,* inquit Plinius, loco citato. Melothi autem dicitur ab opulentiâ, rerumque omnium plenitudine et abundantiâ, quemadmodùm et Isaiæ 1, v. 21, Jerusalem *meleathi mispat,* civitas plena judicio. De Mallo 2 Machab. 4.

Quartò, *prædavit omnes filios Tharsis*. Hos esse Cilices docet Josephus lib. 1, cap. 7, in Græco, et confirmat ex urbe Tharso, in quâ una tantùm litterula θ in τ mutata sit, quæ ab eodem dicitur εὐλογωτάτη, à Solino, cap. 47, simpliciter, *mater urbium*, ab illo scilicet Tharsis originem ducens, de quo Genes. 10. Divus tamen Hieronymus parùm id probat epist. 133, quæ ad Marcellam est : fatetur *homonymum nomen* esse, quod multa significet, inter quæ sunt maris omnis accolæ, ut Cilices et Carthaginienses, alii. Sed de hoc nomine, cùm lib. 3 Reg. 9, de *navibus Tharsis* agerem, dicta sat multa. Græcus tamen Romanus non *Tharsis*, sed Ρασσις, *Rassis* legit. Complutensis verò Ρασής, *Rases*, et subeat fortè aliquem cogitatio, esse *Resen* illam, de quâ Genes. 10, vers. 12, nisi à 70 illìc scriberetur Ρασή, vel Syriæ aliqua pars, unde et *Rasin* ille, de quo 4 Reg. cap. 16, Græcè, Ραασσών. Certè initio sequentis capitis, et Syria, et Syria Sobal in Holofernis potestatem sese dat, v. 1. Sed sunt litteriores (ita eos vocat D. Augustinus lib. contra adversarium

legis c. 24) interdùm nonnulli, qui quæ in priscis ethnicorum scriptoribus, tanquàm orationis lumina, suscipiunt, ea in vetere nostro interprete arguant et irrideant. Non, *prædavit*, inquiunt hìc, et vers. 16, sed *prædatus est*, dicendum erat. Cur ergo, apud Nonium, laudant in Ennio *criminat*, in Accio *miserarent et contempla*, in Turpilio *proficisceret*, in Pacuvio *moderant*, in Quadrigario *recordavit*, in Nævio *minitas*, in Pomponio *convivant* et *mirabilis*, in Titinnio *osculavi*, in Varrone *imitat*, in Virgilio *populat*, in Cicerone *augurat*, in Plauto *tutetis*, *vagat*, *perscrutavi*, *eluctavi*, aliaque non pauca? Ex Latino isto singulari et Complutensibus Græcis, adeòque ex ipsâ orationis totius contextione videtur in Romanis Græcis legendum, non προενόμευσαν, *vastàrunt*, sed προενόμευσεν, *vastavit*. Antecedit verò ἀπῆλθεν εἰς τὴν ὀρεινὴν και διέκοψε τὸ Φοὺ καὶ Λοὺδ: *Abiit in montanam regionem, et incidit* in τὸ scilicet ἔθνος ἢ ὄρος, *gentem*, vel *montem Phud et Lud*. *Phut*, Genes. 10, vers. 6, dedisse initium Phutæis aut Phutis in Lybiâ, docet loco antea citato Josephus, et divus Hieronymus quæst. in Genesin; sed quàm ab iis hæc Holofernis expeditio jam remota! Nihilominùs tamen initio capitis sequentis, Holoferni sese dedunt Lybies, vers. 1. Ibidem verò ait Josephus, quos *Lydos* dicimus, fuisse antiquitùs Λούδους vocatos. Sed neque ad istos pervenisse adhuc videtur Holofernes, prout à Plinio describuntur lib. 5, cap. 29, Herodoto lib. 1, etsi sunt aliæ Lydiæ viciniores apud Ptolemæum lib. 5, cap. 15 et 17, quemadmodùm et eodem libro cap. 13, Armeniæ urbes πτοῦα χολουᾶτα, et postea βούανα χολίμμα.

Quintò, *effregit filios terræ Ismael, qui erant contra faciem deserti, et ad austrum terræ Cellon*. Hi sunt Arabum pars, qui dicti sunt *Ismaelitæ*, Genes. 39, *Agareni*, et tandem *Saraceni*, ut ait S. Epiphanius initio libri 1, et hæres. 50; Sozomenus lib. 6, c. 38; D. Hieronymus Isaiæ 60, Ezech. 25, et Epist. ad Dardanum, eorumque meminit Pacatus Panegyrico ad Theodosium, Mamertinus Panegyr. ad Maximianum. Sed quæ *terra Cellon?* In quibusdam manuscriptis est *terra Celleon* et *Holæon*; verùm Græcè dicitur: in Complutensibus quidem γῆ Χελλὼν in Romanis γῆ Χελλαίων. Suntne isti iidem cum iis, quos cap. 1 Græcus Χελλοὺς dicebat; suntne à *Chul*, de quo Genes. 10, vers. 13, et ex ejus urbis ditione, quæ à Ptolemæo lib. 6, cap. 15, in Syriâ Palmyrene statuitur *Cholle?* Denique nùm aliqua his cum illis, apud Dodonæum fanum, *Sellis* Homericis, aut *Hellis* Pindaricis (utriusque siquidem nominis liberam facit optionem, lib. 7, Strabo) similitudo, meliùs quàm ego constituerint alii.

Sextò, *transivit Euphratem, et venit in Mesopotamiam*. Paulò ante jam ad Ciliciæ fines venerat et Arabiam; quomodò nunc in Mesopotamiam? et ex Assyriâ cùm veniat, adeòque ex ipsâ, quæ ad Tigrim est, Nino, si Euphratem transiit, quomodò in Mesopotamiam, et non ex Mesopotamiâ potiùs venisse dicitur? Videlicet itineris ordo non servatur. Sed, ut sæpè alibi, possent præterita hæc per plusquàm perfecta verti: *transiverat Euphratem, venerat in Mesopotamiam*, et, ut in Græco est, διῆλθεν, *pertransierat Mesopotamiam*. *Torrens Mambre* fortè dicitur ob aliquam cum eo similitudinem, qui per convallem Mambre, de quâ Genes. 13, vers. 18, et cap. 14, vers. 13, flueret juxta Hebron. In Complutensibus vocatur χείμαρῥος Ἀρβωναί, in Romanis Ἀβρωνᾶ. Videtur esse fluvius qui, Ptolemæo lib. 5, cap. 10, Χαβώρας, Straboni lib. 16, et Ammiano lib. 13, *Aboras*. Neque inusitatum, ut fluvii torrentes vocentur, quemadmodùm exponit, lib. 1, Strabo. Unde et apud Lucanum, lib. 9, Magnus:

Non mihi Pyramidum tumulis evulsus Amasis
Atque alii reges Nilo torrente natabunt?

Hunc verò Aboram, volunt quidam esse *Ohobar* apud Ezechielem cap. 1. Cæterùm ab eo distant longissimè *Ambrones*, de quibus Strabo lib. 4, Florus libro 3, Livii Epitome lib. 67, 68, *usque ad mare*, intelligo non Persicum, sed Cilicium.

Septimò, *occupavit terminos ejus*, maris videlicet *à Ciliciâ usque ad fines Japhei, qui fines sunt ad austrum*. Significari videtur *Joppe* quæ hodiè vocatur *Japha*, et à barbaris *Zapha*, prout monet ad caput 16, lib. 5 Ptolemæi, Pirckheimerus. Plinius, libro 5, cap. 13: « Vicus, ait, Joppe Phœnicum, antiquior terrarum inundatione, ut ferunt. » Est in Josepho lib. 2 Belli, 42, alia Ἰαφά.

Octavò, *abduxitque omnes filios Madian*. Hi sunt Arabes, ut in Exodi cap. 2, dictum est: « Nulli, ait S. Hieronymus in Ezechielis 2, « dubium est Madianitas et totam eremi vastitatem adjacere terræ Arabiæ, qui habent « camelorum greges, omniumque et caprarum « multitudines, et his opibus victitant. Quod « et terræ Israel in Judicum libro accidisse

« narrat historia cap. 6, quando venerunt Ma- « dianæi, et depasti sunt usque Gazam omnes « regiones eorum. » In Græco textu, præter ista quæ in Latino, innuitur etiam Madianitarum ratio habitandi, ἐκύκλωσε τοὺς υἱοὺς Μαδιὰν καὶ ἐνέπρησε τὰ σκηνώματα αὐτῶν καὶ προενόμευσε τὰς μάνδρας αὐτῶν. *Circumcinxit filios Madian, et combussit tabernacula ipsorum, casasque vastavit.*

Nonò, *post hæc descendit in campos Damasci in diebus messis.* Quando præcisè *messis* dicitur, triticea intelligi solet, ea tamen in Græco exprimitur. Hostilia verò hìc edidit omnia; sata exussit, arbores et vites excidit, *greges et armenta*, prout in Græco est, *absumpsit*, *urbes diripuit, agros depopulatus est, juvenes ipsorum omnes in ore gladii percussit*, hincque factum ut cecideret *timor illius super omnes inhabitantes terram.* Restringitur verò terra hæc in Græco ad παραλίαν *maritimam*, et quibus pertinuerit, adjunguntur, οἱ ὄντες ἐν Σιδῶνι καὶ Τύρῳ, οἱ κατοικοῦντες Σοὺρ καὶ Ὀκιναὶ, καὶ πάντες οἱ κατοικοῦντες Ἰεμναάι, καὶ οἱ κατοικοῦντες ἐν Ἀζότῳ καὶ Ἀσκαλῶνι. Sidonii, Tyrii, Surii, Ocinæi, Iemnæi, Azotii, Ascalonitæ, ideòque hìc videtur modus et ratio ejus quod septimo loco dictum est exponi. Sed quinam *Surii et Ocinæi ?* Quæ nobis Tyrus, ea Hebræis *Tsor* est, et hodiè vulgò *Sur*. Si Surii ergo Tyrii essent, ineptæ iterationis mendum hìc esset. Est et *Sur* solitudo, Genes. 25, vers. 18, de quâ dictum Exodi 15. At hìc, quasi urbs, inter urbes alias numeratur. An *Dor* sive *Dur* pro *Sur* legendum? De hâc urbe Ptolemæus lib. 5, cap. 15, Plinius lib. 5, cap. 19, D. Hieronymus in Epitaphio Paulæ : *urbs*, ait, *quondam potentissima;* et lib. 1 Machab. c. 15, vers. 11. *Ocina* verò est Ptolemais, *quæ quondam Ace*, inquit Plinius libro 5, cap. 19, et *Coth*, vel potiùs *Gath*, aut *Geth*, ut ait in Epitaphio Paulæ D. Hieronymus. Nam quod *Geth* Ascalonem ad Ptolemæi lib. 5, c. 16, censet antea citatus expositor, clarissimè rejicitur, Reg. 6, vers. 17, ubi Palæstinorum civitates quinque numerantur, Azotus, Gaza, Ascalon, Geth, Accaron, et ex divo Hieronymo Epistolâ ad Dardanum de terrâ promissionis. Quod verò idem D. Hieronymus in Michææ cap. 1, cùm de Gath aliisque disputâsset, subjunxit, id mihi, nisi quòd terrestre nostrum hoc iter fuerit, subjungere posse videor : « Hactenùs « quasi inter saxa et acutissimos scopulos « naviculam nostram direximus, quæ utrùm « intraverit portum, an adhuc in salo fluctuet, « lectoris erit prudentiæ judicare. Nunc ora- « tionibus vestris, pergamus ad alios fluctus, « et imminente expositionis hinc inde naufra- « gio, si possumus, evadamus. »

CAPUT III.

1. Tunc miserunt legatos (1) suos universarum urbium ac provinciarum reges ac principes, Syriæ scilicet Mesopotamiæ (2), et Syriæ-Sobal, et Libyæ, atque Ciliciæ, qui venientes ad Holofernem, dixerunt :

2. Desinat indignatio tua circa nos : melius est enim ut viventes serviamus Nabuchodonosor regi magno (3), et subditi simus tibi, quàm morientes cum inte-

CHAPITRE III.

1. Alors les rois et les princes de toutes les villes et de toutes les provinces de la Syrie, de Mésopotamie, de la Syrie-Sobal, de la Libye et de la Cilicie, envoyèrent leurs ambassadeurs vers Holoferne, pour lui dire :

2. Que votre colère cesse envers nous; car il vaut mieux que nous vivions en servant le grand roi Nabuchodonosor, et que nous vous soyons soumis, que de nous voir exposés à

(1) Καὶ ἀπέστελλαν πρὸς αὐτὸν ἀγγέλους λόγοις εἰρηνικοῖς, *et miserunt ad eum nuntios verbis pacificis*, id est, hujusmodi verbis quibus pacem ab illo postularent; ἀγγέλους appellat τοὺς πρέσβυας, *legatos*, Hebræi nuntios nominant מלאכים *Maleakim.* (Vatablus.)

(2) Mesopotamia appellatur in Hebræo *Padam Aram* : frequentatur potissimùm à posteris *Aram*, patris Syrorum, hinc nomen Syriæ Mesopotamiæ. Singulos hosce populos Græcus silet.

SYRIÆ SOBAL. Syria Sobal, vel *Soba*, non semel recurrit in Scripturâ, indicatque facilè eam Syriæ partem, ubi sita est Samul, Ζαμουλίς, satis vicina Damasco, vel Cœlesyriæ.

LIBYÆ, ATQUE CILICIÆ. Cur hic Libya, distans adeò regio, cui hactenùs nihil ex armis Holofernis timendum erat? Legunt quidam *Lyciæ*, quæ regio Ciliciæ vicina est; alii populos *Ligyæ*, quos Herodotus ceu proximos Syris memorat : jungit hos Mariandenis, Matienis, et Syris, quos omnes iisdem armis instruit. Maluerim ego explicare de Lydiis, qui Holofernis arma jam experti fuerant. Vide caput 2, 13, in Græco. (Calmet.)

SYRIÆ SOBAL, quam Adrichomius eamdem esse dicit cum Arabiâ Petreâ. (Menochius.)

(3) UT SERVIAMUS NABUCHODONOSOR REGI MAGNO. Ex his verbis et sequentibus versibus 5, 6, discimus eas gentes sese veluti mancipia regi Assyriorum tradidisse. Honoris excellentiâ, Nabuchodonosor appellatur rex ma-

ritu nostro, ipsi servitutis nostræ damna patiamur (1).

3. Omnis civitas nostra, omnisque possessio, omnes montes et colles et campi, et armenta boum, gregesque ovium et caprarum, equorumque et camelorum, et universæ facultates nostræ atque familiæ, in conspectu tuo sunt.

4. Sunt omnia nostra sub lege tuâ :

5. Nos, et filii nostri, servi tui sumus.

6. Veni nobis pacificus dominus, et utere servitio nostro, sicut placuerit tibi.

7. Tunc descendit de montibus (2) cum equitibus in virtute magnâ, et obtinuit omnem civitatem et omnem inhabitantem terram.

8. De universis autem urbibus assumpsit sibi auxiliarios viros fortes (3), et electos ad bellum.

9. Tantusque metus provinciis illis incubuit, ut universarum urbium habitatores principes, et honorati simul cum populis, exirent obviàm venienti,

10. Excipientes eum cum coronis, et lampadibus, ducentes choros in tympanis, et tibiis.

11. Nec ista tamen facientes, ferocitatem ejus pectoris mitigare potuerunt :

périr malheureusement, soit par la mort, ou par la misère de la servitude.

3. Toutes nos villes et toutes nos terres, toutes nos montagnes, nos collines, nos champs, nos troupeaux de bœufs, de moutons et de chèvres, tous nos chevaux, nos chameaux, toutes nos richesses et nos familles, sont à votre disposition.

4. Que tout ce que nous avons dépende de vous ;

5. Nous serons vos esclaves, nous et nos enfants.

6. Venez à nous comme un maître pacifique, et tirez de nous tous les services qu'il vous plaira.

7. Alors il descendit des montagnes avec sa cavalerie très-nombreuse, se rendit maître de toutes les villes et de tous les peuples du pays.

8. Il prit de toutes les villes pour troupes auxiliaires, les hommes les plus braves et les plus propres à la guerre.

9. Toutes ces provinces furent saisies d'une telle frayeur, que les princes et les personnes les plus honorables de toutes les villes sortaient au-devant de lui, avec les peuples,

10. Et le recevaient avec des couronnes et des lampes, en dansant au son des tambours et des flûtes.

11. Et néanmoins, quoiqu'ils fissent toutes ces choses, ils ne purent adoucir la férocité de son cœur ;

gnus, nomine eidem principi consueto. *Hæc dicit rex magnus, rex Assyriorum,* aiebat ad Judæos Rabsaces ; et Daniel Nabuchodonosorem alloquens : *Tu rex regum es, et Deus cœli regnum, et fortitudinem, et imperium, et gloriam dedit tibi.* Apud Strabonem Cyrus in Epitaphio appellatur rex regum. (Calmet.)

(1) Puisque saint Paul nous oblige de chercher dans tout ce qui est écrit notre propre instruction, nous devons croire que le Saint-Esprit, en faisant remarquer toutes ces particularités, qui nous font connaître d'une part la puissance si redoutable du roi des Assyriens, et de l'autre la frayeur dont tous les princes et les peuples furent saisis aux approches d'Holoferne, le général de ses troupes, a voulu nous représenter quelque grande vérité sous le voile de cette figure. Le roi Nabuchodonosor, qui avait formé le dessein de s'assujettir toute la terre, et qui voulait, comme il est dit dans la suite, se faire adorer par tous les peuples qu'il se serait assujettis, peut bien donc nous figurer le démon, qui, après s'être élevé contre Dieu, a eu l'insolence de former un aussi vaste dessein, qu'était celui de rendre tous les hommes ses esclaves, en les retirant de l'heureuse servitude où ils vivaient sous leur créateur, et de les forcer de le reconnaître et de l'adorer comme le seul dieu. Holoferne, général des troupes de Nabuchodonosor, nous peut aussi figurer tous les ministres de la fureur et de l'orgueil du démon, qui travaillent sous ses ordres à accroître son empire. Tels ont été les empereurs idolâtres, qui ont fait des guerres si sanglantes contre les vrais serviteurs de Dieu, pour les obliger de se soumettre à l'empire du démon, en renonçant à celui de Jésus-Christ. Tel est le monde, dont les menaces ou les caresses sont également un piége très-dangereux pour engager une infinité de personnes à l'adorer. Et tels sont généralement tous ceux qui deviennent dans l'Eglise même des sujets de chute et de scandale aux fidèles, lorsque par l'exemple de leurs désordres, ou par leurs discours empoisonnés, ou par la violence de leur conduite, ils les font sortir de la voie de leur salut, et les engagent dans des routes de perdition, qui les mènent à la mort. (Sacy.)

(2) Syriæ, putà Casio, Libano, et Antilibano, inter quos sita est Damascus, cujus campos fertiles tempore messis occupavit Holofernes, ut dictum est c. 2, v. 17. (Corn. à Lap.)

(3) Ad reintegrandum numerum eorum qui de suo exercitu mortui erant, et etiam ad fortificandum suum exercitum. (Lyranus.)

12. Nam et civitates (1) eorum destruxit, et lucos (2) eorum excidit.

13. Præceperat enim illi Nabuchodonosor rex, ut omnes deos terræ exterminaret, videlicet ut ipse solus diceretur deus (3) ab his nationibus quæ potuissent Holofernis potentiâ subjugari (4).

12. Car il détruisit leurs villes, et coupa leurs bois *sacrés*,

13. Parce que le roi Nabuchodonosor lui avait commandé d'exterminer tous les dieux de la terre, afin qu'il fût seul appelé dieu par les nations qu'Holoferne aurait pu assujétir à sa puissance.

(1) Putà munitiores, et quibus timeri posset aliquando rebellio, *destruxit et lucos excidit*, utique cum aris et fanis deorum, quæ lucis ferè cingebantur, ad majorem loco venerationem conciliandam, et ad sordes illorum sacrorum saltem ex parte tegendas. Atque utinam solis idolis, seu falsis diis hoc bellum movisset Holofernes, et non etiam verum Deum cœli et terræ suo è solio deturbare voluisset! (Tirinus.)

(2) Il aurait été plus sûr et plus glorieux à ces princes et à ces peuples d'unir leurs forces et de se joindre tous ensemble pour se défendre contre un barbare qui était rempli de cruauté, et sur lequel toutes les plus grandes soumissions ne pouvaient rien pour le fléchir. Si leurs villes avaient été pillées et détruites, ils auraient au moins eu la gloire de défendre leur pays aux dépens de leur propre vie. Mais la frayeur ne raisonne point, et ceux qui en sont saisis s'abandonnent sans discernement à tout ce qu'elle leur inspire. C'est ce que l'on voit encore admirablement dépeint dans la vérité figurée par cette histoire. Les méchants, lorsqu'ils s'abandonnent au péché et au démon, ont pour but, comme ces princes et ces peuples dont il est parlé ici, de se procurer une espèce de bonheur et de s'assurer la paix durant cette vie. Mais ils se trompent d'une terrible manière, puisque le diable, selon saint Bernard, se rend plus cruel envers ceux qu'il s'est soumis, qu'envers les autres qui l'ont méprisé. Car enfin, quand même il arrivera que ce cruel Holoferne *ruine les villes et coupe les bois sacrés* de ceux qui s'opposent à son empire, qu'il tuera leurs corps, et qu'il exterminera, autant qu'il est en son pouvoir, leur sainte et divine Religion, une mort si précieuse devant Dieu leur procure l'assurance d'une vie et d'une félicité éternelles; et le même Dieu dont il semble avoir profané et renversé la Religion, est tout-puissant pour défendre, malgré cette oppression apparente, les intérêts de sa vérité. Mais quant à ceux *qui vont au-devant de lui*, comme ces princes et ces peuples allaient au-devant d'Holoferne, et qui se soumettent volontairement à son empire, ils sont souvent très-malheureux dès ce monde, et ils s'engagent dans une effroyable désolation pour l'avenir. Ils ont affaire à un maître, qui étant, selon le langage de l'Écriture, *homicide dès le commencement* du monde, ne quitte jamais la haine implacable qu'il a conçue contre les hommes, et donne aux âmes une mort cruelle dans le temps même qu'il semble se rendre le plus favorable pour ce qui regarde la fortune temporelle de ceux qu'il veut perdre éternellement. Car il compte pour rien tout ce qui est passager, et il est très-disposé à donner, s'il le pouvait, tous les royaumes de la terre, comme il se vanta de les donner à Jésus-Christ même, pourvu qu'on l'adore, et qu'en l'adorant on se rende digne d'être le compagnon éternel de ses supplices. (Sacy.)

(3) Vide quò assurgat fastus hominis, qui, oblitus se terram esse et pulverem, Deo et divinitati bellum indicit, ipseque vult haberi et coli ut Deus, imò solus Deus. Et hoc etiam, quia vicerat Arphaxad. Verè Darius apud Curt. lib. 4: *Fragilitatis humanæ*, inquit, *nimia in prosperis rebus oblivio est*. Similis fuit status Luciferi Isaiæ c. 14, v. 15, et Pharaonis Ezech. 29, vers. 3, et regis Tyri Ezech. 28, ideòque omnes sterni, regnoque et vitâ dejici meruerunt. Superbia ergo mera est insania, quæ hominem facit quasi Titanem, non gigantomachum tantùm, sed et theomachum, ut Deum quasi ad duellum provocare audeat. (Corn. à Lap.)

(4) Nous avons plusieurs exemples de l'antiquité de cette horrible extravagance de l'esprit de l'homme, qui le portait à se vouloir attribuer faussement la divinité. Sennachérib se vanta insolemment de n'avoir trouvé aucun dieu qui lui résistât. Et mettant aussi de ce nombre le Dieu de Jérusalem, il s'élevait au-dessus du Très-Haut, et voulait qu'on le regardât comme le Dieu tout-puissant, auquel nul dieu ne pouvait être comparé. Darius, qui régnait sur les Mèdes et sur les Perses du temps de Daniel, eut l'orgueil de faire publier par tout son empire un édit extravagant, par lequel il défendait à tous ses sujets d'adresser pendant l'espace de trente jours aucune prière à quelque Dieu que ce fût, et leur ordonnait de s'adresser à lui seul, comme si tous les sujets avaient été obligés de le reconnaître pour leur dieu. Alexandre, surnommé le Grand, et plusieurs empereurs romains ont fait paraître cette même ambition. Et il n'est point surprenant que ceux dont le démon possédait l'esprit se soient portés comme lui à vouloir se rendre semblables à Dieu, puisque cet esprit superbe, quelque jaloux qu'il parût être des honneurs divins, était toujours disposé à en faire part aux principaux de ses ministres, souffrant volontiers qu'on les regardât comme des dieux, pourvu que les hommes, trompés par ces vaines superstitions, s'éloignassent du vrai Dieu, et qu'ils devinssent par conséquent, ou qu'ils demeurassent toujours ses esclaves.

C'est ainsi que le démon substitue encore plusieurs dieux au Dieu véritable dans le cœur d'un très-grand nombre de Chrétiens. Et il agit en cela d'une manière différente d'Holoferne, lequel avait ordre *d'exterminer tous les dieux de la terre, afin que Nabuchodonosor fût seul appelé dieu*. Car cet esprit artificieux

14. Pertransiens autem Syriam-Sobal, et omnem Apameam (1), omnemque Mesopotamiam, venit ad Idumæos in terram Gabaa (2),

15. Accepitque civitates eorum, et sedit ibi (3) per triginta dies, in quibus diebus adunari præcepit universum exercitum virtutis suæ (4).

14. Et traversant la Syrie-Sobal, toute l'Apamée et toute la Mésopotamie, il vint au pays d'Idumée, en la terre de Gabaa ;

15. Et il devint maître de toutes leurs villes ; et il demeura là trente jours, pendant lesquels il commanda qu'on rassemblât toutes les troupes de son armée.

n'ayant pu empêcher l'établissement du règne de Jésus-Christ, ne s'y oppose plus en apparence, et il souffre que celui qu'il hait avec un orgueil extrême règne sur la terre par le culte extérieur de son auguste Religion. Mais il travaille dans le même temps à saper cette Religion sacrée par le cœur, en lui substituant dans le fond de l'âme d'un grand nombre de fidèles autant de dieux et d'idoles qu'ils ont de passions secrètes. Il se garde bien *d'exterminer ces dieux de la terre*, c'est-à-dire tous ces objets différents qui attirent les adorations de leur cœur. Il contribue, au contraire, de toutes ses forces, à leur faire concevoir un plus grand amour pour ces dieux, et il ne craint point que la multitude de ces idoles lui fasse perdre à lui-même les adorations dont son orgueil le rend si jaloux, puisqu'il sait que plus il y en aura qui se rendront maîtres du cœur des hommes, plus son règne s'y affermira. (Sacy.)

(1) Provinciam Cælesyriæ, à civitate Apameâ, ejus metropoli, ita dictam. (Menochius.)

(2) Id est, montanam vel clivosam. Græcè est, *venit in planitiem Esdrelon, prope Dotæama* (unde fortè legendum, *ad Dotæos*, pro Idumæis) *è regione serræ Judææ* (id est, tractus in Judæâ perpetuò clivosi et editi, qui Lucæ 1, vers. 39, *montana* Judææ vocantur), *et castrametatus est inter Gæbe et Scytopolim.* De *Gabe* verò, vel *Gæbe*, dicit Plinius, *urbem* esse *instar regni.* Non video tamen cur cum Latino non retineamus ipsum *Idumæorum* nomen, cùm ex Josepho et aliis constet, *Idumæam* quandoque tam amplè sumi, ut *Gazam* quoque et *Gaben*, et *Ascalonem*, et omnia vicina comprehendat. (Tirinus.)

(3) Id est, mansit, sicut Deut. 1 : *Sedistis in Cadesbarne tempore multo.* Id est, mansistis.

Per triginta. Plures enim turmæ sui exercitûs dispersæ fuerant ad capiendum et spoliandum parva loca et fortiuscula, et quibus non erat necesse totum exercitum convenire. (Lyranus.)

(4) Le piége le plus dangereux où pouvait tomber Nabuchodonosor était celui que son propre orgueil lui prépara, lorsque la divine Providence permit qu'il réussît pour quelque temps dans le dessein extravagant qu'il avait formé *de s'assujétir toute la terre.* Car ces succès heureux lui firent croire de plus en plus qu'il devait être honoré comme un dieu, et lui élevèrent le cœur jusqu'à ce degré d'orgueil, d'où il mérita d'être tout d'un coup précipité. Tous les princes et tous les peuples sortaient au-devant de son général pour se rendre ses esclaves. Qui n'eût cru qu'un peuple, comme était celui des Juifs, beaucoup plus faible en apparence que toutes ces autres nations qu'il avait vaincues, se serait soumis de même à ses lois? Mais c'était là que Dieu l'attendait pour lui faire tout d'un coup sentir son néant. Le moindre des peuples était celui qu'il avait dessein d'opposer à tous ses vastes projets. Et une femme d'entre ce peuple était destinée pour exécuter ce grand dessein. Tout ce que l'Écriture sainte a représenté jusqu'à présent de tous ces peuples assujétis à l'empire d'Holoferne, n'a été qu'afin de nous donner lieu d'admirer davantage et l'extravagance impie qui fait que les hommes abusent d'une manière si insolente, et en même temps si aveugle, d'un pouvoir qui leur a été seulement confié ; et l'adorable conduite de Dieu, qui souffre leur orgueil avec patience, et qui attend à les punir qu'ils aient porté leur impiété jusqu'au comble de l'excès. (Sacy.)

TRANSLATIO EX GRÆCO.

1. Et miserunt ad eum nuntios verbis pacificis, dicentes : — 2. Ecce nos pueri Nabuchodonosor regis magni adsumus coram te : utere nobis, sicut placitum est faciei tuæ. — 3. Ecce villæ nostræ, et omnis campus triticorum, et greges, et armenta, et omnes mandræ tabernaculorum nostrorum adsunt ante faciem tuam ; — utere quomodò placuit tibi. — 4. Ecce et civitates nostræ, et habitantes in eis servi tui sunt. — Veniens occurre eis, prout est bonum in oculis tuis. — 5. Et advenerunt viri ad Olophernem, et annuntiaverunt ei secundùm verba hæc. — 6. Et descendit super maritimam ipse, et virtus ejus, et præsidia posuit in civitatibus excelsis ; — et assumpsit ex eis in belli societatem viros electos. — 7. Et susceperunt eum ipsi, et omnis regio adjacens eorum — cum coronis, et choris, et tympanis. — 8. Et demolitus omnes fines eorum, et lucos eorum excidit. — Et erat decretum ei exterminare omnes deos terræ : ut ipsi soli Nabuchodonosor servirent omnes gentes : et omnes linguæ, et omnes tribus eorum invocarent eum in Deum. — 9. Et venit super faciem Esdrelon, prope Dotæam, quæ est contra serram magnam Judææ. — 10. Et castrametatus est inter Gœbæ, et Scytarum civitatem : — et fuit ibi mensem dierum ad colligenda omnia impedimenta virtutis suæ.

COMMENTARIUM.

Belli successus exponitur, quoad populos ipsos, qui bello eo petebantur, et quoad ipsum Holofernem. Illi copiarum tantarum, rerumque hactenùs gestarum terrore perculsi, sese huic totos dediderunt, præter unos Judæos, de quibus sequenti capite. Dispiciendum verò quinam alii illi populi fuerint, et quem in deditione modum tenuerint. Fuerunt igitur *universarum urbium ac provinciarum reges ac principes.* Et ne de toto statim mundo cogitationem quis suscipiat, additur : *Syriæ scilicet et Mesopotamiæ, et Syriæ Sobal, et Lybiæ atque Ciliciæ.* Syria variè admodùm sumitur. Interdùm etiam Assyrios ipsos complectitur, οἱ ὑπὸ Ἑλλήνων ἐκαλέοντο Σύριοι, ὑπὸ τῶν βαρβάρων Ἀσσύριοι ἐκλήθησαν. *Qui à Græcis,* ait Herodotus lib. 7, *Syri vocabantur, ii à barbaris Assyrii vocati sunt.* Rursùmque postea : Οἱ Σύριοι οὗτοι ὑπὸ Περσέων Καππαδόκαι καλέονται. *Syri isti à Persis Cappadoces vocantur.* Et Plinius, lib. 5, cap. 12 : *Syria quondam terrarum maxima, et pluribus distincta nominibus. Nam quæ Palæstina vocabatur, quà contingit Arabas, et Judæa, et Cœle, dein Phœnice, et quà recedit intùs, Damascena, ac magis etiam nunc meridiana, Babylonia. Et eadem Mesopotamia inter Euphratem et Tygrin; quàque transit Taurum, Sophene; citra verò, etiam Comagene, et ultra Armeniam, Adiabene, Assyria ante dicta, et ubi Ciliciam attingit, Antiochia.* Patet igitur Syriæ nomen quàm latissimè, sed cùm pressiùs accipitur, ab enumeratis jam partibus distinguitur, sicque alia est *Syria*, alia *Sobal.* Hæc enim ipsa est quæ, à Plinio loco citato, et Strabone lib. 12, Ptolemæo lib. 5, cap. 13, *Sophene* dicitur, et ejus mentio fuit 1 Reg. 14, 2 Reg. 8, ubi dictum vocari quandoque *Syriam Soba* à Josepho *Oba*, à 70, *Souba.* Non præteribo de Syriâ pressè dicta Dionysii, prout eos quidem Latinos fecit Priscianus versiculos, præsertim, quia nonnihil, quod capitis infra secuturi quinti versum septimum et decimum quartum attingit, continent. Cùm enim varia esse Syrorum genera dixisset, pergit :

Namque alii mediis habitant telluris in arvis,
Hosque Syros propriè perhibent; sed littora juxtà,
Phœnices vivunt veteri cognomine dicti,
Quos misit quondam mare Rubrum laudibus auctos,
Chaldæo nimiùm decoratam sanguine gentem,
Arcanisque Dei *celebratam legibus unam.*

Lybia verò quomodò ab Holoferne tam adhuc procul dissito perterrita est ? Quomodò ejus mentio, et Ægypti nulla ? Quomodò inter Syriam Sobal et Ciliciam media constituitur, quæ ab utrâque tanto locorum spatio disjuncta? Sunt qui *Lyciam* hìc velint, *Ligya* fortè legenda. Lygias enim in hisce locis collocat Herodot., lib. 7, cum Syris et Maryandenis, de quibus lib. 4, et Matienis, de quibus lib. 1 : « Ligyes, « ait, et Matieni, et Maryandeni, et Syri, eâ« dem cum Paphlagonibus armaturâ prælia« buntur ; » et paulò post : « Maryandenorum, « et Ligyum, et Syrorum dux erat Gobryes, » ubi in Latinâ, quæ etiam correctissima putatur, conversione, idem quod hìc mendum, ut *Libyum* dux sit Gobryas. Et ne quis vel eosdem Libyas vel Ligyas, vel in Herodoto Libyas potiùs quàm Ligyas legendos auguretur, liber in manus tantùm sumendus. Confestim enim erit utrosque legere, et valdè quidem diversos ; et Libyum quidem ducem esse Mansangen. Quia tamen antea, quin *Phud* Libyam significaret, verisimilius nihil occurrit, sit sanè Libya, et ad eam licet cum exercitu nondùm pervenerit Holofernes, hujus tamen animum illa occupat, longèque adhuc positum malum avertit, uti se Gabaonitæ facere dicebant Josuæ c. 9, et faciebant apud Curt. lib. 10 alii. Babyloniam enim reverti volebat Alexander, quia « nuntiabatur ei legatos ex diversis terrarum « orbis partibus undique Babyloniam con« fluxisse et ejus adventum exspectare. Adeò « totum orbem nominis ejus terror invaserat, « ut cunctæ gentes velut destinato sibi regi « adularentur. » Videntur verò iidem in Latino esse debere populi qui in Græco, quia idcircò in Græco jam isto capite reticentur, quòd antea, c. 1, nominati fuerint, et contrà, ideò in Latino, jam dicto capite, recensentur, quòd antea capite primo præteriti fuerint.

Modus verò deditionis fuit hic : Primò, *miserunt legatos suos.* Ipsius Nabuchodonosoris antea legatos respuerant; suos ipsi nunc mittunt, et per eos supplicant. Per Holofernem petierat ille antea, ut ex Græco audivimus, *terram et aquam;* per legatos ea isti offerunt omnia. Est autem illa formula quâ postulabant isti reges non, ut vertit Baduellus, *præparari sibi terras et aquas,* sed sibi dedi, subjicique omnia, quòd imperium omne vel terrestre vel maritimum sit, bellum omne vel terrâ, vel mari geratur : omnes hominum opes vel ex terrâ, vel ex aquâ constent, ut sunt agri, fundi, sylvæ, possessiones, domus, urbes, sta-

gna, lacus, flumina, quin aurum etiam, et argentum, et lapides pretiosi. Nam, ut sapienter et philosophorum decretis consentaneè dixit S. Bernard. serm. 4 de Adventu : « Aurum et « argentum nonne est terra rubra et alba, « quam solus hominum error facit, aut potiùs « reputat pretiosam ? » Uniones et gemmæ nonne è pelago etiam petuntur ? Et in homine quæ præponderant aliis elementa, nonne terra et aqua sunt? nonne ex hisce duobus potissimùm constant omnia, quibus pascimur, potamur, amicimur ? Sic apud Herodot. Scytharum regi aiebat Darius : « Domino tuo afferens « dona, terram et aquam, in colloquium veni. » Et cùm ille misisset, « avem, murem, ranam et « quinque sagittas, » Darii opinio erat, « Scythas « se sibi tradere, et terram et aquam, » quòd *mus* quidem in terrâ gignatur, et eodem quo homines fructu victitet; *rana* autem in aquis nascatur, *avis* verò sit equo assimilis; at *sagittis* dandis, suum ipsorum robur tradere. Idem etiam Darius Athenas et Spartam legatos idem petituros cùm misisset, eorum illi aliquos in barathrum, alios in puteum injecerunt, jubentes ut ex iis terram et aquam ferrent, uti lib. 7 refert idem Herodot., qui memorat etiam quemadmodùm Xerxes λόγοις εἰρηνικοῖς miserit, et alii quidem terræ inanes reverterint, alii terram et aquam attulerint. Est et in Diod., lib. 11, eadem formula. Deinde legati missi, ἐπὶ γῆς αἴτησιν κήρυκας, verbis pacificis, pacem poscere debuerint. Ea traduntur v. 2, quorum triplex veluti membrum: Primum est deprecatio, quæ et v. 6 repetitur. Alterum est ratio, cur ità sese dedant, quòd è malis duobus minus eligendum sit. Tertium est deditio ipsa omnium omninò rerum, v. 3 et 4, adeòque suî ipsorum et filiorum libertatis, v. 5 et 6. Vocant verò v. 2 Nabuchodonosorem *regem magnum*, et seipsum ità, ut vidimus, ipse vocârat c. 2, non vulgari modo, quo potentem quempiam regem vocare moris est, sed eximio illo qui Persarum postea regibus proprius extitit, ut nimirùm aut *reges magni*, aut *reges regum* appellarentur, apud Herodotum crebrò, Xenophontem lib. 3 Anabas., Aristidem in Romæ Encomio, Dionem, Chrysostomum orat. 3 de Regno, Ammianum lib. 17. Hinc et apud Strabonem, lib. 15, Epitaphius iste Cyri versus :

Hìc ego rex regum jaceo, qui nomine Cyrus.

Et 4 Reg. 18, vers. 19 : *Hæc dicit rex magnus, rex Assyriorum,* Esdræ 7, vers. 12 : *Artaxerxes rex regum, Esdræ sacerdoti.* Danielis 2, vers. 37 : *Tu rex regum es; et Deus cœli regnum, et fortitudinem, et imperium, et gloriam dedit tibi.* Rectè verò apud Plutarchum Apophteg., Lacedæmoniorum rex Agesilaus : *Quid*, aiebat, *me major rex, si non temperatior et justior?* Ideòque et Alexander, apud eumdem Plutarchum lib. 2, de illius fortunâ, *solo plerosque nomine magnos* esse dicebat. Cujus rei causam Plato, libro 3 de Legibus, in malam nimiùmque mollem et delicatam educationem confert. Cùm enim Cyrum Dariumque Hystaspis durè diligenterque in pueritiâ educatos laudaret : « Ex illo, ait, tempore nullus unquàm fermè « Persarum rex magnus, nisi nomine fuit. « Neque fortunam causam fuisse arbitror, « sed vitam malam, quam filii valdè divitum, « tyrannorumque plurimùm vivunt. Nunquàm « enim puer et vir et senex, ex hujusmodi « vitâ, virtute præstans evadere poterit. » Sanè verò, ut apud Horatium epist. 1, pueri, et Ausonius idyllio 17 : *Qui rectè faciet, non qui dominatur erit rex,* et verè magnus rex. Omnium verò tanto isto nomine dignissimus ille, cujus meminit Tobiæ cap. 13, de quo Propheta Psalm. 94 : *Deus magnus Dominus et Rex magnus super omnes deos. Quia in manu ejus sunt fines terræ, et altitudines montium ipsius sunt. Quoniam ipsius est mare, et ipse fecit illud; et siccam manus ejus formaverunt.* S. Joan. Apocalyp. 19, vers. 16 : *Habet in vestimento, et in femore suo scriptum : Rex regum et Dominus dominantium.*

Holofernes verò quæ jam fecerit, narratur vers. 7 : *Descendit de montibus,* Casio, Libano, Antilibano, qui in Syriâ, inter quorum duos postremos Damascus est, in cujus ille felices campos descenderat c. 2, v. 17 : *Descendit in virtute magnâ.* Etiam in litterarum studio lippis notum, *virtutem* sæpè pro vi, robore et exercitu accipi. *Obtinuit omnem civitatem,* id est, præsidia imposita munivit, quia Græcè est ἐφρούρησε, non, ut c. 1, v. 6, ἔλαβε, vel infra hoc ipso c. v. 15, *accepit civitates eorum,* quanquàm munitionem istam anteeat acceptio, necesse est. *De universis urbibus sumpsit sibi auxiliarios,* v. 8, unde factum ut incredibiliter ejus in dies augescerent copiæ, prout etiam dicitur infra, cap. 7, v. 2. Accipiebatur ubique honorificentissimè. Venienti procedebant obviàm non pauci aliqui et, civitatum nomine, legati, sed *universarum urbium habitatores principes et honorati simul cum populis.* Et quomodò? *Excipientes eum cum coronis et lampadibus, ducentes choros in tympanis et tibiis.* Summæ ista omnia

reverentiæ, lætitiæque publicæ apud veteres argumenta erant. De coronis dicam in Machabæis. De lampadibus, et quidem adeò, ut suas etiam interdùm januas lucernarent, attestatur Juvenalis Satyrâ 21, Xiphilinus in Nerone, Tertullianus in Apologiâ, et lib. ad uxorem. Curt. lib. 5 : « Bagistanes, Babyloniæ arcis et « regiæ pecuniæ custos, obviàm victori Ale« xandro egressus, totum iter floribus coro« nisque constraverat, argenteis altaribus ab « utroque latere dispositis, quæ non thure « modò, sed omnibus odoribus cumulaverat. » Scriptum à Diodoro est, lib. 16, quemadmodùm Artaxerxi Ocho cum oleæ ramis obviàm supplices venerint Sidoni; et à Livio, lib. 44, quomodò contra Epiphanem Antiochum opem rogaturi Alexandrini, cum oleæ itidem ramis, Romanorum senatum ingressi sint. Magna sanè hominum miseria, quòd in summo suo luctu et calamitate, vel inviti gaudere, tripudiare, festosque dies agitare debeant :

Non benè mendaci risus componitur ore,
Difficile est tristi fingere mente jocum.

Cùm tamen sibi hæc, invitis etiam et repugnantibus, imperarent, tanta nihilominùs Holofernis elatio, arrogantia et ferocitas erat, ut eam, ne istis quidem tot tantisque honorum et gaudiorum lenociniis, mitigare possent, v. 11. *Nam et civitates eorum destruxit, et lucos eorum excidit.* Hos arboribus consitos et opacos, diis consecratos, quis, qui vel primoribus, ut aiunt, labris, Virgilium gustàrit, ignorat? Sed et in Scripturâ idem nostrâ significatum Deuteron. 16, v. 21 : *Non plantabis lucum, et omnem arborem juxtà altare Domini Dei tui,* 3 Reg. 14, v. 23. *Ædificaverunt et ipsi sibi aras et statuas, et lucos super omnem collem excelsum,* itemque c. 15, lib. 4, c. 13. 17, 21; Jerem. 17, Mich. 5. Quid igitur? Holofernes gentilis non erat? Deos non colebat? Quomodò eorum igitur lucos excidebat? Quomodò, quæ veri Dei cultoribus præcepta erant Exod. 34, Deuteronom. 7 et 12, pii cujusdam Asæ instar 2 Paralip. 14, v. 3, faciebat? Obstupesce, ô homo, et humanam exhorresce superbiam. *Præceperat illi Nabuchodonosor rex, ut omnes deos terræ exterminaret, videlicet ut ipse solus diceretur Deus.* Quò, quò ascendis, terrula, pulviscule, vermicule? Arphaxadum vicisti, copias magnas coegisti, regnum dilatâsti; et idcircò tu statim Deus, et *Deus solus?* Benè in extremo illo suo conflictu, apud Curt. l. 4, Darius : Fragilitatis humanæ nimia in prosperis rebus oblivio est, qui l. 3, Charidemum non audierat dicentem : « Tu quidem, licentiâ regni subitò mu« tatus, documentum eris posteris hominum, « cùm se permisêre fortunæ, etiam naturam « dediscere. Si scilicet, ait idem Curt. lib. 10, « res secundæ valent commutare naturam, et « rarò nusquam erga bona sua satis cautus est. » Atque hoc idem c. 5, v. 29, de Nabuchodonosore traditur, *ut sciat omnis gens, quoniam Nabuchodonosor Deus terræ est; et præter ipsum alius non est,* et c. 6, v. 2 et 4. In capitis hujus tertii textu Græco ita inscribitur : *Erat ipsi decretum omnes terræ deos exterminare, ut ipsi soli Nabuchodonosori latriæ cultum deferrent omnes gentes, et omnes linguæ, et omnes tribus eum in deum invocarent.* De intolerabili superbiâ hâc, quæ Divinitati etiam manus injicit, dicam iterùm aliquid infra, c. 6, et 2. Machab, 9, v. 10. Legendus verò Isaias c. 14, à v. 4. Bellum ergo inferebat Holofernes non regionibus tantùm, sed et religionibus; et licet opus bonum esset ficta commentitiaque gentilium numina tollere, profana eorum fana et delubra exscindere, lucos impuritatis omnes desecare, pessimè tamen agebat Holofernes, qui verum etiam cœli terræque Deum suo à solio deturbare conaretur, extremæque illius Nabuchodonosorianæ impietatis et arrogantiæ tam sedulum sese ministrum, tamque immanem satellitem præberet. *Venit* verò ipse *ad Idumæos in terram Gabaa,* v. 15. Sed quæ ista Gabaa? Nam una quidem in Judæâ, 4 Reg. 23, v. 8, Jos. 15, v. 48, propè Maonem montem et Darumnam vel Dumem, de quâ Masius in illud caput; altera Benjamitica, quæ nefario scelere Judic. 20, et Saülis ortu 1 Reg. celebris. Si de priore agatur, nùm ad hanc Judææ partem accesserat Holofernes? et nonne *Dumæos,* quòd *Idumæos* potiùs legamus? Si de posteriore, quinam in Benjaminiâ tribu Idumæi? et nùm illò etiam sese Assyrii jam penetrârant? *Gabe,* ait Plin. l. 5, c. 18, *urbs regni instar.* Et Idumææ nomen ita quandoque amplum est, ut Gazam etiam et Ascalonem, aliaque id genus loca comprehendat, ut l. 4 Captiv. 26, monstrat Joseph, et lib. contra Appionem Græcus text. : « Venit, ait, secundùm faciem, vel in « planitiem Esdrelon prope Dotæam, quæ est « è regione Serræ magnæ Judææ, et castra« metatus est inter Gabam et Scythopolin. » Videtur ergo legendum : *Venit in Dotæos in terram Gabaa,* id est, *montanam* seu *clivosam.* *Serra* verò Hispanis quidem, ut in Ezechielicos Serrani Commentarios explicat Arias, *est*

tractus perpetuò clivosus et editus; sed Græcis in topographiâ, est locus dentium serræ instar strictus, seu fauces et angustiæ. De Scythopoli Solinus cap. 45, Plinius lib. 5, cap. 18, et ego ex D. Augustino Judic. 1, Egesippo lib. 3, cap. 19. *Dotæa* solet aliàs etiam à Septuaginta vocari Dothaim, Genes. 17, vers. 17. Postremò his in locis mensem totum hæsit, exercitum totum colligens. Varias enim simul ditiones is exercitus peragebat, cùm diversas hùc et illùc ejus partes amandaret Holofernes. Unde factum ut eodem tempore, procellæ cujusdam instar, pergeret, multasque et urbes et provincias Nabuchodonosori subderet. Græcus mentionem tantùm facit *sarcinarum et impedimentorum* colligendorum. Si porrò quæras, cur terroris tantùm tot gentibus incusserit Holofernes, cùm Assyriorum majores antea copiæ visæ fuissent, 4 Reg. 16, vers. 35, dicendum primò quidem, initio fortassè non eduxisse tantas ex Assyriâ copias, quantæ aliàs jam fuissent, sed paulatim novis quotidiè supplementis et accessionibus vehementer auctas fuisse, ut antea dictum est. Deinde magnam ducis peritiam fuisse, magnumque paulatim Nabuchodonosoris nomen extitisse, ob victum Arphaxadum, et felices Holofernis progressus. Hujus etiam sævitia et furor plurimorum animos frangebat. Etverò ita hæc omnia gerebat Holofernes, ut multò majores adhuc in dies copiæ non tam expectarentur, quàm timerentur. Semel enim et iterùm dixit cap. 2, in Græco Nabuchodonosor, *Holofernum à se præmitti;* se non ita multò post *secuturum.* At quæ quantæque cum rege ipso copiæ! quis Assyriorum flos! quod robur! Denique Dei hæc voluntas erat, ut tantò postea illustrius esset beneficentiæ potentiæque ipsius miraculum, ad quod jamjam contemplandum accingimur.

CAPUT IV.

1. Tunc audientes hæc filii Israel (1), qui habitabant in terrâ Juda, timuerunt valdè à facie ejus.

2. Timor et horror invasit sensus eorum (2), ne hoc faceret Jerusalem et templo Domini, quod fecerat cæteris civitatibus et templis earum (3).

3. Et miserunt in omnem Samariam (4)

CHAPITRE IV.

1. Les enfants d'Israël qui demeuraient dans la terre de Juda, ayant alors appris toutes ces choses, craignirent beaucoup Holoferne.

2. La crainte et l'horreur saisirent leurs esprits, appréhendant qu'il ne fît à Jérusalem et au temple du Seigneur ce qu'il avait fait aux autres villes et à leurs temples.

3. Et ils envoyèrent dans toute la Samarie,

(1) Id est, *Israelitæ,* sive *Judæi:* est enim hìc nomen generale, ut sæpè alibi, non peculiare decem tribuum. (Vatablus.)

(2) Et videntes etiam si sese Holoferni dederent, extrema omnia ab illo sibi metuenda esse, et Dei cultum abolendum, etc., statuerunt vim vi repellere, consilio quod in alio rerum statu vanum temerariumque fuisset. (Vatablus.)

(3) Il arrive peu que Dieu donne son secours, si l'on n'en sent auparavant le besoin autant qu'on le doit. Les hommes du siècle regardent comme une grande force d'esprit de ne rien craindre. Mais les serviteurs de Dieu, qui sont convaincus qu'ils ne peuvent rien par eux-mêmes, savent aussi que le sentiment de leur faiblesse est en eux le fondement et le principe d'une grande force. Il était donc nécessaire que les enfants d'Israël *fussent frappés de frayeur à la vue de cette puissance* si redoutable *d'Holoferne,* sous laquelle tous les princes et tous les peuples pliaient. Il fallait qu'ils fussent remplis de trouble et d'étonnement, afin que cette frayeur et ce trouble, les faisant défier d'eux-mêmes, les portassent à se confier en Dieu seul, et à implorer, comme ils firent, l'assistance de son bras tout-puissant.

Ce que l'Ecriture dit ici nous est d'une grande instruction ; car elle ne marque point que les Juifs craignissent la perte de leurs biens, de leur liberté, et de leur vie, mais que le sujet de leur trouble était la crainte qu'ils eurent que la ville de Jérusalem et *le temple du Seigneur* ne fussent traités comme tous les autres lieux par où Holoferne avait passé. Les Juifs avaient une profonde vénération pour ce temple, et l'on a vu dans plusieurs rencontres qu'ils étaient prêts à donner leur vie mille fois pour la conservation de ce lieu fameux, qui les distinguait de toutes les autres nations. Ce qu'ils faisaient par le zèle du Judaïsme et pour conserver ce monument si glorieux de leur religion, nous serions heureux de le faire par un vrai principe de piété, étant plus touchés dans le fond du cœur de ce qui blesse la gloire de Dieu et les intérêts de l'Eglise, que de ce qui nous touche nous-mêmes. Nous voyons bien, en effet, que Jésus-Christ s'est mis en colère lorsqu'il a vu profaner la sainteté du temple de Dieu, et *la maison de prière changée,* comme il dit, *en une caverne de voleurs;* mais on ne voit point qu'il ait témoigné de même aucune colère dans tout le temps qu'il fut entre les mains de ses ennemis, exposé à tous leurs outrages, quoique son corps fût un temple sans comparaison plus précieux que celui auquel ils paraissaient si fort attachés. (Sacy.)

(4) Erant alioqui Samaritani Judæis inimici; commune tamen periculum suadebat inire fœdus ut se ab Holoferne tuerentur. (Menochius.)

per circuitum usque Jericho, et præoccupaverunt omnes vertices montium (1).

4. Et muris circumdederunt vicos suos (2), et congregaverunt frumenta in præparationem pugnæ.

5. Sacerdos etiam Eliachim scripsit ad universos qui erant contra Esdrelon, quæ est contra faciem campi magni juxta Dothain, et universos per quos viæ transitus esse poterat (3),

6. Ut obtinerent ascensus montium, per quos via esse poterat ad Jerusalem, et illìc custodirent, ubi angustum iter esse poterat inter montes (4).

7. Et fecerunt filii Israel secundùm quod constituerat eis sacerdos (5) Domini Eliachim.

à l'entour jusqu'à Jéricho, et occupèrent tous les sommets des montagnes.

4. Et ils environnèrent leurs bourgs de murailles, et amassèrent des blés pour se préparer à cette guerre.

5. Le grand prêtre Eliachim écrivit aussi à tous ceux qui demeuraient vers Esdrelon, vis-à-vis de la grande plaine qui est près de Dothaïn, et à tous ceux dont le pays pouvait offrir un passage,

6. Qu'ils occupassent les montées des montagnes par où l'on pouvait aller à Jérusalem, et qu'ils gardassent les défilés par où l'on pouvait passer entre les montagnes.

7. Et les enfants d'Israël firent comme leur avait commandé Eliachim, grand-prêtre du Seigneur.

Hìc non accipitur Samaria pro civitate metropoli et locis sibi propinquis, in quibus habitabant gentiles de regno Assyriorum, sed pro partibus remotis in regno decem tribuum in quibus habitabant aliqui Judæi, sicut dictum fuit sup. 1, c. (Lyranus.)

(1) Acta sunt hæc antequàm Holofernes castra poneret ad Esdrelonem, Dothain, et Bethsan usque ad Gabaiticam; tunc enim ægrè admodùm peragrari potuisset Samaria, quam totam Assyrii occupabant. Legit Græcus : *Miserunt in omnem terminum Samariæ, et Conas, et Bethoron, et Belmen, et Jericho, et in Choba, et Asora, et vallem Salem.* Urbs hæc *Konas*, Κωνάς, ipsa est fortassè *Kana* Galilææ; sed præferendam censeo lectionem Bibliorum Complutensium, ferentem Κώμας, *Komas*, id est, vicos, vel pagos. *Bethoron* urbs est notissima; ejusdemque nominis geminæ erant urbes in Samaritide. *Belmen* est *Baal-maim*, vel *Beelmaim*, urbs Aquarum. Syrus legit hìc et capite 7, 3, *Abelmehula;* quæ urbs in Scripturâ notissima est, et parùm abest à torrente Cison ac valle Jezraelis. Fortè etiam accipi potest de *Abelmaim* in tribu Nephthali. Vetus Vulgata fert *Abelma, Choba*, fortè est *Cocheba* in Galilæâ, vel in Basanitide. *Asora* est facilè *Asor*, cujus nominis plures sunt urbes. Celebris quædam adjacet lacui Semechonis in superiori Galilæâ; alia pariter celebris est in Arabiâ Petræâ, et in sorte Juda. Denique *Vallis Salem* urbi Sichem proxima est. Meminit Evangelium Salim, loci propè Jordanem. (Calmet.)

(2) Aut : *cinxerunt pagos qui erant in verticibus jugisque montium;* eos muniverunt ac firmârunt. FRUMENTUM REPOSUERUNT AD COMMEATUM APPARATUMQUE BELLI NECESSARIUM ; ad necessitatem, atque ad obsidionem hostilem tolerandam. Ea adjumenta ad victum pertinentia sunt comparata et comportata. (Vatablus.)

Nam ipsorum agri recenter demessi erant, ut addunt Græca : « Reliquis casibus, ait libro « tertio, c. 3, Vegetius, potest in tempore « subveniri; pabulatio et annona in necessi« tate non habent remedium, nisi ante con« dita. » Ideòque vetus Romanorum disciplina, « in plerisque oppidis ad usum anni totius, « in aceto, frumento, larido, atque hordeo et « paleis condita habebat, » inquit in Gordiano Capitolinus. « Nam, ut ait Vegetius lib. 3, c. « 3, sæpiùs penuria quàm pugna consumit « exercitum, et ferro sævior fames est. In « omni expeditione unum et maximum consi« lium est, ut tibi sufficiat victus, hostes fran« gat inopia. Ante igitur quàm inchoetur bel« lum, de copiis expensisque solers debet esse « tractatus, ut pabula, frumentum, cæteræque « annonariæ species, quas à provincialibus « consuetudo deposcit, maturiùs exigantur, et « in opportunis ad rem gerendam, ac muni« tissimis locis, amplior semper modus, quàm « proficit, aggregetur. » Et capite 26 : « Qui « frumentum, necessariumque commeatum « non præparat, vincitur sine ferro. » (Corn. à Lap.)

(3) In Græco scripsisse legitur *ad Betyluam, et ad Betomesthaim.* Horum prima est Bethulia in tribu Simeonis, de quâ inferiùs. *Betomesthaim* est *Bethsames*, vel, ut efferunt Syri, *Betomesta.* Urbes Esdrelon, Dothain, et alia loca versiculo præcedenti descripta, brevi ab exercitu Holofernis occupata sunt; cujus copiis ne restitisse quidem videntur Israelitæ, quibus summus sacerdos per litteras mandaverat, ut aditus defenderent. Impares se facilè reputârunt, ut validissimo huic exercitui resisterent. Satis habuerunt occupare fauces Juda et Hierosolymæ propinquiores, uti statim narrabitur. (Calmet.)

(4) Græcus : *Angustus accessus erat, ut duo ex æquo homines transire non possent.* Idem est locus qui, capite præcedenti, v. 13, *Serra Judææ* appellatur; eâdemque phrasi mirè exprimitur nexus perpetuus montium, qui vix aditum inter angustissimas fauces relinquit. Eam vocem servant in vernaculo sermone Hispani apud quos *Serra* est montium nexus. (Calmet.)

Διακατασχεῖν τὰς ἀναβάσεις τῆς ὀρεινῆς, *ut occuparent ascensus montanæ regionis;* aditus montium quibus hostis in Judæam venire posset. (Vatablus.)

(5) ὁ ἱερεὺς ὁ μέγας, id est, *summus pontifex*,

8. Et clamavit omnis populus ad Dominum instantiâ magnâ, et humiliaverunt animas suas in jejuniis et orationibus, ipsi et mulieres eorum (1).

9. Et induerunt se sacerdotes ciliciis, et infantes prostaverunt contra faciem templi Domini, et altare Domini operuerunt cilicio (2) :

10. Et clamaverunt ad Dominum Deum Israel unanimiter, ne darentur in prædam infantes eorum, et uxores eorum (3) in divisionem, et civitates eorum in exterminium, et sancta eorum in pollutionem, et fierent opprobrium gentibus (4).

8. Et tout le peuple cria vers le Seigneur avec grande instance; et ils humilièrent leurs âmes dans les jeûnes et les prières, eux et leurs femmes.

9. Les prêtres se revêtirent de cilices; et les enfants se prosternèrent devant le temple du Seigneur; et l'on couvrit d'un cilice l'autel du Seigneur.

10. Puis ils crièrent tous unanimement vers le Seigneur Dieu d'Israël, afin qu'il ne permît pas que leurs enfants fussent donnés en proie, leurs femmes distribuées aux vainqueurs, leurs villes détruites, leur sanctuaire profané, ni qu'eux-mêmes devinssent l'opprobre des nations.

qui summam sacerdotii dignitatem obtinebat. (Vatablus.)

Et *senatus universi populi Israel, qui sedebat in Jerusalem,* addit Græcus.

(1) Græcus : *Ipsi, et uxores ipsorum, et infantes ipsorum, et jumenta ipsorum; et omnis incola, vel mercenarius, et argento emptus ipsorum, imposuerunt saccos super lumbos suos.* (Calmet.)

Illustre exemplum voluntariæ afflictionis et humiliationis suî coram Deo, quo ostenditur nobis Christianis quid etiam nos facere debeamus, maximè tempore afflictionis et pœnitentiæ. Sed et fructum hujus voluntariæ castigationis declarat sacerdos magnus dicens : *Scitote, quoniam exaudiet Dominus preces vestras, si manentes permanseritis in jejuniis et oratione in conspectu Domini.* Porrò quod hìc additur : *Et altare Dei operuerunt cilicio*, id factum in signum luctûs publici, et ad provocandam misericordiam Dei tali externo cultu ipsius altaris. Non dissimile est, et fortè ex antiquâ istâ Judæorum consuetudine tractum, quòd tempore quadragesimalis jejunii, quod est tempus pœnitentiæ, Christiani, quicquid in templis speciosum et pulchrum est, velant quibusdam tegumentis, scilicet ad significandum publicum luctum, tristitiam et humiliationem, sicut contra ornatus est signum publicæ lætitiæ. (Estius.)

(2) Ut ad altaris atratum, et quodammodò sordidatum aspectum populus magis incitaretur ad luctum, et inde ad orationem, et cognosceret altari temploque indictum esse bellum, profanandam et sordidandam veterem religionem. Hâc etiam miserandâ specie admoneri videtur Deus, ut suam ipse causam tueatur, et nomen ubique terrarum venerabile, ab omni vindicet ignominiâ. (Vatablus.)

Sic aliquando ostium Ecclesiæ obstruitur spinis in signum afflictionis. (Lyranus.)

(3) Gravissima sunt ad excitandam misericordiam, peccatorum pœnitentia, et sordes habitus, cinis, et innocentium clamor et ejulatus. Illud de *infantibus* in luctûs partem venientibus, fuit legitimum in rerum angustiis, Joel 2, 16. Qui procul ab urbe temploque distabant, et ipsi orabant ad templum conversi, et conversos ante faciem templi prostraverunt infantes, ut illorum miserabili aspectu et ploratu, aliorum compungeretur animus, et inflammaretur oratio.

Orant pro infantibus, ne sint prædæ barbaris, et à materno complexu distracti, ad servitutem et mortem adducantur ; orant pro uxoribus ne ludibrio sint hosti victori, et in impurorum militum petulantiam incurrant.

Uxores eorum in divisionem, quæ verba sensum exhibent supra expositum ; vel significant ipsos orare ne viri ab uxoribus separentur, aut morte, aut eò quòd viri et uxores captivi varias in regiones abducantur. (Vatablus.)

(4) Les Israélites usèrent d'abord de toutes les précautions possibles pour se défendre de la surprise des ennemis. Mais il paraît bien qu'ils n'y mettaient pas leur confiance ; ils firent tout ce qui dépendait d'eux, parce que Dieu nous oblige de ne négliger aucun des moyens qui sont en notre pouvoir. Mais étant très-convaincus de ce que le plus saint de tous leurs rois avait déclaré : *Qu'en vain ceux-là veillent qui sont établis pour la garde d'une ville, si Dieu même ne les garde,* ils eurent recours à l'humiliation, aux prières, et aux jeûnes, comme aux armes qui pouvaient seules les rendre invincibles, en leur procurant la protection toute-puissante du Dieu d'Israël. Il n'y a point, en effet, de puissance sur la terre qui soit capable de résister à cet humble abaissement d'une âme ou d'un peuple qui crie vers Dieu par ses larmes, et qui reconnaît que toute sa force ne peut lui être donnée que d'en-haut.

Faisons donc aussi nous autres ce que fit alors le peuple de Dieu. Nous sommes sans cesse attaqués par le démon, dont l'orgueil, comme celui d'Holoferne, ne peut souffrir que nous refusions de lui être assujettis. Veillons et *fermons-lui* avec soin *toutes les* différentes *avenues des montagnes;* et *mettons une bonne garde dans tous les détroits par où* cet esprit artificieux et superbe *pourrait passer;* c'est-à-dire, *ne lui donnons aucun lieu,* comme dit l'Apôtre, pour entrer en nous. Mais soyons en même temps persuadés que quand nous ferons tout notre possible pour nous défendre d'un ennemi si redoutable, nous avons besoin encore de tout le secours de Dieu : et que nous ne pouvons mériter ce divin secours, qu'en nous convertissant vers lui, qu'en versant des

11. Tunc Eliachim, sacerdos Domini magnus, circuivit omnem Israel (1), allocutusque est eos,

12. Dicens : Scitote quoniam exaudiet Dominus preces vestras, si manentes permanseritis in jejuniis et orationibus in conspectu Domini.

13. Memores estote Moysi servi Domini, qui Amalec confidentem in virtute suâ, et in potentiâ suâ, et in exercitu suo, et in clypeis suis, et in equitibus suis, non ferro pugnando, sed precibus sanctis orando dejecit (2).

11. Alors Eliachim, le grand-prêtre du Seigneur, alla dans tout le pays d'Israël, et parla au peuple,

12. Disant : Sachez que le Seigneur exaucera vos prières, si vous persévérez toujours dans le jeûne et dans la prière devant le Seigneur.

13. Souvenez-vous de Moïse, serviteur de Dieu, qui en combattant, non par le fer, mais par de saintes prières, défit Amelec, qui se confiait en sa force, en sa puissance, en son armée, en ses boucliers, en ses chariots et en ses cavaliers (1).

larmes, qu'en nous mortifiant par le jeûne, et qu'en le pressant avec de grandes instances qu'il ne souffre pas que nous, qui avons l'honneur d'être son temple, et *son sanctuaire* où il daigne reposer, soyons *exposés en proie* à son *ennemi.* (Sacy.)

(1) Versiculum hunc cum quatuor sequentibus omittens, Græcus pro illis hæc habet : *Exaudivit Dominus voces eorum, et inspexit tribulationem eorum. Et fuit populus jejunans dies plures in omni Judæâ et Jerusalem coram Sanctuario Dei omnipotentis.* (Calmet.)

Tunc Eliachim sacerdos Domini magnus circuivit omnem Israel, ut omnes ad constantiam, confidentiam et perseverantiam in orationibus et jejuniis hortaretur, promittens eis, si id facerent, victoriam. « Præcepta Christi, ait « S. Ambr. serm. 86, arma sunt Christianis ; « et divinus timor terrorem à nobis expellit « hostilem. Arma autem hæc nostra sunt, « quibus nos Salvator instruxit : oratio, mise« ricordia, atque jejunium. Jejunium enim « meliùs quàm murus tuetur, misericordia faci« liùs liberat quàm rapina ; oratio longiùs vul« nerat quam sagitta. Sagitta enim non nisi « proximè conspectum percutit adversarium ; « oratio autem longiùs positum vulnerat ini« micum. » Græca fusiùs hìc habent : *Joachim summus pontifex, atque omnes qui coram Domino stabant sacerdotes, cœterique qui Domino ministrabant, saccis lumbos suos accincti offerebant juge illud holocaustum, et vota, et voluntaria populi donaria ; pulvisque super eorum cidares,* seu *mitras erat, et clamabant ad Dominum ex totâ virtute suâ, in bonum ;* sive, *ut ad benefaciendum et subveniendum visitaret omnem domum Israel.* Pontificem hunc imitentur episcopi et principes, populos sibi commissos circumeant, visitent, animent, instruant, corrigant. (Corn. à Lap.)

(2) Hæc historia habetur Exod. 17, ubi dicitur : *Cùmque levaret Moyses manus, vincebat Israel ; sin autem paululùm remisisset, superabat Amalec,* et subditur ibidem : *Et factum est ut non lassarentur manus ejus usque ad occasum solis ; fugavitque Josue Amalec, et populum ejus in ore gladii.* (Lyranus.)

Nota. Eliachim, æquè ac Moyses, duo hìc ad bellum præcipit : primùm, ut Deum invocent, ab eoque victoriam postulent et expectent ; secundùm, ut urbes suas muniant, transitus occupent, omniaque humana præsidia ad resistendum conquirant. Deus enim non adjuvat desides, sed laborantes et pugnantes. Vidit hoc gentilis Cato apud Sallust. in bello Catil. dicens : « Non votis, neque suppliciis « muliebribus auxilia deorum parantur ; vigi« lando, agendo, benè consulendo, prosperè « omnia cedunt, » nimirùm :

Altitonans adjuvat non tonantem, sed conantem. (Corn. à Lap.)

(1) Les exercices de ces peuples étaient sans doute bien différents de ceux des armées ordinaires. Aussi cette guerre était la guerre de Dieu. On n'y voit point, comme on l'a dit, de prince qui y commande. C'est le grand-prêtre du Seigneur qui va donner ses ordres partout, afin d'exhorter les peuples à user d'abord de toutes les précautions nécessaires pour se défendre de l'ennemi, mais à mettre principalement sa confiance en Dieu. Au lieu du bruit des trompettes et des autres instruments destinés pour les combats, on entend de grands cris de tous les peuples, accompagnés de soupirs et de larmes. On fait retentir à tous moments des prières que l'on adresse au Seigneur ; on *se couvre de cilices*, et on *se prosterne devant Dieu.* Qui d'entre les Assyriens ne se fût moqué des Israélites, et ne les eût regardés avec mépris, comme des gens saisis de frayeur et indignes de combattre? Cependant il n'y avait que cette profonde humiliation de tout un peuple qui fût digne d'être opposée à l'excès de l'impiété et de l'orgueil d'Holoferne. Les autres peuples et les autres princes avaient tous plié sous l'effort de sa puissance. Mais celui-ci, au lieu de plier sous Holoferne, *s'humilie*, selon l'expression de saint Pierre, *sous la main puissante de Dieu.* Et en s'abaissant sous le Tout-Puissant, il mérite de triompher de l'orgueilleux et de l'impie.

Aussi le grand-prêtre lui donna bientôt cette assurance de la part de Dieu, *que s'il persévère dans le jeûne et dans la prière,* ses vœux *seront exaucés*, c'est-à-dire qu'il ne suffit pas d'avoir commencé à s'humilier, à jeûner et à prier, lorsqu'on a quelque dangereux ennemi à combattre, mais qu'il faut persévérer avec foi dans ces exercices, en attendant le secours de Dieu, et le temps auquel il lui plaira de l'envoyer. Car les hommes sont si superbes, et, par conséquent, si impatients, qu'ils voudraient être exaucés dans le moment qu'ils demandent une chose. Il est vrai que Jesus-

14. Sic erunt universi hostes Israel, si perseveraveritis in hoc opere quod cœpistis.

15. Ad hanc igitur exhortationem ejus deprecantes Dominum, permanebant in conspectu Domini,

16. Ita ut etiam hi qui offerebant Domino holocausta (1), præcincti ciliciis (2) offerrent sacricia Domino, et erat cinis super capita eorum.

17. Et ex toto corde suo (3) omnes orabant Deum, ut visitaret populum suum Israel.

14. C'est ainsi que seront tous les ennemis d'Israël, si vous persévérez dans cette œuvre que vous avez commencée.

15. Le peuple étant donc touché de cette exhortation, priait le Seigneur, et demeurait toujours devant Dieu :

16. En sorte que ceux mêmes qui offraient des holocaustes au Seigneur, lui présentaient les victimes, étant revêtus de cilices et ayant la tête couverte de cendre.

17. Et tous priaient Dieu de tout leur cœur, qu'il lui plût de visiter son peuple d'Israël.

Christ nous a assurés que nous recevrons, si nous demandons. Mais en même temps qu'il nous a dit : *Demandez, et vous recevrez*, il a ajouté, pour faire voir qu'il faut demander avec ardeur et persévérance : *Cherchez, et vous trouverez. Frappez à la porte, et elle vous sera ouverte.* Si les Juifs avaient obtenu tout d'un coup la défaite de leurs ennemis, ils en auraient beaucoup moins estimé l'assistance du Seigneur, puisque ce qu'on obtient aisément s'oublie aussi aisément. Il fallait donc qu'ils persévérassent long-temps dans les jeûnes et dans les prières. Et c'était à cette persévérance qu'on promettait la victoire, comme on le verra encore davantage dans la suite. (Sacy.)

(1) Οἱ λειτουργοῦντες Κυρίῳ, *qui ministerio Dominico officioque sacerdotali fungebantur*; qui sacra procurabant, qui rebus divinis deserviebant. Ciliciis. In linteis jubentur sacrificare sacerdotes; at subter gestare potuêre cilicia; neque cinis inspersus capiti sacrificali instituto repugnat. (Vatablus.)

(2) In Græco : *offerebant holocaustum jugis sacrificii, et votiva, et spontè à populo data.* De holocausto jugi sive quotidiano vide Exodi 29, 42, Numer. 28, 3; de votivo sacro, Levitici 27, 9; de voluntario, Levitic. 7, 6.

Et erat cinis super capita eorum. In Græco : *et erat cinis super cidares eorum.* Cidarem in capite habebant omnes sacerdotes, Exodi 28, 40. Plutarchus de Judæis agens, 4 Convivalium, *sacerdos mitram fert.* (Grotius.)

Cilicia hæc alia erant à nostris : quippe quæ vestes essent lugubres ac rudes. Leges rituales sacerdotum Judaicorum imperabant ne sisterent se, ministrarentque in templo, nisi solemnibus vestibus induti; minimè tamen vetabant ne sub tunicis sacerdotalibus cilicio induerentur. Insuper consuetæ leges prohibentes ne vestibus scissis ac lugubribus sacerdotes accederent ad templum, cessabant in singularibus hisce rerum articulis, qui communis regulæ exceptio esse poterant. Describit Josephus sacerdotes sistentes sese scissis vestibus ac sordidatâ cinere comâ coram populo, ut illum ad obedientiam Flori perducerent, cupientis ut obviàm Romanis militibus, Cæsareâ venientibus, populus occurreret.

Legimus in Græco summum sacerdotem Joachimum cæterosque ministros Domini accinctos fuisse saccis, et obtulisse *holocaustoma jugis sacrificii, et vota, et spontanea dona populi. Et erat*, addit, *cinis super cidaras eorum.* Vetus Vulgata legit : *Præcincti ciliciis in lumbis suis, offerentes holocausta instantiæ, et erat cinis super cidares eorum.* Hortatur Joel 1, 13, sacerdotes in publicâ calamitate : *Accingite vos et plangite; ingredimini, cubate in sacro.* (Calmet.)

(3) Ἐκ πάσης δυνάμεως, *omnipotentiâ*, id est, vi animi clamabant ad Dominum; omni animi contentione τῇ ἐκτενείᾳ. Εἰς ἀγαθὸν ἐπισκέψασθαι, *in bonum visitaret*, id est, ad salutem. Duplex enim est Domini ἐπίσκεψις : una salutaris, plenaque misericordiæ; altera severa, ad judicium comparata. (Vatablus.)

TRANSLATIO EX GRÆCO.

1. Et audierunt filii Israel habitantes in Judæâ, omnia quæcumque fecerat Olophernes gentibus, princeps militiæ Nabuchodonosor regis Assyriorum, et quomodò spoliaverat omnia templa earum, et dederat ea in perditionem. — 2. Et timuerunt valdè à facie ejus, — et pro Hierusalem, et templo Domini Dei sui turbati sunt : — 3. Quoniam recentes ascenderant è captivitate, et nuper omnis populus collectus fuerat Judææ : et vasa et altare, et domus ex pollutione fuerant sanctificata. — 4. Et miserunt in omnem terminum Samariæ, et Conas, et Bethoron, et Belmen, et Hiericho, et in Choba, et Azora, et vallem Salem. — 5. Et præoccupaverunt omnia cacumina montium excelsorum, — et muris circumdederunt pagos qui in eis, et reposuerunt in rem frumentariam ad apparatum belli; quoniam recenter fuerant campi ipsorum demessi. — 6. Et scripsit Joacim sacerdos magnus, qui erat in diebus illis in Hierusalem, habitantibus Betylua, et Betomesthæm, quæ est è regione Esdrelon super faciem campi, qui prope Dothaim. — 7. Dicens obtinere ascensiones ipsius montanæ : quoniam per eas introitus in Judæam : et erat

facile prohibere eos accedentes, quòd angustus accessus erat, duos super omnes viros. — 8. Et fecerunt filii Israel, sicut constituit eis Joacim sacerdos magnus, et senatus universi populi Israel, qui sedebant in Hierusalem. — 9. Et exclamaverunt omnis vir Israel ad Deum in instantiâ magnâ, et humiliaverunt animas suas in instantiâ magnâ. — 10. — Ipsi, et uxores ipsorum, et infantes ipsorum, et jumenta ipsorum; et omnis incola, vel mercenarius, vel argento emptus ipsorum, imposuerunt saccos super lumbos suos. — 11. Et omnis vir Israel, et mulier, et pueri, et habitantes in Hierusalem, ceciderunt ad faciem templi, et cinere consperserunt capita sua, et extenderunt saccos suos ad faciem Domini. Et altare sacco circumtexerunt. — 12. Et clamaverunt ad Deum Israel unanimiter assiduè, ut non daret in direptionem infantes ipsorum, et uxores in prædam, et civitates hæreditatis ipsorum in perditionem; et sancta in pollutionem, et opprobrium, gaudium gentibus. — 13. Et exaudivit Dominus vocem eorum, et inspexit tribulationem eorum. Et fuit populus jejunans dies plures in omni Judæâ, et Hierusalem, ad faciem sanctorum Dei omnipotentis. — 14. Et Joacim sacerdos magnus, — et omnes assistentes ante Dominum sacerdotes, et ministrantes Domino, saccis accincti lumbos suos, — offerebant holocausta jugis sacrificii, et vota, et spontanea dona populi. — 15. Et erat cinis super cidaras eorum. — Et clamabant ad Dominum ex omni virtute in bonum visitare omnem domum Israel.

COMMENTARIUM.

Accedit modò belli hujus incendium ad Judæam proximè, fuitque Judæis cum populis aliis tremor et horror communis, vers. 1 et 2, sed sese suaque sacra defendendi animus et studium proprium. Et fuit hoc bipartitum. Præsidia siquidem adhibuerunt humana et divina, quorum optimam et necessariam esse consociationem tam Scriptura quàm ratio demonstrat. Qui nobis ingenium, industriam, manus, ferrum et lapides dedit Deus, ea nobis frustra dedisse non vult. Idemque rursùm qui ista dedit, non omnem in hisce spem à nobis collocari, sed eam à se semper pendere, nos à se gubernari et adjuvari voluit, idque ita nos intelligere, ut hanc ejus opem votis precibusque ardentissimis et humillimis rogemus atque obtestemur. Non votis, aiebat in Catilinario Sallustii bello Procius Cato, « neque suppliciis muliebribus auxilia deorum « parantur; vigilando, agendo, benè consu- « lendo prosperè omnia cedunt. » Sanè verò sunt hæc posteriora facienda omnia. Sed et illa conjungenda, quibus certissimè vera veri Dei auxilia parantur. Tùm enim, quod ille postea queritur, non socordiæ nos atque ignaviæ damus, ut sit idcircò Deus iratus et infestus, sed sanctissimum ipsius numen, sine quo noster omnis labor inanis, propitiamus et obsecramus, ut adesse tuerique nos dignetur; simulque operi manum admovemus, naviter sedulòque laboramus, vigilamus, signa tollimus, prælia inimus. Utriusque rei conjunctionem vel unum illud, cujus paulò post mentio, v. 13, illustrissimum demonstrat exemplum: Moyses orare voluit, neque tamen hoc solum, sed manum etiam cum hoste conserere, neque id quoquo modo, sed adhibito consilio, curâ et delectu. *Elige,* ait ipse Josuæ, *viros, et egressus pugna contra Amalec.* Rursùm ita consilium, curam, delectumque adhibuit, ut non in iis poneret omnia, sed *cras,* ait, *ego stabo in vertice collis, habens virgam Dei in manu meâ;* factumque totum valdè probavit Deus. *Cùm levaret Moyses manus, vincebat Israel; sin autem paululùm remisisset, superabat Amalec.* Quatuor igitur humanæ industriæ opera, quæ Judæi jam adhibuerint, recenset textus noster. Primò enim, qui in terrâ Juda commorabantur, vers. 1, *miserant in omnem Samariam per circuitum, usque Jericho*, vers. 3, dictum antea Samaritanos, certam ob causam, Judæis hoc sese tempore conjunxisse. Israelitarum verò non paucos, post Assyriacam transportationem, suâ in patriâ residuos adhuc fuisse planum est ex 2 Paralip. 30, vers. 1: *Misit Ezechias ad omnem Israel et Judam, scripsitque epistolas ad Ephraim et Manassen, ut venirent ad domum Domini in Jerusalem, et facerent Phase Domino Deo Israel.* Et versu 5: *Decreverunt ut mitterent nuntios in universum Israel, à Bersabe usque Dan, ut venirent et facerent Phase Domino Deo Israel.* Et vers. 6: *Revertimini ad Dominum Deum Abraham, et Isaac, et Israel; et revertetur ad reliquias quæ effugerunt manus regis Assyriorum.* Rursùmque v. 10: *Cursores pergebant velociter de civitate in civitatem et Manasse, usque ad Zabulon, illis irridentibus et subsannantibus eos. Attamen quidam viri ex Aser, et Manasse, et Zabulon, acquiescentes consilio, venerunt in Jerusalem; magna etiam*, v. 18, *pars populi de Ephraim, et Manasse, et Issachar, et Zabulon, quæ sanctificata non fuerat, comedit Phase.* Deinde, *præoccupare*

runt omnes vertices montium. Hi erant multi admodùm et prærupti circa istas partes, ut perspicuum est ex 1 Reg. 23, 24, ex S. Lucâ *Judææ montana* referente cap. 1, vers. 39 et 65, Josepho Captivit. lib. 4, cap. 27, ubi juxta Esdrelonis campum magnum duos magnos describit, quorum alter *Ferreus* vocabatur, et eodem libro cap. 6, inter campum hunc et Scythopolin, medium esse ait montem *Itabyrium*, qui aliàs *Thabor* dicitur. Hæc verò et alia, quæ opportunissimè facta sunt, Eliachimi sacerdotis magni consilio et auctoritate facta esse tradit vers. 5, ubi Græcè dicitur montium istorum angustias tantas alicubi fuisse, ut *bini solummodò transire ipsas possent.* Tertiò, *muris circumdederunt vicos suos.* Solent communiter ab urbibus distingui vici, sive ἀπὸ τῶν πόλεων αἱ κῶμαι, quòd illæ muris, hæ nullis cingantur. Sed necessitas, vel alia quæpiam opportunitas, his etiam muros quandoque dat, ut apud Josephum lib. 4 Captiv. 25. Quòd si vicos muris circumcingere voluerunt, quando ipsi magis in urbium mœnibus reficiendis, vallandis, omnique opere communiendis elaborârunt? Quartò, *congregaverunt frumenta in præparationem pugnæ*, ut obsidionum scilicet moras ferre possent. Alioqui non tam hostis quàm fames infesta. « Reliquis casibus, ait, lib. 3, c. 3, Vegetius, potest in tempore subveniri : pabulatio et annona in necessitate non habent remedium, nisi ante condita. » Ideòque vetus Romanorum disciplina « in plerisque oppidis, ad usum anni totius, in aceto, frumento, larido, atque hordeo et paleis condita habebat, » inquit in Gordiano Capitolinus. Quomodò verò frumentationi huic vacare Judæi potuerunt, cùm supra, cap. 2, in diebus messis Holofernem sata omnia succendisse dictum sit; explicat hoc loco Græcus textus, ὅτι προσφάτως ἦν τὰ πέδια αὐτῶν τεθερίσμενα. *Nam ipsorum agri recens demessi erant.* Idem verò textus alia etiam duo admonet: Unum, vers. 3, cur sibi et templo tantoperè Judæi timuerint: sed capite sequenti hoc explicandum. Alterum, quæ speciatim loca fuerint ad quæ Hierosolymitani, vers. 4, miserint, præter Samariam, videlicet Κωνάς, Βαιθωρὼν, Βελμὲν, Ἱεριχὼ, Κωβὰ, Αἰσωρὰ αὐλὼν, Σαλὴμ, *vallis Salem.* Complutensis tamen editio primo loco legit Κόμας, secundo Βεθωρὼ, sexto Ἐσωρή. Rursùm, vers. 5, dicit Joacimum scripsisse Bethuliam incolentibus, et Betomesthaim, quæ ex adverso est Esdreloni, in facie campi qui est juxta Dothaim.

QUÆSTIUNCULA PRIMA.

Quis Eliachim hic?

Hoc in capite dicitur *sacerdos* simpliciter, vers. 6; et *sacerdos Domini magnus*, vers. 11. At cap. 15, vers. 9 : *Joachim summus pontifex.* Eumdem verò esse qui duobus nominibus vocetur, intelligi potest : primò quidem ex eo quòd in Græco bis hoc loco sit Ἰωακὶμ ὁ ἱερεὺς ὁ μέγας; deinde, quòd in aliis etiam hominibus videamus, eum qui horum nominum alterum haberet, altero quoque insigniri. Nam Josiæ filius, rex post illum secundus, et *Eliachim* et *Joacim* dictus est, lib. 4 Reg. 24. Verumenimverò in Hebræorum pontificum catalogo unus tantùm à Josepho Ἰωακὶμ nominatur lib. 11, cap. 5, qui, ut paulò post dicam, Jesu filius, et rursùm unus Ἰάκιμος ponitur in libro ult. cap. penult., is ipse qui in Machabæorum libris *Alcimus* dicitur. Philo igitur ille prolegom. secundo citatus, esse censet Josedechi filium, quia alio nomine apud Zachariam c. 3, *Jesus;* Nehemiæ 12, *Josuæ.* At istud supra eversum, cùm historiam istam priusquàm Babylonica evenisset captivitas, evenisse dictum est. Deinde multò commodiùs *Joacimus* Jesu istius filius, ut apud Lyranum et Carthusianum à quibusdam fit, constitueretur, de quo Nehemiæ 12, vers. 10 et 26, et apud Josephum libro 11, cap. 5. Bellarminus verò, lib. 1 de Verbo, cap. 12, rectè hunc pontificem fuisse docuit Manassæ temporibus, inter Sobnam, qui fuit pontifex tempore Ezechiæ, Isaiæ cap. 22, vers. 15, et Helciam, qui fuit tempore Josiæ, 4 Reg. 24, vers. 9 et 14. Nam ità olim etiam tradidit in Chronologiâ suâ Nicephorus Constantinopolitanus, et pervincit Isaiæ textus cap. 22. Pontificis enim ornamenta et insignia Sobnæ illi detrahenda, et in Eliachimum transferenda, dicuntur *tunica, balteus*, seu, ut à Septuaginta vertitur, *stola, corona gloriosa, potestas, patris nomen et auctoritas* in Judæos omnes, *clavis domus David super humerum*, et alia quæ imago et umbra quædam fuerunt summæ Christi Domini potestatis, Apocalyp. 3, vers. 7, in domo David, quæ est Ecclesia, *columna et firmamentum veritatis*, 1 Timoth. vers. 15. Ad hæc, quæ contra disserit Wittakerus, plumæ instar habent. « Bellarminus, ait, non attendit illum Eliachimum, de quo in Ezechiæ historiâ legimus, non sacerdotem fuisse, sed præfectum aliquem, de tribu Judah et familiâ Davidis, ut Isaiæ 22 et 4 Reg. 18. Successit enim Sobnæ, qui fuit aut scriba

« regius, ut aliqui vertunt, aut cancellarius, « ut alii, aut præfectus prætorio, ut alii. Sa« cerdos nec fuit, nec omninò esse potuit. » At benè quidem attendit Bellarminus, tu verò planè vel dormitas, vel somnias. Nam et Septuaginta Interpretes, ut sacerdotem Sobnam, seu, ut ipsi vocant, Somnam, indicarent, sacerdotalem ei domum fuisse dixerunt, eamque τὸ παστοφόριον vocârunt; templi siquidem exedras ita nuncupatas dixi 3 Reg. cap. 7, et dicam 1 Machab. 4. D. Cyrillus in hunc Isaiæ locum breviter: « Pastophorium, ait, est cubi« culum ejus qui templo præpositus est. » Divus Hieronymus ibidem, « est thalamus in quo « habitat præpositus templi. » An in sacris templi exedris politici scribæ, cancellarii, prætores habitabant? Certè templorum, eorumque thesaurorum custodes etiam Horapollo, lib. 1, cap. 41, παστοφόρους nuncupat. Quid, quæ præposita insignia? Nùm in civiles aut scribas, aut cancellarios, aut prætores congruunt? Quanquàm tot ista, quæ è receptâ versione discedunt, inter se perpetuò dissident. D. Cyrillus loco citato, cùm quæsiisset an Sobna quæstor esset regiarum, an sacrarum pecuniarum: « Videtur, ait, potiùs sacræ pecuniæ colligen« dæ, et rebus necessariò et utiliter interdùm « ad restaurationem sacrorum vasorum expen« sis præstitutus fuisse. Narrant etiam illum « ex sanguine Levitico esse, et sacerdotii or« namentis insignem habitum fuisse. » Iterùmque postea: « Cùm autem abductus esset et « ipse in captivitatem (cum Manasse scilicet), « sacerdotii ipsius corona ablata est. » Et postea: « Contra Somnam quæstorem, sacerdo« tii quidem dignitatem consecutum, fertur « Isaiæ narratio. » Ad ista si attendisset Wittakerus, nùm Sobnam sacerdotem negâsset? Pergit verò de Eliachim S. Cyrillus: « Quòd « sacerdotii, ait, honorem ei collaturus esset « Deus perspicuum facit, cùm se coronaturum « illum pollicetur, et cùm dicit se togam ei « daturum, et dispensationem, et potentiam, « id est, ut posset subditis manui suæ populis « imperare. » Sunt et in Procopio, quæ hisce astipulentur. Sed D. Hieronymus, cùm Sobnam *quæstorem et dispensatorem thesaurorum domûs Dei* dixisset: *Transferet,* ait, *Dominus sacerdotium tuum; et, qui quondam habebas coronam pontificis et sanctificationem in auri laminâ, in quâ erat scriptum nomen Dei, coronaberis tribulatione et angustiâ*. Videmus ergo quemadmodùm tam Sobna quàm Eliachim sacerdotes fuerint, maximæ quidem, ambo, cùm ista Isaias vaticinaretur, in templo dignitatis; postea verò pontifici, et dejecto, inque captivitatem unà cum Manasse rege abducto Sobnæ, bonum sanctumque nostrum Eliachim successisse. Neque tam felix fuit idem Sobnas, ut cum rege pœnitentiam ageret, Domini misericordiam imploraret, Hierosolymamque tandem rediret; sed in vinculis et ferro mortuus est, Isaiæ 22, versu 18. Addo verò, etiamsi hos regis scribas, aut cancellarios, aut prætorio præfectos fuisse, quasi connivendo, daremus, exinde tamen haudquaquàm effici sacerdotes non fuisse. Nam hujusmodi etiam munia interdùm obibant illius temporis sacerdotes, prout contra Wittakerum, farinæ alioquin ejusdem homo, docet Cornelius Bertramus lib. 1 de Republicâ Judæorum. Mutit tamen adhuc nescio quid Wittakerus. « Jose« phus, ait, lib. ult. Antiquit. Judæorum, re« censens omnes Judæorum pontifices, nullum « aut Eliachimum, aut Joachimum circa hæc « tempora nominat. » Et hìc iterùm non attendit iste quid dicat. Non enim illìc, libro scilicet 20, cap. 8, recenset Josephus omnes Judæorum pontifices; sed aliorum summâ contentus, eorum tantùm edit nomina, qui ab Antiocho Eupatore fuerunt. Quia tamen, ut ipse antea objiciebam, eorum qui à Salamonis tempore usque ad captivitatem pontificatum gesserunt, nomenclaturam proponit lib. 20, cap. 11, Josephus, cur in iis Joachimus nullus? Ego quidem in Machabæis ostendam vacillare aliquantulùm pontificias istas Josephi recensiones; nunc tamen dico Eliachimum esse, qui vel Ωδέας vel Σαλδοῦμος ab illo vocatur. Sed habeat Wittakerus istius etiam rei, è suorum numero, testem aliquem; Reineccius tomo 2, fol. 255: « Sadocus, ait, absque dubio « Eliacimus est, » et postea: « Sadocum se« cundum sub Ezechiâ et Manasse, ipsum esse « (ait) qui à Josepho Odeas, à Nicephoro Cal« listo Joas, à Nicephoro Constantinopolitano « Eliacim vocatur. » Si verò veterem Ruffianam Josephi versionem legas lib. 10, c. 5, invenies quidem *Heliachim* Josiæ tempore. Sed neque iste noster est; neque in Græco Josephi textu est *Heliachim,* sed Ἐλιακίας, qui 4 Reg. 22, *Helcias,* cujusmodi etiam nomen Eliachimi nostri patri fuerat, Is. 22, v. 22.

QUÆSTIUNCULA II.

Cur pontificis tanta, regis nulla usquàm mentio?

Expedita eorum responsio est, qui Persicorum regum temporibus historiam istam anne_

ctunt. Nullus, inquiunt, Judæorum rex tùm erat, ideò nulla ejus mentio. Qui verò ante illa tempora eam collocant, hoc de rege silentium vel Josiæ regnantis pueritiæ, vel Manassæ capti et absentis vinculis adscribunt. Mihi verò, cum Bellarmino videtur probabilius, post emissum liberatumque Manassen, bellum hoc totum exarsisse. Primò quidem propter ea quæ cap. 1, quæst. 2, dicta sunt; deinde quia cap. 5, vers. 23, dicitur: *Nuper reversi ad Dominum Deum suum ex dispersione, quâ dispersi fuerant.* Quæ verò ante illas sub ultimis regibus captivitates dispersio Judææ tribûs alia quàm Manassæa? Rege siquidem capto et Babylonem abducto, plurimi cum eo simul capti et abducti, et in his, ut supra dictum est, Sobnas pontifex maximus. Tertiò in Græco hujus ipsius capitis contextu, causa cur ab Holoferne adeò Judæi trepidarent, hæc affertur vers. 3, *quia recens è captivitate ascenderant.* Et nota illud *recens.* Significat enim temporis non valdè multùm elapsi, ut infrà, cùm vers. 4, dicuntur *recenter agri demessi.* Quartò, infra, cap. 8, v. 18, magna populi emendatio significatur. *Non sumus*, ait Judith, *secuti peccata patrum nostrorum, qui dereliquerunt Deum suum, et adoraverunt deos alienos; pro quo scelere dati sunt in gladium et in rapinam, et in confusionem inimicis suis. Nos autem alterum Deum nescimus præter ipsum.* Et Græcè adhuc significantiùs: *Non surrexit in generationibus nostris* (apud Bethulienses scilicet), *neque est hodierno die aut tribus, aut familia, aut populus, aut civitas ex nobis, qui adorent deos manufactos, sicuti factum est prioribus diebus.* Quintò convenientiùs explicantur omnia, dùm hoc post Manassæam pœnitentiam et liberationem tempus accipitur, prout partim usque adhuc apparuit, partim deinceps apparebit. Cur verò jam reducis præsentisque regis nulla libro toto mentio sit, meritò inquirendum. Bellum enim, et grave profectò, periculosumque bellum instat. Nonne regis potiùs quàm pontificis idipsum gerere? regionis aditus et claustra omnia obserare? mittere, qui belli apparatum, murorum firmitatem, annonæ copiam lustrent, urgeant, conficiant? Accedit quòd in Græco, hìc versu 7, Hierosolymitani senatûs memoratio et quidem una cum pontifice ipso sit: cur non et regis? *Fecerunt filii Israel secundùm ea quæ præscripserat ipsis Joachim sacerdos magnus, et senatus totius populi Israel, qui sedebant in Hierusalem.* Meminit ejusdem senatûs infrà, cap. 11, vers. 12, cap. 15, vers. 9. De rege nihil usquàm. Sed tripartita causa est.

Prima, quòd reversus Babylone rex, divinoque beneficio, patriæ sibique ipsi restitutus totus, et sub reditûs initium maximè, in Dei cultu occupatus erat, adeò ut penes quos absente ipso fuerat reipublicæ administratio, penes eosdem adhuc maneret, videreturque regiâ sese potestate libenter abdicaturus, si vel illi voluissent, vel filium, quem in locum sufficeret, habuisset. Qui enim tertio et tricesimo regni anno ei natus est Amon, natus nondùm erat. Et quia pessimè rem antea pace belloque gesserat, major gratiorque apud eos qui per varias aut Israelis aut Judææ partes habitabant, Hebræos, adhuc erat Eliachimi pontificis et seniorum auctoritas. Neque id ægrè rex ferebat, quæ de maximâ illius potestate, gloriâ, et principatu Isaias, quem ipse (ut in ejusdem Isaiæ caput 1 et 6, itemque epist. 142, à D. Hieronymo, et Hebræorum traditione notatum est) interfecerat, vaticinatus olim fuisset, quàm cumulatissimè perfici omnia. Tandem verò periculi, è quo jam evaserat, admonitu, et belli hujus, ut videtur, occasione, fecit quæ 2 Paralip. 33, vers. 14, scribuntur: *Ædificavit murum extra civitatem David ad occidentem Gihon, in convalle, ab introitu portæ Piscium per circuitum usque ad Ophel, et exaltavit illum vehementer, constituitque principes exercitûs in cunctis civitatibus Juda munitis.* Sciendum verò tantam istam tamque salutarem Manassæ commutationem, in Regum libris omninò præteriri. Sed in 2 Paral. cap. 33, et quæ post eam ab eo facta sint, perstringi quàm brevissimè. Duos tamen, tresve libros in quibus copiosè ea omnia, et quæ ab aliis, ejus tempore, gesta essent, descripta fuerint, annotari. Primus est, *liber sermonum dierum Regum Juda,* 4 Regum 21, vers. 17. Alter, si tamen à priore isto diversus, *liber sermonum Regum Israel,* 2 Paralip. 33, vers. 18. Tertius, *liber sermonum Hozai prophetæ,* ibid. vers. 19. Qui si extarent, plurima quæ in Judithæâ hâc historiâ caliginis non parùm habent, dilucescerent clarissimè. Ex illo tamen secundi Paralipomenon libri segmentulo, et ex Josepho lib. 10, cap. 4, iis quæ de Manasse dixi, apud prudentes modestosque veritatis indagatores, probabilitatis quantùm licet nunc adstruendum. Primò igitur *egit pœnitentiam* non quocumque modo, sed *valdè coram Deo patrum suorum*, seu, ut in Hebræo est, *humiliavit se valdè ante faciem Dei, deprecatus-*

que est eum, et obsecravit intentè, vers. 13, cap. 33, lib. 2. Paralip., et hujus deprecationis iterata sæpiùs mentio, vers. 18 et 19. Non est autem existimandum eam tantùm Manassæ orationem fuisse, quæ apocrypha circumfertur, et in Constitutionibus Apostolicis lib. 2, cap. 22, citatur; sed speciatim multa, quæ, si liberaretur, ad Dei cultum et gloriam facere vellet, Deo promisit. In his verò, præter illa quæ eodem Paralip., cap. vers. 15, 16, recensentur, non malè quis annumeret fore ut pontificis Eliachimi auctoritatem et potentiam ab Isaiâ prædictam non modò non imminuerit, sed quantùm in se foret, amplificaret. Sacerdotum Dei honos, in Deum nonne redundat? Agnovit, etsi gentilis, Statius, cùm in libri quinti præfatione scripsit: « Qui bonâ « fide Deum colit, amat et sacerdotes. » Deinde, ait Josephus: « Priorum quæ in Deum admi« serat peccatorum etiam memoriam, fieri ab « eo si posset, ex animo ejicere studebat. » Multò ergo magis Isaiæ vaticinationi cedere, ipsumque Eliachim tanquàm suum, communemque Judææ totius patrem amplecti. Isaiæ 22, vers. 21. Alludit porrò Josephus ad Manassæ nomen, quòd obliviscentem, vel oblivione quidpiam conterentem significat. Tertiò, *magno impetu ut omni religione* (bonam siquidem in partem Græcum istud superstitionis nomen accipitur, sed ita ut maximum religionis studium importet) *Deum prosequeretur, seipsum incitabat.* Quæ et quanta paucis hisce verbis innuuntur! Quartò, Πρὸς μόνῳ τὸ λοιπὸν ἦν. Hæc verò sunt adhuc quidem verba pauciora, non tamen tantùm innuunt, sed penè clarissimè, quæ dicebam, demonstrant. « In unâ, « inquit, re, totum vitæ residuum, ipse occu« pabatur; in unâ tantùm re totus erat; » unum solùm deinceps, quoad vixit, agebat, studebat, conabatur. Quodnam verò istud? bella gerere? hostes propulsare? splendidè, magnificèque regnare? Non; sed hoc, « et gratiam « Deo, salutis recuperatæ causâ referre, et « benevolentem propitiumque ipsum totâ vitâ « retinere. » Quia igitur totius belli hujus administrationem, sicuti et aliorum aliàs negotiorum, pontifici et senioribus concedebat, ideò isti solliciti sunt, et turbantur circa plurima. Manasses verò partem optimam elegit, quæ ab eo ablata non est.

Altera porrò causa est, quòd semper quidem maxima summorum sacerdotum apud Judæos auctoritas fuerit; sed hoc Manassæo tempore, antequàm Machabæi regnarent, omnium maximè. Illud ex 4 Reg. 11, Deuteron. 13, Numer. 27, prout in Josuanis sacerdotibus capite primo aperui, manifestum est; et verò etiam ex Josepho lib. 2 contra Appionem: « Judaicæ, ait, reipublicæ constitutio commu« niter sacerdotibus, ut maxima quæque ad« ministrent, committit. Omnium verò ponti« fici aliorum rursùs sacerdotum principatum « demandat. » Breviter verò, « sacerdotes, in« quit, sunt inspectores omnium, judices eo« rum quæ ambigua, vindices eorum quæ « damnata. » Et ex hâc tantâ sacerdotum potestate ac dignitate, colligit ille id, quod mihi antea dictum, summam Israeliticæ reipublicæ sanctitatem esse, in eâque Dei honorem maximè florere. Posterius verò, quod aiebam, Manassæo tempore, maximam pontificum auctoritatem fuisse, intelligi potest ex quatuor: primò, ex regis ipsius excellentissimâ jam religione ac demissione, prout expositum; secundò, ex communis boni utilitate, cùm ut magnarum rerum summa penes Eliachimum esset, populo secundissimo fieret, ut antea etiam indicatum; tertiò, ex Isaiæ, vatis profectò summi, et cujus in omnium animis recentissima vivebant adhuc oracula; prædictione de Eliachimo hoc, Isaiæ 22, vers. 20; quartò et postremò, ex summâ Eliachimi ejusdem sanctitate, sapientiâ, rerumque gerendarum industriâ et felicitate. Hæc enim jam inde à Sennacheribi temporibus universo populo erat perspectissima, 4 Reg. 18, v. 18, 26, 37, cap. 19, vers. 2, et maxima illustrissimaque suarum istarum virtutum documenta dederat, cùm et rex, et pontifex alter, catenis onusti, Babylone, tenerentur.

Tertia causa esse potest, quòd, quemadmodùm suprà ex 2 Paralip. 33, vers. 14, dictum est, Hierosolymam sibi tuendam, mœnibus, propugnaculisque novis communiendam rex forsan ipse sumpserit: provinciam verò cæteram aliis commiserit; sed, præ omnibus, ipsi pontifici et senatui, per quos et ipse illam gubernare potuit. Litterarum autem à pontifice missarum potest alia et quasi propria esse ratio, quòd nimirùm earum argumentum esset, non militare tantùm et politicum de montium faucibus occupandis, sed sacrum etiam et religiosum de precibus, jejuniis et ciliciis privatim publicèque suscipiendis. Nam cùm de occupatis jam montibus dixisset versus tertius, et ad eam occupationem pontificis tantùm cohortatio subjuncta esset, vers 5 et 6, tandem vers. 7, additur: *Et fecerunt filii Israel, secun-*

dùm quod constituerat eis sacerdos Domini Eliachim. Atque, ut quod iste constituerat uberiùs deinceps explicaretur, sequitur vers. 8 : *Et clamavit omnis populus ad Dominum.* Rursùmque posteà vers. 12 et 14, dicitur : *Si perseveraveritis in hoc opere, quod cœpistis.* Nam ad continuanda pietatis opera hortabatur, ad quæ inchoanda hortatus antea fuerat. Sed ad ea gradum ut jam faciamus, propositus antea ordo hortatur.

De divinorum præsidiorum adhibitione.

Quæ contra tantum hostem, hominum adhibuerit industria, expositum est; divina nunc sacraque præsidia intuenda, quæ tamen non idcircò posteriùs recensentur, quòd posteriùs adhibita sint, sed quòd majora, meliora, ideòque et copiosiore oratione commemoranda, quemadmodùm et in piis Manassæ operibus fit, 2 Paral. vers. 15. Nam Josephus, lib. 10, cap. 4, religionem priùs quàm urbis munitionem ab illo procuratam ostendit, cùm scribit : « Cùm quæ ad Dei cultum spectant, procuràs-« set eo quo oportet modo, et Hierosolymorum « securitati providit. » Possunt præterea opera ista simul fieri, et simul tamen referri non possunt, ideòque eorum quæ tempora simul, unum tamen, in narratione, prius altero esse debet. Accedit quòd animo et voluntatis præparatione, quædam pietatis opera priùs interdùm suscipiantur, quæ tantisper tamen differenda, dum humanum opus quodpiam, è cujus acceleratione pendet plurimùm, efficitur. Duplex verò hic operum istorum consideratio proponitur : una circa eorum susceptionem versatur; circa perseverantiam altera.

In priore considerandum quid agant Israelitæ : qui ex iis agant, quomodò agant et cur. Primum indicatur hisce verbis, vers. 8 et seq. : *Clamavit omnis populus; humiliaverunt animas suas in jejuniis et orationibus; induerunt se ciliciis; infantes prostraverunt contra faciem templi Domini; altare Domini operuerunt cilicio; clamaverunt ad Dominum Deum Israel.* Ubi verò illi sunt, quibus sola semper in ore fides, nec in opere tamen ulla? Ubi mundi hujus sapientes et politici, quibus in armis, hastis et mœnibus spes omnis? Ubi scurriles rerum sacrarum Momi, qui pios piorum ad Deum gemitus, planctus, confessiones, cilicia irrident? Ubi denique molliculi et delicatuli oratores, qui vel in gravissimis reipublicæ christianæ malis, in suorum etiam non levium peccatorum expiatione, unum aut cilicium aut jejunium ferre vix possunt? Eò sanè tanta ista, tamque supina salutis vel securitas vel negligentia processit, ut nostris in nundinis, cùm serici, byssi, omniumque superbiæ, luxûs et luxuriæ instrumentorum copia prostet maxima, vix ciliciorum usquàm ulnas pauculas invenire liceat. Sunt verò duo hìc insignes ritus notandi : unus, infantes ipsos prosternendi coram Domino, sive è regione ipsius templi Domini. Ipsa ætas ad ciendam misericordiam per se ipsam idonea est; sed et innocentia Deo gratissima. *Ego*, ait Dominus Jonæ 4, vers. 11, *non parcam Ninivæ civitati magnæ, in quâ sunt plusquàm centum viginti millia hominum, qui nesciunt inter dexteram et sinistram suam.* Prosternuntur verò et hodiè, quando Ecclesiæ ad sacrum Baptisma, et Confirmationem offeruntur, quando ad templa et solemnes supplicationes adducuntur, quando Deum precari, manus in cœlum tollere, genua flectere, cruce seipsos consignare, sacra omnia venerari docentur, et in iis exercentur. In Græco dicuntur ipsi pueri seipsos prostravisse, sed utrumque factum. Nam aliorum institutio, jussus et exemplum præivit; ipsi deinde secuti sunt. Quemadmodùm in parentum reorum judiciis aliisque periculis, plurimùm apud judices, aliosque rerum potitos, infantulorum aspectus frequenter valuit; ita et coram divinæ majestatis, ad ejus avertendam iracundiam, tribunali. Simile quid 1 Machab. 3, vers. 46 et sequentibus, occurret. Alter verò ritus est, operiendi altare cilicio. Quemadmodùm ad gratias Deo agendas festa et læta organa, sacrificia, palmæ aliaque id genus adhibentur; sic ad misericordiam, rebus adversis, conciliandum, tristia et mœsta rectè adhibentur. Atque hinc in Ecclesiæ cæremoniis, pro temporum varietate, tam opportuna tamque utilis immutatio. Cessat interdùm *alleluia*, cessat *Gloria in excelsis*, cessat nuptiarum celebritas, jejunia suscipiuntur, à carnibus abstinetur, obteguntur imagines, atrantur altaria. An enim rectè in funerum luctu, vestes mutentur, à nobilibus viris torques aut ponantur, aut velentur, equi etiam pullentur, et ad animi coram Deo humilitatem ostendendam et excitandam jejunationes, prostrationes, atrationes improbentur? Addit Græcus textus : *Consperserunt capita sua cinere, et expanderunt saccos suos ante faciem Domini.* Pulverea illa conspersio, ut in Scripturis frequenter nominatur, ita etiam inter-

dùm solo humiliationis nomine continetur. Unde supra, vers. 8, habet idem Græcus tantùm : *Humiliârunt animas suas.* Sed et ille ritus, cilicia sive saccos coram Domino protendendi, notandus : omnia enim ista luctum, squalorem, demissionem præ se ferunt. Cur igitur et nos religionis nostræ symbola, quibus sese pro nobis æternus Dei Filius afflixit, humiliavit, in pretium et satisfactionem dedit, non prætendamus et circumgestemus? Cur sanctorum, in quibus tot pœnitentiæ virtutumque omnium opera ediderunt, reliquias, vestes et cilicia non proferamus, et coram Domino extendamus? Idcircò sanè, uti apud D. Hieronymum est in Vitâ Pauli, S. Antonius « diebus solemnibus Paschæ et Pentecostes « semper (ejusdem) Pauli tunicâ vestitus est, « quam in sportarum (scilicet) modum, de « palmæ foliis ipse sibi contexuerat, » S. Paulus. Alterum erat, qui ex Israelitis hæc egissent. Jam penè audivimus, *omnis populus.* Sed tamen in Latino et Græco istud tam universale particulariùs adhuc proponitur, primò quoad sexum : *Ipsi et mulieres eorum,* vers. 8. Deinde quoad statum : *Sacerdotes, et laici,* versu 8. Tertiò, quoad ætatem in Græco, non adulti tantùm, sed νήπια etiam, id est, *infantuli,* et παίδια *pueruli.* Quartò, quoad conditionem, non liberi tantùm et domini, sed servi etiam et famuli, qui quidem sunt μισθωτοὶ vel ἀργυρώνητοι, mercenarii, vel coempta mancipia. Quintò, quoad patriam, non indigenæ tantùm et cives, sed exteri etiam et inquilini, qui adessent, et πάροικοι vocantur. Sextò, non homines tantùm, iique omnis generis, sed τὰ κτήνη etiam, brutæ animantes, jejunare, mœrere, Deique misericordiam ciere debuerunt. Assyriorum, contra Assyrios, renovatum exemplum. Illorum enim rex clamavit et dixit in Ninive, Jonæ 3, vers. 7 : *Homines et jumenta, et boves, et pecora non gustent quidquam nec pascantur, et aquam non bibant. Et operiantur saccis homines et jumenta, et clament ad Dominum in fortitudine.* Licet verò cogitare, quis urbium, vicorumque status, quàm tristis et lugubris facies fuerit, dùm non ploratu tantùm, sed boatu etiam, hinnitu, balatu, gracillatu, latratuque omnia mœstissimè complerentur. Sed valdè mirum, eâ ipsâ tantâ et tristitiâ et mœstitiâ Deum oblectari, placari, et propitiari. Quin potiùs, rectè ratiocinari si volumus, hominum animo pio, humili, reverente, unde cæremoniarum omnis hæc series, oblectatur ille, placatur et propitiatur. *Et vidit Deus,* ait Jonas loco citato, vers. 10, *opera eorum, quia conversi sunt de viâ suâ malâ, et misertus est super malitiâ quam locutus fuerat, ut faceret eis et non fecit.* Magna siquidem vis in illo, *quia conversi sunt.* Dices tamen, cùm initio Manassæ perversitas impietasque tanta fuerit, cur pœnitentiæ, reditûsque ad Dominum, ejusque fidem et cultum nulla hìc mentio? — Respondeo, mentionem ideò nullam esse, quia pœnitentia illa hoc in tempus non incidit, sed statim atque rediit Manasses, omnis Hierosolymis exterminata impietas et idololatria, 2 Paralip. 33, vers. 15, 16. Deinde verò, ut discamus non ea tantùm quæ necessariò facienda et præcepta sunt, sed velint nolint supererogationis hostes, alia etiam bona et religiosa, quæ spontè suscipiuntur, divinæ bonitati grata esse hominum opera. Patet verò ex istis etiam omne hominum genus, ætatem, sexum, ordinem divino cultui aptum esse : placere Deo virorum, feminarum, sacerdotum, laicorum, senum, puerorum, divitum, egentium, civium et urbanorum, rusticorum et peregrinorum pias preces, agmina, obsequia. Non est, quoad veram fidem et religionem, *gentilis et Judæus, circumcisio et præputium, barbarus et Scytha, servus et liber. Sed omnia et in omnibus Christus,* Coloss. 3, vers. 11. Mysticè verò D. Hieronymus in Jonæ cap. 3, *homines et jumenta saccis operta et clamantia ad Dominum,* esse dicit *rationabiles et irrationabiles, prudentes ac simplices.* Tertium porrò est, quomodò hæc isti egerint. Ipsa, quæ ante posita sunt, clamandi et humiliandi verba suum ferè modum secum afferunt. Qui enim clamat, magnum præ se desiderium fert. Qui se humiliat, è sublimiore sese loco, existimatione celsiore, ornatu eminentiore demittit. Tria tamen adhuc in textu sunt, quæ insignem tam laudatarum alioquin actionum modum ostendant : Primum vers. 8, *instantiâ magnâ,* ἐκτενίᾳ μεγάλῃ, contentione, curâ, studioque magno, et repetitur hoc in Græco pro in jejuniis et orationibus. Vacamus interdùm quidem precibus, sed nullâ vel exiguâ curâ et studio jejunamus, sed instantiâ non magnâ cilicio amicimur, humilesque efficimur ; sed, quemadmodùm Ennianus ille Neoptolemus, paucis, incuriosè, remissè. Alterum vers. 10, *unanimiter,* ὁμοθυμαδὸν, ut nulla inter eos esset dissensio, nullum de hisce faciendis aut non faciendis certamen. Fit enim nonnunquàm, ut si à magistratibus, ecclesiasticis præsertim, quidpiam decernatur, quod molestiolæ aliquid

habeat, si, verbi causâ, indicatur jejunium, litania, templorum obitio, inveniantur qui contra disputent, neque id genus præcepta satis probent. Isti verò uno animo, magno et sensu et consensu concorditer, dura et carni suæ ingrata omnia, quæ voluit pontifex, fecerunt. Hanc particulam vertit noster interpres Actorum, v. 1, *pariter: Erant omnes pariter in eodem loco;* ὁμαδὸν, uti putat Erasmus, legerit; parùm enim congruit ei quod additur, ἐπὶ τὸ αὐτό, sed quòd qui concordes sunt, ii pariter etiam sint. Græcus verò non contentus isto ὁμοθυμαδόν, rursùm ἐκτενῶς adjecit, ut vehementem semper curam significaret. Tertium est vers. 17: *Ex toto corde suo;* Græcè: Ἐκ πάσης δυναμέως, *ex omni virtute,* totâ vi et facultate. O si et nos sic oraremus, quos non Assyrios, barbaros et Turcas, quas non dæmonum, carnis mundique appetitiones propelleremus! Postremum verò eorum quæ antea posita, est, cur hæc isti, et istis quidem jam expositis modis egerint. Quinque verò causæ traduntur, vers. 10, sed ita claræ, ut tantùm monendum sit *in divisionem* dici, pro in *direptionem.* Id enim est εἰς προνομήν. Et post *opprobrium*, additur Græcè, *ne gaudium simus gentibus*, dùm scilicet nos vincunt, nostraque diripiunt, et, quemadmodùm infra, cap. 7, vers. 21, dicunt: *Ubi est Deus eorum?* omnes verò istæ causæ unâ generali continentur, vers. 17, *ut visitaret Deus populum suum Israel.*

Consideratio altera circa perseverantiam quæ in hisce pietatis operibus fuit, versatur. Et primò quidem ad hanc pontificis adhortatio fuit non jam absentis et per litteras, sed præsentis et per propriam vocem. Præclarum episcopis omnibus exemplum dat Eliachimus diœceses visitandi, oves cognoscendi, consolandi et adhortandi, neque tantùm cùm pax et rerum omnium tranquillitas est, sed etiam cùm turbæ, pericula, calamitates. *Circuivit omnem Israel.* Non urbem, non pagum, non castellum, quoad licuit, præteriit. *Allocutusque est eos.* Alloqui Latinis valet non alicui tantùm loqui, sed consolari etiam, ut ex Varrone lib. 5 de Ling. Lat., Horatio epod. 13, Catullo epigr. 36, docent litterati. Consolatio verò et adhortatio magna utique Israelitis omnibus, ex pontificis tanti præsentiâ et aspectu, fuit; propriè tamen consolatio ex securi boni eventûs prædictione, vers. 12, adhortatio ex necessariæ conditionis expositione. *Si manentes,* ait, *permanseritis in jejuniis et orationibus in conspectu Domini.* Volumus interdùm boni quidpiam, sed incipere nolumus; incipimus, sed statim desistimus, minimum nos laboris terret, adeò molles ignavique sumus. Ad perseverantiam verò istam hortatur etiam Dominus Lucæ 11, parabolâ ejus qui, ut commodato panes impetraret, amicum *mediâ nocte* adit, eum domi suæ clausum, in lecto cubantem, dormientem jam et stertentem excitat; difficilem, durum et immunificum diù multùmque orat, obsecrat; excusantem se, tergiversantem et cunctantem, perseverantiâ tandem suâ in panarium pertrahit, ab eoque, quotquot habet panes necessarios, aufert. Rursùmque alia parabola, cap. 18, ubi et concludit: *Audite quid Judex iniquitatis dicit. Deus autem non faciet vindictam electorum suorum clamantium ad se die ac nocte, et patientiam habebit in illis?* Posse verò quæri:

An prophetico spiritu, an piâ tantùm fiduciâ, dixerit Eliachim: Scitote, quoniam exaudiet Dominus preces vestras.

Cùm tot piæ sanctæque precationi facta divinitùs promissa sint, eaque in divinis libris tanquàm in tabulis consignata, ex fide quæ circa divinam veritatem, bonitatem et potentiam occupata, videtur ejus quod petitur, impetrandi tanta existere posse fiducia, ut certò possit quilibet precantibus dicere: *Scitote, quoniam exaudiet Dominus preces vestras,* maximè quando conditio apponitur: *Si manentes permanseritis in jejuniis et orationibus in conspectu Domini.* Hoc enim velle S. Jacobus videtur, dùm capite 1, vers. 6, ait: *Postulet in fide nihil hæsitans. Qui enim hæsitat, similis est fluctui maris, qui à vento movetur et circumfertur. Non ergo æstimet homo ille, quòd accipiat aliquid à Domino.* E contrario tamen certò felicem belli hujus eventum polliceri non videtur Eliachimus potuisse, nisi prophetica ei præsagitio esset. Nam primò quod petebatur, ejusmodi erat ut ad salutem præcisè necessarium non esset. Quidquid autem hujus generis est, potest, ob majus aliud quod dare Deus vult bonum, non impetrari, etiamsi et in precatione studium et perseverantia insignis adhibeatur. Deinde ob ea quæ hactenùs à Manasse, aliisque regibus et à populi parte non parvâ in Deum, ejusque religionem et legem commissa erant, poterat justissimè jam Deus facere, quod, pro clementiâ et benignitate suâ, in Sedeciæ tempora differre adhuc dignatus est, ut Hierosolyma caperetur, templum inflammaretur, Judæa tota pervastare-

tur, ut intelligere videntur, qui infra, cap. 7, v. 19, aiunt : *Peccavimus cum patribus nostris.* Tertiò, possent jam, in tantâ hominum multitudine, aliqui esse Achanes, Josuæ 7, aliqui Jonathæ, 1 Reg. 14, Jamniensium anathematum depeculatores aliqui, 2 Machab. 12, aliqui, inquam, occulti peccatores, quorum gratiâ, nollet aliorum, de temporibus commodis, preces exaudire Deus. Ita sanè res habet. Quemadmodùm adversorum prophetiæ quædam prædestinationis, quædam comminationis dicuntur, ita prosperarum rerum sunt quædam interdùm prædicationes non propheticæ, sed è spe fiduciâque magnâ profectæ et eæ veræ, cùm adjunctam semper vel expressè vel tacitè conditionem habeant, *nisi quid aliud obstiterit.* Et isto modo loqui potuit Eliachim. Prophetico tamen spiritu hæc effatum, persuadere videntur et prophetica ejus commendatio, Isaiæ 22, et ipse loquendi modus, nihil omninò nutans aut ambigens, sed quasi certa et explorata omnia diceret, gravis, constans, apertus.

Cæterùm consolationem, quam hortationem suam illustrissimo, è vetere memoriâ, exemplo confirmat, vers. 13, ubi de Moyse quod, *non ferro pugnando, sed precibus sanctis orando dejecit*, verissimum. Licet enim, quæ per alios facimus, facere ipsi dicamur, ut ait Jurisconsultus : suprà verò jam dictum sit, eum Josuæ arma, bellumque mandâsse, nihilominùs, neque ipse ferrum strinxit, sed Deum tantummodò rogavit : neque qui in acie pugnabant, ferro plus quàm unius Moysis precibus profecerunt. Scriptum quidem est Exodi 17, vers. 13 : *Fugavit Josue Amalec et populum ejus in ore gladii*, eam tamen victoriam precibus potiùs quàm gladiis et bellatoribus tribuendam, indicat ibidem versus 11 : *Cùm levaret Moyses manum, vincebat Israel : sin autem paulùlum remisisset, superabat Amalec.* Et paulò post, cùm dictum esset : *Factum est, ut manus illius non lassarentur, usque ad occasum solis*, illicò, quasi posita esset causa, subditur effectus : *Fugavitque Josue Amalec.* Neque verò frustrà, exemplum hoc propositurus Eliachim, ait : *Memores estote.* Dominus enim, ut in omnem posteritatem vigeret, semperque viveret modi, quo victoria hæc parta esset, memoria, Moysi dixerat illìc, v. 14 : *Scribe hoc, ob monumentum in libro, et trade auribus Josuæ.* Credamus verò et nobis, in tot tantisque contra Turcas, aliosque omnes christianæ fidei hostes, bellis, ab Eliachimo nostro acclamari; *Memores estote Moysi servi Domini.* Faciunt verò id pontifices, quoties litteris indulgentiarumque largitionibus christianum ad preces populum hortantur, dùm eum ad finem, certa certis diei horis campana ærea pulsari, sacra fieri, processiones haberi, eleemosynas dari, pœnitentiam agi præscribunt. Sed pontificiæ hujus exhortationis quisnam tum fructus? Magnus profectò, v. 15 : *Ad hanc*, ait, *exhortationem ejus, deprecantes Dominum, permanebant in conspectu Domini, ita ut etiam hi, qui offerebant Domino holocausta præcincti ciliciis offerrent sacrificia Domino, et erat cinis supra capita eorum.* Boni verique isti ecclesiastici, qui benè monenti pontifici morem ita sedulò plenèque gerunt, populo exempli sanctitate præeunt, cilicia non abditè tantùm et obvelatè, ut Samaritanus ille rex 4 Reg. 6, v. 30, sed palàm et revelatè gerunt, ad aras, in omnium conspectu, in sacrificiorum oblatione. Ex illorum scilicet numero erant, quorum causâ, Deum amicè terram zelatum, populoque pepercisse scribit, cap. 2 propheta Joel : *inter vestibulum et altare plorabant sacerdotes ministri Domini, et dicebant : Parce, Domine, populo tuo, et ne des hæreditatem tuam in opprobrium, ut dominentur eis nationes ; quare dicunt in populis : ubi est Deus eorum?* Christianus piusque sacerdos, etsi dùm sacris operatur, vestem, arbitratu suo, majoris in Ecclesiâ ordinis, decorique causâ, mutare non potest, si rectè tamen judicabimus, dùm albâ veste, casulâ, stolâ, cingulo, manipulo, cæteroque omni apparatu, Christi Jesu pro nobis passi, veste penè histrioniâ irrisi, ligati, flagellati, crucifixi, speciem ante omnium ponit oculos, nonne sacco veluti præcinctus, Christique Domini pulvere fœdatus, vinculis astrictus, sanguine aspersus videtur? Verùm non fuit sacerdotum solorum laus, ut pontifici obedirent, in bonisque institutis perseverarent, sed et totius populi, v. 17 : *Ex toto corde suo omnes orabant Deum, ut visitaret populum suum Israel;* Græcus textus etsi pontificis peregrinationem non retulit, eam tamen quam suo ipsius exemplo consolationem et exhortationem fecit, recitat; simulque sacerdotum, eum præeuntem consequentium, facta paulò pluribus explicat : *Joachim*, ait, *summus pontifex, atque omnes qui coram Domino stabant sacerdotes, cæterique, qui Domino ministrabant, saccis lumbos suos accincti offerebant juge illud holocaustum, et vota, et voluntaria populi donaria, pulvisque supra eorum cidares, seu mitras erat, et clamabant ad*

Dominum ex totâ virtute suâ, *in bonum*, sive *ut ad benefaciendum et subveniendum visitaret omnem domum Israel.* De populo verò paulò ante dixerat idem textus : *Populus erat jejunans dies complures in omni Judæâ et Hierusalem ante faciem sanctorum Domini omnipotentis.* Sed quomodò, κατὰ πρόσωπον τῶν ἁγίων, *ante faciem sanctorum?* Nam cùm sancta ista Hierosolymis tantùm essent, quomodò, qui in cæterâ Judæâ totâ erant, coram hisce sanctis jejunabant? Imò, qui Hierosolymis etiam versabantur, *quomodò ante sancta* eadem *jejunare dicebantur?* Sanè ad Hierosolymitas tantùm possunt sancta ista referri, et coram iis jejunare dicuntur, quia jejunii diebus precationi maximè vacabant, penèque in templo assidui commorabantur. Si ad alios verò, qui, extra Hierosolymam, aliis in locis habitabant, sancta etiam ista referantur, dicendum dupliciter solitos eos ante ipsa similiter orare ac jejunare. Primò quidem, quia habebant synagogas, seu προσευχάς, in quibus et quædam templi similitudo erat, dùm pro Sancto sanctorum et arcâ, in quâ Decalogus, erat ipsis locus in quo lex asservabatur, uti et hodiè in eorum Synagogis videmus. Ad has ipsi, dùm preces et jejunia indicerentur, conveniebant, uti clarum ex historiâ illâ, quam de Jonathâ et seipso, lib. de Vitâ suâ refert Josephus in Tyberiadensi proseuchâ. Deinde cùm horum aut nihil habebant, aut domi certè precabantur, ad templum et Sancta sanctorum sese convertere solebant, Danielis 6, vers. 10. Habent igitur hoc in capite viri et feminæ, pueri natuque grandiores, plebeii et laici omnes, ecclesiastici et sacerdotes, minores et majores, plurima quæ imitari queant, dignissima. Fuit enim omnium exitus felicissimus, prout sequens historia tota monstrabit, et breviter hìc à Græco monetur. *Exaudivit Dominus vocem eorum, et respexit afflictionem eorum.* Etenim, si ut supra ex Lucæ 18 dictum est, vidua iniquitatis judicem exoravit, et inde à minori ad majus argumentatur Dominus, licebit etiam forsitan hìc argumentari. Assyriorum *opera vidit Deus,* Jonæ 3, cùm homines et jumenta, et boves, et pecora jejunarent, saccisque operirentur, cur, contra furentes jam Assyrios, *electorum suorum, clamantium ad se, die ac nocte,* sese vehementer affllictantium, pulvere conspergentium, cilicia præcingentium, inediam sibi et infantulis, et brutis animantibus indicentium, vindictam non faciat? « Præcepta « Christi, ait D. Ambrosius serm. 86, arma « sunt Christianis ; et divinus timor terrorem « à nobis expellit hostilem. Arma autem hæc « nostra sunt, quibus nos Salvator instruxit, « oratio, misericordia, atque jejunium. Jejunium enim melius quàm murus tuetur ; misericordia faciliùs liberat quàm rapina ; » oratio longiùs vulnerat quàm sagitta ; « sagitta « enim non nisi proximè conspectum percutit « adversarium ; oratio autem etiam longiùs « positum vulnerat inimicum. »

CAPUT V.

1. Nuntiatumque est Holoferni principi militiæ Assyriorum, quòd filii Israel præpararent se ad resistendum, ac montium itinera conclusissent (1) :

2. Et furore nimio exarsit (2) in iracundiâ magnâ, vocavitque omnes principes Moab et duces Ammon (3).

3. Et dixit eis : Dicite mihi (4) quis sit

CHAPITRE V.

1. On donna avis à Holoferne, général de l'armée des Assyriens, que les enfants d'Israël se disposaient à lui résister, et qu'ils avaient fermé les passages des montagnes ;

2. Et il fut transporté de colère et tout embrasé de fureur ; et il manda tous les princes de Moab, et les chefs des Ammonites, qui s'étaient rendus à lui ;

3. Et leur dit : Dites-moi qui est ce peuple

(1) Græcus : *Et transitus montanæ concluserant, et muris circum dederant omne cacumen montis excelsi, et posuerant in campis scandala.* Vox *scandalum* significat hìc impedimenta, ligna, lapides, tribulos, quibus itinera viarum disseminantur ad hostes impediendos, uti et cæcas sub terrà foveas, muscipulas, apertas pariter foveas, denique quidquid necessitas suggerit, ut viæ hostibus præcludantur. Quare alio sensu *scandalum* dicitur quidquid occasionem præbet lapsûs vel ruinæ spiritalis proximi.

(2) Nam ex superbiâ credebat quòd nullus auderet moveri ad resistendum sibi. (Lyranus.)

FURORE NIMIO EXARSIT, quòd Judæorum bellicum apparatum, sui et Nabuchodonosor contemptum interpretaretur. (Menochius.)

(3) VOCAVITQUE OMNES PRINCIPES. Isti enim habitabant propè Judæam, propter quod de statu Judæorum meliùs dicere poterant veritatem. (Lyranus.)

Gentes ejusmodi Holoferni sese submiserant. Addit Græcus, appellâsse pariter *satrapas maritimæ*, id est, Phœniciæ, et Philisthæorum, quæ gentes jugum cum cæteris subierant. (Calmet.)

(4) In Græco Holofernes appellat *filios Chanaan : Nuntiate mihi, filii Chanaan.* Non satis exploratam habebat originem Moabitarum, et Ammonitarum ; neque illi, neque Philisthæi

populus iste, qui montana obsidet, aut quæ, et quales, et quantæ sint civitates eorum; quæ etiam sit virtus eorum; aut quæ sit multitudo eorum, vel quis rex militiæ illorum;

4. Et quare præ omnibus qui habitant in Oriente (1), isti contempserunt nos, et non exierunt obviàm nobis, ut susciperent nos cum pace (2)?

5. Tunc Achior dux omnium filiorum Ammon respondens, ait: Si digneris audire, domine mi, dicam veritatem in conspectu tuo, de populo isto qui in montanis habitat, et non egredietur verbum falsum ex ore meo.

6. Populus iste ex progenie Chaldæorum est (3).

7. Hic primum in Mesopotamiâ habitavit (4), quoniam noluerunt sequi deos patrum suorum qui erant in terrâ Chaldæorum.

8. Deserentes itaque cæremonias patrum suorum, quæ in multitudine deorum erant,

9. Unum Deum cœli coluerunt (5), qui

qui occupe les montagnes; quelles sont leurs villes, et quelle en est la force et le nombre; quelle est aussi la puissance de ce peuple, leur multitude, et le général de leur armée.

4. Et pourquoi ils sont les seuls entre tous les peuples d'Orient qui nous ont méprisés, et ne sont point venus au-devant de nous pour nous recevoir en paix?

5. Alors Achior, chef de tous les enfants d'Ammon, lui répondit: Seigneur, si vous daignez m'écouter, je vous dirai la vérité touchant ce peuple qui habite dans les montagnes; et nulle parole fausse ne sortira de ma bouche.

6. Ce peuple est de la race des Chaldéens.

7. Il habita premièrement en Mésopotamie, parce qu'ils ne voulaient pas suivre les dieux de leurs pères, qui demeuraient dans le pays des Chaldéens.

8. Ayant donc abandonné les cérémonies de leurs ancêtres, qui se rapportaient à la pluralité des dieux,

9. Ils adorèrent un seul Dieu du ciel, lequel

originem è Chanaano duxerant: hujus appellatio nominis propriè unis Phœnicibus convenit. (Calmet.)

(1) Græcus emendatiùs, ut arbitror, legit: *Qui habitant in occidente.* Judæa enim occidentalis erat Assyriæ, Chaldææ, et Arabiæ desertæ. Nec tueri potes lectionem Vulgatæ, nisi ponas, tunc Holofernem in aliquâ è maritimis urbibus fuisse, quæ Hierosolymam et ditionem Juda habent orientalem. (Calmet.)

(2) Nous ne pouvons faire attention à l'étonnement où paraissait être Holoferne, de ce que les juifs continuaient à lui résister, lorsque tous les autres peuples s'abaissaient enfin sous lui, sans tirer une instruction importante de ces deux différentes conduites du peuple de Dieu et des autres nations. Beaucoup de gens témoignent d'abord du mépris pour les ordres d'Holoferne, c'est-à-dire pour les maximes du prince du monde qu'il nous figurait. Mais il y en a peu qui continuent jusqu'à la fin à mépriser ce qu'il demande. La moindre tentation, les moindres menaces, les moindres attaques les abattent tout d'un coup, et les font *aller comme au-devant* de leur ennemi pour se rendre ses esclaves. Mais la multitude de ceux qui s'assujettissent de cette sorte au prince du siècle par leur lâcheté et par le déréglement de leur conduite, n'est jamais une raison aux vrais serviteurs de Dieu pour imiter leur exemple. Plus le nombre des personnes qui persévèrent dans leur devoir est petit, plus ils ont lieu d'espérer qu'ils font partie du petit troupeau que le Fils de Dieu, dans S. Luc, appelle d'un nom qui marque qu'il est non seulement petit, mais très-petit. *Nolite timere, pusillus grex.* Que si le démon, figuré par Holoferne, en conçoit de la fureur, et se prépare à les attaquer avec d'autant plus de force, qu'étant en très-petit nombre ils osent lui résister, qu'ils sachent que le troupeau qui appartient à Jésus-Christ, et qui est véritablement son peuple figuré par cet ancien peuple d'Israël, n'a rien à craindre de ses ennemis après qu'il l'a rassuré par ces paroles si consolantes: *Nolite timere, pusillus grex.* Car que peut Holoferne avec toute son armée contre le peuple de Dieu, sinon l'attaquer, pour l'obliger d'avoir recours au Seigneur, et se préparer à lui-même une perte et une confusion inévitable? (Sacy.)

(3) Constat inter omnes, Abrahamum ortum esse ex patre Thare in Ur, Chaldæorum urbe, è quâ egredi jussus est à Deo, ut iret primò quidem in Haran Mesopotamiæ, deinde in Chanaanitidem. (Calmet.)

(4) In stirpe et principe generis sui Abraham; nondùm enim erat populus.

NOLUERUNT SEQUI, etc. Deo videlicet se Abrahamo manifestante, et migrationem imperante, quod valet ad conflandum odium huic populo, dictumque fortassè est ab Achior ne Judæorum causam agere videretur, non autem veritatem candidè fateri. (Menochius.)

(5) Deum cœli nominat, et deinceps aliquoties inculcat num. 5, 12 et 19, fortassè ad terrorem Holoferni incutiendum. (Menochius.)

et præcepit eis ut exirent inde, et habitarent in Charan (1). Cùmque operuisset omnem terram fames, descenderunt in Ægyptum, illìcque per quadringentos annos sic multiplicati sunt, ut dinumerari eorum non posset exercitus.

10. Cùmque gravaret (2) eos rex Ægypti, atque in ædificationibus urbium suarum in luto et latere subjugâsset eos, clamaverunt ad Dominum suum, et percussit totam terram Ægypti plagis variis.

11. Cùmque ejecissent eos Ægyptii à se, et cessâsset plaga ab eis, et iterùm eos vellent capere, et ad suum servitium revocare,

12. Fugientibus his Deus cœli mare aperuit, ita ut hinc inde aquæ quasi murus solidarentur, et isti pede sicco, fundum maris perambulando transirent.

13. In quo loco dùm innumerabilis exercitus Ægyptiorum eos persequeretur, ita aquis coopertus est, ut non remaneret vel unus qui factum posteris nuntiaret.

14. Egressi verò mare Rubrum, deserta Sina montis occupaverunt (3), in quibus nunquàm homo habitare potuit, vel filius hominis requievit.

15. Illìc fontes amari obdulcati sunt eis ad bibendum, et per annos quadraginta annonam de cœlo consecuti sunt.

16. Ubicumque ingressi sunt (4) sine

leur commanda de sortir de ce pays-là, et d'aller demeurer à Charan. Mais une famine ayant couvert tout le pays, ils descendirent en Egypte, où ils se multiplièrent de telle sorte pendant l'espace de quatre cents ans, que leur armée ne pût être comptée.

10. Comme le roi d'Egypte les traitait avec dureté, et les accablait de travail en des ouvrages de terre et de brique, qu'il les obligeait de faire pour bâtir ses villes, ils crièrent à leur Dieu, qui frappa de différentes plaies toute la terre d'Egypte.

11. Et lorsque les Egyptiens les eurent chassés de leur pays, et que la plaie eut cessé, et qu'ils voulurent s'en rendre maîtres de nouveau, et les remettre sous leur esclavage,

12. Le Dieu du ciel leur ouvrit la mer lorsqu'ils fuyaient, de manière que les eaux s'affermirent de côté et d'autre comme une muraille, et ils passèrent à pied sec, au travers du fond de la mer.

13. Et l'armée des Egyptiens, qui était innombrable, les ayant poursuivis dans ce lieu, fut tellement ensevelie dans les eaux, qu'il n'en demeura pas un seul qui pût apprendre cet événement à leurs descendants.

14. Après qu'ils furent sortis de la mer Rouge, ils campèrent dans les déserts de la montagne de Sina, dans lesquels personne n'avait jamais pu habiter, et où nul homme n'avait jamais pu demeurer.

15. Là les fontaines qui étaient amères devinrent douces pour eux, afin qu'ils pussent en boire; et durant l'espace de quarante ans, ils reçurent du ciel la nourriture qui leur était nécessaire.

16. Partout où ils entraient sans arc et sans

(1) Damus hìc Græcum hujus versiculi, fusiùs explicantem quod contractius est in Vulgatâ : *Ejecerunt eos*, Chaldæi Abrahamum et suos, *à facie deorum suorum*, deorum scilicet Chaldææ. *Et fugerent in Charan, et incoluerunt ibi dies multos. Et dixit Deus eorum, ut exirent de incolatu suo, et irent in terram Chanaan. Et habitaverunt ibi, et multiplicati sunt auro et argento, et in pecoribus multis valdè. Et descenderunt in Ægyptum (operuerat enim faciem terræ Chanaan fames) et incoluerunt ibi, quoadusque aucti sunt. Et facti sunt ibi in multitudinem plurimam, et non erat numerus generis eorum. Et insurrexit in eos rex Ægypti*, etc. Peccat in narratione suâ non semel Achior, neque id mirum in homine alieno et milite. Abrahamum substitisse dicit in Haran diù; quod optimis chronologis non probatur : ibi enim biennio circiter illum detinent. Miscere insuper videtur iter Abrahami in Ægyptum cum itinere Jacobi. (Calmet.)

DESCENDERUNT IN ÆGYPTUM, Jacob scilicet cum universâ familiâ suâ. (Menochius.)

(2) Græcus : *Insurrexit eis;* decepit illos, callidè induxit in servitutem, etc. In eamdem phrasim incidit Moyses : *Venite, sapienter opprimamus eum.* Vetus Vulgata fert : *Gravante illos* (rege Ægypti) *in luto et latere, et humiliaverunt illos Ægyptii, et posuerunt illos in servos.* (Calmet.)

(3) Græcus brevissimè pro versiculis 11, 12, 13, 14, 15, 16, 17, 18, 19, 20 : *Ægyptii ejecerunt eos à facie suâ, et exsiccavit Deus Rubrum Mare ante eos; et duxit eos in viam Sina, et Cadesbarne, et ejecerunt omnes habitantes in deserto, et habitaverunt in terrâ Amorrhæorum, et omnes Esebonitas exterminârunt in fortitudine suâ, et transeuntes Jordanem, hæreditârunt universam montanam.*

(4) Hæc pertinent ad tempora Josue, quibus Israelitæ terram Chananæorum occupaverunt. (Menochius.)

arcu et sagittâ, et absque scuto et gladio, Deus eorum pugnavit pro eis, et vicit.

17. Et non fuit qui insultaret populo isti, nisi quando recessit à cultu Domini Dei sui (1).

18. Quotiescumque autem præter ipsum Deum suum, alterum coluerunt, dati sunt in prædam, et in gladium, et in opprobrium.

19. Quotiescumque autem pœnituerunt se recessisse à culturâ Dei sui, dedit eis Deus cœli virtutem resistendi.

20. Denique Chananæum regem, et Jebusæum, et Pherezæum, et Hethæum, et Hevæum, et Amorrhæum, et omnes potentes in Hesebon (2) prostraverunt, et terras eorum, et civitates eorum ipsi possederunt.

21. Et usquedùm non peccarent in conspectu Dei sui, erant cum illis bona : Deus enim illorum odit iniquitatem.

22. Nam et ante hos annos cùm recessissent à viâ, quam dederat illis Deus, ut ambularent in eâ, exterminati sunt præliis à multis nationibus, et plurimi eorum captivi abducti sunt in terram non suam (3).

flèche, sans bouclier et sans épée, leur Dieu combattait pour eux, et il demeurait toujours vainqueur.

17. Et il n'y eut personne qui s'élevât contre ce peuple, sinon lorsqu'il s'est retiré du service du Seigneur son Dieu.

18. Car toutes les fois qu'ils ont adoré un autre Dieu que le leur, ils ont été livrés en proie au glaive et à l'opprobre.

19. Et toutes les fois qu'ils se sont repentis d'avoir abandonné le culte de leur Dieu, le Dieu du ciel leur a donné la force pour se défendre.

20. Enfin ils ont vaincu les rois des Chananéens, des Jébuséens, des Phérézéens, des Héthéens, des Hévéens, des Amorrhéens et les plus puissants d'Hesébon; et ils ont pris possesssion de leurs terres et de toutes leurs villes.

21. Et ils ont eté heureux tant qu'ils n'ont point péché contre leur Dieu, parce que leur Dieu hait l'iniquité.

22. Aussi il y a quelques années que, s'étant retirés de la voie que leur Dieu leur avait marquée pour y marcher, ils ont été taillés en pièces par diverses nations; et plusieurs d'entre eux ont été emmenés captifs dans une terre étrangère.

(1) Disce hìc servire Deo : sic enim Deus te faciet inexpugnabilem, et omnibus hostibus superiorem. Sin autem, sinet te à quibusvis subigi et conculcari. Idem discant urbes et regna, eorumque reges et principes. Audi graves hâc de re duorum Patrum gnomas : unus est S. Hier. epist. 13 : « Nostris, ait, « peccatis barbari fortes sunt, nostris vitiis « Romanus fugatur exercitus. » Alter D. Ambros. serm. 85 : « Civitati, non nisi propter « civium peccata, infertur excidium. Desine « peccare, et civitas non peribit. » Gentibus ergo peccantibus timenda est Dei vindicta et excidium; non peccantibus verò speranda est securitas et felicitas. (Corn. à Lap.)

(2) Potentes isti Hesebonis sunt Og et Sehon, sed hìc præsertim, qui Hesebone regnabat. Victoriam hanc de rege Hesebonis idcircò memorat Achior, quòd ejus regis ditio Ammoniticæ proxima esset. Addit Græcus : *Vicit Sichem et omnes Gergesæos.* Vicina Sichem regio parebat Hevæis. (Calmet.)

(3) Addit Græcus : *Templum Dei ipsorum factum est in pavimentum* (dejectum est), *et civitates eorum captæ sunt ab adversariis.* Hunc locum majori fiduciâ urgent adversarii in epocham à nobis huic historiæ assignatam. His enim demonstrari aiunt, et veluti oculis subjici captivitatem Babylonicam, ac templi eversionem. Neque minùs disertè reditus è captivitate exprimitur v. 23 : *Nuper autem reversi ad Dominum Deum suum, ex dispersione quâ dispersi fuerant, adunati sunt, et ascenderunt montana hæc omnia, et iterùm possident Jerusalem.* Addit Græcus, eam regionem, antequàm hi ante redirent, *desertam fuisse.* Phrasis hæc : *Factum est in pavimentum,* nonne prono sensu exprimit dejectum fuisse templum, eversum, solo æquatum? Per similes phrases, quæ in probatissimis Græcis scriptoribus leguntur, nonne demolitionem, eversionem, excidium significant? Si captivitas hæc reditusque populi obiter tantummodò et semel indicarentur, accipi utique possent de brevi populi oppressione; at semel, iterùm et sæpiùs repetuntur : populus Hierosolymam amisit, regio squalida et deserta jacuit.

Respondeo 1° Græcum sanè textum Judithæ favere, uti quidem videtur, plurimùm opinioni eorum, qui hanc historiam post captivitatem revocant, uti capite 4, 2, animadversum est; sed discrepat plurimùm à Vulgatâ. 2° Voces Græcas in hoc textu non omninò congruere cum exemplis Græcorum scriptorum recitatis. Eorum enim verba propriè sonant eversionem ad solum usque, et ad ima usque fundamenta, cùm Scriptura hìc tantummodò exhibeat templum *factum in pavimentum,* id est, ut Syrus explicat, *conculcatum,* violatum, profanatum, instar profani loci habitum, ob scelera nefandamque impietatem eo loco exercitam, dedicatis simulacris, neglectâ ædificii restauratione, direptis opibus sacris, everso altari Domini, positoque profanis et impiis numinibus sacro. Vetus Latina versio fert, raptos fuisse in captivitatem ipsos

23. Nuper autem reversi ad Dominum Deum suum, ex dispersione quâ dispersi fuerant, adunati sunt, et ascenderunt montana hæc omnia, et iterùm possident Jerusalem, ubi sunt sancta eorum.

24. Nunc ergo, mi domine, perquire si est aliqua iniquitas (1) eorum in conspectu Dei eorum : ascendamus ad illos, quoniam tradens tradet illos Deus eorum tibi, et subjugati erunt sub jugo potentiæ tuæ.

25. Si verò non est offensio populi hujus coram Deo suo, non poterimus resistere illis, quoniam Deus eorum defendet illos (2) : et erimus in opprobrium universæ terræ.

26. Et factum est, cùm cessâsset loqui Achior verba hæc, irati sunt omnes magnates Holofernis, et cogitabant interficere eum (3), dicentes ad alterutrum :

27. Quis est iste, qui filios Israel posse dicat resistere regi Nabuchodonosor et exercitibus ejus, homines inermes, et sine virtute et sine peritiâ artis pugnæ ?

28. Ut ergo agnoscat Achior quoniam fallit nos, ascendamus in montana : et cùm capti fuerint potentes eorum, tunc cum eisdem gladio transverberabitur (4) :

29. Ut sciat omnis gens, quoniam Na-

23. Mais depuis peu, étant retournés vers le Seigneur leur Dieu, ils furent réunis de cette dispersion; ils ont repeuplé ces montagnes; et ils possèdent de nouveau Jérusalem, où est leur sanctuaire.

24. Maintenant donc, mon Seigneur, informez-vous si ce peuple a commis quelque chose contre son Dieu : et *si cela est*, allons les attaquer, parce que leur Dieu vous les livrera, et ils seront assujétis à votre puissance.

25. Mais si ce peuple n'a point offensé son Dieu, nous ne pourrons leur résister, parce que leur Dieu prendra leur défense, et nous deviendrons l'opprobre de toute la terre.

26. Or il arriva que lorsque Achior eut cessé de parler, tous les grands *du camp* d'Holoferne furent émus de colère contre lui, et pensaient à le tuer, se disant l'un à l'autre :

27. Qui est celui-ci, qui ose dire que les enfants d'Israël peuvent résister au roi Nabuchododosor et à ses troupes, eux qui sont sans armes et sans force, et qui ne savent ce que c'est que l'art de combattre ?

28. Pour faire donc voir à Achior qu'il nous trompe, allons à ces montagnes; et lorsque nous aurons pris les plus forts d'entre eux, on le percera de l'épée avec eux,

29. Afin que toute nation sache que Nabu-

cum templo; et auctor primi libri Machabæorum agens de profanato per Antiochum templo Hierosolymitano, phrasi omninò simili utitur : *Sancta tua conculcata sunt et contaminata sunt.* Denique auctor tertii libri Machabæorum ita precantem Simonem summum sacerdotem inducit : *Neque exultent iniqui in superbiâ linguæ suæ, dicentes : Nos conculcavimus domum sanctificationis, sicut conculcantur domus abominationum.* Expugnationem urbis Hierosolymæ à Romanis prædicens Christus, apud Lucam 21, 24, pronuntiat : *Jerusalem calcabitur à gentibus.*

Post Salomonem, quoties sacer hic locus direptus est? Ærarium Sesac Ægypti rex expilavit. Regibus Israelis, Syriæ, et Chaldææ cogentibus, reges Juda pretiosissima ejus ornamenta ad eos transtulère. Joas sarciendis ruinis plurimùm studii contulit. Hæc utique sufficiunt ut affirmetur templum dejectum fuisse et eversum.

Adde quòd Judæi urbi et templo mala metuebant; nam è captivitate non ita multò antea redierant, et sacra templi vasa, altare, ipsumque pariter templum è profanatione in pristinam sanctitatem vix tunc redierant. Erant igitur tunc templum, altare et vasa sacra expiata : id quod exponi commodè non potest de tempore statim post Babylonicam captivitatem. Constat enim, templum urbemque restituta non fuisse nisi longo post tempore, sub Dario filio Hystapsis. (Calmet.)

Ibi certum est, non loqui de captivitate Babylonicâ. Nam tunc non plurimi, sed omnes abducti sunt; neque à multis, sed ab unicâ natione Chaldaicâ. Hìc ergo respicit Achior ad Æthiopes, ad Ægyptios, ad Syros, ad Assyrios, qui plurimas clades vastitatesque intulerunt Israelitis, affligentes ac diripientes eos. (Tirinus.)

(1) In Græco ἀγνόημα, sed eâ voce etiam graviora crimina notari diximus ad Tobiæ 3, 3. (Grotius.)

(2) Jam *si Deus pro nobis, quis contra nos?* Rom. cap. 8. Hæc verba bilem moverunt Holoferni, ut Achior destinaret morti, eò quòd nullum Deum agnosceret, nisi Nabuchodonosor.

(3) Συγκόψαι αὐτόν, in Græco, id est, *discerpere.* (Grotius.)

(4) Græcus brevior est quàm Vulgata ; hic enim, pro versiculis 28 et 29, fert : *Quare nunc ascendamus; et erunt in escam universi exercitûs tui, domine Holofernes.* Hæc verba : *Erunt in escam, in panem exercitûs*, etc., devorabimus eos sicut panem, occurrunt in Moyse. (Calmet.)

buchodonosor deus terræ (1) est, et præter ipsum alius non est.

chodonosor est le dieu de la terre, et qu'il n'y en a point d'autre que lui.

(1) Rectè terræ, quia nihil juris vel virium habet in cœlum, nec ultra terram ejus potestas se porrigit. Quocirca falsò vult esse Deus. Deus enim dominatur tam cœlo quàm terræ. Cur ergo superbis et insanis, ô vermicule terræ, et Deum cœli ad duellum provocas, ut eum divinitate suâ prives et dejicias? Prudenter Tertull. Apolog. 13 : « Esto, inquit, religiosus in Deum, qui vis illum propitium « imperatori. Desine alium Deum credere, vel « colere, atque ità et hunc Deum dicere, cui « Deo opus est. » (Corn. à Lap.)

Observandum quòd Nabuchodonosor vocetur Deus terræ, et non cœli. Videntur enim gentiles in eâ persuasione fuisse, quòd Deus cœli, si quis esset, tantùm curaret cœlestia, et quòd ejus potestas aut providentia non extenderet se ad res humanas, et regna terrena, juxta illud Job 22 : *Circa cardines cœli perambulat, nec nostra considerat.* Unde reges Assyriorum cùm essent in terrâ admodùm potentes, vocabant se deos terræ, et omnes alios deos nationum jubebant exterminari. Adde, quòd Dan. 4. idcircò quoque Nabuchodonosor dicatur ejectus è consortio hominum, donec agnosceret quòd dominetur Excelsus super regnum hominum, et cuicumque voluerit, det illud. Igitur Nabuchodonosor non agnoscebat Deum cœli dominari super regnum hominum. (Estius.)

Animadvertimus impium et absurdum consilium, quod agitabat Nabuchodonosor, obtrudendi se pro Numine, quæ tamen solius non erat Nabuchodonosoris amentia, cùm reges Orientis plerique ea exigerent à suis obsequia, ut proximè ad cultum accederent. Magni Nabuchodonosoris assentatores, illum monebant, ut legem ferret, pœnâ leonum indictâ, ne quis quidquam rogaret Deos hominesve, nisi unum solummodò regem toto mensis unius spatio. Darius Codomannus *curru paulò ante* (exercitum suum) *vectus, et deorum à suis honoribus cultus erat.* Alexander Magnus honores sibi divinos, quales regibus Persidis ante se impensi fuerant, decernere statuens, homines nactus est animis adeò fractis, ut impium hoc regis propositum laudarent, commendarentque morem efferendi reges supra mortalium conditionem, non ut pium modò, sed prudentem etiam utilemque : *Persas non piè tantùm, sed etiam prudenter reges suos inter deos colere; majestatem enim imperii salutis esse tutelam.* Nec minor erat apud Ægyptios veneratio erga principes suos, quos humanâ conditione multò majores habebant. Sed Græcorum plerique hunc morem semper detestati sunt, quanquàm minùs id suadebat illis religio, quàm ratio, et generosa mens, ab assentatione indignâque demissione abhorrens; hæc enim sola illis demonstrabat, principum in eâ re consilium iniquitatis habere plurimùm, et non parùm discriminis. Quâ lege, quâ modestiâ coerceri queat is, qui sibi divinos honores pendi videat? Athenienses morte damnârunt Timagoram, quòd regem Persidis adorâsset. Cimon Atheniensis nihil impetravit apud Artaxerxem, quòd sibi persuadere non potuerit, ut illum stratus humi adoraret. Sperchius et Bulis Lacedæmones, captivi licet, cogi tamen nunquàm potuerunt, ut eum principem adorarent; id quod ille ab omnibus, qui ad se accederent, exigebat. (Calmet.)

TRANSLATIO EX GRÆCO.

1. Et nuntiatum est Olopherni principi virtutis Assur, quia filii Israel parati erant ad prælium, et transitus montanæ concluserant, et muris circumdederant omne cacumen montis excelsi, et posuerant in campis scandala. — 2. Et iratus est furore valdè, et vocavit omnes principes Moab, et duces Ammon, et omnes satrapas maritimæ, — et dixit eis : — 3. Annuntiate nunc mihi, filii Chanaan, quis populus hic habitans in montana, et quænam, quas habitant civitates, et quæ multitudo virtutis eorum, et in quo potestas eorum et fortitudo eorum, et quis surrexit super eos rex dux exercitus eorum. — 4. Et cur erexerunt dorsum, ut non venirent in occursum mihi, præter omnes habitantes in occidente. — 5. Et dixit ad eum Achior dux omnium filiorum Ammon : Audiat, quæso, dominus meus verbum ex ore servi sui, et annuntiabo tibi veritatem de populo, qui habitat montanam hanc propè te habitantem : et non exibit mendacium ex ore servi tui. — 6. Populus hic sunt prognati ex Chaldæis. — 7. Et incoluerunt antea in Mesopotamiâ : quoniam noluerunt sequi Deos patrum suorum, qui fuerunt in terrâ Chaldæorum. — 8. Et digressi sunt è viâ parentum suorum, — et adoraverunt Deum cœli, Deum, quem cognoverunt. Et ejecerunt eos à facie deorum suorum. Et fugerunt in Mesopotamiam, et incoluerunt ibi dies multos. — 9. Et dixit Deus eorum, ut exirent de incolatu suo, et irent in terram Chanaan. Et habitaverunt ibi, et multiplicati sunt auro, et argento, et in pecoribus multis valdè. — 10. Et descenderunt in Ægyptum (operuerat enim faciem terræ Chanaan fames) et incoluerunt ibi, quoadusque aucti sunt. Et facti sunt ibi in multitudinem plurimam, et non erat numerus generis eorum. — 11. Et insurrexit eis rex Ægypti, et circumvenerunt eos in labore, et latere, et humiliaverunt eos, et posuerunt eos in servos. — 12. Et exclamaverunt ad Deum suum : et percussit universam terram Ægypti plagis, in quibus non erat curatio. — Et ejecerunt eos Ægyptii à facie suâ. — 13. Et exsiccavit Deus Rubrum mare ante eos. — 14. Et duxit eos in viam Sina,

et Cades Barne. Et ejecerunt omnes habitantes in deserto. — 15. Et habitaverunt in terrâ Amorrhæorum : et omnes Esebonitas exterminârunt in fortitudine suâ. Et transeuntes Jordanem, hæreditârunt universam montanam. — 16. Et ejecerunt à facie suâ Chananæum, et Pherezæum, et Jebusæum, et ipsum Sichem, et omnes Gergesæos : et inhabitârunt in eâ dies multos. — 17. Et quoadusque non peccaverunt in conspectu Dei sui; fuerunt bona cum eis, quoniam Deus odio habens injustitiam, cum eis est. — 18. Quando autem recesserunt à viâ, quam disposuit eis ; exterminati sunt in multis bellis plurimùm valdè ; et captivi ducti sunt in terram non propriam : et templum Dei ipsorum factum est in pavimentum : et civitates eorum captæ sunt ab adversariis. — 19. Et nunc revertentes ad Deum suum, ascenderunt è dispersione, ubi dispersi fuerunt illìc, et tenuerunt Hierusalem, ubi sanctuarium eorum : et habitârunt in montanâ, quoniam erat deserta. — 20. Et nunc, dominator domine, siquidem est ignorantia in populo hoc, et peccant in Deum suum, et videbimus, quia est in eis scandalum hoc; et ascendemus, et debellabimus eos. — 21. Si autem non est iniquitas in gente ipsorum; prætereat, quæso, dominus meus; ne fortè protegat Dominus eorum, et Deus eorum pro ipsis, et erimus in opprobrium coram omni terrâ. — 22. Et factum est, ut cessavit Achior loquens sermones hos ; et murmuravit omnis populus circumdans tabernaculum, et adstans. Et dixerunt magnates Olophernis, et omnes habitantes maritimam, et Moab, concidere eum. — 23. Non enim timebimus à filiis Israel. Ecce enim populus, in quo non est virtus, neque potentia ad aciem fortem. — 24. Quare nunc ascendamus; et erunt in escam universi exercitûs tui, domine Olophernes.

COMMENTARIUM.

In capite isto tria sunt : Una scilicet de Judæis interrogatio, ad eam responsio, de hâc ipsâ judicium.

Interrogationis verò primò ponitur occasio, vers. 1 et 2, quia scilicet *montium itinera conclusissent* Judæi, et Græcè additur, ὅτι ἔθηκαν ἐν τοῖς πεδίοις σκάνδαλα, *quia posuissent in campis scandala.* Vocantur verò *scandala* impedimenta et obstacula quæ in viâ quâpiam ita sunt, ut progredi aut vetent, aut progredientem lædant, eumque claudicare faciant, cujusmodi, belli tempore, sunt advolutæ quædam itineribus moles, arbores, saxa, sparsique lapides et murices. Hinc verò in Scripturis peccata et peccatorum occasiones, quæ in Dei mandatorum cœlique viâ retinent, morantur, impediunt, lædunt et sauciant, scandala dicuntur. « Puto, ait S. Hieronymus lib. 2, contra Pelagianos, quòd peccatum scandalum sit, quod per scandalum venit. Nisi fallor enim σκῶλον (quod apud 70 Exodi 10, vers. 7, legitur, pro quo apud Aquilam est πρόπταισμα) et σκάνδαλον apud Græcos ex offensione et ruinâ nomen accepit. » Atque hinc Matthæi 5, et 1 Corinth. 8, σκανδαλίζειν : Rom. 14, τιθέναι σκάνδαλον; Roman. 17, ποιεῖν, Apocalyp. 2, v. 14, βάλλειν, *scandalizare, scandalum ponere, facere, jacere.* Et 2 Petr. 2, Christus Dominus *petra scandali* dicitur *non credentibus*, qui in eum, qui *credentibus* est *lapis electus et angularis ;* suâ ipsi malitiâ et pravitate, impingunt, ex eo claudicandi, seque seipsos oblædendi occasionem captant. Deinde ii, quibus interrogatio facta est, recensentur, *principes Moab et duces Ammon*, vers. 2. Græcè adduntur satrapæ omnes oræ maritimæ, Philistæi scilicet. Hi enim qui Judæorum ab Oriente et Occidente vicini, optimè de iis responsuri videbantur, vel potiùs iis infestissimè consulturi. Magnum enim malum, malus vicinus. Tertiò, ipsa interrogatio est vers. 3, quæ partim simplex, partim comparata. In illâ interrogatur, de Judæorum populo, civitatibus, virtute, multitudine, rege. In istâ verò quæritur, cur Orientalibus aliis sint imperterritiores Judæi, neque ut cæteri, Holofernis illicò jugum subeant. Pro iis *qui habitant in Oriente,* habet Græcus *habitantes in Occidente*, quod magis consentaneum versui quinto capitis secundi. Nihilominùs tamen eadem sententia est. Nam qui ad orientem solem habitant, aliquando se propriè ad omnes qui Occidentis terras incolunt, comparant; aliquando se aliosque circumcirca propiores, etiamsi ad Occidentem vergant, cum iis tantùm conferunt, qui remotissimè in obeuntis solis regionibus habitant. Priore modo Judæi sunt Assyriis occidentales, et sic loquitur Latinus, cap. 2, Græcus isto capite. Posteriore modo iidem adhuc Orientales sunt, et sic isto loco Latinus.

QUÆSTIUNCULA.

Officiatne hujus historiæ vel tempori vel auctoritati, Holofernis interrogatio?

Ex declaratâ jam Holofernis interrogatione, contra Manassæum historiæ hujus tempus, adeòque contra historiam ipsam, ejusque auctoritatem, magnum et primum scandalorum.

uti paulò ante loquebamur, suorum (in viâ siquidem veritatis, quid aliud hæreticorum argumenta sunt?) facit, jacitque Wittakerus : « In principio, ait, quinti capitis Holofernes, « quando sensit populum Judæorum, bellum « meditari ac parare, duces omnes convocat, « ab eisque quærit, quis ille populus esset, et « quem ducem haberet. Verùm, si Manasses « paulò ante captus à rege Chaldæorum, et « Babylonem deportatus fuisset, nec populum « illum, nec regem Judæorum Holofernes aut « Chaldæi ignorare potuissent, ut illi ab « Achiore Ammonitâ hæc quærere ac discere « necesse esset. Sic enim quærunt de populo, « de regione, de urbibus, de hominum potentiâ, de genere militiæ, de duce ac rege, quasi « qui nihil unquàm de Judæorum gente audi« vissent. At Chaldæi jam priùs huic populo « bellum intulerant, Judæam vastaverant, « Hierosolymas ceperant, regem Manassem « secum in Babyloniam abduxerant. Ergo hæc, « quæ nunc quæruntur, illis ignota esse nequa« quàm potuissent. » Tota tanti scandali vis est hæc : Qui cognoscere vult, nescit; quisquis interrogat, cognoscere vult; ergo quisquis interrogat, nescit. At Holofernes nullo modo m, vere potuit. Ergo. Propositio illa vera ut concedatur, duplicem cautionem requirit : Unam, ut, qui cognoscere vult, significet, qui cognoscere desiderat, quòd desiderium scilicet rei sit absentis. Alioqui, etiam dùm cognoscimus, cognoscere volumus. Vult Deus quæ cognoscit, cognoscere. Volo quæ scio non nescire. Non vult Wittakerus quæ sibi nota, ignota esse. Altera est, ut nescire modo eodem accipiatur, quo cognoscere desideratur. Alioqui sæpè scimus, quæ cognoscere desideramus. At non eodem modo. Scimus imperfectè : perfectiùs cognoscere avemus. Videmus in ænigmate et per speculum ; videre facie ad faciem cupimus. Assumptio verò penitùs falsa est. Docent enim grammatici et rhetores, et, absque istis, ipse quotidiani sermonis usus, plurima plurimos interrogare, quæ nôrunt optimè, tantùm ut vel suam aliquam admirationem proponant, ab alio facti alicujus confessionem eliciant, ea quæ nôrunt, laudent, vituperent, extollant et dejiciant atque contemnant. Plena exemplorum profana litteratura. Sed, intra sacrorum Bibliorum terminos, scandalisten ipsi nostrum, quæ non ignoramus, interrogemus. Cùm Adamum interrogaret Dominus, Genes. 3, vers. 9, *Ubi es?* an ubi ille esset, ignorabat? Cùm ibidem vers. 11, rursùm interrogaret : *Quis indicavit tibi quòd nudus esses?* an quis indicàsset, non noscebat? Cùm interrogando pergeret vers. 13 : *Quare hoc fecisti?* an quare fecisset, nesciebat? Cùm capite 4, vers. 6, dixit Caïno Dominus : *Quare iratus es? et cur concidit facies tua?* num iræ vultùsque hujus causam non tenuit? Cùm iterùm dixit vers. 9 : *Ubi est Abel frater tuus?* an ubi exanimis et mactatus jacebat iste, non perspexit? Tandem cùm adjunxit vers. 10 : *Quid fecisti?* non plagas, et cædem ipsam viderat, non sanguinis vocem de terrâ clamantem audierat? Cùm idem Dominus ab Eliâ percunctaretur 3 Reg. 19 : *Quid hìc agis, Elia?* cùm ab Jeremiâ cap. 1. *Quid tu vides, Jeremia?* ab Amos cap. 7 : *Quid tu vides, Amos?* apud Malachiam 1, vers. 10 : *Quis est in nobis qui claudat ostia, et incendat altare meum gratuitò?* num horum ei quidquam ignotum erat? Ecquid verò sibi vult Moyses cùm Numer. 16, vers. 11, interrogatione istâ utitur : *Quis est Aaron, ut murmuretis contra eum?* fratrem non nôrat? Ecquid Nabal, cùm 1 Reg. 25, vers. 10, Davidis pueris respondet : *Quis est David, et quis est filius Isai?* an qui filium Isai, et fugitivum postea servum vocat, de Davide nihil audierat? Ecquid Jehu, cùm Jezraelem intrans, Jezabelem videns, 4 Reg. 9, vers. 32, stipatores rogabat : *Quæ est ista?* Num qui annos pluresin Achabi, Joramique regum aulis versatus erat, et quidem inter palatinos summæ ipse auctoritatis, et cum regibus familiaritatis, ibid. vers. 5 et 25, reginam non mutatâ veste fugientem, sed regio cultu fulgentem, stibio depictis oculis nitentem, regio capitis ornatu augustam, è fenestris despicientem, voces etiam, quæ audirentur, mittentem, non agnoscebat? Non igitur quisquis interrogat, ideò ignorare, quia interrogat, existimandus, sicque absque ullo veritatis vulnere aut molestiâ, totum Wittakeri scandalum removetur. Hæ siquidem Holofernis interrogationes, non sunt omninò ignorantis, et de quibus nihil unquàm audivisset, prout isti videri vult, exquirentis, sed sunt interrogationes militis, et militis quia præter ipsius opinionem et voluntatem, ipsi tantas copias ductanti, suisque viribus præsidenti resistere quidam audeant ; mirantis, irascentis, hostes vilipendentis et contemnentis, quasi diceret : Quid istùc novi? Tam instructas tamque innumerabiles copias cùm habeam, tot jam urbes, provincias, populos, fulminis instar, quàm ocissimè pervaserim, omnes vel solo Assyrii nominis terrore perculerim, di-

cite, obsecro, quis iste tam stolidus, tamque ineptus et vecors populus, qui, me ut arceat, montana obsidere, arma parare, meque contra tueri audet? Quæ, quales, et quantæ ipsorum, etiamsi essent iis quas jam diripuimus, majores et munitiores civitates? Quæ tanta eorum virtus? Quæ, contra tot peditum equitumque myriadas, eorum multitudo? Quis rex militiæ illorum, suæ ipsius imbecillitatis et fortunæ tam immemor, cùm nuper adhuc captus, et è carceribus catenisque nostris vix pridem effugerit? Hanc verò esse Holofernis mentem non negabit, qui adverterit primò ad similem interrogationem, vers. 27 : *Quis est iste, qui filios Israel posse dicat resistere regi Nabuchodonosor, homines inermes, et sine virtute, et sine peritiâ artis pugnæ?* Achiorem videbant Holofernis magnates; loquentem diù audierant, Ammonitarum ducem sciebant, et tamen, præ irâ et contemptu, interrogant : *Quis est iste?* et suam de filiis Israel opinioenm, ob quam sic antea Holofernes interrogârat, clarè aperiunt, homines esse inermes, imbecillos, reique militaris imperitos. Præterea eodem modo, sequentis capitis initio ipse Holofernes in Græco : *Quis es tu, Achior, et mercenarie Ephraim?* Tertiò, non mercenarios Ephraim tantùm eo versu nominat Holofernes, sed hoc etiam cap. 5, vers. 3, Moabitas, Ammonitas et Palestinos, *filios Chanaam* appellat. Cur ergo et filios Israel ignoret, qui tantam vicinorum habet notitiam? Quartò, si quis consideret; tota et tam altè repetita ipsius Achioris narratio hùc tendit, ut ostendat non adeò Israelitas despicatui habendos : sed summo eos Numini charos esse, ipsiusque auxilio et manu maximas sæpissimè res gessisse, uti non falsò intellexerunt Holofernis duces, vers. 26 et 27, ipsemet etiam cap. 6, vers. 2. Quintò, hic ipse tumidorum, verbisque ipsos penè cœlos territantium Pharaonum, Goliathorum et Rabsacarum loquendi modus est, plenus fastu, sui ipsorum admiratione, aliorum omnium contemptu. *Quis*, aiebat Pharao Exodi 5, vers. 2, *est Dominus, ut audiam vocem ejus*? Cùm inspexisset Philistæus, et vidisset David, despexit eum, 1 Reg. 17, vers. 42. Dixitque Rabsaces, 4 Reg. 18, vers. 29 : *Hæc dicit rex magnus Assyriorum : Quæ est ista fiducia, quâ niteris? Numquid liberaverunt,* vers. 33, *dii gentium terram suam de manu regis Assyriorum; ubi est Deus Emath et Arphad? Quinam illi sunt,* vers. 25, *in universis diis terrarum, qui eruerunt regionem suam de manu meâ, ut possit eruere Dominus Jerusalem de manu meâ?* Et Nabuchodonosor Danielis 3, vers. 15 : *Quis est Deus, qui eripiet vos de manu meâ?* Postremò : nimium imperitus archistrategus, eoque prorsùs nomine indignus Holofernes fuisset, si propriè ac verè, quænam ista gens, et quæ regio esset, contra quam agmina tanta duceret, ignorasset, præsertim cùm in hâc ipsâ regione ac gente, recentissima essent Assyriorum trophæa Phulis, Theglathphalaaris, Salmanasaris et Sennacheribi, etiamsi Manassæ captivitas nulla fuisset, 2 Paralip. 33, vers. 11. Historiæ ergo hujus vel tempori vel auctoritati prorsùs nihil officit Holoferniana hæc arrogans et fastuosa interrogatio.

Responsio verò ad interrogationem istam fit ab Achiore, qui mendosè in Sulpitio *Accitor* scribi solet, diciturque *omnium filiorum Ammon dux*, ut ejus opulentia dignitasque perspicua sit. Ammonitæ siquidem à filio Loth Ammon, populum magnum efficiunt, eorumque principes plures nominantur, Jeremiæ 49, vers. 3, Amos 1, vers. 13, et rex præpotens, 1 Reg. 11, 2 Reg. 10, vers. 1, Jerem. 40, vers. 14, erantque, ut ait in Amos 1, D. Hieronymus, Arabes, quorum metropolis erat celebrata illa Rabbath, 2 Reg. 11, quæ postea dicta fuit Philadelphia et Syrorum sermone *Hamma*, ut in idem Amos caput 1, notat Theodoretus. Jam verò auctor Traditionum in Paralipomena, libro 2, docet Idumæos quandoque Ammonitarum sibi nomen tribuere, cùm scilicet contra filios Israel pugnare vellent, quia, inquit, *ob reverentiam paterni nominis* (Edom) *nolebant in pristino habitu arma movere contra Israel; sed transfigurabant se in habitum Ammonitarum.* Nam lib. 2 Paralip. 20, vers. 1, ita scriptum est : *Congregati sunt filii Moab et filii Ammon, et cum eis de Ammonitis.* Dùm cum filiis Ammon congregantur Ammonitæ, nonne alii atque alii significantur? Sive ergo Ammonitarum impropriè dictorum etiam, sive propriè tantummodò dictorum dux erat Achior, quia Græcè et Latinè *omnium* erat, fuit sanè potens et magnus. Et ut videamus, quàm benè *conveniant rebus nomina sæpè suis*, exponitur ejus nomen, *frater lucis*. Constat verò ejus oratio exordio, narratione, conclusione.

Illud tempori, loco et personis accommodatum, plenum demissionis, prudentiæ et gravitatis est vers. 5. Sed ex eo potissimùm discamus in omni sermone, quâcumque de re, coram quibuscumque et ubicumque, veritatem semper dicere. *Deponentes*, ait S. Apostolus

Ephes. 4, vers. 25, *mendacium, loquimini veritatem unusquisque cum proximo suo.* Solonis ut ait Laertius, lex erat : *Ne mentiaris.* Apud Persas quidem olim pueri ὡς μαθήματα τὸ ἀληθεύειν ἐδιδάσκοντο, *tanquàm disciplinas edocebantur, verum loqui. Mentiri,* ait libro de educatione liberorum Plutarchus, *servile est, odio dignum, ac ne mediocribus quidem servis ignoscendum.* Cùm verò sit *omnis homo mendax,* Psal. 115, Rom. 3, vers. 4, id est, ad mendaciolum interdùm aliquod vel propensus vel temerarius et inconsideratus, debet cuilibet quotidiè fixum hoc et firmè constitutum esse : *Non egredietur verbum falsum ex ore meo.* Sed istâ curâ vel inprimis egent, quibuscum principibus viris negotium est, præsertim cùm in consilium adhibentur, vel ab iis, certis de rebus, interrogantur, ne, ut libro 3, ait Thucydides, *præter animi sententiam, et ad gratiam* quidquam loquantur. Ab Charidemo apud Curtium lib. 3, et Demarato apud Herodotum lib. 7, exempla peti possunt non inepta, de quibus forsan aliquid postea.

Narratio multa complectitur, primò, primam Judææ gentis originem in Chaldæâ, vers. 6; deinde, illinc migrationem, migrationisque causam, vers. 7, 8, 9; tertiò, habitationem in Charrensi urbe ibidem; quartò, profectionem in Ægyptum, et commorationem ibidem, vers. 9; quintò, discessum indidem, vers. 10, sextò, nonnulla quæ in itinere mirabilia, transitum per mare Rubrum, vers. 12, commorationem in Sinai solitudinibus, vers. 14, dulcoratos fontes, vers. 15, cœlestem mannæ annonam ibidem; victorias divino auxilio potiùs quàm armis paratas vers. 16; septimò, generales causas partim rerum in eo populo adversarum, vers. 17, 18, partim etiam prosperarum, vers. 19; octavò, Chananææ terræ possessionem, quoad initium et progressum, vers. 20; denique horum confirmationem quamdam ab exemplis tum priscis tum recentibus, in calamitosis secundisque temporibus, vers. 22 et 23, per peccata nimirùm et pœnitentiam, per Dei cultum, ejusque legis observationem aut violatam aut restitutam. Erant in istis quæstiunculæ benè multæ. Quia tamen in Genesi, Exodo, secutisque libris opportuno sunt loco peractæ, non committam ut à composito, veluti corpore membra divellam, et hùc illùcque spargam. Causæ tantùm illæ generales ærumnarum vel proprietatum notentur, et una hæc.

QUÆSTIUNCULA.

Quomodò adversariorum et prosperorum, in Latino et Græco textu vers. 22, 23, exempla, libri hujus auctoritatem nihil omninò imminuant.

Qui Latinum solummodò textum aspiciunt Lyranus et Carthusianus, vel Græcum etiam, sed ita ut historiæ hujus tempus captivitate Babylonicâ posterius existiment, iis hìc scrupulosum planè nihil est. Nobis verò, qui et textum utrumque penè committimus, et ad Manassæ Babylonio è carcere liberati tempus, historiam eamdem revocavimus, eâdem jam facilitate gradi non licet. Nam ut è Latino primò aliquid afferam, quando et quomodò *nuper reversi ad Dominum Deum suum, ex dispersione, quâ dispersi fuerant, adunati sunt?* Quæ ista dispersio, et ex eâdem, quæ adunatio vel collectio? Rursùm quomodò dicitur, *iterùm possident Hierusalem.* Qui enim iterùm aliquid facit, id aliquando facere ante desierat. Quando verò, ante infelicem illum Sedeciæ annum ultimum desierunt Judæi Hierosolymam possidere? vel certè ante Joakimum, et Joacinum reges, à Babylonio Nabuchodonosore abductos. Sed in Græco plus inest difficultatis, quam idcircò solam in Bellarminum sibi evibrandam censuit Wittakerus : « Quando, « inquit, Holofernes in Judæam venit, tem« plum eversum fuerat. Tunc enim hæc verba « Achioris in libro Græco : *Templum Judæo« rum Jerosolymitanum eversum fuit, et solo « æquatum, et civitates eorum occupatæ.* Sed in « illâ Manassis captivitate, nulla fuit templi « eversio; nec templum solo æquatum fuit « ante regnum Sedeciæ, in quo magna illa « captivitas contigit, quod omnes profectò in« telligant. » Addam ego et alia : *primò,* hâc ipsâ phrasi, non nisi quando funditùs et templum et Hierosolyma eversa est, uti Josephus, cùm lib. 10. c. 11, ait : *Jussit Nabuchodonosor incendere templum, et regias, et urbem ad solum usque tollere,* cùmque facta hæc omnia postmodùm explicat, verbis utitur duobus, *incendit, evertit.* Quid horum verò ante illud tempus factum? Deinde in eodem Græco, supra 4 vers. 2 : *Recenter è captivitate ascenderant, et nuper omnis Judææ populus collecta erat; et vasa, et altare, et domus è profanatione, sacra erant.* Quæ ista tam recens captivitas et ex eâ reditus, et quidem totius Judææ populi? Quæ vasorum, altaris templique profanatio et iterata consecratio seu expiatio? Nihil tamen omnia hæc

traditam historiæ hujus auctoritatem ac tempus labefactant, idque ut intelligatur, Latinum primò textum exponam, deinde quæ ipsius Græci propria sunt.

In illo igitur calamitates variæ primò traduntur vers. 22, *ante hos annos*, ait. In Græco non est, sed valet : *Olim et nuper, præteritisque tam remotis quàm propinquis temporibus*; præterea, *exterminati sunt præliis à multis nationibus*, de Babyloniâ captivitate palam est, sermonem non esse, cùm una tantùm Chaldæorum natio nominaretur. Licet enim in Babylonii Nabuchodonosoris exercitu, nationes plures militare potuerint, quemadmodùm et in Holofernis jam exercitu videmus, una tamen, quæ cæteras sub signis suis habet, easque ad bellum deducit, est, quæ hostem suum vincere, captivos abducere, cæteraque hostilia facere dicitur. Sic enim et prophetæ loquuntur, et scriptores alii cùm sacri, tùm profani. Sed *quæ istæ multæ nationes?* Sume vel unum Judicum libellum in manus : lege capitis 3 versum 8, 12, 13, cap. 4, vers. 2, cap. 6, vers. 1 et 3, cap. 10, vers. 7, cap. 13, vers. 1, et invenies Israelitas nostros quandò à viâ, quam dederat illis Deus, recesserant, exterminatos olim à Mesopotamiis, Moabitis, Ammonitis, Amalecitis, Madianitis, cæterisque, ut caput illud 6, vers. 3, loquitur, *orientalium nationum*, denique ab Ægyptiis et Philisthæis, ita ut cap. 10, vers. 11, dixerit illìc Dominus, quod loco huic lucis non parùm affert : *Numquid non Ægyptii et Amorrhæi, filiique Ammon et Philisthiim, Sidonii quoque et Amalec et Chanaan oppresserunt vos? et clamâstis ad me, et erui vos de manibus eorum.* Adjunge verò, si libet, libros etiam Regum, et libri 3, cap. 11, vers. 14, comperies bella, clades, vastitatesque plurimas ab Idumæis, Syrisque, modò Damascenis, modò aliis illatas, adeò ut lib. 4, Reg. 17, vers. 20, scriptum sit : *Projecit Dominus omnem Israel, et afflixit eos, et tradidit eos in manu diripientium, donec projecerit eos à facie suâ.* Et ne de recentissimis Assyriorum tantummodò cladibus cogitares, adjectum est vers. 21, *ex eo jam tempore, quo scissus est Israel à domo David, constituerunt sibi regem Jeroboam, filium Nabat.* Novæ autem clades et recentissimæ sunt non Israelis tantùm per Assyrios, sed et Hierosolymitani regis Manassæ, 2, Paralip. 33, vers. 11. Pergit verò hìc Latinus noster, *et plurimi eorum captivi abducti sunt in terram non suam.* Quis negetin tot, tantisque bellis, stragibus, vastationibus quàm plurimos, in victorum terras, duramque servitutem abstractos? Quis cum Manasse rege in compedes et ferrum compactos quamplurimos? Dùm verò signatè ait, *plurimi eorum;* significat nunquàm ad hoc usque tempus, universum simul populum abductum, quod tamen perpaucis, et è viliore plebe relictis, 4 Reg. 25, vers. 12 et 22, Jerem 39, vers. 9, cap. 40, vers. 7, factum Sedeciæ temporibus in extremâ illâ captivitate. Quemadmodùm ibidem cap. 17, vers. 23, dicitur : *Translatus est Israel de terrâ suâ in Assyrios?* ita et cap. 25, vers. 21 : *Translatus est Juda de terrâ suâ.* Threnorum 1, vers. 3 : *Migravit Judas,* 2 Paralip. 26, vers. 20 : *Si quis evaserat gladium, ductus in Babylonem, servivit regi et filiis ejus, donec imperaret rex Persarum.* Ideòque hic locus eos potiùs arguit, qui posteriora illa tantùm Persicorum regum tempora meditantur. Cùm enim magnas et calamitates, et salutes ostendere vellet, in communi illo gentis totius excidio, ex usitato quotidiani hominum sermonis, ipsiusque divini etiam verbi usu, dixisset potiùs *omnes* quàm *plurimi*, quemadmodùm Isaias cap. 64, vers. 6 : *Facti sumus ut immundus* OMNES *nos; cecidimus quasi folium* UNIVERSI. Jeremias cap. 6, vers. 13 : *A minore usque ad majorem* OMNES *avaritiæ student, et à prophetâ usque ad sacerdotes* CUNCTI *faciunt dolum.* Cap. 8, vers. 6 : NULLUS *est qui agat pœnitentiam:* OMNES *conversi sunt ad cursum suum.* Vers. 10 : *A minimo usque ad maximum* OMNES *avaritiam sequuntur; à prophetâ usque ad sacerdotem* CUNCTI *faciunt mendacium.* Et de Judæâ post captivitatem illam, vulgaris hic sermo erat, Jeremiæ 32, vers. 43, quòd *in eâ non remanserit homo, et jumentum, et data sit in manus Chaldæorum.* Jam post calamitates tam veteres quàm novas, ponuntur quæ ex pœnitentiâ ortæ sunt salutes, non omnes quarum facta erat mentio vers. 19, sed ex omnibus una, quæ tempore novissima memoriâ et ipso ejus fructu testatissima. NUPER, ait, *reversi ad Dominum.* Græcè νῦν, *nunc, jam.* Sermo est de reversione per Manassen factâ. Nam ipse 2 Paralip. 33, vers. 13, *oravit Dominum suum, et egit pœnitentiam; cognovit, quòd Dominus ipse esset Deus; abstulit,* vers. 15, *deos alienos, et simulacrum de domo Domini; aras quoque quas fecerat in monte domûs Domini, et in Hierusalem, et projecit omnia extra urbem, præcepitque Judæ,* vers. 16, *ut serviret Domino Deo Israel;* Hebraicè, *dixitque ipsi Judæ,* id est, egit cùm Judâ, ei suasit et persuasit, *ut serviret Domino Deo Is-*

rael. Sicque reversi sunt ad Dominum Deum suum, et ex dispersione, quâ tum, partim abductione, partim fugâ et latebris, dispersi fuerant, rege redeunte *adunati sunt, et ascenderunt montana hæc omnia.* Montanorum potissimùm meminit, quia, ut in Græco est, *deserta erant*, translatis jam in Assyriam tribubus Israel, uti significatum Deuter. 7, Exod. 23, 4 Reg. 17, *et iterùm possident Hierusalem, iterùm,* inquam, quia vel abducti ex eâ fuerant, vel ex eâ fugerant, et, quemadmodùm 2 Reg. 11, v. 17, Jerem. 40, v. 12, cap. 43, v. 5, vel in Ægypto vel alibi, delituerant, eam possidere desiderant, jamque postliminio eam possident, imò, et omnes, etiam qui ex eâ non excesserant, *iterùm* eam possident, quia novo modo, renovatâ libertate, pristinoque politiæ jure, patriam obtinent. Licet verò in Græco non istud, *iterùm*, sed tantùm κατέσχον τὴν Ἱερουσαλὴμ, *obtinuerunt Hierosolymam*; jam tamen clarè, ut opinor, patet Latini textûs expositio, et ad omnia, quæ quæstiunculæ initio ex illo quæsita sunt, responsio.

Ad Græcum venio, in quo est illa quidem, quam objicit Wittakerus, difficultas, sed ab ipso, contra quem objicit, priùs mota et objecta, imò et dissoluta. Si veritatis esset amans hæreticus, debuisset non difficultatem tantùm aperire, sed vel ejus dissolutionem approbare, vel cur non approbaret, ostendere, ipsumque refutare. Verùm ita ex D. Thomâ, cæterisque scholasticis, quæ mendicârunt argumenta, solent interdùm Calvinus, Melanchton, Chemnitius, aliique id genus lucifugæ, ea apud imperitos venditare : solutiones verò eorum dissimulare. Nos verò Bellarminum ipsum audiamus. « Nec « verò, ait, movere quemquam debet, quòd « in textu Græco auditur, etiam templum fuisse « solo æquatum, quando dispersi sunt Judæi. « Nam illa verba supposita videntur, quandoquidem S. Hieronymus, qui fidelissimè transtulit hunc librum ex Chaldæo sermone in « Latinum, nihil de eversione templi in suâ « editione posuit. » Huic rationi, quam ne verbulo quidem succutere Wittakerus potuit, possunt et hæc adjungi, quòd Græcum sæpiùs textum mendosum deprehendamus, quòd ad calamitatem istam exaggerandam, coram homine profano et belli duce irato, ab homine prudente, multò magis injecta mentio fuisset regiæ urbis, non captæ modò, sed et inflammatæ, dirutæ, soloque penitùs æquatæ, 4 Reg. 25, vers. 9 et 10, 2 Paralip. 36, vers. 19. Si supposita tamen ea verba concedere liberet, exponi possent de summâ et extremâ illâ templi vastatione, seu profanatione, quam fecerat olim Manasses. Nam 4 Reg. 21, vers. 4, *extruxit aras* (Baal) *in domo Domini, de quâ dixit Dominus : In Jerusalem ponam nomen meum. Et extruxit altaria universæ militiæ cœli in duobus atriis templi Domini. Posuit quoque,* vers. 7 , *idolum luci, quem fecerat in templo Domini , super quo locutus est Dominus ad David, et ad Salomonem filium ejus : In templo hoc et in Hierusalem, quam elegi de cunctis tribubus Israel, ponam nomen meum in sempiternum,* 2 Paralip. 33, versu 4 et 5, *ædificavit altaria in domo Domini cuncto exercitui cœli in duobus atriis Domini;* versu 7, *sculptile quoque et conflatile signum posuit in domo Domini.* Firmatur expositio hæc ex Græcis capitis quarti verbis antea citatis. Primò, quia in istâ, quâ de agitur, vastatione, significant mansisse vasa, altare et ipsam Dei domum, sed eorum omnium βεβήλωσιν, id est, *profanationem* tantùm fuisse, seu, ut Josephus lib. 10, capite 4, μίανσιν, *pollutionem*, cùm de Manasse ait : Μίαναι ἐτόλμησε τὸν ναὸν τοῦ Θεοῦ. Deinde non ait vasa, altare, templum reædificatum, uti Zorobabelis tempore fieri oportuit, sed tantùm ἡγιασμένα, id est, *sanctificata.* Polluta siquidem mundari, profana expiari, et rursùm sacrari debebant. Tantùm superest, ut quo tunc modo potuerit stans manensque templum εἰς ἔδαφος γίγνεσθαι, aperiam. Fieri hoc bifariàm potuit. Primò, συνεκδοχικῶς, quia magnæ illius partes dissectæ, dissolutæ, solo æquatæ jacebant, uti non obscurè colligas ex 4 Regum 22, versu 5 et 6, 2 Paralip. 34, vers. 10 et 11, cùm curavit sanctissimus Manassæ ipsius nepos, ut ingenti collectâ pecuniâ, ædiles INSTAURARENT *templum, et infirma quæque sarcirent. At illi dederunt eam artificibus et cæmentariis, ut emerent lapides de lapicidinis , et ligna ad commissuras ædificii, et ad contignationem domorum quas* DESTRUXERANT *reges Juda.* Deinde, possunt ea verba simpliciter verti, *fieri in pavimentum,* id est, templi sanctitatem ita violari, quasi commune quoddam publicumque solum esset, quod omnium jam pedibus conculcaretur. Nam ἔδαφος *solum, pavimentumque* significat, et discrimen esse potest inter id, quod ex Josepho afferebatur, εἰς ἔδαφος καθελέσθαι, et inter id, quod hoc loco Græcus ait, εἰς ἔδαφος γίγνεσθαι. Illud enim valet, *ad solum usque tolli, solo æquari, funditùs exscindi,* ideòque et ad hoc magis explicandum, non simpliciter εἰς

ἔδαφος καθελεῖν, dixit lib. 3 Thucidides, sed addit ἐκ τῶν θεμελίων, *è fundamentis*, quod et Plutarchus dixit per εἰς ἔδαφος καταβάλλειν, *conjicere urbem* ἵνα *solum*, sive, *solo tenùs dejicere*. Ita porrò conculcatum et profanatum templum fuit, et ab ipsis impiis Judææ regibus, Manasse præsertim, antequàm eum pœniteret, prout supra dictum est, deinde à gentibus, dùm Manasses ipse captus est secundùm Wittakeri quidem verba, quæstione superiore allata, videlicet: *Chaldæi Hierosolymas acceperant, regem Manassen secum in Babyloniam abduxerant.* Nam quòd arx et templum ab Assyriis occupatum non fuerit, cùm civitatem pessimus ille pontifex Sobna, de quo supra, proderet, id Judæus, quem D. Hieronymus audire solitus est, referebat ad Sennacheribi tempora, ut ait idem D. Hieronymus in Isaiæ 22. Periit verò multò ante captum Manassen ille Sennacherib. Quomodò verò non omnium calcari vestigiis templum deberet, satis ex Scripturis et Josepho lib. 12, cap. 3, lib. 2, contra Appionem, perspicuum, adeò quidem ut Dominus et salvator noster non ementes modò et vendentes in eo versari nollet, sed nec *sineret* quidem, *ut quisquam vas transferret per templum*, Marc. 11, vers. 16. Cæterùm, quando scelerum impietatisque suæ Manassen pœnituit, correcta fuêre hæc omnia, et quæ profanata, consecrata, *populusque omnis collectus*, dùm qui excesserant, ad eos qui manserunt redirent, ad uniuscujusque religionis cultum, divinasque cæremonias redirent.

Conclusio ab Achiore facta, v. 24, exordio, sive demissionem, sive prudentiam et gravitatem spectes, consimilis est, hùcque tendit, ut in Judæorum tantummodò religionem inquiri velit. Ea si ab iis depravata, vincentur; si constanter studiosèque culta, vincent. Id enim ex calamitatum prosperitatumque causis antea positis et probatis rectè concluditur, quia sanè ut antea, vers. 21, dixerat, *Deus illorum odit iniquitatem*, sive, ut ait Græcus, *Deus, qui iniquitatem odit, cum ipsis est.* Sunt verò hæc nobis, hoc ipso tot tantorumque bellorum tempore, seriò expendenda, quia ex tanto sacrosanctæ religionis nostræ catholicæ neglectu, distractu et dissipatu, quem tot nobis hæreses afferunt, omnis christiani orbis calamitas, omnes istæ lacrymæ, prout in Anti-turcicâ meâ priore clariùs veriùsque sanè quàm vellem, monstravi cujus extremum duas duûm summorum Patrum memorabiles utique sententias proponebat. Prior est D. Hieronymus epist. 13. « Nostris, ait, peccatis Barbari fortes sunt; nostris vitiis Romanus fugatur exercitus. » Alter D. Ambrosius serm. 85 : « Civitati non nisi propter civium peccata infertur excidium. Desine peccare, et civitas non peribit. »

De Achioris responsione judicium duplex tum fuit : Unum, ducum aliorum, alterum ipsius Holofernis. De illo hìc à vers. 26 ad capitis finem. In Græco etiam dicitur *universus, qui aderat et Holofernis tabernaculum circumstabat populus, murmurâsse,* seu *confremuisse*, quod in Latino significatur cap. 7, vers. 12; deinde proceres ea tantùm dicunt, quæ in Latino sunt vers. 28, usque ad *montana. Ideò,* inquiunt, *ascendemus, et erunt* (Judæi) *exercitui tuo universo in devorationem, domine Holofernes.* De Holofernis judicio capite sequenti.

CAPUT VI.

1. Factum est autem cùm cessâssent loqui, indignatus Holofernes vehementer, dixit ad Achior (1) :

2. Quoniam (2) prophetâsti nobis dicens, quòd gens Israel defendatur à Deo suo, ut ostendam tibi quoniam non est Deus, nisi Nabuchodonosor (3) :

CHAPITRE VI.

1. Or il arriva que lorsqu'ils eurent cessé de parler, Holoferne, transporté de fureur, dit à Achior :

2. Parce que vous avez fait le prophète, en nous disant que le Dieu d'Israël sera le défenseur de son peuple; pour vous faire voir qu'il n'y a point de Dieu que Nabuchodonosor,

(1) Græcus : *Dixit Holofernes coràm omni populo alienigenarum, et ante omnes filios Moab : Et quis es tu, Achior, et mercenarii Ephræm?* tu et Ephraimitæ, qui servi estis mercenarii; vel, tu, et quicumque stipendiis Ephraimitarum meretis; vel, qui ad illorum laudes celebrandas mercede conducti estis. Syrus : *Quis tu, Achior, omnesque filii Moab, et servi* vel mercenarii *Ammon, quòd prophetâsti nobis*, etc. Nomen *mercenariorum Ammon* illi etiam objicitur inferiùs, v. 4, id quod suspectam reddere posset alteram lectionem : *Mercenarii Ephrem.* (Calmet.)

(2) Malè ominatus est. (Grotius.)

(3) Græcus legit : *Et quis est Deus nisi Nabuchodonosor? Hic mittet potentiam suam exercitum suum, et exterminabit eos à facie terræ, et non liberabit eos Deus eorum.* Constans Achioris libertas, indigno adeò præmio repensa, exemplis non caret. Darius prælium jamjam commissurus cum Alexandro, Charidemum ducem Atheniensem interrogavit, quid

3. Cùm percusserimus eos omnes, sicut hominem unum (1), tunc et ipse cum illis Assyriorum gladio interibis, et omnis Israel tecum perditione disperiet.

4. Et probabis quoniam Nabuchodonosor dominus sit universæ terræ (2) : tuncque gladius militiæ meæ transiet per latera tua, et confixus cades inter vulneratos Israel, et non respirabis ultra, donec extermineris cum illis.

5. Porrò autem si prophetiam tuam veram existimas, non concidat vultus tuus, et pallor qui faciem tuam obtinet, abscedat à te, si verba mea hæc putas impleri non posse.

6. Ut autem noveris quia simul cum illis hæc experieris, ecce ex hâc horâ illorum populo sociaberis (3), ut dùm dignas mei gladii pœnas exceperint, ipse simul ultioni subjaceas (4).

3. Lorsque nous les aurons tous tués comme un seul homme, vous tomberez vous-même sous le fer des Assyriens; et tout le peuple d'Israël périra avec vous.

4. Et vous éprouverez que Nabuchodonosor est le maître de toute la terre ; et alors l'épée de mes soldats déchirera vos flancs ; et vous tomberez percé de coups, parmi les blessés d'Israël ; et vous ne respirerez plus que pour périr avec eux.

5. Si vous croyez que votre prophétie soit véritable, que votre visage ne s'abatte point, et qu'on n'y voie plus cette pâleur dont il est couvert, si vous vous imaginez que ce que je dis ne peut s'accomplir.

6. Et pour que vous connaissiez que vous éprouverez ces choses avec eux, vous serez joint dès à présent à ce peuple, afin que, lorsque mes armes leur feront souffrir la juste peine qu'ils ont méritée, vous soyez aussi vous-même puni avec eux.

sibi de exercitu suo videretur. Is actutùm respondit, aptissimum esse ut finitimos terreret, minorem autem sibi videri cùm exercitatione tùm robore, ut viribus Alexandri resisteret, addito illius exercitûs, mirificæque disciplinæ elogio ; tùm clausit : « Pari robore « opus est : in illâ terrâ, quæ hos genuit, au« xilia quærenda sunt : argentum istud atque « aurum ad conducendum militem mitte. » Libera hæc verba adeò provocârunt Darium, hominem cæterùm ingenio mitem, ut nihil ulteriùs cogitans, trucidari actutùm Charidemum jusserit. Sed brevi se errâsse sensit; amisso enim prælio, doluit pariter amissionem ejus ducis, qui sapienter adeò monuerat.

(Calmet.)

(1) Addit Græcus : *Non sustinebunt potentiam equorum nostrorum : conteremus enim eos in ipsis, et montes eorum inebriabuntur in sanguine ipsorum, et campi eorum implebuntur mortuis ipsorum; et non resistet vestigium pedum eorum ad faciem nostram* (fugæ se dabunt), *sed perditione perdentur. Dixit rex Nabuchodonosor dominus universæ terræ; dixit enim : Non evanescent verba sermonum ejus. Tu autem, Achior, mercenarie Ammon, qui locutus es verba hæc in die injustitiæ tuæ, non videbis ampliùs faciem meam à die hâc, quoad usque ultus fuerit genus eorum qui ex Ægypto* (indicat Judæos). *Et tunc pertransibit ferrum exercitûs mei, et populus ministrorum meorum costas tuas, et cades in cæsis eorum, quando revertero; et reducent te servi mei in montanam, et ponent te in unâ civitatum ascensionum, et non peribis donec exterminatus fueris cum illis. Et siquidem speras corde tuo, quia non capientur, ne concidat vultus tuus. Locutus sum, et nihil decidet de verbis meis.* Hæc leguntur in Græco pro versiculis 3, 4, 5, 6, 7, qui longè aliter in Vulgatâ exhibentur.

(Calmet.)

(2) Additur in Græco : Οὐ ῥύσεται αὐτοὺς ὁ Θεὸς αὐτῶν, *non eruet eos Deus eorum,* ex verbis Rabsacis 4 Regum 18, 34, 35. Sequitur in Græco : Καὶ τὰ ὄρη αὐτῶν μεθυσθήσονται ἐν τῷ αἵματι αὐτῶν, *et montes ipsorum inebriabuntur sanguine eorum,* ex Isaiâ 24, 7. Mox dicitur dixisse Nabuchodonosor, οὐ ματαιωθήσονται τὰ ῥήματα τῶν λόγων μου, *non inanescent verba sermonum meorum,* id est, omnia potiùs movebo quàm minæ meæ sint irritæ. (Grotius.)

(3) Quasi diceret : Videris, ô Achior, occultus Judæorum socius et fautor, ideòque meî proditor : quare vade ad illos, quorum societatem meæ prætulisti, estoque apertus mihi hostis, uti illi sunt, ut quorum in hostilitate es socius, eorumdem in internecione vindictæ meæ sis particeps.

(Corn. à Lap.)

(4) Plura hìc sunt in Græco. Primùm dicitur, Ἀχιὼρ μισθωτὲ Ἀμμὼν, *Achior mercenarie Ammon,* quasi dicat : *Homo mercede conducte,* nullo affectu in res nostras; deinde, ἐν ἡμέρᾳ ἀδικίας, *in die injustitiæ,* id est, *hoc tempore quo perfidia tua detecta est;* postea, ὅταν ἐπιστρέψω, *cùm revertar,* id est, *ubi te rursùm videro,* inter hostes scilicet devictos. Ἐν μιᾷ τῶν πόλεων ἀναβάσεων, *in unâ urbe ascensionum,* id est, *aliquâ urbe earum, quæ in montibus sitæ, ob id invictas se putant;* ἀνάβασις *ascensio* est מעלה.

(Grotius.)

Il faut admirer ici et l'aveuglement et l'impuissance de l'orgueil de l'homme. Achior parle à Holoferne avec beaucoup de sagesse, et soutient les intérêts du Dieu d'Israël d'une manière très-désintéressée et très-généreuse. Ce général, tout enflé de présomption, ne peut entendre parler d'un autre dieu que de Nabuchodonosor ; non qu'il le crût effectivement un dieu, mais parce que l'on choquait son ambition, de lui parler de la puissance du Dieu d'Israël, lorsqu'il regardait son prince comme tout-puissant et comme invincible. A quoi le devait porter naturellement la fureur dont il se sentit tout transporté contre Achior, sinon

7. Tunc Holofernes præcepit servis suis, ut comprehenderent Achior, et perducerent eum in Bethuliam (1), et traderent eum in manus filiorum Israel.

7. Alors Holoferne commanda à ses gens de prendre Achior, de le mener à Béthulie et de le mettre entre les mains d'Israël.

à le faire massacrer dans le moment? Mais c'est ce qui n'était pas en son pouvoir, quelque grande que fût l'idée qu'il avait de sa puissance. Car Dieu avait résolu de récompenser Achior de la générosité avec laquelle il avait parlé pour sa gloire, et de le faire entrer en société avec son peuple. Et il permet pour cela que l'orgueil même d'Holoferne contribue à le sauver, lorsqu'il résolut de ne lui laisser la vie qu'afin de la lui ôter ensuite d'une manière qui lui eût été d'autant plus sensible, qu'il aurait vu de ses propres yeux la ruine entière d'un peuple dont il avait relevé si fort le Dieu. Etrange effet de l'aveuglement d'un esprit superbe, qui se prépare en idée un plus grand triomphe d'un ennemi qu'il n'épargne que pour le punir plus cruellement! Mais admirable et adorable conduite du Dieu tout-puissant, qui sait se servir de la vanité des esprits les plus impies pour les aveugler eux-mêmes, et pour procurer à ceux qui le haïssent sa miséricorde par les mêmes voies que leur fausse sagesse leur fait prendre pour la perdre! Qui ne se consolera par la vue de ces grands exemples, dans quelque fâcheuse extrémité qu'il se voie réduit du côté des hommes? *Si Dieu est pour nous, qui pourra être contre nous?* Qu'un ennemi artificieux et superbe forme de vastes desseins pour nous perdre, et qu'il se glorifie en lui-même de l'heureux succès dont il se flatte déjà par avance; nul ne peut nuire à celui qui est en la garde du Seigneur. Et tel se réjouit d'avoir creusé un précipice pour son ennemi, qui y tombe le premier. (Sacy.)

(1) Si fidei eorum qui terram sanctam peragrârunt fides habenda esset, de situ Bethuliæ minimè ambigeremus. Urbem enim hanc summo assensu collocant in tribu Zabulonis, spatio leucæ procul à Tiberiade, occidentem versùs, et æquo intervallo ab Abelinâ. Sunt etiam qui ipsa castrorum Holofernis vestigia in vicino urbi huic agro monstrent. Huic opinioni favere videtur Scriptura, cùm capite sequenti ferat, exercitum Holofernis motis castris ut Bethuliam proficisceretur, *venisse per crepidinem montis usque ad apicem, qui respicit super Dothain, à loco qui dicitur Belma, usque ad Chelmon, qui est contra Esdrelon.* Loca sunt hæc omnia tribui Zabulonis proxima. *Chelmon*, vel potiùs *Selmon*, mons est propè Sichem; vel fortè ipsa est *Cedmon* urbs ejus regionis, ex quâ nomen torrenti *Cadumim*, *Belma* ipsa est facilè *Beelmaim*, de quâ in capite 4, 3.

Græcus legit, motis castris profectos fuisse *in vallem propè Bethuliam super fontem, et extendisse se in latitudinem super Dothaim usque Bethlehem* (vel Belthem) *et in longitudinem à Bethuliâ usque ad Cyamonem, quæ est contra Esdrelon.* Hâc descriptione propiùs ad tribum Zabulonis admovemur; est enim in eâdem tribu Bethlehem, de quâ hìc; et non procul occurrunt Dothain et Esdrelon. Nec, si pro *Bethlehem* legeretur cum editione Romanâ *Belthem*, atque hæc pro *Beelmaim* acciperetur, longiùs à tribu Zabulonis removeremur. *Cyamon* mendum est facilè librariorum. Syrus legit *Cadmon*, occurritque ejus regionis torrens *Cadmon*, vel *Cadumim*, qui idem est torrens *Cison*, uti ad Judices 5, 21, animadvertimus. Hæc nos validiora censuimus, quibus definiri posset situs Bethuliæ in tribu Zabulonis, ubi ponendam censuerunt Brocardus et Adrichomius cum plerisque interpretibus.

Ambigunt nihilominùs quidam, utrùm Bethulia hæc Galilææ eadem sit, quam quærimus, vetus Bethulia. Qui è nostris loca sancta peragrârunt, ejus regionis narratiunculas, plerumque incertissimas, sectati sunt. Latuit Eusebium et S. Hieronymum, qui planè illam silent. Meminit Suidas urbis Bethuliæ; sed urbem hanc esse Judæorum dicens, cætera silet. Est in Scripturâ Bethul vel Bathuel, urbs in tribu Simeonis, quam nec Eusebius, nec S. Hieronymus prætereunt, idemque S. Hieronymus in Vitâ S. Hilarionis exhibet urbem Bethuliam in finibus Arabiæ, Ægyptum versùs, quinque dierum itinere à Pelusio. Eamdem urbem facilè innuit Sozomenus sub nomine Bethelæ. Pagus erat non modicus, ad urbem Gazam pertinens, templis celebris, quorum insignis erat vetustas æquè ac structura. Ad eamdem tribum Judith cum viro suo et optimates Bethuliæ pertinebant. Quis credat, sedem illos transtulisse in tribum Zabulonis, à sorte suâ adeò remotam? Ad hæc, si viam ab Holoferne signatam sequaris, statim intelliges, illum è Syriâ in Palæstinam profectum, pertransisse Galilæam; quidquid autem trans torrentem Cison jacebat, catenasque montium, quibus tribus Juda à regno Samariæ distinguitur, leges ab eodem imperatore accepisse. Ejus copiæ unius mensis spatio in ditione Ephraimi et Manasse consederunt: ibi autem substitit, ut reliquum copiarum suarum opperiretur, quibus instructus Ægyptum invaderet, ex regis imperio. Quæ transitum ejus remorarentur, sola Judæa, et tribus Simeonis præsertim, supererant, quas cùm detrectare imperium, nec venire cum cæteris ad deditionem intelligeret, paravit sese ut vi cogeret. In hâc narratione omnia sibi optimè constant.

Quid verò respondeatur textui capitis 7, quem superiùs produximus? Quâ ratione Holofernis exercitus considere potuit in castris Dothain propè Esdrelonem, Cadmonem et Bethlehem, quo tempore Bethuliam in tribu Simeonis obsidebat, urbem ab iis castris quinquaginta vel sexaginta leucis remotam? Respondeo, Scripturam capite septimo non describere castra, quò se contulerunt copiæ Holofernis, sed quæ deserebant, propiùs accedentes ad tribum Simeonis et ad Ægyptum. En sensum Vulgatæ: *Holofernes præcepit exercitibus suis ut ascenderent contra Bethuliam.... Omnes paraverunt se pariter ad pugnam contra filios Israel, et venerunt per crepidinem montis usque ad apicem qui respicit super Dothain.* Ex-

8. Et accipientes eum servi Holofernis, profecti sunt per campestria: sed cùm appropinquâssent ad montana, exierunt contra eos fundibularii (1).

9. Illi autem divertentes à latere montis, ligaverunt Achior ad arborem manibus et pedibus, et sic vinctum restibus dimiserunt eum, et reversi sunt ad dominum suum.

10. Porrò filii Israel descendentes de Bethuliâ, venerunt ad eum: quem solventes duxerunt ad Bethuliam, atque in medium populi illum statuentes, percunctati sunt quid rerum esset, quòd illum vinctum Assyrii reliquissent.

11. In diebus illis erant illìc principes (2), Ozias (3) filius Micha de tribu Simeon, et Charmi, qui et Gothoniel (4).

8. Les gens d'Holoferne, s'étant saisis de lui, s'en allèrent le long de la campagne; mais, comme ils approchaient des montagnes, les frondeurs sortirent contre eux.

9. Et eux, en se détournant du côté de la montagne, lièrent Achior à un arbre par les pieds et par les mains; et l'ayant ainsi attaché avec des cordes, ils le laissèrent là, et retournèrent vers leur maître.

10. Or les Israélites étant descendus de Béthulie, vinrent au lieu où il était; ils le délièrent et le conduisirent dans la ville, et l'ayant amené au milieu du peuple, ils lui demandèrent pourquoi les Assyriens l'avaient abandonné lié *de la sorte.*

11. En ce temps-là, Ozias, fils de Micha, de la tribu de Siméon, et Charmi, qui s'appelait aussi Gothoniel, commandaient dans le pays.

plicabant se *à Belmâ* (vel Beelmaim) *usque ad Chelmon* (vel Cadmon), *quæ est contra Esdrelon.* Is erat situs castrorum, quæ deseruerunt, cùm agmen profectum est. In eamdem sententiam explicari potest Græcus et Syrus. (Calmet.)

« Un géographe, dit Voltaire, serait bien « empêché à placer Béthulie; tantôt on la met « à 40 lieues au nord de Jérusalem, tantôt à « quelques milles au midi. » — Tous les géographes sont bien empêchés aujourd'hui à placer Babylone; il y a sur ce point trois sentiments différents, et nous ne serions pas embarrassés à prouver qu'aucun, pas même celui qui la place près des ruines d'Hella, n'est satisfaisant : donc *Babylone n'a jamais* existé. Nos antiquaires disputent sur la position de la plupart des villes de Gaule, dont César a parlé dans ses commentaires; on n'est d'accord ni sur celle de la ville des *Viducassiens,* ni sur celle de la cité des *Calètes; donc César ne fut qu'un romancier.* On n'est point d'accord sur la position de la forêt d'*Arolanum* dans laquelle Clotaire I et ensuite Clotaire II se retirèrent après leur défaite : les uns disent que c'est la forêt d'Orléans, d'autres soutiennent que c'est celle de Bretonne en Normandie, sur les bords de la Seine : donc *la fuite de ces deux rois est une fable.*

Au reste il est faux qu'*un géographe soit bien empêché à placer Béthulie.* Cette place, selon deux textes bien formels du livre de Judith, était voisine de la plaine d'Esdrelon, et cette plaine était certainement en Galilée, entre Bethsan ou Scythopolis et le mont Carmel. Béthulie était donc dans le même pays, environ à trente lieues au nord de Jérusalem. Ceux qui la placent *à quelques milles au midi* de cette capitale n'en donnent que des raisons faibles et absolument étrangères à la géographie, en identifiant le pays d'où la famille de Judith était originaire avec celui qu'elle habitait depuis son mariage. (Duclot.)

(1) Funditores Bethuliæ in eam copiarum partem eruperunt, quæ Achiorem deducebat. Græcus fusior est : *Provenerunt è medio campestris in montanam, et advenerunt super fontes, qui erant sub Bethuliâ. Et ut viderunt eos viri civitatis super cacumen montis, sumpserunt arma sua, et abierunt extra civitatem ad cacumen montis, et omnis vir fundibularius tenuit ascensum ipsorum, et jaculati sunt lapidibus super eos.* (Calmet.)

(2) Ἄρχοντες πόλεων, *principes urbium;* iidem qui πρεσβύτεροι τῆς πόλεως, *Seniores urbium,* infra, 11. (Grotius.)

(3) Ergo advena erat *Ozias,* utpote ex tribu *Simeon* oriundus, sed qui Bethuliæ, in urbe Zabulonicæ tribûs, principem agebat, fortè civitate jam pridem donatus; fortè etiam recens occasione belli hujus Holofernici Jerosolymâ à pontifice Eliacim Bethuliam submissus. Cui postremò favet, quòd in decursu hujus historiæ, non Bethuliæ tantùm princeps, sed subinde etiam *princeps Juda* vocetur, ut c. 8, v. 34, imò etiam *princeps populi Israel* c. 13, v. 23. Alteri principi Charmi hìc in Græco, cognomen additur Melchiel; et c. 8, v. 9, etiam in Latino jungitur ei socius Chabri, aliàs Gothoniel, quos Lyranus et Carthusianus ex eo putant sacerdotes fuisse, quòd in hâc historiâ subinde *presbyteri* vocentur; et soleant sacerdotes sæpè præfici etiam rebus bellicis, ut Josephus suo pluriumque aliorum exemplo docet. Sed infirmum hoc est argumentum, cùm *presbyterorum* nomine designari constet seniores quosvis; et in singulis urbibus essent ex institutione Moysis, ut alibi tradit Josephus, septem designati, qui principes et judices populi essent et seniores et presbyteri avocari solerent, vel majores natu; vel optimates. Et licet his assiderent semper aliqui ex Levitis, poterant tamen ipsi ex quâvis tribu desumi : et ferè desumebantur ex eâ tribu, cujus civitas esset, quanquàm, is ordo sæpè servatus non fuerit. (Tirinus.)

(4) Licet enim Bethulia esset in tribu Zabulon, tamen ex aliâ tribu, puta Simeon, habuit ducem, uti toti Israeli præfuère judices ex variis tribubus oriundi. Hinc et Ozias hìc c. 8, 34, vocatur *princeps Juda,* et c. 13, 23, *princeps populi Israel.* Lyran. et Dion. censent Oziam et Charmi fuisse sacerdotes seniores,

12. In medio itaque seniorum (1), et in conspectu omnium (2), Achior dixit omnia quæ locutus ipse fuerat, ab Holoferne interrogatus : et qualiter populus Holofernis voluisset propter hoc verbum interficere eum :

13. Et quemadmodùm ipse Holofernes iratus jusserit eum Israelitis hâc de causâ tradi, ut dùm vicerit filios Israel, tunc et ipsum Achior diversis jubeat interire suppliciis, propter hoc quòd dixisset : Deus cœli defensor eorum est.

14. Cùmque Achior universa hæc exposuisset, omnis populus cecidit in faciem, adorantes Dominum, et communi lamentatione et fletu unanimes preces suas Domino effuderunt,

15. Dicentes : Domine Deus cœli et terræ, intuere superbiam eorum, et respice ad nostram humilitatem (3), et faciem

12. Ainsi Achior dit au milieu des anciens, et en présence de tout le peuple, ce qu'il avait répondu aux demandes d'Holoferne; comment les gens d'Holoferne l'avaient voulu tuer, pour avoir parlé de la sorte;

13. Et comment Holoferne même, transporté de colère, avait commandé qu'on le mît entre les mains des Israélites, afin qu'après qu'il aurait vaincu les enfants d'Israël, il fit aussi mourir Achior dans les supplices, parce qu'il avait dit que le Dieu du ciel était leur défenseur.

14. Quand Achior eut raconté toutes ces choses, tout le peuple se prosterna le visage contre terre, en adorant le Seigneur; et mêlant ensemble leurs cris et leurs pleurs, ils offrirent d'un même cœur leurs prières à Dieu,

15. Disant : Seigneur Dieu du ciel et de la terre, regardez leur orgueil, et voyez notre abaissement, et considérez l'état où sont réduits vos saints; faites voir que vous n'aban-

quia in Græco vocantur presbyteri. Sed πρέσβυς, id est, presbyter, vocatur senior et major natu, sive laicus sit, sive sacerdos. (Corn. à Lap.)

Græcus et Syrus ferunt : *Ozias filius Micha, et Abris filius Gothoniel, et Charmis filius Melchiel.* Legitur sanè Chabri quidam inter principes regionis, capite 8, 9. Viri erant principes, et distincti inter cæteros, qui titulo seniorum Israelis donantur 11, 12 et 20. Urbem ejus que agrum moderabantur, præerant cœtibus, jus dicebant, populum in bello ac pace ad nutum regis, vel principis totius gentis regebant. (Calmet.)

(1) Græcus et Syrus fusiores aliquantò sunt: *Convocaverunt omnes seniores civitatis, et concurrerunt omnis juventus eorum, et mulieres in cœtum : et statuerunt Achior in medio omnis populi; et interrogavit eum Ozias quod acciderat. Et respondens annuntiavit eis verba consessûs Holofernis, et omnia verba quæcumque locutus erat in medio principum filiorum Assur, et quæcumque magniloquè locutus erat Holofernes in domum Israel. Et procidentes populus, adoraverunt Deum, et clamaverunt, dicentes : Domine, Deus cœli, respice super superbias eorum.* Ita hæ versiones pro vv, 12, 13 et 14. (Calmet.)

(2) Etiam populi, quæ ἐκκλησία, *conventus*, hìc dicitur in Græco, id est, קהל.

Quæ locutus ipse fuerat, ab Holoferne interrogatus. In Græco, τὰ ῥήματα τῆς συνεδρίας Ὀλοφέρνου, *verba consessûs Holofernis*, id est, *quæ in illo militari Holofernis consessu dicta fuerant.* (Grotius.)

(3) Ita et in cantico Deipara Virgo de se : *Quia respexit humilitatem ancillæ suæ ;* his et similibus Scripturæ locis, humilitas non significat virtutem illam, quâ quis humiliter et modestè de se sentit, quæ à Latinis propriè vocatur modestia, et Græcè ταπεινοφροσύνη, sed significat vilem et abjectum statum, seu conditionem hominis, præsertim in afflictione constituti; qualis hic erat populus Israeliticus.

Græci vocant ταπείνωσιν. Sensus igitur est : *Respice ad nostram humilitatem*, id est, ad afflictionem nostram, et miserabilem statum nostrum, simulque ad externam humiliationem, quam ultrò assumimus, jejunando, ciliciisque nos induendo. (Estius.)

Respice ad nostram humilitatem, id est, ad fortunas nostras abjectas ac miseras. Confer Lucæ 1, 48.

Et faciem sanctorum tuorum attende. Græcè: Ἐπίβλεψον ἐπὶ τὸ πρόσωπον τῶν ἡγιασμένων, *respice faciem sanctificatorum*, id est, sacerdotum, et Nazaræorum. (Grotius.)

Quidam istud sic interpretantur : Converte oculos tuos, non ad nostra merita, quæ nulla aut exigua sunt, sed ad merita sanctorum tuorum Abrahæ, Isaac, Jacob et aliorum sanctorum patrum, ut qui nostrâ iniquitate premimur, eorum meritis liberemur. Est quidem sensus ille pius; sed non videtur germanus hujus loci. Græci sic legunt : *Et respice in faciem eorum qui tibi sanctificati sunt.* Erat autem Deo sanctificatus totus populus Israeliticus, quia totus erat deputatus et consecratus ad veram religionem et cultum Dei, eumque cultum non animo solùm servabant, sed etiam profitebantur per multas cæremonias externas. Hinc ergo populus Israel vocatur populus peculiaris Dei, hæreditas ejus, et populus sanctus. Sensus igitur est : Respice in populum tuum, quem de cunctis nationibus tibi segregâsti et elegisti ad cultum tuum, ut in eo invocaretur nomen tuum. Et simile est quod in Completorio ex Jerem. 14 legimus : *Tu in nobis es, Domine, et nomen sanctum tuum invocatum est super nos; ne derelinquas nos, Domine Deus noster.* Nota præterea quòd vox Græca quoque verti possit in neutro genere *eorum, quæ tibi sanctificata sunt*, sed eòdem rediret.

Syrus : *Respice sanctuarium tuum,* quem sensum genuinum esse textûs arbitror. Græcus

sanctorum tuorum attende : et ostende quoniam non derelinquis præsumentes de te, et præsumentes de se (1), et de suâ virtute gloriantes, humilias.

16. Finito itaque fletu, et per totam diem oratione populorum completâ, consolati sunt Achior (2),

17. Dicentes : Deus patrum nostrorum, cujus tu virtutem prædicâsti, ipse tibi hanc dabit vicissitudinem ; ut eorum magis tu interitum videas.

18. Cùm verò Dominus Deus noster dederit hanc libertatem servis suis, sit et tecum Deus in medio nostrî : ut sicut placuerit tibi, ita cum tuis omnibus converseris nobiscum.

19. Tunc Ozias, finito consilio, suscepit eum in domum suam (3), et fecit ei cœnam magnam.

20. Et vocatis omnibus presbyteris, simul expleto jejunio refecerunt (4).

donnez point ceux qui présument de votre bonté, et que vous humiliez ceux qui présument d'eux-mêmes et se glorifient de leurs propres forces.

16. Après ces pleurs, le peuple étant demeuré en prières durant tout le jour, ils consolèrent Achior,

17. Disant : Le Dieu de nos pères, dont vous avez annoncé la puissance, vous en récompensera, et vous fera voir à vous-même leur perte.

18. Et lorsque le Seigneur notre Dieu aura mis ainsi ses serviteurs en liberté, qu'il soit aussi votre Dieu au milieu de nous, afin que, selon qu'il vous plaira, vous viviez avec nous, vous et tous ceux qui vous appartiennent.

19. L'assemblée étant finie, Ozias le reçut en sa maison, et lui donna un grand souper.

20. Et y ayant invité tous les anciens, le jeûne étant fini, ils prirent ensemble leur nourriture.

et Syrus multò quàm Vulgata breviores sunt. Ita enim legunt reliquum hujus capitis à v. 15 : *Et consolati sunt Achior, et laudaverunt eum valdè. Et assumpsit eum Ozias de ecclesiâ in domum suam. Et fecit convivium senioribus*, vel senatoribus. *Et advocaverunt Deum Israel in adjutorium totâ nocte illâ.* Notat Vulgata, v. 20, cibum illos non degustâsse nisi *expleto jejunio*, id est, subeunte nocte. Esurialibus diebus Hebræi totâ die cibo abstinent ; nullum tamen ciborum delectum adhibent ; vescuntur enim omnibus ad arbitrium. (Calmet.)

(1) Hoc est, confidentes in te, hi enim præ omnibus et ante omnia sumunt quasi Deum operum suorum ducem et belli ductorem, ac per eum certam sperant victoriam. Sic S. Germanus ut grassans incendium æger evaderet, ab aliis se moveri *fidei præsumptione non est passus*, ait Beda lib. 1 Hist. Angl. c. 19.

Præsumentes de se, id est, sibi, suisque viribus prælidentes ; unde explicans subdit : Et de sua virtute gloriantes humilias. Audi S. Bernard. lib. de Grad. humil. grad. 7 : « Qui « alios se præcellere putat, quomodò non plus « de se, quàm de aliis præsumat ? Primus in « conventibus residet, in conciliis primus res- « pondet, non vocatus accedit, non missus se « intromittit, reordinat ordinata, reficit facta, « quidquid ipse non fecerit aut ordinaverit, « non rectè factum nec pulchrè existimat or- « dinatum. Judicat judicantes, præjudicat ju- « dicaturis. » (Corn. à Lap.)

Hic præsumere de Deo non in vitio intelligitur, sicut quando dicitur peccatum in Spiritum S., contra quod Ecclesiasticus cap. 5 : *Ne dicas : Miseratio Domini magna est*, etc., sed significat confidere, fiduciam in Deo collocare. Estque sensus : Non derelinquis confidentes tuo auxilio, sed humilias fidentes viribus suis. (Estius.)

(2) Non tamen eum consiliis suis adhibuerunt, vel bello præfixerunt, quia transfugarum suspecta est fides ; sic enim Judith fictè transfugiens ad Assyrios, Chusai ad Absalonem, 2 Reg. 17, Sinon ad Trojanos, Zopyrus Darii Hystaspis dux ad Babylonios, eos hostibus suis tradiderunt. (Corn. à Lap.)

(3) Non quidem vinctum, aut custodiâ septum ; sed tamen aliquantulùm observatum, et semper in plurium oculis detentum. Unde et postea victrice Judith Bethuliam reversâ, et Holofernis caput inferente, cùm ad spectaculum omnes concurrerent, Achior tamen non nisi vocatus accessit, c. 13. (Tirinus.)

(4) In Græco, ἐποίησε πότον τοῖς πρεσβυτέροις : *fecit potum senioribus*, ex Hebræo, משתה, quod *convivium* significat, sed à *potu* deducitur, ut Græcum συμπόσιον. (Grotius.)

Comment des personnes attaquées par une puissance si formidable, et que cette insulte de leur ennemi, qui leur avait envoyé Achior pour être témoin et compagnon de leur perte, semblait devoir effrayer plus que jamais, se résolvent-elles, au contraire, à se réjouir avec leur nouvel hôte, et à faire pour cela préparer un grand festin, sinon parce que Dieu même agissait secrètement sur leur cœur? Il eût été en effet honteux au peuple de Dieu, de témoigner de la crainte en présence de cet étranger, qui n'avait pas craint lui-même de relever si hautement devant Holoferne la puissance du Dieu d'Israël. Mais s'ils se réjouissent avec lui en lui donnant un grand souper, ce n'est qu'après avoir continué leur jeûne jusqu'au soir. Et ils font voir à Achior, que leur joie n'était fondée que sur l'espérance qu'ils avaient au secours de Dieu, et qu'ainsi lui-même avait tout sujet de s'assurer, puisque, selon la déclaration si généreuse qu'il en avait faite à Holoferne, le Dieu d'Israël n'abandon-

21. Postea verò (1) convocatus est omnis populus, et per totam noctem intra ecclesiam oraverunt (2), petentes auxilium à Deo Israel.

21. On fit ensuite assembler tout le peuple, qui passa la nuit en prière dans le lieu où il s'était assemblé, demandant au Dieu d'Israël qu'il lui plût de venir à leur secours.

nait point son peuple, lorsqu'il s'adressait à lui avec foi et avec humilité.

On peut remarquer ici la manière dont les Juifs jeûnaient, lorsqu'ils s'efforçaient de fléchir la miséricorde de Dieu en leur faveur. Car il est dit qu'Ozias prépara *un grand souper* pour Achior, et qu'y ayant invité tous les anciens, lorsqu'ils eurent accompli leur jeûne, c'est-à-dire, après qu'ils eurent jeûné tout le jour, ils soupèrent tous ensemble. Mais ce qui fait voir encore mieux la manière toute sainte dont ils jeûnaient, est que ce repas même qu'ils prirent, ayant jeûné tout le jour, n'empêcha point qu'ils ne passassent avec le peuple toute la nuit suivante en prières. Ainsi si l'on considère qu'ils avaient jeûné jusqu'au souper, et qu'ils assistèrent avec Achior à un grand festin, et que néanmoins après ce repas ils se trouvèrent en état de prier toute la nuit, et d'implorer le secours du Dieu d'Israël; l'on sera sans doute très-convaincu, et que leurs jeûnes étaient sans comparaison plus exacts que ne sont les nôtres, et que leurs repas étaient plus sobres, et qu'ils sentaient plus vivement le besoin où ils étaient de l'assistance de Dieu. L'armée redoutable d'Holoferne frappait leurs sens et leurs yeux. Ils se voyaient dans un péril évident. Et la défaite de tous les peuples voisins leur était comme un préjugé certain de leur propre perte, si Dieu même ne se déclarait leur protecteur. C'est pourquoi ils s'humiliaient profondément, ils jeûnaient, ils priaient, et ils passaient les nuits entières à implorer le secours de celui qu'ils regardaient comme pouvant seul les délivrer d'un ennemi si puissant. Si donc nous sommes plus lâches et dans les jeûnes, et dans les prières, et dans les veilles, c'est que nous sentons beaucoup moins notre misère et nos besoins, et que notre foi étant languissante et comme aveugle, nous ne voyons point cette autre armée invisible d'ennemis tout spirituels, que saint Paul appelle *les principautés et les puissances, les princes du monde et des ténèbres du siècle, et les esprits de malice répandus dans l'air, auxquels il témoigne qu'on ne saurait résister qu'avec les armes de Dieu.*

Les fidèles des premiers siècles étant pénétrés plus vivement que nous ne le sommes par la crainte de ces ennemis de notre salut, priaient et jeûnaient d'une manière beaucoup plus parfaite. Aussi un ancien témoigne que ce que nous venons d'observer de la tempérance que gardaient les Juifs dans le repas même qu'ils prenaient après leurs jeûnes, se pratiquait avec une grande exactitude dans les premiers siècles de l'Eglise. « On nourrit « l'âme, disait-il, par la prière, avant qu'on « donne de la nourriture au corps, et on mange « ensuite pour satisfaire au besoin de la na« ture. On prend garde de ne boire qu'autant « qu'il convient à des personnes chastes et ré« glées, qui se souviennent qu'elles sont obli« gées de se relever la nuit pour adorer Dieu. « Le souper étant encore terminé par la prière, « chacun se retire avec toute sorte de modes« tie, comme ayant eu soin de nourrir autant « son âme que son corps par la discipline toute « sainte qu'il a observée dans son repas. » Et saint Jérôme donnait autrefois ce conseil à quelques dames de piété, d'avoir toujours soin de manger de telle sorte que le repas pût être suivi de la prière et de la lecture. *Ita tibi semper comedendum est, ut cibum et oratio sequatur, et lectio.* (Sacy.)

(1) Id est, post refectionem et convivium frugale, CONVOCATUS EST OMNIS POPULUS, ET PER TOTAM NOCTEM INTRA ECCLESIAM ORAVERUNT PETENTES AUXILIUM A DEO ISRAEL. Nam, ut ait S. Hier. Epist. ad Eustochium, « ita tibi sem« per comedendum est, ut cibum et oratio se« quatur, et lectio. » Et ad Lætam, de Institutione filiæ : « Sic comedas ut semper esurias, « ut statim post cibum possis legere et psalle« re. » Tertull., Apol. 39, refutans gentilium de crapulâ Christianorum calumniam, quâ in eos jactabant illud Diogenis : « Megarenses ob« sonant quasi crastino die morituri, ædificant « quasi nunquàm morituri, » agapen, id est, convivium omnibus Christianis post Eucharistiam commune charitatis, ita describit : « Non « priùs discumbitur, quàm oratio ad Deum « prægustetur, editur quantùm esurientes cu« piunt, bibitur quantùm pudicis est utile; ita « saturantur, ut qui meminerint etiam per « noctem adorandum Deum sibi esse; ita fa« bulantur, ut qui sciant Dominum audire. « Post aquam manualem et lumina, ut quis« que de Scripturis sanctis, vel de proprio « ingenio potest, provocatur in medium Deo « canere; hinc probatur, quomodò biberit. « Atque oratio convivium dirimit; inde disce« ditur non in catervas cæsionum, neque in « classes discursationum, nec in eruptiones las« civiarum, sed ad eamdem curam modestiæ, « ut qui non tam cœnam cœnaverint, quàm « disciplinam. » Legant hæc fideles, et primorum Christianorum in conviviis frugalitatem et pietatem imitentur. Nota τὸ *intra ecclesiam*, id est, intra synagogam, hoc est, concionis et orationis locum, qui exindè Græcè προσευχὴ dicitur : nam Judæi templum non habebant in Bethuliâ, sed tantùm in Jerusalem, Synagogam verò loco templi habebant in singulis urbibus majoribus. Vide hìc pariter antiquitatem nocturnarum vigiliarum, quâ magnis festis, vel ob urgentes calamitates totus populus pervigilabat in templo Jerosolymis, et extra Jerosolymam in proseuchâ (ut habet Græcus hìc) sive synagogâ, vacans orationi. Unde Josephus in Vita suâ : « Sequenti, inquit, die, populus « convenit in proseuchâ, quam vocant preca« tionis domum amplam. » Idem Philo de Vitâ Mosis lib. 3 : « Apud Judæos, inquit, destinata « oppidatim sacris precationibus loca, quæ « proseuchas vulgus nominat. »

De sacris hisce vigiliis vide S. Basil. in Psalm. 114, Euseb. lib. 6 Hist. c. 7, Tertull. l. 2, ad uxorem, c. 4. (Corn. à Lap.)

(2) Non est in Græco, *intra ecclesiam*. Sen-

TRANSLATIO EX GRÆCO.

1. Et ut cessavit tumultus virorum qui in circuitu consessus; et dixit Olophernes princeps virtutis Assur ad Achior coram omni populo alienigenarum, et ante omnes filios Moab : — 2. Et quis es tu, Achior, et mercenarii Ephræm, — quia prophetàsti in nobis, sicut hodiè, et dixisti genus Israel non oppugnare, quoniam Deus eorum protegit eos? Et quis est Deus, nisi Nabuchodonosor? — 3. Hic mittet potentiam suam, et exterminabit eos à facie terræ, et non liberabit eos Deus eorum; — sed nos servi ejus percutiemus eos, tanquàm virum unum : et non sustinebunt potentiam equorum nostrorum. — 4. Comburemus eos in ipsis. Et montes eorum inclinabuntur in sanguine ipsorum; et campi eorum implebuntur mortuis ipsorum; et non resistet vestigium pedum eorum ad faciem nostram, sed perditione perdentur, — dicit rex Nabuchodonosor dominus universæ terræ. Dixit enim : Non evanescent verba sermonum ejus. — 5. Tu autem, Achior, mercenarie Ammon, qui locutus es verba in hâc die injustitiæ tuæ, non videbis ampliùs faciem meam à die hâc, quoadusque ultus fuero genus eorum, qui ex Ægypto. — 6. Et tunc pertransibit ferrum exercitûs mei, et populus ministrorum meorum costas tuas; et cades in cæsis eorum quando revertero : — 7. Et reducent te servi mei in montanam, et ponent te in unâ civitatum ascensionum : — 8, Et non peribis, donec exterminatus fueris cum illis. — 9. Et, siquidem speras corde tuo, quia non capientur, ne concidat tuus vultus. Locutus sum, et nihil decidet de verbis meis. — 10. Et jussit Olophernes servos suos, qui erant assistentes in tabernaculo ejus, comprehendere Achior, et reducere eum in Betylua, et tradere in manus filiorum Israel. — 11. Et comprehenderunt eum servi ejus, et duxerunt eum extra castra in campum. Et promoverunt è medio campestris in montanam, et advenerunt super fontes, qui erant sub Betyluâ. — 12. Et ut viderunt eos viri civitatis super cacumen montis; sumpserunt arma sua, et abierunt extra civitatem ad cacumen montis; et omnis vir fundibularius tenuit ascensum ipsorum, et jaculati sunt in lapidibus super eos. — 13. Et subeuntes subter montem, ligaverunt Achior, et reliquerunt projectum subter radicem montis, et abierunt ad dominum suum. — 14. Descendentes autem filii Israel de civitate suâ, steterunt super eum, et solventes eum abduxerunt in Betylua, et constituerunt eum super principes civitatis suæ, — 15. Qui erant in temporibus illis Ozias filius Micha de tribu Simeon, et Abris filius Gothoniel, et Charmis filius Melchiel. — 16. Et convocaverunt omnes seniores civitatis : et concurrerunt omnis juvenis eorum, et mulieres in ecclesiam : et statuerunt Achior in medio populi sui. Et interrogavit eum Ozias, quod acciderat. — 17. Et respondens annuntiavit eis verba consessûs Olophernis, et omnia verba quæcumque locutus erat in medio principum filiorum Assur, et quæcumque magniloquè locutus erat Olophernes in domum Israel. — 18. Et procidentes populus adoraverunt Deum, et clamaverunt — dicentes; — 19. Domine Deus cœli, respice super superbias eorum, et miserere humiliationis generis nostri, et respice in faciem sanctificatorum tibi in die hâc. — 20. Et consolati sunt Achior, et laudaverunt eum valdè. — 21. Et assumpsit eum Ozias de ecclesiâ in domum suam : — Et fecit convivium senioribus. — Et advocaverunt Deum Israel in adjutorium totâ nocte illâ.

COMMENTARIUM.

Quid Achiori fecerit Holofernes, et quid Judæi, monstrat caput hoc. Ardet igitur irâ ille, ob hanc potissimùm causam, quòd si religionem rectè suam Judæi colerent, eos à Deo protegendos et adjuvandos dixisset. Hæc enim verba Deum Nabuchodonosore pollentiorem majoremque significabant, quòd blasphemia, et stolida Nabuchodonosorianæ superbiæ, de quâ capite primo et secundo, mancipia ferre non poterant. Ideò jam toties, Nabuchodonosor *Deus terræ est, et præter ipsum alius non est*, cap. 5, versu 29; *non est Deus nisi Nabuchodonosor*, cap. 6, vers. 12; *probabis, quoniam Nabuchodonosor Dominus sit universæ terræ*, vers. 10. « Tantò abest, ait cap. 34 « Apologetici Tertullianus, ut imperator Deus « debeat dici, quòd non potest credi, nisi tur« pissimâ et perniciosissimâ adulatione. Tan« quàm si habens imperatorem alterum appel« les, nonne maximam et inexorabilem offen« sam contrahes ejus quem habuisti, etiam ipsi « timendam, quem appellâsti? Esto religiosus « in Deum, qui vis illum propitium imperatori.

sus est, *in plenissimo conventu*. (Grotius.)

Discere hinc videmur, Judæos in urbibus Hierosolymâ remotis jam tum habuisse loca orationi cœtibusque destinata, cujusmodi alia sese offerunt pariter Susis, ætate Estheris et Mardochæi. Horum usus post captivitatem familiarissimè obtinuit, et undique spectatur Jesu Christi ætate. (Calmet.)

« Desine alium Deum colere vel credere, at« que ita et hunc Deum dicere, cui Deo opus « est. » Hoc igitur bello agitur non de focis tantùm, sed planè de aris, de Deo, inquam, ejusque majestate, ne in eam temerè aut factis aut verbis invadere ullus audeat. *Tunc*, v. 7, *Holofernes præcepit servis suis, ut comprehenderent Achior*, hostibusque darent, ut paulò post, certò, cum iis omninò jam subactis, acerbissimas teterrimasque pœnas daret. Mentis tumor, Dei, suîque ipsius ignoratio quid non facit? Sic et apud Herodotum lib. 7, cùm immensas terrestres navalesque suas copias, ipsa tot nationum nomina (tanta scilicet multitudo, totque ignotæ ipsi gentes erant) exquirendo lustrâsset Xerxes, sapientem, humanæque non ignarum sortis Damaratum interrogâsset, ecquid videretur, auderentne Græci vel manus contra tantas copias tollere, et ille, quod res erat, dixisset, posse verò et vincere, profusissimè cachinnatus est. Fieri scilicet non posse putabat, ut vinci, victusque ac fugiens mergi posset. Multò tamen Holoferne fuit is moderatior. Risu illum excepit, non contumeliis, amicum eum postea semper adhuc habuit, non mortem interminatus est. Sed nobis de Dario contra Alexandrum pugnaturo, suis verbis narret Curtius: « Nihil, ait, « illi minùs quàm multitudo militum defuit, « cujus universæ aspectu admodùm lætus, « purpuratis solâ vanitate spem ejus inflanti« bus, conversus ad Charidemum Athenien« sem, belli peritum, et, ob exilium, infestum « Alexandro, percunctari cœpit, satisne ei vi« deretur instructus ad obterendum hostem. » Ille autem veriora quàm gratiora respondit. « Erat Dario mite ac tractabile ingenium, « nisi suam naturam plerumque fortuna cor« rumperet. Itaque veritatis impatiens, hospi« tem ac supplicem, tunc maximè utilia « suadentem, abstrahi jussit ad capitale sup« plicium. Ille ne tum quidem libertatis obli« tus: *Habeo*, inquit, *paratum mortis meæ « ultorem, expetet pœnas meï consilii spreti ipse, « contra quem tibi suasi. Tu quidem licentiâ regni « subitò mutatus documentum eris posteris, ho« mines, cùm se permisêre fortunæ, etiam « NATURAM DEDISCERE. Hæc vociferantem, quibus « erat imperatum, jugulant.* SERA *deinde* POENI« TENTIA *subit regem; ac vera dixisse confessus, « eum sepelire jussit.* » Accessit ad Holofernem sævitiâ proximè Darius, eum tamen vel *serâ* saltem *pœnitentiâ* superavit, ipsâque in mortuum humanitate. Quemadmodùm verò Achioris quàm Charidemi fuit oratio sapientior, verior, divinoque honori congruentior, ita et ei divinum auxilium præsentius, exitusque multò jucundior et felicior extitit prout infra fiet perspicuum. Filios Israel propter eorum ex Ægypto exitum, quem, cap. 15, vers. 10 et sequentibus commemorârat Achior, vocat Holofernes, vers. 5, *genus eorum qui ex Ægypto sunt*. Sicque de suo Nabuchodonosore, deque se ipso elatissimè loquitur: *Quis est Deus præter Nabuchodonosorem? Hic missâ potentiâ suâ, illos à facie terræ ipsorum exterminabit, nec eos liberabit Deus ipsorum, sed nos Nabuchodonosoris servi, eos quasi virum unum percutiemus, neque illi equorum nostrorum vim sustinere poterunt. Ipsos enim in seipsis comburemus, eorumque montes sanguine proprio inebriabuntur: et campi eorum cadaveribus implebuntur, neque vestigia pedum suorum conspectum nostrum sustinebunt, sed pereundo peribunt, dicit rex Nabuchodonosor dominus universæ terræ. Dixit enim, neque ullum verborum ejus vanum erit.* Exitus probabit. Illud, *ipsos in seipsis comburemus*. Romanus Græcus, ait, κατακαύσομεν αὐτοὺς ἐν αὐτοῖς. Sed Complutensis, καταπατήσομεν αὐτοὺς ἐν αὐτοῖς ἵπποις, videlicet, quorum facta erat mentio. *Ipsos equis nostris conculcabimus.* Alii quidam libri habent κατακλύσομεν, *ipsos equorum nostrorum multitudine inundabimus, quodam veluti aquarum cataclysmo*, seu *eluvione obruemus*. Prophetam per contemptum vocat vers. 2 et 5, Achiorem; et verò propheta fuit non paulò quàm ipse verior, aliquo sanè modo cum Michæâ, 3 Reg. ultimo, conferendus, nisi quòd ibi sanctus divinoque Spiritu afflatus profabatur Michæas; hic verò noster adhuc gentilis, et humanâ tantùm, ut videtur, prudentiâ vaticinabatur. Potest quidem Deus etiam gentilibus præsensionem indere divinam, uti et Sybillis indidisse docent non pauci, neque sanè ignobiles theologi, Clemens Alexandrinus Stromate 1, D. Thomas 2-2, quæst. 2, art. 7, ad 3, Suarez de Incarn. disp. 3, sect. 2; nullum mihi tamen cœlestis prophetiæ in Achiore argumentum est: humanâ, ut dixi, sapientiâ dicere omnia hæc potuit, licet ad dicendum motio Dei quædam et adjumentum singulare admitti posset.

Quid Achiori verò huic Judæi fecerint, exponitur vers. 10: vinctum solverunt, Bethuliam adduxerunt, de omnibus interrogârunt, spe bonâ esse jusserunt, laudârunt, uti solus Græcus monet, pullo acceperunt, cæteraque amicè et honorificè habuerunt.

QUÆSTIUNCULA PRIMA.

Quæ et ubi Bethulia?

Fuit *Bethulia* Galilææ urbs, in tribu Zabulon, in monte sita, non procul ab urbibus, de quibus supra, cap. 3, Dothaim scilicet, versùs austrum : Scythopoli verò versùs septentrionem, rursùmque à Tyberiade versùs occidentem, à Diocæsareâ, quæ et Sepphoris, versùs orientem. Qui ea orientis loca oculis peregrinationibusque diligenter lustravit, Brocardus : « A Nephthalim, ait, de quâ in Tobiâ, tres « sunt leucæ ad Dothaim castrum, sub monte « Bethuliæ, ubi Joseph erravit, cùm quæreret « fratres suos. » Et postea : « De Abelinâ est « una leuca ad montem Bethuliæ, ubi Judith « occidit Holofernem, qui mons per totam ferè « cernitur Galilæam, habens adhuc pulchra « quædam ædificia, sed plures ruinas. A Be« thuliâ est una leuca ad civitatem Tyberiadis, « eundo scilicet inter orientem et austrum « supra mare Galilææ, quod dictum est mare « Tyberiadis. » Quin et illìc adhuc hodiè Holofernis castrorum vestigia conspici, scribit Adrichomius. Quomodò ergo non falsum, quod in Germanicâ, hunc in librum præfatione scribit Lutherus, urbem esse quæ nusquàm nota sit? Et jam supra proleg. 4, cum Judæo cuidam Rabbino similem dixi, quia sacra ideò Evangelia falsa videri vult, quòd nota in veteri Testamento Nazareth nulla sit, quasi quemadmodùm quæ aliquando fuerunt urbes et vici nonnulli cadunt; ita novi nulli surgere nascique possint. Quàm post Josuanam geographiam, mœnia deinceps multa in terris illis excitata! Quot apud Josephum locorum nomina, quæ in veteri Testamento nusquàm! Bethuliam tamen eodem loco interpretatur Lutherus *virginem*. At dicere debuit non præcisè *virginem*, sed *virginem Dei*, ut ait libro de Interpretatione nominum Hebraicorum Beda, et ille ipse Robertus Stephanus, cujus apud Lutherum ipsum tanta erat auctoritas, ut libro, contra Schererum nostrum, dicant Tubingenses Lutherani, si anno uno adhuc vixisset Lutherus, ut Græcum Roberti ejusdem Testamentum novum videre potuisset, restituturum in sacras litteras fuisse nobilissimum illud de sacrosanctâ Trinitate oraculum, quod audacissimo, planèque nefario sacrilegio, è primæ D. Joannis capite 5, versu 7, sustulit : *Tres sunt, qui testimonium dant in cœlo, Pater, Verbum, et Spiritus sanctus, et hi tres unum sunt.* At dixerit fortè Lutheri assecla quispiam, idem visum est Luthero nomen *Bethul*, et *Bethulia*. Malè id quidem, quemadmodùm aliud *Halelu*, aliud *Haleluiah*, ut in Tobiâ cap. 13, dictum est. Deinde si esse idem putavit, mendacii se ipsum vel inscitiæ arguit. *Bethul* enim, quæ et *Bethuel*, nota urbs in Simeoniâ tribu est Josuæ 19, et 1 Paralip. 4. Nostra porrò hæc in Romanis Græcis vocatur Βετυλούα, in Complutensibus Βετουλούα : in Suidâ, Βετυλοία ἡ τῶν Ἰουδαίων πόλις, *Betuloea Judæorum urbs*. In Zonorâ tom. 1, Βαιτυλουά. Fortè verò meliùs exponeretur *virginitas Dei*, quàm *virgo Dei*; pluralis ille *Bethulim* sæpè in Scripturis *virginitatem* significat, Deuter. 22, vers. 14 et 15; Judic. 11, vers. 36 et 37; Levit 21, vers. 14; Ezech. 23, vers. 3.

QUÆSTIUNCULA II.

Quot et qui Bethuliæ principes?

Duos tantùm hìc vers. 12, textus noster enumerat, Oziath et Charmi, *qui et Gothoniel.* Hunc tamen locum corrigere videtur cap. 8, vers. 9, ubi tres nominantur, Ozias, Chabri et Charmi deinde et hoc ipso etiam cap. 6, eodem versu 12, textus Græcus totidem recensens. Dices : Ab posteriore Latini textûs loco, simulque Græco, non corrigitur iste locus, sed magis explicatur, uno scilicet ampliùs nominato, qui præteritus hoc loco fuerat. Sæpè siquidem fit, ut in re cui multi affuerunt, modò plures, modò pauciores nominentur. Assentior omninò, sed in Romano Græco, post Oziam est Ἄβρις ὁ τοῦ Γοθονιήλ, καὶ Χαρμις υἱὸς Μελχιήλ. In Complutensi : Χάβρις ὁ τοῦ Γοθονιήλ, καὶ Χαρμὶς ὁ τοῦ Μελχιήλ. Si Abris, vel Chabris est filius Gothonielis, et Charmis filius Melchielis, quomodò de Charmi hìc dicitur, *qui et Gothoniel?* Numquid Chabris est ipsius Charmis filius? Et cur clarè in Græco non diceretur : *Chabris est filius Gothonielis, et Gothoniel filius Melchielis?* An fortassè, ut Genes. 11, uno eodemque versu 29, Abrahæ uxor modò *Sarai*, modò *Jescha* vocatur, sic idem Charmis in Latino etiam Gothoniel esse significatur, cujus filius dicitur Chabris in Græco? Durum quidem videtur, sed illud fortè durius, ita videri legendum : *Charmi, qui Melchiel, Chabri, qui Gothoniel*, scilicet filius est. Quia enim jamjam dictum erat : *Ozias filius Micha*, ideò cùm adjungitur *Charmi, qui Melchiel*, intelligendum, *filius est*, et Chabri, *qui* etiam *Gothoniel filius.* Neque grammatico aspernandum supercilio, quòd dicantur filii non *Melchielis et Gothonielis*, sed *Melchiel et Gothoniel*. Nam

in Græco ista inflexa non sunt, unde et textus etiam ait, Oziam *filium Micha* non *Michæ*. Huicque loco assimillimè à S. Lucâ cap 3, vers. 4, dicitur : *Qui fuit* filius *Heli, qui fuit Matthat, qui fuit* (vers. 27) *Zorobabel, qui fuit Salathiel*, pro *Zorobabelis, Salathielis*. Duos tamen hìc tantùm legit etiam olim Rabanus, Oziam et Charmi.

Quæstiuncula III.

Quales hi Bethuliæ principes?

Convenit inter omnes, Oziam sacerdotem non fuisse, quia significatissimè vers. 11, *de tribu Simeon* fuisse, memoratur, *in quâ tribu nihil de sacerdotibus Moyses locutus est*, uti et de tribu Juda inquit Apostolus Hebr. 7, vers. 14. Duos verò alios, quia *presbyteri* vocantur, sacerdotes fuisse, sentiunt Lyranus cap. 8, et ferè Carthusianus isto cap., citraque hæsitationem ullam Historia Scholastica, quæ adjecit eosdem sacerdotes, ad belli hujus curam, urbisque totius administrationem Hierosolymis Bethuliam missos. Et possunt ei affirmationi argumenta suggeri, primùm, quòd in illâ Israelitarum republicâ, solerent non raró ardua magnaque id genus munia sacerdotibus imponi. Nam, ut cap. 4, quæst. 2, dictum est, maxima sacerdotum auctoritas tum erat. Deinde refert Josephus in Vitâ suâ, et lib. 2 Captiv. cap. 42, quemadmodùm ad bellum contra Romanos gerendum provincias urbesque et vicos armis consilioque tuendos, Hierosolymis amandati sacerdotes, in quibus et ipse hanc ipsam, in quâ jam versamur, Galilæam tenuit, fuerint; rursùmque quemadmodùm cùm ex eo dignitatis gradu eum æmuli deturbare vellent, conati sunt πεῖσαι τὸ κοινὸν τῶν Ἱεροσολυμιτῶν τὴν ἀρχὴν ἀφελέσθαι, persuadere Hierosolymitarum senatui, ut principatum auferret, missique tum è sacerdotali ordine quidam fuerint. Præterea ex cap. 33, lib. 2 Paralip., supra, cap. 4, notatum est, à Manasse rege constitutos *in cunctis Judæ civitatibus principes exercitûs*, idque si de hoc tempore intelligendum, videri factum mediatè, ut scilicet constituendi potestatem dederit Eliachimo pontifici rex : ipse pontifex hos constituerit, et è sacerdotum numero miserit. Ad hæc, ideò in Græco et Latino vers. 11, tam studiosè videtur dici, eos fuisse *Bethuliæ principes*, non simpliciter, sed *in illis diebus*, quasi ob temporum istorum necessitatem tantùm principes decreti fuissent. Postremò, cùm litteras mitteret pontifex, cap. 4, vers. 5, verisimile simul etiam pios prudentes, reique bellicæ gnaros aliquos homines misisse; vel certè, cùm Israelis fines, ibidem vers. 11, hortabundus et consolabundus obiret, aliquos hujuscemodi præstantes viros, iis in locis, ubi maximè necessarium videbatur, reliquisse. Altrinsecùs tamen occurrit, primò quòd isti semper in civitatis hujus seniores et presbyteros numerentur, vers. 12 et 20, cap. 9, vers. 9, 21, et 28, cap. 10, vers. 6 : *Cùmque venissent ad portam civitatis, invenerunt exspectantem Oziam et presbyteros civitatis*. Constat verò, præter Hierosolymitanum senatum, fuisse in urbe quâlibet suos etiam seniores, sive senatum et principes vel optimates. Tradit enim lib. 4 Antiq. cap. ultimo, Josephus, præscripsisse Moysen, ut in urbe quâlibet septem essent, qui principatum tenerent, eorumque singulis duo adjuncti essent, è Levitarum ordine, ministri. Et lib. 2 Capt. cap. 42, se in quâlibet Galilææ urbe septem similiter δικαστὰς, *Judices* instituisse refert. Sed et in libro Ruth cap. 4, vers. 2, sunt *seniores civitatis Bethleem*, 1 Reg. 30, vers. 26 et sequentibus, *seniores Juda, qui in Bethel, Ramoth, Gether, Aroer, Sephamoth, Esthamo, Rachal, in urbibus Jerameel*, et alibi. Jam Israelis regno 3 Reg. 21, vers. 8, sunt in Jezrael *majores natu et optimates*, 4 Reg. 10, vers. 1, in Samariâ similiter. Quid ergo Hierosolymis seniores istos accersere opus, cùm hujus ipsius civitatis esse potuerint, et verò esse à textu significentur? Cur deinde propriorum civitatis hujus principum mentio nulla fieret, sed advenarum et legatorum illorum tantummodò? Quæ verò contra dicebam, ea veterem quidem sacerdotum hùc illùc legandorum, maximisque negotiis præponendorum consuetudinem ostendunt, sed non ut ita semper factum sit, vel ut alii nisi è sacerdotibus nulli ad munera hujuscemodi adhiberentur, vel ut etiamsi jam ab Eliachimo vel missi vel relicti Bethuliæ quidam fuerint, hos idcircò statim esse presbyteros istos concedendum sit. Mihi ergo videntur hi presbyteri, fuisse civitatis illius cives primarii; sed Ozias advena fuisse, qui jamjam à pontifice, ob incumbentem belli necessitatem, collocatus hâc in urbe fuerit. Advenam fuisse, prodit eadem, de quâ initio, Simeonia ipsa tribus, cùm Zabuloniam superiore quæstione Bethuliam esse doctum sit. Quia tamen et è Simeoniâ tribu, paulò ante hæc tempora, plures plura in loca migrâsse, novasque sedes quæsîsse indicat prior Paralipomenon cap. 4, vers. 39, 40, 41 et sequentibus, rursùmque

constat, hoc ipso Manassæ regis tempore post decem tribuum captivitatem, ex iis residuos habitâsse ubicumque voluerint aut potuerint, fieri potuisset, ut advena quidem esset Ozias, quia in aliâ tribu domicilium habebat, verùm advena, qui civitate jampridem donatus esset, cujusque jam haberetur et quidem è primariis unus. Sic enim et Judith virum, ipsamque Simeoniam fuisse infra patebit, cap. 8, quæst. 1. Et videtur hoc inde stabiliri, quòd hìc vers. 19, Achiorem *suscepit* idem Ozias *in domum suam*. Qui enim suam istâ in civitate domum habebat, meritò ejus etiam civis videatur. Nihilominùs à pontifice, ut difficillimo isto instantis belli tempore, Bethuliensium rerum summæ unà cum civitatis ejus senioribus, præesset, jamjam hùc missum, mihi est probabilius, quia non Bethuliæ tantùm princeps, sed cap. 8, vers. 34, *princeps Judæ* vocatur, et cap. 13, vers. 23, *princeps populi Israel*. Dicitur verò Achiorem suscepisse *in domum suam*, id est, in eam, in quâ tum diversabatur, quæ ipsi tanquàm Israelitico principi à Bethuliensibus assignata erat. Verumtamen, absoni quid esset, si propriam hìc etiam domum Israelis principem habuisse dicamus? Imò si principem quidem Israelis fuisse, sed è Simeonis in Bethuliensi jam urbe habitantibus, prognatum, ideòque et tantò nunc libentiùs ad patriæ defensionem accurrisse? Vocatur porrò à Zonarà, ὁ των τῆς πόλεως πρόκριτος, princeps eorum, qui in civitate; *presbyterorum* verò nomen pro iis qui natu et auctoritate majores forent, non autem semper pro sacerdotibus, vix cuiquam ignotum.

Quæstiuncula IV.

An Achiore audiendo tractandoque parùm cauti Bethulienses!

Fronti nulla fides, sed omnium minimè hostium transfugis citò credendum. Nam, ut dici solet, ἐχθρῶν ἄδωρα δῶρα, *hostium munera non munera*; et, ἐχθροῖς ἀπιστῶν μήποτ' ἂν πάθοις βλάβειν, *hosti non credens nil feres unquàm mali*. Quàm vafrè Gabinos, apud Livium lib. 1, superbi Tarquinii filius decepit! Quàm versutè Trojanos apud Virg. Æneid. 2, Sinon! Quàm dolosè Babylonios apud Herodotum lib. 3, Zopyrus! Confer, si lubet, cum hisce posterioribus, historiam hanc. Sinon se dixisse aiebat, Palamedis, *si patrios unquàm remeâsset victor ad Argos*, mortem ulturum; se ad supplicium destinatum jam fuisse, vincula rupisse et aufugisse. Achior verò se dixisse ait, Deum Israelitarum, contra tantas Assyriorum vires defensorem futurum; extrema etiam sibi minitatum Holofernem. Trojani verò *ignari scelerum tantorum artisque Pelasgæ*,

His, aiunt, *lacrymis vitam damus et miserescimus ultrò.*

Talibus insidiis, perjurique arte Sinonis
Credita res, captique dolis lacrymisque coacti,
Quos neque Tydides, nec Larissæus Achilles
Non anni domuêre decem, non mille carinæ.

Jam Zopyrus seipsum verberibus plagisque affecit, deformiter truncavit, naribus auribusque spoliavit, ad Babylonios sese contulit, omniaque se hæc à Dario, quòd, ut Babylonis obsidionem solveret, suasisset, perpessum, in Babyloniorum magistratuum consessu narrabat. Quem isti, quia summæ apud Persas dignitatis virum esse sciebant, eumque naribus et auribus mutilum, verberibus et sanguine totum conspersum et deformatum videbant, vera loqui putârunt. Quomodò nostri ergo Bethulienses cauti satis, dùm tam faciles Achiori aures dant, fidem adhibent, eum alloquuntur amicissimè, honorificentissimèque accipiunt? Nonne et in Chusai audiendo, suâ magnâ cum pernicie, nimiùm facilis Absalom, 2 Reg. 17, vers. 7? Nonne et in hâc ipsâ nostrâ Judith admittendâ Holofernes? Verumtamen, sicuti desertoribus et transfugis non temerè credendum, ita suspectos eos nimiùm habendo, eorum verbis consiliisque nihil tribuendo, in contrarium itur vitium, maximaque detrimenta suscipiuntur. In Bethuliensibus nulla mihi temeritas, nulla incogitantia et levitas apparet. Nam et Achior ita sapienter aptèque omnia et dicebat et agebat, ut ei meritò adjungenda fides esset, præsertim cùm, ob Assionitarum viciniam, jam fortè antea gravitatis virtutisque famâ, Israelitis minimè ignotus esset. Deinde, ipsum iidem Israelitæ non ad rempublicam statim et principatum adhibuerunt, uti Sextum Tarquinium Gabini, Zopyrum Babylonii; nulli ejus, in aliquâ vel excursione vel machinâ moliendâ, consilio paruerunt, uti Sinonis equum urbe suâ egressi acceperunt Troes; sed post ejus orationem, omnes in Dei misericordiâ et ope sibi spes fixas professi sunt; ipsius nomen coram eo, clamoribus, lacrymisque plurimis comprecati sunt: ab hoc et illum optima quæque secum expectare jusserunt: benevolentiâ interim et charitate omni, quemadmodùm humanitas et ratio postulat, prosecuti sunt. Neque tamen ei adhuc arbitrio suo, quòcumque vellet eundi et

quidlibet speculandi facti videtur potestas. Illud enim vers. 18, Ozias, *finito consilio suscepit eum in domum suam,* significare videtur, mansisse deinceps in principis hujus domo, non quidem vinctum et custoditum, sed tamen aliquantulùm observatum et in plurium semper oculis constitutum. Unde et postea, liberatrice Judith reversâ, Holofernisque caput inferente, dùm concurrerent omnes, exultarent, clamarent, ipse non nisi vocatus venit, cap. 13.

QUÆSTIUNCULA V.

Quæ Achiore audito Bethuliensium comprecatio?

Describitur vers. 15, in quâ et res, quam precantur Israelitæ, et modus quo precantur animadvertendus. Res illa, verbis quatuor exponitur. Primùm : *Intuere superbiam eorum.* Et satis hactenùs nobis ante oculos versata est. Majore tamen vi et energiâ sonat Græcum istud κάτιδε ἐπὶ τὰς ὑπερηφανείας αὐτῶν, *respice in superbias eorum.* Neque enim una, sed varia et multipartita eorum erat superbia in cogitationibus, verbis, actionibus. Alterum : *Respice ad nostram humilitatem.* Æquum profectò, ut quæ detestamur in aliis, eorum nos contraria sectemur. Græcus ait, ἐλέησον τὴν ταπείνωσιν τοῦ γένους ἡμῶν, *miserere humilitatis generis nostri.* Potest tamen hæc humilitas pro ipsâ humiliatione, afflictione et calamitate accipi. Etsi enim ταπεινὸς interdùm humilitate, quæ superbiæ opposita virtus est, præditum significat Matthæi undecimo, versu 29, 1 Petri 5, hæc ipsa tamen virtus ταπεινοφροσυνή potiùs vocatur Actorum 10, vers. 19, Ephes. 4, vers. 2, Philip. 2, vers. 3, Coloss. 3, vers. 12, 1 Petr. 5. Quid verò inter duo hæc intersit, verè scitèque D. Bernardus epistolâ 87 : « Humiliatio, inquit, via est ad humilitatem, sicut patientia ad pacem, sicut lectio ad scientiam. Si virtutem appetis humilitatis, viam non refugias humiliationis. Nam si non poteris humiliari, non poteris ad humilitatem provehi. » Est autem et hìc notandum, duplicem esse Dei in homines respectum : unus ad pœnam est, ad misericordiam et beneficentiam alter. Uterque, uti hoc loco, ita et Psalmo 24. Prior quidem vers. 19 : *Respice inimicos meos, quoniam multiplicati sunt, et odio iniquo oderunt me;* posterior vers. 16 : *Respice in me, et miserere meî, quia unicus et pauper sum ego.* Tertium : *Faciem sanctorum attende.* Sancti vocantur, qui divinæ sanctitatis quodammodò participes erant, eique consequendæ et venerandæ addicti ac destinati erant. Tales Israelitæ omnes primò quidem per circumcisionem, deinde per sacra et cæremonias alias. Tales maximè sacerdotes, Levitæ ac Nazaræi. Tales et ipsi jam, qui jejunio vacabant, divinamque bonitatem implorabant. Nam Græcus habet : *Intuere in faciem eorum, qui tibi hoc ipso die sanctificati sunt,* quasi jejunio, precatu aliisque supra positis pietatis exercitationibus sanctificantur. Quemadmodùm enim Joelis 1 et 2, aliquoties dicitur *sanctificari jejunium,* ita et homines jejunio sanctificantur. Possent tamen non sancti aut sanctificati, sed *sancta* etiam et *sanctificata* intelligi, cujusmodi est templum, omniaque ipsius vasa et ornamenta, ipsa etiam sacrificia, primitiæ, decimæ, alia quæcumque Deo consecrata. Nam de his pius religiosusque Israelitarum animus erat maximè sollicitus; eaque, quia Deo chara et grata, idcircò ab eo respici et defendi rogabat. Quartum : *Ostende quoniam non derelinquis præsumentes de te.* Tota pulcherrima hæc particula è Græco peregrinatur. Verbi porrò, *præsumere*, duplex hoc loco significantia observanda, cùm in bonam malamque partem eodem isto versu accipiatur. Quemadmodùm enim Græcis προλαμβάνειν πρόληψις, præ vel antesumere, prioremque sumptionem significat, ita et Latinis *præsumere,* idque vel in sumptione *corporeâ,* ut cùm toties dicit Plinius contra ebrietatem, præsumere cicutam lib. 10, cap. 12, lib. 25, cap. 13, amygdalas amaras lib. 23, cap. 8, tophi farinam lib. 14, cap. 22, lib. 36, cap. 21, et propriè admodùm noster interpres 1 Corinth. 11, vers. 21 : *Unusquisque suam cœnam præsumit ad manducandum;* vel in *spiritali* sumptione, mentis videlicet, voluntatis actione, idque dupliciter : nam si id quod oportet, ante alia omnia, cogitando et volendo sumimus, bona ea præsumptio est, sicque Deum aut de Deo, insigni spe ac fiduciâ, nostri isti præsumunt, et infra, cap. 9, vers. 17, Judith, itemque apud Bedam lib. 1 Historiæ Anglorum cap. 19, S. Germanus, qui ut voraces grassantesque flammas evaderet æger, ab aliis *moveri se, fidei præsumptione, non passus est.* Si verò quod non oportet, aut quomodò non oportet, ante alia omnia sumimus, vitiosa præsumptio est, sicque Nabuchodonosor, Holofernes et superbi omnes hìc dicuntur *præsumentes de se.* Varia verò præsumptionis hujus materia et causa est, ut hisce Assyriis potentia et opes; aliis ingenii dos quæpiam aut ficta virtutis opinio, ut cùm D. Hieronymus epist. 27, de se ait, non didicisse Scripturas *à se ipso, id est, præ-*

sumptione, præceptore pessimo. Ecclesiastici 18, vers. 10 : *Vidi præsumptionem cordis eorum, quoniam mala est,* cap. 37, vers. 2 : *O præsumptio nequissima!* ubi Græcè ὦ πονηρὸν ἐνθύμημα, *ô prava cogitatio!* D. Gregor. libro 5 Moral. cap. 10 : « Præsumptores quique, nisi, audaci « mente, robustos se in Domino crederent, « nequaquàm meliorum facta vel dicta, velut « infirma indicarent. » D. Bernardus, lib. de Gradibus humilit. grad. 7 : « Qui alios se præ« cellere putat, quomodò non plus de se quàm « de aliis præsumat? Primus in conventibus « residet, in consiliis primus respondet, non « vocatus accedit, non missus se intromittit, « reordinat ordinata, reficit facta. Quidquid « ipse non fecerit aut ordinaverit, nec rectè « factum, nec pulchrè existimat ordinatum. « Judicat judicantes, præjudicat judicaturis. » Sunt apud jureconsultos et theologos præsumptionum alia genera, quæ hùc tamen jam assumere, non extra chorum : modum porrò comprecationis hujus monstrant hæc vers. 14 : *Omnis populus cecidit in faciem, adorantes Dominum, et communi lamentatione, et fletu, unanimes preces suas Domino effuderunt,* idque *per totam diem,* vers. 16, et *in jejunio,* vers. 20.

QUÆSTIUNCULA VI.

Quid post orationem et jejunium, secutâ nocte, ab Israelitis factum?

Respondet versu 21 : *Convocatus est omnis populus; et per totam noctem, intra ecclesiam, oraverunt petentes auxilium à Deo Israel.* E quibus verbis discendum nobis, primò quemadmodùm *magna* illa, quæ ob Achioris adventum, facta erat, *cœna*, versu 19, nihil impedierit orationis studium piamque pervigilationem. At hodiè vel è conviviis ad lectum efferri, vel ad choreas saltem, comessationes et nugas, vigilare solent nonnulli. Magna fuit illa cœna, sicuti et evangelica Luc. 14, versu 16, ciborum præstantiâ, ferculorum numero, convivarum multitudine, convivatoris egregiâ, quæ mihi cœnarum semper caput videtur, benevolentiâ hilarique charitate, nulla tamen in eâ profusio, temulentia, levitas. Dicebat in epistolâ, quæ de acceptis munusculis, ad Eustochium est, S. Hieronymus : « Ita tibi sem« per comedendum est, ut cibum et oratio « sequatur et lectio. » Et ad Lætam de Institutione filiæ : « Sic comedat, ut semper esu« riat; ut statim post cibum possit legere et « psallere. » Deinde vigiliarum, quas majores nostri frequentiùs coluerunt, quarumque solùm penè in festis, præterquàm in Dominicæ nativitatis et resurrectionis nocte nobis retentum nomen, illustre hìc exemplum est. *Per totam*, ait, *noctem orârunt.* Apud Christianos Græcos vocabuntur διανυκτερεύσεις και παννυχίδες, ut ostendit Eusebius lib. 6 Histor. cap. 25 et 34, apud Latinos, *sacræ vigiliæ*, aut *pervigilia*, ut in Lactantio est lib. 7, cap. 19, *convocationes* etiam *nocturnæ*, in Tertulliano lib. 2 ad uxorem cap. 4, quòd videlicet non privatim in cujusque domo, sed quemadmodùm hoc ipso loco, publicè in unam omnes Ecclesiam evocarentur. Dehortans ille feminas christianas ne gentilibus nubant : « Quis, ait (gentilium « virorum), nocturnis convocationibus, si ita « oportuerit, à latere suo eximi libenter feret? « Quis solemnibus Paschæ abnoctantem se« curus sustinebit ? » Plura verò de iisdem vigiliis Bellarminus lib. 3 de Cultu Sanctorum, cap. ultimo, Baronius tomo 1 Annalium. Christiani tamen populi nomine, sunt in Ecclesiasticorum Breviariis nocturna officia, in canonicorum collegiis, in plurimorum religiosorum cœnobiis nocturnæ matutinæque preces, ut vix noctis momentum sit, imò ne sit quidem, quo, in Ecclesiâ catholicâ divinæ majestatis precatio non adhibeatur. Et ubi paulò ardentior pietas, dùm pericula quædam graviora ingruunt, assiduæ diu noctuque, vel quadraginta horarum, vel plurium etiam spatio, fiunt orationes. Verùm et de hoc fortè iterùm aliquid cap. 12, vers. 5. Tertiò ipse precationis pervigilationisque hujus locus non prætereundus. Quid enim est *intra ecclesiam?* Græcis ἐκκαλεῖν, *evocare* est, et idcircò significat *ecclesia*, vel populum qui evocatur, vel ipsum in quem is evocatur locum. Et priore modo dicitur concio aut cœtus, estque vel sacer vel profanus. Sacer, ut Numer. 20, Deuteron. 23, Judic. 20, 1 Reg. 17, 3 Reg. 8, 1 Paralip. 29, et 2, cap. 7, Psalm. 21, 34, 67, 88, 1 Machab. 3 et 5, in novo item Testamento sæpissimè, ut Matthæi 16, 18; 1 Corinth. 1, 14, 15, alibi. Profanus, ut Psalm. 25, Actor. 19, vers. 39 et 40. Est verò uterque iterùm duplex. Unus status, atque ordinarius, quando, secundùm præscriptum ordinem, certis statisque temporibus fit, vocaturque Actor. 19, versu 36, ἔννομος vel τεταγμένη ἐκκλησία, *legitima concio*, non quòd τῇ συστάσει tantummodò seu turbulentæ seditiosæque concioni opponatur. Alter extra ordinem, et dicitur σύγκλητος ἐκκλησία, *advocata et extraordinaria concio*, quando, ob præsentem aliquam necessitatem, ma

gnique momenti negotium, advocabunt extra consuetam temporis rationem. Hìc *ecclesia* pro loco sumitur, uti declarat particula, *intra*, et quidem ita ut eum in locum, extra ordinem, convocatio fieret. Ideò enim additur, *convocatus est omnis populus* συνεκκλήθη πᾶς ὁ δῆμος, vel πᾶσα ἡ ἐκκλησία, licet in Græco non sit tota hæc particula, et infra, cap. 7, vers. 18, locum itidem denotat *ecclesia*. Hujusmodi porrò Judæorum diversis in locis ecclesiæ, vocabantur *synagogæ*, Matthæi 13, Marc. 13, Luc. 4, et 7, vers. 5 : *Synagogam ædificavit nobis;* item προσευχαὶ, ut ex Philone lib. de Legat. et in Flaccum apparet, et Josepho loco ante citato in Vitâ suâ, ubi etiam ait : *Congregantur omnes in proseucham.* Sed quid *proseucha?* subdit ipse : *Ædificium, quod magnam hominum multitudinem capere poterat,* et à precibus ac votis, quæ εὐχαὶ sunt, ibique fiebant, ductum nomen. Unde et colligimus non solùm contra veteres ecclesiarum eversores, sed et novos, templa rectè construi, et cui rei ? ut preces ibidem scilicet fundantur, diurnæ nocturnæque, cùm ita expedit, Ecclesiæque pastores aut jubent, aut monent, in obsecrationibus et lacrymis conventus habeantur. *Quasi factâ manu oramus*, inquit in Apol. Tertullianus; *hæc vis Deo grata est.* Sed in Bellarminum lib. 3 de Cultu Sanctorum cap. 4, plurium cupidus eat lector. Videntur tamen Judæi et alia quæ ad commune bonum spectarent, in iisdem proseuchis interdùm egisse ac tractâsse, uti loco citato indicat Josephus et Græcus hoc loco textus, dùm vers. 10 ait, captum Achiorem, in ecclesiam adductum, ibidemquè à senioribus et concurrente omni multitudine, et feminarum etiam et puerorum, spectatum et auditum fuisse, et vers. 19, ubi noster habet, *finito consilio*, idem Græcus ait : Παρέλαβεν αὐτὸν Ὀζίας ἐκ τῆς ἐκκλησίας εἰς οἶκον αὐτοῦ, *accepit eum Ozias in domum suam.*

CAPUT VII.

1. Holofernes autem alterâ die præcepit exercitibus suis, ut ascenderent contra Bethuliam.

2. Erant autem pedites bellatorum centum viginti millia, et equites viginti duo millia (1), præter præparationes virorum illorum, quos occupaverat captivitas, et abducti fuerant de provinciis et urbibus universæ juventutis.

3. Omnes paraverunt se pariter ad pugnam contra filios Israel, et venerunt per crepidinem (2) montis usque ad apicem

CHAPITRE VII.

1. Le lendemain, Holoferne commanda à ses troupes de marcher contre Béthulie.

2. Or il y avait cent vingt mille hommes de pied, et vingt-deux mille cavaliers, sans compter ceux qu'il avait pris dans sa marche, et les jeunes hommes qu'il avait amenés des provinces et des villes dont il s'était rendu maître.

3. Ils se disposèrent tous à combattre les enfants d'Israël, et ils vinrent le long de la montagne, jusqu'au sommet qui regarde Do-

(1) Præter copias auxiliares, quæ proficiscenti exercitui sese conjunxerant. Græcus Romanæ editionis : *Peditum centum septuaginta millia, et equitum viginti duo millia.* Syrus : *Centum septuaginta duo millia peditum, equitum viginti duo millia.* Fieri utique potest, ut in varios hosce textus numerorum mendum irrepserit. Exercitus Holofernis, Ninive movens, nonnisi centum viginti millia peditum, et equitum duodecim millia numerabat : sed augeri potuit variis copiis à provinciis regni Assyriæ missis, præter auxiliares, quas sufficiebant regiones recentibus victoriis superatæ. De hujusmodi copiis exercitui additis nihil in Græco; quorum loco fert : *Præter apparatum et viros, qui erant pedites in eis, multitudo plurima valdè.* Syrus : *Præter servos ipsorum, et qui eis se adjunxerant, multi admodùm.* (Calmet.)

In Græco, ἱππέων Χιλιάδες δεκαδύο, *equitum duodecim millia,* ut supra, 2, 7.

PRÆTER PRÆPARATIONES VIRORUM ILLORUM QUOS OCCUPAVERAT CAPTIVITAS. In Græco distinctè : Χωρὶς τῆς ἀποσκευῆς καὶ τῶν ἀνδρῶν οἳ ἦσαν πεζοὶ ἐν αὐτοῖς, *præter impedimenta et pedites eis appositos,* constructione πρὸς τὸ σημαινόμενον *ad rem significatam,* quasi dixisset, τῶν σκευῶν. (Grotius.)

(2) Latus sive radicem.

APICEM. Extremitatem aliquam, sive collem. In Græco dicitur diffusum fuisse exercitum in valle.

BELMA. In Græcis Romanis est Belthem, in Complutensibus Belmaim, à Brocardo autem in libro de Terrâ sanctâ dicitur Abelina, et asseritur à Bethuliâ milliario uno distare.

CHELMON. In Græco est, κυαμῶν, vel per allusionem vicinæ vocis *chelmon*, vel ob fabarum, quæ ibi crescerent, multitudinem; faba enim Græcis κύαμος dicitur. (Menochius.)

BELMA. A Brocardo vocatur *Abelina;* urbs est ad radices montis Bethuliæ, nonnisi leucâ unâ inde dissita; à *Dothain* verò nonnisi mediâ leucâ. Ibidem in vicino etiam est urbs Chelmon, quæ in Græco vocatur Cyamon. His in locis dicit Græcus Assyrios *castrametatos* fuisse; Latinus, *se ad pugnam* accinxisse. Utrumque factum. (Tirinus.)

Holofernes secùs Mediterraneum, et per crepidinem montium Ephraimiticorum profectus, venit in regionem Philisthæorum, relictis ad lævam iis montibus, Hierosolymâ, cæterisque urbibus Juda. Cùm iter in Ægyptum pararet, opportunum esse non censuit, ut mo-

qui respicit super Dothain, à loco qui dicitur Belma, usque ad Chelmon qui est contra Esdrelon.

4. Filii autem Israel, ut viderunt multitudinem illorum, prostraverunt se super terram (1), mittentes cinerem super capita sua (2), unanimes orantes ut Deus Israel misericordiam suam ostenderet super populum suum.

5. Et assumentes arma sua bellica, sederunt per loca quæ ad angusti itineris tramitem dirigunt (3) inter montosa, et erant custodientes ea totâ die et nocte.

6. Porrò Holofernes, dùm circuit per gyrum, reperit quòd fons qui influebat, aquæductum (4) illorum à parte australi

thaïn, depuis le lieu appelé Belma, jusqu'à Chelmon qui est vis-à-vis Esdrelon.

4. Les Israélites voyant cette multitude, se prosternèrent en terre; et se couvrant la tête de cendres, ils prièrent d'un même cœur le Dieu d'Israël, afin qu'il lui plût de faire éclater sa miséricorde sur son peuple.

5. Et prenant leurs armes, ils se mirent dans les lieux qui mènent au passage du chemin étroit entre les montagnes, et ils y faisaient la garde pendant tout le jour et toute la nuit.

6. Holoferne, parcourant les lieux d'alentour de la montagne, trouva que la fontaine qui coulait *dans la ville*, avait du côté du midi

ram traheret in loco montibus impedito. Regionem maritimam sub nutu habebat. Sola in eo itinere urbs Bethulia occurrit, quæ venientibus fores clausit. Repeti possunt è præcedenti capite v. 7, dicta de locis hìc narratis, unde acies profectionem suam instituit. Græcus et vetus Vulgata ferunt, agmen hostium sese explicuisse in latum à Dothain usque Belmon, in longum à Bethuliâ usque Cyamonem, è regione Esdrelonis. (Calmet.)

(1) Græcus accuratiùs: *Filii Israel ut viderunt eorum multitudinem, turbati sunt valdè, et dixit unusquisque ad proximum suum: Nunc exsorbebunt hi faciem terræ universæ* (vel ex editione Complutensi, concludent, vel tegent); *et neque omnes montes excelsi, neque valles, neque colles sustinebunt gravitatem eorum.* (Calmet.)

(2) Ita et cap. 4 dicitur quòd *sacerdotes præcincti ciliciis obtulerunt sacrificia Domino, et erat cinis super capita eorum.* Et alibi frequentissimè meminit Scriptura hujus cæremoniæ seu observationis, quâ ferè utebantur filii Israel quotiescumque in magnâ angustiâ erant positi. Hujus autem cæremoniæ et observationis ratio est, quòd per eam homini in memoriam reducatur, quam originem habuerit, et quem finem seu exitum sit habiturus secundùm corpus. Nam de terrâ factus est, et secundum sententiam Domini ad Adam, in terram convertetur; unde ista cæremonia magnam habet vim ad excitandam in homine humilitatem, dùm ei ante oculos ponitur vilitas suæ conditionis. Unde et Ecclesia Christi aptissimè hanc cæremoniam in suum usum accommodavit, eo tempore quo maximè intenta est ut filios suos ad humilitatem et pœnitentiam provocet, hoc est, initio quadragesimæ, quando cinis sacer cujusque fronti, vel vertici aspergitur cum hoc elogio: *Memento, homo, quia pulvis es, et in pulverem reverteris.* Unde et vocatur dies Cinerum. (Estius.)

(3) Græcus et Syrus addunt: *Incenderunt ignes in turribus.* Ut scilicet improvisæ aggressiones vitarentur, atque ut, eo dato signo, venisse hostes in regionem indicarent. Græcus addit: *Die secundâ eduxit Holofernes equitatum suum, ad faciem filiorum Israel qui erant in Bethuliâ.* (Calmet.)

(4) Si accipiatur hìc strictè nomen aquæductûs, necesse est, fontes, quorum aquæ deducebantur, editiores urbe constituamus; neque id incredibile est, licet Bethulia in edito consideret.

Neque in Græcâ neque in Syriacâ versione legas, fontes Bethuliæ meridionales fuisse urbi, aut Holofernem aquæductum incidisse. Illud tantummodò ferunt, Holofernem, inventis fontibus, milites posuisse, qui Hebræos eorum aditu prohiberent. Nihil pariter apud illos de minoribus fontibus, ad crepidinem mœnium. Denique non modicè discrepant à Vulgatâ vv. 6, 7, 8, 9, 10. Ita enim legunt: *Holofernes consideravit ascensiones civitatis eorum, et fontes aquarum eorum aggressus est, et imposuit eis castra virorum bellantium, et ipse rediit ad populum suum. Et accedentes ei omnes principes filiorum Esau, et omnes duces populi Moab, et duces maritimæ, dicebant: Audiat nunc verbum dominus noster, ut non fiat quassatio in virtute tuâ. Populus enim hic filiorum Israel non confidunt in lanceis suis, sed in sublimitatibus montium suorum, in quibus ipsi inhabitant. Non enim est facile accedere cacuminibus montium eorum. Et nunc, domine, ne belles adversùs eos, sicut fit bellum prælii, et non cadet de populo tuo vir unus. Obtineant pueri tui fontem aquæ, qui egreditur è radice montis, quoniam inde aquantur omnes habitantes Bethuliam, et perdet eos sitis, et dedent civitatem suam. Et nos, et populus noster ascendemus super vicina cacumina montium, et castrametabimur in eis ad custodiam, ut non exeat è civitate vir unus. Et tabefient in fame* (et in siti) *ipsi et uxores eorum et filii eorum; et priusquàm veniat gladius super eos, sternentur in plateis habitationis suæ; et retribues eis retributionem malam, pro eo quòd rebellàrunt, et non occurrerunt faciei tuæ in pace. Et placuerunt verba eorum in conspectu Holofernis, et ministrorum ejus; et constituerunt facere sicut locuti fuerant. Et promoverunt castra filiorum Ammon* (Syrus, *filiorum Moab*), *et cum eis millia quinque peditum filiorum Assur.* Profecti *castrametati sunt in valle, et præoccupaverunt aquas, et fontes aquarum filiorum Israel. Et ascenderunt filii Esau et filii Ammon* (et duodecim millia Assyriorum), *et castrametati sunt in montana,*

extra civitatem dirigeret : et incidi præcepit aquæductum illorum.

7. Erant tamen non longè à muris fontes, ex quibus furtim videbantur haurire aquam (1), ad refocillandum potiùs quàm ad potandum.

8. Sed filii Ammon et Moab accesserunt ad Holofernem (2), dicentes : Filii Israel non in lanceâ nec in sagittâ confidunt, sed montes defendunt illos, et muniunt illos colles in præcipitio constituti.

9. Ut ergo sine congressione pugnæ possis superare eos, pone custodes fontium, ut non hauriant aquam ex eis, et sine gladio interficies eos : vel certè fatigati tradent civitatem suam, quam putant in montibus positam superari non posse (3).

un aqueduc qui était hors des murailles ; et il commanda qu'on coupât l'aqueduc.

7. Il y avait néanmoins des fontaines qui n'étaient pas loin des murs de la ville, où l'on voyait *les assiégés* aller puiser de l'eau furtivement, pour soulager plutôt leur soif que pour l'apaiser.

8. Mais les fils d'Ammon et les fils de Moab s'approchèrent d'Holoferne, disant : Les Israélites n'espèrent ni en leurs lances, ni en leurs flèches ; mais les montagnes les défendent, et ces collines entourées de précipices font toute leur force.

9. Afin donc que vous puissiez les vaincre sans combat, mettez des gardes près des fontaines, pour les empêcher d'y puiser de l'eau, et vous les ferez périr sans l'épée ; ou, se lassant *de souffrir la soif,* ils rendront leur ville qu'ils croient imprenable, parce qu'elle est sur le haut d'une montagne.

contra Dothaim, et miserunt ex ipsis ad austrum et ad orientem ad Ecrebel (Syrus, *Ekarbat*), quæ est è regione *Chus, quæ est super torrentem Mochmur* (Syrus, *torrentem Peor.*) *Et reliquus exercitus Assyriorum castrametati sunt in campo, et operuerunt omnem faciem terræ. Et tabernacula et impedimenta eorum castrametata sunt in turbà multà, et fuerunt in multitudine plurimâ valdè. Et filii Israel exclamaverunt ad Dominum Deum suum, quoniam pusillanimis factus est spiritus eorum, quoniam in circuitu erant omnes inimici ipsorum, et non erat effugium è medio eorum.*

Difficultas est aliqua de situ, quem hìc tenet exercitus Holofernis. Dothain nimis distabat à Bethuliâ, sive constituatur in tribu Zabulonis, sive in Manasse. Jacebat enim ad septentrionem, 12,000 passibus à Samariâ. Itaque abfuerit necesse est ampliùs octo vel decem leucis à Tiberiade, æquo proinde intervallo à Bethuliâ in Zabulone ; ac triginta ampliùs leucis à Bethuliâ in tribu Simeonis. Credibile est igitur, Græcos alterum pro altero nomine hìc posuisse, sive temerè prorsùs nomen *Dothaim* hìc additum fuisse.

Ecrebel, seu potiùs *Akrabat*, idem est facilè *Ascensus Scorpionis*, in Hebræo *Hakrabim*, unde nomen *Acrabatenes*, modicæ regionis in Judâ ad meridiem, in finibus Arabiæ. In hanc sententiam idcircò inclinamur, quòd *Akrabat* opposita constituatur *Chus*, id est, Arabiæ; id enim non congruit alteri Acrabatenæ in Samaritide. Absunt profectò utraque plurimùm à loco ubi constituenda est Bethulia in tribu Simeonis ; sed proxima Arabiæ Acrabatene magis aberat à Bethuliâ, quæ in Zabulone jacuisse creditur. Neque Bethuliæ huic Zabulonis propinqua erat adeò Acrabatene Samariæ vicina, ut ibi exercitus consedisse credatur, obsessos observaturus.

Torrens *Mochmur*, vel *Mechmer*, cum ignotis est ignotissimus ; nusquàm enim ejus nominis locus occurrit sive in Scripturâ, sive apud scriptores. Syrus legit *Torrentem Peor*, facilè *Beor*, seu potiùs *Bezor*, qui utique plurimùm non distabat à loco ubi Bethuliam ponimus.

(Calmet.)

(1) Ex fonticulis modicè scaturiebat : quam furtim subinde haustum veniebant. Sed et has scatebras, appositis ubique custodiis, eripuit mox Holofernes, v, 10. Neque verò molestius quidquam obsessis, aut ad deditionem accelerandam opportunius esse solet siti et aquæ penuriâ : unde plurimas urbes arcesque munitissimas, et viris aliisque rebus omnibus instructissimas, hàc vià dedi coactas, ostendit enumeratque Polybius, Lucanus et Josephus ; qui addit, hoc ipsum, quòd *ad mensuram aqua dividitur*, ut hìc factum à Bethuliensibus v. 11 : *Ipsà penuriâ videri molestius* ; nam *appetitum magis provocat, quod liberum non est*. (Tirinus.)

(2) Græca habent : *Principes Idumæi et Moabitici*. Idumæi enim invadentes Judæos fingebant se esse Ammonitas, ut dixi c. 5, v. 9. Hi ergo suaserunt Holoferni, ut fontes occuparet, itàque Judæos siti conficeret.

Mysticè : « *Tunc incidit diabolus aquæductum, « cùm facit interrumpere studia litterarum. Erant « autem non longè à muris fontes dogmata philo« sophorum, qui scientiæ et honestatis aliquod « conferant solatium, ex quibus videbantur haurire « aquam ad refocillandum potiùs quàm ad potan« dum* ; » ita Raban., sic et S. August. in psalm. 73, et S. Greg. in c. 4 Cant. Rursùm incidit diabolus aquæductum, cùm nos ab oratione avertit : per orationem enim quasi canalem omnis Dei gratia in nos influit, unde eâ succisâ diabolus nos superat et capit.

(Corn. à Lap.)

(3) S'il est vrai, comme le croit un interprète, que sous le nom d'Ammonites, les Iduméens y étaient compris, l'Écriture a eu dessein de nous faire remarquer dans cet exemple que les faux frères, tels qu'étaient ces Iduméens à l'égard des Juifs, sont plus à craindre que des ennemis déclarés, puisque ce conseil si pernicieux fut donné aux Assyriens contre les Juifs, par ceux-là mêmes qui auraient dû, ainsi qu'avait fait leur prince, les protéger comme leurs frères, ou au moins n'agir pas contre eux.

10. Et placuerunt verba hæc coram Holoferne et coram satellitibus ejus, et constituit per gyrum centenarios per singulos fontes.

11. Cùmque ista custodia per dies viginti fuisset expleta (1), defecerunt cisternæ, et collectiones aquarum, omnibus habitantibus Bethuliam, ita ut non esset intra civitatem unde satiarentur vel unâ die, quoniam ad mensuram dabatur populis aqua quotidie.

12. Tunc ad Oziam congregati (2) omnes viri feminæque, juvenes et parvuli, omnes simul unâ voce

13. Dixerunt: Judicet Deus inter nos et te, quoniam fecisti in nos mala, nolens

10. Ce conseil plut à Holoferne et à ses officiers; et il plaça des centeniers près de chaque fontaine, tout à l'entour.

11. Cette garde ayant été faite pendant vingt jours, toutes les citernes et les réservoirs d'eau qui étaient dans la ville de Béthulie furent mis à sec; et il ne restait pas dans toute la ville de quoi donner à boire un seul jour aux habitants; car on distribuait chaque jour au peuple l'eau par mesure.

12. Alors les hommes, les femmes, les jeunes gens et les petits enfants, vinrent en foule trouver Ozias, et lui dirent tout d'une voix :

13. Que Dieu soit juge entre vous et nous; car vous nous avez attiré ces maux, n'ayant pas voulu parler de paix avec les Assyriens;

Ils sont en cela les vraies images des hérétiques, qui se déclarent contre l'Église d'une manière d'autant plus odieuse et criminelle, qu'étant devenus par le baptême les frères de ses enfants, ils ne craignent pas de leur couper, autant qu'ils le peuvent, les eaux pures et salutaires de la vérité. Et ils peuvent bien encore nous représenter les mauvais Chrétiens, qui, par l'exemple de leur vie toute déréglée, semblent vouloir dérober à leurs frères l'eau vivifiante de cette fontaine évangélique qui s'élève jusqu'à la vie éternelle; ou même les méchants pasteurs qui coupent les eaux au peuple de Dieu, lorsqu'au lieu de les arroser sans cesse par l'exemple de leur piété et par les eaux vives de la vérité, ils sont au contraire pour les fidèles comme ces nuées stériles dont parle un Apôtre, qui ne donnent jamais d'eau: *Nubes sine aquâ.*

Le démon figuré par Holoferne se sert ainsi et de sa propre malice, et de celle des faux frères qui sont dans l'Eglise, pour couper les eaux de la fontaine principale, qui est celle de l'Ecriture, conduites jusqu'à nous par *un aqueduc*, qui est celui de la tradition ecclésiastique. Et nous voyons, en effet, que les hérétiques de ces derniers temps se sont attachés principalement à vouloir ôter à l'Eglise ce grand aqueduc, par lequel elle a toujours conservé, et conservera jusqu'à la fin les eaux pures de la vérité. Et lorsqu'il lui reste quelques petites fontaines, où ces enfants pourraient soulager un peu leur soif, ils veulent s'en rendre les maîtres, s'efforçant sans cesse de lui ôter tous les moyens qui peuvent servir en quelque façon que ce soit à désaltérer la soif qu'ont les vrais fidèles pour la justice et la piété. C'est ce qu'on a pu remarquer du temps des Ariens, qui, après avoir coupé le grand aqueduc de la tradition, lorsqu'ils rejetaient tous les saints Pères, se rendirent encore maîtres de ceux qui avaient été établis comme les fontaines de Jacob, et les empêchaient en mille manières et par toutes sortes de violences de répandre sur les autres les eaux qu'ils étaient obligés de leur donner.

Saint Augustin parlant *des fontaines et des torrents que Dieu fit sortir* de la dureté de la pierre, dit que ces fontaines figuraient les eaux divines de la sagesse et de la foi, qui devaient servir à arroser les nations, et les convertir à Jésus-Christ, parce que la parole de Dieu est une fontaine dont l'eau rejaillit jusqu'à la vie éternelle. Ce sont ces eaux, si nécessaires à notre âme pour la soutenir dans la sécheresse de l'exil de cette vie, dont nous devons demander instamment à Dieu qu'il ne permette jamais que nous soyons privés par la malice de notre ennemi. (Sacy.)

(1) Græcus longè discrepat à Vulgatâ : *Et manserunt in circuitu eorum omnia castra Assur, pedites, et currus, et equites eorum diebus triginta quatuor. Et defecerunt omnibus habitantibus Bethuliam omnia receptacula sua aquarum, et cisternæ evacuabantur, et non habebant bibere ad satietatem aquam diem unum, quoniam in mensurâ dabant eis bibere. Et consternati sunt infantes eorum, et mulieres eorum, et juvenes defecerunt præ siti, et cadebant in plateis civitatis, et in transitibus portarum, et non erat robur ultra in eis.* Apud Syrum obsidio ad duos menses et dies quatuor prorogatur : breviorem indicat Vulgata. (Calmet.)

(2) Siti confecti, postulantes magnis vocibus, ut Bethuliam Holoferni dederet. Nihil enim atrociùs obsessis accidit, quàm sitis; longè enim acriùs cruciat sitis, quàm fames; unde duces urbem quampiam obsidentes, solent avertere aquas, ut cives siti conficiant, itàque ad deditionem cogant, juxta illud : *Adhæsit lingua lactentis ad palatum ejus in siti,* Thren. 4. Nota est Lysimachi regis Macedonum historia, qui cùm in Thraciâ aquæ penuriâ sitique laboraret, se cum castris tradidit hosti, sed haustâ aquâ, exclamavit : *O dii! quàm parvæ voluptatis causâ me ex rege servum effeci!* Idem dicant cupidi, qui pro puncto voluptatis se mancipia efficiunt infernalis Holofernis, hoc est, diaboli, qui eos in gehennâ, siti conficiet, ut clament cum divite epulone : *Pater Abraham, miserere meî, et mitte Lazarum, ut intingat extremum digiti sui in aquam, et refrigeret linguam meam, quia crucior in hâc flammâ,* Lucæ 16. (Corn. à Lap.)

loqui pacificè cum Assyriis, et propter hoc vendidit nos Deus in manibus eorum (1),

14. Et ideò non est qui adjuvet, cùm prosternamur ante oculos eorum in siti et perditione magnâ.

15. Et nunc congregate universos qui in civitate sunt, ut spontè tradamus nos (2) omnes populo Holofernis.

16. Melius est enim ut captivi benedicamus Dominum viventes, quàm moriamur, et simus opprobrium omni carni, cùm viderimus uxores nostras et infantes nostros mori ante oculos nostros.

17. Contestamur hodiè cœlum et terram (3), et Deum patrum nostrorum, qui ulciscitur nos secundùm peccata nostra, ut jam tradatis civitatem in manu militiæ Holofernis, et sit finis noster brevis in ore gladii, qui longior efficitur in ariditate sitis.

18. Et cùm hæc dixissent, factus est fletus et ululatus magnus in ecclesiâ (4)

et c'est pour cela que Dieu nous a livrés entre leurs mains (1).

14. Ainsi nous demeurons sans secours, et la soif nous fait périr malheureusement devant leurs yeux.

15. C'est pourquoi assemblez maintenant tous ceux qui sont dans la ville, afin que nous nous rendions tous volontairement au peuple d'Holoferne;

16. Car il vaut mieux qu'étant captifs nous vivions au moins, et bénissions le Seigneur, que de mourir, et être en opprobre à tous les hommes, en voyant nos femmes et nos enfants périr ainsi devant nos yeux.

17. Nous vous conjurons aujourd'hui devant le ciel et la terre, et devant le Dieu de nos pères, qui se venge de nous selon la grandeur de nos péchés, de livrer incessamment la ville entre les mains d'Holoferne, et de nous faire trouver une mort prompte par l'épée, au lieu de cette mort lente que la soif qui nous brûle nous fait souffrir.

18. Après qu'ils eurent parlé de la sorte, il se fit de grands cris et de grandes lamenta-

(1) Græcus et Syrus : *Et nunc non est adjutor noster; sed vendidit nos Deus in manus eorum,* jamjam casuri sumus in eorum manus, ceu misera mancipia, ad captivitatem durissimam redacta. (Calmet.)

(2) UT SPONTE TRADAMUS NOS. Græcus et Syrus: *Et nunc invocate eos, et date civitatem in direptionem populo Holofernis.* (Calmet.)

(3) Longè aliter Græcus: *Contestamur in vos cœlum et terram, et Deum nostrum, et Dominum patrum nostrorum, qui ulciscitur nos secundùm peccata nostra et secundùm peccata patrum nostrorum, ut non faciat juxta verba hæc in die hodiernâ*, id est, ne pereamus, neque coram cadentes uxores liberosque intueamur. (Calmet.)
In eo quod contestantur cœlum et terram, est quædam prosopopœia. Quo modo Moyses in cantico dicit Deut. 23 : *Audite, cœli, quæ loquor, audiat terra verba oris mei;* et Josue ad populum cap. ult. *En lapis iste erit vobis in testimonium, quòd audierit omnia verba*, etc. Sensus est : Declaramus vobis necessitatem nostram et periculum in quo versamur, et petimus ut civitatem tradatis in manum Holofernis; idque facimus in præsentiâ cœli et terræ, et in præsentiâ Dei patrum nostrorum, ut nisi faciatis quod petimus, testes nobis sint adversùm vos, hujus nostræ querelæ et petitionis. (Estius.)

(4) Id est, in *synagogâ*, quæ in singulis urbibus æquè *orationis* ac *concionis* locus erat. Et alio nomine *proseucha* vocabatur, deducto à *precibus* et *votis* quæ inibi fiebant, et *euchæ* dicuntur; Josephus dicit, *ædificium* fuisse, *quod maximam hominum multitudinem capere posset.* Cæterùm ex hoc populi ad synagogam accursu, ex humillimis precibus ibi profusis, ex fletu, et opis divinæ tam seriâ imploratione, patet, industriâ et suadelâ principis Oziæ sedatum fuisse priorem populi tumultum, et jam animæquiores factos omnes non ampliùs ursisse deditionem sed à divinâ manu subsidium præstolari decrevisse. Etverò quàm triste negotium fuisset tum Bethuliæ, tum Judææ universæ, si primo populi furori et ardentissimæ siti princeps cessisset, deditionemque fecisset! in quantas se conjecissent isti cives ærumnas! quàm insigni victoriâ et triumpho se spoliâssent! Caveamus et nos, exiguæ voluptatis appetentiâ, cœlestis regni hæreditate privari, et tartareo Holoferni mancipia fieri. (Tirinus.)

(1) La conduite de ce peuple nous représente une image de ce qui se passe tous les jours dans l'Eglise. La vue des forces si redoutables d'Holoferne avait convaincu les habitants de Béthulie qu'ils n'avaient rien à espérer que du côté du Seigneur. C'est pourquoi ils s'étaient beaucoup humiliés, ils avaient jeûné, prié et veillé pour se rendre dignes du secours de Dieu. Mais lorsqu'ils commencent à sentir la soif, ils s'abandonnent au murmure et ils accusent leur chef *d'avoir attiré ces maux sur eux.* On voit en cela le vrai caractère de l'esprit des Israélites, qui étaient toujours disposés à murmurer contre ceux qui les conduisaient, et qui après avoir été délivrés de la servitude de Pharaon par tant de prodiges que Dieu avait faits en leur faveur, se plaignaient dans les moindres occasions que Moïse ne les avait fait sortir d'Egypte que pour les faire périr dans le désert.

Mais c'est là encore présentement le vrai caractère d'un grand nombre de Chrétiens, qui s'humilient, qui jeûnent, et qui prient à l'exemple de ces habitants de Béthulie, lorsqu'ils se trouvent épouvantés par la vue des grands périls qui les environnent et des ennemis qu'ils ont à combattre, mais qui s'abat-

ab omnibus, et per multas horas unà voce clamaverunt ad Deum, dicentes :

19. Peccavimus cum patribus nostris, injustè egimus, iniquitatem fecimus.

20. Tu, quia pius es, miserere nostrî, aut in tuo flagello vindica iniquitates nostras (1); et noli tradere confitentes te, populo qui ignorat te,

21. Ut non dicant inter gentes : Ubi est Deus eorum (2)?

tent et perdent courage dans les premières tentations et dans les moindres maux qui leur arrivent. On s'abandonne aisément à Dieu, et on se soumet de bon cœur à sa puissance, lorsque l'on n'est attaqué qu'au dehors, comme le démon osa le lui dire autrefois en parlant de Job; mais on se porte aisément à murmurer contre Dieu lorsque l'on se sent frappé dans sa chair. Et l'on ne considère pas alors assez que s'il nous promet son assistance, il veut nous en rendre dignes en nous éprouvant auparavant, et en nous faisant souffrir quelque chose qui nous fasse mériter d'autant plus la grâce de son secours, que notre patience et notre foi auront soutenu cette épreuve avec fermeté. (Sacy.)

(1) Id est, flagella nos quantùm tibi placuerit, dùm tamen non tradamur in manus infidelium. Et simili modo David præelegit à Deo flagellari quàm ab hominibus, 2 Reg. ult. Istud ultimò dictum, videtur processisse à sacerdotibus, et ab aliquibus justis, magis timentibus de destructione divini cultûs, quàm de propriis corporibus. (Lyranus.)

Nota pium dictum illius populi. Nam, etsi non satis confidere videantur de superno auxilio, tamen piè postulant, ut potiùs à Deo flagellentur, sive per pestem, sive per famem, quàm ut tradantur in manus hominum infidelium, utpote quòd per eos non solùm ipsi necarentur, sed etiam cultus Dei exterminaretur. Eodem modo et David, optione sibi trium propositâ, pestem elegit potiùs quàm tradi hostibus, adjiciens hæc verba 2 Regum ult. : *Melius enim est incidere in manus Dei quàm in manus hominum, quia multæ miserationes ejus sunt.* Sic et populus iste quoque misericordiam consecutus est. (Estius.)

Aut in tuo flagello, etc. Sententia est, si tuo flagello vindicare paras peccata nostra, divinam correptionem libenter admittimus, hoc oramus ne tradas nos in infidelium manus. (Menochius.).

(2) On demande comment ce peuple, qui venait de murmurer contre Ozias et l'accuser de tout le mal qu'ils souffraient, et qui avait pris à témoin le ciel et la terre, et Dieu même, de la volonté qu'ils avaient que Béthulie fût remise entre les mains d'Holoferne, s'adresse aussitôt après au même Dieu pour le conjurer avec cris et avec larmes de *ne pas livrer ceux qui le louaient à des gens qui ne le connaissaient pas.* S'ils croyaient *qu'il valût mieux*, comme ils viennent de le dire, *qu'étant captifs ils eussent au moins la vie sauve*, comment disent-ils maintenant à Dieu *qu'il venge lui-même leurs crimes*, plutôt que *de les livrer à une nation infidèle?* Et comment les mêmes personnes qui avaient dit à Ozias *qu'il était meilleur pour eux de vivre dans la captivité, que de mourir* par la soif, peuvent-ils prendre Dieu à témoin qu'ils désirent *de trouver une mort prompte par l'épée d'Holoferne, au lieu de la longue mort qu'une soif brûlante leur faisait souffrir?*

Il paraît sans doute une grande contradiction dans tous ces discours. Mais l'état même de frayeur et de souffrance où ils se trouvaient, sert à faire concevoir plus aisément la cause de ces contrariétés apparentes. Tantôt la soif qu'ils souffraient déjà, et celle qu'ils appréhendaient encore plus pour la suite, leur faisait dire qu'ils aimaient mieux vivre captifs au milieu des Assyriens, que de mourir ainsi assiégés et renfermés dans leur ville. Tantôt en considérant la cruauté d'Holoferne, qui pourrait bien ne leur pas donner la vie après qu'ils avaient osé résister à sa puissance, ils disaient, dans une espèce de désespoir, qu'il leur serait même plus avantageux de finir leur vie par une mort prompte que de la traîner long-temps en mourant tous les jours de soif. Et tantôt enfin revenant un peu à eux-mêmes, et considérant quel opprobre ce serait pour eux de tomber entre les mains de leurs ennemis, ils se retournaient vers Dieu, et lui disaient en pleurant et en jetant de grands cris, qu'ils le conjuraient par son infinie bonté de vouloir leur faire miséricorde et leur pardonner tous les péchés dont ils se sentaient coupables. Puis ils ajoutaient que s'il était résolu de les punir, il le fît en les châtiant lui-même, et en ne les livrant pas à leurs ennemis. Et pour le toucher plus fortement, ils usent d'une sainte adresse, en lui faisant voir que la gloire du Dieu d'Israël était même intéressée à ne pas livrer un peuple qui le connaissait et qui le louait à des nations barbares privées de sa connaissance, qui se porteraient à lui insulter insolemment, comme s'il n'avait pas eu le pouvoir de défendre son propre peuple contre leur fureur.

Ces Israélites étaient encore en ce point la figure des Chrétiens, dont plusieurs, lorsqu'ils se trouvent dans la même conjoncture de quelque grande tentation, où le démon les serre de près et leur enlève en quelque façon tous

tions dans toute l'assemblée; et pendant plusieurs heures ils crièrent tout d'une voix à Dieu en disant :

19. Nous avons péché avec nos pères; nous avons agi injustement; nous avons commis l'iniquité.

20. Ayez pitié de nous, parce que vous êtes bon; ou vengez nos crimes, en nous châtiant vous-même, et n'abandonnez pas ceux qui vous confessent à un peuple qui ne vous connaît point;

21. Afin qu'on ne dise pas parmi les nations : Où est leur Dieu?

22. Et cùm fatigati his clamoribus, et his fletibus lassati siluissent (1),

23. Exsurgens Ozias infusus lacrymis (2), dixit : Æquo animo estote, fratres, et hos quinque dies exspectemus à Domino misericordiam.

24. Forsitan enim indignationem suam abscindet, et dabit gloriam nomini suo.

25. Si autem transactis quinque diebus, non venerit adjutorium, faciemus hæc verba, quæ locuti estis (3).

22. Et quand lassés à force de crier et de pleurer, ils se turent,

23. Ozias se levant, ayant le visage baigné de larmes, dit : Ayez bon courage, mes frères; et attendons encore pendant cinq jours la miséricorde du Seigneur.

24. Peut-être qu'il apaisera sa colère et qu'il glorifiera son nom.

25. Si ces cinq jours étant passés, il ne nous vient pas de secours, nous ferons ce que vous avez proposé.

les soutiens qui leur restaient, éprouvent mille mouvements différents au fond de leurs cœurs, qui tantôt les portent du côté de leur ennemi, et tantôt du côté de Dieu, auquel néanmoins ils reconnaissent enfin qu'il leur est plus avantageux de s'abandonner entièrement, afin qu'il prenne lui-même le soin de les châtier de leurs péchés. La meilleure disposition où puissent être ces âmes ainsi attaquées et troublées par les tentations de leur ennemi, est de représenter souvent à Dieu, en suivant l'exemple de ces Juifs, que sa gloire est intéressée dans la défense de ceux qui le reconnaissent pour leur Seigneur, qui le louent et qui l'adorent. Car rien, en effet, ne doit plus toucher un cœur qui est pénétré vivement de l'amour de Dieu, que la vue de cette insulte avec laquelle ses ennemis, osant attribuer leurs victoires à leur propre bras, demandent insolemment : *où est* maintenant leur Dieu ? (Sacy.)

(1) Hic ultimò ponitur indiscreta conventio ducis, qui promisit civitatem reddere, nisi infra quinque dies veniret eis auxilium. Sciendum tamen, quòd licet iste Ozias benefecerit differendo traditionem civitatis, et inducendo ad expectationem divinæ misericordiæ, tamen præfigendo terminum quinque dierum, malè fecit, propter quod de hoc reprehenditur cap. seq., ut videbitur. (Lyranus.)

(2) Il y a bien de l'apparence qu'Ozias, ayant vu cette grande émotion de tout le peuple, eut recours à Dieu, qu'il pleura et cria prosterné en sa présence, pour le conjurer d'avoir pitié de son peuple, et de ne permettre pas qu'il fût livré aux Assyriens. Lors donc que tout ce tumulte fut apaisé, et que ces peuples *fatigués*, comme dit l'Ecriture, *à force de crier et de pleurer, se furent tus*, il se leva pour les encourager et les exhorter à attendre encore pendant cinq jours la miséricorde du Seigneur.

On ne voit pas bien pourquoi il bornait ainsi ce temps précisément à cinq jours, et s'il avait lieu d'espérer que le roi et le grand-prêtre lui procureraient quelque secours dans cet entre-temps. Mais ce qui paraît le plus vraisemblable, c'est que Dieu même le fit parler de la sorte sans qu'il le sût, ayant résolu effectivement de secourir Béthulie dans les cinq jours qu'il marqua, par un prodige aussi surprenant que fut celui de la mort même d'Holoferne, dont nous parlerons bientôt. Il est vrai qu'Ozias faisait une faute, comme Judith le lui reprocha ensuite, parce que ne connaissant point le dessein de Dieu, et s'affaiblissant en quelque sorte avec le peuple, il entreprenait de borner le temps de la miséricorde du Seigneur. Mais cela n'empêche point que Dieu même n'ait pu marquer par ses paroles ce qu'il avait résolu de faire, puisqu'on vit longtemps depuis que le grand-prêtre Caïphe, quoiqu'il fût très-éloigné de la disposition d'Ozias, et qu'il eût une intention mauvaise en disant qu'*il était avantageux qu'un seul homme souffrît la mort pour tout le peuple*, ne laissa pas en cela même, selon l'Ecriture, de servir d'organe au Saint-Esprit, et de prédire, sans qu'il le sût, le mystère tout divin de la mort que devait souffrir le fils de Dieu pour le salut de tous les peuples. (Sacy.)

(3) Id est, juxta id quod postulâstis. (Menochius.)

TRANSLATIO EX GRÆCO.

1. Postridiè autem annuntiavit Olophernes universo exercitui suo, et omni populo suo, qui venerant in auxilium ipsius, movere castra super Betylua, et ascensiones montanæ præoccupare, et facere bellum adversùs filios Israel. — 2. Et movit castra in die illâ omnis vir potens eorum ; — et virtus eorum, virorum bellatorum, millia virorum peditum centum septuaginta, et equitum millia duodecim, præter apparatum, et viros, qui erant pedites in eis, multitudo plurima valdè. — 3. Et castrametati sunt in valle prope Betylua super fontem : et extenderunt in latitudinem super Dothaim, et usque Belthem, et in longitudinem à Betyluâ usque ad Cyamonem, quæ est contra Esdrelom. — 4. Filii autem Israel, ut viderunt eorum multitudinem, turbati sunt valdè : et dixit unusquisque ad proximum suum : Nunc exsorbebunt hi faciem terræ universæ : et neque montes excelsi, neque valles, neque colles sustinebunt gravitatem eorum. — 5. Et assumentes unusquisque vasa bellica sua et accendentes pyras, super turres suas manebant custodientes totam noctem illam. — 6. Die autem secundâ eduxit Olophernes universum equitatum suum ad faciem

filiorum Israel, qui erant in Betyluâ, — et consideravit ascensiones civitatis eorum; — 7. Et fontes aquarum eorum aggressus est, et occupavit eos : et imposuit eis castra virorum bellatorum : et ipse rediit ad populum suum. — 8. Et accedentes ei omnes principes filiorum Esaü, et omnes duces populi Moab, et duces maritimæ dicebant : — 9. Audiat nunc verbum dominus noster, ut non fiat quassatio in virtute tuâ. — 10. Populus enim hic filiorum Israel non confidunt in lanceis suis, sed in sublimitatibus montium suorum, in quibus ipsi inhabitant in eis. Non enim est facile accedere cacuminibus montium eorum. — 11. Et nunc, domine, ne belles adversùs eos, sicut fit bellum prælii : et non cadet de populo tuo vir unus. — 12. Mane in castris tuis, custodiens omnem virum de virtute tuâ : et obtineant pueri tui fontem aquæ, qui egreditur è radice montis, — 13. Quoniam inde aquantur omnes habitantes Betylua : et perdet eos sitis, et dedent civitatem suam. Et nos, et populus noster ascendemus super vicina cacumina montium, et castrametabimur in eis ad custodiam, ut non exeat è civitate vir unus. — 14. Et tabefient in fame ipsi, et uxores eorum, et filii eorum; et priusquàm veniat gladius super eos, sternentur in plateis habitationis suæ. — 15. Et retribues eis retributionem malam, pro eo quòd rebellàrunt, et non occurrerunt faciei tuæ in pace. — 16. Et placuerunt verba eorum in conspectu Olophernis, et in conspectu omnium ministrorum ejus, et constituerunt facere, sicut locuti fuerant. — 17. Et promoverunt castra filiorum Ammon, et cum eis millia quinque filiorum Assur, et castrametati sunt in valle, et præoccupaverunt aquas, et fontes aquarum filiorum Israel. — 18. Et ascenderunt filii Esau, et filii Ammon, et castrametati sunt in montana contra Dothaim : et miserunt ex ipsis ad austrum, et subsolanum è regione Ecrebel, quæ est prope Chus, quæ est super torrentem Mochmur. Et reliquus exercitus Assyriorum castrametati sunt in campo, et operuerunt omnem faciem terræ. Et tabernacula, et impedimenta eorum castrametata sunt in turbâ multâ, et fuerunt in multitudine plurimâ valdè. — 19. Et filii Israel exclamaverunt ad Dominum Deum suum, quoniam pusillanimis factus est spiritus eorum; quoniam in circuitu erant inimici ipsorum, et non erat effugere è medio eorum. — 20. Et manserunt in circuitu eorum castra Assur, pedites et currus, et equites eorum diebus triginta quatuor. Et defecerunt omnibus habitantibus Betylua omnia receptacula sua aquarum : — 21. Et cisternæ evacuabantur, et non habebant bibere ad satietatem aquam diem unum : quoniam in mensurâ dabant eis bibere. — 22. Et consternati sunt infantes eorum, et mulieres eorum, et juvenes defecerunt præ siti, et cadebant in plateis civitatis, et in transitibus portarum : et non erat robur ultra in eis. — 23. Et congregati sunt omnis populus ad Oziam, et principes civitatis, juvenes, et mulieres, et pueri, et clamaverunt voce magnâ, — et dixerunt coram omnibus senioribus : — 24. Judicet Deus inter nos et vos; quoniam fecistis in nobis injustitiam magnam, non loquentes pacifica cum filiis Assur. — 25. Et nunc non est adjutor noster, sed vendidit nos Deus in manus eorum, ut prosternamur coram eis in siti et perditione magnâ. — 26. Et nunc invocate eos, et date civitatem omnem in direptionem populo Olophernis, et omni virtuti ejus. — 27. Melius enim nobis fieri eis in direptionem. Erimus enim in servos, et vivet anima nostra; et non videbimus mortem infantum nostrorum in oculis nostris, et uxores, et filios nostros, deficientes animas eorum. — 28. Contestamur vobis cœlum, et terram, et Deum nostrum, et Dominum patrum nostrorum, qui ulciscitur nos secundùm peccata patrum nostrorum, ut non faciat juxta verba hæc in die hodiernâ. — 29. Et facta est ploratio magna in medio ecclesiæ omnium unanimiter : et clamaverunt ad Dominum Deum voce magnâ. — 30. Et dixit ad eos Ozias : Confidite, fratres : obduremus adhuc quinque dies, in quibus convertet Dominus Deus noster misericordiam suam super nos. — Non enim derelinquet nos in finem. — 31. Si autem transierint hi, et non venerit super nos auxilium, faciam secundùm verba vestra. — 32. Et dispersit populus in castra ipsius, et ad muros et turres civitatis suæ abierunt : et mulieres, et filios in domos suas dimisit. Et fuerunt in humiliatione multâ in civitate.

COMMENTARIUM.

Bethuliæ describitur obsidio quoad ejus principium et progressum, et utrumque quoad obsidentes et obsessos. In principio est obsidentium numerus ad urbem accessus. Numerus in Latino textu est, *pedites bellatorum centum viginti millia et equites viginti duo millia*. Ecce alius jam equitum numerus et duplo ferè major quàm fuerit cap. 2, vers. 7. Neque dicere licet in majori isto numero annumerari eos qui ex domitis occupatisque

populis et regionibus accesserant quamplurimi, cap. 3, vers. 8. Id enim diligenter cautum hìc est, dùm adjicitur, *præter præparationes virorum illorum quos occupaverat captivitas, et abducti fuerant de provinciis.* Ideòque opinor, initio cùm itineri se dedit Holofernes, non fuisse nisi equitum sagittariorum duodecim millia, expectata tamen adhuc è gentibus, quæ Assyrio jam tum imperio parerent, vel ei fœderatæ essent, plura millia quæ consequi jussa sint, pertineantque ad illos etiam quos cap. 3, vers. 15, expectavit Holofernes. Græca tamen hìc æra rursùm à Latinis discrepant. Peditum enim *millia centum et septuaginta* ostendunt, equitum *duodecim* tantùm *millia.* Neque tamen à Latinis tantùm, sed à seipsis dissentiunt. Antea siquidem, cap. 2, peditum *centum viginti millia,* pauciora scilicet quàm hìc, et equitum *centum* item ac *viginti millia,* multò nimirùm quàm hìc plura. Sed quoad pedites, componi queat lis non difficulter. Licet enim existimare antea Græcum ipsum enumerâsse pedites qui itineris initio aderant, non eos qui consequi jussi sint, uti de equitibus jamjam in Latino dicebam; eumdem tamen Latinum pedites, qui postea consecuti sint, siluisse. Cùm silentii tamen causa mihi quidem nulla compareat, viaticos Græci textûs numeros existimo. Quomodò enim è centum viginti duobus equitum millibus, ad duodecim millia ventum jam esset? Quæ hactenùs pugna, quæ clades, quæ contagio tot chiliadas attrivit? Ex isto potiùs loco malim priorem illum sanare, ut pro myriadibus legendæ ibi sint, quemadmodùm hìc χιλιάδες δεκαδύο. Retinet verò tam equitum quàm peditum collocatum hìc numerum Zonaras tom. 1. Accessus verò eorum vers. 3, est: ubi Belma, in Græcis Romanis est βελθὲμ, in Complutensibus βελιμαΐμ, in Brocardo lib. de Terrâ sanctâ, *Abelina*: « A Ramâ, inquit, est una « leuca et dimidia ad villam quamdam, quæ « olim grandis, fuit vocata *Abelina*, distans à « Dotaim mediâ leucâ versùs orientem, de quâ « in lib. Judith fit mentio. De Abelinâ est una « leuca ad montem Bethuliæ. » Et videtur eadem quæ in Græco infra, cap. 8, vers. 3, Βελαμών. *Chelmon* verò in utrisque Græcis Κυαμὼν, vel per allusionem *Chelmon*, vel ob fabarum, quæ ibi crescebant, multitudinem. Est enim faba κύαμος, Heb. *phol*, 1 Reg. 17, vers. 27. Græci tamen textus ipsam potiùs castrorum metationem hìc describunt, et quidam ita, ut ex loci occupatione, ingentem hostium multitudinem commonstrent hoc modo: « Castra posuerunt ad fontem in valle « propinquâ Betuliæ, eaque extenderunt in « latitudinem à Dothaim usque Bethleem, in « longitudinem à Betuliâ usque Cyamonem, « quæ Esdreloni è regione objecta est. »

Jam obsessi hoc ipso principio, tria fecerunt: Primum in Græcis traditur: « Israe« litæ, ubi horum multitudinem viderant, « admodùm conturbati sunt, dixeruntque alius « alii: Nunc isti totius terræ faciem obligu« rient, ita ut neque editi montes, neque val« les, neque colles eorum onus seu vim atque « impetum sustinere possent. » Quod *obligurient,* dixi, Romanus ait, ἐκλείξουσι, Complutensis tamen ἐκλείσουσι, *occupabunt et adaperient,* reserabunt. Sed alterum illud majorem multò significantiam habet, quasi subitò devorare omnia, linguisque tantùm exertis elingere, aut ecligmatum seu electuariorum instar, ligurire quàm citissimè facillimèque possint. Alterum in Latino solo est. *Prostraverunt se super terram mittentes cinerem super capita sua, unanimes orantes.* Metus ergo illorum et trepidatio magna fuit, non tamen tanta, ut animo caderent, præsidiorumque tali tempore opportunissimorum penitùs obliviscerentur. Ea porrò, ut ante dictum est, divina et humana sunt. Ad illa primò, et quidem sapientissimè religiosissimèque aggrediuntur, potestque hìc rursùm notari et eorum à Deo petitio, et ipse petitionis modus. Sed illud nunc adnotetur, quemadmodùm boni catholicique milites pugnam inire soleant. Priùs enim de peccatis dolorem suscipere; si tempus ferat, de iis confiteri, et sacrosanctam Eucharistiam sumere solent; semper certè genua flectere, Deum precari, cœlitum preces et auxilium obsecrare solent. Tum verò humanis quoque viribus depugnare incipiunt. Sequitur enim tertium vers. 5, *assumentes arma sua bellica sederunt per loca,* id est, manserunt, ἔμενον, *consistebant.* In Græcis additur ab iisdem Israelitis ignes excitatos, sed variante lectione. Nam Complutensis habet ἀντίψαντες πυρὰν, *accendentes pyram.* Romanus ἀνακαύσαντες πυρὰς. Id verò non ob frigus, sed ut nocturnæ hostium molitiones paterent, fiebat. Quæ enim tunc hyems, aut qui tam molles et effeminati milites, ut primâ statim nocte, focum requirerent?

In *progressu* ipsi *obsidentes.* Primò vers. 6, ipsis obsessis *aquam* eripiunt. Ea verò duplex erat. Una patula et copiosa, quæ è mon-

tis parte inferiore, seu australi valle per canalem in urbem influebat, de quo etiam infra cap. 12, vers. 7. Canalem ergo illum incidi jussit Holofernes. Sed eum *quomodò fons dirigebat?* Quomodò non ipse fontem potiùs? An *dirigabat* pro *dirigebat*, legendum? An potiùs *dirigere* hìc valet, efficere, ut benè, suoque fini convenienter, canalis procederet, id est, abundantem civibus aquam præferret? Altera minùs copiosa, minùsque patula vers. 7, quæ in Græco dicitur è montis radice promanare, sed in nostro, *non longè à Bethuliæ muris*, et quidem pluribus è fonticulis modicè admodùm scaturiens, ita ut arentibus potiùs faucibus paululùm irrigandis et refocillandis, quàm siti explendæ omninòque depellendæ apta esset. Hæc verò non fuerat initio ipsi Holoferni visa, ideòque et Bethuliensibus relicta, eos utcumque adhuc recreabat. Prodita tandem est, sed *quomodò?* Cùm bibentes in iis locis aviculas ille cerneret, ait Scholastica historia, intellexit aquarum ibi esse scaturigines. Lepidum augurium : sed commentitium. Non enim aves, sed homines, et Israelitarum quidem vicinos, indices proponit Scriptura vers. 8 Ammonitas et Moabitas. Licet enim illorum dux Achior Israelitis deditus esset, ipsi tamen vel metu, vel adulatione, vel aliquâ in ducem ipsum, quia bonus nimiùm, irâ et odio, exiguum hoc Israelitarum solatiolum prodiderunt, cùm ob viciniam, et locorum et opportunitatum istarum ignari non essent. Pro his tamen ponunt hìc Græci, *filios Esau*, sive Idumæos, et apponunt *oræ maritimæ duces*, Philisthæos scilicet, vel potiùs hos utrosque apponunt, quemadmodùm textus noster istos præterit quidem, non tamen negat; ita *filios* hìc *Ammon* omittunt Græci, neque ipsos tamen inficiantur, quos postea versu 10, unà *cum Esau filiis*, in montanam ascendisse regionem tradunt. Facile verò ne vel aquulâ hâc Israelitis frui liceret, fonticulorumque scatebræ omnes acri custodiâ tenerentur, persuaserunt vers. 9 et 10. Eorum verò, ad Holofernem oratio est paulò in Græcis longior, simulque ejus quod ex eâ statim secutum, explicatio hæc. « Profecti « sunt ergo Ammonitæ cum quinque Assyrio« rum millibus et castris in valle positis, aquas « Israelitarum et aquæductus occupàrunt; filii « autem Esaü et Ammonitæ in regionem « montanam ascenderunt, castraque locave« runt è regione Dothaim. Porrò partem suo« rum miserunt ad Austrum et subsolanum « adversùs Ecrebel, quæ est propè Chous (in « Complutensi, Chousi) quæ super torrentem « Mochomour sita est. Reliquus Assyriorum « exercitus in campo castra habuit, totamque « terræ faciem operuit, et ipsorum tentoria, « impedimentaque maximo numero castris « diffusa sunt; et erant in multitudine valdè « magnâ. » Tam arcta verò gravisque obsidio et fontium custodia in textu nostro, vers. 11, *dies viginti*, in Græcis *triginta quatuor*, fuit adhibita, quoad omnis obsessos aqua deficeret. Mihi in numeris Græcorum à Latino discrepantium arithmetica ferè semper suspecta, uti jam aliquoties indicavi. Nunc obsessi quid egerint, intueamur.

Magnum *obsessis* telum fames ac sitis, sed nescio quo modo molestior et importunior hæc, ideòque plurimas viris rebusque aliis omnibus optimè instructas arces et urbes domuit, quemadmodùm ostendit lib. 7, cap. 5, Polybius; lib. 4, Lucanus; lib. 15 Antiquitat. cap. 8, Josephus, et lib. 1 Captivit. 14, libro 3, cap. 13, ubi et addit, quod hùc ver. 11 spectat, hoc ipsum, quòd *ad mensuram aqua dividitur;* ipsâ penuriâ videri molestius, quia τὸ μὴ αὐτεξούσιον πλέον κινεῖν τὴν ὄρεξιν, *magis appetitum proritat, quod liberum non est.* Aquæ verò penuria quanta hìc fuerit, ita exponit; præterea, quæ in Latino sunt; Græcus : « Exanimabantur infantes eorum, mulieres « ac juvenes præ siti deficiebant, et concide« bant in urbis plateis, portarumque transitu, « neque ullum in ipsis ampliùs robur super« erat. » Tunc ego, ut paulò antè idem Græcus dixerat, ὠλιγοψύχησε τὸ πνεῦμα αὐτῶν, *elanguit spiritus ipsorum*, parvo angustoque jam animo esse cœperunt; et Oziam omnes adierunt v. 12, eique dixerunt v. 13, ideò se in tantum vitæ discrimen venisse, quòd, quemadmodùm urbium provinciarumque aliarum principes cap. 3, vers. 1, et sequentibus, poscere ab Holoferne pacem noluerit : se à Deo jam traditos (id enim vendi significat, uti pluribus, in Judicibus, exposui) in Assyriorum manus; rogare, urbem nunc dedat, quia, ut antea cap. 3, vers. 2, è duobus malis deligendum minus. Sed *minus* hoc *malum duplex* isti significant. Unum, vers. 16, præstare, ut ad laudandum Deum, adhuc in vitâ maneant, quàm cum suo, et religionis opprobrio, ipsi cum uxoribus et liberis moriantur. Alterum vers. 17, præstare, ut brevi citâque, per gladium, morte defungantur, quàm per assiduum aridarum faucium tormentum longo

lentoque supplicio deficiant. Dicuntur in Græco, hæc non uni Osiæ, sed principibus omnibus; quia tamen omnium præcipuus erat ille, ipsi, dubio procul, præcipuè dicta sunt, ideòque et ipse, non in Latino tantùm, sed et in Græco, solus respondet vers. 23, ex aliorum tamen principum sententiâ, ut ostenditur etiam cap. 8, vers. 10. Licet verò tristes admodùm, exanimati, metu sitique facti hæc illi dicerent, nunquàm tamen de divinâ misericordiâ et ope desperârunt, ad divina iterùm præsidia confugerunt valdè seriò et diù, vers. 18 et sequentibus. Nam et cum fletu, et cum ululatu, eoque magno, et ab omnibus, et non privatim aut singulatim, sed publicè et in Ecclesiâ, et cum peccatorum suorum confessione ac detestatione, denique ad extremam usque fatigationem et lassitudinem, vers. 22, ab iis ad Deum clamatum. An tot tamque serias preces miserator, misericors, Pater ille misericordiarum contemnat? Adhibent ergo et hujus divinæ bonitatis professionem, vers. 20, petuntque non simpliciter ne pœnarum nihil sufferant, sed tantummodò ne, cum divini nominis et religionis contemptu, in idololatrarum superbissimorumque hostium manus veniant. Ideò et alias quascumque pœnas, ut morbos, famem, pestem, aliaque similia, præ hostili hoc exilio, Dei *flagellum* vocant vers. 20, eo modo quo David 2 Reg. 24, vers. 14. *Coarctor nimis: sed melius est, ut incidam in manus Domini (multæ enim sunt misericordiæ ejus) quàm in manus hominum*, et 1 Paralip. 21, vers. 13. Collacrymati populo sunt principes, ipseque inprimis Ozias *lacrymis infusus*, ea dixit quæ sunt 24, de quibus plura sequente vers. 11 et sequentibus.

QUÆSTIUNCULA.

Quæ ex hoc capite, vel historica refutentur, vel ethica discantur?

Historica duo planè hinc refutantur. Unum in Cedreno est, dùm Hierosolymam ab Holoferne circumsessam, propèque hujus mœnia, illius tentorium fuisse tradit. Numquid enim Bethulia Hierosolyma est? an parùm accuratè ab hâc illius et locus et mons, et vicinia, nomen, magistratus, aliaque omnia distare monstrantur vers. 3, 5, 6, 7, cap. 4, vers. 6, cap. 7, 10, c. 15, vers. 9, clarissimè cap. 16, vers. 22, 23? Alterum in Suidâ verbo Ὀλοφέρνης, ubi narrat, quemadmodùm Achior, ut quam ei minitatus erat Holofernes, mortem evaderet, defectionem simulârit, et vi Bethuliæ, seu, ut ipse scribit Betuloeæ, aquas occupârit, sicque urbem istam, ut jamjam se dedere cogitaret, coegerit. Non aperta si non Suidæ, aliorum certè, qui ea in illum postea infarserunt, somnia sunt? Possit et tertium illud in Sulpitio adjungi, quòd Oziam scribit populo persuasisse, ut dies adhuc *quindecim* deditionem differret, nisi, quod facilè contingit, librariorum potiùs erratum videretur, ponentium XV, pro V. Sed quæ mores conforment *ethica*, jam sunt inde Commentario interpersa nonnulla, paucula tamen adjungenda. Primum, ut quando, religionis causâ, nostras à Turcis vel hæreticis urbes contingit obsideri, non manus statim demus; sed armorum, excubiarum, dimicationum labores feramus, negotiationum cessationes, villarum, hortorum, omniumque voluptatum excidia, facultatum etiam direptiones, famem denique ac sitim, Bethuliensium exemplo, quamdiù fieri potest, toleremus. Neque enim isti ad querelas statim et effeminatas complorationes venerunt, sed tantùm post complurium dierum tolerantiam, cùm siti jam torridi penitùs marcescerent, uti suprà dictum est. Quid enim, quod gentiles olim tam multi, tot hodiè barbari tam pertinaciter faciunt, christiani catholicique homines, ad Dei gloriam, ipsiusque honorem fortiter non faciant? Alterum, ut quando diutiùs ferri mala extrema non possunt, modestè magistratus et gubernatores adeamus, miserias iis nostras, et simul rationes, non per tumultum et seditionem, sed pacatè demissèque proponamus. Tertium, ubi proposuerimus, et illi tolerantiam adhùc nostram proferri diutiùs voluerint, acquiescamus adhuc, et modestiæ, fortitudinisque nunquàm obliviscamur. Quartum, non imitemur in eo tamen Bethulienses, quòd vellent nunc vers. 13, deditionem initio statim à se factam fuisse. *Is*, ait Trinummo ille, *probus est, quem non pœnitet, quàm probus sit et frugi bonæ.* Quod ab iis factum hactenùs, fortiter ac religiosè factum est, cur benè ipsos factorum pœnitet? His illi similes, qui, ne temporalium bonorum nimia vel jactura vel concussio sit, perpetuè volunt *loqui pacificè Assyriis*, quidlibet hæreticorum importunitati annuere. Sed Bethuliensium impatientiam extrema quodammodò excusat necessitas. Machiavellistis verò et amphidoxis excusatio quæ? Quintum, calamitatum, quibus cruciamur, causam diligenter ante oculos semper habeamus, et con-

fiteamur. *Peccavimus cum patribus nostris, injustè egimus, iniquitatem fecimus.* Sanè nisi fuisset, in Lutheri, Calvini et hæreticorum aliorum exortu, clericorum disciplina solutior, doctorum vel raritas vel segnitia major, omnium vita corruptior, nunquàm malorum tantùm ætas nostra sensisset. Quemadmodùm enim è corporum vestiumque pædore, ac illuvie pediculi, sic è Catholicorum vitiis et sordibus hæreses nascuntur. Sextum, non putandum est, eorum utrumque verum esse, quæ bonis istis, sed nimiùm sitibundis, quasi minora mala visa sunt. Minus quidem corpori malum est, citissimè ensis ictu mori, quàm lento vel morbo vel fame ac siti contabescere; animo tamen, et virtutis, meritorumque apud Deum dignitati, non item. Melius est, ut qui Deum colunt, *captivi benedicant Dominum viventes*, quàm moriantur, at non semper. Ubi alioqui martyres? ubi fortes ac generosi religionis patriæque propugnatores? Sed cùm fecerunt homines quod in se est; cùm captivitatem invitis et repugnantibus imponit necessitas, vel pius sanctusque suadet Jeremias quispiam, Jeremiæ 21 et seq. Septimum. Rectissimè Bethulienses, nobis hunc vivendi finem et scopum esse demonstrant, ut *benedicamus Dominum. Posuit*, inquit, Ecclesiasticus cap. 17, vers. 7, Deus *oculum suum super corda ipsorum hominum ostendere illis magnalia operum suorum, ut nomen sanctificationis collaudent, et gloriari in mirabilibus illius ut magnalia enarrent operum ejus.* Unde liber de diligendo Deo in D. Augustini tomo 9, cap. 2: « Considera, inquit, diligenter à quo, « quare, vel ad quid creatus sit homo. » Et cùm à Deo, propter summam ipsius bonitatem, creatum otendisset, pergit: « Ad quid « autem creata est rationalis creatura? Ad « laudandum Deum, ad serviendum ei, ad « fruendum eo, in quibus ipsa proficit, non « Deus. Deus enim perfectus, et summâ bo« nitate plenus, nec augeri potest, nec minui. « Quòd autem creatura rationalis facta est à « Deo, referendum est ad creatoris bonitatem, « et ad creaturæ utilitatem. Cùm igitur quæ« ritur, quare vel ad quid facta sit rationalis « creatura, respondendum est propter Dei « bonitatem et creaturæ utilitatem. Utile « nempe est ei servire Deo et frui eo. » Octavum, expende si huic, æstuantissimæ licet, sitis flammæ Bethulienses, vel iis noxia petentibus principes ipsi cessissent, in quantam seipsos miseriam conjecissent? quàm insigni Dei beneficio nobili victoriâ æternâque se populumque universum spoliâssent? Venit in mentem Lysimachi Macedonum regis, qui, narrante Plutarcho, cùm in Thraciâ ipse, toto cum exercitu, intolerandâ siti urgeretur, sese hosti dedidit, et cùm captivus, optato jam potu potiretur ac biberet, exclamavit: *O dii, quàm pravæ voluptatis causâ, meipsum ex rege servum effeci!* Id verò toties nobis accidit, quoties ob cibi vinique alicujus intemperantiam, ob aliam quamcumque voluptatem, Holoferni nos tartareo constringendos damus, ut ex filiis Dei, regni cœlestis hæredibus, verisque ac magnis, uti antea dixi, regibus, miserrima diaboli mancipia, infelicissimæ æternorum ignium arbores postremissimi postremissimorum cacodæmonum servi efficiamur. Scio quemdam, qui cùm hâc in vitâ famem sitimque nullam ferret, quin potiùs epulis poculisque indulgere maluisset, in inferno postea, frustra tamen, clamans dixerit: *Pater Abraham, miserere meî, et mitte Lazarum, ut intingat extremum digiti sui in aquam, ut refrigeret linguam meam, quia crucior in hâc flammâ*, Luc 16. Nonum et postremum esto, nostri temporis Holofernas, qui Bethuliæ aquas eripiunt, esse ipsos hæresiarchas Lutherum, Calvinum, Schwenkfeldium, Filidinum, alios. Est enim catholica Ecclesia *Bethulia*, Dei virgo castissima, 2 Corinth. 11, vers. 2, in monte celsissimo posita, Isaiæ 2, ut explicat D. Augustinus epist. 170, et tract. 1 in Epist. 1 S. Joannis. Hujus fontes sunt sacrosancta septem Sacramenta, sacrique duorum Testamentorum libri. Hos, ne divina in nos gratia influat, nobis adimunt, multo variorum argumentulorum et sophismatiorum milite sepiunt, veteres, antiquosque à Christo Domino traditos, à majoribus acceptos tubos canalesque omnes intercidunt. Filidino, Calvino, Anabaptistis non est baptismus necessarius, sicque aquæ penuriâ in plateis exarescunt parvuli. Calvino Eucharistia veram Christi Domini carnem et sanguinem non continet, sed cisterna vacua est, fons aridus. Luthero, ante sumptionem, similiter sacri nihil habet, puteus tantùm inanis est. In ipsâ verò sumptione adesse debet inobedientia, Ecclesiæque Christi unam laico speciem porrigentis contemptus, ut omnis illicò è fonte isto humor evanescat, sitique pereant natu etiam majores, viri et feminæ, juvenes et senes. Quid cætera memorem? Nulli cœlestis aquæ à Confirmatione, Pœnitentiâ, Ordine, Matrimonio, Ex-

tremâ Unctione ductus sunt, ut omne hominum genus, parvos et magnos, nocentes et innocentes, Ecclesiasticos et laicos, cœlibes et maritos, valentes et ægrotantes aridissima sitis conficiat et exanimet. Librorum verò divinorum quot et quàm ætherio rore uvidas partes, tanquàm uberrimos canales averterunt! Quomodò verarum sanctarumque interpretationum tubos et commeacula omnia confregerunt et conciderunt? Fonticuli sunt omnes Ecclesiastici ritus et cæremoniæ, omnia præcepta et instituta, omnes veterum sanctorumque Patrum Commentarii. Neque enim omnia hæc superioribus fontibus æquiparanda, suam tamen et ipsa divinam aquam Bethuliæ civibus præbent. Intercipiunt, intervertunt et obsident fonticulos istos hæretici, dùm ab eorum usu adituque arcere omnes ac prohibere satagunt. Hinc tanta et tam obscœna ubique sitis, ut jam fiant, quæ Annæus ille poeta olim scribebat. Nec tamen pecudum:

Sordidus exhausto sorbetur ab ubere sanguis,

sed, quod multò miserabilius, hominum et quidem Christianorum, tot tamque diuturnis civilibus bellis, cruor bibitur.

Et licet in fluvios saniem, tabemque ferarum
Pallida Dictæis hostes nascentia saxis
Infundant aconita palam, Germana juventus
Non decepta bibat; torrentur viscera flammâ,
Oraque sicca rigent squamosis aspera linguis;
Jam marcent venæ, nulloque humore rigatus
Aeris alternos angustat pulmo meatus,
Rescissoque nocent suspiria dura palato,
Pandunt ora siti, nocturnumque aera captant,

ut eo scilicet aliquantulùm refrigerentur, qui si ab Holoferne Bethuliensium aquarum venæ ac fistulæ occupatæ, custodiâque gentili circumvallatæ non essent, limpidissimis saluberrimisque Salvatoris nostri fontibus potari, lavari et refocillari potuissent. Nunc

Adhæsit lingua lactanctis ad palatum ejus in siti.

Thren. 4, sternunturque passim non corpora sed animæ innumerabiles, cœlestium laticum penuriâ. Legatur hoc loco Rabanus, D. Bernardus serm. 1 de Natali Domini, D. Gregorius in caput 4 Canticorum, S. Augustinus in Psal. 73. In Scripturæ allegoriis, quas Godefridus Tilmannus Parisiis edidit, est et hæc non contemnenda. « Tunc incidit diabolus « aquæductum, cùm facit interrumpere stu« dium litterarum. Erant autem non longè à « muris fontes, dogmata philosophorum, qui « scientiæ et honestatis aliquod conferunt so« latium, ex quibus videbantur haurire furtim « aquam ad refocillandum potiùs quàm ad po« tandum. Nota, *furtim*, et, *ad refocillandum.* » Ita ibi.

ALTERA LIBRI PARS.

Continet admirabilem Israelitici populi à tanto, tamque formidabili periculo, per Judith factam liberationem, à capite octavo ad capitis decimi quinti versum nonum, potestque pars ista dividi in ea quæ ante sublatum Holofernem contigerunt, et in ea quæ post. Illa rursùm duplicia sunt: vel enim Judæis et apud Judæos à Judæâ ipsâ Judith facta sunt, vel cum Assyriis et apud Assyrios. Priora sunt in capite 8, 9, 10, usque ad versum 11.

CAPUT VIII.

1. Et factum est cùm audìsset hæc verba Judith (1) vidua, quæ erat filia Merari, filii Idox (2), filii Joseph, filii Oziæ, filii Elai, filii Jamnor (3), filii Gedeon, filii

CHAPITRE VIII.

1. Et il arriva lorsque Judith, veuve, eut appris ces choses, laquelle était fille de Mérari, fils d'Idox, fils de Joseph, fils d'Ozias, fils d'Elaï, fils de Jamnor, fils de Gédéon, fils de

(1) Nonnulli censent Judith esse nomen commune, sicut est Abra, sed huic heroinæ appropriatum, יהודי *Jehudi* enim idem est quod Judæus, undè יהודית *Jehudit*, et per crasin Judith, idem est quod Judæa.

Verius est Judith esse nomen proprium, cujus etymon aptè hìc congruit. Judith enim Heb. idem est quod confitens, laudans, glorificans, scilicet Deum; הודה *hoda* enim significat confiteri, laudare, celebrare. Ad hoc enim Judith à turbà secessit in suum oratorium, ut Deum assiduè oraret et laudaret.

(Corn. à Lap.)

(2) Nota. Sedecim duntaxat generationes et totidem avi Judith hìc recensentur, cùm à Jacob communi Judæorum patriarchâ usque ad captivitatem Babylonicam, numerentur 26 generationes, Matth. 1. (Corn. à Lap.)

(3) In veteri Vulgatâ pro *Elai filii Jamnor*, legitur *Helciæ filii Hanno*, et Achitobum inter et Melchiam ponitur *Eli*, qui in nostro Latino textu siletur. Genealogia Judithæ in Græcâ et Syriacâ versione plurimùm discrepat à Vulgatâ. Græcus hanc exhibet: *Judith filia Merari, filii Ox, filii Joseph, filii Oziel, filii Elcia, filii Eliu, filii Chelciæ, filii Eliab, filii Nathanael, filii Salamiel, filii Sarasadai, filii Israel.* Fieri potest, ut in hâc genealogiâ nonnulli homines sint quorum alterum nomen referatur in Latino, alterum in Græco; sed ægrè admodùm conciliatur illud, quod de Sa-

Raphaim, filii Achitob, filii Melchiæ, filii Enan, filii Nathaniæ, filii Salathiel, filii Simeon, filii Ruben.

2. Et vir ejus fuit Manasses, qui mortuus est in diebus messis hordeaceæ ;

3. Instabat (1) enim super alligantes manipulos in campo, et venit æstus super caput ejus, et mortuus est in Bethuliâ civitate suâ, et sepultus est illic (2) cum patribus suis :

4. Erat autem Judith relicta ejus vidua jam annis tribus, et mensibus sex (3) :

Raphaïm, fils d'Achitob, fils de Melchia, fils d'Enan, fils de Nathanias, fils de Salathiel, fils de Siméon, fils de Ruben.

2. Son mari fut Manassé, qui mourut au temps de la moisson des orges;

3. Car il pressait ceux qui liaient les gerbes dans un champ; l'ardeur du soleil lui donna sur la tête, et il mourut dans Béthulie, sa ville, et il fut enseveli avec ses pères.

4. Il y avait déjà trois ans et demi que Judith était restée veuve de lui.

rasadai filio Israelis legitur. Inter Jacobi filios nemo hujus nominis occurit; nisi alterum hoc esse nomen Simeonis, quanquàm nullo argumento, censeamus. Editio Complutensis : *Filia Merari, filii Ox, filii Joseph, filii Oziel, filii Helciæ, filii Ananiæ, filii Gedeon, filii Raphain, filii Acitho, filii Eliu, filii Eliab, filii Nathanael, filii Samaliel, filii Saradai, filii Israel.* Dissidet etiam Syrus : *Judith, filia Merari, filii Uz, filii Joseph, filii Uziel, filii Helkana, filii Chanan, filii Gabun, filii Daphin, filii Achitub, filii Nain, filii Malchiæ, filii Gir, filii Nathaniæ, filii Samuel, filii Simeon, filii Israel.* S. Fulgentius in suis codicibus breviorem nactus est : *Manasses vir Judith, filius Achitob, filii Melchis, filii Eliab, filii Nathael, filii Surisoda, filii Simeon, filii Israel.*

In Vulgatâ Simeon Rubeni filius scribitur, contrà fidem historiæ, quæ inter liberos Jacobi illum recensens, neminem è filiis Rubeni hoc nominè commemorat; ut autem ambiguitas omnis de Simeone, quem originis suæ auctorem habebat pater Judithæ, subducatur, docet Juditham è posteris fuisse Simeonis patriarchæ : *Domine Deus patris mei Simeon*, ait Judith, *qui dedisti illi gladium in defensionem alienigenarum, qui violatores extiterunt in coinquinatione suâ, et denudaverunt femur virginis in confusionem.* Credibile est, turbas, quæ hanc genealogiam vitiant, librariis esse tribuendas, qui transpositis versiculis, eum primo loco descripserunt, qui tertio ponendus erat; quare progenitores Judithæ cum avis Manasse ejus viri miscuerunt. Genealogia Manasse, quam S. Fulgentius seorsùm exhibet, quæque hìc legitur sub genealogiâ Merari patris Judithæ in Græco et Syro, conjecturam hanc mirè confirmat.

Ut illud concilietur, quod legimus in Latino, Merari scilicet patrem Judithæ, originem retulisse è Simeone et Rubeno, interpretes quidam censuerunt Juditham paterno quidem genere ad tribum Rubeni, materno verò ad Simeonem pertinere. Sed legendum in nostro textu maluerim : *Simeon fratris Ruben;* seu potiùs, ut apud Syrum et S. Fulgentium : *Simeon filii Israel.* Conjectura hæc aperto adeò Scripturæ testimonio fulcitur, ut ambiguitatem omnem evitet. Ambo igitur conjuges, Manasse et Judith, è tribu Simeonis erant; Judith per Salathielem, et Manasse per Sarasadai. Ita turbæ omnes in hoc textu conciliantur. Quod librarios in errorem traxit, ut geminas hasce genealogias miscerent, illud esse potuit, quòd cùm genealogiæ feminarum ut plurimùm non texantur, suspicati sunt seriem genealogicam Judithæ exhibitam v. 1, eamdem esse ac seriem Manasse, de quâ v. 3, et re non satis expensâ, genealogiam Manasse recitatam v. 3, alii quidem penitùs omiserunt, alii in unam eamdemque cum genealogiâ Judithæ, de quâ v. 1, miscuerunt. (Calmet.)

(1) Tanquàm summus præfectus, ut Græca significant, super omni messorum multitudine in campo magno Bethuliæ vicinio. Videtur enim Manasses non privatis tantùm et propriis agris invigilâsse, sed in publicis, cum publico præfecti munere. Nam ejusmodi præfecturas apud Hebræos fuisse, testis est Josephus, qui de Æbutio Decadarcho scribit, « magni campi præfecturam illi commissam « fuisse. » (Tirinus.)

(2) Græcus et Syrus ferunt sepultum fuisse in agro *inter Dothaim et Belamon.* Belamon ipsa est eademque sæpiùs recurrens modò sub nomine *Beelmaim*, modò *Belma*, vel *Belem*, vel *Baalmeom :* sed præterquàm quòd id repugnat Vulgatæ, quis credat, Manassem sepulcrum sibi in loco à tribu suâ et Bethuliâ adeò remoto parâsse? Etsi enim Bethulia in tribu Zabulonis poneretur, cur sepulcrum inter Dothain et Beelmaim constituatur? Abest hinc Dothain decem ampliùs leucas. Si legas *Balmeom*, ut nonnullis visum est, error augebitur, cùm Baalmeon trans Jordanem jaceret. Si accipias de Abelinâ Brocardi, unicâ leucâ à Bethuliâ, statim ostendemus, urbes *Abilam*, vel *Abilinam* nimis longè abfuisse ab eâ Bethuliâ, quam ibi constituere visum est. Erat Abilina in Cœlesyriâ, erat in Peræâ, in Phœniciâ, ad Jordanem, propè Jerichuntem ; sed nulla in Galilæâ. Igitur rejiciendum hunc locum censemus, tanquàm additamentum, auctoritate et fide carens, atque inhæremus Vulgatæ, quæ sepultum Manassem affirmat *cum patribus suis.* (Calmet.)

In Græco est : Καὶ ἔθαψαν αὐτὸν μετὰ τῶν πατέρων αὐτοῦ ἐν τῷ ἀγρῷ τῷ ἀνάμεσον Δωθαεὶμ καὶ Βαλαμώ, *et sepelierunt eum cum patribus suis in agro qui est inter Dothaïm et Balamo;* ubi Δωθαεὶμ, *Dothaïm*, haud dubiè est locus qui suprà Δόταια, *Dotæa*, 3, 12, in Græco. Βαλαμὼ, *Balamo*, autem idem qui Βελμὲν, *Belmen*, 4, 3, et Βελμαὶμ, *Belmaim*, 7, 3, in Græco; nimirùm בעל מי, omisso ם, sive ן. Variè enim talia pronuntiabantur, ac scribebantur. (Grotius.)

(3) Græcus et Syrus *Annis tribus, et mensibus*

5. Et in superioribus domûs suæ (1) fecit sibi secretum cubiculum, in quo cum puellis suis clausa morabatur :

6. Et habens super lumbos suos cilicium (2), jejunabat omnibus diebus vitæ suæ præter sabbata, et neomenias, et festa domûs Israel (3) :

7. Erat autem eleganti aspectu nimis; cui vir suus reliquerat divitias multas et familiam copiosam (4), ac possessiones armentis boum et gregibus ovium plenas :

5. Elle s'était fait au haut de sa maison une chambre secrète où elle demeurait enfermée avec ses servantes.

6. Et ayant un cilice sur ses reins, elle jeûnait tous les jours de sa vie, hors les jours de sabbat, de la nouvelle lune et des fêtes de la maison d'Israël.

7. Elle était parfaitement belle; et son mari lui avait laissé de grandes richesses, un grand nombre de serviteurs, et des domaines où il y avait de nombreux troupeaux de bœufs et de moutons.

quatuor. Vetus Latina versio lectionem Vulgatæ tuetur. (Calmet.)

(1) Id est, in supremâ parte domûs, quod *solarium* vel *doma* vocabant, *fecit sibi* Judith *secretum cubiculum* seu *precatorium tabernaculum*, ut est in Græco; sed *clausum*, et *in quo cum puellis suis*, seu cognatis, seu ancillis, quas eadem pietatis exercitamenta docebat, omnibus feriatis diebus *clausa morabatur*. Neque ex sublimi isto sacroque larario vel ipsa, vel ipsius gynæceum descendere solebat, nisi diebus sabbatis et festis, ut est in Græco c. 10, vers. 2, quando ad synagogam, vel ad conjunctum synagogæ gynæcona, ut legis divinæ explicationi interesset, se transferre consueverat. (Tirinus.)

Græcus cum Syro : *Fecit sibi tabernaculum super tectum*, vel super aream superiorem *domûs suæ*. Hebræi cùm Hierosolymâ abessent, in superius ædium suarum tectum supplicaturi ascendebant, ore ad Hierosolymam verso. Morem hunc animadvertimus in Sarâ filiâ Raguelis in urbe Ecbatanis. Tentorium struxit Judith in areâ superiore domûs suæ, ut ibi majori assiduitate diu noctuque versaretur. Absalom statui sibi tentorium super tectum regiarum patris sui ædium jussit, ubi cubaret. Itaque nihil hîc novum lectoribus offertur. (Calmet.)

(2) Ab obitu viri sui indicia et ornamenta luctûs servaverat. Cilicium, ut animadvertimus, pannus erat rudis, durus et incommodus, cujus erat usus in luctibus. Scriptum legimus inferiùs, 10, 2, Juditham ex urbe egressuram, deposuisse vestes *viduitatis suæ*. (Calmet.)

(3) Hæc tantummodò legunt pariter Syrus et vetus Vulgata ; sed in Græco fertur Judith abstinuisse à jejunio *antesabbatis, et sabbatis, et anteneomeniis, et neomeniis, et festivitatibus, et lætis solemnitatibus domûs Israel*. Constat equidem inter omnes, à jejunio quodammodò abhorruisse Hebræos diebus festis, quidquid scripserint profani, rerum Judaicarum ignari. Ecclesia christiana, quanquàm optimè novit jejunii austeritatem et luctûs dolorem non excludere, nec repugnare sinceræ animi lætitiæ, quæ festos dies decet; tamen vetandum censuit jejunium diebus dominicis, ac mitiganda pœnitudinis exercitia, quæ certis per annum temporibus indicuntur. Sabbatum igitur dies erat inter Hebræos immunis, non secùs ac neomeniarum dies. Quanquàm autem Moyses nihil statuit de religiosâ neomeniarum quiete, dies tamen fuisse in Israele festos, satis constat. Doce id Saülis historia. (Calmet.)

In Græco uberiùs : Χωρὶς προσαββάτων, καὶ σαββάτων, καὶ προνουμηνιῶν, καὶ ἑορτῶν, καὶ χαρμοσυνῶν οἴκου Ἰσραήλ, *præter prosabbata, et sabbata, et antelunia, et dies festos et gaudia domûs Israel*. Dies sabbatorum, interluniorum et azymorum, et τῶν ἑβδομάδων, *septimanarum*, sive pentecostes, et σκηνοπηγίας, *tabernaculorum*, omnes dies erant læti, ideòque ex sensu legis intelligebatur vetitum iis diebus jejunare. Cautio diligentior addiderat προεόρτια et προσάββατα, *dies ante festum* et *dies ante sabbatum*, nimirùm *in sepimentum* (ut sapientes loquebantur) legis, ne quid pridiani luctûs in animo restaret diebus gaudio dicatis. Ἑορταὶ nomen est generale, verùm hîc ponitur pro *interluniis*. (Grotius.)

Cum Judæis dies isti essent publici gaudii, nullum tunc jejunium suscipiebant. Imò vetitum id illis pœnitentiæ causâ tunc facere scribit Rabbi Moyses Ægyptius. Saltem consuetudine receptum erat, sabbati et festis otio epulisque ab horâ sextâ seu meridie vacare, ut ex illorum traditione docent SS. Hieronymus, Socrates et alii; cùm diebus jejunii solerent ad vesperam usque, seu stellarum aspectum refectione abstinere. Huic ergo jam ab antiquo receptæ honestæque consuetudini sese accommodans Judith, etiam ipsa festos dies et sabbata hilarius transigebat. In Græco, dicitur, etiam *antesabbatis et anteneomeniis* à jejunio abstinuisse, quia dies illi pridiani, licet festi non essent, nisi sub vesperam, quia tamen vel sic videbantur jam tum aliquid festi habere, ideò etiam illis diebus jejunia minùs admittebat mos publicus, à quo noluit Judith familiam suam dissentire. Cur verò Ecclesia christiana à primo suî exordio, prorsùs contrario Judæis ritu, præcepit, iisdem duobus illis *sabbati et antesabbati* diebus jejunari, Dominico verò die non jejunari, originem et causas vide apud Baronium et Bellarminum. (Tirinus.)

(4) Græcus, Syrus, et S. Fulgentius ita ferunt ad litteram : *Reliquerat ei vir ejus aurum, et argentum, et pueros, et ancillas, et pecora, et agros; et manebat super ea.* (Calmet.)

Dieu nous a voulu tracer dans Judith une image de la vie que doivent mener non pas seulement les veuves, mais tous ceux qui veulent se rendre dignes de couper la tête à Holoferne, c'est-à-dire de triompher du démon. De peur qu'on ne crût dit saint Fulgence, que celle dont le Saint-Esprit fait ici le

8. Et erat hæc in omnibus famosissima, quoniam timebat Dominum valdè, nec erat qui loqueretur de illâ verbum (1) malum :

9. Hæc itaque cùm audisset, quoniam Ozias promisisset quòd transacto quinto die traderet civitatem, misit ad presbyteros (2) Chabri et Charmi.

10. Et venerunt ad illam (3), et dixit illis : Quod est hoc verbum, in quo consensit Ozias (4) ut tradat civitatem Assy-

8. Elle était très-estimée de tout le monde, parce qu'elle avait une grande crainte du Seigneur; et il n'y avait personne qui dît d'elle le moindre mal.

9. Ayant donc appris qu'Ozias avait promis de livrer la ville dans cinq jours, elle envoya quérir Chabri et Charmi, anciens du peuple.

10. Et ils vinrent à elle, et elle leur dit : Comment donc Ozias a-t-il consenti de livrer la

panégyrique n'embrassât cette manière de vivre plutôt par nécessité que par une véritable piété, l'Ecriture ajoute *qu'elle était parfaitement belle, et que son mari lui avait laissé de grandes richesses, un grand nombre de serviteurs et des terres pleines de troupeaux de bœufs et de moutons*. Ainsi la retraite qu'elle gardait était d'un mérite d'autant plus grand devant Dieu, que sa beauté aurait pu la rendre plus agréable aux yeux des hommes. Le cilice et les autres austérités dont elle usait paraissaient d'autant plus dignes d'admiration en une personne qui était si belle, qu'elles pouvaient naturellement contribuer à diminuer une beauté à laquelle la plupart des femmes témoignent avoir un si grand attachement. Le jeûne qu'elle pratiquait tous les jours de sa vie, hors les fêtes, était d'autant plus à estimer qu'elle était plus riche et dans l'abondance de toutes sortes de biens. Et enfin une vertu si parfaite recevait comme un nouveau prix par la rareté même de ces exemples de piété, qu'on voyait très-peu parmi un peuple charnel, qui regardait et les plaisirs, et les richesses, et le mariage comme une grande partie de la béatitude qui leur était proposée.

Admirons donc avec saint Fulgence cette veuve illustre par sa naissance, et riche en toutes sortes de biens, jeune et d'une beauté singulière, qui méprisait généralement toutes ses richesses, qui rejetait toutes les délices de la vie, qui foulait aux pieds tout ce qui pouvait contribuer à la révolte de la chair, et qui étant revêtue de la vertu qui vient d'en haut, ne pensa point à s'engager dans un second mariage. Révérons, avec saint Jérôme, cette sainte femme exténuée par les jeûnes et défigurée par un habit de tristesse, qui ne pleurait pas, dit ce Père, son mari mort, mais qui par cet extérieur sale et négligé de son corps, cherchait à se rendre digne de l'avénement de son saint époux : *Quæ non lugebat mortuum virum, sed squalore corporis sponsi quærebat adventum*. Que si nous sommes trop faibles pour la suivre en toutes choses, imitons au moins ce mépris qu'elle a fait paraître, et d'une beauté passagère, et des richesses périssables de ce monde, et embrassons à son exemple, autant qu'il est en notre pouvoir, cette vie de mortification et de croix à laquelle sont appelés tous les disciples de Jésus Christ, lequel n'a vaincu que par la croix le véritable Holoferne. (Sacy.)

(1) Scitè animadvertit S. Hieronymus : « Tenera res in feminis fama pudicitiæ est, et « quasi flos pulcherrimus citò ad levem mar- « cescit auram, levique flatu corrumpitur, « maximè ubi ætas consentit ad vitium, et « maritalis deest auctoritas, cujus umbra tu- « tamen uxoris est. » (Calmet.)

(2) Presbyteri hìc vocantur non sacerdotes, sed seniores populi, seu populi senatus. Unde et infra, cap. 15, ubi Joachim summus sacerdos cum universis presbyteris suis dicitur venisse in Bethuliam, ut videret Judith, in Græco textu habetur hoc modo : *Et Joachim sacerdos magnus, et senatus filiorum Israel habitantes in Jerusalem venerunt ad Judith*, etc. Unde corrigenda est annotatio marginalis, quæ in quibusdam bibliis habetur ad hunc locum, his verbis: Reprehendit Judith sacerdotes quinto die civitatem tradere volentes. Lyranus etiam hìc graviter allucinatur, putans hìc intelligi sacerdotes. Qui error ex eo natus est, quòd nunc consuetudine Ecclesiæ sacerdotes vocentur presbyteri. Sed non ita fuit tempore veteris Testamenti. Unde non existimo in toto volumine veteris Testamenti reperiri locum, ubi presbyter ponatur pro sacerdote. In historià Susannæ apud Danielem habemus etiam nomen presbyterorum, sed manifestum est non alios quàm seniores et judices populi intelligi, ut patet ex contextu. Quod autem Judith misit ad presbyteros seu senatores, ut ad se venirent, et ipsa ad eos non accesserit, non est tribuendum superbiæ aut fastui Judith, quasi sibi videretur esse majoris dignitatis aut sanctitatis; sed tribuendum est studio castitatis et honestatis publicæ. Est enim indecorum, maximè in illis regionibus, viduam, præsertim juvenem et formosam, qualis erat Judith, in publico apparere aut ad viros accedere. (Estius.)

(3) Sicut etiam judices, ubi testimonium ab honestioribus matronis perhibendum est, ire ad earum domum solent. (Grotius.)

(4) Ut intelligatur quare Ozias hâc in parte peccaverit, sciendum quòd ex salute hujus civitatis Bethuliæ dependebat salus quoque et conservatio civitatis Jerusalem, et per consequens quoque conservatio cultùs divini, quia in illâ solâ civitate licebat Deo offerre sacrificia. Patet hoc clariùs in Græco, ubi sic Judith loquitur : *Ex nobis dependet anima fratrum nostrorum, et sancta, et templum, et altare nobis innituntur*, id est, illorum conservatio ex hâc civitate dependet. Propterea ergo tenebantur civitatem illam ad extremum defendere, et nullo modo certum diem deditionis assignare. (Estius.)

riis, si intra quinque dies non venerit vobis adjutorium?

11. Et qui estis vos, qui tentatis Dominum?

12. Non est iste sermo qui misericordiam provocet, sed potiùs qui iram excitet et furorem accendat.

13. Posuistis vos tempus miserationis Domini, et in arbitrium vestrum diem constituistis ei.

14. Sed quia patiens Dominus est, in hoc ipso pœniteamus, et indulgentiam ejus fusis lacrymis postulemus :

15. Non enim quasi homo (1), sic Deus comminabitur, neque sicut filius hominis (2) ad iracundiam inflammabitur,

16. Et ideò humiliemus illi animas nostras (3), et in spiritu constituti humiliato, servientes illi,

ville aux Assyriens, s'il ne vous venait du secours dans cinq jours?

11. Et qui êtes-vous, pour tenter le Seigneur?

12. Ce n'est pas là le moyen d'attirer sa miséricorde, mais plutôt d'exciter sa colère et d'allumer sa fureur.

13. Vous avez prescrit à Dieu le terme de sa miséricorde, et vous lui avez marqué un jour selon qu'il vous a plu.

14. Mais, parce que le Seigneur est patient, faisons pénitence de cette faute même, et implorons sa miséricorde avec beaucoup de larmes;

15. Car Dieu ne menace point comme un homme, et il ne s'enflamme point de colère comme les enfants des hommes (5).

16. C'est pourquoi humilions nos âmes devant lui, et, pénétrés de l'esprit de l'humilité et dévoués à son service, demeurons dans un esprit d'abaissement;

(1) Scilicet vanè et inaniter, solis sæpè verbis aut vultu, *sic Deus comminabitur et ad iracundiam inflammabitur.* Sed reipsà quoque infliget quocumque iratus minatur, nisi ut sequitur. (Tirinus.)

(2) Il ne faut pas, comme dit saint Paul, que *nous méprisions les richesses de la bonté de notre Dieu, de sa patience et de sa longue tolérance,* puisque nous devons savoir *que sa divine bonté nous invite à la pénitence.* Ainsi, *parce que le Seigneur est patient,* il ne faut pas abuser de sa patience, mais au contraire la ménager d'une manière avantageuse pour notre salut, *en concevant un vrai repentir de nos péchés,* et en *implorant sa miséricorde avec larmes.* Car lorsque *Dieu nous menace,* il ne le fait pas *comme un homme* qui ne pense qu'à se venger, et *sa colère n'est pas semblable à celle des enfants des hommes,* qui s'abandonnent aveuglément à leur fureur; mais il use de menaces pour nous inspirer une crainte salutaire, et il se met en colère contre nous pour nous porter à prévenir les effets de sa fureur. Prenons donc garde d'avoir du mépris pour les menaces et pour la colère d'un Dieu, puisque, comme dit saint Paul, *par la dureté et l'impénitence de notre cœur nous amasserions des trésors de colère* sur notre tête *pour le* grand *jour de la fureur du Seigneur,* et qu'alors nous nous trouverions accablés sous le poids épouvantable de toute la rigueur *de ses jugements.*

Toute la suite du discours que fait Judith aux anciens du peuple est une excellente instruction pour tous ceux qui sont exposés à quelque grande épreuve de la part de leurs ennemis. C'était une femme au cœur de laquelle Dieu avait parlé dans le secret de la solitude, et qui se trouvait alors capable de soutenir tout un peuple, et les anciens mêmes de ce peuple, que la frayeur d'Holoferne avait ébranlés. « Dieu se plaît, disait autrefois un saint « archevêque, à choisir ce qu'il y a de plus « faible dans le monde, pour confondre ce qui « y paraît de plus fort. C'est ce que l'on vit « alors parmi le peuple d'Israël, où les hommes « manquant de cœur, et les chefs mêmes ayant « perdu l'espérance, la vertu et le courage « d'une femme sut triompher de l'audace « d'Holoferne, qui s'élevait avec orgueil con- « tre Dieu. » (Sacy.)

(3) In reliquis hujus capitis adeò discrepant Syrus et Græcus à Vulgatâ, ut hìc recitandum, uti apud illos legitur, totidem verbis censeamus : « Sed expectemus redemptionem ejus, « et vocemus eum in adjutorium nostrum, et « si voluerit, audiet vocem nostram. Quia non « exstitit in familiis nostris, neque tempore « nostro fuit vel tribus, vel familia, vel gens, « vel civitas vestrûm, quæ adoraverit deos « factos manu humanâ, quod temporibus nos « antegressis factum est. Propter quod traditi « sunt patres nostri prædæ et gladio, ceciderunt que coràm hostibus suis casu magno. « Nos autem Deum ab eo alium non novimus, « ut avertat à nobis vultum suum. Nam si « nos tradamur, tradetur et tota Judæa, et « diripientur sanctuaria nostra, et requiret « Dominus pollutionem eorum de sanguine « nostro. Et cædem fratrum nostrorum, et « captivitatem terræ, et pollutionem hæreditatis nostræ convertet in caput nostrum, et « inter gentes, ubi servitutem serviemus; erimusque scandalo, et opprobrio coràm omnibus vicinis nostris; neque enim vel servitus nostra gratiosa erit, sed convertet eam « Dominus in ignominiam. Nunc autem ostendamus fratribus nostris, quia ex nobis pendet anima ipsorum, et sanctuarium, et templum, et altare innituntur super nos (nobis « propugnantibus conservabuntur). Præter hæc « omnia, agamus gratias Deo, qui nos tentat « sicut patres nostros. Mementote omnia quæ « fecit Abrahamo et Isaaco, quæque Jacobo « contigerunt in Mesopotamiâ, cùm pasceret « oves Laban avunculi sui, quando ipsos exploravit tentatione cordis ipsorum : nos

17. Dicamus flentes Domino, ut secundùm voluntatem suam, sic faciat nobiscum misericordiam suam ; ut sicut conturbatum est cor in superbiâ eorum, ita etiam de nostrâ humilitate gloriemur :

18. Quoniam non sumus secuti peccata patrum nostrorum, qui dereliquerunt Deum suum, et adoraverunt deos alienos :

19. Pro quo scelere dati sunt in gladium, et in rapinam, et in confusionem inimicis suis : nos autem alterum Deum nescimus præter ipsum.

20. Exspectemus humiles consolationem ejus, et exquiret sanguinem nostrum de afflictionibus inimicorum nostrorum, et humiliabit omnes gentes, quæcumque insurgunt contrà nos, et faciet illas sine honore Dominus Deus noster.

21. Et nunc, fratres, quoniam vos estis presbyteri in populo Dei, et ex vobis pendet anima illorum, ad eloquium vestrum (1) corda eorum erigite, ut memores sint, quia

17. Prions le Seigneur avec larmes de nous faire sentir en la manière qu'il lui plaira les effets de sa miséricorde, afin que comme l'orgueil de nos ennemis nous a remplis de trouble et de crainte, notre humilité aussi devienne pour nous un sujet de gloire ;

18. Car nous n'avons point suivi les péchés de nos pères, qui ont abandonné leur Dieu et qui ont adoré des dieux étrangers,

19. Et qui, en punition de ce crime, ont été abandonnés au glaive, au pillage et à la confusion parmi leurs ennemis; mais pour nous, nous ne connaissons point d'autre Dieu que lui.

20. Attendons humblement sa consolation ; et il demandera notre sang des afflictions de nos ennemis ; il humiliera toutes les nations qui s'élèvent contre nous, et le Seigneur notre Dieu les couvrira de honte.

21. Et maintenant, mes frères, comme vous êtes les anciens du peuple de Dieu, et que leur âme dépend de vous, parlez-leur d'une manière qui leur relève le cœur, en les faisant souvenir que nos pères ont été tentés,

« etiam non in vindictam sed in castigationem « percussit Dominus. Quia propinqui ipsi sumus. Dixitque ei Ozias : Quidquid dixisti, sapienter dixisti ; nec est qui adversetur consilio tuo. Quoniam non hodiè sapientia tua « manifesta est, sed à diebus antiquis novit « totus populus prudentiam tuam, quomodò « bona est formatio cordis tui. Sed populus « supra modum siti pressus adegit nos facere, « sicut diximus, et induxerunt in nos juramen- « tum, quod transgredi non possumus. Et nunc « ora pro nobis : fortassè audiet te Dominus « Deus noster, quoniam femina es Deum « timens ; et mittet Dominus pluviam, quâ re- « pleantur lacus nostri, nec consumemur. Et « dixit illis Judith : Audite me, et faciam factum « sapiens, quod relinquatur generationibus et « generationibus filiorum populi nostri. State « vos in portâ nocte hâc, et egrediar ego, et « ministra mea, et intra dies post quos dixi- « stis vos tradituros civitatem hostibus nostris, « liberabit Dominus Israel, ut spero. Vos au- « tem nolite ea quæ facio inquirere ; neque « enim ostendam vobis priusquàm perfectum « fuerit quod facio. Et dixit illi Ozias et prin- « cipes Juda : Vade in pace ; Dominus autem « te præcedat, et det nobis ultionem de hosti- « bus nostris. Et reversi à tabernaculo (quod « erat in tecto ædium ipsius) iverunt ad ordi- « nes suos ; Syrus » : In domos suas.

(Calmet.)

(1) Id est, eloquio vestro, CORDA EORUM ERIGITE ad magnanimitatem et firmam in Deum liberatorem confidentiam. (Corn. à Lap.)

On peut remarquer ici l'humble sagesse de cette femme si généreuse. Quoiqu'elle fût toute remplie d'un saint zèle pour la gloire du Seigneur, et qu'elle eût déjà formé le dessein d'aller couper la tête au général des Assyriens, quoiqu'elle sût la frayeur et le trouble de tout le peuple qui se disposait à rendre la ville, elle ne veut point se produire devant ce peuple, quelque assurance qu'elle eût d'ailleurs de le pouvoir affermir par ses paroles. Elle se contente de parler aux chefs pour leur faire voir qu'*étant les anciens du peuple*, et par conséquent le cœur, *l'âme* et la vie de ces peuples dépendant d'eux, il était de leur devoir de les soutenir dans cette importante conjoncture par l'exemple de leurs pères, qui avaient aussi été éprouvés par beaucoup d'afflictions. C'est donc un très-grand malheur, lorsque ceux qui sont les chefs s'affaiblissent ; et ils se rendent d'autant plus coupables, que la chute de tous les autres leur est alors imputée aux yeux de Dieu : de même que si ceux qui ont le commandement dans les armées perdent courage, eux qui auraient dû encourager les soldats par leur exemple, s'il arrive qu'ils soient vaincus par les ennemis, ils sont punis par le prince comme étant coupables de la perte de l'armée.

L'avis que Judith donnait à ces chefs, en les obligeant de représenter au peuple que *leurs pères avaient été tentés, afin que l'on éprouvât s'ils servaient Dieu véritablement et du fond du cœur*, est si nécessaire à tous les Chrétiens, qu'il peut être regardé comme un des moyens les plus puissants pour les soutenir dans toutes les différentes afflictions par lesquelles il plaît à Dieu d'éprouver la sincérité de leur amour. Car, comme saint Paul *se glorifiait* autrefois *de ses souffrances, parce qu'elles produisaient la patience, et la patience l'épreuve, et l'épreuve l'espérance, et que l'espérance ne trompait point, étant fondée sur la charité;* et qu'ayant lui,

tentati sunt patres nostri ut probarentur, si verè colerent Deum suum.

22. Memores esse debent, quomodò pater noster Abraham tentatus est, et per multas tribulationes probatus, Dei amicus effectus est (1).

23. Sic Isaac, sic Jacob, sic Moyses, et omnes qui placuerunt Deo, per multas tribulationes transierunt fideles (2).

24. Illi autem qui tentationes non susceperunt cum timore Domini, et impatientiam suam, et improperium murmurationis suæ contra Dominum protulerunt,

25. Exterminati sunt ab exterminatore, et à serpentibus perierunt (3).

26. Et nos ergo non ulciscamur nos (4) pro his quæ patimur :

27. Sed reputantes peccatis nostris hæc ipsa supplicia minora esse, flagella Domini, quibus quasi servi corripimur, ad emendationem, et non ad perditionem nostram evenisse credamus.

28. Et dixerunt illi Ozias et presbyteri : Omnia quæ locuta es vera sunt, et non est in sermonibus tuis ulla reprehensio.

29. Nunc ergo ora pro nobis, quoniam mulier sancta es et timens Deum.

30. Et dixit illis Judith : Sicut quod potui loqui Dei (5) esse cognoscitis :

pour éprouver s'ils servaient Dieu véritablement.

22. Ils doivent se souvenir comment Abraham notre père a été tenté, et qu'ayant été éprouvé par beaucoup de tribulations, il est devenu l'ami de Dieu.

23. C'est ainsi qu'Isaac, que Jacob, que Moïse, et que tous ceux qui ont plu à Dieu, ont passé par plusieurs tribulations, et sont toujours demeurés fidèles.

24. Mais ceux qui n'ont pas reçu ces épreuves dans la crainte du Seigneur, qui ont témoigné leur impatience, et ont irrité le Seigneur par leurs reproches et par leurs murmures,

25. Ont été exterminés par l'*ange* exterminateur, et ont péri par les serpents.

26. C'est pourquoi ne témoignons point d'impatience dans ces maux que nous souffrons ;

27. Mais considérant que ces supplices mêmes sont moindres que nos péchés, croyons que ces fléaux dont Dieu nous châtie comme ses serviteurs, nous sont envoyés pour nous corriger, et non pour nous perdre.

28. Ozias et les anciens lui répondirent : Tout ce que vous avez dit est véritable, et il n'y a rien à reprendre dans vos paroles.

29. Nous vous supplions donc de prier pour nous, parce que vous êtes une femme sainte et craignant Dieu.

30. Judith leur répondit : Comme vous reconnaissez que ce que j'ai pu vous dire est de Dieu (6),

Abraham, Isaac, Jacob et Moïse, et généralement, comme dit Judith, *tout ceux qui ont plu à Dieu, ont passé par plusieurs afflictions, et lui sont toujours demeurés fidèles,* c'est un sujet tout particulier de consolation pour ceux qui souffrent, de jeter les yeux sur ces grands exemples de l'antiquité, qui les assurent, selon qu'il est dit ici, *qu'on devient l'ami de Dieu, étant éprouvé par beaucoup d'afflictions,* et qu'il est même nécessaire *d'être tenté* de la sorte, *afin d'éprouver si l'on sert Dieu véritablement et du fond du cœur.* (Sacy.)

(1) Præsertim cùm à Deo jussus immolare unigenitum suum Isaac, eum immolare voluit, Gen. 22. (Corn. à Lap.)

Dei amicus effectus est. Hoc sic intelligendum, sicut dicitur ex operibus justificatus, Jac. 2, non quòd tum demùm primam acceperit justitiam, et per amicitiam fuerit Deo conjunctus, sed quòd in justitià et Dei amicitià promoverit; vel quod majora amicitiæ signa progressu temporis ei Deus exhibuerit; vel quod magis magisque justus et Dei amicus fuerit declaratus. (Estius.)

(2) Fideliter scilicet adhærentes Deo, et ab eo liberationem è tribulatione poscentes, et expectantes. (Corn. à Lap.)

(3) Spectat Judith interitum eorum qui cùm de labore itineris quererentur, igne in castra divinitùs immisso puniti sunt, et qui post reditum exploratorum terræ promissionis seditionem commoverunt, quorum exitium Deus jurato decrevit, ac reverà omnes in solitudine exstincti sunt; illos denique, qui morsu anguium in loco Salmona appellato perierunt. Cæterùm hæc verba : *Exterminati sunt ab exterminatore*, imitatur Apostolus totidem ferè verbis : *Neque murmuraveritis, sicut quidam eorum murmuraverunt, et perierunt ab exterminatore.*

(4) Id est, non ulciscentium more indignemur et obmurmuremus Deo, quasi volentes nos de eo ulcisci ob clades et timores quos nobis immittit. (Corn. à Lap.)

Non ulciscamur nos, id est, non irascamur, non obloquamur, non indignemur, quasi volentes non ulcisci de Deo ob flagella quæ patimur. (Tirinus.)

(5) Hoc est, à Deo mihi suggestum et inspiratum. (Corn. à Lap.)

(6) Ce qu'il y a d'admirable, c'est que quoiqu'elle eût beaucoup blâmé Ozias et tous les anciens du peuple d'avoir prétendu limiter le temps auquel Dieu devait les secourir, elle

31. Ita quod facere disposui (1), probate (2) si (3) ex Deo est, et orate ut firmum faciat Deus consilium meum.

32. Stabitis vos ad portam nocte istâ, et ego exeam cum abrâ meâ (4) : et orate ut, sicut dixistis, in diebus quinque respiciat Dominus populum suum Israel.

33. Vos autem nolo ut scrutemini actum meum (5) : et usque dùm renuntiem vobis, nihil aliud fiat, nisi oratio pro me ad Dominum Deum nostrum.

34. Et dixit ad eam Ozias princeps Juda : Vade in pace, et Dominus sit tecum in ultionem inimicorum nostrorum. Et revertentes abierunt.

31. Eprouvez aussi si ce que j'ai résolu de faire vient de lui; et priez-le d'affermir le dessein que j'ai.

32. Vous vous tiendrez cette nuit à la porte *de la ville;* et je sortirai avec ma suivante ; et priez le Seigneur, afin que, comme vous avez dit, il regarde son peuple dans ces cinq jours.

33. Mais je ne veux point que vous recherchiez mon dessein ; et jusqu'à ce que je vous en instruise moi-même, qu'on ne fasse autre chose que prier le Seigneur notre Dieu pour moi.

34. Ozias, prince de Juda, lui répondit : Allez en paix ; et que le Seigneur soit avec vous, pour se venger de nos ennemis. Et, retournant, ils s'en allèrent.

ne laisse pas de s'accommoder en quelque façon à leur faiblesse, en leur disant de *prier Dieu, afin que, comme ils l'avaient dit, il regardât favorablement son peuple dans cinq jours.* Tout ce qu'elle recommande est que l'on prie Dieu pour elle, sans se mettre en peine de vouloir savoir ce qu'elle allait faire. Et en cela elle avait dessein que toute la gloire de cette grande action fût due à Dieu seul, les hommes n'y ayant point d'autre part que celle de leurs prières, et le Seigneur se servant d'un instrument aussi faible qu'elle était pour sauver son peuple. C'était donc la main d'une femme soutenue par les prières de tout le peuple, qui devait produire ce grand miracle. Et c'est un sujet de très-grande consolation pour nous d'être assurés par un tel exemple, que quelque faiblesse qu'il y ait en nous, nous sommes capables de renverser toutes les forces de notre ennemi, si nous avons soin de nous soutenir par une prière continuelle et par celle de toute l'Eglise. Car nous devons être durant tout le temps que nous avons à combattre contre le démon figuré par Holoferne, c'est-à-dire durant tout le temps de notre vie, dans la même disposition où était Judith, lorsqu'elle disait : *Que l'on ne fasse autre chose que de prier le Seigneur notre Dieu pour moi.* Ainsi toute notre force doit être dans la prière, et dans l'union avec les fidèles qui prient pour nous. (Sacy.)

(1) Nimirùm astu occidere Holofernem. (Corn. à Lap.)

(2) Non discutiendo, sed ratum et gratum habendo. Id est, *approbate*, quandoquidem quod facere decrevi, non minùs *ex Deo est*, seu ex Dei instinctu, quàm fuit oratio hæc mea, quam *cognoscitis Dei esse*, et ultimò fatemini è Deo mihi suggestam esse. (Tirinus.)

(3) Tò *si* non est dubitantis, sed affirmantis; idemque est, ac *quòd*, q. d. : Sicut probâstis meos sermones quasi ex Deo profectos, sic etiam probate propositum meum, quod ex Deo, sive Deo impellente, agere decrevi, ut scilicet vadam ad Holofernem, eumque occidam. Dicit tamen *si*, quasi dubitans, modestiæ causâ, quia res hæc necdùm erat facta, sed facienda; esto ipsa de eventu felici ex Dei instinctu foret certa, q. d. : *Probate,* id est, videte et attendite id quod actura sum, et ex eventu probate et judicate *si ex Deo est*, q. d. : Utique cùm rem feliciter confectam videbitis, probabitis illud, et ex Deo auctore susceptum judicabitis. Loquitur in genere, sed particulatim non explicat quid animo destinàrit : sciebat enim, si id faceret, rem non mansuram secretam, sed ad Holofernem perferendam. Sciebat pariter multos hoc ejus propositum ut temerarium damnaturos. Unde græca habent : *Faciam negotium quod perveniet in generationes generationum filiis generis nostri.* (Corn. à Lap.)

(4) Vox *Abra*, ex Hebræo חבר derivata, significat sociam, ancillam, famulam à cubiculo potiùs quàm ancillam vulgarem : ad litteram significare fertur calamistrariam. Eutychius patriarcha Alexandrinus narrat Cleopatram pectori admovisse viperam, cujus veneni vim experta fuerat in geminis è suo satellitio puellis, quarum altera appellabatur *Abra*, id est, calamistraria, altera *Matra*, id est, sectrix. Nomen *Abræ* non tribuit Scriptura nisi ancillis matronarum, ut puellis pedissequis Rebeccæ, filiæ Pharaonis, et Estheris. Eadem est facilè puella, quam Judith domui suæ curandæ præfecerat, de quâ sermo fuit in Græco superiùs, v. 9. Profani interdùm hâc voce ancillam à cubiculo, lateri heræ suæ adhærentem significant, et interdùm vulgarem ancillam, vel etiam concubinam, uxorem nullo solemni ritu ductam. (Calmet.)

(5) Quomodò non igitur privato consilio et auctoritate Judith Holofernem interfecit? Responsionem vide ad Judicum 3, v. 16.

Quæri etiam potest cur non egerit stultè et temerariè, et arroganter, nolens de re tantâ tamque periculosâ consilium conferre cum senioribus et prudentibus? An dicendum quòd sentiebat se impelli ad illud facinus divino quodam instinctu, ideòque noluit nec debuit super eo consilium capere humanum, maximè quia verisimiliter illi secundùm humanam prudentiam rem tam arduam et periculi plenam mulieri dissuasissent atque etiam impedivissent, et metuendum erat ne res propalaretur quæ debebat esse secreta? Dixissent enim rem tanti momenti, tantæque audaciæ non tentandam inconsulto senatu. (Estius.)

TRANSLATIO EX GRÆCO.

1. Et audivit in illis diebus Judith, filia Merari filii Ox, filii Joseph, filii Oziel, filii Elcia, filii Eliu, filii Chelciæ, filii Eliab, filii Nathanael, filii Salamiel, filii Sarasadai, filii Israel. — 2. Et vir ejus Manasses de tribu ejus, et de patriâ ejus, et mortuus est in diebus messis hordeorum. — 3. Instabat enim super ligantem manipulum in campo, et æstus venit super caput ejus, et procidit in lectum, et obiit in Betyluâ civitate suâ : et sepelierunt eum cum patribus ejus in agro qui inter Dothaim et Belamon. — 4. Et fuit Judith in domo suâ viduitatem servans annos tres et menses quatuor. — 5. Et fecit sibi tabernaculum super solarium domûs suæ, — et imposuit super lumbum suum cilicium; et erant super eam vestimenta viduitatis ejus. — 6. Et jejunabat omnibus diebus viduitatis suæ præter antesabbata, et sabbata, et anteneomenias, et neomenias, et festivitates, et lætas solemnitates domûs Israel. — 7. Et erat pulchra specie, et decora aspectu valdè; et reliquerat ei Manasses vir ejus aurum, et argentum, et pueros, et ancillas, et pecora, et agros; et manebat super ea. — 8. Et non erat qui inferret ei verbum malum, quoniam timebat Deum valdè. — 9. Et audivit verba populi mala in principem, quia animo defecerunt super raritate aquarum. Et audivit omnia verba Judith, quæ locutus erat ad eos Ozias, quomodò juraverat eis traditurum civitatem post dies quinque Assyriis. — 10. Et mittens ancillam suam, quæ præerat omnibus substantiis suis, vocavit Oziam, et Chabrin, et Charmin, seniores civitatis suæ. — 11. Et venerunt ad eam. Et dixit ad eos : Audite nunc me, principes habitantium in Betyluâ : quoniam non rectum est verbum vestrum, quod locuti estis coram populo in die hâc, et statuistis juramentum, quod locuti estis inter Deum, et vos, et dixistis dedituros civitatem inimicis nostris, nisi in illis diebus conversus fuerit Dominus ad adjuvandum nos. — 12. Et nunc qui estis vos, qui tentâstis Deum in die hodiernâ, et statuistis pro Deo in medio filiorum hominum? — 13. Et nunc Dominum omnipotentem examinatis, et nihil cognoscetis usque in seculum. — 14. Quoniam profundum cordis hominis non invenietis, et verba cogitationis ejus non percipietis : et quomodò Deum qui fecit omnia hæc, investigabitis, et mentem ejus cognoscetis, et cogitationem ejus contemplabimini? nequaquàm, fratres; nolite ad iracundiam provocare Dominum Deum nostrum : — 15. Quoniam si noluerit in istis quinque diebus auxiliari nobis, ipse habet potestatem in quibus velit tegere diebus, vel etiam exterminare nos ante faciem inimicorum nostrorum. — 16. Vos autem ne extorqueatis consilia Domini Dei nostri, — quoniam non tanquàm homo Deus, ut minis terreatur, neque tanquàm filius hominis, ut judicetur. — 17. Quamobrem exspectantes eam quæ ab ipso, salutem, invocemus eum in adjutorium nostrum : et exaudiet vocem nostram, si fuerit ipsi placitum. — 18. Quoniam non surrexit in generationibus nostris, neque est in hodiernâ die neque tribus, neque patria, neque oppidum neque civitas ex nobis, quæ adorent deos manufactos, sicut factum est in prioribus diebus. — 19. Quorum gratiâ dati sunt in gladium et in direptionem patres nostri, et ceciderunt ruinâ magnâ coram inimicis nostris. — 20. Nos autem alium Deum non agnovimus præter eum; unde speramus quia non despiciet nos, neque à genere nostro. — 21. Quoniam cùm capti fuerimus nos, sic sedebit omnis Judæa, et diripientur sancta nostra, et quæret pollutionem eorum de ore nostro. — 22. Et cædem fratrum nostrorum, et captivitatem terræ, et desolationem hæreditatis nostræ convertet in caput nostrum in gentibus, ubicumque servierimus ibi, et erimus in offendiculum, et in opprobrium coram possidentibus nos. — 23. Quoniam non dirigetur servitus nostra in gratiam, sed in ignominiam dabit eam Dominus Deus noster. — 24. Et nunc, fratres, ostendamus fratribus nostris, quia ex nobis pendet anima eorum, et sancta, et domus et altare innituntur super nos. — 25. Præter hæc omnia gratias agamus Domino Deo nostro, qui tentat nos, sicut et patres nostros. — 26. Recordamini, quæcumque fecit cum Abraham, et quæcumque evenerunt Jacob in Mesopotamiâ Syriæ, pascenti pecora Laban fratris matris suæ. — 27. Quoniam non sicut illos examinavit in examen cordis eorum, etiam nos non est ultus, — sed ad monitionem flagellat Dominus appropinquantes sibi. — 28. Et dixit ad eam Ozias : Omnia quæcumque dixisti, bono corde locuta es, et non est qui resistat verbis tuis. — 29. Quoniam non hodiè sapientia tua manifesta est, sed à principio dierum tuorum novit omnis populus intellectum tuum, quomodò bona est formatio cordis tui. — 30. Sed populus sitivit vehementer, et coegerunt facere nos secundùm ea quæ locuti sumus eis, et inducere juramentum super nos, quod non transgrediemur. — 31. Et nunc ora pro nobis, quoniam mulier pia es; et mittet Dominus pluviam ad impletionem cisternarum nostrarum; et non deficiemus ultra. — 32. Et dixit ad eos Judith : Audite me, et faciam rem, quæ perveniet in gene-

rationes generationum filiis generis nostri. — 33. Vos stabitis super portam nocte hàc, et exibo ego cum ancillâ meâ, et in diebus post quos dixistis tradituros civitatem inimicis nostris, visitabit Dominus Israel in manu meâ. — 34. Vos autem non perscrutabimini actionem meam : non enim dicam vobis, donec perfecta fuerint quæ ego facio. — 35. Et dixit Ozias, et principes ad eam : Vade in pace : et Dominus Deus ante te in ultionem inimicorum nostrorum. — 36. Et revertentes è tabernaculo, iverunt ad ordines suos.

COMMENTARIUM.

Ipsa liberatrix Judith primò describitur, deinde prima ipsius ad liberationem aggressio. Describitur verò quoad genus, vers. 1, statum vers. 2, 3, 4, religionem, vers. 5 et 6, corporis fortunæque bona, vers. 7, denique quoad famam, vers. 8. Est verò advertendum, totam sententiam in contextu pendulam esse, usque ad vers. 9, quasi quæ vers. 1, post nomen, *vidua,* sequuntur, includenda sint parenthesi omnia, et sic initium istud connectendum : *Et factum est cùm audîsset hæc verba Judith vidua,* cùm audisset, inquam. Hoc enim valet illud vers. 9 : *Hæc itaque,* quod hyperbaton declinavit Græcus, incipiendo simpliciter : *Et audivit in diebus illis Judith.* Hujusmodi verò hyperbata sunt et alibi, ut 1 Paralip. 5, vers. 1 et 3 : *Filii quoque Ruben primogeniti Israel, filii ergo Ruben primogeniti Israel.*

Quæstiuncula prima.

Judith genus quod?

Duo hìc litigiosa : Unum de Judith ipsius tribu est. Nam Scholastica Historia et ferè Dionysius Carthusianus, ipsam, quoad patrem, è Rubenicâ tribu, quoad matrem è Simeonicâ esse autumant. Alii, quos inter ab interlineari Glossâ Hugo ponitur, unius tantùm, quoad utrumque parentem, tribûs extitisse volunt. Quibus ego sanè assentiendum arbitror, primò quia ipsa infra, cap. 9, vers. 2, Simeonem Patrem vocat; neque communi quodam modo, quo Israelitarum omnium patriarchæ omnes patres sunt, sed proprio, *suum. Domine,* inquit, *Deus patris mei Simeon.* Deinde, cùm in eodem illo facto, quod in eodem ipsa loco deprædicat, Simeon is fuerit Levi socius, cur illum potiùs quàm hunc nominaret, aut certè cur utrumque simul non memoraret, nisi Simeonis, tanquàm primi suæ tribûs auctoris exemplar intueri, ab eo precum suarum efficacitatem quamdam ducere voluisse? Tertiò, cùm ejus hìc majores recenseantur, nullus tamen usquàm in Græco Ruben auditur, at in Latino auditur. Cùm enim vers. 1 dicta esset filia Merari, hìc ipse tandem *filius Simeon,* et hic *filius Ruben* dicitur. Verùm neque in Genesis capite 46, vers. 9, neque in prioris Paralip. cap. 5, vers. 3, ubi Rubenis filii recitantur, ullus cui Simeonis nomen fuerit, invenitur. Si præterea filiorum Ruben aliquis esset Simeon, non tamen is esset, quem infra, cap. 9, vocat ipsa Judith *patrem suum.* Hic enim è duodecim patriarchis unus fuit, Genes. 34. Neque dici potest, Rubenis filiorum aliquem, duplici nomine vocitatum fuisse. Id enim frequentissimè in Scripturâ licet accidat, non ita tamen ut præcipuorum nomina patriarcharum confundantur. Alioquin ipsum Jacob fuisse Rubenem etiam vocatum asserere quis vetaretur? præsertim adjicere liceret, eum suum illud nomen primogenito suo imponere voluisse, vel potiùs Liam, quæ inde aliquam impositionis hujus occasionem sumpsisset, ut diceret Genes. 29, vers. 32 : *Vidit Dominus humilitatem meam. Araah* enim, quod est *videre,* dictus Ruben est. Mendum ergo in Latino hìc aliquod videtur, quod quidem dupliciter emendari potest : vel enim Simeon non *filius,* sed *frater* ipsius Ruben legendus ; vel pro *Ruben* reponendus *Israel.* Sed in emendatione illâ priore, statim occurrit, ut quæratur, quorsùm diceretur Simeon Rubenis frater, et non potiùs Jacobi filius? Potest verò non absurdè responderi factum hoc videri, ut Simeonis dignitas indicaretur, qui non quoquo modo Jacobi filius esset, sed natu secundus, ipsi primogenito Ruben proximus. Posteriorem tamen emendationem magis probat Bellarminus lib. 1 de Verbo, cap. 12, argum. 12. Nam et ita Græci textus omnes habent, et è veteribus Latinis, qui veterem è Græco versionem sequebantur, S. Fulgentius epist. 2, cap. 14, uti paulò post videbimus.

Alterum hìc litigiosum est de ipsius Judith generationibus seu majoribus, quot et qui fuerint. Textus noster quindecim enumerat generationes, Græcus tantùm duodecim. Deinde dissonant aliquantulùm nomina. Id enim non raro in istiusmodi catalogis accidere, testes Paralipomenon libri cum Genesi librisque aliis collati. Ipsos duntaxat Simeonis filios mihi nunc intuere. Ii Genes. 46, vers. 10, sunt *Jamuel et Jamin, et Ahod et Jachim, et Sohar, et Saül.* Num. 26, vers. 12 : *Namuel, Jamin,*

Jachin, Zare; at 1 Paralip. 4, vers. 24 : *Namuel et Jamin, Iarib, Zara, Saül.* Et quidem cur alibi plures, alicubi pauciores numerentur, alia atque alia causa est. Sed cur nominum discrimen sit, causarum una et quidem valdè generalis est illa, quæ ante posita est, quòd pluribus interdùm nominibus aliqui vocarentur. Altera, quòd eadem etiam nomina variè et scribantur et pronuntientur. Sic ergo Romanus textus Græcus, ut cum nostro eum conferre queas, habet : *Judith filia Merari, filii Oxi, filii Joseph, filii Oziel, filii Elcia, filii Eliu, filii Chelciæ, filii Eliab, filii Nathanael, filii Salamiel, filii Sarasadai, filii Israel.* At Complutensis, post Ozielem ita pergit : *Filii* Ελκια, *filii* Ανανίου, *filii* Γεδεὼν, *filii* Ραφαίν, *filii* Ακιθὼ, *filii Eliu, filii Eliab, filii Nathaanel, filii* Σαμαλιὴλ, *filii* Σαλαδαΐ, *filii Israel.* Et scripsi quædam Græcè ideò, ut magis pateret discrimen. Sanctus verò Fulgentius loco antea monstrato sic : *Manasses, vir Judith, filius Achitob, filii Melchis, filii Heliab, filii Nathahel, filii Surisada, filii Simeon, filii Israel.*

Quæstiuncula II.

Judith status quis? ubi et de ejus viro.

Vidua erat, et quidem *jam annis tribus et mensibus sex*, vers. 4, Græcè, *annis tribus et mensibus quatuor.* Sicque S. Fulgentius loco citato. *Vir* porrò ejus Manasses fuerat ex eâdem, uti dictum est, tribu, et ex eâdem etiam familiâ. Nam Græcè vers. 3, dicitur : Τῆς φυλῆς αὐτῆς, καὶ τῆς πατριᾶς αὐτῆς Prædivitem fuisse ostendit versus septimus, quem ornat etiam Græcus, dùm eum Judithæ reliquisse ait *aurum et argentum, servos et ancillas, jumenta et agros.* Unde et honoratum apud suos hominem fuisse satis intelligitur, quia ferè locorum ubique *plurimus auro venit honos.* Sed meo quidem judicio, etiam inde, quòd vers. 3 *institisse* dicitur, *super alligantes manipulos in campo.* Mihi enim non simpliciter, neque in suo tantùm agro institisse videtur, sed cum publicâ quâdam præfecturâ et dignitate, in campo illo magno, qui hoc loco erat, et de quo supra, cap. 2, ἐπέστη, ait Græcus, ἐπὶ τοῦ δεσμεύοντος τὸ δράγμα ἐν τῷ πεδίῳ, *instabat tanquàm præfectus*, sive *præfectus erat super eo, qui manipulum in campo illo colligebat*, id est, super omni messorum, quæ in campo illo ingens erat, multitudine. Nam ἐφίστασθαι est *præesse*, ἐπιστασία *præfectura*, ἐπιστάτης, qui magistratum, vel præfecturam aliquam gerit, ut apud Athenienses ἐπιστάτης ὑδάτων, *præfectus aquis curandis*, ὁ ἐπιστάτης τῶν προέδρων καὶ τῶν πρυτανέων, princeps Atheniensium decemvirûm, qui proedri dicebantur, et prytanûm præfectus, qui reipublicæ sigillum custodiebat. Et generatim dicebatur *epistates*, inquit Suidas, *quicumque in rebuspublicis negotio cuicumque præpositus est.* Ideòque, ab unâ utili functione, videtur Manasses hoc loco descriptus, tanquàm ὁ ἐπιστάτης τοῦ πεδίου, *præfectus campo magno*, vel toti, vel magnæ ipsius parti. Hujuscemodi enim apud Hebræos præfecturam fuisse declarat Josephus, cùm in vitâ suâ inquit. Æbutius dechadarchus, ὁ τοῦ μεγάλου πεδίου τὴν προστασίαν πεπιστευμένος, *cui magni campi præfectura commissa erat.* Dùm verò suo huic publico muneri, ex fide, planèque sedulò vacat, *venit æstus super caput ejus, et mortuus est*, vers. 3, quemadmodùm bonæ illius Sunamitidis filius, 4 Reg. 4, vers. 19. Et verò erat propria quædam in hoc ipso campo causa, quia, ut supra, cap. 1, fol. 233, dicebat Josephus : *æstivo tempore*, solet is ἐκπυροῦσθαι, *totus ardere* ac torreri. Est autem Vallesio, libro de sacrâ Philosophiâ cap. 46, opinio, mortuum hunc esse vel pleuritide, vel apoplexiâ, et verisimile est, quia è nimio etiam æstu hi morbi existunt. Quia tamen possunt et alii existere, non necessariò istos fuisse concludi potest. Quin verò, quia hìc in Græco est, ὁ καύσων ἦλθεν ἐπὶ τὴν κεφαλὴν, potest illa etiam ægritudo accipi, quæ propriè, eodem ipso nomine vel germano καύσων vel καῦσος appellatur. Est autem febris, non qualiscumque sed æstuantissima, quæ et calore ardentissimo, et siti vehementissimâ enecat, ut ostendit Aristoteles Probl. sect. 1, Hippocrates Aphorism. lib. 6, cap. 25 ; Celsus libro 2, cap. 7, Aretius lib. 2 de acutis Morbis, cap. 4, Mercurialis 6 Var. cap. 1. Et sanè multò est hæc mors laudabilior, quòd in diligenti sedulàque publici officii perfunctione, ubi commune maximè bonum spectatur, acciderit, quàm si in propriâ propriæ tantùm utilitatis messe accidisset, possuntque hinc, qui publicam aliquam personam et curationem gerunt, discere quomodò sibi ipsis indulgere, ob exiguum aliquod frigus vel æstum, officio deesse, hypocausta tantùm et umbras captare minimè debeant. *Frigus, sitis, ardor, arenæ, dulcia virtuti. Sepultus* porrò *in Bethuliâ civitate suâ cum patribus suis.* Supra ostendit quomodò fieri potuerit, ut et ante, et maximè post decem tribuum captivitatem, qui ex unâ tribu erant, in tribuum aliarum locis habitare po-

tuerint, et quidem in Zabuloniâ Simeonii, ut jam meritò dicatur *Manasse civitas*, Bethulia, et ejus illìc *patres*, non quidem omnes, sed aliqui sepulti. Quando tamen in *Bethuliâ* sepultus dicitur, intelligendum *in Bethuliæ civitatis agro*. Nam ferè Judæi extra urbes efferebantur, Lucæ 7, vers. 12, et disertè idipsum hìc ostenditur in Græco. *Sepelierunt*, ait, *eum cum patribus suis in agro, qui est inter Dothaim et Belamon.* Est quidem in Complutensi Βαλαμὼ, sed in Romano, Βελαμὼν, quæ non est illa *Beelmeon*, de quâ Ezechiel 25, v. 9, cùm nostra cis Jordanem, illa trans, in Moabitide, quæ et Josue 13, v. 18, oppidum *Baalmeon* dicitur. Hanc verò nostram à Brocardo vocari Abelinam, dixi superiori capite.

Quæstiuncula III.

Quænam Judith religio? Et primò quoad precandi studium.

Religionem hìc voco, non pro eo Dei cultu, qui falsorum deorum superstitioni, vel hæresi cuipiam opponitur. Quis enim ignorat Judæam fuisse Judith, verâque veri Dei fide imbutam, sed pro eo Dei cultu qui intra veri cultûs terminos, major, studiosior et intentior est, qui interdùm à quibusdam non malè devotio dicitur, eo modo, quo devotum femineum sexum dixit S. Augustinus sermone 2 de Annuntiatione Dominicâ in illâ pulcherrimâ, quæ hagiomachis meritò nostris vel ruborem, vel, quod optatius, meliorem mentem injiciat, precatiunculâ : *Sancta Maria, succurre miseris, juva pusillanimes, refove flebiles, ora pro populo, interveni pro clero, intercede pro devoto femineo sexu; sentiant omnes tuum juvamen, quicumque celebrant tuam commemorationem.* Atque sic hoc ipso capite vers. 29, dicitur Judith εὐσεβής, *pia*, *sancta*, et quidem etiam à seipsâ neque mentiente, neque gloriam inanem, sed populi totius liberationem apud Holofernem quærente cap. 11, vers. 14, ἡ δούλη σου θεοσεβής ἐστὶ, καὶ θεραπεύουσα νυκτὸς καὶ ἡμέρας τὸν Θεὸν τοῦ οὐρανοῦ, *ancilla tua religiosa est, ipsum cœli Deum noctes atque dies colens.* Et disputat de hisce vocibus multa D. Augustinus lib. 10 Civitatis cap. 1, et lib. de verâ Relig. cap. ult., auctor de Spiritu et Animâ, cap. 50. Iis tamen jam omissis, eximia nostræ Judith religio speciatim triplex hìc monstratur, prima quoad precationum studium, altera quoad vestium asperitatem, tertia quoad jejunium. Prima vers. 5 exprimitur, *in superioribus domûs suæ fecit sibi secretum cubiculum, in quo cum puellis suis clausa morabatur.* Græci aiunt : *Fecit sibi tabernaculum in domate domûs suæ.* Est autem advertendum primò, quæ in Græco σκηνὴ, sive tabernaculum dicitur, à nostro hìc vocari *secretum cubiculum*, cap. 9, vers. 1, *oratorium.* Habebat enim quamdam tabernaculi Mosaici et templi similitudinem, fuitque veteribus usitatum, ut hujuscemodi precationis loca, non oratoria tantùm, vers. 6, vocarent, sed *cubicula* etiam ex Matthæi 6, vers. 6, ubi τὸ ταμιεῖον *cubiculum* vertitur. *Tu autem cùm oraveris, intra cubiculum tuum, et clauso ostio, ora Patrem tuum in abscondito.* S. Paulinus dùm ad Severum epist. 22, extructum templum describit : « Cubicula, inquit, « intra porticum, quaterna longis basilicæ lateribus, secretis orantium, vel in lege Domini meditantium. » Et paulò post : « Omne « cubiculum binis per liminum frontes versibus prænotatur. » Antiquus de Romanis pontificibus codex in Symmacho ait : « Fecit « oratoria duo, S. Joannis Evangelistæ et S. « Joannis Baptistæ, infra quorum confessionis « fecit arcus argenteos pensantes libras 30, quæ « cubicula omnia à fundamento perfecta construxit. » Antiquus alius pœnitentialis codex apud Baronium, in Martyrologio die junii 11: « Cùm venerit aliquis ad sacerdotem confiteri « peccata sua, mandat ei sacerdos, ut exspectet « modicùm, donec intret in cubiculum ad « orationem. » Atque hinc idem pontificalis ille codex, de S. Leone : « Constituit, inquit, et addit super sepulcra Apostolorum « ex clero Romano custodes, qui dicuntur « cubicularii. » Cur et quomodò loca orationis eadem *cappellæ* postea dicta sint, exponit ibidem jamjam nominatus Baronius. Vocavit porrò noster non simpliciter *cubiculum*, sed *secretum*, quia id à reliquis domûs habitaculis, quæ quotidianis vitæ usibus applicata erant, sejunctum, solisque precibus et sanctis religiosisque actionibus dicatum fuit, itemque ab omni eorum, qui in eam domum ventitarent, aditu strepituque remotum, ut esset, quemadmodùm, in illo S. Matthæi loco, ait Dominus, ἐν τῷ κρυπτῷ, *in abscondito.* Advertendum insuper, superiora domûs loca hìc non qualiacumque vocari, sed ea quæ omnium suprema, ipsum scilicet *tactum*, cujus in Judææ partibus formam fuisse planam, planum feci Josuæ 2, vers. 6. Nam idem domatis in Græco nomen, quod hìc ἀνεβίβασεν αὐτοὺς ἐπὶ τὸ δῶμα. Noster interpres, *fecit ascendere viros in solarium domûs suæ*, et paulò post, vers. 8 : Αὐ βα

πρὸς αὐτοὺς ἐπὶ τὸ δῶμα, *ascendit in ipsos ad solarium.* Et de istis agunt copiosè Nebrissensis in 50, cap. 26, Brissonius initio lib. 11 de verb. Signific.; sed erit omnium instar nobis jam D. Hieronymus Epistolâ ad Suniam et Fretelam : « Δῶμα, inquit, in orientalibus pro« vinciis, ipsum dicitur, quod apud Latinos « tectum. In Palæstinâ enim et Ægypto, vel « ubi scripti sunt divini libri, vel interpretati « sunt, non habent in tectis culmina, sed do« mata, quæ Romæ vel solaria vel mœniana « vocant, id est, plana tecta, quæ transversis « trabibus sustentantur. Denique et in Actis « Apostolorum, cap. 10, Petrus quando ascen« dit in doma, ἐπὶ τὸ δῶμα, in tectum ædificii « ascendisse credendus est. Et quando præci« pitur nobis, Deuter. 22, vers. 8, ut faciamus « domati nostro coronam, hoc præcipitur, ut « in tecto faciamus per circuitum quasdam « eminentias, ne facilis in præceps lapsus sit. « Et in Evangelio, Matth. 10, vers. 27 : *Quæ,* « inquit, *auditis in ore, dicetis super domata,* « id est, super tecta. »

Judith ergo in domûs suæ tecto sive solario, precatorium tabernaculum excitârat, quia, uti Tobiæ c. 3, fol. 50, monstrabam, in editioribus id genus locis precari amabant veteres. At quomodò *secretum* igitur *cubiculum* dictum est? Nonne, quæ in tectis fiunt, ea conspicua et publica maximè? Nonne paulò ante idcircò dicebat Dominus : *Quæ in aure auditis dicite super tecta?* Nonne, cùm, impii Achitophelis admonitu, vellet Absalom, palam universo populo facere, quam irreconciliabile contra patrem bellum suscepisset, 2 Reg. 16, vers. 22 : Ἔπηξαν τὴν σκηνὴν ἐπὶ τὸ δῶμα, *tetenderunt tabernaculum in solario?* Nonne tunc quod prædixerat per Nathan Dominus, c. 12, v. 12, factum est : *Tu fecisti absconditè; ego autem faciam verbum istud in conspectu omnis Israel, et in conspectu solis?* Secretum tamen istud Judithæ tabernaculum fuisse dico, partim ob causas antea propositas, partim quia etsi esset omnibus tabernaculum conspicuum, quæ intùs tamen gerebantur, non magis à quoquam videbantur, quàm quæ intra domum et sub tecto quopiam fiunt, nisi de industriâ vellet quis ea videre, et vel voce, vel incessu et ostensu aliquo monstraret, prout in illis Matthæi et Regum locis fit. Quemadmodùm enim longè ab incesto Absalonis tabernaculo diversum hoc Judithæ fuit, ita etiam ejus conspectus et silentium. Subditur enim, *in quo cum puellis suis clausa morabatur.* Mira profectò sanctissimæ hujus viduæ in Deum pietas. *Morabatur in tabernaculo isto,* non semel tantùm, bis aut ter quotidiè, ut oraret, ad illud ascendebat, quanquàm et hoc magnum fuisset; neque unum vel alterum quadrantem, imò horam unam vel alteram manebat, quod majus; sed, quod maximum, *morabatur,* id est, semper ibi habitabat, illinc non discedebat, moraliter intelligendo, eo modo, quo dicitur quispiam libris semper inhærere, ab alicujus latere nunquàm discedere, ut in assimilato isto suo templo faciat, quod in vero et Salomonico libentissimè fecisset, si Hierosolymis eam domicilium habere contigisset. Ideòque tantò ante in Judith cecidit, quod de beatâ illâ novi Testamenti viduâ scriptum est, Lucæ 2, vers. 37 : *Non discedebat de templo jejuniis et obsecrationibus serviens nocte ac die.* « Vides, ait « S. Ambrosius libro de Viduis, qualis vidua « prædicetur, unius viri uxor, ætatis quoque « jam probata processu, vivida religioni, et « effeta jam corpore, cui diversorium in tem« plo, colloquium in prece, vita in jejunio, « quæ dierum noctiumque temporibus, in« defessæ devotionis obsequio, cùm corporis « agnosceret senectutem, pietatis tamen ne« sciret ætatem. » Omnia de Judith, si senectutem, effetumque corpus excipias, dicta quàm aptissimè. Deinde *clausa morabatur,* videri nolebat; solis Dei oculis placere studebat; jam observabat illud quod monuit postea Dominus Matth. 6, vers. 5 : *Cùm oratis, non eritis sicut hypocritæ, qui amant in synagogis et in angulis platearum stantes orare, ut videantur ab hominibus. Amen dico vobis, receperunt mercedem suam. Tu autem cùm oraveris, intra in cubiculum tuum, et clauso ostio, ora patrem tuum in abscondito, et pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi.* Clausa etiam erat, ne quidquam aut videret aut verò etiam audiret, quod collectam in sanctis precibus mentem dissiparet, contentum sacrarum exercitationum arcum laxaret. Solent enim, per oculos et aures, multa influere, quæ, ni caveas, ardentissimas animi etiam religiosi et meditabundi flammas vel extinguant vel attenuent. « Nobis, « ait S. Gregorius lib 21 Moral. cap. 2, ad « custodiendam cordis munditiam, exteriorum « quoque sensuum disciplina servanda est. Nam « quantùmlibet virtutem ens polleat, quantâlibet gravitate vigeat, carnales tamen sensus « puerile quiddam exteriùs perstrepunt, et « nisi interioris gravitatis pondere, et quasi « juvenili quodam vigore refrenentur, ad fluxa

« quæque et levia mentem enervem trahunt. »

Neque verò suâ unius virtute ac pietate contenta erat Judith, sed cum puellis hæc omnia suis faciebat. Erant hæ, vel cognatæ, vel ancillæ, quas eadem pietatis exercitamenta docebat, in iis eas institutione, hortatu et exemplo retinebat. Fuisse quasdam in templo virgines conclusas, dicam 2 Machab. 3, vers. 20. Harum quoddam veluti simulacrum et imitationem suis cum puellis exprimere cupiebat Judith, et quia in templo non licebat, in suo, prout poterat, oratorio adumbrabat; in omni suas puellas pietate instituebat, ut orarent, legerent, Deum assiduè laudarent, honesti aliquid operis facerent, aut nendo, aut suendo et texendo quod in templo quandoque offerretur. Etsi verò ut dixi, hæc, in sublimi hoc sacroque larario, tam Judith quàm puellarum ejus commoratio moraliter accipienda sit, *diebus* tamen *sabbati et festis;* prout asserit Græcus textus, c. 10, v. 2, in inferiorem domum descendebat, eosque ibi dies agitabat. Tunc enim ad synagogam, seu ad conjunctum synagogæ gynæcona ibat, quia tunc maximè divina lex et legebatur et explicabatur, Actor. 13, v. 14, 15, c. 15, v. 21, c. 16, v. 12, c. 17, v. 2, et inde domum reversa, suis cum domesticis omnibus feriabatur.

QUÆSTIUNCULA IV.

Quid ex istâ Judith religione, cùm alii omnes, tùm viduæ puellæque potissimùm discedere habeant? Ubi et de domesticis oratoriis, puellarumque institutione.

Primò ex eo quòd sese domi conclusam tenet, discendum, per urbis plateas et compita evagationes fugiendas, puellis tamen maximè ac viduis. Vituperat Apostolus 1 Timoth. 5, vers. 13, viduas, *quæ otiosæ discunt circuire domos;* è contrario laudat S. Ambrosius lib. 2 de Virginibus, beatissimam virginem, quod « prodire domo nescia, nisi cùm ad Ecclesiam « conveniret, et hoc ipsum cum parentibus « aut propinquis. » Unde in Lucam libro 2, cap. de Habitu Mariæ in montana: « Discite, « ait, virgines, non circumcursare per alienas « ædes, non demorari in plateis, non aliquos « in publico miscere sermones. Ne dixeris (ait « idem Ambrosius libro de Viduis): Sola ego « sum. Castitas solitudinem quærit, pudica « secretum, impudica conventum. » Noli, ait ad Furiam D. Hieronymus, « in publicum « subinde procedere. » Veteres, Eustathio in 2 Iliad. scriptore, virginibus ὑπερῷα ædificabant, id est, *superiora in ædibus loca,* ὑπὲρ τοῦ δυσεντεύκτους αὐτὰς εἶναι, *eam ob causam, ut difficulter adiri convenirique possent.* Refert in Lacedæmoniorum Institutis Plutarchus, fuisse adolescentem Lacedæmone objurgatum, qui ad trivialium confabulatorum cœtum viam nôsset. Quomodò ii ergo laudentur, qui omnes omnium ebrietatum, alearum, flagitiorum officinas nôrunt, plateas vicosque omnes oculis pedibusque assiduè oberrant?

Secundò, discimus omnes, priscum morem privatis in ædibus loca quædam sequestrandi, precibus addicendi, oratoria conficiendi. Quemadmodùm enim, absque altari et sacrificiis, varias, ut ante dictum est, variis in locis, proseuchas et synagogas construere licuit, ita, ad privatas suas preces, potuit domi quilibet, faciebantque, qui erant religiosiores, in quibus et B. Virgo fuisse videtur, quæ, ut lib. 2 de Virginibus ait S. Ambrosius, *inventa domi in penetralibus, sine comite, ne quis intentionem abrumperet, ne quis obstreperet.* Quid Psal. 143, *thabnith heical,* ὁμοίωμα ναοῦ, *similitudo templi?* Non domesticorum istiusmodi sacellorum speciem significare potest? Non etiam *cubiculum* illud, in quod, precum causâ, intrare nos Dominus jubet Matthæi 6. Hodierno adhuc die, Judæis mos est, ut etiamsi familiæ alicubi perpaucæ sint, synagogulam aliquam habeant, singuli verò, fieri si possit, locum mundum, nulloque aut lotio, aut sorde aliâ inquinatum habeant, in quo sanctissimam illam quotidianam suam precem recitent, quæ ex Deuteronomii capite sexto sumpta est, et à primis verbis *Kriath schema* vocatur, de quâ in libro *Orach chaim* tam multa et breviter in libro *Pirke avoth,* cap. 2, Rabbi Simeon sic: *Esto circumspectus in Kriath schema, et in oratione.* De Danielis illâ domo, in quâ et ante impium Darii edictum et post, orare, genua flectere, apertis fenestris ad Hierosolymitanum sese templum convertere, coramque Deo confiteri solebat, Danielis 6, vers. 10, vix ambigo. Hæc enim domus, cubiculum potiùs quoddam, vel ædium totarum particula erat ἐν τοῖς ὑπερῴοις, in superioribus partibus, *in cœnaculo* constituta, et Hierosolymitanum templum tanti faceret, vel plagam, in quâ situm, illud, et tot tantisque parasangis dissitum esset, intueretur, non eum oratoriolum aliquod illi simile concinnâsse putemus? De Gedeone, cùm è pretiosissimis hostium spoliis *fecit ephod, et posuit illud in civitate suâ Ephra,* Jud. 8, v. 27, idem loco eodem opinandum ostendi, licet

abusio postea non levis accesserit, ut ibidem subditur. Ad hunc item usum fuisse arbitror illud sanctorum Apostolorum ὑπερῷον *cœnaculum*, ubi *omnes erant perseverantes unanimiter in oratione, cum mulieribus, et Mariâ matre Jesu, et fratribus ejus*, Actor. 1, vers. 14, ubi, *cùm complerentur dies Pentecostes, erant omnes pariter; et factus est repentè de cœlo sonus, tanquàm advenientis spiritûs vehementis, et replevit totam domum, ubi erant sedentes, et apparuerunt illis dispertitæ linguæ, tanquàm ignis, seditque supra singulos eorum; et repleti sunt omnes Spiritu sancto, et cœperunt loqui variis linguis, prout Spiritus sanctus dabat eloqui illis*, Actor. 2, vers. 1 et seq. Sed et Christianis ejusdem modi destinata precationi, rerumque divinarum meditationi loca, piis etiam religionis nostræ symbolis, imaginibus et aliis instructa, testis præclara illa de Nicomediensibus martyribus apud Lipomanum t. 5, Surium tom. 6, Baronium tom. 2, anno Domini 293, è perantiquis codicibus exstat historia. Cùm enim nobilissima virgo Domna, et regius eunuchus Indes, baptisma sacrum cepissent, fuerunt, hoc ipso nomine, apud regiæ domui præfectum accusati, hujusque rei argumentum certum ut haberet, suasit ei delator, eorum cubiculum ingrederetur. « Audivit (verba ipsa « veterrimi scriptoris appendo) præfectus, et « cùm libenter eam admisisset probationem, « aufert ab eis claves, et cùm aperuisset, in- « venit protinùs, sed non ut ipse sperabat, sed « ea quæ verè erant veneranda, nempe divinæ « crucis figuram, et librum sacrosanctum, « nimirùm Apostolorum Deo gratas actiones, « et præterea possessionum vacuitatem eorum « qui in cœlis magnum thesaurum reconde- « bant, cujus præclaræ opes erant duæ floreæ « in nudo solo stratæ, generosorum et beato- « rum Domnæ et Indes supellex, fictile præ- « terea thuribulum, et lucerna et lignea arcula, « in quâ reposuerant sacram oblationem, cu- « jus fiebant participes. » Primis enim Ecclesiæ temporibus consuêsse, ob persecutionum vim, Christianos consecratam à sacerdotibus Eucharistiam domum deferre, et inibi custodire, satis est ex Tertulliano lib. 2 ad Uxorem c. 5, Cypriano epist. 56, et libro de Spectaculis, Basilio Epist. ad Patriciam, D. Hieronymo in Apolog., aliisque constat. Unus, qui pias illas, privatis in ædibus, ædiculas et oratoria egregiè aperit, legatur S. Gregorius Nazianzenus orat. 11, ubi cùm Eucharistiæ, quam prisco more domi Gorgonia soror asservabat, veneratione, multisque precibus et lacrymis, è gravi desperatoque morbo divinitùs curatam refert, his eam historiam verbis orditur: « Desperatis aliis omnibus auxiliis ad « mortalium omnium medicum confugit, atque « intempestâ nocte captatâ, cùm morbus non- « nihil remisisset, ad altare cum fide procum- « bit, eumque, qui super ipso honoratur, cum « ingenti clamore, invocat. » En domestica veri altari species, publicique oratorii et sacri ædis imitamentum! Veras tamen ecclesias et aras in quibus ipsa magnorum mysteriorum consecratio fieret, initio, cùm ob Judæorum et tyrannorum importunitatem, aliud non liceret, privatis in ædibus fuisse patet, ut alia jam non commemorem, ex Actorum 2, vers. 46, c. 20, vers. 7 et 8; postea in Regum palatiis, ex Eusebio lib. 4 Vitæ Constantini c. 17, nisi potiùs ecclesiæ aliqua tantùm, de quâ jam egi, similitudo fuerit; imò et in bellicarum expeditionum tabernaculis ibidem, c. 56: « Tabernaculum, inquit, ad ecclesiæ « similitudinem, magnificentiâ faciendum cu- « ravit, in quo Deo victoriarum datori, ipse « Constantinus, cum episcopis supplicaret; » jamque antea hujuscemodi *tabernaculum separatum* vocârat lib. 2, cap. 14, cùm, antequàm prælium cum hostibus iniret, solitum ait, in tabernaculo separato preces ad Deum fundere. Sancti verò Chrysostomi adhortatio insignis est in homiliâ 18 in Acta Apostolorum, ut non in arcibus tantùm, sed villis etiam ecclesiolæ construantur, sacrificiumque offeratur. Unde et idipsum has in Germaniæ oras, unà cum sacrosanctæ fidei christianæ adventu, adeò adductum videmus, ut, ubi magna etiam sacrarum ædium publicè copia est, multæ tamen in paulò majoribus ac splendidioribus potentiorum domibus aræ sacellaque visantur. Atque hæc de isto veteris pietatis monimento.

Tertiò, à Judith nostrâ discimus, ut non tantùm ejuscemodi vel vera, vel imitatitia domi altaria et religionis ædiculas habeamus, sed in iis verè nos exerceamus, in iis Deum oremus, sacra legamus, cœlestia meditemur. Possent enim apparari conclavia ad omnem pietatem aptissima, templorum instar, piis imaginibus, tapetibus, precatoriis coronis ornatissima, sed puerilium puparum instar omnia illìc esse, vix ullas ibi preces concipi, pietatem ullam exerceri. Quanquàm sanè est hoc ita rarum, ut vix sit, qui domi libenter hæc exstruat, idemque non simul iisdem libenter utatur. Estque potiùs dolendum, esse

hæc jam apud plerosque rariora, et quidem ita ut in ecclesiasticorum etiam quorumdam ædibus gladios potiùs, hastas et bomberdas, quàm oratoria, crucifixos, Bibliorum, sanctorumque Patrum et precum libellos aut corollas videre liceat.

Quartò, et illud discimus, cùm orandum est, curâ omni providendum ut clausi simus, mente tamen, et semper et ubique, adversùs omnem inanis gloriæ captationem, omnesque distractionum illecebras et occasiones; loco autem ipso cùm licet, commodèque fieri potest.

Quintò, discunt viduæ ad precandi studium maximè affici, prout etiam monet Apostolus 1 Timoth. 5, v. 5 : *Quæ autem verè vidua est et desolata, speret in Deum, et instet obsecrationibus et orationibus nocte et die.* Omnis utique vidua, licet opibus maximis, propinquitatibus, affinitatibus et clientelis plurimis abundet, desolata tamen est, prout ostendit Græcum μεμονωμένη, quod Comico alicubi dicitur, *sola,* à Tacito et interprete nostro, *desolata.* Quàm hisce omnibus Judith nostra circumfluebat, et tamen quia viduam se et desolatam intelliget, in Deo solatium, spemque omnem suam collocabat, in precibus noctes atque dies permanebat. Tractat istum locum pulchrè S. Augustinus epist. 121, cap. 1 et 2, sed pressiùs cap. 16, unde hæc : « Concerta in oratione « vincere hoc seculum, ora in spe, ora fideliter et amanter, ora instanter atque patienter, ora sicut vidua Christi. Quamvis enim « ad omnia membra ejus, hoc est, ad omnes « qui in eum credunt, et ejus corpori sociantur, sicut docuit, orare pertineat, specialiter tamen diligentior cura orationum in « Scripturis ejus viduis invenitur injuncta. « Nam duæ fuerunt Annæ honorabiliter nominatæ, una conjugata, quæ sanctum Samuelem peperit; alia vidua, quæ Sanctum sanctorum, cùm adhuc infans esset, agnovit. « Oravit et conjugata in dolore animi et afflictione cordis, quia filios non habebat; tunc « ipsum Samuelem impetravit, et acceptum « Deo reddidit, quia cùm posceret vovit. Sed « oratio ejus, quomodò ad orationem illam « Dominicam pertineat, non facilè reperitur, « nisi quia in eo, quod ibi positum est : *Libera « nos à malo :* non parvum malum videbatur, « et nuptam esse, et fructu carere nuptiarum, « cùm sola excuset nuptias procreandorum « causa filiorum. De illâ verò Annâ viduâ vide « quid scriptum sit : *Quia non discedebat de templo, jejuniis et obsecrationibus serviens nocte ac « die.* Nec aliunde Apostolus, quod et supra « commemoravi : *Quæ autem verè vidua est,* « inquit, *et desolata, sperabit in Domino, et « persistet in orationibus nocte ac die.* Et Dominus cùm semper ad orandum et non deficiendum nos hortaretur, viduam commemoravit, qui licet iniquum et impium judicem, « ac Dei ac hominum contemptorem ad audiendam causam suam assiduè interpellando « convertit. Quàm ergo præ cæteris viduæ « debent vacare orationibus, satis hinc intelligi potest, quòd omnibus ad suscipiendum « orandi studium de viduis propositum est « exhortationis exemplum. Quid autem in hoc « operis genere in viduis electum est, nisi « destitutio et desolatio ? Quapropter si se « omnis anima intelligat in hoc seculo destitutam atque desolatam, quamdiù peregrinatur à Domino, profectò quamdam viduitatem « suam Deo defensori assiduâ et impensissimâ « precatione commendat. Ora ergo ut vidua « Christi, nondùm habens ejus conspectum; « cujus precaris auxilium. Et licet sis ditissima, sicut pauper ora. Nondùm enim veras « futuri seculi divitias habes, ubi nulla damna « formides. Licet habeas filios et nepotes, numerosamque familiam, quod et supra dictum « est : *Sicut desolata ora.* Incerta sunt enim « omnia temporalia etiam usque in finem vitæ « hujus in nostram consolationem mansura. « Tu autem, si ea quæ sursùm sunt, quæris et « sapis, æterna et certa desideras, qui quamdiù nondùm habes, etiam salvis omnibus « atque obsequentibus tuis, tanquàm desolatam deputare te debes. »

Sextò, discunt et hinc religiosæ matronæ, piæque viduæ puellis benè instituendis, et ad pietatem, modestiam, operaque illi ætati et sexui congruentia conformandis operam libenter dare. Si liberos habent aut nurus, hanc in primis curam iis debent, uti ostendit loco citato S. Paulus v. 4 et 10, D. Hier. ad Salvinam, ubi et nobile illud effatum scripsit : *Non est parvi apud Deum meriti benè filios educare.* Si non habent, totas bonæ aliorum institutioni sese si dederint, operæ facient pretium maximum. « Hoc quoque, ait S. Ambrosius libro de Viduis, et ad subsidium et ad « gratiam proficit viduarum, ut ita instituant « nurus suas (honestasve puellas alias) quò « possint in his maturæ habere subsidium senectutis, et quasi STIPENDIUM MAGISTERII, « mercedem quoque suæ capere disciplinæ. « Bona vidua egere non novit, et si lessæ

« fuerit ætatis et supremæ paupertatis, eruditionis tamen suæ solet habere mercedem. « Et si proximi defuerint, invenit tamen extraneos, qui matrem colant, revereantur « parentem. » Quæ sic puellarum magistra efficitur, plus omnibus mittit (Lucæ 21) in sacrum Domini gazophylacium, dùm fidem eas catholicam docet, ab hæresibus custodit, pudorem, pudicitiam, omnemque iis honestatem instillat. Vix in gynæceis suis quidquam hodiè utiliùs facere possint principes nobilesque feminæ, vix in urbibus et vicis aliæ quæcumque graves lectæque matronæ, uti à contrario colligere est, dùm pernendi, suendi, elegantiùsque quidpiam elaborandi, et acu pingendi, aut verò etiam legendi et scribendi speciem, quamplurimas uti etiam lib. 3 de Vitâ Ignatii c. 24, notat Ribadeneira, hæresi depravatas vidimus, ita ut mulieribus doctrinis, artificiis, virtutibusque præstantes feminæ meritissimò possint suo in sexu, Cicer. 2 de Divinatione, illud usurpare : « Quod munus reipublicæ afferre majus meliusve possumus, quàm si « docemus atque erudimus juventutem ? »

Septimò discunt à Judith puellis puellæ, hujuscemodi matronarum usu, magisterio et disciplinâ gaudere, cum quibus contra omnium lascivorum oculos et lenocinia clausæ custodiri, à quibus, quæ vera feminarum adjumenta et ornamenta sunt, doceri, ab omni puellari levitate, impudicitiâ et procacitate arceri et revocari possunt. Omnibus verò virginibus suadet D. Ambrosius lib. 2 de Virginibus, magistram sibi morum proponant beatissimam Virginem. « Sit, ait, vobis tanquàm in imagine « descripta virginitas vitaque Mariæ, de quâ « velut in speculo refulget species castitatis, « et forma virtutis. Hinc sumatis licet exempla vivendi, ubi tanquàm in exemplari magisteria expressa probitatis, quid corrigere, « quid effugere, quid tenere debeatis, ostendunt. Primus discendi ardor est nobilitas « magistri. Quid nobilius Dei matre? Quid « splendidius eâ quam splendor elegit? Quid « castius eâ quæ corpus sine corporis contagione generavit? » D. Hier. ad Lætam : « Virginem nusquàm alibi reperiant (parentes) nisi in adyto Scripturarum, prophetas « et Apostolos de spiritualibus nuptiis sciscitantem. Imitetur Mariam, quam Gabriel in « cubiculo solam reperit. » Plura inibi posteà. Et cap. 19 de Bono viduitatis, D. Augustinus puellas monet ut sanctas anus consulant, *quomodò contra bella tentatoris pugnandum sit.*

Postremò discere hinc etiam habent, quæ conjugio astrictæ vivunt, hæc tanta tot et tam illustrium virtutum, quas partim jam attigi, partim deinceps attingam, rudimenta, non nunc, dùm vidua exstitit : omnium primò didicisse Judith, sed et olim puella cùm esset, à bonis hausisse parentibus, et in conjugio, dùm in vivis fuit maritus exercuisse, omniumque magna et solida fundamenta jecisse.

Quæstiuncula V.

Quæ Judith, quoad corporis cultum, religio?

Quis in conjugio, cùm viveret maritus, Judith, cultus fuerit, indicat caput 10, vers. 3, et maximè textus Græcus. Duplex verò quo assiduè vidua utebatur, cultus hoc in libro describitur : unus, qui cum sui ordinis viduis ei communis erat, et vocatur infra, cap. 10, vers. 2, τὰ ἱμάτια χηρεύσεως, *vestimenta viduitatis*, cujusmodi et in Thamar traduntur Genes. 38, vers. 14 et 19. Erant id genus vestes plenæ pudoris, modestiæ, gravitatis, ut indicat et D. Hieronymus, et ratio. Ille ad Salvinam viduam : « Tu, ait, in mariti tumulo sepelîsti omnes pariter voluptates, litam purpurissimo et cerussâ faciem, super feretrum « ejus lacrymis diluisti, pullam tunicam, nigrosque calceolos candidæ vestis, et aurati « socci depositione sumpsisti. » Ratio verò est, quòd faciei nitor, vestiumque ornatus ideò vel suscipitur, vel toleratur, ut conjugi conjux placeat. *Qui*, ait Apostolus 1 Corinth. 7, v. 33, *cum uxore est, sollicitus est, quæ sunt mundi, quomodò placeat uxori, et divisus est ;* et vers. 34 : *Quæ nupta est, cogitat quæ sunt mundi, quomodò placeat viro.* Vidua verò virum non habet. Quorsùm ergo sese operosiùs elegantiùsque fingat, colat et comat? « Vidua, « inquit ad Furiam S. Hieronymus, quæ marito placere desinit, et juxta Apostolum *verè « vidua est*, nihil habet necessarium, nisi perseverantiam. » Ubi, ait libro de Cultu feminarum, cap. 8 et 9, Tertullianus, « Deus, ubi « pudicitia, ibi gravitas adjutrix et socia ejus. « Quo ergo pacto pudicitiam, sine instrumento « ejus, id est, sine gravitate tractabimus ? Quomodò autem gravitatem administrandæ pudicitiæ adhibebimus, nisi et in facie, et in cultu, « et in totius hominis contemplatione, severitas circumferatur ? Quamobrem ergà vestitum « quoque et reliqua compositionis vestræ impedimenta, proinde vobis curanda est amputatio, et decussio redundantioris nitoris. « Nam quid prodest, faciem quidem frugi, et

« expeditam, et simplicitate condignam divinæ « disciplinæ exhibere, cætera verò corporis « laciniosis pomparum et deliciarum ineptiis « occupare? » Eodem libro extremo, christianas feminas insigniter admonet, aitque : « Prodite vos jam medicamentis et ornamen« tis exstructæ Apostolorum, sumentes de « simplicitate candorem, de pudicitiâ rubo« rem, depictæ oculos verecundiâ et spiritûs « taciturnitate, inserentes in aures sermonem « Dei, annectentes cervicibus jugum Christi. « Caput maritis subjicite, et satis ornatæ « eritis. Manus lanis occupate, pedes domi « figite, et plus quàm in auro placebunt. Ve« stite eos serico probitatis, byssino sancti« tatis, purpurâ pudicitiæ. Taliter pigmentatæ « Deum habebitis amatorem. » Divus verò Augustinus libro de Bono viduitatis, cap. 19 : « Aurem, inquit, inclinemus Apostolo : *Quæ « innupta est,* inquit, *sollicita est ea quæ sunt « Domini, ut sit sancta corpore et spiritu; quæ « autem nupta est, sollicita est ea quæ sunt mun« di, quomodò placeat viro.* Non ait : Sollicita « est ea quæ sunt mundi, ut sancta non sit; « sed certè minor est ea conjugalis sanctitas, « ex eâ parte curarum, quâ mundana cogitatur « voluptas. Quicquid itaque intentionis animi « etiam his rebus impenderetur, quibus pla« cendum esset viro, colligere quodammodò, « et redigere debet innupta christiana in eam « intentionem, quâ placendum est Domino, et « videat cui placeat, quæ Domino placet; et « utique tantò est beatior, quantò plus placet « ei; quantò autem magis cogitat ea quæ sunt « mundi, tantò minùs placet; placete itaque « totâ intentione specioso formâ præ filiis ho« minum : ejus enim gratiâ illi placetis, quæ « diffusa est in labiis ejus. Placete illi eâ « quoque parte cogitationis, quæ occuparetur « mundo, ut placeret viro. Placete illi, qui « displicuit mundo, ut placentes ei liberaren« tur ex mundo. Hunc enim speciosum formâ « præ filiis hominum, viderunt homines in « cruce passionis, et non habuit speciem ne« que decorem, sed facies ejus abjecta, et de« formis positio ejus. Ex hâc tamen defor« mitate redemptoris nostri, manavit pretium « decoris vestri, sed decoris interioris. Omnis « enim pulchritudo filiæ regis intrinsecùs. Hâc « illi pulchritudine placete; hanc pulchritu« dinem studiosâ curâ et sollicitâ cogitatione « componite. Non amat ille fallaciarum fucos, « veris veritas delectatur. *Ego sum,* inquit, *via, « veritas et vita.* Currite ad illum, per illum, « placete illi ex illo, vivite cum illo, in illo, « de illo. Affectibus veris, et sanctissimâ ca« stitate, à viro tali amate amari. » D. Fulgentius epist. 2, cap. 11 : « Cur, ait, vidua chri« stiana gerat animum vinculo cujusquam « mundanæ cogitationis innexum, quæ mor« tuo viro mundum debet æstimare commor« tuum? Causâ igitur mundanæ cogitationis « desistente, debet ipsa quoque cogitatio mun« dana cessare. Et sicut antea corporaliter or« nabaris viro, qui delectaretur specie corpo« ris, ita nunc spiritaliter ornanda es Christo, « qui solam in te quærit pulchritudinem men« tis. » Et cap. 12 : « Habitus tuus talis sit, « qui non ad lasciviam excitet, sed ad conti« nentiam provocet; qui non illiciat ad libidi« nem, sed comprimat ad timorem; qui non « accendat carnis concupiscentiam, sed ex« tinguat; qui non illiciat ad concubitum, sed « excitet ad profectum; ex quo cordis com« punctio, non carnis libido nascatur, unde « Filio Dei placeas, unde te verè castam ob« tutui sponsi cœlestis ostendas. » Denique S. Hieronymus ad Furiam : « Amorem mo« nilium atque gemmarum sericarumque « vestium transfer ad amorem Scripturarum. »

Cultus porrò viduæ nostræ *alter* ipsi jam magis proprius erat, magisque ad religionem et continentiam spectabat. Habebat *super lumbos suos cilicium,* ut scilicet quò sese coram Deo magis demittit et affligit, eò ipsi magis placeat, majoremque ab eo et nunc gratiam et olim gloriam consequatur. Deinde ut ista vestis asperitate carnis mollitiem perpungat, lasciviam refrenet, ignes opprimat. Ideòque non cilicium et saccum quoquo modo habebat, sed super lumbos suos, ut carni proximè adhæreret, eam fodicaret, doloreque afficeret. At, dicet aliquis, super umbilicum habere illud potiùs debuisset, « quia, inquit S. Gre« gorius, homiliâ 13, viris luxuria in lumbis « sit, feminis in umbilico, testatur Dominus, « qui de diabolo ad beatum Job loquitur, di« cens : *Virtus ejus in lumbis ejus, et fortitudo il« lius in umbilico ventris.* A principali igitur « sexu, lumborum nomine, luxuria designa« tur, cùm Dominus dicit : *Sint lumbi vestri « præcincti.* Lumbos enim præcingimus, cùm « carnis luxuriam per continentiam coarcta« mus. » Verumenimverò etiam feminis in feminibus et lumbis libido est, et viris in umbilico, quia honestis nominibus, significatur, quæ inferiores corporis partes occupat libido, et quia ab hâc lumbos coercet, ei ab umbilico

periculi nihil est. Vidua igitur nostra, duro asperoque cilicio lumbos lancinat, et sanè ita ut umbilico non parcat. Totam enim castissimam ejus carnem circumplectebatur cilicium. Unde et in Græco : Ἐπέθηκεν ἐπὶ τὴν ὀσφὺν αὐτῆς σάκκον, quod alicui fortè vertendum videretur per singularem : *Imposuit super lumbum suum saccum,* quia è ciliciná materiâ sacci fiebant Apocalyps. 6, vers. 12, ideò, quod Hebraicè et Græcè *saccus* dicitur, sæpè à nostro *cilicium* vertitur. At sciendum in Latinâ linguâ, quod propriè τῆς ὀσφύος vim exprimat, vocabulum nullum esse ; sed modò *lumbos,* modò *ilia,* pro eâ voce poni, cùm tamen eam totam dorsi partem, quâ cingimur, significet, estque totius spinæ partium crassissimis maximisque vertebris compacta, quæ quinque numero sunt, eæque inter dorsum et os sacrum mediæ, aut certè, Hesychio auctore, partem corporis illam indicet, quæ propè latera inanis est. Ideò et lumbos, et umbilicum, et ilia corpusque totum cilicio sanctissima vidua hæc, ut sub Dei rectæque rationis ditionem, suam ipsa carnem totam subjungeret, divexabat. Quemadmodùm enim vestium mollitudo, luxuriæ læna quædam est, ipsumque et corpus et animum, ut cujusdam verbum habet, *malacissat,* ita è contrario, earumdem duritas castimoniæ custos est, ipsique et corpori et animo robur cœleste conciliat. *Quid exîstis*, aiebat Dominus, Matth. 11, v. 18, *videre? hominem mollibus vestitum ? Ecce qui mollibus vestiuntur, in domibus regum sunt;* regum, inquam, terrenorum et principum hujus mundi. At, quibus *melius est habitare in domo Domini*, *quàm in tabernaculis peccatorum,* quique, cum sanctâ Judith, in secreto domûs suæ cubiculo, in piæ modestæque vitæ tabernaculo clausi commorantur, quid iis cum mollibus? « Vestium pompæ, ait Tertullianus libro indicato, cap. 9, de proximo curant luxuriæ negotium, et obstrepunt pudicitiæ disciplinis. » Hinc magnus ille Dei cultor et virginitatis exemplar Elias, *vir erat pilosus, et zonâ pelliceâ accinctus renibus,* 4 Reg. 1, v. 8. Novi Testamenti Elias, S. Joannes Baptista, *habebat vestimentum de pilis camelorum, et zonam pelliceam circa lumbos suos*, Matth. 3, v. 4. Sancti, quibus dignus non erat mundus, *circuierunt in melotis, in pellibus caprinis.* Hebr. 11, vers. 37 : « Hic, ait in Zachariæ 13 D. Hieronymus, erat habitus prophetarum, ut quando populum ad pœnitentiam provocabant (quo munere quàm infrequens iis vocatio !), induerentur cilicio. » Et de veteribus anachoretis et cenobitis ut nihil jam dicatur, quot episcopi sanctissimi eâdem amicti veste fuerunt! Quot viri nobiles, principes et reges, quos inter tanquàm lilium est S. Ludovicus Francorum rex! Quot conjuges, viduæ, virgines! Lege, si quidem scire aves, sanctarum historias, Cæciliæ, Melanæ, Euphrosinæ, Pelagiæ, Hedwigis, regumque filiarum Edithæ, Margaretæ, et Elizabethæ. Quocirca S. Fulgentius epistolâ 2, cap. 12 : « Ille, inquit, sponsus, carnem tuam maceratam vult videre, non nudam. Animæ connubio utitur, nec carnis, sed animæ pulchritudine delectatur. Quocirca castigatione corporis acquire pulchritudinem cordis. Vilibus caro tegatur operimentis, et pretiosis anima vestibus induatur. Ne quæras ut placeas oculis hominum, sed ut Christi non offendas aspectum. Ille in te quod diligit videat, quod dedit inveniat, quo delectatur agnoscat. *Concupivit* enim *Rex speciem tuam, sed omnis gloria filiæ regis intrinsecùs.* » Cùm à Lucinio Betico, locuplete quidem homine, sed admodùm pio, munera quædam accepisset S. Hieronymus, quænam ipse remisit : « Ego, ait, insignia paupertatis, et quotidianæ symbola pœnitentiæ, tibi et sorori tuæ misi quatuor ciliciola, apta proposito, et usibus vestris. »

QUÆSTIUNCULA VI.

Quænam, quoad cibum, ejusdem religio?

Jejunabat, ait textus, vers. 6, *omnibus diebus vitæ suæ.* Non corpori dura tantùm et molesta extrinsecùs admonet Judith, sed ei etiam intrinsecùs aufert, primò quidem quæ jucunda, dulcia et delicata ; deinde verò et usitata, quotidiana, penèque necessaria, idque non alicujus jussu, neque consuetudine vel paupertate aliquâ, sed spontè, ob eosdem, qui superiore quæstione, in vestibus notati fines. In Epistolæ supra citatæ c. 15, S. Fulgentius : « Ne quis, ait, illam sanctam viduam non devotione cordis, sed necessitate paupertatis jejunâsse putet, audi quid de eâ in subsequentibus dicitur. Ecce vidua præclara natalibus, facultatibus dives, ætate juvenis, specie mirabilis, divitias contempsit, delicias respuit, carnis incentiva calcavit. » Nam quæ quotidianis assiduè jejuniis vacabat, quomodò ullas ciborum delicias, vini vel abundantiam vel nobilitatem adhibeat? Imò verò totos jejunia dies exigebat, prandicula et prandia nulla sumebat, famelico la-

trantique stomacho, non nisi occidente sole, ne ipsum inediâ corpus planè occideret, necessarium cibum præbebat, eumque modicum, vilem, prorsùsque necessarium. Austera enim Judæorum jejunia fuisse refert Judæus Philo in Vitâ Moysis, quæ *ante vesperum* non solverentur, uti supra, cap. 6, vers. 19, innuitur, imò ne *ante stellæ* quidem *ortum*, ut apertè ait S. Hieronymus lib. 2 contra Jovinianum. *Vidua*, inquit Apostolus 1 Timoth. 5, vers. 6, *quæ in deliciis est*, *vivens mortua est*. Pythagoreorum mos traditur, si à philosophicâ sectæ illius vitâ descivisset quispiam, solitos cæteros huic, etsi vivo adhuc, funus ducere, cenotaphium excitare, tanquàm mortuum lugere. Hoc idem in viduis, quæ luxu deliciisque lasciviunt, faciendum sentit Apostolus, eas jam conclamat, et in sepulcro veluti conditas, infraque mortuos omnes, amandatas deplorat. Unde contra intelligitur, eas verâ vitâ perfrui viduas, quæ omnem à se luxum deliciasque removent : « Non velis, « ait idem S. Fulgentius epist. 2, cap. 13, « talibus nunc mensam tuam replere deliciis, « qualibus eam replebas, quando carnali con« nubio serviebas. Audi magistrum gentium, « quid de viduâ dicat : *Quæ in deliciis est*, « *vivens mortua est*. Comedant (ait ad Salvi« nam S. Hieronymus) carnes quæ carni ser« viunt, quarum fervor despumat in coitum, « quæ maritis alligatæ, generationi ac liberis « dant operam. Quarum uteri portant fœtus, « earum et intestina carnibus impleantur. Tu « verò quæ in tumulo mariti sepelisti omnes « pariter voluptates, quæ litam purpurisso et « cerussâ faciem, super feretrum ejus lacry« mis diluisti, quæ pullam tunicam, nigrosque « calceolos, candidæ vestis et aurati socci « depositione sumpsisti, nihil habes necesse « aliud, nisi perseverare in jejunio. Pallor et « sordes gemmæ tuæ sint, plumarum mollities « juvenilia membra non foveat. Balnearum « calor novum adolescentulæ sanguinem non « incendat. Audi quid ex personâ viduæ con« tinentis, ethnicus poeta decantet :

Ille meos primus qui me sibi junxit, amores
Abstulit; ille habeat secum, servetque sepulcro.

« Si tanti vilissimum virum, quanti pretio« sissimum margaritum? Si communi lege « naturæ damnat omnes gentilis vidua vo« luptates, quid exspectandum est à viduâ « christianâ, quæ pudicitiam suam non solùm « ei debet qui defunctus est, sed et ei cum « quo regnatura est? » Et ad Furiam : « *Vidua* « *quæ in deliciis est* (non est meum, sed Apo« stoli), *vivens mortua est*. Quid sibi vult hoc « quod ait : *Vivens mortua est?* Vivere quidem « videtur ignorantibus, et non esse peccato « mortua, sed Christo, quem secreta non fal« lunt, mortua est. *Anima quæ peccaverit*, « *ipsa morietur*. Quorumdam hominum pec« cata manifesta sunt præcedentia ad judicium; « quosdam autem et subsequuntur. Similiter « et facta bona manifesta sunt, et quæ aliter « se habent, abscondi non possunt. Quod « dicit istiusmodi est : quidam tam liberè et « palam peccant, ut postquàm eos videris, « statim intelligas peccatores. Alios autem, « qui callidè occultant vitia sua, ex sequenti « conversatione cognoscimus. Similiter et bona « apud aliquos in propatulo sunt, in aliis « longo usu discimus. Quid ergo necesse est « nos jactare pudicitiam, quæ sine comitibus « et appendiciis suis continentiâ et parcitate, « fidem sui facere non potest? Apostolus ma« cerat corpus suum, et animæ subjicit impe« rio, ne quod aliis præcipit, ipse non servet; « et adolescentula fervente cibis corpore, de « castitate secura est? Neque verò hæc dicens « condemno cibos, quos Deus creavit ad uten« dum cum gratiarum actione, sed juvenibus « et puellis incentiva aufero voluptatum. Non « Ætnei ignes, non Vulcani tellus, non Vesu« vus et Olympus tantis ardoribus æstuant, « ut juveniles medullæ vino plenæ et dapibus « inflammatæ; » quæ postrema nimiùm quàm vera verba aliam ob causam, in Tobiâ etiam citata, cap. 8.

Quæstiuncula VII.

Quibus temporibus cilicium gestabat et jejunabat Judith, vel non? et primò de Sabbatis.

Græcus, isto capite, textus, tantùm significat assiduè cilicium gestâsse, prout assiduè suo in tabernaculo manebat, viduitatisque suæ vestes induebat. Id autem quotidianum erat. Latinus verò, eodem quidem sensu, sed paulò planiùs, indicat iisdem omninò temporibus, quibus jejunare solebat, cilicinâ quoque interulâ indui solitam. Ait enim : *Habens super lumbos suos cilicium, jejunabat*. Si ergo *jejunii tempus* habeamus, habebimus et cilicii. Explicat verò illud contextus dupliciter. Nam primò universè *jejunabat* ait, *omnibus diebus vitæ suæ*. Deinde, speciatim, per quamdam veluti exceptionem, aut explicationem potiùs, adjungit, *præter sabbata*, *et neomenias*, *et festa domûs*

Israel. Prius illud intelligendum de diebus omnibus vitæ non totius, sed ejus quam in viduitate agebat. De hâc enim jam agitur et expressè à Græco notatur : *Jejunabat omnibus diebus viduitatis suæ.* Hoc verò viduitatis tempus, vel statum potiùs et ordinem, vocat libro de Virginibus velandis, cap. 9, Tertullianus *viduatum.* « Planè, ait, scio alicubi virgi« nem in viduatu ab annis nondùm viginti « collocatam. » Explicatio verò temporis, quo jejunium intermittebat, in Latino *triplices dies* proponit, quorum primus ad hebdomadas singulas pertinet, alter ad menses singulos, tertius ad certa quædam anni totius tempora. Primus est *sabbata.* Omnes interdùm hebdomadæ dies, *sabbata* vocantur, totaque hebdomada *sabbatum*, ut Lucæ 18, v. 12, aliquando pro eo die est, qui propriè sabbatum vocabatur, de quo sic ad Hedibiam, quæst. 4, D. Hieronymus : « Omnis hebdomada in sabbatum, et « in primam et secundam, et tertiam, et quar« tam, et quintam et sextam sabbati dividitur, « quam ethnici idolorum et elementorum no« minibus appellant. » Quia verò hic Judæis dies gaudii erat, ob mundi creationem perfectam, ut indicat in Isaiæ 15 D. Hieronymus, et epist. 86 D. Augustinus, ideò nullum tunc jejunium suscipiebatur ; imò tradit Rabbi Moyses Ægyptius lib. 3 de Temp. cap. de Sabbato, et cap. de Jejunio, vetitum illis fuisse sabbato jejunare, neque quantàvis gravi calamitate jejunium indicere, nisi fortè ab hostibus urbs obsideretur, et qui faxisset secùs, eum eâ plecti solitum pœnâ refert, ut esuriales postero iterùm die ferias servare cogeretur, et si *Purim* jejunium, de quo in Esther dicetur, in sabbatum fortè incidisset, id anticipandum et in feriam quintam adducendum. At verò sabbatis etiam jejunâsse Judæos probari videtur ex eo quòd lib. 4, epig. ad Bassam, Martialis *jejunia sabbatariorum* appellat. Quia tamen verè dici potest, sabbatarios, non eos qui sabbato jejunant, sed Judæos omnes, qui sabbata omnia feriabantur, vocari, probatur exinde potiùs, primò quidem, quòd pallorem ex inediâ quasi ortum sabbatis tribuat Persius satyrâ 5 : *Recutitaque sabbata palles.* Deinde, quod Strabo, lib. 16, notat, sabbato dùm jejunii otiique Judaici diem observâsset Pompeius, Hierosolymam eum cepisse. Tertiò, quòd Justinus, lib. 36, ait, Judæorum sabbata jejunio esse à Moyse in omne ævum dicata. Quartò, quòd sabbati jejunium penè proverbio apud gentiles jactatum fuerit. Est enim apud Suetonium in Octavio, cap. 76, Augusti ad Tiberium Epistolâ, in quâ cùm scripsisset : « Dùm lecticâ ex regiâ domo re« deo, panis unciam cum paucis acinis uvæ « duracinæ comedi, » subjungit : « Ne Judæus « quidem, mi Tiberi, tam libenter sabbati je« junium servat, quàm ego hodiè servavi, « qui in balneo demùm post horam primam « noctis duas bucceas manducavi, priusquàm « ungi inciperem. » Postremò, quòd Josephus Straboni, quem etiam laudat, omninò astipulatur cap. 8, lib. 14, mense tertio, τῆς νηστείας ἡμέρα, *die jejunii,* Hierosolymam à Pompeio esse occupatam, et sabbati nomen propriè accipit. Dicit enim ibidem, ab omni opere Judæos vacare, καθ' ἐκείνας τας ἡμέρας, ἅσ δὴ σάββατα καλοῦμεν, *illis diebus, quos sabbata vocamus*, iterùmque πάτριον ἡμῖν ἀργεῖν τασ ἑβδομάδας ἡμέρας, *patrii moris ac instituti nobis est septimos dies feriari.* Quomodò igitur sabbatis non jejunat Judith? Quomodò id usque adeò vetitum ait Rabbinus ille Moyses? Crediderim ego, primò, etiamsi die sabbati jejunare prohibitum non fuisset, rectè tamen potuisse Judith cœpta interrumpere jejunia, quia magnum erat sex totos jejunium dies continuâsse, et quod videtur majus et melius, potest majore cum fructu et pietate interdùm omitti, verbi causâ, ut si quis deinceps ad cursum reliquum vegetior; ut suis viribus agat convenienter; ut aliis, quos optima quemque docere vult, se aliquantulùm, absque delicto ullo, accommodet, ne severitate nimiâ, quæ nullâ unquàm remissione condiatur, absterreantur. « Pluvia, inquit ad Furiam D. « Hieronymus, illa optima est, quæ sensim « descendit in terram. » Et Apostolus omnibus omnia factum se dicebat. Variæ variis sanctis rationes agendi sunt, et bonæ omnes, unum in scopum tendentes, gradu licet, modoque aliquantulùm dispari. Deinde potuit, cùm urbs obsideretur, jejunium sabbato indici, ut ait Judæus ille magister Ægyptius. Quid ergo absurdi, si et sabbato et jejunii die capta esset Hierosolyma? Tertiò, cùm jejunio sese Judæi cruciabant, omne ferè illud tempus, precando in templo vel synagogâ morando, ferèque ab operibus aliis cessando transigebant, idque jejunii quædam apud eos sanctificatio erat, prout et sabbati. Quartò, gentiles scriptores partim per minorem Judaicarum rerum scientiam, partim verò per malitiam et irrisionem, omnia ipsorum otia et conventus, sabbata vocabant, ipsosque sabbatarios. Quanquàm Au-

gustum ipsum propriè quid sabbatum esset ignorâsse quis credat, qui privilegium Judæis fecerat, ne sabbatis ad vadimonia cogerentur prout in ipsius edicto legere est apud Josephum lib. 16, cap. 10, qui eorum synagogam ibidem σαββατεῖον appellat, quod ut supra dictum est, et expressè monet loco, jamjam citando, Philo, sabbatis maximè Judæi convenirent, qui etiam noluit eosdem Judæos publicarum distributionum, quæ in sabbatum fortè incidissent, fructu carere, sed postridiè ipsis à diribitoribus dari præcepit, ut apud Philonem est libro de Legatione ad Caium. Quintò, ad sabbaticorum jejuniorum suspicionem gentilibus excitandam, magna dabatur ab Dositheanâ hæresi occasio. Qui enim Judæi hanc sequebantur, adeò superstitiosè sabbatum colebant, ut eodem loco et situ, impransi et incœnati, totum eum diem permanerent, legisque libros legerent, quemadmodùm narrant S. Epiphanius lib. 1, cap. 13, Origenes lib. 4 de principiis, Synesius ad Evoptium de suâ navigatione. Postremò, verisimilius, communiter nullum eo die jejunium indictum fuisse, partim propter ante dicta, partim quia nulla lex aut consuetudo quæ jejunium tunc imponat, invenitur, et quia scribit Josephus in vitâ suâ, cùm essent in synagogâ sabbato Judæi, et populum Jonathas aliique libenter diutiùs retinuissent, ausos tamen non fuisse, quia diei hora sexta jam aderat, καθ' ἣν, ait, τοῖς σάββασιν ἀριστοποιεῖσθαι νόμιμον ἐστὶν ἡμῖν, *quâ horâ nobis legitimum est sabbatis prandere*, ideòque non jejunare, cùm, ut supra dixi, ad vesperam et stellarum aspetum, Judaica proferri jejunia solerent. Demùm idipsum satis innunt, qui sabbatis tradunt, otio epulisque Judæos vacare solitos, D. Hieronymus in Isaiæ 15, Socrates ecclesiasticæ Hist. lib. 7, c. 13. Ideòque se sancta Judith non huic intemperanti lascivæque abusioni, sed bono alioquin et honesto Ecclesiæ illius temporis mori accommodavit, quemadmodùm docet S. Ambrosius libro de Viduis, quem infra licebit commodiùs audire.

QUÆSTIUNCULA VIII.

De temporibus aliis, quæ in Latino et Græco textu.

Festum erat mensium omnium principium, quod *rosch chodaschim* dicitur Num. 28, vers. 11, interdùm simpliciter *chodesch*, ut Oseæ 2, vers. 11, à 70 Interpretibus νουμηνία, à nostro *kalendæ*. Quia enim à lunæ novæ principio inchoabantur Judæorum menses, sicuti et olim apud Græcos ἀπὸ τῆς μήνης ὁ μήν, *à lunâ mensis*, apud veteres etiam Germanos à *Mon* est *der Monat;* ideò neomenia, sive novilunium vocatur primus mensis cujusque dies. Præter sabbata porrò et neomenias istas, erant alia *festa domûs Israel*, quæ scilicet celebrare solebant Israelitæ. Ea, istis Judith temporibus, erant in lege præcepta : *Pascha*, Exodi 12, Levit. 23, Deuteron. 16; *Azyma*, Levit. 23; *septima Azymorum*, ibid.; *Pentecoste*, ibidem, quæ et *Hetsereth*, vel, ut effert lib. 3 Antiquit. cap. 10, Josephus, ἄσαρτα vocatur; *Tubarum clangor*, ibid.; *Expiationis dies*, sive *kippurim*, ibid. : *Scenopegia*, et *ejus octava*, quæ etiam *Hetsereth*, vel *festus dies cœtûs atque collectæ*. His ergo neomeniis et festis, jejunium Judith solvebat, communique aliorum more prandebat. Semper enim more fuit illud receptum, quod postea expressit Nehemias cap. 8, vers. 9 : *Dies sanctificatus est Domino Deo nostro. Nolite lugere, et nolite flere.* Sed præter enumerata ista in Latino textu terna tempora, quibus modica jejunii à Judith relaxatio fiebat; adjunguntur à textu Græco terna insuper alia, τὰ προσάββατα, αἱ προνουμηνίαι, καὶ χαρμοσύναι οἴκου Ἰσραὴλ, *pridiani sabbatorum dies, pridiani kalendarum, et gaudia* seu *hilaritates domûs Israel.*

QUÆSTIUNCULA IX.

Quid prosabbata sint, et num apud Judæos esurialia et festa fuerint?

Prosabbatum est, quod nobis *feria sexta*, Gentilibus *dies Veneris*, Judæis *sextus sabbati*, vel *parasceve.* Nam et hâc voce Græcâ eos usos, testis D. Augustinus in Joannem tract. 117. Et de hoc die quatuor hìc perstringenda : Primum, fueritne apud Judæos jejunio consecratus? Opinantur aliqui, unâ hâc D. Augustini notatiunculâ tract. 76 in Joannem commoti. « Parasceven, cœnam puram Judæi, Latinè « usitatius apud nos vocant. » Cœna verò pura videtur, severum illud jejunandi genus, quo ex aridis tantùm cibis gustare licuit, et à Tertulliano adversùs Psychicos, cap. 1 et 9, *kerographia* nuncupatur. Sed si commune publicumque feriâ sextâ Judæis jejunium fuisset, quomodò id Judith violâsset? Quæ virtus, quæ laus fuisset, in vetitum niti, negata cupere, concessis edendi temporibus non edere, non concessis edere? Neque illa divi Augustini notatiuncula quidquam evincit : cùm enim variè apud veteres purarum cœnarum nomen accipi possit, ut ex Festo, verbo *Penem*,

Apuleio sub finem Asclep., Tertulliano adversùs Marc. lib. 5, cap. 4, Irenæo lib. 5, cap. 23, intelligitur, ea tamen Judæis parasceve sola, *cœna pura* erat, quæ azymis seu puris et infermentatis panibus de quibus 1 Corinth. 5, utebantur, quemadmodùm tomo 1 Annalium disseruit accuratè Baronius.

Alterum est, fueritne prosabbatum festus dies? Posset enim hoc alicui videri, quia causa nulla, cur alioquin eo die prandium cœnamque Judith sumere voluerit, compareat. Hodiè sanè Turcis, qui hæreticorum et apostatarum more, alios quàm Ecclesia catholica præscribat, sibiipsis ritus finxerunt, est is dies, quemadmodùm nobis Dominicus, et ab iis, ut scribit Pandectæ cap. 11 Leunclavius, « dicitur; *dsiuma*, duabus syllabis, vel *dsiu-* « *ma iuni*, quod significat diem Ecclesiæ sive « templi. Nam Veneris diem feriantur, » monetque à quibusdam scribi *zuma et zuna*, et addi possit *iommaiom*, si, prout meæ, à Turcicè loquentibus, aures capere potuerunt, scribendum esset. Non fuisse Judæis festum, claret, quia neque sacrificiorum ulla solemnitas, neque ulla operum abstinentia eo die indicta usquàm legitur, quin eo ipso die Dominum illi crucifixerunt, celeriter discipuli sepelierunt, aromata sanctæ mulieres emerunt. Quid, παρασκευή numquid erat? id est, præparatio ut sese ad sequentem sabbati festivitatem compararent, cibosque et alia omnia, quæ agere postea non licebat, præpararent? Est et hodiè apud Judæos Canon qui totos tres ejus diei quadrantes operosos, reliquum verò cessantem et otiosum esse vult, ita ut sit is dies intercisus, quâdam scilicet ex parte non festus, quâdam ex particulâ festus. Ita verò sciscit ille: « Qui in sabbato- « rum, dierumque bonorum seu festorum vespe- « ris, ab ipsâ minchâ, seu sacrificio vespertino « et ultra, opus facit, is bonum benedictio- « nis signum in æternum non videbit. »

Quæstiuncula X.

Sitne prosabbati tantùm particula parasceve? et cur eo non jejunabat Judith?

Tertium ex iis quæ proposita sunt, est, fueritne totus prosabbati dies, parasceve, an certa ejus tantùm pars? Arbitratur Josephus Scaliger lib. 6 de Emendatione temporum impropriè et καταχρηστικῶς, totum diem ita vocari, propriè verò eam tantùm partem, quæ ab horâ die nonâ est, usque ad desinentem duodecimam. Nihil tamen, quod huic arbitrio suffragetur, video. Unus tantùm in Augusti edicto antea citato, apud Josephum lib. 16, cap. 10, locus ait, Judæos non esse ad vadimonia compellendos, ἐν σάββασιν, ἢ τῇ πρὸ ταύτης παρασκευῇ, ἀπὸ ὥρας ἐνάτης, *sabbatis, vel pridianâ parasceve ab horâ nonâ*. Verùm si propriè *parasceve* ab horâ nonâ incœpisset, neque totum diem ea propriè vox significaret, opus non fuisset addere *ab horâ nonâ*, quemadmodùm si dixisset *pomeridiano tempore*, opus nihil fuisset subdere *ab horâ diei sextâ*, vel si *à vigiliâ noctis quartâ*, quippiam omittendum præscripsisset, quorsùm adderet *ab horâ noctis nonâ?* Sed quia totus ille dies *parasceve* propria erat, neque tamen totum iis à vadimoniis immunem facere volebat, sed eam tantùm diei partem, quæ ipsis erat religiosior, ideò distinctè adjecit *ab horâ nonâ*. Et quomodò duarum, triumve horarum spatio, potuissent, omnia secuturorum sabbatorum apparari et coqui edulia, præsertim cùm, ut ante dictum est, sabbatis hilariùs epulari consuêssent, et canon antea citatus ab vespertinæ oblationis tempore, quod ex Josepho lib. 14, cap. 8, *horam nonam* fuisse constat, operis quidpiam operari vetaret. Meridianam verò nobis lucem affert S. Joannes, dùm cap. 19, vers. 14, inquit: *Erat autem parasceve Paschæ hora quasi sexta, et dicit Judæis: Ecce Rex vester.* Nonne nonam anteivit sexta? et tamen parasceven jam tum fuisse ait S. Joannes. Quâ verò vel minimâ ratiunculâ impropriè is loqui ostendatur? Ideòque nimiùm pro imperio Beza in eum S. Joannis locum: *Incipiebat*, ait, παρασκευή, *ab horâ nonâ, et duodecimâ desinebat cum occidente sole. Sed nihilominùs totus ille dies vulgò parasceve dicebatur.* Quasi cum Pilato in lithostroto ille Judex sederet, ita nullam judicii sui rationem affert, et cum vulgo Joannem loqui pronuntiat. Sed et alii Evangelistæ prosabbaticum diem totum παρασκευὴν appellant S. Matth. 27, vers. 62, dùm diem crastinum ipsi parasceves diei opponit, S. Lucas 23, vers. 54, dùm non simpliciter ait, *erat parasceve, et sabbatum illucescebat*: sed, ἡμέρα ἦν παρασκευή, *dies erat parasceve.* S. Marcus 14, vers. 42: *Cùm jam serò esset factum* (*quia erat parasceve, quod est antesabbatum*) *venit Joseph ab Arimatheâ.* In Græco apertiùs et quidem vocabulo, de quo hic posito, ἦν παρασκευὴ ὅ ἐστι προσάββατον. *Erat parasceve, quod est prosabbatum.* At prosabbatum non est propriè sola feriæ sextæ vespera. Ergo nec parasceve.

Quartum denique est, cur prosabbatis non jejunârit Judith? Sic enim ad festum sese diem religiosiùs præparâsset. Jam dixi antea eam communi sese mori, variis de causis, accommodâsse. Quia verò prosabbatum, et si festum totum non erat, festi tamen aliquid jam habebat, ideò jejunia minùs admittebat mos publicus, ita ut à Judith fieret, quod à bonis hodiè piisque viris fit, quando duæ vel tres continuantur festivitates, ut in Paschate et Nativitate.

Quæstiuncula XI.

Pronumenia quid, et Judæis num festa? et cur in eâ jejunium relaxârit Judith?

Pronumenia, id est, ante novilunium, dicitur mensium lunarium dies ultimus cùm à lunâ novâ incipiat sequens, et quia interdùm ejus diei pars veteri, pars novæ lunæ convenit, ideò, ut in Aristophanis Nubibus disputat cum patre filius, et alicubi dijudicat cum Solone Plutarchus, vocata est ἔνη καὶ νέα, quasi *vetus et nova.* Rursùmque quia æquabilium lunarium mensium dies ultimus, ad tricesimum semper numerum pertinebat, ideò et τριακὰς nuncupatur. De hâc verò *duo* quæ inquirantur; hujus loci sunt: *Unum: An festa Judæis semper fuerit istiusmodi pronumenia?* Affirmat lib. 3 de Emendatione temporum, paulò ante nominatus Scaliger, nec tamen, ut antea Beza, sine ratione. Nam primò is dies vocatur *cese* aut *ceseh*, ipsiusque, tanquàm festi mentio fit Psal. 80, vers. 4; Proverb. 7, vers. 19; Exodi 17, vers. 16. Deinde Horatius Satyrâ 9, *curtorum* sive circumcisorum Judæorum *tricesima sabbata* vocat τὴν τριακάδα. Tertiò S. Paulus ad Coloss. 2, v. 16, conjungit ἑορτὴν, νεομηνίαι, και σάββατα. In eam tamen sententiam ire nondùm potui, primò quia Hebræorum regula est, quam et hoc loco et postea lib. 6 notat Scaliger; cavendum ne duo sabbata, seu duo festi dies continuentur. At si tam novilunium quàm ante novilunium festa essent, nonne continuarentur? Deinde in Levitici 23, neque in ullis aliis Judaicorum festorum fastis pronumeniarum mentio ulla est. Tertiò, quia Scaligerianarum rationum ne una quidem firma est. Prima enim bifariam convellitur, *generatim* nimirùm et *speciatim. Generatim* quidem, quia negare licet *cese* aut *ceseh* significare diem illum tricesimum. Hebræi siquidem, ut explicat Rabbi David Camius aiunt significare *zeman*, id est, *tempus commodum* et *constitutum*, quod aliàs dicitur *moed*, et cùm, pro locorum diversitate, varium tempus hoc intelligi possit, variè à veteribus Græcis et Latinis vertitur, uti jamjam patebit: à nullo tamen unquàm triacas *intermenstruum* aut *antenovilunium*. Quid, quòd nec Scaliger, bonam satis causam, cur ita vocari posset, excogitare potuit? Ait enim vel à *casas*, id est, à numerando duci posse, quòd ultra tricesimum nullus numerus mensium admitteretur: vel à *casah*, id est, à tegendo, quòd luna tum tecta esset et silens. Nunquàm enim numeri alicujus extremum isto nomine vocatur; et non solùm novilunii pridianus, sed propridianus etiam, eodem nomine affici deberet, uti ex astronomico lunæ curriculo doceri potest. *Speciatim* verò, in psalmo 80, veterum interpretum neque Chaldæorum, neque Hebræorum, Græcorum aut Latinorum ullus interlunium istud interpretatur. Sed Latinus quidem: *Buccinate in Neomeniâ tubâ, insigni die solemnitatis vestræ.* Septuaginta: Σαλπίσατε ἐν νεομηνίᾳ σάλπιγγι ἐν ἐυσήμῳ ἡμέρα ἑορτῆς ὑμῶν, Chaldæus, *in tegmine solemnitatis nostræ*, ut potissimùm agatur de festo tabernaculorum: aut certè generatim de omni constitutâ festivitate, ut rectè ibi explicat Genebrardus. In Proverbiorum 7, potest similiter accipi tempus aliquod paulò longiùs præfixum, ut interpretantur Hebræi et 70. Qui verò tempus hoc definiunt, aiunt *plenilunium*, ut noster interpres, et Aquila qui εἰς ἡμέραν πανσελήνου ὀν ἡμέρα ἐυσήμου. In Exodi 17, qui assentiatur, habet Scaliger neminem. Ei textus noster adversatur, qui Hebraicas duas voces, *ces iah*, exponit, *solium Domini*, adversantur Hebræorum Magistri Salomon, Abenezra, Josephus, alii, qui de Amalecitis delendis prophetiam hìc intelligunt, adversatur denique sententia ipsa, et Hebraicus textus, et temporis ratio. *Sententia* quidem, quia Moysen vult in triacadis, quâ Amelecitæ victi erant, memoriam, cippum erexisse, cum hâc epigraphe: *Æternum bellum fore, inter populum Dei et Amalek.* Sed istud quomodò cum textu cohæret? Erexerat Moyses altare, vocâratque, *Exaltatio mea*, et causa subditur cum particulâ *quia.* Causa verò cujusmodi fuerit, si cum Scaligero dicas, *quia cippus* seu *triumphalis arcus triacadis?* Jam Hebraici textus exemplaria, quæ hodiè quidem in Christianorum, Judæorumque manibus sunt; omnia cum nostro interprete duas voces legunt *ces iah, solium*, seu *thronum Dei;* ipse verò è duabus unicam conflari vult *cesiah*. Cæterùm ipsa *temporis ra-*

tio quam ei repugnat? *Ultima*, inquit, *mensis secundi, Amaleki copiæ deletæ.* Exodi cap. 19. Nusquàm hoc in cap. 19 asseritur. Sed neque secundùm ipsummet Scaligerum asseri potest. Nam quo die pugnam hanc pugnârunt Israelitæ, pugnatum fuit *ad occasum solis*, eodem c. 17, v. 12. *Mensis* verò *tertii, primo die venerunt illi in solitudinem Sinai*, c. 19, v. 1. Nox ergo, inter victoriam et iter, una tantùm intercessisset. Quando igitur cippus erectus? Quando epinicia, de quibus Josephus, celebrata? Quando venit Jethro, et suasit, quæ cap. 18, instituta? Ego hæc quidem in Exodo tractavi. Sed ne plausibile litterati hominis inventum temerè improbare videar, modicè jam delibanda fuerunt. Horatius porrò *sabbata tricesima* vocavit, quæ tricesimo quoque die peraguntur, etiamsi non tricesimi, sed primi mensium dies sint. Unde in Treteriani Horatii margine ascriptum est, *neomenias* ab eo significari. Ex D. Paulo non magis efficitur, festum, de quo loquitur, esse neomeniæ pridianum, quàm neomeniam sabbatorum. Tria enim illa tempora conjungit, quæ et noster hoc Judith cap. 8 conjunxit, et ad ejus institutum faciebant. *Pronumenias* igitur *festas non fuisse* concludo. Nunc esto *alterum*. Cur eas esu potiùs quàm jejunio celebrare Judith voluit? Idem verò quod de prosabbatis respondendum.

Quæstiuncula XII.

Quæ aliæ Israelitarum hilaritates? et cur tam eæ quàm prosabbata et pronumeniæ à Latino textu omissæ?

Hilaritates et gaudia domûs Israel fuerunt quidem omnia quæ superiùs enumerata sunt festa, et sic duo in Græco posita eorumdem nomina putare licet, ita ut posterius quamdam eorum festorum proprietatem explicaret, gaudium et lætitiam scilicet publicam, quemadmodùm Oseæ 2, v. 11. Potest tamen dici fuisse, præter illa, publicas interdùm jucunditates, vel ob præteritorum quorumdam memoriam, vel præsentiam eorum, quæ tum fortè incidissent, bona publica. Illorum exemplum esse possit dies, qui ab Hebræis 23, die Tisri agitur, et vocatur *simchath thorah, lætitia legis*, cujus Nehemiæ 9, v. 1, non obscura, ut ibi dictum est; apparent vestigia, cum à 15 tisri usque ad 22 scenopegiorum hilaritate Israelitis perfungi oportuerit inibi cap. 8, vers. 10, et sequentibus, deinde ad jejunium congregati sint non statim secuto die, sed cap. 9, v. 1, die mensis ejusdem 24. Cur ergo luctu et jejunio non squaluit vicesimus tertius? Nonne quia *legis lætitia* quæ et *habbecorah* benedictio dicitur, et annuarum festivitatum omnium clausula?

Quærendum postremò, tria ista posteriora tempora, cur omiserit Latinus interpres? Et dici potest, id eum fecisse, vel quia sabbata et neomenias suis cum præparationibus intellexit, et cum hilaritatibus omnibus festa; vel quia, hoc uno festorum nomine, omnia illa complexus est.

Quæstiuncula XIII.

An sabbatis, prosabbatis, festisque diebus, Judith exemplo, nobis non jejunandum?

Sabbatum *duplex* est, *Judaicum*, de quo hactenùs, et *christianum*, quod est dies dominica, hujusque mutationis optimæ causæ sunt, quas explicant D. Augustinus de Tempore serm. 251; Bellarminus libro de bonis Operibus cap. 25; reverendiss. Baronius Annalium tomo 1, anno Domini 58. Unde in suo etiam Calendario Æthiopes notant et *sanbath Judi et sanbath Zachristos*, sabbatum Judæorum et Christi. Sciendum verò de sabbato magnam olim fuisse quæstionem; quam D. Ambrosio proposuit adhuc Catechumenus D. Augustinus, ut ipsemet epist. 87, sub finem refert; ipsi D. Augustino jam episcopo Casulanus presbyter, uti aperit eâdem ad ipsum epistolâ: D. Hieronymo Lucinus ille Beticus antè laudatus, prout ipsius D. Hieronymi ad istum epistola indicat: *Essetne eo die Christianis jejunandum?* Orientales, Mediolanensis, et aliquot olim Occidentis Ecclesiæ non jejunabant; è contrario, Romana, Hispanienses, Carthaginiensis, et Occidentales complures. Et sancti quidem Patres, concordiæ quàm partium amantiores, suaserunt, ut ejus, in quâ esset quilibet, Ecclesiæ morem sequeretur; vicit tamen sancti Romani pontificis Innocentii primi auctoritas in epistolâ 1, ut penè totus jejunare cœperit eo die Occidens. Et videri potest hâc de re insignis admodùm D. Augustini epistola citata, Bellarmini lib. cit. caput 18; Baronii eodem tomo annus 57. Quomodò verò prosabbati, ut loquitur S. Epiphanius in Compendiariâ doctrinâ, sive feriæ sextæ jejunium primis statim Ecclesiæ seculis observatum sit, docet idem Bellarminus ibidem cap. 17. Denique quomodò propter hæreticos Montanistas, Manichæos et alios, propterque Dominicæ resurrectionis gaudium, ne dominicis

diebus Christiani jejunent, cautum sit, docent iisdem locis D. Augustinus et Bellarminus cap. 23. Hisce igitur omnibus hinc amandatis quæstionibus, illud jam tantùm breviter dicendum, an Judith exemplum suadeat, ut sabbatis nostris, Dominicis, inquam, diebus, et festis jejunare non oporteat, et respondeo quatuor.

Primum : Suadet Judith exemplum, ne immoderata cujusquam jejunia sint. Ipsa siquidem Judith jejunia quot hebdomadibus, die uno interrupit, quia uti dictum est, et suarum ipsius virium rationem habuit, et earum etiam, quas in omni sanctimoniâ et religione condocefaciebat. « Tantum tibi, ait ad Nepotia« num D. Hieronymus, modum jejuniorum « impone, quantum ferre potes. Sint tibi pura, « casta, simplicia, moderata et non supersti« tiosa jejunia. » Et de ipso Nepotiano vitâ jam functo, ad Heliodorum ait : « Jejunia in aurigæ « modum, pro lassitudine et viribus corporis « attemperabat. » Ad Rusticum verò : « Jeju« nia moderata sint, ne nimia debilitent sto« machum, et majorem refectionem poscentia « erumpant in cruditatem, quæ parens libidi« num est. Modicus ac temperatus cibus et « carni et animæ utilis est. » Ad Lætam : « Displicent, ait, in teneris maximè ætati« bus, longa et immoderata jejunia, in qui« bus junguntur hebdomades, oleum in cibo « ac poma vetantur. Experimento didici, « asellum in viâ cùm lassus fuerit, diver« ticula quærere. Hoc in perpetuo jejunio sit « præceptum, ut longo itineri vires perpetes « superent, ne in primâ mansione currentes, « in mediis corruamus. » Denique ad Demetriadem : « Neque immoderata tibi imperamus « jejunia et enormem ciborum abstinentiam, « quibus statim corpora delicata franguntur, « et ante ægrotare incipiunt quàm sanctæ « conversationis jacere fundamenta. Sic debes « jejunare, ut non palpites et respirare vix « possis, et comitum tuarum vel porteris vel « traharis manibus; sed ut fracto corporis « appetitu, nec in lectione, nec in Psalmis, « nec in vigiliis solito quid minus facias. Je« junium non perfecta virtus, sed cæterarum « virtutum fundamentum est. »

Alterum : Non suadet Judith exemplum, ut feriis sextis et sabbatis non jejunemus. Mutata jam veteris illius synagogæ cæremonia est. Feria sexta nobis crucifixi pro nobis Domini tristitiam, sabbatum verò mortis et sepulturæ luctum jam renovat. Illa, quæ usitata erant tristitiæ jejuniique apud Judæos tempora, servabat. Ideòque idem nobis jam faciendum : *Gaudete,* ait Apostolus Rom. 12, v. 15, *cum gaudentibus; flete cum flentibus.* Cum Catholicis die Dominico, Paschatis et Nativitatis gaudent libenter hæretici ; imò æquo bonoque plus, Martinalia et Hilaria celebrant, sed cum iisdem in quadragesimâ, feriâ sextâ et sabbato, flere nolunt. Scribit D. Augustinus libro contra Epistolam Fundamenti cap. 8, se à Manichæis aliquando quæsiisse, « quæ causa esset « quòd Pascha Domini plerùmque nulla, inter« dùm à paucis, tepidissimâ celebritate fre« quentaretur, nullis vigiliis, nullo prolixiore « jejunio, nullo denique festiviore apparatu. » Nos à nostris novatoribus idem si percunctemur, non quidem quod Manichæi respondeant, sed quid? quod apud eumdem S. Augustinum hæresi 53, Arianus Aerius « dicens, orare vel « offerre pro mortuis oblationem non opor« tere : nec statuta solemniter celebranda esse « jejunia, sed cùm quisque voluerit (adderent « nostri, et quomodò voluerit) jejunandum, ne « videatur esse sub lege. » Malunt scilicet, cum Turcis, feriâ sextâ gaudere, quàm cum sanctis antiquisque Patribus et hodiernis Catholicis vel inediâ, vel facili quâpiam à carnibus abstinentiâ, flere.

Tertium : Suadet Judith exemplum, ne Dominicis aliisque usitatis Ecclesiæ catholicæ gaudiis jejunemus. Gavisa est illa cum gaudente illius temporis synagogâ ; et nos cum Ecclesiâ gaudente gaudeamus. Est hoc et modestiæ et religionis, prout etiam pulcherrimis hisce de Judith verbis explicat S. Ambrosius libro de Viduis : « A diebus, ait, viri sui, qui« bus ille defunctus est, vestem jucundita« tis deposuit, mœroris assumpsit per omnes « dies intenta jejunio, sabbato tantùm et Do« minicâ, sacratarumque temporibus feria« rum, non refectioni indulgens, sed *Religioni* « deferens. Hoc est enim, sive manducatis sive « bibitis, in nomine Domini *Jesu Christi* agen« da esse omnia (1 Corinth. 10) ut ipsa etiam « refectio corporalis, sacro *Religionis* cultui « deferatur. » Per similitudinem verò et analogiam, *sabbatum et Dominicam* ipsi Judith tribuit sanctus Pater, quia *Dominicam* jejunari non solet, neque in Ecclesiâ Mediolanensi *sabbato.* Ego verò *Ecclesiæ* catholicæ *gaudia* voco, Paschale tempus, sacerrimum Domini ortum, et similia, non quæ et re et nomine gentilia sunt, bacchanalia, indigna, quorum vel solâ mentione Christianorum dies omninò ullus polluatur.

Quartum : « Non suadet Judith exemplum, « ut si ob graves carnis titillationes, vel aliam « quampiam causam, privatam aut publicam, « necessarium alicui jejunium, vel toto quo- « piam continuandum esset, modò absit scan- « dalum, aliorum edentium contemptus, et si « qua similia sunt; non jejunetur etiam Do- « minicis, aliisque ipsius Ecclesiæ gaudiis. » Quominùs se Ecclesiæ suæ hilaritatibus accommodaret Judith, causam nullam habebat; ideò neque tum jejunabat. Si quis verò justam aliquam habeat, jejunare potest. Vide libro citato cap. 23, Bellarminum, et audi ex epistolis etiam citatis sanctos Patres. Augustinus : « Die, inquit, Dominico jejunare scandalum « est magnum, maximè posteaquàm innotuit « detestabilis, multùmque fidei catholicæ Scrip- « turisque divinis apertissimè contraria hære- « sis Manichæorum, qui suis auditoribus ad « jejunandum istum tanquàm constituerunt « legitimum diem, per quod factum est, ut je- « junium diei Dominici horribilius haberetur. « Nisi fortè aliquis idoneus sit, nullâ refe- « ctione interpositâ, ultra hebdomadam per- « petuare jejunium, ut jejunio quadraginta « dierum quantùm potuerit appropinquet, « sicut aliquos fecisse cognovimus. Nam et ad « ipsum quadragenarium numerum perve- « nisse quemdam, à fratribus fide dignissimis « nobis asseveratum est. Quemadmodùm enim « veterum Patrum temporibus, Moyses et He- « lias nihil contrà prandia sabbatorum fece- « runt, cum diebus quadraginta jejunârunt; ita « qui potuerit septem dies jejunando transire « non sibi ad jejunandum elegit Dominicum « diem, sed in iis eum invenit, quos jeju- « naturum se voluit plurimos dies. » Hieronymus autem : « De sabbato, ait, quòd quæris, « utrùm jejunandum sit, et de Eucharistiâ an « accipienda quotidiè, quod Romanæ Ecclesiæ « et Hispaniæ observare perhibentur, scripsit « quidem et Hippolytus, vir disertissimus, et « carptim diversi scriptores è variis auctoribus « edidêre. Sed ego illud te breviter admonen- « dum puto, traditiones Ecclesiasticas (præ- « sertim quæ fidei non officiant) ita observan- « das, ut à majoribus traditæ sunt; nec « aliorum consuetudinem aliorum contrario « more subverti. Atque utinam omni tempo- « re jejunare possimus, quod in Actis Apo- « stolorum diebus Pentecostes et die Do- « minico, Apostolum Paulum, et cum eo « credentes fecisse legimus. Nec tamen Mani- « chææ hæresis accusandi sunt, cùm carnalis « cibus præferri non debuerit spirituali. »

Quæstiuncula XIV.

Quæ sanctæ Judith forma, et opes, curque memorentur?

Erat, ait textus, *eleganti aspectu nimis*, sæpè in Scripturâ *nimis* valet Hebraicum *meod*, id est, *valdè*, ut cùm dicit Ps. 47 et 95 : *Magnus Dominus et laudabilis nimis;* et 96 : *Nimis exaltatus es super omnes Deos.* Sicque Danielis 13, Susanna dicitur *pulchra nimis*, Esther c. 2, *pulchra nimis et decora.* Ideòque hìc Græcè Judith, *pulchra specie et aspectu valdè venusta et elegans.* De opibus satis ante. Memorantur verò interdùm à Scripturâ etiam formæ opumque in sanctis laudes, ut quæ aliis *irritamenta malorum* sunt, ea istis, sancta Dei dona virtutumque instrumenta esse sciamus. Deinde : *Gratior est pulchro veniens è corpore virtus*, et præclarum cùm dicitur :

In quâ par facies nobilitate suâ.
Par animo quoque forma suo respondet, in illâ
Et genus et facies, ingeniumque simul.

Tertiò, ut tantò mirabilior et imitatione dignior nobis Judith nostra sit. Tot ei voluptatum deliciarumque, si voluisset, illecebræ suppeditabant, et tamen non nuptias et thalamos, sed viduam vitam maluit; ejus omnis cura et studium fuit non in opibus, sed precibus; femineus mundus omnis et cultus, non in monilibus et bysso, sed in veste viduâ et cilicio; voluptas denique et amœnitas omnis, non in epulis exquisitisque mensis, sed in assiduis, quotidianisque jejuniis. Quartò, ut non existiment etiam bonorum istorum amatores, vel ea Dei servis nunquàm dari, vel si adsint, ipso Dei cultu confestim evanescere. *Forma* quidem *bonum fragile est, quantùmque accedit ad annos, fit minor;* non tamen ea jejunio statim carpitur et deflorescit. Danielis et sociorum adolescentum, *post* abstinentiæ *dies decem, apparuerunt vultus meliores et corpulentiores, præ omnibus pueris, qui vescebantur cibo regio*, Daniel. 1, v. 15.

Quæstiuncula XV.

Quæ Judith ejusdem fama, et famæ causa? curque memorata?

Erat *hæc in omnibus famosissima*, v. 8, id est, famâ celeberrima. Sciendum verò duobus modis *famæ* nomen usurpari. Nam in malam partem est *infamia*, uti notat Nonius, quemadmodùm apud poetam Æneid. 4 :

Neque enim specie famâve movetur.

Terentium Adelph. : « Maledicta famam, meum « amorem et peccatum in se transtulit. » Apud Turpilium : « Quæso, omitte ac desere hanc « meretricem, quæ te semel nacta semper studuit perdere, detegere, spoliare, opplereque « adeò famâ ac flagitiis. » In bonam partem quid sit notum. A priore illâ notione dùm *famosus* ducitur (sæpissimè autem ducitur), valet *infamem*, et sic *famosus homo*, apud Lucilium Satyr. l. 2, *famosi libri* apud Suetonium August. cap. 55. *Mulieres* apud Ciceronem 2 de Orat., *me ad famosas vetuit mater accedere.* A posteriore, est apud Tacitum lib. 21, *urbs famosa,* apud Justinianum in Authenticâ, è quâ Tobiæ 3, q. 3, laudavi nonnulla *famosissimi præfecti,* et hìc Judith nostra *famosissima.* Ideòque additur, *nec erat, qui loqueretur, de illâ verbum malum,* uti neque de Susannâ Daniel. 13, v. 27.

Tam bonæ verò, tamque illustris famæ *causa,* ut diligenter observaretur, signatissimè appressa est, *quoniam timebat Dominum valdè.* Hic veræ solidæque gloriæ fons, hoc bonæ honestæque famæ principium, uti gloriæ ipsius, quæ l. 2 de Inventione legitur, et à D. Augustino tract. 100 in Joannem explicatur, definitio perita : *Gloria est frequens de aliquo fama cum laude. Vir fidelis,* ait Salomon Proverb. 28, v. 20, *multùm laudabitur;* et cap. 31, v. 30 : *Fallax gratia, et vana est pulchritudo. Mulier autem timens Dominum ipsa laudabitur.* Qui ad laudem et famam aliâ quâcumque viâ grassantur, ii vel nihil, vel certè non nisi priore illo, qui expositus est, modo, famosi evadunt.

Hujus porrò *famæ cur etiam meminisse textus voluit?* Opinor sanè, ob easdem ferè causas, ob quas formæ opumque meminisse voluit, prout superior dixit quæstiuncula. Et verò etiam, ut Ecclesiastici nobis monitum cap. 41, v. 15, commendaretur : *Curam habe de bono nomine. Hoc enim magis permanebit tibi quàm mille thesauri pretiosi et magni.* Laudat Thucydides eas mulieres, quarum fama minimè foris nota. Quod sapienter ab illo dictum non dubito. Huic tamen ejus sententiæ illam Gorgiæ anteponit, initio libri de mulierum virtutibus, Plutarchus, « harum formam domi « clausam, famam verò foris notam esse de- « bere. » « Tenera res, inquit ad Salvinam D. « Hieronymus, in feminis fama pudicitiæ est, « et quasi flos pulcherrimus citò ad levem « marcescit auram, levique flatu corrumpi- « tur, maximè ubi ætas consentit ad vitium, « et maritalis deest auctoritas, cujus umbra « tutamen uxoris est. » Aptissimè verò et sapientissimè libro de Bono viduitatis, cap. 22, D. August. : « In omnibus sanè, inquit, spiri- « talibus deliciis, quibus fruuntur innuptæ, « sancta earum conversatio cauta etiam debet « esse, ne fortè, cùm mala vita non sit per « lasciviam, mala sit fama per negligentiam. « Nec audiendi sunt, sive viri sancti, sive fe- « minæ quando reprehensa in aliquo negligen- « tia sua, per quam fit ut in malam veniant « suspicionem, unde suam vitam longè abesse « sciunt, dicunt, sibi coram Deo sufficere con- « scientiam, existimationem hominum non « imprudenter solùm, verùm etiam crudeliter « contemnentes; cùm occidunt animas alio- « rum, sive blasphemantium viam Dei, quibus « secundùm suam suspicionem, quasi turpis, « quæ casta est, displicet vita sanctorum; sive « etiam cum excusatione imitantium, non « quod vident, sed quod putant. Proinde quis- « quis à criminibus flagitiorum atque facino- « rum vitam suam custodit, sibi benè facit; « quisquis autem etiam famam, et in alios mi- « sericors est. Nobis enim necessaria est vita « nostra : aliis fama nostra; et utique etiam « quod aliis ministramus misericorditer ad « salutem, ad nostram quoque redundat utili- « tatem. Unde non frustrà Apostolus : *Provi- « demus,* inquit, *bona non solùm coram Deo, « verùm etiam coram hominibus.* Item dicit : « *Placete omnibus per omnia, sicut et ego omni- « bus per omnia placeo, non quærens quod mihi « utile est, sed quod multis, ut salvi fiant.* In « quâdam etiam exhortatione dicit : *De cætero, « fratres, quæcumque sunt vera, quæcumque san- « cta, quæcumque justa, quæcumque casta, quæ- « cumque charissima, quæcumque bonæ famæ, si « qua virtus, si qua laus; hæc cogitate, quæ di- « dicistis, et accepistis, et audistis, et vidistis « in me.* Cernis quemadmodùm inter multa, « quæ exhortando commonuit, non neglexit « ponere, quæcumque bonæ famæ, duobus- « que verbis cuncta concluserit, ubi ait, *si « qua virtus, si qua laus.* »

Prima Judith, ad Bethuliensem liberationem aggressio.

Causa liberationis hujus efficiens, hactenùs isto in capite descripta est; sequitur jam hujus ejusdem causæ effectio, quæ quidem hic à duabus ipsius Judith ad Bethulienses principes orationibus inchoatur, quibus et illorum singulæ responsiones annectuntur. Sed

ante priorem orationem duæ quæstiunculæ.

Prior quæstiuncula, quæ in hoc capite est XVI.

Cur Bethuliæ principes ad se vocavit Judith, et quot, et quomodò.

Etsi cap. 7, vers. 18, maximus fuit omnis generis hominum ad principes istos concursus, et flagitatio, ut dederetur urbs, abfuit tamen Judith, quia, quæ domi alias considere, precibusque ac jejuniis assiduam dare operam solebat, jam cùm tam difficili obsidione premeretur urbs, tantùmque Hierosolymitani templi, omniumque religionum et Israelitarum discrimen esset, omnia illa multò magis, multòque acriùs intendebat. Ideòque quæ à populo gesta et petita tunc essent, quæ item à principibus responsa, non nisi auditione absens accepit, cùmque divino motu instincta, illorum consilia et promissa infringere, omninòque tollere vellet, vel ad ipsos adire, vel ad se illos vocare debuit. Putavit verò posterius hoc satiùs, primò, ne absque necessitate à suscepto vitæ instituto vel tantillùm discederet; deinde reprehendere principes ipsos volebat. Et licet palam id publicèque facere potuisset, uti S. Petrum S. Paulus Galat. 1, v. 11 et 14, quia tamen privatâ reprehensione poterat commodissimè tota res corrigi, et quia femina erat, quam minùs deceret principes populi publicè coram omnibus arguere (*turpe est enim mulieri loqui in Ecclesiâ*, 1 Corinth. 14, vers. 35); demùm, quia principes isti, etsi boni et modesti admodùm viri erant, ut infrà patet v. 30 et 31, nihilominùs tamen tantæ perfectionis non erant, quantæ S. Petrus, ut quemadmodùm ille, animo æquissimo, reprehendentem D. Paulum pertulit, *documentum*, scilicet *nobis*, inquit D. Cyprianus epist. 71 ad Quint., *et concordiæ et patientiæ tribuens;* ita et ipsi feminam in populi frequentiâ reprehendentem concoquerent. Jam tertiò, etiamsi ad ipsos ire, privatimque ipsos in ipsis eorum ædibus reprehendere potuisset, summus tamen ipsius pudor, gravitas et honestas vidualis, eam publicum horrere, plateasque defugere faciebat, ita ut hìc cernatur « non defectus humilitatis, sed zelus castitatis et honestatis, » inquit Lyranus.

Quot verò vocârit, exprimit Græcus, tres videlicet, antea nominatos, Oziam, Chabrin et Charmin. Latinus tamen noster v. 9, duos tantùm posteriores vocatos fuisse, videtur significare, et v. 10, quia quasi de absente Oziâ dicitur: *Quod est hoc verbum, in quo consensit Ozias?* Nihilominùs tamen dicendum et fuisse Oziam vocatum, et adfuisse. Nam ubi perorâsset Judith, subditur v. 28: *Et dixerunt illi Ozias et presbyteri.* Ideòque vel principio statim non adfuit Ozias (cùm enim omnium princeps esset, variis admodùm, tali præsertim tempore, occupationibus distrahebatur), et paulò post tamen advenit; vel potiùs, unà cum cæteris, illicò quidem adfuit Ozias, sed, per verecundam dissimulationem et auctoritatis ejus reverentiam, de eo quasi absente, in tertiâ personâ loqui Judith voluit. Propter quam etiam causam extenuando culpam, non statim dicit, *promisit, juravit*, sed quasi vim passus ille aliquam fuisset, tantummodò, *consensit.* In Græco universè ad principes omnes sermo est, sive jam adesset Ozias, sive non.

Quo item modo istos vocârit Judith, narrat idem textus Græcus: *Mittens ancillam suam, quæ omnibus ipsius facultatibus præposita erat.* Servos ad interiora hujuscemodi ministeria vix admittebat castissima vidua, quod valdè ad Salvinam probat S. Hieronymus, qui viduæ cuilibet ait: « Habeto tecum viduarum et « virginum choros: habeto tui sexûs solatia. » Neque tamen ancillarum quamcumque misit, sed, ut honoris et observantiæ plus principibus illis deferret; omnium honoratissimam, de quâ infrà.

Posterior quæstiuncula, quæ XVII.

Quomodò ad eam vocati principes venerunt.

Id ætatis et dignitatis viros, ad unam unius ancillæ significationem, ad feminam unam, quæ et vidua sit et magistratum nullum gerat; vocatos advenire, non mirum? Quàm multi dixissent: Quid cum feminâ nobis negotii? Plus jam occupationum, quàm ut muliebri loquacitati vacare liceat. Ei si quid negotii est, ipsa nos accedat. Nos civitatis principes, nos seniores, nos occupatissimi, nos denique viri sumus. Qui minor est, majorem ut accedat, magis decet. At horum isti nihil. Vocati adsunt ocissimè, et ejus rei causa mihi triplex videtur. Prima, ipsorum virtus et modestia. Hæc enim fecit ut boni viri facilè cogitarent se non frustrà vocari. Fortassè aliquid, quod ad communem salutem, de quâ ipsi vel maximè angebantur, ipsis patefactum iri. Communi bono suæ ipsorum et ætatis et auctoritatis rationem omnem posthabendam. Altera, magna ipsius Judith prosapia, opes et dignitas. Pariunt enim apud multos omnia

hæc auctoritatis non parùm. Tertia et potissima causa est ejusdem sanctitas et religio. Hæc enim, ut suprà dictum est, in celeberrimâ honestissimâque ipsam famâ constituerat, ut summi et infimi, cives et exteri eam maximè observarent. Fortassis etiam veluti prophetidem aliquam suspiciebant, ut fieret, quod 4 Reg. 22, v. 14, factum, ubi ad Holdam, de Josiæ regis voluntate, *ierunt Helcias sacerdos, et Ahicam, et Achobor, et Saphan, et Asaia.* Et quantò promptiùs velociùsque, si ab eâ, ut hi nostri, vocati fuissent? Nos verò quando ad eos interdùm accimur, apud quos sapientiæ, doctrinæ, consiliive alicujus melioris spes est, ubi exemplorum, et utilium sermonum aliqua copia, occasionem haud negligamus, sed omnium maximè quando ad Dominum ac Salvatorem nostrum. De quibusdam queritur ipsemet Proverb. 1, vers. 24 : *Vocavi, et renuistis : extendi manum meam, et non fuit qui aspiceret.* At quid sequitur? *Invocabunt me, et non exaudiam,* et Lucæ 14, vers. 24 : *Dico vobis, quòd nemo virorum illorum, qui vocati sunt, gustabit cœnam meam.*

Prior ipsius Judith ad principes oratio.

Prior Judith oratio continet principum reprehensionem, et adhortationem. Reprehensio est ob factam deditionis, post diem quintum, promissionem, nisi veniret auxilium, suprà cap. 7, vers. 25, et quadruplex affertur ab eâ ratio. Prima vers. 10, quòd hujuscemodi verbum sit quædam Dei tentatio v. 11, et comminatio vers. 15, et quædam adversùs eum vindicta, vers. 26. Altera, quòd minimè homunculos deceat hujusmodi conditiones Deo ferre, ipsumque sic tentare, vers. 11. Tertia, quòd incommoda magna pariat ejuscemodi conditionum positio, vers. 12. Quarta, vers. 13, quòd perabsurdum sit homines sibi tantùm sumere, ut velint tempus, quo misereri, opemque ferre debeat Deus, præfinire, seque ipsos quasi arbitros et judices constituere, quoto die populum è malis tantis eripere ipsum oporteat. Græcus partim has attingit, partim alias adjungit rationes. *Et nunc*, ait, *qui estis vos, qui hodierno isto die Deum tentâstis? et statis pro Deo,* sive *quasi Deus essetis, in medio filiorum hominum? Et nunc Dominum omnipotentem examinatis, et nihil cognoscetis in æternum, quia profundum cordis hominis non invenietis, et cogitationes mentis ejus non capietis; et quomodò Deum, qui fecit omnia hæc, investigabitis, et mentem ejus pernoscetis, et cogitationem ejus comprehendetis? Nequaquàm, fratres.*

Adhortatio duplex. Una, ad ea quæ facere ipsi debeant; altera, ad ea quæ aliis dicere. Illorum primum est, pœnitentiam delicti hujus aliorumque omnium agere, vers. 14. Nam illud, *in hoc ipso,* vel significat, *in hoc ipso peccato,* sive ob hoc ipsum ; vel *in hoc ipso tempore et momento*, quod aliàs dici solet, εν τῷ νῦν, *in,* vel *ex hoc nunc*, pœnitentiæque modus additur et causa. *Modus*, est postulatio et lacrymæ, et humiliatio, vers. 16. Causa duplex : prima, quia patiens Dominus est : secunda, non est hominum similis, neque in eo, ut, eorum instar, minis terreatur ; neque ut ad iracundiam inflammetur. In Græco : *Non est tanquàm homo Deus, ut minis terreri,* vel *à proposito deduci : neque tanquàm filius hominis, ut judicio sisti aut cogi possit.* Similis Numer. 23, v. 19, sententia legitur : *Non est ut homo Deus, qui discerpatur, neque ut filius hominis, qui minis territetur;* ubi Hebraicè dicitur : *Non est vir Deus, et mentietur ; et filius hominis, et pœnitere seipsum faciet ;* sive, ut rectissimè noster interpres ait : *Non est Deus quasi homo ut mentiatur ; ut filius hominis ut mutetur.* Dupliciter igitur accipi posset hic versus 15. Vel enim admissi peccati magnitudinem ostendit, cùm non possit quasi homo quispiam, hominum minitationibus, immutari, sicuti neque injuriis ad iram inflammari. Vel causam ostendit, cur Deus cum pœnitentiâ et lacrymis orandus sit, quia neque, hominum instar, minas spargere inanes, neque iracundiâ tamen effervescere consuevit. In Latino prior sensus accipit, *comminabitur* passivè. Nam et Græcum ἀπειληθῆναι ita etiam sumitur Numerorum 23, v. 19, quemadmodùm et in Xenophontis Symposio, dùm ait ille : *Non ego ampliùs minis terreor, sed jam minis alios terreo.* Deinde videri posset noster legisse διακαυθῆναι, pro eo, quod hodiè in Græco est hìc διατεθῆναι in Numerorum citato illo versu διαρτηθῆναι. Unde et posset ita Græcus hoc loco verti : *Non est Deus veluti homo, ad minitandum, neque veluti filius hominis ad gubernandum vel judicandum,* vel ut τὸ διαιτᾶσθαι pro *conciliari componique* valeat : *Non est Deus, qui minùs commoveatur, aut verò rursùm placetur et concilietur, prout hominibus accidit.* Videri possit in Commentariis Budæus. Alterum, ad quod faciendum hortatur Judith. v. 16, est animarum humiliatio, de quâ suprà cap. 4. Tertium est correctio modi agendi cum Deo, ut jam ei non præstituatur conditio, sed hùc omnium lacrymæ precesque

tendant, *ut secundùm voluntatem suam, sic faciat nobiscum citò misericordiam suam*, quemadmodùm et Christus Dominus orabat Matth. 26, v. 39 : *Pater mi, si possibile est, transeat à me calix iste, verumtamen non sicut ego volo, sed sicut tu.* Luc. 22, v. 42 : *Pater, si vis, transfer calicem istum à me; verumtamen non mea voluntas, sed tua fiat.* Idemque Dominus nos orare docebat : *Fiat voluntas tua sicut in cœlo et in terrâ.* Sed additur : *ut sicut conturbatum est cor nostrum in superbiâ eorum*, videlicet Assyriorum, ob eorum tumidas superbasque minas et conatus; *ita etiam de nostrâ* (coram Deo nostro) *humilitate*, seu humiliatione tandem aliquando gloriari possumus. Hujusque rei spem magnam facit, v. 18, quia paternorum scelerum; de quibus cap. 5, v. 22, imitatio jam non esset, partim, quia in avitâ priscâque religione constantes fuerant Bethulienses, partim, quia per Manassæ pœnitentiam, cohortationem et studium, prostratus refloruerat Dei cultus, ut suprà capite 4, q. 2, et cap. 5. Quartum est cohortatio ad spem istam v. 20. Nam *exquiret* Deus *sanguinem de afflictionibus inimicorum nostrorum*, id est, ex afflictionibus quibus nos affligunt, vel per afflictiones, quibus eos Deus affliget. Possunt verò et hùc spectare, quæ suprà in Eliachimo dicta sunt cap. 4, fol. 262 et seq.

Quæ verò principes istos aliis dicere hortatur Judith, v. 21, sunt ut eloquio jam suo jacentes populi animos erigant, et præclaris majorum exemplis confirment, quemadmodùm et facit 1 Machab. 2, Mathathias, D. Paulus ad Hebræos 11. Demùm etiam contraria et formidabilia eorum, qui murmurantes et quiritantes *ab exterminatare et à serpentibus perierunt.* Num. 21, v. 6, Psal. 105, v. 14, 1 Corinth. 10, v. 9 et 10, ubi sicuti et hoc loco, *exterminator* est angelus, qui eos vel per seipsum, vel per immissos serpentes perdidit, et vocari solet Hebraicè *hammaschith,* Exodi 12, v. 23; Græcè, ὀλοθρέυων; et à D. Paulo, citato jam loco, ὀλοθρευτής, Apocalyps. 9, v. 11, ὁ ἀπολλύων. Per seipsum quidem, quia, ut olim Genes. 3, serpentinam ascire figuram potuit, sicque miserrimos illos quiritatores conficere. Quanquàm et in quiritationibus aliis accidere hoc potuit, ut Num. 11, v. 33, c. 14, v. 37. *Postremum et faciendum et dicendum* est v. 26, quædam veluti dictorum omnium consummatio, ut scilicet non velimus ipsos, urbemque istam, dedere, quasi de Deo nobis auxilium non ferente ulciscamur, prodendo religionem, et ad ejus templi eversionem hostibus iter pandendo; sed reputemus horum omnium, quæ jam patimur, causam esse peccata nostra, esse Dei flagella, multò tamen delictis nostris minora et mitiora, eaque nobis tanquàm servis non ad perditionem, sed ad emendationem et utilitatem nostram à mitissimo et benignissimo Domino infligi. Orationis hujus approbatio est vers. 28.

Posterior Judith ipsius ad eosdem oratio.

Posterior verò ejusdem Judith oratio v. 30, tria complectitur. Primum, est petitio, ut quemadmodùm orationem illam approbârunt, sic et approbent quæ facere ipsa cogitet. Nam illud, *probate si ex* Deo *est,* non accipitur, ut 1 Joan. 4, v. 6 : *Probate spiritus si ex* Deo *sint,* sed *probate* pro *approbate* hìc dicitur. Nam propriè probare et examinare quomodò potuissent, cùm quidnam illud esset nescirent, imò ne scrutari quidem deberent, v. 33. Alterum, est precum petitio et ipsorum, semel ac iterùm, v. 31, 32, et totius populi v. 33. Tertium, præscriptio eorum, quæ ad bonum ejus quod facere cogitabat, initium facere ipsos oporteret, vers. 32, ubi *abra* quænam sit, postea dicetur. Approbatio subditur v. 34.

QUÆSTIUNCULA XVIII.

An rectè principes istos reprehenderit Judith?

Videatur alicui non rectè reprehendisse, non quia vel femina fuerit, vel bonum eos ad se vocandi modum non adhibuerit (hæc enim supra jam explicata), sed primò quia id, cui tota maximè reprehensio innititur, vel falsum videtur, vel certè ita exiguum, ut culpæ aut nihil, aut perparùm appareat. Accusantur enim quasi Deum tentârint. At D. Thomâ explanatore 2 2, quæst. 97, art. 1, Deum is tentat, qui quod in se est non facit, sed absque ratione, ulliusque utilitatis consideratione, ea facit, quibus experiatur id, quod de Deo dubitari nullo modo potest, verbi causâ, sitne ad hoc vel illud agendum satis Deus potens; hocne aut illud nôrit; sitne in iis, quæ dicit, verax et constans. At principes isti nihil ejusmodi, quod de Deo certum est, explorare volunt, sed tantummodò quod obscurum, anceps et incertum, videlicet, velitne temporalem hanc ærumnam depellere, siti et obsidione urbem liberare, hostes profligare. Sæpè siquidem ista eum nolle dictum supra est, et patet ex 3 Reg. 12, vers. 24, Jeremiæ 28, 29

et seq. Deinde quod in seipsis erat, fecerant; humanis divinisque sese hactenùs præsidiis communierant, egregiè obsidionem sustinuerant. Nunc verò ita sitis invaluit, ut plurimi, quemadmodùm supra dictum est, emoriantur: neque modus succurrendi ullus jam appareat. Quid igitur fieri aliud poterat? Tertiò tamen, boni isti principes adhuc tantisper populum exspectare persuadent, neque unum tantummodò alterumve diem, sed quinos totos. Quod quantum et quàm penè intolerandum fuerit, nemo qui quandoque sitiverit, ignorat. Quartò, nonne magna iis spectabatur utilitas, cùm sic iratum populum lenire, mœstum consolari, languescentem corroborare, ad aliquot saltem dies voluerint? Accedit, quòd divino quodam instinctu quinque istos dies præfinisse videantur. Nam intra eos omninò venit auxilium, adeò ut ipsa Judith hoc à Deo profectum intellexisse videatur, non solùm cùm operam dedit, ut intra dies quinque salutem ipsa pareret, sed etiam cùm vers. 32, dixit : *Orate, ut sicut dixistis : in diebus quinque respiciat Dominus populum suum Israel.*

Possunt quidem hæc et similia in procerum istorum vel defensionem, vel excusationem dici. Plus tamen de reprehensionis veritate ipsi Judith, quàm de innocentiæ apologiâ, nostris cogitationibus credendum, et potiùs timendum, ne multa id genus peccata nostra sint, quæ mirum in modum extenuemus, et tamen coram Dei oculis, non admodùm tenuia sint. *Omnis via viri recta sibi videtur; appendit autem corda Dominus,* Proverb. 21, v. 2. *Peccàrunt* verò Bethulienses *principes multifariàm.* Primò enim, ideò certum præstituerunt dierum numerum, ut Deum veluti cogerent, ut si quidem religionem, templum, et sacra sua sarta tecta vellet, interibi opem ferret. Unde et fuit quædam contra Deum ira, murmuratio et vindicta, ut in Judith oratione innuitur, v. 24, 26, quasi dicerent : *Si præfinito tempore juvare nos noluerit; nos ipsius templum et sacra omnia hosti dedemus.* Fuit etiam quædam Dei tentatio v. 11, quia experiri voluerunt, non quidem simpliciter, an liberare posset aut vellet, sed an posset ac vellet intra id, quod suo ipsi arbitratu definiissent, spatium. Tertiò, fuit etiam Dei tentatio, quia non petierunt eo et modo et tempore juvari, quo Dei sapientiæ et bonitati videretur, sed quasi Deo ipso sapientiores et meliores essent, certum ei temporis, intra quod auxilietur; orbem circumscribunt; et explorare volunt, quæ hìc Dei sapientia sit et bonitas, v. 17. Quartò nondùm, quod in se esset, totum fecerunt. *Difficillimè,* inquit Vegetius libro 4, c. 10, *vincit sitis eos qui, quamvis exiguâ, aquâ ad potum tamen in obsidione sunt usi,* prout videri potest in Josepho lib. 3, de Bello, c. 8; Plin. lib. 6, c. 30. De fontibus cum hoste manus nondùm conseruerunt. Centenarios, quos, per singulos fontes, in gyrum constituerat Holofernes, propellere nunquàm conati sunt, miraculum etiam volebant, divinos videlicet è cœlo imbres, uti Græcus, v. 29, aperit, et quod gravius est, non rationibus et exemplis, aut majorum, aut malorum populum consolari, excitare et confirmare conati sunt, quemadmodùm v. 21 et seq. ostendit Judith; sed, etsi parumper distulerunt, ei nimiâ siti conturbato et iniqua flagitanti cesserunt, deditionemque spoponderunt. Quid enim tali rerum articulo non tentandum, dicendum, ferendumque fuit? Nam de templo, religione, genteque propemodùm universâ jam agebatur, uti supra dictum, et explicatur hìc à Græco textu. Quintò, summa quâ pollebant auctoritate satis usi non sunt, prout ex jam dictis perspicuum. Unde et iis dixit Judith vers. 21 : *Vos estis presbyteri in populo Dei, et ex vobis pendet anima illorum.* Sextò, non quoquo modo promiserat Ozias deditionem, sed jurejurando etiam interposito, ut in Græco est : *Juravit se ipsis* Assyriis *urbem dediturum post dies quinque.* At quid si sexto tantùm die vel septimo auxiliari vellet Deus, idque etiam significaret quid faceret bonus iste vir? Pejeraret an non? Si Eliachim, vel etiam Manasses rex, Saülis instar, 1 Reg. 11, se benè manè, die sexto, magnis cum copiis, affuturum scriberet, jusjurandum violaret an non? Temerarium fuit jusjurandum, et Saülis tantùm excusatiuncula, dùm Samuelem diù satis non exspectavit, 1 Reg. 13, v. 12, esse possit. Verùm ea frivola futilisque fuit. Dicebat ille : *Nunc descendent Philistini ad me in Galgala, et faciem Domini non placavi. Necessitate compulsus, obtuli holocaustum.* Hi verò principes in Græco vers. 28 : *Populus vehementer sitiit, et coegerunt nos facere ea quæ ipsis locuti sumus, nosque jurejurando, quod non violabimus, obstringere.* At Saüli quid Samuel? *Stultè egisti.* Atque hæc sunt, quæ totâ oratione suâ reprehendit, sed pudenter prudenterque Judith; ideòque ita hunc in locum Rabanus : « Injustum judicavit « Judith, Domino miserationis suæ tempus « constituere, cùm ille solus præ omnibus

« nôrit et tempus et modum miserationis suæ, « ac propterea non licet cuipiam aliter (sic « legendum pro *cui petulanter*) pro aliquâ re « Dominum postulare ; sed magis ad arbitrium « cuncta referre. Sic legitur quidam Patrum « in oratione tantùm dixisse : *Fili Dei, sicut « vis et sicut scis, miserere meî.* Unde in libro « Danielis pueri dicunt : *Non oportet nos de hâc « re respondere tibi. Ecce enim Deus noster, « quem colimus, potest eripere nos de camino « ignis ardentis. Quòd si noluerit, notum sit « tibi rex, quia deos tuos non colimus,* cap. 3, « vers. 17. » Citantur et ferè eadem in Glossâ. Sed iterùm de hoc in quæstiunculâ sequente.

Quæstiuncula XIX.

Quid è priore Judith oratione disci possit?

Plurima profectò et utilissima disci possunt, sed pleraque vel textum legenti obvia, vel certè jam proposita sunt. Si quid reliquiarum colligamus, et occurrit primum, quod v. 22 dicitur : *Abraham probatus, Dei amicus effectus est.* Factum id quidem Genes. 12, v. 2, c. 15, v. 5, c. 22, v. 16 : *Per memetipsum juravi, dicit Dominus, quia fecisti hanc rem et non pepercisti filio tuo unigenito propter me, benedicam tibi et multiplicabo semen tuum sicut stellas cœli, et velut arenam quæ est in littore maris; possidebit semen tuum portas inimicorum suorum, et benedicentur in semine tuo omnes gentes terræ, quia obedisti voci meæ.* En quomodò tentatus, et probatus, et amicus Dei effectus, idque totum dilucidè admodùm tractatur Ecclesiastici 44, v. 20 et sequentibus. Sanctus verò Jacobus Epistolæ suæ cap. 2, v. 23 : *Suppleta est*, ait, *scriptura dicens : Credidit Abraham Deo, et reputatum est illi ad justitiam, et amicus Dei appellatus est.* Cujus sententiæ pars prior legitur Genes. c. 15, v. 6, posterior 2 Paral. 20, v. 7, Isaiæ 41, v. 8, Daniel. 3, in Latino textu vers. 35, et hoc loco. Unde Prolegomeno 4, supra, colligebam, hunc ab Apostolo Jacobo librum citari. Cur enim hunc ad locum, quàm ad alios illos minùs respexisse putetur? Fateor tamen multò in argumento virium plus futurum, si solo isto loco *amicus* Dei Abraham vocaretur, ideòque subjunctis ibidem argumentis aliis potiùs quàm isto, contra contumaciores antagonistas confligendum. Similiter tamen et capitis hujus versum vicesimum quintum fuisse animo calamoque converso videtur S. Paulus, cùm 1 Corinth. 10, vers. 10, scripsit : *Neque murmuraveritis, sicut quidam eorum murmuraverunt, et perierunt ab exterminatore.* Nusquàm enim Israelitas, de quibus ibi sermo, *ab exterminatore* periisse disertim, nisi hoc loco, scriptum novi. Nam Exod. 12, quos interficit percussor, vers. 23, Ægyptii erant : Israelitas dùm murmurant et delinquunt, iis quos indicavi locis, punitos exterminatosque fuisse scriptum est, sed *exterminator* nullus nominatur ; ideòque videtur hìc in veteri Testamento locus unus exterminatorem istum indicâsse, et ex eo S. Paulum protulisse. Si enim habere Chaldæum textum, eumque Latio donare, suo adhuc ævo, potuit S. Hieronymus, cur non et sanctissimi Apostoli Paulus et Jacobus? Quod ideò etiam observandum, ne quis faciat ista minoris, quia in Græco textu non explanata.

Quæstiuncula XX.

Quæ ex eâdem priore oratione ad mores disci possint.

Discitur primò, posse interdùm magistratus et superiores à subditis argui, sed modestè admodùm, cautè ac demissè, prout à Judith factum exposui. Et de isto reprehensionis modo videri potest S. Gregorius 3 parte Pastoralis, maximè cap. 5.

Dicitur secundò, quemadmodùm nullas Deo leges, conditiones, modos et tempora præscribere debeamus, sive dùm oramus, sive dùm è molestiis quibusdam liberationem optamus, de iisque deliberamus. Qui enim sumus nos, qui tentemus Dominum? « Potest, ait S. Chrysostomus ad pop. homil. 4, Deus omnia gra« via hâc ipsâ die solvere ; sed donec nos pur« gatos videat, donec videat factam conversio« nem, et pœnitentiam firmam et inconcussam, « non dissolvit tribulationem. Etenim aurifex, « donec aurum benè purgatum viderit, de « conflatorio non extrahit ; sic et Deus non « abducit hanc (tribulationis alicujus) nubem, « donec nos penitùs emendaverit. Qui enim « tentationem permisit, ipse novit et tenta« tionis solvendæ tempus. Et sicut citharœdus « neque nervum intendit, ut non abrumpat, « neque remittit ultra modum, ne harmoniæ « concentum lædat ; sic et Deus agit, neque in « remissione continuâ, nec in longâ tribula« tione nostram constituit animam, secundùm « suam prudentiam utrumque faciens. Non si« nit enim nos continuâ potiri remissione, ne « segniores fiamus. Non autem rursùm sinit in « continuâ esse tribulatione, ne concidamus, « neve desperemus. Ipsi (Domino) adversitatis

« finiendæ tempus relinquamus, nos verò tantùm in sanctitate vivamus. Opus enim nostrum ad virtutem mutari, Dei verò opus malis urgentibus finem imponere. Etenim ipse magis quàm tu qui tentaris, hoc incendium extinguere vult, sed salutem tuam exspectat. Sicut igitur ex remissione tribulatio facta est; sic et ex tribulatione remissionem exspectare convenit. » Quamobrem benè in *Pirke avoth*, cap. 2, Rabbi Schimon: « Cùm, ait, oras, ne orationem tuam figens facias (modum scilicet ac tempus Deo præfigens), sed ora an misericordiis et humilibus supplicationibus, quæ ad misericordiam et gratiam impetrandam, sint idoneæ, coram Deo, secundùm quod dictum est Joelis: *Quia Deus clemens, et misericors est longanimis et multæ pietatis.* »

Discitur tertiò in rerum ad æternam salutem non necessariarum, minimèque cœlestium precatu, optimum esse Deo semper dicere, *ut secundùm suam voluntatem, sic faciat nobiscum.* Id exemplo monitoque Christi Domini, et ex Rabano etiam supra monstravi. Nunc adjicio celebrem illam mendici cujusdam vel historiam vel parabolam, qui summæ tranquillitatis et felicitatis viam doctissimo cuidam virodicebat, hoc in votis unum semper habere, ut Dei voluntas fiat, ideòque sibi, etiamsi ostiatim stipem quæreret, in pluviis et frigoribus interdùm pernoctaret, sæpè fameret, stipisque nihil acciperet, adversi tamen et molesti nihil esse, quia semper animo illud agitaret: *Fiat voluntas tua, sicut in cœlo et in terrâ.* Quid verò in Alcibiade secundo Plato? Non omnis hùc ejus tendit oratio, cùm docet, à Deo id tantùm petendum, quod reverà bonum est. Hoc autem quidnam sit, in rebus quidem, ut dixi, fluxis et caducis, à nobis, qui imprudentes ignarique admodùm sumus, nequaquàm esse definiendum, ideòque et poetam illum laudat, cujus in Anthologiæ primum translati sunt versiculi, quos clarissimum Anglorum decus Thomas Morus ita quondam vertebat:

Da bona, sive rogere, Deus, seu nulla rogere,
Et mala, sive petare, nega, seu nulla petare.

Discitur quartò, si quæ in majoribus vitia hæserint, ea posteris valdè cavenda, exemplo istorum, quos commendat Judith, vers. 18. Quòd si vitia cavenda, religio utique et virtus imitanda. Prius illud, qui in Turcicæ tandem tyrannidis barathrum conjecti sunt, non servârunt Græci, ut eorum diligenter observavit et monuit patriarcha Gennadius Scholarius lib. de summi pontificis Primatu, sect. 15. In posteriore non parùm ubique claudicatur. Eheu! in catholicæ avitæque pietatis, devotionis modestiæque studio,

Damnosa quid non imminuit dies?
Ætas parentum pejor avis tulit
Nos nequiores, mox daturos
Progeniem vitiosiorem.

Discitur quintò, quid qui aliquo in populo auctoritate pollent, agere debeant. Si petat, imò et flagitet ille iniqua, religioni adversa, Dei honori contraria, nunquàm annuendum est. In rerum verò asperitatibus, bonis accommodatisque rationibus et orationibus allevandus et corroborandus. Sed sanè licet isti sacerdotes, ut dixi, non fuerint, optimè tamen sacerdotibus, episcopis et pastoribus omnibus ista modò iterârit sancta Judith: *Et nunc, fratres, quoniam vos estis presbyteri in populo Dei, et ex vobis pendet anima illorum, ad eloquium vestrum corda eorum erigite.* Vide S. Chrysostomum homiliis ad populum 2, 3, 4, 5, 6, 11, 12 et sequent.; D. Ambrosium serm. 83, 84 et sequent.

Sextò, quanti referat exempla sanctorum martyrum, historiasque sanctorum è sacris litteris, aliisque bonis auctoribus in promptu habere. « Longum, ait Seneca epist. 6, iter est per præcepta, breve et efficax per exempla; » et 83: « Instruenda est vita exemplis illustribus; » iterùmque 85: « Proponamus laudanda; invenietur imitator. » Et apud Tacitum Thraseas: « Oportet, ait, juvenes firmare animum constantibus exemplis. » Sed plura 1 Machab. cap. 2. Quin et impietas ac vitiorum exempla interdùm commemoranda, ut dùm quibus à Deo pœnis plectantur, audiunt alii, exhorrescant et fugiant. Laudat ille lib. 1, satyr. 4, parentem, quòd isto docendi genere vitiorum fugam docere solitus sit:

Insuevit pater optimus hoc me,
Ut fugerem, exemplis vitiorum quæque notando.
Cùm me hortaretur, parcè, frugaliter, atque
Viverem uti contentus eo, quod mî ipse parâsset.

Septimò, quomodò divinitùs immissæ calamitates ferendæ, ipsas peccatis videlicet nostris ascribere; majores nos promeritos agnoscere; ad nostram summam utilitatem à Deo referri, statuere, ne quæ dextrâ manu nobis pater optimus Maximus dat, ea nos lævâ, ut aiebat quidam, accipiamus. Sed in Tobiâ de hoc benè multa capp. 2 et 12.

Octavò, et illud dicitur, castigandos quidem esse servos, non tamen ad perditionem, sed

ad emendationem, tantùm et quidem, ut lib. 6 de Legibus præscribit Plato, *absque contumeliâ;* quòd si servos, quantò magis filios? « Quemadmodùm, ait ille, servos diximus castigare « sine contumeliâ oportere, ne in iracundiam « efferantur; castigare tamen omninò ne nimiùm deliciosi reddantur; ita et liberos volumus. » *Vos*, ut ait S. Paulus Ephes. 6, vers. 4, *patres, nolite ad iracundiam provocare filios vestros; sed educate illos in disciplinâ et correptione Domini.* Et paulò post, vers 9: *Vos, domini, eadem facite* servis, *remittentes minas, scientes quia et illorum et vester Dominus est in cœlis.*

Quæstiuncula XXI.

Quid, è principum ad Judith accessu, et orationis approbatione, documentorum?

Judith ipsius vocatu ad eam principes hos venisse, magnæ modestiæ virtutisque opus fuisse, dixi antea. Tantùm addo, ne servorum aut ancillarum, per quas nos Deus vocat, vilitatem et indignitatem contemnamus. Hi enim non ad se, sed ad Dominum nos suum vocant. *Sapientia,* Proverb. 8, vers. 3, *misit ancillas suas, ut vocarent ad arcem, et ad mœnia civitatis.*

Discamus porrò à tantis viris, etiamsi quod humanæ infirmitatis est, aliquando labamur, non ægrè, dùm à minoribus etiam reprehendimur, idipsum ferre, multò minùs, dùm à majoribus. In Græco videntur seipsos quidem aliquantulùm excusare, dùm valdè populum sitiisse, ideòque et se ab illo, ut jurarent, coactus dicunt: est tamen ingenua potiùs culpæ, ipsiusque occasionis confessio, quæ in Chaldæo et Latino præterita.

Discamus verò ampliùs, culpam ubi agnoverimus, ejus à Deo veniam petere, idque per nos et per alios. *Nunc ergo,* aiunt, *ora pro nobis.* Fuit hic olim mos adeò veteribus usitatus, ut etiam qui seriò culpam non agnoscerent, neque ipsam, uti par erat, detestarentur, usitatum tamen hoc demissionis pœnitentiæque symbolum, labris saltem primoribus ederent. Nam in veteri Testamento Saül, 1 Reg. 15, à Samuele reprehensus: *Peccavi,* ait, *quia prævaricatus sum sermonem Domini et verba tua, timens populum, et obediens voci eorum. Sed nunc porta, quæso, peccatum meum, et revertere mecum, ut adorem Dominum.* In novo, Simon Magus Actor. 8, vers. 24: *Precamini vos pro me ad Dominum, ut nihil veniat super me horum quæ dixistis.* Nos hypocriticas istas confessiones fugiamus, veras et sinceras quæ et veniam impetrent, in proceribus istis imitemur.

Sed et causa cur ipsam Judith orare orent, consideranda. *Quoniam,* inquiunt, *mulier sancta es, et times Deum.* Ego me ad te, ô beatissima Dei mater et Virgo, converto, et supplex aio pariter: *Ora pro nobis, quoniam mulier sancta es, et times Deum.* Et: *Sancte Petre, ora pro nobis, quoniam vir sanctus es, et times Deum. Sancte Paule, ora pro nobis, quoniam vir sanctus es, et times Deum*, itemque in cœlitibus aliis omnibus. Quid frendes, hæretice? An in istos, beatos jam, cum Christo Jesu, in cœlis ævo fruentes, hæc ipsa orandi causa non convenit? Non sancti sunt? non Deum timent? At non sunt in hâc ipsâ vitâ, ut Judith? Quid tum? An ita huic vitæ annexum appactumque orare, ut nemo nisi vitam hanc vivat, oret? At sic nulla in cœlis esset oratio, nulla Dei laudatio, nulla gratiarum actio. Nam et precationis hæc particula quædam est, 1 Timoth. 2, vers. 1. An verò potest etiam extra vitam hanc aliquis orare, sed non pro alio? At Christus Dominus ex hâc pridem vitâ discessit, et tamen non quà Deus, sed quà homo, interpellat pro nobis, Hebr. 7, vers. 25, 1 Joan. 2, vers. 1. Imò etiam epulo ille dives poterat adhuc pro fratribus orare, licet ratione, non mortis quam obierat, sed mortis quam in æternum miser obibit; ratione, inquam, damnationis æternæ, nihil impetraret. Huic scilicet dici non debuit, *ora pro nobis,* quia nec alterum illud subdi potuit, *quoniam vir sanctus es, et times Deum.* Verùm non indigent hæretici nostri sanctorum precibus, quia vel peccatum nunquàm suum, nisi cum Saüle et Simone Mago, hypocriticè confitentur, vel illos reverà sanctos, Deumque timentes, aut certè nullam omninò vitam viventes putant, quasi falsum foret illud Christi Domini Matth. 22, vers. 32: *Non est Deus mortuorum, sed viventium.* Cæterùm in posteriore ipsorum approbatione, pulchra est illa precatiuncula: *Dominus sit tecum*, quam crebrò Ecclesia usurpat, cùm ait: *Dominus vobiscum.*

Quæstiuncula XXII.

Quid è posteriore Judith oratione documentorum?

Rara quidem, sed præclara in muliere virtus silentium. Hoc tamen à Judith non mulieres tantùm, sed et virorum quidam discere possunt, qui arcanum nullum continere, omnia ubique profundere, denique pleni rimarum hàc atque illàc perfluere assolent. Judith neque quid facere instituerit, patefacit, neque ullam idipsum rimandi et expiscandi ansam dat. Tantùm in Latino ait vers. 32: *Ego exeam*

cum abrâ meâ. Monendum verò ista futura, *exeam, peream, transeam*, et similia, nostro interpreti quandoque usurpari pro *exibo, peribo, transibo.* Sicuti contra, è veterum usu ista commendat Marcellus, *audibo, aperibo, dicebo, paribit, pervenibunt, obedibo,* et alia non pauca. In Græco : *Audite,* ait, *me, et opus faciam quod ad generis nostri filios in generationes generationum perveniet.*

Omnium verò maximè imitatu dignissima est sanctæ Judith demissio et religio. Eam magno encomio, et plenis penè fistulis laudant principes, à veritate : *Omnia quæ locuta es vera sunt;* à prudentiâ : *Non est in sermonibus tuis ulla reprehensio;* à sanctitate : *Mulier sancta es;* à Dei timore : *Times Deum.* In Græco etiam perspicuè, nullisque verborum ambagibus, ab excellente, omnibusque quàm cognitissimâ sapientiâ : *Non hodiè primùm tua manifesta est sapientia; sed jampridem à dierum tuorum principio, sive à primâ tuâ ætate, novit populus universus tuam sapientiam ; ideòque et bonum esse, quod corde jam tuo efformâsti,* sive *cogitâsti.* Denique tanti ipsam fecerant, ut ejus precibus culpam, quam ipsi agnoscebant, et quidem tantam, quantam illa dixerat, apud Deum deleri orarent, ejusque deprecationem rogarent. Et ipsa tamen non modò nihil effertur, sed seipsam multò magis dejicit, et quemadmodùm ab angelo et Elizabethâ cùm laudaretur B. Virgo, se Dei humilem ancillam profitebatur, ita et Judith se pauperculam, quæque aliorum ipsa egeat precibus profitetur, neque eorum tantùm quibus dicere possit : *Orate pro me, quoniam viri sancti estis, et timetis Deum;* sed eorum etiam, quos in Deum graviter commisisse dixerat, quos arguerat Dei tentatores, minitatores, ultores. *Orate*, ait vers. 33, *pro me ad Dominum Deum nostrum.* Neque hoc semel tantùm petit, sed in tam paucis verbis, iterùm et iterùm vers. 32 et 33. Neque horum tantùm, qui primarii erant, et viri, licet jam prolapsi, virtute alioqui præstantes, jamque ab illo suo delicto resipiscebant, preces petit; sed aliorum etiam omnium, qui in urbe tum erant, licet suâ ipsi murmuratione, impatientiâ et querelâ, quâ suos hùc principes impulerunt, non parùm etiam deliquissent. Quis magnæ hoc humilitatis inficietur? Quis et imitatione dignissimum non censeat? Sunt, qui cœlo recepti jam sunt, partim angeli, partim homines beati meritò à nobis rogandi; sunt et in hàc vitâ etiam ii, quos egregiè sanctos, Deique metuentes judicamus; at non ii tantùm, sed et alii, qui in Ecclesiâ adhuc catholicâ permanent, etiamsi aliquid aliquando deliquerint, vel etiamnum adhuc delinquant. Sæpè qui cecidit resurgit, et quidem nostrâ interdùm opinione velociùs. Nemo contemnendus. Pharisaico supercilio respuendus nemo. In Ecclesiâ catholicâ, *multi unum corpus sumus, in Christo, singuli autem alter alterius membra,* Roman. 12, vers. 2; *non potest autem oculus dicere manui : Operâ tuâ non indigeo, aut iterùm caput pedibus : Non estis mihi necessarii,* 1 Corinth. 12, vers. 21. Ideòque et S. Jacobus cap. 5, vers. 16 : *Orate pro invicem, ut salvemini,* et ipsum electionis vas D. Paulus Rom. 15, vers. 30 : *Obsecro,* ait, *vos, fratres, per Dominum nostrum Jesum Christum, et per charitatem sancti Spiritûs, ut adjuvetis me in orationibus pro me ad Deum,* 2 Cor. 1, vers. 10. *Deus de tantis periculis nos eripuit et eruit, in quem speramus, quoniam et adhuc eripiet, adjuvantibus et vobis in oratione pro nobis,* 1 Thessal. 5, vers. 2. *Fratres, orate pro nobis;* et cap. 3, vers. 1 : *De cætero, fratres, orate pro nobis.* Quemadmodùm verò petit sancta Judith vers. 33 : *Nihil aliud fiat, nisi oratio pro me ad Dominum Deum nostrum;* ita Actor. 12, vers. 5 : *Oratio fiebat sine intermissione ab Ecclesiâ ad Deum pro* S. Petro, qui *in* Herodis *carcere servabatur.* Et nos quidem semper aliorum precatu indigemus, sed tùm inprimis, cùm magnum et arduum quodpiam molimur, cui nostra facilè succumbere potest infirmitas, sive id publicum sit, sive privatum; verbi causâ, cùm ad peccatorum, hæreticorum, gentiumque infidelium conversionem aggredi, religiosum vitæ statum inire, paupertatis, castitatis et obedientiæ Deo vota nuncupare volumus, dicamus : *Oràte, ut firmum faciat Deus consilium meum.* Nam *nemo mittens manum suam ad aratrum, et respiciens retrò, aptus est regno Dei,* Luc. 9, vers. ultimo. Cæterùm, quia penes optimates istos, portarum urbis claves erant, et, nisi eorum emissu nutuque, poterat nemo egredi, vel ingredi, noctu præsertim, ideò : *Stabitis,* ait, *vos ad portam, nocte istâ.* Et cap. 10, vers. 9, in Græco : *Portam,* ait, *urbis mihi jubete aperiri.* Discamus et nos, nusquàm egredi, nisi stantibus ad portam, et concedentibus, quibus claves dedit Deus, sed in iis potissimùm rebus, quæ ad Evangelii Christi Domini prædicationem, divinorum sacramentorum administrationem spectant, ut videlicet *non sumat sibi quisquam honorem, sed qui vocatur à* Deo *tanquàm Aaron,* Heb. 5, vers. 4.

CAPUT IX.

1. Quibus abscedentibus (1), Judith ingressa est oratorium suum : et induens se cilicio, posuit cinerem super caput suum : et prosternens se Domino, clamabat ad Dominum, dicens :

2. Domine Deus patris mei Simeon (3), qui dedisti illi gladium in defensionem alienigenarum (4), qui violatores exstiterunt in coinquinatione suâ, et denudaverunt femur virginis in confusionem :

3. Et dedisti mulieres illorum in præ-

CHAPITRE IX.

1. Après qu'ils se furent retirés, Judith entra dans son oratoire ; et se revêtant d'un cilice, elle se mit de la cendre sur la tête ; et se prosternant devant le Seigneur, elle criait vers lui (2), disant :

2. Seigneur Dieu de mon père Siméon, qui lui avez mis l'épée entre les mains pour venger des étrangers qui, transportés d'une passion impure, avaient violé une vierge, et l'avaient couverte de confusion, en lui faisant outrage :

3. Vous qui avez livré leurs femmes en proie,

(1) Corrige cum Rom. et Græcis, *abscedentibus;* JUDITH INGRESSA EST ORATORIUM SUUM ; ET INDUENS SE CILICIO, Græci ἐγύμνωσεν, quod Complut. et Regiorum interpres vertit : *Exuit quo induta erat saccum*, hoc est cilicium. Sed id contrariatur versioni Latinæ vulgatæ ad verbum. Ergo sic verte cum Vatablo : *Nudavit saccum quo erat induta*, depositis scilicet extimis vestibus, solo manens induta sacco, eumque nudum demonstrans : saccum vocat cilicium. Nudavit ergo coram Deo interius cilicium, ostendens illud Deo quasi signum pœnitentiæ et pœnitentis, supplicisque obsecrationis. Cilicio igitur et cinere ornavit, imò armavit suam deprecationem, cujus rei symbolicam causam dabo v. 14.

PROSTERNENS SE DOMINO. Græca addunt id factum *vesperè, cùm thymiama adoleretur Deo in templo Jerosolymis*, ut significet publicum in templo sacrificium, quod jugiter in vespere offerebatur, hisce Judithæ precibus cooperatum fuisse, ac Juditham illi preces suas junxisse, ut publicam cladem publicâ supplicatione converteret, utque vis sacrificii demonstraretur, illud scilicet parâsse hanc Judithæ victoriam. (Corn. à Lap.)

QUIBUS ABSCEDENTIBUS. Hìc consequenter Judith munit se armis orationis ; et quoniam oratio est petitio decentium à Deo, ideò ad petendum primò se disponit.

INGRESSA EST ORATORIUM, quod erat in superioribus domûs suæ.

ET INDUENS SE CILICIO. Licet enim semper haberet cilicium ad carnem interiùs, tamen etiam tunc induit se cilicio exteriùs.

POSUIT CINEREM. Et utrumque fecit ad humiliationem sui, sciens quòd oratio humiliantis se nubes penetrat. Eccles. cap. 35. (Lyranus.)

(2) Toute la vie de Judith était une pénitence et une prière continuelles. Mais l'occasion qui se présentait et le dessein qu'elle avait demandaient une plus grande humiliation que jamais. Et le même esprit de Dieu qui lui inspirait d'entreprendre une action si hardie, lui apprenait dans le fond du cœur que le fondement de sa victoire devait être une profonde humilité. Ce qu'elle fait donc en se revêtant d'un cilice, et en se couvrant la tête de cendre, n'est pas seulement pour demander au Seigneur la force dont elle a besoin ; mais c'est encore un témoignage qu'elle lui rend de son propre néant, et comme une protestation qu'elle lui fait par avance qu'elle se dépouille devant ses yeux de toute la gloire qui pourrait lui revenir d'un si grand prodige qu'il voulait exécuter par son ministère. (Sacy.)

(3) Quæritur quomodò hìc Judith vocet Simeon patrem suum, cùm cap. præcedenti ejus genealogia referatur ad Ruben, fratrem, ut apparet Simeonis ? Ad hanc apparentem dissonantiam potest duobus modis responderi : Uno modo quòd ex parte patris, cujus genealogia præced. capite texitur, fuerit ex tribu Ruben, ex parte matris verò ex tribu Simeon. Non raro enim contingebat tribus permisceri, modò fieret extra casum qui habetur Num. 36. Alio modo respondetur, quòd Ruben, ad quem refertur ejus genus capite præcedenti, non fuerit Ruben patriarcha, sed aliquis alius in tribu Simeon clarus et celebris. Et hæc solutio probabilior videtur. Notandum enim, quòd Græca exemplaria non perducant ejus genus ad Ruben, sed per alios quosdam medios usque ad Israelem, nullo duodecim patriarcharum nominato.

(4) Defensionem intellige vindicationem seu ultionem in Sichimitas alienigenas. Quæstio hìc oritur, quomodò Judith, laudat hoc factum Simeonis, cùm Genes. 34, Jacob patriarcha graviter illud reprehendat ? Et graviùs etiam Genes. 49, ubi pro benedictione videtur maledictionem in Simeonem et Levi, propter hoc facinus congerere. Sic enim ait : *Simeon et Levi fratres, vasa iniquitatis, bellantia.... Maledictus furor eorum, quia pertinax, et indignatio eorum, quia dura.* Respondeo primùm non Scripturam ipsam hoc loco commendare factum Simeonis, sed Judith tantùm in suâ oratione. Non est autem necesse verba ejus omnia habere pondus et auctoritatem Scripturæ sacræ, sicuti postea patebit in verbis quæ ad Holofernem locuta est. Deinde possumus in hoc facto duo considerare : Alterum est zelus eorum, et indignatio illa quâ indignissimè ferebant rem tam fœdam fuisse perpetratam contra Israel, scilicet sororem suam Dinam ab alienigenâ esse stupratam. Et hic zelus seorsim consideratus, meritò commendatur, ut sic Judith dicat : *qui zelaverunt zelum tuum.* Alterum est facinus ipsum, cum omnibus suis circumstantiis consideratum, et sic illicitum fuit, tum quia id auctoritate privatâ, inconsulto et inscio patre, cum maximo ejus periculo, ut ipse explicat Genes. 34, aggressi sunt ; tum quia id fecerunt per fraudem, et contra pacta. (Lyranus.)

dam (1), et filias illorum in captivitatem, et omnem prædam in divisionem servis tuis, qui zelaverunt zelum tuum : subveni, quæso te, Domine Deus meus, mihi viduæ.

4. Tu enim fecisti priora, et illa post illa cogitâsti (2) : et hoc factum est quod ipse voluisti.

5. Omnes enim viæ tuæ paratæ (3) sunt, et tua judicia in tuâ providentiâ posuisti (4).

6. Respice castra Assyriorum nunc, sicut tunc castra Ægyptiorum (5) videre dignatus es, quando post servos tuos armati currebant, confidentes in quadrigis, et in equitatu suo, et in multitudine bellatorum.

7. Sed aspexisti super castra eorum, et tenebræ fatigaverunt eos (6).

8. Tenuit pedes eorum abyssus (7), et aquæ operuerunt eos.

9. Sic fiant et isti, Domine, qui confidunt in multitudine suâ, et in curribus suis, et in contis (8) et in scutis et in sagittis suis et in lanceis gloriantur,

qui avez rendu leurs filles captives, et qui avez donné toutes leurs dépouilles en partage à vos serviteurs qui ont brûlé de zèle pour vous ; assistez une veuve, je vous prie, Seigneur mon Dieu.

4. Car c'est vous qui avez fait les anciennes merveilles, et vous avez résolu les unes après les autres, et ce que vous avez voulu s'est fait.

5. Car toutes vos voies sont préparées ; et vous avez établi vos jugements dans *l'ordre* de votre providence.

6. Regardez maintenant le camp des Assyriens, comme vous daignâtes un jour regarder le camp des Egyptiens, lorsque armés ils poursuivaient vos serviteurs, se fiant en leurs chariots, leur cavalerie, et la multitude de leurs soldats.

7. Mais vous ne fîtes que jeter un regard sur leur camp, et les ténèbres les fatiguèrent.

8. L'abîme retint leurs pieds, et les eaux les couvrirent.

9. Seigneur, que ceux-ci périssent de même, eux qui s'appuient sur leur grande multitude, et qui se glorifient dans leurs chariots, dans leurs dards, dans leurs boucliers, dans leurs flèches et dans leurs lances,

(1) Græcus : *Dedisti principes eorum in cædem, et cubile eorum, quod noverat deceptionem eorum, in sanguinem; et percussisti servos super dynastas, et dynastas super thronos eorum. Et dedisti uxores eorum in direptionem, et filias in captivitatem, et omnia spolia in direptionem filiorum dilectorum à te, qui etiam zelaverunt zelum tuum, et abominati erant contaminationem sanguinis sui, et invocaverant te in adjutorem; Deus, Deus meus, exaudi me viduam.* Stylus hic tumidior, et phrasibus etiam poeticis infertus videtur. Omninò, ait Grotius, hujus libri scriptor legerat scriptores ex Græcis, ut qui Titanum et Gigantum meminerit. (Calmet.)

(2) Quemadmodùm ex te auctore sunt prodigia, olim sub patribus nostris gesta, ita et te moderante aguntur omnia quæ nunc et quæ deinceps contingent. Futuri eventus idcircò fient quia tu sapienti providentiâ tuâ æterno consilio decrevisti. Græcus : *Tu fecisti quæ ante illa et illa, et quæ deinceps, et quæ nunc, et supervenientia cogitâsti.* Syrus apertior est et brevior : *Tu prima et media fecisti, et quæ sequuntur.* (Calmet.)

(3) Ἕτοιμοι, *faciles tibi.*

(4) Ἐν προγνώσει benè vertit : nam πρόγνωσις sæpè non nudam *prænotionem*, sed et *directionem* divinam significat. (Grotius.)

Omnes enim viæ tuæ paratæ sunt, et tua judicia in tua providentia posuisti. Omnia pro arbitrio nullo negotio facis : nihil tibi arduum est : stratæ sunt tibi viæ et faciles; nihil te remoratur; nunquàm consilia tua falluntur, sive ipsa se impediendo, sive ab hostibus turbata. Græc. : *Omnes viæ tuæ paratæ, et judicium tuum in præcognitione.* Sub tuo nutu sunt omnia, et certâ invictâque voluntate omnia decernis, quippe qui vias agendi prænôsti tutas atque certissimas. Syrus : *Omnes viæ tuæ paratæ et creatura tua nuda in conspectu tuo.* Nihil tibi repugnat, te latet nihil. (Calmet.)

(5) Græcus plurimùm discrepat à Vulgatâ in hoc versiculo et novem sequentibus. Damus integrum : *Ecce enim Assyrii multiplicati sunt in virtute suâ, exaltati sunt super equo, et ascensore; gloriati sunt in brachio peditum, speraverunt in clypeo, et in jaculo, et arcu, et fundibulâ, et non cognoverunt quia tu es Dominus conterens bella : Dominus nomen tibi. Tu frange eorum fortitudinem in virtute tuâ, et prosterne robur eorum in furore tuo. Deliberaverunt enim polluere sanctuaria tua, contaminare tabernaculum requietis nomini gloriæ tuæ, et diruere ferro cornu altaris tui. Aspice in superbiam eorum, et mitte iram tuam in capita eorum. Da in manu meâ viduæ, quod cogitavi robur; percute servum è labiis deceptionis meæ super principem, et principem super servum suum, et frange eorum celsitudinem in manu feminæ.* (Calmet.)

(6) Dùm nubis columna, quâ parte Israelitas respiciebat, luce tuâ transeuntibus per sectum mare fulgeret, nox atra operiebat Ægyptios, prohibebatque ne è castris ante ortum matutinæ lucis exirent. Littera textûs fert : *tenebras fatigâsse Ægyptios;* noctem enim totam molestam et inquietam egerunt, iter tentantes, sed ne procederent, tenebris prohibiti sunt.

(7) Id est, maris fundus, in eorum submersione. (Lyranus.)

Eodem modo aliâ occasione loquitur David Psal. 68, 4. (Menochius.)

(8) Id est, fustibus ad pugnandum dispo-

10. Et nesciunt quia tu ipse es Deus noster, qui conteris bella ab initio (1), et Dominus nomen est tibi.

11. Erige brachium tuum (2) sicut ab initio (3), et allide (4) virtutem illorum in virtute tuâ : cadat virtus eorum in iracundiâ tuâ, qui promittunt (5) se violare sancta tua, et polluere tabernaculum nominis tui, et dejicere gladio suo cornu altaris tui (6).

12. Fac, Domine, ut gladio proprio ejus superbia (7) amputetur.

13. Capiatur laqueo oculorum suorum in me (8), et percuties eum ex labiis charitatis meæ (9).

10. Et qui ne savent pas que vous êtes notre Dieu, qui arrêtez les combats dès le commencement, et que votre nom est Jéhova.

11. Elevez votre bras, comme vous avez fait autrefois; écrasez leur force par votre force; que leur courage tombe devant votre colère, eux qui se promettent de violer votre sanctuaire, de déshonorer le tabernacle de votre nom, et de renverser avec leur épée la majesté de votre autel.

12. Faites, Seigneur, que son orgueil soit abattu de sa propre épée.

13. Qu'il soit pris par ses propres yeux, comme par un piége, en me regardant; et frappez-le par l'agrément des paroles qui sortiront de ma bouche.

sitis. Conti sunt hastæ oblongæ, venabula, etc. (Lyranus.)

(1) Id est, ab antiquis temporibus, sicut patet de Amalec contra filios Israel pugnante Exod. 17, et de Og rege Basan, et Sehon rege Amorrhæorum, Num. 22, et de regibus contra Josue pugnantibus, Josue 10, et in pluribus aliis locis. (Lyranus.)

(2) Hîc ponitur tertium à Judith allegatum, scilicet destructio divini cultûs, cujus observatio erat conveniens Deo; ideò dicit : *Erige brachium tuum*, id est, potentiam tuam.

(3) Id est, ab exitu filiorum Israel de Ægypto, ut prædictum est. (Lyranus.)

(4) Id est, prosterne. (Lyranus.)

(5) Sic enim promiserant Nabuchodonosor regi, ut ipse solus nominaretur deus in terrâ, ut dictum est suprà c. 3. (Lyranus.)

Promittunt, sibi ipsis, sperant. (Menochius.)

(6) In quatuor altaris holocaustorum angulis porrectum quid surgebat, ceu cornu vel radius, uti Scriptura non semel docet. (Calmet.)

Figuratè pars ponitur pro toto. Vel certè cornu gloriam significat, ut interpretatur Emmanuel Sâ. (Menochius.)

Per *cornu* designatur gloria, et majestas altaris, seu sacrificiorum, quæ in altari offerebantur Deo. (Tirinus.)

(7) Id est, caput Holofernis, de cujus potestate totus exercitus gloriabatur, et videtur hìc propheticè loqui, quia sic factum fuit postea, ut videbitur c. 13. (Lyranus.)

(8) Id est, sic capiatur in aspectu meæ pulchritudinis, quòd fiam ei sic familiaris, quòd possim eum jugulare. (Lyranus.)

(9) Græcus legit : Ἐκ χειλέων ἀγάπης, ubi nos non malè habemus χειλέων ἀπάτης *labiorum fraudis*, quod meliùs congruit cum illis quæ in Græco præcesserunt, τὴν στρωμνὴν τὴν ἀπατηθεῖσαν, *cubile deceptum*. Sequitur in Græco : Θραῦσον αὐτῶν τὸ ἀνάστημα ἐν χειρὶ θηλείας, *vulnera eorum statum per manum feminæ*, ubi ἀνάστημα est *status erectus*, ut Zach. 9, 8, et infra 12, 9. (Grotius.)

Labia charitatis suæ vocat blandiloquia labia, è quibus verba elegantia et ad charitatem seu amorem allicientia profluunt. An ergo intendit vel optavit Judith pellicere Holofernem ad libidinem? Respondeo : Nullo modo, ut patet ex cap. seq. v. 4, sed solùm intendit et optavit pellicere illum ad amorem sui honestum et castum, quo, v. g., poterat Holofernes prosequi Juditham ut futuram conjugem. Et licet probabilibus conjecturis præsciret illum non ad castum, sed ad turpem amorem pellectum iri, quia tamen id non ex naturâ facti Judithæ, sed vitio ipsius Holofernis futurum erat, et Juditha justissimas haberet causas faciendi quod faciebat, puta ad liberandam patriam suam, et fugandos hostes, poterat negativè seu merè passivè sese habere ad peccatum Holofernis, et eo non obstante, curare modis omnibus ut is ad sui amorem pertraheretur; ita ferè S. Ambrosius et doctores scholastici. Et placuisse hoc ejus factum Deo, patet ex eo, quòd singulari modo eidem cooperatus sit, ut habes c. seq. v. 3. (Tirinus.)

Græcus et Syrus majore vi : *Percute servum è labiis deceptionis meæ super principem, et principem super ministrum ejus.* Id effice, siquidem probaveris quod meditor, eos scilicet seducere callidis verbis, vel impellere ad amorem; id, inquam, effice, ut in me ceu in laqueum impingant. Sed quâcumque demùm ratione hæc verba accipiantur, ægrè percipimus cur Judith propitium sibi Numen imploret, ut hostes vel decipiat, vel impudicum in amorem trahat. Neutrum probare Deus poterat. An Judith adeò morum regulas ignorabat ut id Deum flagitare auderet? Nonne Deus mali conscius et fautor haberetur? Ultrò equidem admittimus, justo in bello licere stratagematibus, dolis, inopinis aggressionibus hostem petere : *Dolus an virtus, quis in hoste requirat?* Finge, dissimula, simula : consilium tuum revelare non debes. Si se ipsum hostis fallit, atque aliter fieri putat id quod ab hoste alio planè consilio agitur, vitio id nemini datur : at si datâ operâ mendacia proceduntur : si directè deceptio et hostis seductio quæritur; si assentatione falsisque consiliis delinitur; si aliter, quàm res ipsa est, urbis status describitur; si mendacio religio servire cogitur; si ea solummodò proferri dicuntur quæ Dei spiritus et studium religionis

14. Da mihi in animo constantiam (1), ut contemnam illum : et virtutem, et evertam illum.

15. Erit enim hoc memoriale nominis tui, cùm manus feminæ dejecerit eum.

16. Non enim in multitudine est virtus tua (2), Domine, neque in equorum viribus voluntas tua est, nec superbi ab initio placuerunt tibi, sed humilium et mansuetorum semper tibi placuit deprecatio.

17. Deus cœlorum, creator aquarum, et Dominus totius creaturæ, exaudi me miseram deprecantem, et de tuâ misericordiâ præsumentem (3).

18. Memento, Domine, testamenti

14. Donnez-moi assez de constance dans le cœur pour le mépriser, et assez de force pour le perdre.

15. Car ce sera un monument glorieux pour votre nom, qu'il périsse par la main d'une femme.

16. Car votre puissance, Seigneur, n'est point dans la multitude ; vous ne vous plaisez point dans la force des chevaux ; et dès le commencement, les superbes ne vous ont point plu ; mais vous avez toujours agréé les prières de ceux qui sont humbles et doux.

17. Dieu des cieux, créateur des eaux, maître de toute créature, exaucez-moi ; exaucez-moi, malheureuse suppliante, qui présume de votre miséricorde.

18. Souvenez-vous, Seigneur, de votre al-

suadent, uti ab Judithâ toto hoc cap. 11 geritur, id porrò Christianæ disciplinæ dogmata et naturalis æquitatis leges damnant ac reprobant.

Sed artificia hæc multò iniquiora sunt, si illecebris suis femina animum Holofernis impudico amore irretire conatur, ut incautum in necem trahat. Animam necat priusquàm corpus. Crudelius nihil est, nil iniquius, nihil divinæ legi magis repugnans. Scitum est quàm dirâ ultione Deus mulctaverit Madianitas, qui prava Balaami consilia secuti, puellas in castra Israelis miserunt; quàm acerbè pariter ultus fuerit pseudoprophetam, sceleris consultorem; quàm severe populum, qui suadenti obtemperavit, ac denique Israelitas qui seduci sese passi sunt. Minimè igitur ex omni parte probamus laudamusque orationem ac facinus Judithæ. Rectum animi propositum commendamus, putamusque recto consiliorum ejus fine et naturali mulieris ignorantiâ peccatum minui. Neque tamen vitio illi damus aut simulata consilia, aut cædem Holofernis, aut callidam decipiendi artem : hæc omnia justi belli leges admittunt. His tamen rei ab illâ gestæ deformitatem tegi undique posse non censemus. Mendacium continuatum iteratumque toto eo tempore quo Holofernem allocuta est, usus venustatis ac muliebrium illecebrarum, quibus amorem aucupabatur, discrimen quod adivit, ne qua vis aut injuria sibi inferretur, hæc laudatores nos ægrè admodùm habent.
(Calmet.)

(1) Nota : Omnis virtus, sed maximè constantia petenda est à Deo, tum præsertim infirmis et debilibus, uti sunt feminæ, pueri, senes, ægri, cùm aggrediuntur quid heroicum vires naturæ exsuperans, quale erat hoc opus Judith, idque tum quia homo ex peccato factus est totus fragilis et inconstans, tum quia Deus ait : *Ego sum qui sum*, id est, per essentiam constans, fons et auctor omnis essentiæ. Sed adverte Judith eam petere indutam cilicio, et cinere aspersam, ac prostratam in terrâ, v. 1, quia oratio, ut constantiam obtineat, debet armari pœnitentiâ, labore et mortificatione carnis; qui enim mollis est, et deliciis carnis indulget, nequit esse fortis et constans. Cinis signum est mortis, quia constantiam valdè excitat memoria mortis, brevitasque vitæ et laboris ac doloris in eâ subeundi. Denique prostratio signum est humilitatis, quâ quis agnoscens suam fragilitatem, implorat Dei opem, ab eoque constantiam impetrat.
(Corn. à Lap.)

(2) Victoriam pro arbitrio largiris, non præliantium, non fracti exercitûs, non victoris numerum respiciens. Deinceps in hoc capite Græcus plurimùm discrepat à Vulgatâ. Damus integrum : *Non enim in multitudine robur tuum, neque potentatus tuus in fortibus ; sed humilium es Deus, minorum es adjutor, susceptor infirmorum, deploratorum protector, desperatorum salvator. Næ næ, Deus patris mei, et Deus hæreditatis Israel, Domine cœlorum et terræ, creator aquarum, rex omnis creaturæ tuæ, tu exaudi orationem meam, et da verbum meum in deceptionem, in vulnus, et livorem eorum qui contra testamentum tuum, et domum sanctificatam tuam, et verticem Sion, et domum possessionis filiorum tuorum deliberaverunt dura. Fac super omnem gentem tuam, et omnem tribum, cognitionem ad sciendum quia tu es Deus omnis virtutis et potentiæ, et non est alius protegens genus Israel, nisi tu.* (Calmet.)

NON IN MULTITUDINE EST VIRTUS TUA. Idem agnoscebat Asa, rex Juda, 2 Paralip. 14, v. 10, cùm Æthiopum Zara decies centena armatorum millia in Judæam ductaret. Idem etiam Artabanus, licet gentilis, inculcabat Xerxi, pluribus adhuc millibus, dùm Græciam peteret, stultè glorianti : « Ingens, inquit, exercitus « ab exiguo profligatur, quoties Deus in quo « detestatur, aut metum aut tonitrum incu« tit. » (Tirinus.)

(3) De Dei misericordiâ præsumere tum in malam partem quis potest, quando illi soli inniti vellet, aliis omnibus quæ Deus simul requirit, neglectis ; in bonam verò partem, quando adhibitis adhibendis, ob nullam vel rei difficultatem, vel postulantis indignitatem, diffidit de potentiâ et bonitate Dei. Et sic fecit hic Judith, et supra, c. 6, v. 15, fecerunt etiam reliqui Bethulienses. (Tirinus.)

tui (1), et da verbum in ore meo, et in corde meo consilium corrobora, ut domus tua in sanctificatione tuâ permaneat :

19. Et omnes gentes agnoscant (2) quia tu es Deus, et non est alius præter te.

liance; mettez les paroles dans ma bouche; et fortifiez la résolution de mon cœur, afin que votre maison demeure toujours dans sa sainteté,

19. Et que toutes les nations connaissent que vous êtes Dieu, et qu'il n'y en a point d'autre que vous.

(1) Id est, si pro nobis non parcis, saltem parcas pro tuo cultu qui viget in nobis. (Lyranus.)

TESTAMENTI TUI, promissorum populo tuo.

DOMUS TUÆ, templum quod infideles eversum eunt.

IN SANCTIFICATIONE TUA, non polluatur, non profanetur. (Menochius.)

DOMUS TUA, seu templum, *in sanctificatione tuâ*, id est, in religione et cultu tuî, quo solo verè sanctificatur, *permaneat*. (Tirinus.)

(2) Per factum sic mirabile, quod non potest fieri nisi tuâ virtute. (Lyranus.)

TRANSLATIO EX GRÆCO.

1. Judith autem procidit in faciem, et imposuit cinerem super caput suum. Et nudavit quem induerat saccum, et erat nuper oblatum in Hierusalem, in domo Dei thymianâ vesperæ illius : et clamavit voce magnâ Judith, et dixit : — 2. Domine Deus patris mei Simeon, qui dedisti in manu gladium in ultionem alienigenarum, qui solverant vulvam virginis in pollutionem, et nudaverant femur in confusionem, et polluerant vulvam in opprobrium : dixisti enim : Non sic erit. — 3. Et pro iis quæ fecerunt, dedisti principes eorum in cædem, et stratum eum, quòd noverat deceptionem eorum, in sanguinem, et percussisti servos super dynastas, et dynastas super thronos eorum ; — 4. Et dedisti uxores eorum in direptionem, et filias in captivitatem, et omnia spolia in distributionem filiorum dilectorum à te, qui etiam zelaverunt zelum tuum, et abominati erant contaminationem sanguinis sui, et invocaverant te in adjutorem. Deus Deus meus, etiam exaudi me viduam. — 5. Tu enim fecisti, quæ ante illa, et illa, et quæ deinceps, et quæ nunc, et supervenientia cogitâsti : et facta sunt quæ in mente habuisti. — 6. Et affuerunt quæ deliberâsti, et dixerunt : Ecce adsumus : omnes enim viæ tuæ paratæ, et judicium tuum in præcognitione. — 7. Ecce enim Assyrii multiplicati sunt in virtute suâ, exaltati sunt super equo, et ascensore, gloriati sunt in brachio peditum, speraverunt in clypeo, et in gæso, et arcu, et fundibulâ, et non cognoverunt quia tu es Dominus conterens bella. Dominus nomen tibi. — 8. Tu frange eorum fortitudinem in virtute tuâ, et prosterne robur eorum in furore tuo. Deliberaverunt enim polluere sancta tua, contaminare tabernaculum requietis nominis gloriæ tuæ, et diruere ferro cornu altaris tui. — 9. Aspice in superbiam eorum, mitte iram tuam in capita eorum. Da in manu meâ viduæ, quod cogitavi, robur. — 10. Percute servum è labiis deceptionis meæ super principem, et principem super ministrum ejus : frange eorum celsitudinem in manu feminæ. — 11. Non enim in multitudine robur tuum, neque potentatus tuus in fortibus : sed humilium es Deus, minorum es adjutor, susceptor infirmorum, deploratorum protector, desperatorum salvator. — 12. Næ næ, Deus patris mei, et Deus hæreditatis Israel, Domine cœlorum, et terræ, creator aquarum, rex omnis creaturæ tuæ, tu exaudi orationem meam. — 13. Et da verbum meum, et deceptionem, in vulnus, et livorem eorum qui contra testamentum tuum, et domum sanctificatam tuam, et verticem Sion, et domum possessionis filiorum tuorum deliberaverunt dura : — 14. Et fac super omnem gentem tuam, et omnem tribum, cognitionem ad sciendum, quia tu es Deus omnis virtutis, et potentiæ, et non est alius protegens genus Israel, nisi tu.

COMMENTARIUM.

Alteram nunc ad liberandum populum aggressionem Judith adhibet, cum Deo scilicet agendo, ejusque opem et auxilium implorando. Ideòque hoc ipso capite illius ad Deum oratio proponitur, et ejusdem modus, partim hujus ejusdem capitis initio statim, partim etiam sequentis. Nam primò, *ingressa est oratorium suum*, de quo supra ; deinde, *se cilicio induit ;* tertiò, *posuit cinerem super caput suum ;* quartò, *prostravit se ante Dominum ;* quintò, clamare precabunda occœpit. Quæ aliorum toties, tamque humiliter, ut audimus, preces petierat, quid cum ancillis, domesticisque suis fecisse jam credimus ? In Græco quæ notanda sint, duo hìc adjiciuntur : unum, *nudavit id, quod induebatur, cilicium*, id est, cùm id antea opertum esset, vestibusque aliis objectum, jam apertè, vestibus illis abjectis, cilicio induta est. Sicque Latinus textus explicandus de indutione cilicii, non quàlibet, sed

apertâ, minimèque velatâ, prout in sacrificantibus sacerdotibus dictum supra, cap. 4, vers. 9 et 16. Alterum, est cœptæ hujus orationis tempus. *Et erat jam, cùm offerri solet, Hierosolymis, in domo Dei, incensum vespertinum.* Oratio verò petit hostium profligationem, Israelitarum liberationem, et quidem ita ut utrumque istud, et ipse hæc agendi modus ad unam ipsius Dei gloriam totus referatur, vers. 15 et 19. Contexitur autem tota petitio ex comparatione quâdam cum veteribus exemplis duobus. Deinde ex crebris de Deo sententiis, et tertiò, ex ipsius, quem dixi, finis propositione. Exemplum prius est ex Genes. 34, vers. 29, de Simeone patriarchâ. Sicut enim, ô Deus, in ulciscendâ violatæ virginis pudicitiâ juvisti; ita me viduam ex illo prognatam, in Bethuliæ, adeòque patriæ totius et religionum tuarum liberatione procurandâ nunc adjuva. Alterum, ex cap. 14 Exodi vers. 9, sicut Pharaonis et Ægyptiorum castra Israelitas insequentium occisione olim penitùs occidisti, ô Deus; ita et nunc immensas Holofernæ hujus, omniumque Assyriorum copias extermina.

Quæstiuncula prima.

Quomodò, in defensionem alienigenarum, dedit Simeoni patriarchæ gladium Dominus?

Est aliqua hìc de verbo, contra versionis nostræ momos, velitatiuncula, et de re ipsâ ob difficultatem, pugna. De verbo quidem, quia Simeon, alienigenas non defendisse, sed oppugnâsse ac interemisse legitur. Ac defensio vindictam et ultionem significat, quam Græcus ἐκδίκησιν ἀλλογενῶν appellat. Sic enim defendendi defensionisque vocabula priscis auctoribus usurpata notat non incuriosus Latini sermonis custos Nonius. *Defendere*, ait, *vindicare, depellere.* Virgilius, Bucol.: *Solstitium pecori defendite.* Ennius Achill.: *Serva cives, defende hostes, cùm potes defendere.* Et sic quodammodò jam supra cap. 1, vers. 12, *Juravit, quòd defenderet se de omnibus regionibus his.* Ad Rom. 12, vers. 12: *Non vosmetipsos defendentes, charissimi, sed date locum iræ.* Similiter lib. 1 contra Marcionem cap. 26, de falso Marcionis Deo: « Cur prohibet admitti, « quod non defendit admissum, cùm multò re« ctiùs non prohibuisset, quod defensurus non « esset, quàm ut non defenderet, quod prohi« buisset, imò et permisisse directò debuit, « sine causâ prohibiturus, non et defensurus. « Nam et nunc tacitè permissum est, quod « sine ultione prohibetur.

De re ipsâ porrò difficultas est, quomodò quam intulit Simeon alienigenis, cædes hìc laudetur, cùm in Genesi vituperetur? Illic enim cap. 34, vers. 30, Jacob dixit ad Simeon et Levi: *Turbâstis me, et odiosum fecistis me Chananæis et Pherezæis habitatoribus terræ hujus. Nos pauci sumus, illi congregati percutient me, et delebor ego, et domus mea.* Multòque graviùs cap. 49, vers. 5: *Simeon et Levi fratres, vasa iniquitatis bellantia. In consilium eorum non veniat anima mea, et in cœtu illorum non sit gloria mea, quia in furore suo occiderunt virum, et in voluntate suâ suffoderunt murum. Maledictus furor eorum, quia pertinax; et indignatio eorum, quia dura. Dividam eos in Jacob, et dispergam in Israel.* Tres adhibentur ei difficultati responsiones. Prima est eorum qui concedunt vel omninò, vel ferè locum hunc illi repugnare. Sed hi sunt illi recentiores, qui libri hujus auctoritatem lance parùm æquâ ponderârunt, ut Carthusianus, de quo supra, proleg. 4, in hæreticorum argumentis fol. 213. Altera Historiæ Scholasticæ, quæ ait posse dupliciter cædem hanc expendi, primò quoad divinum judicium, cujus, per virginis Dinæ stuprum, violata erat majestas, et hominum naturæ insita lex; neque verâ illum pœnitudine placârant stuprator Sichem et ejus pater Hemor, cæterique sceleris ejus vel adjutores, vel approbatores Sichemitæ cives, et sic justissimâ ii cæde plectebantur. Deinde, quoad Simeonis ipsius et Levi animum, qui vehementi quâdam furoris insaniâ, non justitiæ zelo, sed iræ vindictæque impetu arma corripuerunt, illos occiderunt, sicque injusta cædes fuit. Priore modo laudari cædem hìc, non posteriore, inquit illa historia et explicat, aliquoque modo approbat Carthusianus exemplo Judæorum, quorum excidium et captivitas, quoad Dei sententiam, justa, quoad Nabuchodonosoris ambitionem et superbiam, injusta exstitit. Tertia Lyrani hoc loco et Pererii nostri, libro de Benedictione patriarcharum, duo nimirùm in cæde illâ fuisse, unum, ipsam flagitii detestationem, ejusque puniendi zelum; alterum, ipsum punitionis hujus exequendæ modum, et prius quidem illud laude dignum esse, non posterius, non quasi puniendi potestatem non haberent (cùm enim esset Hemor loci ejus princeps, ad nullum vocari tribunal poterat, sed armis tantummodò puniri), sed quia modus is contra sancitum

jamjam fœdus et fraudulentus, nimiùmque vehemens et furiosus fuit.

Ex utrâque istâ expositione plenior ea forsan erit, quæ dixerit, primò quidem hìc maximè spectari et laudari, quod in clade istâ divinum fuit: Nam et orationis hoc scopus, quem supra vidimus, indicat, et loquendi modus: *Dedisti illi gladium in defensionem alienigenarum; dedisti mulieres illorum in prædam;* et in Græco: *Dedisti principes eorum in cædem, et cubile ipsorum in sanguinem, et percussisti servos cum dynastis, et dynastas ipsos in thronis suis*, statimque magnitudo sceleris, quod gladio vindicari voluit Deus, adjicitur. Ad hoc, in sequenti exemplo de Ægyptiorum mersione nihil humani, sed tantummodò, quod divinum erat, prædicatur, quia id solum commemoratu opportunum jam erat, Deum eos, qui malo quopiam Israelitas affecissent, olim puniisse, ideòque rogari eum, ut itidem modò faciat. Deinde verò videtur factum istud, quatenùs à Simeone et Levi exstitit, aliquo modo laudari, quia Simeon et Levi dicuntur *servi Dei*, neque simpliciter, sed qui *zelaverint zelum Dei*. Nam *zelum Dei zelare* in laude ponitur, 1 Machab. 2, 54 et 58. Et Græcè additur: *Sanguinis sui pollutionem abominati sunt; et te in adjutorem invocàrunt.* Atque sic, non interim negatur eos peccàsse, importunè, callidè nimiùmque furenter et rabidè in fœderatos irruisse. In uno eodemque opere, quod alioqui malum est, maloque modo agitur, potest interdùm tamen laude quidpiam dignum aspici. Testis ille, qui furacem fraudulentumque *villicum iniquitatis* laudavit, *quia prudenter fecisset*, Lucæ 16, vers. 8.

Objicit tamen Carthusianus, armis eos pœnam inferre non debuisse, quia etiamsi Hemor esset, majori tamen regi parebat, coram quo de injuriâ potuit accusari. Nam Josuæ 11, *Asor antiquitùs inter omnia regna hæc principatum tenebat.* Verùm potuit Asor principatum tenere, sive inter omnia eminere, ut regna ei tamen alia non subessent. Et, ut subessent, quomodò advenæ et peregrini homines, in re, quæ magnum apud barbaros istos flagitium non videbatur, justas exigere pœnas potuissent?

Objiciet fortè alius, totum, etiam quoad Simeonis animum, et modum, factum hoc videri hoc loco laudari, quia dicitur Deus illi *gladium dedisse*. At quæ cædes justior, quis cædendi animus et modus, æquior, quàm ubi gladium porrigit, penes quem summa omnium vitæ ac necis potestas? Quomodò delinquant, qui Dei aliquâ in re servi sunt, in eâque zelum ipsius zelant? Jam dixi, et usu receptum, ut uno quopiam respectu sit aliquid æquum, alio iniquum; accipiat quis à Deo potestatem aliquam, neque eâ tamen, quemadmodùm par esset, benè utatur. Nonne Nabuchodonosorem, qui Hierosolymam cepit, templum evertit, populum adduxit, vocat Deus *servum suum*, Jerem. 25, vers. 9? Nonne ad Ezechielem ait Dominus cap. 29, vers. 28: *Fili hominis, Nabuchodonosor rex Babylonis servire fecit exercitum suum servitute magnâ adversùs Tyrum. Omne caput decalvatum, et omnis humerus depilatus est; et merces non est reddita ei, neque exercitui ejus de Tyro, pro servirtute, quâ servivit mihi adversùs eam.* Judith ergo potissimùm quæ Dei sunt in Simeoniâ irruptione celebrat; quæ Simeonis verò sunt, non nisi modicè et quadamtenùs.

QUÆSTIUNCULA II.

Quæ labia charitatis vers. 13, et quæ illustriora hujus capitis, vel sententiæ, vel documenta?

Labia charitatis vocantur, è quibus verborum χάρις quædam, sive jucunda orationis gratia existit. Unde et qui auribus aliquid dant, aliisque grata proferunt, ii apud Athenæum χαριτογλωττοῦντες, ab aliis quibusdam *aretalogi* vocantur. Quia verò ejuscemodi orationis mella graviter sæpè auditorem fallunt, sicuti et Holofernem fefellerunt, idcircò in Græco dicuntur χειλῆ ἀπάτης, *labia fraudis*, sive, ut in Psalmis 11, 16, 30, *labia dolosa.* Quomodò hujuscemodi à Deo petat Judith, alio capite, cum aliis quibusdam, disquiretur commodiùs.

Inter sententias verò prima est, quâ Dei potentiam extollit vers. 4, dùm et pœnam, quæ salacibus illis Sichemitis illata erat, cum arbitratu suo fecisse ait, et alia omnia tam, quæ unquàm ante facta sunt, vel, deinceps unquàm fierent. Hæc enim sententiæ hujus vis paulò in Græcis apertior est: *Fecisti ea quæ illis priora sunt, et quæ deinceps, et quæ nunc, et quæ ventura intellexisti, et facta sunt quæ cogitâsti, et præsentia fuerunt quæ deliberâsti, et dixerunt: Ecce adsumus. Omnes enim viæ tuæ paratæ; et judicium tuum in prænotione*, id est, prævisum et præmeditatum est.

Altera sententia est vers. 10: *Deus noster conterit bella ab initio, et Dominus nomen est ei.* Pro isto, *Dominus*, Hebraicum esse solet

יהוה; estque totum hoc explicatum Exodi cap. 3, v. 14, cap. 6, v. 3, sicuti et quod jam subditur vers. 15. *Erit hoc memoriale nominis tui.* Explicatur hic ipse locus à Petro Fabro lib. Dodecameni, cap. 5. Alia Dei nomina sunt vers. 17, ubi et *præsumere* in bonam partem sumitur, uti supra expositum cap. 6, vers. 15. In Græco etiam suavissima hæc : *Humilium* Deus, *inferiorum adjutor, curator infirmorum, deploratorum protector, desperatorum salvator.*

Tertia vers. 16, cui simillimæ in Scripturis complures, sed pulcherrima illa Hierosolymitani regis Asæ, dùm contra Æthiopum regem Zaram, qui decies centena hominum millia, trecentosque falcatos currus ductabat, pergeret, 2 Paralip. 14, vers. 11 ; *Domine,* ait, *non est apud te ulla distantia, utrùm in paucis auxilieris, an in multis. Adjuva nos, Domine Deus noster. In te enim et in tuo nomine habentes fiduciam, venimus contra hanc multitudinem.* Hanc porrò Judith nostræ vocem Regino comiti, cui militiæ regulas præscribebat, laudat Carthaginensis diaconus Ferrandus S. Fulgentii discipulus : « Si, ait in « primâ regulâ, parvus exercitus contra ho« stium multitudines innumerabiles educen« dus sit, orante Judith protinùs confortabe« ris, consonâ oratione, dùm gemebundus « exclamas. Non in multitudine est fortitudo « tua ; neque virtus tua in potentatibus, sed « humilium est Deus. » Atque id etiam agnoscit gentilis apud Herodotum lib. 7 Artabanus: « Ingens exercitus ab exiguo profligatur, quo« ties Deus iis, quibus invidet (sive potiùs) « quos detestatur, aut metum aut tonitruum « incutit. »

Documentorum verò istæ non parùm suppeditant sententiæ, possunt tamen adjungi et alia : primum, quæ sese ad magna quædam opera comparandi ratio sit, videlicet ad Deum semper advolare, ipsiusque majestatem precari. *Omnium rerum magnarum primordia à Deo,* inquiebat nescio quis. Alterum, unius ob noxam, quanta sæpè in rebus publicis mala ? et ea neque fortuita, neque à solis hominibus invecta, sed, quia punire illam vult, etiam à Deo ipso immissa. Non est Dina quidem Helena ; suam tamen habet et ipsa Iliadem, ut in Genesi et hoc loco vides. Tertium, cùm extremum hìc virginis dedecus per femorum denudationem significetur, quid de Lacænis illis, quæ, parùm velatæ, in adolescentium sese conspectum dabant, et φαινομήριδες vocabantur, sentiendum ? Quartum cùm tanta Dei et potentia et providentia sit, quanta hìc describitur vers. 4 et 5, cur nos ei totos non committamus ? Quintum, in armis, hominumque operibus, spem nunquàm nostram collocemus. Quid Assyriis ista profuerunt, qui *in scuto, gæso, sagittâ et fundâ* confidebant, ut habet textus Græcus, itemque in aliis, ut Latinus vers. 9. Omnium clausula sit, ut quæ agimus, cogitamus, precamur, ad Dei unius gloriam tandem aliquando colliment. Vult Judith decipi Holofernem, vult Assyrios deleri, vult obsidione urbem liberari, vult se corroborari. Sed omnia tamen hùc tendunt, ut Dei domûs sanctificatio permaneat, religio vigeat, catholica Ecclesia non opprimatur, Deus verus vero sinceroque cultu ab omnibus cognoscatur, colatur et deprædicetur, *quia non est alius præter eum,* sive, ut ait Græcus, non est *præter ipsum pro genere Israel,* ὑπερασπίζων, alius, inquam, Ecclesiæ catholicæ conservator, protector, et servator non est, cui gloria nunc et semper, et in secula seculorum. Amen.

CAPUT X.

1. Factum est autem, cùm cessâsset clamare ad Dominum, surrexit de loco in quo jacuerat prostrata (1) ad Dominum.

2. Vocavitque abram suam, et descendens in domum suam, abstulit à se cilicium, et exuit se vestimentis viduitatis suæ,

3. Et lavit corpus suum, et unxit se myro optimo (2), et discriminavit crinem

CHAPITRE X.

1. Judith ayant cessé de crier au Seigneur, se leva du lieu où elle était prosternée contre terre devant le Seigneur ;

2. Et, ayant appelé sa suivante, elle descendit dans sa maison, ôta son cilice, et quitta ses habits de veuve ;

3. Elle se lava le corps, se l'oignit d'un parfum précieux, arrangea ses cheveux, et se mit

(1) Ἀνέστη ἀπὸ τῆς πτώσεως, è terrâ in quam, Deum invocatura, se abjecerat, postea se erexit summàque animi fiduciâ ad pulcherrimum facinus edendum se contulit. (Vatablus.)

(2) Latinum *myrum* idem est ac *myron* græcum, designatque unguentum genericè, vel

capitis sui (1), et imposuit mitram super caput suum (2), et induit se vestimentis jucunditatis suæ (3), induitque sandalia pedibus suis (4), assumpsitque dextraliola (5), et lilia (6), et inaures, et annulos (7), et omnibus ornamentis suis ornavit se.

4. Cui etiam Dominus contulit splendorem, quoniam omnis ista compositio, non ex libidine, sed ex virtute pendebat (8); et ideò Dominus hanc in illam

une coiffure magnifique sur la tête, se revêtit des habits de sa joie, prit une chaussure très-riche, des bracelets, des lis, des pendants d'oreilles, des bagues, se para enfin de tous ses ornements.

4. Dieu même lui ajouta encore un nouvel éclat, parce que tout cet ajustement n'avait pour principe aucun mauvais désir, mais la vertu; ainsi le Seigneur lui augmenta encore

oleum fragrans, quo corpus ungebatur. Græcus legit: *unguentum pingue*, ut oppositum oleo suaveolenti, quod liquidum erat, et guttatim distillabatur. Codices quidam ante Romanam correctionem legebant: *myrto optimo*; sed genuinam lectionem hodiè tenemus: quanquàm enim oleum vel unguentum ex myrto notum erat, est tamen à re præsenti alienum. Neque hìc de myrrhâ agitur, cujus erat olim usus in unguentis. Exhibet Plinius unguentum *myrobolanum*, quod facilè cum præsenti congruit. In eâ Arabiæ parte, quæ Judæam inter et Ægyptum jacet, proveniebat, exprimebaturque ex nuce vel glande quâdam, unde nomen *myrobolanum*; est enim *myron* unguentum, et *balanum* glans. Glans erat viridis et tenuis, pingui cortice. Ut crassius redderetur oleum, more unguenti, plura admiscebantur, uti discimus ex eodem Plinio, libro 13, cap. 1. (Calmet.)

(1) Latinè admodùm: nam indè et *discriminale* in Latino Isaiæ et Isidoro. Ovidius:
Colligere incertos et in ordine ponere crines
Docta.
Et alibi:
Ponendis in mille modos præfecta capillis.
(Grotius.)

(2) Est hìc *mitra* capitis ornatus, Virgilius: *Caput Græcâ redimitâ mitellâ.* (Grotius.)

(3) Quæ opposita vestimentis lugubribus. (Grotius.)

(4) Ex melinis pellibus; ita enim mos erat diebus lætis. (Grotius.)

Id est, induit calceos ditissimos; sandalia erant calcei genus ditissimum et matronale. Narrant profani, Herculem sæpè ab Omphale sandalio ictum fuisse. Sandalia plerumque pretiosissima erant, et interdùm aurea. Intra arculas servabantur, ac servis ferenda tradebantur. Propriè genus erant crepidarum, quibus matronæ domi utebantur. (Calmet.)

(5) In Græco distinctè τοὺς χλιδῶνας καὶ ψέλλια, ut et in Græco Isaiæ 3, 19. Χλιδων generale est nomen *monilium*, sed specialiter de iis dicitur monilibus quæ erant circa brachia. Itaque 2 Samuel 1, 10, ubi χλιδόνα habent alii, βραχιάλιον, *brachiale*, posuit Aquila. Et Athenæus ex veteri poetâ citat χλιδῶνας ἀμφὶ βραχίοσι, *brachialia circa brachia*. Ψέλλια notum est esse *armillas*, quæ sunt περὶ τοὺς καρπούς, *circa juncturam manûs.* (Grotius.)

(6) Hæc de collo videntur pependisse. (Grotius.)

(7) De *inauribus* feminarum Orientis vide Exodi 32, 23, Oseæ 3, 13, de *annulis* Isaiæ 3, 21. (Grotius.)

(8) Quæritur, quomodò hoc verum sit, cùm cap. præc. Judith orans, de Holoferne sic loquatur: *Capiatur laqueo oculorum suorum in me?* Respondeo: non peccavit Judith in hâc parte, quia illud malum, quod Holofernes exarsit in ejus concupiscentiam, non fuit ipsius Judith, neque tenebatur illud impedire, propter majus illud bonum, quod ipsa, Deo disponente, consecuturum confidebat, nempe populi Dei deliberationem. Et hoc significat in eâdem oratione Deum alloquens his verbis: *Et percuties eum ex labiis charitatis meæ.* Tu scilicet, Deus, illum percuties. Deinde, ipsa non procuravit peccatum illud alienum, quia pulchritudo, aut ornatus feminæ non propriè causa illiciti amoris, sed corrupta hominis natura, et concupiscentia latens. (Estius.)

Erat utique Judith eximiæ probitatis et sapientiæ mulier, cujus animus summo religionis patriæque studio æstuabat. Hujus virtuti et merito insigne testimonium Scriptura et Patres reddunt. Quæcumque hìc gessit, ea suasit pium studium templi ab hostium injuriis protegendi, gentisque suæ ab oppressione et discrimine impii cultûs liberandæ. Pura adeò et sublimis Judithæ mens id ab auctore naturæ promerebatur, ut felix facinori exitus etiam prodigio conciliaretur. Hæc tamen prodigia infirmiora sunt, quàm ut ineluctabili argumento demonstrent, hoc Judithæ facinus rectissimum fuisse, ac undequàque probandum. Vim suam exerit interdùm Deus, non merito illius, quem ministrum adhibet, sed gloriæ suæ causâ, ejusque beneficio, ob quem agit. Moyses et Aaron peccârunt, teste Scripturâ, eo ipso tempore quo aquas è silice Cades educebant, prodigiosum robur à Samsone ne tunc quidem recessit, cùm is lapsus est in crimen. Judam à cæteris Apostolis non distinguit Evangelium, cùm narrat prodigia Jesu Christi nomine ab illis patrata; et supremâ judicii die plures rejiciet Jesus renuntians: *Non novi vos;* plures, inquam, qui ejus nomine dæmonia ejecêre, ac miraculis claruerunt. Nunquàm non in Ecclesiâ pravi, non secùs ac probi ministri in sacramentorum administratione gratiam conferunt, ac peccata dimittunt. Igitur Deus venustatem Judithæ augere miraculo potuit. Meritò autem Patres et ecclesiastici scriptores illustri elogio celebrant virtutem et sapientiam Judithæ, quanquàm re gestâ, quæ numeros omnes probitatis non ita implebat ut undique Deo grata efficeretur. In-

pulchritudinem ampliavit, ut incomparabili decore omnium oculis appareret.

5. Imposuit itaque abræ suæ ascoperam vini (1), et vas olei, et polentam (2), et palathas (3), et panes, et caseum (4), et profecta est.

6. Cùmque venissent ad portam civitatis, invenerunt exspectantem Oziam et presbyteros civitatis.

7. Qui cùm vidissent eam, stupentes mirati sunt nimis pulchritudinem ejus.

8. Nihil tamen interrogantes eam, dimiserunt transire, dicentes : Deus patrum nostrorum det tibi gratiam, et omne consilium tui cordis suâ virtute corroboret, ut glorietur super te Jerusalem, et sit nomen tuum in numero sanctorum et justorum.

9. Et dixerunt hi qui illìc erant, omnes unâ voce : Fiat, fiat.

18. Judith verò orans Dominum, transivit per portas, ipsa et abra ejus.

11. Factum est autem (5), cùm descenderet montem circa ortum diei (6), occurrerunt ei exploratores Assyriorum (7), et tenuerunt eam, dicentes : Unde venis, aut quò vadis?

12. Quæ respondit : Filia sum Hebræo-

sa beauté, afin qu'elle parût aux yeux de tous avec un lustre incomparable.

5. Elle donna à sa suivante à porter une outre de vin, un vase d'huile, de la farine, des figues sèches, du pain et du fromage, et partit ainsi.

6. Quand elles arrivèrent à la porte de la ville, elles trouvèrent Ozias et les anciens de la ville qui l'attendaient.

7. Ils furent étonnés en la voyant, et ils admirèrent beaucoup sa beauté.

8. Cependant ils la laissèrent passer sans lui faire aucune demande, disant : Que le Dieu de nos pères vous donne sa grâce ; et qu'il affermisse par sa force toutes les résolutions de votre cœur, afin que Jérusalem soit glorifiée en vous, et que votre nom soit au nombre des saints et des justes.

9. Et ceux qui étaient présents répondirent tous d'une commune voix : Ainsi soit-il, ainsi soit-il.

10. Cependant Judith, priant Dieu, passa les portes, elle et sa suivante.

11. Or il arriva que vers le point du jour, comme elle descendait de la montagne, les coureurs des Assyriens la rencontrèrent, et l'arrêtèrent, en lui disant : D'où venez-vous? et où allez-vous?

12. Elle répondit : Je suis une fille des Hé-

gens illud et commendandum consilium patriam liberandi, menti Judithæ summus Israelis Dominus indiderat : omnes tamen illud implendi rationes divinitùs edoctam fuisse, nullo argumento discimus. In iis deligendis privato animi sui consilio obsecundare poterat, ac decipi errore planè humano, ac veniâ dignissimo. (Calmet.)

(1) Vox *Ascopera* sonat propriè utrem vel saccum scorteum, cujus vellus interiùs latet, ac pice oblinitur probe, ut aptus sit continendis liquoribus, vino, oleo, etc. Græcum Ascopytine est vas ad vini continendi usum. Annonam sibi paravit, ne cogeretur cibos accipere è gentibus, quas immundas sanctione legis suæ habebat.

(2) Græcus : *Peram implevit farinâ*. Vox *polenta*, et Græca *alphiton* significant propriè farinam ex hordeo contuso, arido, et igne tosto : usurpatur etiam de farinâ è frumento, vel fabis. Mola hæc vel farina veteribus erat familiarissima, quâ commeatum paratu facilem, et ponderis non incommodi, iter facturi sumebant. Ut in cibum pararetur, nihilò majorem exigebat operam, quàm ut humectaretur aquâ, vel infuso oleo irrigaretur.

(3) Scribit S. Hieronymus in Osee 1, de palathâ : « Est massa pinguium caricarum, « quas in morem laterum figurantes, ut diù « illæsæ permaneant, calcant atque impin« gunt. » Appellantur interdùm in Scripturâ *Massæ caricarum*.

(4) Similem annonam ad fratres suos in exercitu Saülis militantes David tulit. Græcus legit ferendos tradidisse *panes mundos*, fortè infermentatos ; vel panes in usum suum, quos *mundos* appellat, ut oppositos panibus profanorum, Judithæ immundis ; vel denique panes candidos. Syrus congruit Vulgatæ : *Pane et caseo*, id quod sensum facit meliorem. Græcus et vetus Italica versio addunt : *Duplicavit omnia vasa sua, et exierunt*, id est, obvolvit, complicavit omnia quæ secum ferebat. (Calmet.)

(5) Hìc consequenter se tradit manibus hostium, cùm dicitur : *factum est autem*, etc. Bethuliæ.

(6) Ut videretur fugere populo civitatis ignorante. Nam illâ horâ vigiles vadunt ad dormiendum, et sic fugientes habent tempus magis opportunum.

(7) Qui erant in circuitu civitatis. Ne aliquis exiens posset effugere manus eorum. (Lyranus.)

Græcus et Syrus ferunt, abeuntem cives ex urbe oculis prosecutos esse, donec è monte descendit ; subductam tamen ex eorum oculis, cùm subjectam vallem attigit. Provectior erat igitur dies, ut longè prospectus daretur. Animadvertere juvat, in hoc libro nuspiàm occur-

rum (1); ideò ego fugi à facie eorum, quoniam futurum agnovi, quòd dentur vobis in deprædationem (2), pro eo quòd contemnentes vos, noluerunt ultrò tradere seipsos, ut invenirent misericordiam in conspectu vestro.

13. Hâc de causâ cogitavi mecum, dicens : Vadam ad faciem principis Holofernis (3), ut indicem illi secreta illorum, et ostendam illi quo aditu possit obtinere eos, ita ut non cadat vir unus de exercitu ejus (4).

14. Et cùm audîssent viri illi verba

breux; je m'en suis enfuie d'avec eux, ayant reconnu qu'ils vous seront livrés en pillage, parce qu'ils vous ont méprisés, et qu'ils n'ont pas voulu se rendre à vous volontairement, afin que vous leur fissiez miséricorde.

13. C'est pourquoi j'ai dit en moi-même : Je m'en irai vers le prince Holoferne, pour lui découvrir leurs secrets, et pour lui donner un moyen de les prendre sans qu'il tombe un seul homme de son armée.

14. Ayant entendu ces paroles, ils consi-

rere horas diurnas, neque nocturnas. Nox in vigilias semper, uti olim ante captivitatem mos erat, distribuitur.

(1) Quæstio antiqua est, an Judith in his et aliis quæ sequuntur non sit mentita et peccaverit? Quidam eam excusare conantur, dicentes verba ejus sub conditione intelligenda. Scilicet, quòd sciret Judæos in manus Holofernis tradendos, nisi agerent pœnitentiam. Sed id dici non potest, quoniam Judith c. seq., non tantùm affirmat iterùm quòd tradentur, sed etiam quòd jam multa impiè proposuerint contra legem Dei sui facere, scilicet sanguinem bibere, sanctificata contingere, etc. Alii itaque dicunt verba Judith esse prophetica, eaque intelligenda de eversione populi istius, quæ postea per Titum et Vespasianum facta est; sed manifestum est esse verba historica, et de rebus præsentibus eam loqui. Itaque fatendum, eam non omninò excusari à mendacio, sed mendacium fuisse officiosum, et maximum bonum per illud illam intendisse. (Estius.)

Lyranus, Abulensis, sanctus Thomas, Emannuel Sà, Mariana, et quidam alii, putant Judith in decursu historiæ hujus sæpiùs mentitam esse, sed officiosè et in bonum patriæ. Quòd, teste S. Augustino, multi veterum, etiam post Christum passum, secuti Platonem putârunt sine peccato licuisse. Sed hoc meritò refutat S. Augustinus toto libro quem de Mendacio conscripsit, ubi et negat mentitam fuisse Judith, et negant idem Rabanus, Glossa, Carthusianus, Hugo et Serarius. Et certè, cùm ex v. 4 hujus capitis constet, facta hæc Judith, et omnem compositionem ipsius, utique non solarum vestium, sed et totius tragœdiæ, quam manibus habebat, ex virtute pependisse, et ideò speciali Dei favore, et ope ampliatam fuisse ac promotam ; cùm rursùs ipsa c. 13, v. 20, disertè affirmat quòd *sine pollutione peccati* custodita fuerit; et c. 11, v. 16, hæc ipsa quæ exponit Holoferni, fateatur sibi *dicta per providentiam Dei;* et v. 4, promittat, se *nihil falsi enuntiaturam* : et possint omnia quæcumque dixit sano et vero sensu quantum est ex mente loquentis, exponi; et certum sit, ipsam jus habuisse, ut non adeò simpliciter et apertè cùm Assyriis ageret, sed veritatem prudenter ipsos celaret, non video quâ ratione pia laudataque ab omnibus matrona meritò possit (absit, debeat!)

mendacii redargui, imò tot mendaciorum rea constitui. Ergo quod primo loco hìc dicit, *se fugisse ab Hebræis*, idem est, atque celeriter ab eis abscessisse vel fugientis instar ad Assyrios transiisse. Secundò addit : *Futurum agnovi quòd dentur vobis in deprædationem*, scilicet viâ naturali et ordinariâ et nisi præter communem rerum ordinem Deus quasi è machinâ succurrat, et malum istud præpediat. Tertiò : *Vadam ut indicem secreta illorum*, nempe de extremâ siti et fame Bethuliensium, et aliis quæ seq. c. exponit Holoferni. (Tirinus.)

Multa sunt à Judith, et dicuntur, quæ ad simulationem et mendacium pertinere videntur. Dicendum licere cum hostibus artificio uti et stratagematibus, et æquivocatione in mente retentâ, orationem illius à mendacio vindicari potuisse. (Menochius.)

(2) Ita enim reverà futurum erat, si humanam rationem et providentiam spectes ; nec enim humanitùs humanisque viribus Hebræi poterant Assyriis resistere ; sed Judith altiori nixa consilio et oraculo, sciebat id non futurum nisi per cœlestem Dei providentiam et correctionem. (Corn. à Lap.)

(3) Mentem suam dissimulat hìc Judith, suumque consilium officioso mendacio tegit ; sed officiosum licet, mendacium est tamen, nullâque ratione illud excusare cogimur. Nec rei ineundæ ratio, nec prosper à Deo eventus probitatem rei certissimo argumento demonstrant. Difficultatem verò non removent coactæ illæ interpretationes quibus Judithæ verba leniuntur. Profectò, si restrictæ animo limitationes ab hominum commercio arcentur, tanquàm nihilominùs quàm mendacium ipsum perniciosæ, cur iterùm hùc revocentur Judithæ causâ, cujus virtutem Scriptura quidem laudat, sed immunitatem peccati non asserit? Qui ironicum hìc aliquid vel propheticum agnoscunt, salebras adhuc non evitant. Res est enim seria, in quâ irrisionem vel ironiam nemo videt. Nec prophetia neque mysterium prohibent, quin factum aliquod mendax simul et propheticum pariter ac mysticum esse possit. (Calmet.)

(4) In Græco : Καὶ οὐ διαφωνήσει τῶν ἀνδρῶν αὐτοῦ σὰρξ μία, *non desiderabitur de viris ejus caro ulla*, id est, *non desiderabitur*, quomodò διαφωνεῖν apud Hellenistas sumi diximus ad Exodi 24, 11. (Grotius.)

ejus, considerabant faciem ejus, et erat in oculis eorum stupor, quoniam pulchritudinem ejus mirabantur nimis (1).

15. Et dixerunt ad eam : Conservâsti animam tuam, eò quòd tale reperîsti consilium, ut descenderes ad dominum nostrum.

16. Hoc autem scias, quoniam cùm steteris in conspectu ejus, benè tibi faciet (2), et eris gratissima (3) in corde ejus. Duxeruntque illam ad tabernaculum Holofernis, annuntiantes eam.

17. Cùmque intrâsset ante faciem ejus, statim captus est in suis oculis Holofernes (4).

18. Dixeruntque ad eum satellites ejus : Quis contemnat populum Hebræorum,

déraient son visage; et leurs yeux étaient tout surpris, tant ils admiraient sa beauté.

15. Et ils lui dirent : Vous avez sauvé votre vie, en prenant cette résolution de descendre vers notre prince.

16. Et vous devez vous assurer que lorsque vous paraîtrez devant lui, il vous traitera bien, et que vous lui gagnerez le cœur. Ils la menèrent donc à la tente d'Holoferne, et l'annoncèrent.

17. Quand elle fut entrée en la présence d'Holoferne, il fut aussitôt pris par ses yeux.

18. Ses officiers lui dirent : Qui mépriserait le peuple des Hébreux, qui ont des femmes si

(1) Tota ergo mentis eorum detentio abripiebatur et absorbebatur in contuendâ et admirandâ eximiâ ejus pulchritudine, adeò ut aliud videre vel cogitare non possent. Hoc sciebat Judith, ideòque tantum ornatum assumpsit, ut oculos mentesque eorum caperet, captasque falleret, et Holofernem trucidaret, itàque ejus castra dissiparet.

Audi S. Aug. (vel potiùs S. Amb. aut certè Maximum ; multi enim sermones S. Amb. ad verbum inveniuntur in S. maximo Taurinensi episcopo; nam utriusque stylus persimilis est), serm. 228 de Temp., qui est de Judith. « In quâ « feminâ insidiosæ pulchritudinis novitatem « hostilis exercitus vehementer expavit, ut « in ejus obsequio vires amitterent, arma pro« jicerent, et colla curvarent. Deducitur ad « prætorium subjectis ordinibus fraus Holo« fernis, et lugentis victoria civitatis. »

Moraliter disce hìc quàm feminarum aspectus periculosus sit et perniciosus, cujus rei exempla sunt Samson, David, Salomon, et mille alii. Verè Eccl. cap. 24, 14 : *Melior*, inquit, *est iniquitas viri, quàm mulier benefaciens, et mulier confundens in opprobrium.*

(Corn. à Lap.)

(2) Græcus fusior est ; ita enim reddit 16, 17, 18 : *Si steteris coram eo, ne timeas corde tuo, sed annuntia secundùm verba tua, et benè faciet. Et elegerunt ex se ipsis viros centum, et adjunxerunt ei, et ancillæ ejus, et adduxerunt eam ad tabernaculum Holofernis. Et factus est concursus in omnibus castris; personuerat enim in tabernaculis præsentia ejus, et venientes circumdabant eam, sicut stabat extra tabernaculum Holofernis, donec annuntiaverunt ei de eâ, et mirabantur super pulchritudine ejus, et mirabantur filios Israel ex eâ. Et dixit unusquisque ad proximum suum : Quis contemnet populum hunc, qui habet in se mulieres tales? Non bonum est remanere ex eis virum unum* (Vetus Vulgata aliter omninò legit : fert, relinquendum esse superstes id genus mulierum, fore enim ut nascituri ex iis filii totum orbem possideant), *quoniam* his feminis *poterunt decipere omnem terram. Et exierunt qui dormiebant juxta Holofernem, et omnes ministri ejus : et introduxerunt eam in tabernaculum. Et erat Holofernes requiescens super lectum suum in conopeo, quod erat ex purpurâ, et auro, et smaragdo, et lapidibus pretiosis intextis. Et annuntiaverunt ei de eâ : et exivit in proscenium* (ante tentorium), *et lampades argenteæ præcedentes eum. Ut autem venit ad faciem ejus Judith*, etc. Colligendum ex vulgatâ videtur, Juditham intra Holofernis tentorium venisse, qui illam audiit sub tentorio magnifico, mox descripto, sedens.

(Calmet.)

(3) Sciebant enim quòd erat luxuriosus.

(Menochius.)

(4) Id est, accensus immoderatâ concupiscentiâ ejus. Verumtamen si concupierit eam pro concubitu fornicario tantùm, vel conjugali secundùm intentionem Judith, non habetur clarè : nam littera sequens aliquando pro uno sensu, aliquando pro altero videtur sonare, prout in sequentibus apparebit. Quicquid tamen fuerit ex parte Holofernis, intentio Judith in orando, et se ornando fuit bona, ut dictum est suprà, excusando eam à peccato mortali. In mendaciis verò sequentibus non oportet eam excusare à peccato veniali, sicut si aliquis quærit placere mulieri propter bonum, si illa exardescat in ejus concupiscentiam, non propter hoc ejus bona intentio deterioratur : pro quibus tamen non commendatur in Scripturâ, sed pro affectione bonâ ad populi sui liberationem, et adversarii divini cultûs dejectionem, multùm in Scripturâ commendatur. (Lyranus.)

Audi S. Aug. serm. 278 : « Quam cùm videret Holofernes, solutus est sensibus, ani« mam cum capite perditurus. Jacuit enim « dedecus juvenum mulieris vultu captivus, « licuit mulieri exarmare juvenes, et debel« lare victores ; sollicitam defendere civitatem « et barbarum subvertere bellatorem. Decepit « sincera corruptum, fefellit casta pollutum, « pudica perimit adulterum, sobria jugulat « ebriosum. Illa enim tam barbaros animos

qui tam decoras mulieres habent (1), ut non pro his meritò pugnare contra eos debeamus (2)?

19. Videns itaque Judith Holofernem sedentem in conopeo (3) quod erat ex purpurâ, et auro, et smaragdo, et lapidibus pretiosis intextum :

20. Et cùm faciem ejus intendisset, adoravit eum (4), prosternens se super terram. Et elevaverunt eam servi Holofernis, jubente domino suo.

belles ? Ne méritent-elles pas bien que, pour les avoir, nous leur fassions la guerre?

19. Et Judith voyant Holoferne assis sous son pavillon, qui était de pourpre en broderie d'or relevé d'émeraudes et de pierres précieuses,

20. Après avoir jeté les yeux sur son visage, elle se prosterna en terre, et l'adora; et les gens d'Holoferne la relevèrent, par le commandement de leur maître.

« insidiosi sui vultûs fraude confuderat, ut « eum ligaret multarum arte fabularum, ut « redderet inter exercitus victum, et inter « arma captivum. » Et paulò inferiùs : « Quam« vis ille bellator armorum tam castissimæ fe« minæ malesanus attenderet vultum, illa « tamen, quare venerat de ejus capite cogi« tabat, quo sublato defectis civibus subveni« ret, et multa capita tueretur, defenderet, « vindicaret. » (Corn. à Lap.)

(1) Sic Græci apud Homerum, conspectâ Helenâ :

Non mirum est Phrygas et procero corpore Achivos
Pro tali formâ longos perferre dolores :
Nimirùm similis facies illa deabus.

Additur hìc in Græco : Οἱ ἀφεθέντες δυνήσονται κατασοφίσασθαι πᾶσαν τὴν γῆν, *qui, si permittantur, omnem terram decipere poterunt*, nimirùm omnes perducere poterunt in suam amicitiam feminarum illecebris. (Grotius.)

(2) Græca addunt : *Quoniam non est bonum remanere ex eis virum unum, qui dimissi poterunt decipere omnem terram.* Per tam speciosas feminas, qualis est Judith. Ecce verum dicunt, sed inscii, ipsimet enim decepti, ab Hebræis per Judith cæsi, fugatique fuêre. (Corn. à Lap.)

(3) Ita vocatur cortina sursùm in conum acutum desinens, et inferiùs in rotundum expansa ad arcendum culices. Ita Lyran : κώνωψ enim est culex, talesque cortinæ lectis castrensibus et portatilibus circumdari solent. Undè Græca habent Holofernem sedisse *super lectum suum in conopeo.* Itali et Galli vocant *Padigliono.* (Corn. à Lap.)

Ἐν τῷ κωνωπέῳ. Horatius :

Interque signa (turpe!) militaria
Sol aspicit conopeum.

Alexandrinos maximè eo uti ait ibi Scholiates. (Grotius.)

(4) Adoratione duliæ, propter reverentiam magnitudinis, et potestatis quæ à Deo erat, quamvis Holofernes eâ abuteretur, sicut homines mali communiter abutuntur gratiis à Domino sibi datis. (Lyranus.)

Se inclinans prosternensque se, ei honorem reverentiamque exhibuit, hoc enim significat προσκυνεῖν. Adoratio illa quam strato humi corpore impendit Holoferni Juditha, non fuit divina, sed civilis, quam si omisisset, inurbana videretur et rustica, et Assyriæ majestatis contemptrix. (Vatablus.)

TRANSLATIO EX GRÆCO.

1. Et factum est, ut cessavit clamans ad Deum Israel, et consummavit omnia verba hæc, — 2. Et surrexit à dejectione, — et vocavit ancillam suam, et descendit in domum, in quâ versabatur in eâ in diebus sabbatorum, et in festivitatibus suis. — 3. Et circùm abstulit saccum, quem induerat, et exuit vestimenta viduitatis suæ, — et circumlavit corpus aquâ, et unxit unguento pingui, et discriminavit capillos capitis sui, et imposuit mitram super illud, et induit vestimenta lætitiæ suæ, in quibus amiciebatur in diebus vitæ viri sui Manasse. — 4. Et sumpsit sandalia in pedes suos, et circumposuit monilia, et armillas, et annulos, et inaures, et omnem ornatum suum. — Et ornata est valdè in occursum oculorum hominum, quicumque viderint eam. — 5. Et dedit ancillæ suæ ascoperam vini, et campsacem olei, et peram implevit farinis, et palathâ, et panibus mundis, et circumduplicavit omnia vasa sua, et imposuit super eam. — 6. Et exiverunt ad portam civitatis Betylua, et invenerunt insistentes super eam Oziam, et seniores civitatis, Chabrin, et Charmin. — 7. Ut autem viderunt eam (et erat mutata facies ejus) et stolam mutatam ejus, et mirati sunt super pulchritudine ejus quamplurimùm valdè. — Et dixerunt ei : — 8. Deus, Deus patrum nostrorum, det te in gratiam, et perficere adinventiones tuas in gloriationem filiorum Israel, et exaltationem Hierusalem. — 9. Et adoravit Deum, et dixit ad eos : Præcipite, aperite mihi portam civitatis, et exibo ad perfectionem verborum, quæ locuti estis mecum. Et præceperunt juvenibus aperire ei, sicut locuti fuerant. Et fecerunt sic. — 10. Et exiit Judith ipsa, et ancilla ejus cum eâ. Prospectabant autem eam viri civitatis, quoadusque descendit montem, donec transiit vallem et non ultra aspiciebant eam. — 11. Et ibant in valle in rectum : et occurrerunt ei exploratores Assyriorum. — 12. Et ceperunt eam et interrogaverunt :

Quorum es, et unde venis, et quo vadis? — Et dixit : Filia sum Hebræorum, et aufugio à facie eorum, quoniam dandi sunt vobis in devorationem. — 13. Et ego venio ad faciem Olophernis principis virtutis vestræ ad annuntiandum verba veritatis, et ostendam ante faciem ejus viam, per quam ibit, et dominabitur universæ montanæ et non dissonabit de viris ejus caro una, neque spiritus vitæ. — 14. Ut autem audiverunt viri verba ejus, et contemplati sunt faciem ejus, et erat ante eos admirabilis pulchritudine valde, — et dixerunt ad eam : — 15. Salvâsti animam tuam, festinans descendere ad faciem domini nostri. Et nunc accede ad tabernaculum ejus, et ex nobis præmittent te, donec tradent te in manus ejus. — 16. Si autem steteris coram eo, ne timeas corde tuo, sed annuntia secundùm verba tua, et benè tibi faciet. — 17. Et elegerunt è seipsis viros centum, et adjunxerunt ei, et ancillæ ejus, et duxerunt eas ad tabernaculum Olophernis. — 18. Et factus est concursus in omnibus castris. Personuerat enim in tabernaculis præsentia ejus. Et venientes circumdabant eam, sicut stabat extra tabernaculum Olophernis; donec annuntiaverunt ei de eâ. — 19. Et mirabantur super pulchritudine ejus : et mirabantur filios Israel ex eâ. — Et dixit unusquisque ad proximum suum : Quis contemnet populum hunc, qui habet in se mulieres tales? quoniam non bonum est remanere ex eis virum unum : qui dimissi poterunt decipere omnem terram. — 20. Et exierunt, qui dormiebant juxta Olophernem, et omnes ministri ejus, et introduxerunt eam in tabernaculum. — 21. Et erat Olophernes requiescens super lectum suum in conopæo, quod erat ex purpurâ, et auro, et smaragdo, et lapidibus pretiosis intextis. — 22. Et annuntiaverunt ei de eâ : et exivit in proscenium, et lampades argenteæ præcedentes eum. — 23. Ut autem venit ad faciem ejus Judith, et ministrorum ejus, mirati sunt omnes super pulchritudine faciei ejus. Et procidens in faciem adoravit eum : et erexerunt eam servi ejus.

COMMENTARIUM.

Extremum, quod ante liberationem apud Israelitas agit Judith, proponitur capite hoc, itemque principium eorum quæ apud Assyrios. In extremo illo est finis longæ, demissæ, ardentissimæque hactenùs institutæ precis; deinde præparatio ad iter, tandemque ipse ex urbe abitus. Præparatio, quia cum hoste corporeo et in corporeis hisce rebus toto defixo negotium futurum est; corporea item est, eaque duplex, nam et vario cultu *corpus exornat*, vers. 2, 3, 4, et *cibos*, quibus apud gentiles vesci velit, *accipit*. In ipso ex urbe abitu, est ipsius admiratio, et triplex precatio, ipsorum scilicet principum, aliorum circumstantium, et ipsius Judith. Additur Græcè portarum apertio, jussu illorum facta.

Quæstiuncula prima.

Quæ Abra, toties isto libro commemorata?

Supra, cap. 8, vers. 32 : *Ego exeam cum abrâ meâ.* Hic vers. 2 : *Vocavit abram suam.* Vers. 5 : *Imposuit abræ suæ*, et deinceps sæpiùs. Putant plerique nomen esse proprium unius è Judith gynecæo ancillæ. Commune tamen nomen est, quod ancillam significat : non tamen quamcumque, sed, ut apud Eustathium ait Pausanias, quæ ad manum heræ præstò est, quæque ad obsequia honestiora solet adhiberi. Suidas exponit : « Quæ diù « admodùm domi versata est uxoris, puella, « et honorata, sive domi nata sit, sive non, » et affert ex Menandri Pseuderacle, et Sicyoniâ, quam et Stobæus, serm. 51, citat, itemque ex Jamblicho testimonia. Sed è nostris alia libris afferri possunt. Genes. 24, vers. 61 : *Surgens Rebecca, et ancillæ ipsius ascenderunt camelos,* ubi ab Aquilâ παιδίσκαι, à Symmacho κοράσια ponuntur. Exodi 2, vers. 5 : *Descendebat filia Pharaonis, ut lavaretur in flumine, et ancillæ ipsius gradiebantur juxta fluvium,* Et ibidem, *cùm misisset ancillam, abstulit.* Idemque nobis postea occurret in Esther, cap. 2, 4 et 5, apud Eusebium lib. 9 præter Evangel. Ezechielus poeta Moysen illa quæ in Exodi principio sunt, narrantem inducens, ait : *Nata regis cum suis pedissequis descendit.* Idemque versus apud Clementem Stromate primo legitur, sed pro ἄβραις ibi parùm rectè substituit doctus interpres ἄπαις, et vertit : *Nata regis, quæ carebat liberis venit,* licet, ut in Exodo tradidit, verum sit, veterum quosdam huic liberos negâsse. Erat verò *habra* ista, uti nobis Græcus cap. 5, vers. 9, aiebat : *præfecta omnibus ipsius Judith facultatibus*, ideòque, ut ait Suidas, famula prorsùs honorata. Quia verò mirantur interdùm nonnulli, cur in Latinis Romanis *abra* sit, in aliis quibusdam *habra*, sciendum aspiratè leniterque id nomen, apud Græcos, scribi; et in Græcis quidem Romanis aspiratè semper, sicuti contra de

Olopherne dictum est cap. 2, quæst. 1, quod nomen siculi spiritu varium est, ita et declinatione, prout è superioribus notari jam potuit, et tamen quod moneret, dignum putavit Suidas. Addo, quia in Græcis quibusdam, expositionis causâ, scriptum erat ἄβρα δούλη, factum à quibusdam è duobus nominibus unum quoddam nominis monstrum *Abraduli*. Ubi verò nobis infra cap. 10, vers. 10, *abra*, Græcis est παιδίσκη, *famula*.

QUÆSTIUNCULA II.

Quæ hìc, in cultu et victu, Romana rectè correxit editio, et quid tam ea quàm alia similia sint?

Legebatur antea vers. 3: *Unxit se myrto optimo*, et in Rabani manuscripto, *myrro*. Corrigit Romana editio *myro optimo*. Est autem myrum, μύρον, unguentum. Et ea vox in Græco est ἐχρίσατο μύρῳ παχεῖ, *unxit unguento pingui vel crasso*. Et quia id apud Plinium lib. 13, cap. 1, 2 et 3, admodùm delectabat, valdèque præstans habebatur, idcircò ait noster *optimum*, nisi *opimum* quis vellet. Myrteum tamen succum et oleum ad unguenta fuisse adhibitum docet ibidem Plinius. Legebatur vers. 5, *ascopa*. In eâdem Romanâ correctione jam editur *ascopera*, quæ saccum utricularem et coriaceum significat. In Græco est ἀσκοπιτύνη, quæ à Polluce inter vinaria vasa recensetur. Fuit etiam apud Suetonium in Nerone cap. 45, *ascopa;* sed Turnebus lib. 25 cap. 2 *ascomam* in genere feminino reposuit, quemadmodùm et apud Vitruvium lib. 9, cap. 3, *sacomam* legimus. Habebant etiam libri antea vers. 5, *lapates*, dicuntque Rabanus et glossa fuisse cibum ex oleribus confectum. Sed syllabarum esse transpositionem ostendit Romanus liber, legendasque *palathas*. Nam Græcè est πήραν ἐπλήρωσεν ἀλφίτων καὶ παλάθης. *Peram implevit polentâ et palathâ.* Est verò *palatha* ficorum, pinguiumque caricarum massa, quarum magnus illis in partibus usus. *Syria* enim *habet*, inquit Plinius lib. 13, cap. 5, *in ficorum genere caricas, et minores ejus generis, quæ cottana vocantur.* Abigail Davidi ferebat, 1 Reg. 25, vers. 18, *ducentas massas caricarum. Ægyptio invento dederunt* Davidis comites 1 Reg. 30, vers. 12, *fragmen massæ caricarum.* Davidi ferebat Siba, 2 Regum 16, vers. 1, *centum massas palatharum*, et vers. 2, *ut sint palathæ ad vescendum.* Davidi afferebant Hebronem, 1 Paralip. 12, vers. 40, *farinam, palathas, uvam passam.*

Mitram porrò interpretatur vers. 3, Lyranus *cucupham*. At *cucupha* est apud Horapollinem lib. 1, cap. 55, avis miræ in parentes pietatis, quam aliqui esse putant ciconiam, cùm tamen idem Horapollo lib. 2, cap. 58, distinguere videatur. Verùm vocavit Lyranus barbarè, muliebre capitis operculum, quod Gallicè dicitur *une coiffe*, Italicè *cuffia et scuffia da donna*, et fortè scripserat ille *culpham* vel *cuffam*. Barbaro tamen omisso nomine, melior interpres D. Hieronymus est in Isai. 3, esse capitis ornamentum.

Dextraliola, ibidem sunt armillæ. *Lilia* verò quævis manuum aut colli ornamenta. Nam Græcè sunt οἱ χλιδῶνες καὶ τὰ ψέλλια, vel ut Romanus habet ψέλια, pro quo putat in nostro textu non nemo esse *lilia* quasi *pselia*, cùm tamen etiam certum sit, in vestibus flores quandoque intertextos fuisse, ut ostendit lib. 7, cap. 13, Pollux.

Sandalia ibidem erant calceamenta non qualiacumque, sed pulchra et elaborata, divitumque mulierum propria, uti probat lib. 14 Var. lect. cap. 15. Victorius testimonio Cephisodori Comici, qui in Trophonio suo induxit mulierem olim divitem, jam pauperem ita fortunas suas conquerentem: σανδάλια τῶν λεπτοχιδῶν, ἐφ' οἷς τὰ χρυσᾶ ταῦτ' ἔπεστιν ἄνθεμα. νῦν δὲ ὥσπερ ἡ θεράπαινα ἔχω προβατίδας. Quæ namque antea sumptuoso genere calceamenti usa fuerat, postea se tanquàm ancilla, peribatidibus uti ait. Unde manârunt feminarum illi, quos supra ex D. Hieronymo ad Salvinam protuli, *aurati socci*, et ex Clemente lib. 2 Pædag. cap. 11, hæc: « In calceamentis quoque superbæ arrogantesque feminæ magnam ostendunt mollitiem. Verè ergo turpia sunt illa sandalia, in quibus sunt aurea veluti donaria, » sicque hoc loco, sandaliorum vox sumenda. Non tamen alibi semper, ut patet Marc. 6, vers. 9, ubi Dominus vult Apostolos *sandaliis calceatos*, Actor. 12, vers. 8, dùm S. Petro ait Angelus; ὑπόδησαι σανδάλιά σου. Noster pro sandaliis, *calcea te caligas tuas*. Nam vel ea inferiores tantùm plantas ab itinerum offensionibus defendebant, ut ex D. Augustino lib. 2, de consensu Evangelist. cap. 29 et 30, recitabam libello de Apostolis, num. 13, vel communes certè calcei, erant quæ et ὑποδήματα dicuntur. Ita enim et *sandalia* à Chaldaico Thargum appellantur Genes. 14, Isaiæ 11 Cantic. 7, vers. 1 et alibi, prout in suo Thisbi monet Elias, ubi et monet exinde vocatum Rabbinum quemdam *Hassandelar*, id est, cal-

ceolarium. Cur verò, etiamsi Græca id genus nomina in interprete nostro legantur, carpendus non sit, attingam lib. 2 Machab. 14.

QUÆSTIUNCULA III.

Quos secum cibos tulerit? cur et quomodò?

Quæ ad potionem, vel aliquam ciborum conditionem valerent, fuerunt *vinum* et *oleum*. Cibi verò in Latino quadruplices ponuntur. Primus, est *polenta*, in Græco ἄλφιτα. *Polentam*, inquit Ruellius lib. 2, cap. 16: « Græci « alphita nominant, torrefacti hordei farinam, « quæ nunc tota Galliâ sicca criothe vel grio « siccum, quasi torrida et resiccata crithe vel « cri vocatur. Venalis ea circumfertur spissan« dis carnium juribus, quanquàm et ex avenâ « retorridâ cœpit fieri, et eàdem nominis am« bage proferri. » Ideòque minùs convenienter vertit hoc loco Baduellus farinam simpliciter. Quorsùm enim et panes secum tulisset? Omninòque monet lib. 2, de Republ. Plato: *ex hordeo propriè fieri alphita, ex frumento aleuta.* Significant autem hæc farinam, sed illa hordeaceam, hæc triticeam. Alioqui Hebraicum *kului*, et Græcum πεφρυγμένον vertit etiam noster *polentam*, Levit. 23, vers. 14, Josuæ 5, vers. 11, alibi. Alter, *palathæ*, de quibus superiore quæstiunculâ. Tertius, *panes*. Quartus, *caseus*. At hic in Græco nullus, et fortassis erit, qui eum textum magis laudet, quia et parùm salubris caseus dicitur, et eo Christus Dominus non usus à S. Bernardo traditur serm. 2 in adventu, de verbis: *Pete tibi signum.* « Duo, « ait, sunt in lacte ovis, butyrum et caseus. « Butyrum pingue et humidum: caseus è con« tra, aridus et durus. Benè parvulus noster « eligere novit, qui butyrum comedens, ca« seum utique non comedit. » Bonis tamen palatis nequaquàm Latini textûs desipit *caseus*; quin verò eum è Græco surreptum non temerè suspicantur. Nam quid in Græco pro caseo est? ἄρτοι καθαροὶ, *panes puri*. Sed quinam isti? An propositionis panes? At, in templo Hierosolymitano, ii coràm Deo propositi erant, neque iis, nisi solis sacerdotibus vesci licebat, Matth. 12, vers. 4. An recentes, minimèque mucidi? At pari ratione dixisset vinum accepisse defecatum, oleum absque amurcâ, polentam et caricas minimè cariosas. Neque enim volebat Judith longum nescio quod iter simulare, uti Gabaonitæ Josuæ 9, vers. 5. Puros panes dixerit quispiam esse azymos, quòd à fermento puri essent. Et sanè posse ita vocari dixi cap. 8, quæst. 9, propter illa D. Pauli verba, 1 Corinth. 5, vers. 7: *Expurgate vetus fermentum, ut sitis nova conspersio, sicut estis azymi.* At cùm ista faceret Judith, non azymorum jampridem dies prætererant? Et cur usitatos quotidianosque Judæis omnibus panes non accepisset? Si circumspiciamus omnia diligenter, fuisse in Græco invenientur pro ἄρτοι καθαροὶ, ἄρτοι καὶ τυροὶ, *panes et casei*, ita ut sit illi textui hæc restituenda lectio: *Peram implevit polentâ et palathâ, et panibus et caseis.* Quàm verò sint salubres et quomodò, magis inter omnes penè gentes, quæ caseo utuntur, quàm inter medicos convenit, uti et in epistolâ quâdam medicus agnoscit Langius. Christum verò Dominum caseo non usum tantummodò allegoricè illic asserit D. Bernardus. Sequitur enim de ove perditâ, quam Dominus quærit: « In hâc ove duo re« peries, naturam dulcem, naturam bonam, « et bonam valdè, tanquàm butyrum, et pec« cati corruptionem ut caseum. Vide ergo « quàm optimè puer noster elegit, qui natu« ram nostram sine ullâ peccati corruptione « suscepit. Nam de peccatoribus legis: *Coa« gulatum est sicut lac cor eorum*, in quibus uti« que lactis puritatem corruperat fermentum « malitiæ coagulum iniquitatis. » Alioquin et David 1 Reg. 17, vers. 17, fratrum suorum tribuno munus à parente fert decem caseolos.

Cur verò istos secum cibos detulerit Judith, explicat ipsamet cap. 12, vers. 2, sibi videlicet per legem suam, Gentilium cibos esse, non licere, sicuti Danielis 1, vers. 8, *proposuit Daniel in corde suo, ne pollueretur de mensâ regis, neque de vino potûs ejus.* Solebant enim potulenta et esculenta pleraque, deorum imprecationibus quibusdam contaminari, etiam in macello, ut innuit S. Paulus 1 Corinth. vers. 25, et sequent. Ideòque non suillæ tantùm carnes, et quæ alia Judæis vetita erant, ab his apud gentiles cavebantur; sed alia etiam edulia suspecta erant, idque Theodoretus etiam narrat lib. 3, Hist. cap. 14.

Modus, quo annonam hanc suam tulit, erat vers. 5, ut abræ suæ imponeret omnia. Ipsa enim Judith domina erat, et ut apud Assyrios talis jam haberetur, curandum erat. In Græco dicitur: Περιεδίπλωσε πάντα τὰ ἀγγεῖα αὐτῆς, καὶ ἐπέθηκεν ἐπ' αὐτῇ. Versio Complutensis habet: *Duplicavit omnia vasa sua, et imposuit in eâ.* Sed quid, *duplicavit?* Num bina vini, olei, omniumque jam enumeratorum vasa esse voluit? Num pro duabus, se nimirùm et abrâ, illa implevit. Hoc quidem posterius fecit uti-

que, sed hoc propriè non est vasa duplicare; et etiamsi esset, quid exprimere attinuisset? Observandum non esse hìc simpliciter διπλοῦν sed περιδιπλοῦν, quod aliquando est *convolvere, circùmplicare*, ita ut vascula et sacculos benè compositos et convolutos abræ imposuerit, sicque ad urbis portam contendit.

QUÆSTIUNCULA IV.

Qui ex isto Judith apparatu ad nos fructus?

Principio, ut ad Assyrios debellandos Judith accedat, eam ad pristinum ornatum redire vides, ut intelligas, ad animæ tuæ divinæque religionis et gloriæ hostes devincendos sive lucrifaciendos, quædam interdùm quæ jampridem dimiseras, repetenda; et invito etiam toleranda. Velles otium, quietem, meramque tranquillitatem consectari. At cùm his diù multùmque magnâ cum molestiâ congrediendum, loquendum, disserendum. Velles in aliquam te solitudinem abdere, tibi, Deoque soli vacare. At, nisi hæreticis obsistas, eorum consilia dissipes, eorum tabernacula et cœtus ineas, Bethuliæ salus agitur. Velles solos divinarum litterarum libros, sanctosque Patres et Christianæ pietatis magistros legere, profanos omnes etiam è memoriâ procul abjicere, nihil cum iis omninò commercii habere. At ætas ista litteras, doctrinasque istas externas postulat; incultam orationem aspernatur: salutaria, nisi et palato ipsorum grata, omnes exspuunt. Quid agas? Quæ propter Deum quædam posthabueras non mala, ea propter Deum jam resumenda; et cùm res ipsa postulat, omni vel dignitatis vel ætatis depositâ gravitate, ob tuam, aliorumque salutem refingi, recoqui, penitùsque repuerascere oportet. Vide D. Hieronymum ad Lætam, D. Gregorium lib. 1, epist. 5. Jam Judith ornatus fuit duplex, adhærens et inhærens. Ille corporis lotionem et unctionem, variique generis à capite ad calcem vestes continet; iste pulchritudinem ac venustatem, eamque duplicem, nativam et divinitùs jamjam appositam. Nos quoque, quicumque Assyriorum copias delere, tartareum Holofernem jugulare optamus, animos ipsi nostros exomologesi et lacrymis eluamus; suavissimis religionis et sanctimoniæ unguentis oblinamus: nuptialibus charitatis vestibus exornemus; omnes omninò actiones et gestus, interiores et exteriores, à vertice ad plantam usque decoro omni componamus et concinnemus. Adsit, quidquid adesse potest naturalis venustatis et elegantiæ, quam à morum litterarumque magistris didicimus, ex poetarum, rhetorum, philosophorumque olim studiis collegimus; sed omnium maximè, ut sacræ nos theologiæ, divinæque gratiæ demissus è cœlo splendor venustet, à Deo maximoperè precandum, *quoniam omnis ista compositio non ex libidine, sed ex virtute pendet.* De quibus verbis alio in capite postea.

Tertio loco, Judith ipsius cibos intuere, quales et quantos. Nullas secum carnes et mensarum cupedias fert; sed cibos omninò, iis in locis, plebeios et vulgares, imò et, præter solas caricas, apud nos etiam vulgatissimos. Quis adeò tenuis rusticus, qui è farinâ quâpiam pultis aliquid, panem et caseum non habeat? non venienti etiam ad se, quâlibet horâ, hospiti proponat? Vini verò et olei aliquid sumpserat, ut dominæ nomen tueretur, et sobriè corpus reficeret. Cibi porrò ipsi quàm pauci sunt! quàm non numerosa fercula! Præter polentam et panem, quæ in ferculis jam haud numerantur, caseoli et caricarum modicum quid fuit. Et nonne vel egentissimis agricolis, pro caricis, pyra, poma, nuces et similia complura sunt? Neque verò etsi numero pauci, mole tamen ipsâ multi magnique cibi isti fuerunt, quos, etiam in dierum aliquot annonam, cum œnophoro et lecytho, ferre ancilla una potuit, et vetula fortassis erat, Eurycleæ Homericæ instar. Disces hinc ergo temperantiam et frugalitatem.

Quartò, quando in Assyriorum castra, ut ipsos vel ipsorum potiùs impietatem et vitia deleamus, progredi statuimus, cavendum, ne absque ciborum necessario in dies aliquot viatico progrediamur. Sunt autem cibi isti sacrosancta Eucharistia, quotidiana divinarum rerum meditatio, crebra conscientiæ discussio, virtutum variarum, charitatis præsertim et humilitatis, exercitatio et soliditas. Notat verò Rabanus, eo ipso, quòd abræ onera hæc Judith imposuerit, significari, debere viros spiritales, spiritalibus occupationibus districtos aliorum minùs occupatorum, minùsque spiritualium et doctorum operâ uti ad munia magis corporalia, vitæque hujus sarcinas.

Quintò, à primoribus istis reverentiam erga sanctos homines discamus. Cùm enim tantis ornamentis, tantâque pulchritudine, præter morem, tam subitò, tam mirabili metamorphosi fulgentem Judith conspicerent, stupuerunt ipsi quidem, et valdè mirati sunt vers. 7, nihil tamen omninò eam interrogârunt, sicuti et de Domini discipulis scripsit discipulus,

quem ille diligebat, cap. 4, vers. 27 : *Mirabantur, quia cum muliere loquebatur. Nemo tamen dixit : Quid quæris, aut quid loqueris cum eâ?* Ipsum etiam silentium venerationis genus quoddam est, Job. 21, vers. 5, cap. 29, v. 9, et in Æneid. 1, quidam virum gravem dùm *conspexêre, silent.*

Postremò, pietas omnium, et religio benè hìc spectanda. Primores orant vers. 8, circumstans populus orat etiam, et respondet : Amen, Amen, vers. 9 ; ipsa denique Judith orat, vers. 10. Pietatis omnia plena sunt, et hodiè in catholicarum urbium primo statim ingressu, veteris pietatis signa exstant, crucis Domini, sanctorumque effigies, ut qui egrediuntur aut ingrediuntur memores semper sint precum ubique fundendarum, earum saltem, quas *brevissimas, et raptim quodammodò jaculatas* vocat D. Augustinus epist. 121, cap. 10. Tales enim et istæ principum, excubantium juvenum (vocat enim Græcus νεανίσκους), et Judith ipsius fuerant, earumque usum valdè commendat D. Chrysostomus homiliâ de Annâ, Cassianus collat. 9, cap. 36. In Græco primorum ita oratio exprimitur : *Deus, Deus patrum nostrorum det te in gratiam* (id est, ut iis, ad quos abis, grata sis, sive gratiam coram iis invenias), *detque tibi cogitata tua perficere, ad gloriationem filiorum Israel, et exaltationem ipsius Hierusalem.* Judith verò Προσεκύνησε τῷ Θεῷ, *Deum adoravit.* Complutensis de omnibus simul ait : Προσεκύνησαν τῷ Θεῷ, *adorârunt Deum.* Et tandem post tot vota, preces et adorationes *transivit per portas, ipsa et abra ejus.* « Ecce, inquiunt in D. « Augustini sermonibus ducentesimus et duo- « detricesimus, Judith post precem et saccum, « post cinerem ad cultus puellares redit. Spes « omnium populorum procedit ; sollicitos po- « pulos redditura securos suâ sapientiâ conso- « latur, quæ promittens victoriam, quam om- « nis natio miraretur, portam sibi, paululùm « remotis obicibus, postulat aperiri. Prodiit « secura, unius puellæ comitatu contenta, et « hostium securis gressibus properavit in ca- « stra. » E quibus verbis, quasi aliud agens et illud nota, si D. Augustini sermo iste non esset, boni tamen et antiqui auctoris esse, uti monebam proleg. 4. Nam non D. Hieronymi hoc in libro versionem, sed Græcorum sequitur, è capite scilicet 8, vers. 30, et ex isto, vers. 9, ubi Ἐπιτάξατε ἀνοῖξαι μοι τὴν πύλην, *jubete mihi aperiri portam.*

Quæ apud Assyrios gessit Judith?

Incipiunt ea hìc à versu 11, et omnium primum est, simulatum transfugium vers. 12, ipsius captio, pulchritudinis admiratio vers. 14, 16, 17, ad Holofernem deductio vers. 16, hujusque adoratio vers. 20 ; sunt porrò è Græcis notanda hæc, cùm Judith ad Holofernem veniret, noctem adhuc fuisse, ideòque et capite sequenti dicitur bis ἐν τῇ νυκτὶ ταύτῃ, *hâc ipsâ nocte*, jacuisse illum adhuc in lecto ; significatum illi fuisse de Hebrææ feminæ adventu ; interim, ipsius pulchritudinis famâ, totis è castris ad eam videndam concurrisse quàmplurimos, eosque miratos non ipsam tantùm, sed, ipsius etiam causâ, omnes Israelitas, quos nondùm tamen viderant, tuncque proximo suo quemlibet dixisse, id quod vers. 18 scribitur, ubi tamen non inter se tantùm, sed ipsi etiam Holoferni hoc ejus stipatores locutos apparet. In Græco tamen additur : *Non est bonum, vel virum unum ex Hebræis residuum fieri, quia si qui dimittantur, poterunt universam terram* κατασοφίσασθαι, *decipere*, sive, tam illecebrosâ feminarum suarum formâ in fraudem ac perniciem totum terrarum orbem pellicere. Antequàm verò è lecto et interiori cubiculo prodiret Holofernes, exierunt *qui apud ipsum dormiebant et omnes famuli ejus.* Tandem et ipse εἰς τὸ προσκήνιον, *in proscenium*, sive *tentorii vestibulum venit*, καὶ λαμπάδες ἀργυραὶ προάγουσαι αὐτοῦ, *et argenteæ lampades ipsum præcedebant.* Quantâ magnificentiâ ! *Et conopæum erat ex purpurâ, et auro, et smaragdo, et lapidibus pretiosis intextum.* Incidit conopei hujus iterùm mentio cap. 13, vers. 10 et 19, eratque propriè velum, ad volitantes culices arcendos, licet ad splendorem tantummodò sæpè adhiberetur. De Judith adoratione, infra, capite alio.

CAPUT XI.

1. Tunc Holofernes dixit ei : Æquo animo esto (1), et noli pavere in corde

CHAPITRE XI.

1. Alors Holoferne lui dit : Ayez bon courage ; bannissez de vôtre cœur toute crainte,

(1) Animadvertit Holofernes, Juditham timentem et paventem, tum quòd femina solitudini assueta inter tot millia virorum armatorum et hostium consisteret, tum quòd conscientia tanti facinoris ejus animum metu pulsabat, ne fortè non succederet, sed res proderetur, et ipsa capitis periculum adiret. Esto enim, Deo illam animante, spiritus ejus esset intrepidus, caro tamen erat infirma, ac partem mentis inferiorem infirmabat Ecquid

tuo : quoniam ego nunquàm nocui viro (1) qui voluit servire Nabuchodonosor regi.

2. Populus autem tuus si non contempsisset me, non levâssem lanceam meam super eum.

3. Nunc autem dic mihi quâ ex causâ recessisti ab illis, et placuit tibi ut venires ad nos?

4. Et dixit illi Judith : Sume verba ancillæ tuæ : quoniam si secutus fueris verba ancillæ tuæ (2), perfectam rem faciet Dominus tecum (3).

5. Vivit enim Nabuchodonosor (4) rex terræ, et vivit virtus ejus (5), quæ est in te ad correptionem (6) omnium animarum errantium : quoniam non solùm homines serviunt illi per te, sed et bestiæ agri obtemperant illi.

6. Nuntiatur enim animi tui industria universis gentibus, et indicatum est omni seculo (7), quoniam tu solus bonus (8) et

parce que je n'ai jamais fait de mal à qui que ce soit, qui a voulu servir le roi Nabuchodonosor.

2. Si votre peuple ne m'avait point méprisé, je n'aurais pas tourné mes armes contre lui.

3. Mais dites-moi d'où vient que vous les avez quittés, et que vous vous êtes résolue de venir vers nous?

4. Judith lui répondit : Accueillez les paroles de votre servante, parce que, si vous suivez les avis que votre servante a à vous donner, Dieu achèvera d'accomplir à votre égard ce qu'il a résolu.

5. Vive Nabuchodonosor, roi de la terre, et sa puissance qui est en vous, pour châtier toutes les âmes qui se sont égarées *en lui résistant;* car non seulement vous lui asservissez les hommes, mais les bêtes même des champs lui sont assujetties.

6. La sagesse de votre esprit est célèbre dans toutes les nations; tout le monde publie que vous êtes le seul dont la puissance et la

mirum? cùm Christus fortissimus passionem aggressurus de se dixerit : *Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma*, Matth. 26, 41.

(1) Multò minùs mulieri. Mentitur, nam, ut dictum est c. 3, civitates eorum, qui se illi in servos offerebant, destruxit, lucosque excidit. (Corn. à Lap.)

(2) In Græco additur ; Λαλησάτω ἡ παιδίσκη σου κατὰ πρόσωπόν σου, *loquatur ancilla tua coram te*, id est, audientiam verbis meis præbe.

(3) Additur in Græco : Καὶ οὐκ ἀποπεσεῖται ὁ Κύριός μου τῶν ἐπιτηδευμάτων αὐτοῦ, *non excidet Dominus meus proposito suo, non excides cogitatus.* Respondet enim ἐπιτήδευμα vocibus עצה, עלילה, et similibus. (Grotius.)

Perfectam rem faciet Dominus tecum. Scilicet perfectam Deus dabit victoriam, non tibi ut tu putas, ò Holofernes, sed mihi et Judæis de te. Est stratagema bellicum, quo Judith Holofernem ambiguitate verborum ludit et illudit, itaque in fraudem et laqueum necis inducit. Nam, ut ait Poeta : *Dolus an virtus quis in hoste requirat?* Sic Apollo Delphicus illusit Pyrrho, eum de victoriâ contra Romanos consulenti, dicens :

Aio te, Æacida, Romanos vincere posse.

Quod perperam sibi applicuit Pyrrhus, quasi ipse Romanos esset victurus, cùm Apollo intelligeret de Romanis, quòd ipsi vincerent Pyrrhum, uti reipsà vicerunt.

(4) Id est, sicut verum est, quòd Nabuchodonosor vivit, et ut similiter, ita vera sunt quæ sequuntur : nec est hoc juramentum, ut dicunt aliqui, quia non excusaretur Judith à juramento falso, quod est peccatum mortale, sed est simplex assertio falsi, ad fallendum fallacem. (Lyranus.)

Jurandi formula : sic Elisæus alloquens dicebat : *Vivit Dominus, et vivit anima tua*, 4 Reg. 2, v. 4; nec Judith jurans per Holofernem, aut Nabuchodonosor magis peccat, quàm Joseph jurans per salutem Pharaonis, Gen. 42, 15 et 16; non enim tanquàm per deos alienos, sed per eos jurabat, in quibus aliquid divinum resplendebat, auctoritas scilicet, et potestas. Nec falsò jurat Judith, cùm constet quàm plurimos homines et bestias regi Nabuchodonosor operâ Holofernis servivisse. (Menochius.)

Vivat Nabuchonosor, seu per vitam Nabuchodonosoris. Usitata jurandi formula apud Orientales, jusjurandum nuncupantes per vitam seu regum seu virorum dignitate vel merito supra vulgarium. Anna mater Samuelis jurat per vitam Heli summi sacerdotis; Eliseus per vitam Eliæ præceptoris sui; Abigail per vitam Davidis, cùm venientem illum in exitium familiæ Nabalis placavit; Abner per vitam Saülis, Joseph per vitam Pharaonis. Nihil hìc superstitionis aut impietatis : obsequium enim erat merè politicum, vel, si mavis, genus erat tributi civilis erga principem, qui testis dictorum invocabatur. Quemadmodum verum est, Nabuchodonosorem vivere, ita et verissimè affirmo, delendos fore à te Judæos. (Calmet.)

(5) Potentia ejus. (Menochius.)

(6) Verè dictum, nam promittit Deus mortales malis atteri à tyrannis, quæ tamen eò diriguntur, ut errata vitæ corrigant, aut peccata patrata afflictione illâ luant.

(7) Præsenti, id est, toti mundo. Ita Græca.

(8) Benignus et beneficus, juxta illud Christi, Lucæ 22, 25 : *Reges gentium dominantur eorum, et qui potestatem habent super eos, benefici* (principes) *vocantur.* Hinc præsidum epitheton erat optimus, ut optime Felix, optime Feste.

potens es in omni regno ejus, et disciplina tua omnibus provinciis prædicatur.

7. Nec hoc latet quod locutus est Achior, nec illud ignoratur quod ei jusseris evenire (1).

8. Constat enim Deum nostrum sic peccatis offensum, ut mandaverit per prophetas suos ad populum (2), quòd tradat eum pro peccatis suis.

9. Et quoniam sciunt se offendisse Deum suum filii Israel, tremor tuus super ipsos est.

10. Insuper etiam fames invasit eos (3), et ab ariditate aquæ jam inter mortuos computantur.

11. Denique hoc ordinant (4), ut interficiant pecora sua, et bibant sanguinem eorum (5).

capacité éclatent dans tout son son royaume; et on ne parle dans tous les pays que de votre habileté dans la guerre.

7. On sait aussi ce qu'a dit Achior, et on n'ignore pas de quelle manière vous avez commandé qu'il fût traité.

8. Car il est certain que notre Dieu est tellement irrité par les péchés de son peuple, qu'il lui a fait dire par ses prophètes qu'il le livrerait à cause de ses péchés.

9. Et parce que les Israélites savent qu'ils ont offensé leur Dieu, la terreur de vos armes les a saisis.

10. Ils sont de plus désolés par la famine; et ils sont déjà au nombre des morts par la soif dont ils sont brûlés.

11. Ils ont même résolu entre eux de tuer leurs bestiaux, pour boire leur sang.

Sensus ergo est, q. d.: Tu solus es verus, magnusque princeps in regno Nabuchodonosoris, utpote benignus et liberalis æquè ac potens, ideòque Nabuchonosor sua omnia tibi commisit. Aliqui *bonus* exponunt *fortis*. (Corn. à Lap.)

(1) Discrepat Græcus versibus 7, 8 et 9: *Et nunc sermo quem locutus est Achior in consessu tuo, audivimus verba ejus, quoniam servaverunt eum viri Bethuliæ, et annuntiavit eis omnia quæcumque elocutus erat apud te. Quare, dominator domine, ne transgrediaris verbum ejus, sed depone illud in corde tuo, quoniam verax est; non enim sumitur vindicta de genere nostro, non prævalet gladius adversus eos, nisi peccaverint in Deum suum. Et nunc ne fiat Dominus meus ejectus, et re infectâ desistens; et cadet mors super faciem eorum, et occupavit eos peccatum in quo irritaverunt Deum suum.* Planè opposita sunt hæc verbis Judithæ ad optimates Bethuliæ: *Non sumus secuti peccata patrum nostrorum, qui dereliquerunt Deum suum, et adoraverunt deos alienos, pro quo scelere dati sunt in gladium, et in rapinam, et in confusionem inimicis suis.* (Calmet.)

(2) Frustra quæras, quis è prophetis hæc dixerit, et quâ occasione. Ex ipso Judithæ testimonio constat Hebræos tunc nullam hisce minis occasionem præbuisse. Officioso mendacio procusa sunt ad fallendum Holofernem. Referri non possunt ad pristina veterum prophetarum oracula, nisi secretâ mentis limitatione, quæ tam multùm mendacio favet, quàm sinceritati parùm.

(3) Quia ubi laboratur siti, ibi et fame; cibus enim sine potu à sitienti humectari et comedi nequit. (Corn. à Lap.)

Suprà sitis tantùm mentio facta est, sed verum fuerit etiam fame laboràsse, sed magis siti, quanquàm ne in ciborum quidem copiâ comedere possunt, qui siti æstuant, cùm cibus nec humectari possit, nec deglutiri. (Menochius.)

(4) Nota quòd non sequitur hìc ut videtur quod dicit, quia per sanguinem et sanctorum pollutionem intellexit civitatis traditionem quam conceperant priori die complevisse, et sic quantùm in eis erat, sanguinem bibissent occisorum, et sancta polluissent, quia ipsi fuissent crapulati, qui velit inspiciat, cùm omnis actio ejus ex virtute pendebat, quæ non dicit falsum vel facit, sed virtualiter oculos falsorum verbis, et per sententiam veritatis intrinsecam claudit, et eruit ne veritatem considerent. Et sic videtur hic metaphoricè vel rhetoricè loqui, quod patet. Quomodò enim posset homo sanguinem bibere? quia si crudum sumeret, moreretur, et adhuc non videbitur posse extinguere sitim; si decoqueret, non valeret potationi. Sed adversarii ideò, ut dixi, in mysterio verborum fuerunt decepti, eò quòd non considerabant hujus rei impossibilitatem, etc. Et superiora qui vellet considerare, fortè inveniret quòd nullum vitium quantùmcumque minimum fecisset, vel in aliquo defectuosa posset judicari. Hoc videtur etiam esse falsum; quia bibere sanguinem erat eis maximè prohibitum. (Lyranus.)

(5) Pro aquâ, quâ carent ad restinguendam extremam sitim; sanguinis autem esus et potus erat Judæis à Deo vetitus sub pœnâ mortis, ut patet Levit. 17. (Corn. à Lap.)

Hoc (ut etiam quod seq. versiculo habetur) per ampliationem explicandum est, ut scilicet fieri possit, et credibile sit Judæos ad talia siti et fame compellente adductos iri, non autem quòd reipsa jam hujusmodi deliberationem suscepissent, jumentorum sanguinem absumere vehementer vetabantur Hebræi, Lev. 17, 10, et alibi. (Menochius.)

Siti cogente, decreverunt *bibere sanguinem pecorum suorum*, lege id expressè vetante. In Græco additur, *etiam vetitis lege carnibus aliisque cibis uti decrevisse* Bethulienses, *et super hâc re Jerosolymam misisse, qui hujus rei licentiam à senatu afferrent.* Nam Jerosolymis residebant qui *Sanhedrim*, seu *magnum Synedrion*, constituebant, à quibus, si quæ certis casibus necessariæ viderentur, legum qua-

12. Et sancta Domini Dei sui (1), quæ præcepit Deus non contingi, in frumento, vino, oleo, hæc cogitaverunt impendere, et volunt consumere quæ nec manibus deberent contingere : ergo quoniam hæc faciunt, certum est quòd in perditionem dabuntur (2).

13. Quod ego ancilla tua cognoscens, fugi ab illis, et misit me Dominus (3) hæc ipsa nuntiare tibi (4).

14. Ego enim ancilla tua Deum colo, etiam nunc apud te; et exiet ancilla tua (5), et orabo Deum,

15. Et dicet mihi quando eis reddat peccatum suum : et veniens nuntiabo tibi, ita ut ego adducam te per mediam Jerusalem (6), et habebis omnem populum Israel, sicut oves quibus non est pastor, et non latrabit vel unus canis contra te (7) :

12. Et ils ont résolu de dépenser en froment, en vin et en huile les choses saintes auxquelles Dieu a défendu de toucher; ils veulent consommer ainsi des choses auxquelles il ne leur est pas même permis de porter la main. Puis donc qu'ils se conduisent de cette sorte, il est certain qu'ils seront livrés à la ruine.

13. Ce que moi, votre servante, connaissant, je me suis enfui d'avec eux ; et le Seigneur m'a envoyée vous annoncer toutes ces choses.

14. Car moi, votre servante, j'adore Dieu, même à présent, auprès de vous; et je sortirai et je prierai le Seigneur;

15. Et il me dira quand il doit leur rendre la peine de leurs péchés; et je viendrai vous le dire. Je vous mènerai alors au milieu de Jérusalem ; et vous aurez tout le peuple d'Israël comme des brebis qui sont sans pasteur; et il n'y aura pas un chien qui aboie contre vous.

rumdam solutiones, sive dispensationes peti debebant, ut monet apud Josephum ipse legislator Moyses. (Tirinus.)

De potu sanguinis nihil in Græco, in quo legitur : *Deliberaverunt injicere manum jumentis suis, et omnia quæcumque distinxit eis Deus in legibus suis non comedere, decreverunt insumere.* Hìc innui censet Grotius, decrevisse obsessos, ut mactarentur jumenta indiscriminatim, ipsa etiam vetita et immunda, et in cibos adhiberentur. Sanguinis esum vetitum fuisse Judæis, vel ante legem conditam, nemo ignorat. (Calmet.)

(1) Non vocantur hìc sancta, vasa consecrata ad sacrificandum Domino, seu oblationes, et sacrificia, ut dicunt aliqui; nam talia non erant nec fiebant extra Jerusalem. Sed sancta dicuntur hìc primitiæ et decimæ quæ debebantur sacerdotibus et Levitis; in necessitate tamen poterant comedi ab aliis, sicut David, et viri ejus comederunt panes propositionis, et de voluntate summi sacerdotis, ut habetur 1 Reg. 21. Et ideò Judith videtur hìc simpliciter falsum dixisse cùm subditur : *Et volunt consumere quod nec manibus deberent contingere.* Et si sancta intelligantur hìc vasa sacra, similiter falsum dicit, quia non erant in Bethuliâ. (Lyranus.)

Ea sunt quæ Deo sanctificata, id est, dicata et consecrata sunt. HÆC COGITAVERUNT IMPENDERE, ad extremam sitim, famemque suam levandam. (Corn. à Lap.)

Græcus esse potest loco commentarii in hunc locum : *Primitias frumenti, et decimas vini et olei, quæ servaverant sanctificantes sacerdotibus assistentibus in Jerusalem ante faciem Dei nostri, decreverunt expendere, quæ neque manibus oportebat tangere quemquam eorum, qui de populo. Et miserunt in Jerusalem (quoniam et qui ibi habitabant, fecerunt hæc) eos qui transportarent ipsis remissionem à senatu. Et erit, simul ac renuntiatum ipsis fuerit, et fecerint, dabuntur tibi in perditionem in die illâ.* Duo proponit hìc Judith Holoferni, 1° populum ad extremam sitis et famis angustiam redactum esse; 2° à religioso legum suarum studio recessisse. (Calmet.)

(2) Certum est, si causas naturales et cursum rerum ordinarium species : fames enim et sitis cogent eos ad interitum. Idem facient peccata eorum, quibus iram et vindictam Dei meruerunt, nisi quis sanctus iram Dei mitiget, uti ego eam meis precibus me mitigaturam spero. (Corn. à Lap.)

(3) Hinc jam rem ita disponit prudentissima et solertissima femina, ut captatâ religionis opinione aditum habeat magis expeditum ad id quod tacitè mente conceperat, ut facultatem obtineret exeundi è castris ad orationem : suam in Deum pietatem commendat, ut per Assyrios sibi liceat orare Deum more Israelitico, extra alienæ religionis commercia; quod ut faciliùs obtineat, indicat se, dùm orationi studet et illam inire cupit ritu legitimo, pro Assyriorum commodis laborare. (Vatablus.)

(4) Miserat enim Deus Judith ad Holofernem, ut hæc ei nuntiando gratiam ejus sibi conciliaret, quâ habitâ eum incautè per pium dolum occideret. (Corn. à Lap.)

(5) È castris in vallem, Domino supplicatura per noctem, ait Græcus; mihique Dominus revelabit tempus, quo id criminis perpetrârint. Tunc regrediar, tibique renuntiabo, et tu adversùs illos proficisceris, etc. (Calmet.)

(6) Græcus et Syrus : *Ducam te per medium Judææ, usque ad veniendum contra Jerusalem, et ponam sedem tuam in medio ejus, et ages eos tanquàm oves, quibus non est pastor, et non latrabit canis linquâ suâ coram te.* Postrema hæc verba proverbii loco sunt, deducta ab Exodo 11, 7. (Calmet.)

(7) Multi censent Judith hìc non posse ex-

16. Quoniam hæc mihi dicta sunt per providentiam Dei (1).

17. Et quoniam iratus est illis Deus, hæc ipsa missa sum nuntiare tibi.

18. Placuerunt autem omnia verba hæc coram Holoferne, et coram pueris ejus, et mirabantur sapientiam ejus, et dicebant alter ad alterum (2) :

19. Non est talis mulier (3) super terram in aspectu, in pulchritudine, et in sensu verborum.

20. Et dixit ad illam Holofernes : Benefecit Deus, qui misit te ante populum, ut des illum tu in manibus nostris (4) :

21. Et quoniam bona est promissio tua, si fecerit mihi hoc Deus tuus, erit et Deus meus (5), et tu in domo Nabuchodonosor magna eris, et nomen tuum nominabitur in universâ terrâ.

16. Parce que tout ceci m'a été révélé par la providence de Dieu,

17. Et parce que Dieu est en colère contre eux, je suis envoyée vers vous pour vous annoncer ces choses.

18. Or tout ce discours plut à Holoferne et à ses gens; ils admiraient la sagesse de Judith, et se disaient l'un à l'autre :

19. Il n'y a point dans toute la terre une femme semblable à celle-ci, soit pour l'air et la beauté du visage, ou pour la sagesse des paroles.

20. Et Holoferne lui dit : Dieu nous a favorisés, de vous envoyer devant votre nation, pour nous la livrer entre les mains.

21. Et parce que vos promesses sont très-avantageuses, si votre Dieu fait cela pour moi, il sera aussi mon Dieu ; vous serez grande dans la maison de Nabuchodonosor, et votre nom deviendra illustre dans toute la terre.

cusari à mendaciis. Verùm excuso eam duplici modo et titulo. Prior est, quòd ipsa loquitur secundùm causas naturales et communem naturæ cursum, quo Judæis ad extrema redactis, et in offensâ irâque Dei constitutis, necessariò erat pereundum, nisi Deus supernaturali vel extraordinario quodam modo eis succurreret. Sic Elisæus Hazaeli roganti de salute Benadad regis ægrotantis, respondit eum sanandum, sed tamen moriturum, quia scilicet quantùm erat ex vi morbi, is non erat lethalis; quare ex eo sanandus erat, sed tamen moriturus, quia suffocandus ab Hazaele, 4 Reg. 8, 10.

Sic hic Judith asserit ab Holoferne perdendos Hebræos ob peccata sua, quia humanis viribus ejus manus evadere non poterant : erant tamen evasuri per preces Judith et sacerdotum, quibus opem Dei cœlestem poscebant et impetrabant.

Sensus ergo est, q. d. : Hebræi, si causas naturales spectes, planè sunt perdendi, et à te subjugandi ob peccata sua.

Posterior modus excusandi Judith à mendacio est, dicendo quòd ipsa ambiguis verbis usa sit, quæ sibi Holofernes attribuebat, cùm ea Judith sibi et Judæis ascribebat. Ait ergo : ORABO DEUM, ET DICET MIHI QUANDO EIS REDDAT PECCATUM SUUM, si nimirùm eos pro meritis, ut videtur, punire decreverit. Scio autem ex Dei revelatione, quòd hoc tempore eos non puniet; sed hoc nunc mihi silendum est, nec tibi indicare queo, mox tamen veniens nuntiabo tibi Dei voluntatem et decretum de differendâ castigatione peccati Judæorum, et accelerandâ castigatione tuæ tyrrannidis, Judæos injustè invadentis ; hoc enim nuntiabo tibi non verbo, sed facto, cùm tibi lethale vulnus infligam, ait S. August., ET ADDUCAM TE, non vincentem et triumphantem, uti tu putas, sed victum, occisum, et triumphatum, cùm caput tuum truncatum adducam in Bethuliam. (Corn. à Lap.)

(1) Græcus et Syrus : *Quoniam hæc dicta sunt mihi secundùm præcognitionem meam.* Futura hæc prævidi insitâ mihi et usu acquisitâ rerum futurarum conjecturâ. Assentatur Holoferni, id illi persuadere satagens, ejus conservationi Deum advigilare, quippe qui ad illum miserit feminam scientiâ præditam et vatem. (Calmet.)

In Græco est, *secundùm præcognitionem meam.* Utriusque est hæc providentia, seu prævidendi, et prænoscendi facultas; Dei tanquàm donantis, Judith tanquàm accipientis et habentis. (Menochius.)

(2) Mirantes ejus pulchritudinem et sapientiam. (Lyranus.)

PUERIS, id est, servis, aulicis. (Menochius.)

(3) Ex hoc videbantur innuere, quòd esset aptissima conjungi suo principi vinculo matrimonii, et hoc idem videntur sonare verba Holofernis, quæ sequuntur. (Lyranus.)

(4) Græcus et Syrus : *Ut fiat in manibus nostris potentia* (Syrus, *novum auxilium*), *in iis autem qui vilipenderunt dominum meum, perditio.* (Calmet.)

(5) Per hoc quòd consentiebat colere Deum Judith, videtur quòd eam cogitabat accipere in conjugem. (Lyranus.)

Seriò id locutus Holofernes vix creditur, nisi fortè ignoraverit Deum Israelis socium non admittere. Nimis enim fortunæ illius nocuisset viri conversio. Adblandiri facilè voluit Judithæ, quam piam et religiosam esse intelligebat. Blandè illius amorem et gratiam aucupatur; ut enim notat Scriptura capite 10, 17 : *Cùm intrâsset ante faciem ejus* (Juditha), *statim captus est in suis oculis Holofernes.* Removit callidè obstaculum, quod amori suo impedimento futurum nôrat, testatus discrimen religionis non obfuturum quominus alter altero potiretur : præsto se esse ad amplectendum Judaismum, statim ac promissionum ejus veritas impleretur. (Calmet.

TRANSLATIO EX GRÆCO.

1. Et dixit ad eam Olophernes : Confide, mulier : ne timeas corde tuo : quoniam ego non malefaciam homini, quisquis elegerit servire regi Nabuchodonosor omnis terræ. —2. Et nunc populus tuus habitans montanam, nisi vilipendissent me, non elevâssem hastam meam super eos ; sed ipsi sibi fecerunt hæc. — 3. Et nunc dic mihi, cujus gratiâ aufugisti ab eis, et venisti ad nos? venis enim ad salutem. Confide ; in nocte hâc vives et in reliquum. — 4. Non enim est qui tibi injuriam illaturus sit, sed benè tibi faciet, sicut fit servis domini mei regis Nabuchodonosor. — 5. Et dixit ad eum Judith : Suscipe verba servæ tuæ , et loquatur ancilla tua ad faciem tuam, et non annuntiabo mendacium domino meo in nocte hâc. — 6. Et si secutus fueris verba ancillæ tuæ, perfectè negotium faciet tecum Deus, et non decidet dominus meus à studiis suis. — 7. Vivit enim rex Nabuchodonosor universæ terræ, et vivit imperium ejus, qui misit te ad correctionem omnis animæ, quia non solùm homines propter te servient ei, sed etiam bestiæ agri, et pecora, et volatilia cœli propter fortitudinem tuam vivent super Nabuchodonosor , et omnem domum ejus. — 8. Audivimus enim sapientiam tuam, et calliditates animæ tuæ : et annuntiatum est omni terræ quia tu solus bonus in omni regno, et potens in scientiâ, et mirabilis in expeditionibus belli. — 9. Et nunc sermo, quem locutus est Achior in consessu tuo , audivimus verba ejus, quoniam servaverunt eum viri Betylua, et annuntiavit eis omnia quæcumque elocutus erat apud te. — 10. Quare, dominator domine, ne transgrediaris verbum ejus, sed depone illud in corde tuo, quoniam verax est. Non enim sumitur vindicta de genere nostro, non prævalet gladius adversùs eos, nisi peccaverint in Deum suum. — 11. Et nunc ut non fiat dominus meus ejectus, et re infectâ desistens, et cadet mors super faciem eorum, et occupavit eos peccatum, in quo irritabunt Deum suum, quandocumque fecerint absurditatem. — 12. Quoniam enim defecerunt eos escæ, et rarefacta est omnis aqua , deliberaverunt injicere manum jumentis suis, — et omnia quæcumque distinxit eis Deus in legibus suis non comedere, decreverunt insumere. — 13. Et primitias frumenti, et decimas vini, et olei quæ servaverant sacrificantes sacerdotibus assistentibus in Hierusalem ante faciem Dei nostri, decreverunt expendere, quæ neque manibus oportebat tangere quemquam eorum, qui de populo. — 14. Et miserunt in Hierusalem (quoniam qui ibi habitant, fecerunt hæc) eos qui transportarent ipsis remissionem à senatu. — 15. Et erit simul ac renuntiatum ipsis fuerit, et fecerint, dabuntur tibi in perditionem in die illâ. — 16. Unde ego serva tua cognoscens hæc omnia, aufugi à facie eorum. Et misit me Deus facere tecum negotia, super quibus stupebit universa terra, quicumque audiverint ea. — 17. Quoniam serva tua Dei cultrix est, et ministrans nocte et die Deo cœli. Et nunc manebo apud te, domine mi ; et exibit serva tua per noctem in vallem, et deprecabor ad Deum. — 18. Et dicet mihi, quando fecerint peccata sua , et veniens deferam tibi , egredieris cum omni virtute tuâ, et non est qui resistet tibi ex eis. — 19. Et ducam te per medium Judææ usque ad veniendum contra Hierusalem. Et ponam sedem tuam in medio ejus, et ages eos tanquàm oves, quibus non est pastor : et non latrabit canis linguâ suâ coram te : — Quoniam hæc dicta sunt mihi secundùm præcognitionem meam, et annuntiata sunt mihi, — et missa sum annuntiare tibi. — 20. Et placuerunt verba ejus coram Olopherne, et coram omnibus ministris ejus; et mirati sunt super sapientiâ ejus, et dixerunt : —21. Non est talis mulier à summo usque ad summum terræ, pulchra specie, et intellectu verborum. — 22. Et dixit ad eam Olophernes : Benè fecit Deus mittens te ante populum, ut fiat in manibus nostris potentia : in iis autem, qui vilipenderunt dominum meum, perditio. — 23. Et nunc venusta es tu in specie tuâ, — et bona in verbis tuis. Quare si feceris, sicut locuta es, Deus tuus erit meus Deus, et tu in domo regis Nabuchodonosor sedebis, et eris nominata apud omnem terram.

COMMENTARIUM.

Ab Holoferne jubetur Judith animo esse bono, vers. 1, 2; interrogatur de adventûs causâ, vers. 3; respondet copiosè, vers. 4 et sequentibus ; laudatur à sapientiâ et pulchritudine, vers. 18 et 19; variis denique promissis ornatur, vers. 21. In ipsâ verò ejus responsione, quæstionis non parùm est, satin' verè ac rectè ipsa responderit. Sed omnium istorum quæ peccâsse Judith videtur, coacervata postmodùm erit disquisitio, ideòque responsionis tantùm summa hic præcerpenda. Promittit ergo ipsa Holoferni certam de Israelitis victoriam, idque probat maximè sextupliciter. Primò, ab ipsius Holofernis personâ,

quia est ipse à potentissimo rege, cum potentissimo exercitu missus, ita ut per eum non homines tantùm, sed et agrestes feræ domandæ, illiusque imperio subigendæ sint, vers. 5; est præterea summa ipsius ejusdem industria, prudentia, bonitas, robur, sapientia, reique militaris peritia et disciplina, jamque hæc apud universas gentes, in provinciis omnibus, illustri famâ celebrantur et deprædicantur, vers. 6. Bellorum verò pleraque solâ etiam famâ confici et stare non malè dixit apud Curtium lib. 3, quispiam. Deinde, ab iis quæ disseruerat, cap. 5, Achior, vers. 7. Quando in Deum peccàrunt Hebræi, vincuntur. At jam peccârunt, vers. 8. Tertiò, ab ipsorum Hebræorum pavore, quia suorum sibi peccatorum conscii sunt, vers. 9. Quartò, ab extremâ, quâ jam laborant, fame ac siti, vers. 10. Quintò, ab impio ipsorum consilio, quo divinam in se iram magis concitabunt. Duo enim instituerunt; jumentorum scilicet sanguinem ebibere, vers. 11 quod divinâ lege ipsis vehementer vetitum, Levitici 17, vers. 10 et sequentibus, Deuteron. 12, vers. 15, cap. 15, vers. 23, et ea ipsa, quæ Deo consecrata sunt, devorare, vers. 12, primitias frugum et decimas, quarum rerum tanta sanctitas est, ut eas laici ne manibus quidem contingere deberent, multò minùs edendo consumere in loco istiusmodi profano, Deuteron. 12, vers. 6, 7, 17, 18. Sextò, denique, à seipsâ, quæ divino hæc afflatu prænovit omnia, et ut ea ipsi Holoferni prænuntiet, à Deo missa est, vers. 13, et deinceps ab eodem de futuris prædocebitur, quæ et præsignificet omnia, vers 14, 15, 16. In responsionis hujus principio, vers. 4, adjicit Græcus: *Et loquatur puella tua in conspectu tuo, et non annuntiabo mendacium domino meo hâc ipsâ nocte.* Ibidem pro, *perfectam rem faciet Dominus tecum*, est, *perfectè rem* sive *omninò negotium tecum efficiet Dominus. Neque excidet dominus meus ab iis quæ cogitavit et instituit.* Jurabat antea, cap. 1, vers. 12, Nabuchodonosor, per thronum suum; nunc jurat Judith, vers. 5, per Nabuchodonosorem, et ipsius Holofernis potentiam. Vetus enim hæc jurandi formula, cujus sensus est : Tam verè quàm vivit Nabuchodonosor, tuaque viget vis et potentia, tam vera quæ jam loquor. Et sic 1 Reg. 1, v. 26, dixit Eli Anna : *Obsecro, mi domine, vivit anima tua, ego sum illa mulier*, cap. 17, vers. 55. Saüli Abner : *Vivit anima tua, rex, si novi*; cap. 25, vers. 56, Davidi Abigail : *Vivit Dominus, et vivit anima tua, qui prohibuit te, ne venires in sanguinem*; et 2 Reg. 15, vers. 21, 4 Reg. 2, Eliæ Elisæus vers. 2 : *Vivit Dominus, et vivit anima tua, quia non derelinquam te*, iterùmque vers. 4 et 6, et hìc infra, cap. 12, vers. 4. Tribuit verò ipsi *sapientiam, callida consilia ineundi et exequendi facilitatem, scientiæ vim*, et similia, quæ antè dicta. Explicantur et in Græco de Achiore plura vers. 7 : *Dominator domine, ne prætereas illius orationem, sed eam in cor tuum demitte, quia vera est. Non enim punitur genus nostrum, neque prævalet contra ipsos gladius, nisi in Deum suum peccârint.* In vers. 11, significat etiam Græcè Judith eos non sanguine tantùm bibendo, sed et carnibus cibisque aliis vetitis edendis divinas leges violaturos. Quin verò scelerum istorum Hierosolymitanos etiam esse participes asserit. *Miserunt Bethulienses Hierosolymam, quia et qui ibi habitant, eadem* aliquando *fecerunt, certos homines qui hujus rei faciendæ licentiam à senatu afferrent.* Eadem enim sententia est, sive μετοικίσαντας cum Romano exemplari, sive μετακομίσαντας cum libris aliis, quos idem exemplar citat, ubi tamen fortè rectiùs μετοικίσοντας et μετακομίσοντας legeremus, quia nondùm redierant, cùm subdatur : *Et erit cùm annuntiatum iis fuerit*, quid scilicet Hierosolymitanus senatus concedat, *et tum facient.* In Complutensi aliter quidem est, non alio tamen sensu : *Qui illìc habitant, fecerunt eadem cum iis qui illinc licentiam afferebant.* Hìc verò inter alia magni Hierosolymorum synedrii officia fuisse significatùr, ut in iis quæ ad religionem spectarent, ab urbium aliarum senatibus et principibus consuleretur, de dubiis interrogaretur, ab eo si quæ necessariæ viderentur, legum quarumdam solutiones, sive dispensationes peterentur, ut etiam monet lib. 4, cap. ult., apud Josephum, Moyses. De se plura etiam narrat vers. 13 : *Misit me Dominus tecum eas res facere, super quibus obstupescet omnis terra, quotquot eas audierint. Religiosa enim est ancilla tua, et dies atque noctes colens Deum cœli. Et nunc manebo apud te, domine mi, et exibit ancilla tua nocte in vallem, et precabor Deum, et dicet mihi, quando fecerint peccata sua*, pro quo noster pœnam illis conjunctam, eodem sensu, dicit. *Quando eis reddat peccatum suum.* Ad significandam magnam res tantas gerendi facultatem absque ullo penitùs detrimento aut periculo proverbium adhibet, vers. 15 : *Non latrabit vel unus canis contra te* (οὐκ ἐρύξει κύων τῇ γλώσσῃ αὐτοῦ

ἀπέναντί σου, *ne linguâ quidem suâ hiscere audebit coram te).* Quo etiam modo Moyses Exodi 11, vers. 7 : *Apud omnes filios Israel non mutiet canis ab homine, usque ad pecus.* Quod providentiam Dei v. 16, ait noster, id Græcus πρόγνωσιν ipsius Judith ait. At utriusque est ista *providentia*, seu providendi et prænoscendi facultas, Dei tanquàm donantis, Judith tanquàm accipientis et habentis. Omnia bona dotesque nostræ similiter Dei sunt.

CAPUT XII.

1. Tunc jussit eam introire ubi repositi erant thesauri ejus (1), et jussit illìc manere eam, et constituit quid daretur illi de convivio suo (2).

2. Cui respondit Judith, et dixit : Nunc non potero manducare (3) ex his quæ mihi præcipis tribui, ne veniat super me offensio (4) : ex his autem quæ mihi detuli, manducabo.

3. Cui Holofernes ait : Si defecerint (5) tibi ista quæ tecum detulisti, quid faciemus tibi?

4. Et dixit Judith : Vivit anima tua (6), domine meus, quoniam non expendet omnia hæc ancilla tua, donec faciat Deus in manu meâ hæc quæ cogitavi. Et induxerunt illam servi ejus in tabernaculum quod præceperat.

5. Et petiit, cùm introiret, ut daretur ei copia nocte (7), et ante lucem, egrediendi foràs ad orationem, et deprecandi Dominum.

6. Et præcepit cubiculariis suis, ut sicut

CHAPITRE XII.

1. Alors il commanda qu'on la fît entrer au lieu où étaient ses trésors, et qu'elle y demeurât; et il ordonna ce qu'on lui donnerait de sa table.

2. Judith lui répondit : Je ne pourrai pas manger maintenant des choses que vous commandez qu'on me donne, de peur que le péché ne tombe sur moi ; mais je mangerai de ce que j'ai apporté avec moi.

3. Holoferne lui repartit : Si ce que vous avez apporté avec vous vient à vous manquer, que pourrons-nous vous faire?

4. Judith lui répliqua : Je jure par votre salut, mon seigneur, qu'avant que votre servante ait consommé tout ce qu'elle a apporté, Dieu fera par ma main ce que j'ai imaginé. Et ses serviteurs la firent entrer dans la tente qu'il lui avait assignée.

5. Elle demanda, en y entrant, qu'on lui donnât la liberté de sortir la nuit et avant le jour, pour aller faire sa prière, et invoquer le Seigneur.

6. Et Holoferne commanda aux huissiers de

(1) Græcè est ἀργυρώματα, vasa et supellex argentea. Italicè dicitur, *largentaria.*

(2) Hoc fiebat honoris causâ, et ut haberetur formæ cura. Sic Danielis cap. 1, tribus pueris cibus regius constitutus est. (Menochius.)

(3) Simile est quod de Daniele narratur Danielis primo : *Proposuit autem Daniel in corde suo, ne pollueretur de mensâ regis,* etc. Sed quæritur, quare de cibis Assyriorum Judith noluerit comedere, ne quidem etiam postea, cùm convivio Holofernis interfuit, ut sequitur hoc eodem capite, versu decimo nono, quandoquidem verisimile sit, in tanto apparatu ciborum, nonnulla saltem fuisse quæ non erant lege prohibita? Quidam dicunt quòd cibi gentilium, maximè in solemnibus conviviis, erant omnes oblati priùs idolis, et proinde contaminati. Potest etiam aliter responderi, multos Judæos ex piâ consuetudine abstinuisse non solùm à cibis lege prohibitis, verùm etiam ab aliis cibis lautioribus, ut patet de Daniele et sociis, qui pasti sunt leguminibus. Rechabitæ etiam abstinebant à vino. Sed hæc solutio non multùm præsenti loco quadrat. Nam Judith, ut narratur capite decimo, secum attulerat ex Bethuliâ ascoperam, seu utrem vini ad potum suum. Igitur dicendum puto omnes Judæos solitos esse simpliciter abstinere à conviviis gentilium, propter periculum contaminationis, sicut è contra constat ex Genesis 43, Ægyptos quoque existimâsse illicitum sibi esse convivium inire cum Hebræis. Itaque ut vitarent illicita, etiam abstinebant à licitis. (Estius.)

(4) Græcè *scandalum ;* sive, peccem si comedam cibos, quos vetor comedere religione Dei mei. (Menochius.)

Id est, ne dùm vescar cibis lege meâ vetitis, offendiculum seu peccatum aliquod ex eo esu suscipiam, atque ita impediam ne per me possit confici quod Deus in publicum bonum per me facere decrevit. (Tirinus.)

(5) Ex hâc enim sollicitudine circa victum Judith, apparet amor incensus ad eam. (Menochius.)

(6) Id est, per vitam tuam. (Menochius.)

Id est, sicut verum est quòd tu vivis, ita verum est quòd ego non consumam hæc cibaria, antequàm fecerit Deus quæ cogitavi. Et in hoc verum dixit : nam priùs interfectus fuit Holofernes per eam, quod facere cogitabat. Holofernes autem intellexit de traditione civitatis in manu suâ, referens dictum Judith ad ejus verba superiora. (Lyranus.)

(7) Ut devotiùs Deum exoraret extra infidelium castra. (Menochius.)

placeret illi, exiret et introiret ad adorandum Deum suum per triduum.

7. Et exibat noctibus in vallem Bethuliæ, et baptizabat se in fonte aquæ (1).

8. Et ut ascendebat, orabat Dominum Deum Israel, ut dirigeret viam ejus ad liberationem populi sui.

9. Et (2) introiens, munda manebat in tabernaculo, usque dùm acciperet escam suam in vespere (3).

10. Et factum est in quarto die Holofernes fecit cœnam servis suis (4), et dixit ad Vagao eunuchum suum : Vade, et suade Hebræam illam, ut spontè consentiat habitare mecum.

11. Fœdum est enim apud Assyrios, si

sa chambre de la laisser entrer et sortir selon qu'elle le voudrait, durant trois jours, pour adorer son Dieu.

7. Elle sortit donc durant les nuits, dans la vallée de Béthulie; et elle se plongeait dans une fontaine.

8. Et en remontant, elle priait le Seigneur Dieu d'Israël, afin qu'il la conduisît dans le dessein qu'elle avait prémédité pour la délivrance de son peuple.

9. Puis rentrant dans sa tente, elle y demeurait pure jusqu'à ce qu'elle prît sa nourriture vers le soir.

10. Et il arriva que, quatre jours après, Holoferne fit un festin à ceux de sa maison, et dit à Vagao, son eunuque : Allez et persuadez à cette femme du peuple hébreu, qu'elle consente d'elle-même à venir habiter avec moi ;

11. Car les Assyriens croient qu'il est hon-

(1) Nempe ante orationem corpus abluebat aquâ. Nam baptizare ibi non est aliud quàm abluere, quo sensu et Eccl. 34, dicitur : *Qui baptizatur à mortuo* (id est, lavat se post contactum mortui), *et iterùm tangit eum, quid proficit lotio illius?* Cadavera scilicet immunda erant apud Judæos. Porrò lavit se Judith ante orationem, vel quòd putaret, seu metueret immunditiam aliquam legalem se fortè contraxisse ex consortio gentilium, vel quia hoc habebat traditio Judaica, ut ante orationem corpus lavarent. (Estius.)

Baptizabat se in fonte aquæ, purificans se si fortè aliquam legalem labem contraxisset ex eo quòd cum infidelibus versata esset. Sic Marci capite septimo, numero quarto, Judæi *à foro* baptizabantur, id est, à foro domum reversi, ut labes consuetudine infidelium contractas abstergerent. (Menochius.)

Baptizabat se in fonte, qui erat in valle Bethuliæ, cujus *aquæductum* seu canalem cap. 7, versu 6, præciderat Holofernes, et Bethuliensibus aquam subtraxerat. In hoc fonte ritu Judaico manus pedesque abluebat Judith, ut mundaretur à profanatione seu immunditià, si quam forsan ex consortio gentilium contraxisset. Nam Judæis omnibus solemne erat baptizari, teste sancto Marco, cùm vel à foro, vel ex alio loco publico, ad quem gentiles etiam conveniebant, domum redirent, ut eâ lotione purgarentur ab immunditiâ, si quam fortè ex contactu alicujus gentilis contraxissent. Judith verò jam in medio gentilium morabatur, ideòque noctu, si quam fortè labem incurrisset, ablui volebat : saltem honestum hunc Judaicæ religionis ritum prætexuit, ut absque suspicione posset nocturnis horis foràs extra tentorium ad fontem, quoties vellet, prorepere, et liberè per castra transire. (Tirinus.)

(2) Et (à fonte regressa, in tentorium suum) introiens (munda à consortio et convictu gentilium) manebat (jejuna et orationi intenta) in tabernaculo suo usque ad vesperam. Sanè oportet illa Assyriorum castra, disciplinamque militarem, adeòque et Holofernis familiam utcumque probam fuisse, in quà talis formæ et elegantiæ puella (sic enim vocabant Juditham) toto quatriduo, etiam nonis horis illæsa et intacta vagari quòcumque vellet liberè posset ; neque esset vel ex gregariis militibus, vel ex principibus, qui formæ tam excellenti apud se, suâque in potestate positæ vim aliquam pararet ; vel ex noctu saltem ad preces et baptismata exeuntem insidiosè captaret. Sed neque Holofernes, cujus dominatui omnia subjacebant, voluit aliâ viâ, quàm precum et blanditiarum, ipsam sibi demereri. (Tirinus.)

(3) Itaque jejunabat illa in castris, ut Dei opem promereretur. (Calmet.)

(4) Quasi pro nuptiis Judith, cui intendebat sequenti nocte copulari, ideò subditur :

Vade, et suade Hebræam illam, ut sponte consentiat habitare mecum, per concubitum carnalem. (Lyranus.)

Græcus fert excepisse illum *convivas servos suos solos, et non vocavit ad ministerium quemquam ex iis, qui ad usus ;* majoris nempe libertatis gratiâ, remotis testibus licentiæ et libidinis suæ.

Ut sponte consentiat habitare mecum, venire scilicet ad me; vel potiùs libidini meæ satisfacere. Sed Græcus et Syrus legunt : *Venire ad nos, et comedere et bibere nobiscum.* Nomen *Vagoas*, seu potiùs *Bagoas*, commune est, et pro eunucho quocumque usurpatur : id nomen eunuchis fuisse apud Babylonios, Plinius affirmat. Nomina plurium ex his eunuchis, vel *Bagois* posteritati commendavit historia. Porrò huic nomini idem accidit, quod eunucho apud Græcos ; sæpè enim usurpabatur pro præfecto apud principem : plerùmque tamen matronarum erant custodes :

Quem penes est dominam servandi cura, Bagoe.

Græcus et Syrus ferunt Bagoam hunc Holofernis primum fuisse regiarum ædium præfectum, et in ejus tentorium exceptam fuisse Juditham. In Hebræo Estheris eunuchus appellatur *Bagatha*, et in Græco Aman nomine *Bougaios* distinguitur. (Calmet.)

femina irrideat virum, agendo ut immunis ab eo transeat (1).

12. Tunc introivit Vagao ad Judith, et dixit : Non vereatur bona puella introire ad dominum meum, ut honorificetur ante faciem ejus, ut manducet cum eo, et bibat vinum in jucunditate (2).

13. Cui Judith respondit : Quæ ego sum, ut contra dicam domino meo?

14. Omne quod erit ante oculos ejus bonum et optimum, faciam (3) : quidquid autem illi placuerit, hoc mihi erit optimum omnibus diebus vitæ meæ.

15. Et surrexit, et ornavit se vestimento suo, et ingressa stetit ante faciem ejus (4).

teux à un homme qu'une femme se moque de lui, et qu'elle trouve moyen de se tirer d'avec lui, sans consentir à ses désirs.

12. Alors Vagao entra chez Judith, et dit : Que cette bonne fille ne craigne point d'entrer chez mon seigneur, pour être honorée de lui, pour manger avec lui, pour boire du vin dans la joie.

13. Judith lui répondit : Qui suis-je, moi, pour m'opposer à la volonté de mon seigneur?

14. *Et feignant de ne prendre que pour une pure civilité ce qu'on lui disait de la part d'Holoferne, elle repartit avec la même civilité :* Je ferai tout ce qu'il trouvera bon, et qui lui paraîtra le meilleur; car ce qui lui sera agréable, sera aussi pour moi ce qu'il y a de mieux en toute ma vie.

15. Elle se leva ensuite, et elle se para de son vêtement; et étant entrée dans la tente d'Holoferne, elle parut devant lui.

(1) Vide hìc corruptissimos et impurissimos Assyriorum et Persarum mores, quibus libido adeò erat honesta, ut per omnes feminas grassaretur, adeò ut apud eos fœdum haberetur aliquam intactam relinqui. O tempora! Audi Ammian. Marcel. lib. 23 de Persis : « Effusiùs, inquit, plerique soliti solvi in Venerem, « ægrèque contenti multitudine pellicum puerilium stuprorum, expertes pro opibus quisque asciscere matrimonia plura, vel pauca. « Unde apud eos per libidines varias charitas « dispersa torpescit. » Idem tradit Strabo lib. 15, ad finem, et Cicero actione 5 in Verrem. Audi scelera magis fœda. Theod. q. 24 in Levit. : « Persæ, ait, in hunc usque diem non « sororibus solùm, sed etiam matribus ac filiabus, nuptiarum lege permiscentur. » Idem de Medis, Indis et Æthiopibus tradit S. Hier. Lib. 2 contra Jovin. Unde Euripides in Andromede :

Tale, ait, *est omne barbarorum genus :*
Pater cum filiâ, filius cum matre
Miscetur, soror cum fratre.

Mirum ergo non est quòd Persæ plures habuerint uxores, ideòque Judith Holoferni hanc formosi conjugii escam objecerit, quâ eum ut piscem hamo suo caperet et necaret.
(Corn. à Lap.)

(2) Græcus : *Bibere nobiscum in lætitiâ vinum, et fieri in die hâc sicut filia una filiorum Assur, quæ assistunt in domo Nabuchodonosor.* Turpissimus hic eunuchus satis pervasit latens domini sui consilium. Invitat Juditham ad compotationem, apertissimam castitatis hostem.

Persæ in conviviis, magis quàm reliqui Orientales, libidini et licentiæ indulgebant. Nunquàm enim ab Orientalibus feminæ in convivium vocabantur : seorsùm feminæ vescebantur; atque ex Esthere discimus, quàm constanter regina Vasthi recusaverit eò venire, ubi Assuerus convivio cum optimatibus assidebat. Apud historicos tum Hebræorum tum Ægyptiorum nunquàm leguntur in conviviis solemnibus; nunquàm apud veteres Græcos; nunquàm denique adhuc nostrâ ætate apud Orientales. Liberiore in conviviis lege utebantur Persæ, teste Herodoto, cùm apud illos non adessent modò feminæ interdùm conviviis, sed eò accesserentur prostibula; et manus mulierum esset, quæ noctem canendo choreasque agendo ante regiarum ædium fores ducerent, quibus quandoque rex turpissimè abutebatur. Id facilè innuere voluit Bagoas, Juditham invitans ut veniret, *sicut filiæ Assyriorum, quæ assistunt in domo Nabuchodonosor.* Scio equidem, alios fuisse reges Assyriæ ac reges Persidis, et duas hasce gentes moribus fuisse inter se nonnihil dissimiles; sed libido unius populi erga feminas planè æmulabatur libidinem alterius; id quod legentibus Sardanapali gesta abundè constabit. (Calmet.)

(3) Hoc sine admiratione non legitur. Quid? Ergone Judithæ sincerè polliceri licuit, consensuram se libidini Holofernis? An Bagoæ sermonem non percepit? Numquid non eunuchus mentem suam satis disertè expresserat? Reputandum est Juditham quodam verborum officio ista dixisse. Ejusmodi porrò sponsiones vel oblationes, quibus alter alteri sese officiosè subdit; verba obsequii et demissionis, quæ excidunt colloquentibus, strictè accipienda non sunt, nec severam eorum exsecutionem quis unquàm exegit, continentque semper occultum quemdam sensum et conditionem. Omnia implebo, quæ optat Holofernes, ut patitur officium meum, pudicitia, religio. Pravam imperatoris mentem non ignorabat Judith; sed illam à se percipi, significare non tenebatur. Se ignorare simulavit; quam in ejus mente perspiciebat, malitiam neglexit, ut verba ejus mitius quàm fieri posset interpretaretur. Nullâ lege jubemur mentem eorum qui nos alloquuntur detegere atque nudare; si duplicem sensum verba illorum habent, probum alterum, et alterum improbum, optimum teneri charitas jubet : huic igitur legi Judith obsecuta est. (Calmet.)

(4) Addit Græcus, post ingressum Judithæ

16. Cor autem Holofernis concussum est (1) : erat enim ardens in concupiscentiâ ejus.

17. Et dixit ad eam Holofernes : Bibe nunc, et accumbe in jucunditate, quoniam invenisti gratiam coram me (2).

18. Et dixit Judith : Bibam, domine (3), quoniam magnificata est anima mea hodiè præ omnibus diebus meis.

19. Et accepit, et manducavit, et bibit coram ipso, ea quæ paraverat illi ancilla ejus.

20. Et jucundus factus est (4) Holofernes ad eam, bibitque vinum multum nimis (5), quantùm nunquàm biberat in vitâ suâ (6).

16. Holoferne en la voyant, fut frappé au cœur, parce qu'il brûlait de passion pour elle.

17. Et il lui dit : Buvez maintenant et mangez avec joie, parce que vous avez trouvé grâce devant moi.

18. Judith lui répliqua : Je boirai, mon seigneur, parce que mon âme reçoit aujourd'hui la plus grande gloire qu'elle ait reçue dans toute sa vie.

19. Elle prit ensuite ce que sa servante lui avait préparé, et elle mangea et but devant lui.

20. Et Holoferne fut transporté de joie auprès d'elle, et il but du vin plus qu'il n'en avait bu dans toute sa vie.

accessisse servam ejus, et stravisse ei ante Holofernem humi pelles arietum cum vellere, quas acceperat à Bagoâ ad quotidianum usum suum, ut manducaret accumbens super eas; additque : *Ingressa recubuit Judith.* Vellera hæc, *ut in illis dormiret*, data fuisse legit Syrus. Apud Homerum, veteres humi cubabant super stratas arietum pelles. Galli olim et Hispani vescebantur et cubabant humi, uti adhuc Turcæ lectis editis ab humo carent; cubant enim super stratum humi lectum, quem manè removent. Iidem dapes parant super pelles, atque vescuntur in tapetibus sedentes. In Targum Estheris 1, legimus, centum illos septem ac vicenos reges, quos celebri convivio socios adhibuit Assuerus, venisse coronatos, cibosque cepisse super arietinas pelles accumbentes. Moris hujus quæ sit vetustas, ex hoc Judithæ loco discimus. Animadvertere etiam juvat, eidem cum Holoferne mensæ illam non accubuisse, sed seorsùm et humi, ex veteri Persarum consuetudine. Cùm rex aliquem ad convivium vocat, ait Heraclides Cumanus, seorsùm rex vescitur sedens in lecto aureis pedibus fulto; sed convivæ humi sedentes edunt, neque nisi probè mero madidi abeunt. Intemperantiam et ebrietatem iis gentibus antiquitas frequenter exprobravit : quas accusationes immeritis afflictas non fuisse, exemplum Holofernis probat. (Calmet.)

(1) Id est nimio ardore libidinis commotum est : nam etsi volebat eam cognoscere tanquàm uxorem, non tamen movebatur ad hoc amore prolis, sed ardore libidinis. (Lyranus.)

(2) Ex hoc videtur quòd reputabat eam quasi sponsam sibi gratissimam. (Lyranus.)

(3) Ex vino non tuo, sed meo, quod mecum ex Bethuliâ hâc de causâ tuli, ne vino ciboque gentilium pollaerer. Unde sequitur : MANDUCAVIT ET BIBIT CORAM IPSO EA QUÆ PARAVERAT ILLI ANCILLA EJUS. Unde videtur Judith in aliâ mensâ accubuisse, quæ vicina esset mensæ Holofernis, ita ut coram ipso manducaret et biberet; non enim decebat ipsam in mensâ tanti principis cum eo accumbere. Unde Græca habent : *Et accessit ancilla ejus, et stravit ei ante Holofernem humi pelles, quas acceperat à Bagoâ, ad quotidianum usum suum, ut manducaret, accumbens super eas.* Sic etiamnùm nonnullæ gentes, ac nuper Muleasses rex Tunetanus coram Carolo V humi sedens prandebat. Bibit ergo coram Holoferne Judith, ut omnem cædis et odii suspicionem Holoferni eximeret, utque eum ad largiùs bibendum provocaret, itàque ex potu somno consopitum trucidaret, atque ut ex vino spiritus et animos, viresque hauriret ad aggrediendum tam arduum facinus. Erat enim jejuna, et ex jejunio debilis et languida. (Corn. à Lap.)

(4) Credens ejus frui amplexibus. (Menochius.)

(5) Ex ardore namque libidinis jam amiserat discretionem cavendi sibi ab excessu vini. (Lyranus.)

BIBERAT. In Græco est : *Die unâ*, id est, cœnâ unâ. (Menochius.)

(6) Græcè *ex quo natus erat*. Dei providentiâ id factum, ut sopitus vino Judithain non tangeret, sed illa sobria et casta manens eum perimeret. Vide hic quàm gaudiis vicina sint tristia, quàmque convivia et crapula in funus mortemque desinant, ac *extrema gaudii luctus occupet*. En tibi Holofernes deliciis adpatus, vino immersus, musicorum harmoniâ exultans, amoribus ebrius, mox à Judith truncatur, et ad inferos, ubi suam crapulam æternâ siti in flammis perennantibus digerat, detruditur. Audi S. Ambr. lib. de Eliâ et Jejunio : « Bibebant vinum in ebrietate potentes, qui « Holoferni principi militiæ regis Assyriorum « se tradere gestiebant; sed non bibebat femina « Judith jejunans omnibus diebus viduitatis « suæ, præter festorum dierum solemnitates. « His armis munita processit, et omnem Assyriorum circumvenit exercitum. Sobrii vigore consilii abstulit Holofernis caput; servavit pudicitiam, victoriam reportavit. Hæc « enim succincta jejunio, in castris prætendebat alienis : ille vino sepultus jacebat ut « ictum vulneris sentire non posset. Itaque « unius mulieris jejunium, innumeros stravit « exercitus Assyriorum. » Præclarè S. Basil. hom. 14 de Ebrietate : « Ebrietas, ait, dæmon « est voluntarius ex voluptate animabus nostris « inditus. Ebrietas malitiæ mater est, virtutis « inimica, fortem virum reddit ignavum, ex « temperato facit lascivum, justitiam ignorat, « prudentiam extinguit. » (Corn. à Lap.)

TRANSLATIO EX GRÆCO.

1. Et jussit introducere eam ubi posita erat supellex argentea sua; et præcepit parari ei de opsoniis suis, et de vino suo bibere. — 2. Et dixit Judith : Non comedam ex eis, ut non fiat scandalum, sed de iis quæ secuta sunt me præbebitur. — 3. Et dixit ad eam Olophernes : Si autem defecerint quæ sunt tecum, unde proferemus tibi ad dandum similia eis, Non enim est nobiscum de gente tuâ. — 4. Et dixit Judith ad eum : Vivit anima tua, domine mi, quia non insumet serva tua ea quæ sunt mecum, donec fecerit Dominus in manu meâ quæ deliberavit. — 5. Et duxerunt eam ministri Olophernis in tabernaculum : et dormivit usque ad mediam noctem. Et surrexit ad matutinam vigiliam : — 6. Et misit ad Olophernem dicens : Præcipiat, quæso, dominus meus, permittere servam tuam ad deprecationem exire. — 7. Et præcepit Olophernes custodibus corporis non prohibere eam. Et mansit in castris dies tres : — et exibat per noctem in vallem Betylua, et baptizabatur in castris super fontem aquæ. — 8. Et ut ascenderat, orabat Dominum Deum Israel dirigere viam ipsius ad suscitationem filiorum populi sui. — 9. Et ingrediens munda manebat in tabernaculo, quoadusque attulisset alimentum suum ad vesperam. — 10. Et factum est in die quartâ, fecit Olophernes convivium servis suis solis, et non vocavit ad ministerium quemquam ex iis qui ad usus. — 11. Et dixit Bagoæ eunucho, qui erat præfectus super omnia quæ ipsius : Persuade nunc vadens mulieri illi Hebrææ, quæ est apud te, venire ad nos, et comedere et bibere nobiscum. — 12. Ecce enim fœdum faciei nostræ, si mulierem talem omittamus non conversantes cum eâ; quoniam si hanc non allexerimus, irridebit nos. — 13. Et exivit Bagoas à facie Olophernis, et intravit ad eam, et dixit : Ne cunctetur, quæso, puella pulchra hæc veniens ad dominum meum glorificari ad faciem ejus, et bibere nobiscum in lætitiâ vinum, et fieri in die hâc, sicut filia una filiorum Assur, quæ assistunt in domo Nabuchodonosor. — 14. Et dixit ad eum Judith : Et quæ sum ego contradicens domino meo? quia omne quod erit in oculis ejus placitum, festinans faciam; et erit hoc exsultatio usque ad diem mortis meæ. — 15. Et exsurgens ornavit se veste, et omni ornatu muliebri. Et accessit serva ejus, et stravit ei ante Olophernem humi pelles, quas acceperat à Bagoâ ad quotidianum usum suum, ut manducaret accumbens super eas. — 16. Et ingressa recubuit Judith; — et stupuit cor Olophernis super eam, et commota est anima ejus (et erat cupidus valdè congrediendi cum eâ; et observabat tempus decipiendi eam, ex quâ die vidit eam. — 17. Et dixit ad eam Olophernes : Bibe, quæso, et esto nobiscum in lætitiâ. — 18. Et dixit Judith : Bibam nunc, domine, quoniam magnificata est vita mea in me hodie præ omnibus diebus generationis meæ. — 19. Et sumens comedit et bibit coram eo, quæ paraverat serva ipsius. — 20. Et lætatus est Olophernes ex eâ, et bibit vinum multum valdè, quantùm non biberat unquàm in die unâ, ex quo natus erat.

COMMENTARIUM.

Quomodò in Assyriorum castris totos dies quatuor commorata sit Judith, et quid ibidem tunc egerit, narratur hoc capite. Et primò quis ei diversandi locus constitutus fuerit, ea scilicet Holofernianorum tentoriorum pars, ubi repositi erant thesauri ejus. *Deinde* victus quis. Jussit Holofernes *daretur illi de convivio suo.* Græcè, καταστρῶσαι αὐτῇ ἀπὸ τῶν ὀψοποιημάτων αὐτοῦ, καὶ τοῦ οἴνου αὐτοῦ πίνειν, *sternere ipsi* (scilicet mensam) *de opsoniis sive lautitiis et deliciis suis, et de eodem vino bibere.* Magnus hic honos, et magna ejus forma et cura, quemadmodùm Danielis 1, Nabuchodonosor Babylonius pueris, quos decoros formâ et eruditos omni sapientiâ deligi jusserat, *constituit,* vers. 5, *annonam per singulos dies de cibis suis et de vino unde bibebat ipse.* Quis parùm prudentum, temperantumque hominum de tam beatâ sibi sorte non gauderet? Quæ sibi femina lautioris delicatiorisque vitæ avidior, non medullitùs gratularetur? At non, *Qui Dei servi ventris Domini*, ut Daniel, Ananias, Misael et Azarias, Daniel. 1, vers. 8 et 12; non senex Eleazarus, Machabæi pueri, 2 Machab. 6 et 7; non religiosissima Judith nostra : *Non potero, ait, manducare ex his quæ mihi præcipis tribui, ne veniat super me offensio*, sive, ut in Græco est, *scandalum,* ne scilicet offendiculum sive peccatum ex eo esu aliquod suscipiam. Tertiò, certa futuri eventûs, juravit vers. 4, antequàm se allatus cibus deficeret, eventura quæ instituisset. Quartò, *petiit,* vers. 5, *dùm introiret, ut daretur ei copia nocte, et ante lucem egrediendi foras ad orationem.* Græcus dicit eam usque ad mediam noctem dormiisse, sub matutinam vigiliam surrexisse, tuncque ad Holofernem misisse, qui exeundi facultatem peterent, ita ut videa-

tur in tentorium introeunti Judith, eamque facultatem petenti annuisse eum eâ conditione, ut ad se primâ illâ nocte mitteret, qui significarent quando exire vellet, simulque iis quos à cubiculo habebat, et stipatoribus suis præcepisse, ut cùm eos illa misisset, nihil cunctarentur, tuncque se videretur generalem exitûs facultatem daturum, et tandem dedit, sicque particulari hâc circumstantiâ, et petitionis iteratione omissâ, dicit Latinus vers. 6: *Et præcepit cubiculariis suis* (σωματοφύλακας vocat Græcus, *corporis custodes*) *ut sicut placeret illi exiret.* Quintò, igitur eâdem ipsâ nocte, cujus primâ parte venerat, exire cœpit. Sed tunc, non nisi semel, sub vigiliam matutinam, ut disertè antea posuit Græcus textus, ἀνέστη πρὸς ἑωθινὴν φυλακήν, *surrexit ad matutinam custodiam*, cujus mentio etiam est Exodi 14, vers. 24, 1 Reg. 11, vers. 11, et Psalm. 129: Ἀπὸ φυλακῆς πρωΐας μέχρι νυκτός, *à custodiâ matutinâ usque ad noctem speret Israel in Domino.* Sed cùm in custodias, seu vigilias quatuor non secùs dividerentur dies quàm noctes, ut ostendit lib. de die Natali cap. 10, Censorinus, vigilia matutina num ea dicebatur, quæ in nocturnis ultima, an quæ in diurnis prima? Nocturnarum ultimam fuisse monstrat Latinus, dùm vers. 5, ait, *ante lucem.* Aliis verò secutis noctibus egressa videtur crebriùs, bis aut ter, quia volebat castrorum nocturnos custodes assuefacere, ut quâcumque noctis horâ exiret, suspecti nihil haberent, sed consueto ipsam more ad preces ire crederent; et Latinus, vers. 5, idcircò duo conjungit: *Petiit ut daretur ei copia nocte, et ante lucem egrediendi.* Noctem scilicet vocat alias noctis horas præter antelucanas, quæ ad matutinam custodiam spectabant. Incipiebat verò hæc ab horâ noctis nonâ. Tota enim nox, ut ostendit in verbo παρὰ φυλακή, Suidas, in quatuor vigilias dividebatur, ejusque, quemadmodùm et diei Joan. 11, vers. 9, duodecim horæ fuerunt. Sed quid egrediens agebat? Sextò igitur, *baptizabat se in fonte aquæ*, vers. 7, illo scilicet qui in valle Bethuliensi erat, cujus manationem eripuerat Bethuliensibus Holofernes supra, cap. 7, vers. 6. *Baptizare Judaicum* distinguunt nonnulli à *lavare* item *Judaico*, quòd illud per corporis totius in aquas immersionem fieret, hoc tantùm per manuum aut pedum elutionem. Ita enim Dominus, Marci 7, v. 3 et 4, distinguere videtur. Non est quidem ista distinctio valdè certa, utroque tamen modo sese baptizare Judith potuit, cùm esset uterque usitatus, et posteriorem suadere magis videtur periculum, ne à circumfuso exercitu militum fortè aliqui intervenerint, ipsumque vel solo aspectu castissimum Judith pudorem molestiâ quâpiam afficerent. Multò enim quàm Candaulæ, apud Herodotum lib. 1, uxor, id magis horrebat Judith. Ad priorem verò baptismi rationem invitat, quæ à quibusdam traditur causa, cur, ut ait S. Marcus loco citato, Judæi omnes à foro baptizarentur, quòd, cùm in eum locum varii homines, etiam gentiles, convenirent, eorum contactu ne contaminati essent, verebantur. Judith verò in gentilium jam tentorio morabatur, ideòque sese totam, si quid inde forsan labis contraheret, eluere volebat. Potuit tamen, et dicis duntaxat causâ, sese abluere, ut aliquid scilicet quod è Judaico ritu esset, agere videretur. Quia tamen ejusmodi baptismata, quæ à Christo Domino jam sublata, tunc temporis religionem et Dei venerationem aliquam continebant, facilè mihi persuadeo, eo etiam animo à religiosissimâ feminâ fuisse suscepta, licet eorum necessitatem illam haud putaret, quam hæretici Hemerobaptistæ apud S. Epiphanium, lib. 1, postea urserunt. Quemadmodùm verò gentiles Judæorum baptismata imitati sunt, ut Stromate 4, cap. 6, probat ex Homero Clemens Alexandrinus, ita etiam et illud, ut vivis libenter aquis lavarent, et manè vel ante lucem. Quædam enim apud Ovidium Fastorum 3:

Lavaturas manè petebat aquas.

Et apud Statium Thebaidos 9:

Ante diem gelidas ibat Ladonis ad undas
Purgatura malum fluvio vivente soporem.

Septimò, videtur etiam foris orâsse, vers. 5, nisi cui fortè videatur ad orationem egressa, non quam foris faceret, sed quam ubi lota et purgata fuisset, postea domi factura erat, vers. 8. Sequitur enim octavò, *ut ascendebat, orabat Dominum Deum Israel*, sicque pura et casta in tabernaculi diversorio suo permanebat, in solis precibus occupata. Hoc enim significat illud: *Munda manebat in tabernaculo*, vers. 9. Sed et ibidem aliud, quod ordine nonum esse potest, dicitur, eam totos jejunio pro laudato more suo, cap. 8, vers. 6, dies transegisse. *Manebat in tabernaculo*, ait, *usque dùm acciperet escam suam in vespere.*

Atque hæc sanctæ Judith in Assyriorum castris studia, hæ actiones fuerunt, usque ad quarti, post ejus adventum, diei vesperam.

et cœnam, quæ quia memorabilis est, paulò jam uberiùs describitur, à vers. 10, et quidem trifariàm. Nam primò præparatur. *Holofernes fecit cœnam.* Græc. πότον, uti cap. 6, vers. 19. Et quibus? *Servis suis,* et quidem, ut Græcè additur, *solis*, et *ad cœnæ hujus usum vocavit eorum neminem qui negotiis præerant.* Complutensis non χρῆσιν, sed κλῆσιν *vocationem*, legit; fortè an κλίσιν, *discubitum?* Ingenuos nullos vocat, qui Baccho et Veneri mancipare sese jam totum volebat, præter unam illam quam eamdem in servitutem illicere; sed frustra, conatus est. Perductoris et lenonis partes eunucho, qui, ut ait Græcus, *omnibus ejus* vel rebus vel servis *præpositus erat*, demandat vers. 10, 11, easque obit ille naviter, vers. 12. Se verò ad cœnam libenter venturam ait Judith, vers. 13, 14, et mundum idcircò suum assumit, vers. 15. De eunuchis, quia in Regum libris dixi, nunc ad Lucianum dial. de iis relego. Sed qui à Latino textu dicitur *Vagao*, in Græco est Βαγώας. Sæpè verò *v* et *b* transmutari, quem fugit? Etsi verò proprium id nomen videatur, ferè tamen apud Persas denotat spadones omnes, ut ait Plinius lib. 13, cap. 4, maximè tamen præ cæteris eum qui in aulâ dominabatur, cui soli erat hortus ille in quo crescebant palmæ regiæ, ut ibidem ab eodem subditur. Sic et apud Curtium lib. 10, fuit Alexandro Magno nequissimus Bagoas, Herodi etiam apud Josephum lib. 17, cap. 3.

Hinc porrò in cœnationem venitur, ubi statim atque ipsam Judith vidit Holofernes, arsit. Græcus tamen plura interserit. Cùm ad cœnam veniret Judith, *accessit ejus ancilla, et ante Holofernem humi pelles stravit, quas ad quotidianum vitæ usum ab eunucho illo Bagoâ acceperat, ut in iis recumbens cibum caperet*, καὶ εἰσελθοῦσα ἀνέπεσεν Ἰουδὶθ, *et ingressa discubuit Judith. Et obstupuit Holofernis cor propter ipsam, et commota est anima ejus, et summoperè appetens erat congressûs cum ipsâ, et servabat opportunitatem eam decipiendi ab eo tempore quo ipsam vidit.* Postremò, quæ cœnæ hujus tempore dicta et facta, sunt hæc. Ad genialem vitam hortatur Holofernes, vers. 19, et respondet Judith, ubi notabis v. 18, *animam*, Græcè τὸ ζῆν appellari. Comedunt et bibunt omnes, sed alio longè alioque modo: Judith impransa prorsùs et adhuc jejuna; illi saturè pransi, pastique: Judith ea quæ paraverat illi ancilla ejus, paucula et minimè delicata, ut supra vidimus; his quæ mille coqui, plurima et exquisitissima: illa temperanter et sobriè; isti intemperantissimè et vinosissimè. Holofernes *bibit vinum multùm nimis.* Neque hoc satis, sed additur, *quantùm nunquàm biberat in vitâ suâ, et servi ejus erant omnes fatigati à vino*, cap. 13, vers. 2. At quis omnium finis? jam impendet fatalis nox, feralis hora. *O stulte, hâc nocte animam tuam repetunt à te!* et qui tantùm potâsti, quid eris? Illud verò vers. 20, *jucundus factus est Holofernes ad eam*, dicitur pro *ob eam:* nam Græcè est, ηὐφράνθη ἀπ' αὐτῆς.

QUÆSTIUNCULA.

Quæ in capite isto imitanda, quæ cavenda?

In Judith quæ imitemur plura sunt, et primò ipsa ejus à vetitorum ciborum esu abstinentia; sed de eâ jam superiùs: nunc illud tantùm imitemur: Si quis nos casus, aut necessitas ad eorum mensam qui in Quadragesimâ, feriâ sextâ, aliisve temporibus Bacchanalia vivunt, admoveat, christianæ nobis disciplinæ memoriam esse, moremque illi gerere oportet. In Holofernis enim mensâ quis Judith cibus? quæ potio? Non alia erant quàm quæ attulerat, jamque parârat ejus ancilla. Et licet blandissimè amicissimèque invitare nos alii videantur, semper præ oculis Judith sit, quæ dicenti Holoferni: *Bibe nunc et accumbe,* temperantiæ tamen fines nihil omninò migravit, sed tantùm quantùm requirebat necessitas cibi potûsque sumpsit. Orationis verò studium etiam apud hostes intermitti nunquàm debet. Pias etiam alias, si quas habemus, consuetudines, cur cum jejunii morem suum retinente Judith, non retineamus? Bonum etiam quandoque est, initio statim Catholicos nos, aut sacerdotes et religiosos, profiteri simulque orandi et edendi prout instituimus, potestatem obsecrare. De vigiliis verò dictum ante; adjicio perutile esse, interrupto nonnihil somno, certis noctu horis, ad preces expergisci, ut Deo nostro propheticum illud Isaiæ 26 dicere possimus: *Anima mea desideravit te in nocte.* « Sæpè noctu, ait Clemens « Alexandrinus lib. 2 Pædagog. cap. 9, è lecto « surgendum est, Deusque laudandus. Beati « enim qui ad ipsum vigilàrunt, seipsos assi« milantes angelis, quos ἐγρηγορότας, hoc est, « *vigilantes* vocamus. » Et postea: « Ne cibi « ergo nos gravent, sed allevent, ut quàm fieri « maximè poterit, somno minimè lædamur, « ut gravantur natantes, quibus appenduntur « onera. Rursùs autem velut ex abysso, nos

« infernè allevabit sobrietas ad vigiliæ exer« citium. » D. Hieronymus ad Eustochium : « Ad orationem, ait, tibi nocte surgenti, non « indigestio ructum faciat, sed inanitas. » Ad Demetriadem verò : « Ad vesperam, inquit, « mediâ nocte et mane semper est exercen« dum. » Hinc, quæ in Breviario sunt, nocturna officia. Hinc Actorum 16, circiter mediam noctem Paulus et Silas laudabant Deum. Hinc Ps. 11 : *Mediâ nocte surgebam ad confitendum tibi super judicia justitiæ tuæ.* Hinc apud D. Hieronymum ad Lætam : « Assuescat virgo « tenella, exemplo ad orationes et Psalmos « nocte consurgere, manè hymnos canere, « tertiâ, sextâ, nonâ horâ stare in acie, quasi « bellatricem Christi, accensâque lucernâ, « reddere sacrificium vespertinum. Sic dies « transeat; sic nox inveniat laborantem. Ora« tioni lectio, lectioni succedat oratio. » Baptisma porrò nobis non jam Judaicum, sed christianum adhibendum, et eo, quod omnium primum, maximèque necessarium est, jam omisso, est baptisma pœnitentiæ et patientiæ hoc ob immissa, illud ob admissa mala, et amissa vel dimissa bona. « Esto, ait ad Eusto« chium D. Hieronymus, cicada noctium; lava « per singulas noctes lectum tuum; lacrymis « tuis stratum tuum riga. » Fons in valle Bethuliæ, quis nisi Christi Jesu humanitas et vita? In hujus humilitate, gratiâ, et sacramentis elui nos oportet. Noctu frigidus est, ut ignea omnia inimici tela possit extinguere; et purus vivusque omnes ut omninò sordes abluat.

Casta placent superis, purâ cum veste venite,
Et manibus puris sumite fontis aquam.

Cavendum porrò in Vagao turpe ministerium. Quicumque verò ullis ad peccatum blanditiis alios traducunt, eum nonne imitantur? Qui ad convivia parùm sobria, colloquia parùm casta, familiaritatem hominum parùm piorum invitant, non cum isto lenocinantur? Audi Bagoarum istorum propositionem. *Non vereatur bona puella introire ad dominum meum.* Anima Christiani, puella bona ea est, quia Deum veretur, ad Holofernem introire veretur. Bagoas Dei timorem excuti primò vult, deinde duplici præmio maximè blanditur, honorum et voluptatum. Sed qui honores? quæ voluptates? Omnes hujus mundi sunt : *Ut honorificetur,* inquit, *ante faciem ejus.* At ante Dei angelorumque ipsius faciem honorificari satius. *Gloria,* inquit Apostolus Rom. 2, vers. 10, *et honor, et pax, omni operanti bonum.* Pergit Bagoas : *Ut manducet cum eo.* At : *Beatus qui manducabit panem in regno Dei*, Luc. 14, v. 15; *beati servi illi quos, cùm venerit Dominus, invenerit vigilantes. Amen dico vobis, quòd præcinget se, et faciet illos discumbere, et transiens ministrabit illis,* cap. 12, vers. 37. Quid amplius? *Bibat vinum in jucunditate.* Vinum hoc venenum est; exspecto illud potiùs, quod bibet nobiscum *novum in regno Patris* sui æternus Dei Filius, Matth. 26, v. 29. Bagoas est amorum ille magister, et Tomitan. meritò incola. Bagoas est omnis ad ebrietatem, lasciviam et libidinem hortator et invitator. Bagoas est omnis Lutherus, Calvinus et Beza, qui sacerdotibus, monachis, monialibus, devotoque cuilibet dicunt, ne vereatur votis legibusque omnibus proculcatis, ad Holofernianas accedere nuptias. Addit Græcus : Καὶ γεννηθῆναι ἐν τῇ ἡμέρᾳ ταύτῃ ὡς θυγάτηρ μία τῶν υἱῶν Ἀσσοὺρ αἳ παρεστήκασιν ἐν οἴκῳ Ναβουχοδονόσορ. Suadent, inquam, blandissimis è scripturarum suarum myrothecio, verbis, *fieri in hâc* seculi hujus *die, sicuti est una quælibet è filiorum Assur filiabus, quæ* votorum, pudoris pudicitiæque omnis immemores, *in Nabuchodonosoris domo*, id est, sacrilego libidinum lupanari *versantur.*

In Holoferne cavenda servorum scurrarumque cœna, ubi ferre, quidquid libeat, liceat; cavendum, è Græco, puellam fallendi studium, et captata occasio; cavenda projectissima illa impudentia, quâ versu 11, apud Assyrios fœdum ait, *si à viro transeat immunis femina.* En quò cæcitatis et flagitii proruit nequitia, ut fœdum jam putet à peccato abstinere. Ducit superbus fœdum, si ante ipsum stet alius cultior, nobilior, honoratior. Ducit iracundus fœdum, si à suâ vindictâ, quem injuriolæ sibi quidpiam intulisse credit, immunis transeat. Quid scurræ omnes, momi, luxuriosi? Quid novi, nostro isto seculo, Joviniani, apostatæ, votifragi? Fœdum nonne ducunt, si quis ullo in monasterio monachus adhuc maneat; ullo in parthenone virgo et monialis, suis in urbibus resideat? E contrario, quod fœdum est, honestum ducitur, quod turpe, non turpe, ut dùm lascivus ille ait :

..... *Turpe est nescire puellam*
Ludere.
Nec tibi turpe puta (quamvis sit turpe, placebit)
Ingenuâ speculum sustinuisse manu.
Quod Phœbum decuit, quem non decet?....
Nec pudor ancillas, ut quæque erit ordine prima,
Nec tibi sit servos demeruisse pudor.

Nil Helene peccat, nil hic committit adulter;
Quod tu, quod faciet quilibet ille facit.
Aptius est, decet atque magis potare puellis.
Cùm Veneris puero, non malè, Bacche, facis.

Hoc porrò loco monstratur una etiam, cur Assyriorum ruerit imperium, causa. Nam præter regum ipsorum superbiam, de quâ c. 1 et 2, invaluerat apud eos maximoperè libido et mulierositas. Quæ, obsecro te, illæ antea voces, cap. 10, vers. 8 : *Quis contemnat populum Hebræorum, qui tam decoras mulieres habent, ut non pro his meritò pugnare contra eos debeamus?* « Impudici oculi, ait ad Eustochium « D. Hieronymus, non nôrunt animæ pulchri- « tudinem considerare, sed corporum. » Pro solis corporibus et feminis, generosum putant bellis orbem terrarum miscere, urbes evertere, humanum sanguinem fundere. Et quàm impurum prima eorum regina scortum à Diodoro, libro secundo, describitur! Quàm impurus, eodem loco libidinum gurges et propudium, ultimus, ut quidem eum ille vocat, eorumdem rex Sardanapalus. Gratias tibi, Christe Jesu, meritò semper agamus Christiani tui. Nam hæc ferè cæcis gentibus omnibus, à quarum nos erroribus liberâsti, cæcitas et insania fuit, ut quæ et dicere turpe est, ea et facere, et litteris versibusque palam decantare in honesto reponerent. In Græco non est quidem istud, *apud Assyrios*, sed tantùm : *Ecce personæ nostræ turpe fuerit si talem mulierem ita prætermiserimus, ut cum eâ consuetudinem nullam habeamus.* Nihilominùs tamen sententia eadem est. Cur enim Holofernis personæ id turpe, nisi quia fœda hæc apud Assyrios erat opinio? Posset etiam fortassis αἰσχρὸν τῷ προσώπῳ ἡμῶν, converti, *turpe est faciei nostræ, in oculis nostris, coram nobis,* quod valet *apud nos Assyrios.* Quia verò suos oculos non custodiit Holofernes visâ Judith, concussum est cor ejus, quemadmodùm et de se ille, propter quem, tot apud poetas bella, testatur.

Ut vidi, obstupui, præcordiaque intima sensi
Attonitus curis intonuisse novis.

Extremum, quod omni curâ studioque omnibus cavendum, est Holoferniana ebrietas, de quâ plusculùm postea. Tantùm hic ad cautionem modus notandus, quo Judith pudicitiam expugnare conabatur Holofernes per convivium scilicet, et vinum :

Sæpè illic positis, teneris adducta lacertis
Purpureus Bacchi cornua pressit amor.
Vinaque cùm bibulas sparsêre cupidinis alas,
Permanet, et capto stat gravis ille loco.
Illic sæpè animos juvenum rapuêre puellæ;
Et Venus in vinis, ignis in igne furit.

Graviter, ut sanè res ipsa requirit, eas ad Eustochium perstringit D. Hieronymus, quæ dicunt : « Cur me abstineam cibis, quos creavit « Deus ad utendum? Et si quando festivæ et « lepidæ volunt videri, ubi se in mero ingur- « gitaverint, ebrietati sacrilegium copulante, « aiunt : Absit ut ego me à Christi sanguine « abstineam, et quam viderint pallentem atque « tristem, miseram et Manichæam vocant, et « consequenter : tali enim proposito jejunium, « hæresis est. »

Si tamen paululùm in tantâ vitiorum colluvie attendamus, humanæ adhuc mentis reliquiarum aliquid inveniemus. Duces multi sunt, qui tot diebus, tam excellenti apud se, suâque in potestate positæ formæ nunquàm pepercissent. Quin et è gregariis fortè militibus non deesset, qui ad preces et baptismata noctu exeuntem insidiosè captaret, aut vi etiam caperet ac violaret. Horum totis quatuor diebus et noctibus, nihil ab neque Holoferne, neque ab manipulari ullo admissum. *Verumtamen dico vobis* (Holoferni et Assyriis), *remissius erit in die judicii*, quàm talibus. Matth. 11, v. 22, 24.

CAPUT XIII.

1. Ut autem serò factum est, festinaverunt servi illius ad hospitia sua (1), et conclusit Vagao ostia cubiculi (2), et abiit.

2. Erant autem omnes fatigati à vino :

3. Eratque Judith sola in cubiculo.

CHAPITRE XIII.

1. Le soir étant venu, ses serviteurs se hâtèrent de se retirer, chacun chez eux ; et Vagao ferma les portes de la chambre, et s'en alla.

2. Tous étaient appesantis par le vin :

3. Et Judith était seule dans la chambre.

(1) Ne ebrii et gressu vacillantes visi à populo irriderentur, sed domi in lecto dormientes vinum crapulamque digererent. *Erant enim omnes fatigati à vino*, v. 3. Vatabl., *eò quòd omnes defessi essent longâ compotatione.* Egit hoc Dei providentia, ut omnes vino consopiti abirent, et somnum captarent, ne quis vigilaret et audiret id quod Judith machinabatur. Vide hic rursùm quàm gula et crapula sit improvida, faciatque ut omnes sopiantur, ita ut nemo vigilum ante fores Holofernis (uti fieri solet) excubet. (Corn. à Lap.)

(2) Vel tentorii. Virorum principum apud Orientales tentoria perinde sunt ac ædes amplissimæ, nihilque in illis, quod in vastissimis ædibus, desideratur. (Calmet.)

4. Porrò Holofernes jacebat in lecto (1), nimiâ ebrietate sopitus (2).

5. Dixitque Judith puellæ suæ, ut staret foris (3) ante cubiculum, et observaret.

6. Stetitque Judith ante lectum, orans cum lacrymis (4), et labiorum motu in silentio (5),

7. Dicens : Confirma me, Domine Deus Israel, et respice in hâc horâ ad opera manuum mearum (6), ut sicut promisisti, Jerusalem civitatem tuam erigas (7) : et hoc quod credens per te posse fieri, cogitavi, perficiam.

8. Et cùm hæc dixisset, accessit ad columnam (8) quæ erat ad caput lectuli ejus, et pugionem ejus (9), qui in eâ ligatus pendebat, exsolvit.

9. Cùmque evaginâsset illum, apprehendit comam capitis ejus (10), et ait :

4. Or Holoferne était couché dans son lit, assoupi par l'excès du vin.

5. Et Judith commanda à sa servante de se tenir dehors devant la chambre, et d'y faire le guet.

6. Et pour elle, elle était devant le lit, priant avec larmes, et remuant les lèvres en silence,

7. Disant : Seigneur Dieu d'Israël, fortifiez-moi, et rendez-vous favorable en ce moment en ce que ma main va faire, afin que vous releviez, selon votre promesse, votre ville de Jérusalem, et que j'achève ce que j'ai cru pouvoir se faire par votre assistance.

8. Ayant parlé de la sorte, elle s'approcha de la colonne qui était au chevet de son lit, et délia sa dague, qui y était attachée.

9. Puis l'ayant tirée du fourreau, elle prit Holoferne par les cheveux de sa tête, et dit :

(1) Græcus majori vi : *Holofernes ceciderat* languidus *super lectum suum, erat enim circumfusum ei vinum.* Credibile est, tentorium Holofernis totâ nocte lampade collustratum fuisse, de more virorum ejus dignitatis; in his præsertim rebus. Lampade amotâ, Judith nunquàm tam audacter securèque periculosum adeò facinus absolvere potuisset. (Calmet.)

(2) Nempe vino nimio mersus obrutusque penitùs, designati cum Judithâ flagitii et immemor et impos, cùm neque mente, neque pedibus consisteret, *in lectum* non ivit, sed *cecidit*, ut ait Græcus; qui et addit præmonuisse Judith tam eunuchum Bagoan dùm ostia obseraret, quàm abram suam, de more suo, etiam illâ ipsâ nocte, foràs ad orandum et lavandum egressuram; quare jussit ancillæ, ut tantisper præ foribus staret, et egressum suum observaret. (Tirinus.)

(3) Græcus meliùs exprimit. Animadverte, 1° Bagoam adstantes omnes è tentorio dimisisse, præter Juditham, quæ sola permansit; 2° eunuchum clausisse ostium exteriùs, ne ingredi quis posset, ita tamen ut Judith egrederetur ad arbitrium, præmonito Bagoâ, velle se eâ nocte, ut præcedentibus, è castris exire; 3° ancillam Judithæ exiisse è tentorio Holofernis, heramque illi imperâsse, ante fores tentorii sui ipsius maneret, ut sibi venienti præstò esset in comitatu. Non igitur ante Holofernis tentorium, sed ante fores tabernaculi dominæ suæ famula stetit. Consilium suum revelâsse illi Judith non videtur; totumque in se suscepit periculum moliminis, quod summam fidem et prudentiam exigebat. (Calmet.)

(4) Rem enim inauditam plenam periculo, ac vires animosque feminæ superantem aggrediebatur : quare à Deo robur et audaciam lacrymans poscebat, dicens : *Confirma me, Domine Deus.* Græca pleniùs habent : *Domine, Deus omnis virtutis, respice in horâ hâc super opera manuum mearum in exaltationem Jerusalem; quoniam nunc tempus suscipere hæreditatem tuam, et facere studium meum in quassationem hostium, qui insurrexerunt nobis.* (Corn. à Lap.)

(5) Mos enim Hebræis est, etiam cùm silentium in precibus servant, labra tamen movere, quòd nimis frigidas putent preces in solo cogitatu. Vide 1 Samuelis 1, 13. (Grotius.)

(6) Nam in tali facto solet cor, et maximè mulieris, expavescere.

UT SICUT. Sicut enim per prophetas prædixit eam propter peccata destruendam, ita etiam promisit per eos post pœnitentiam populi reædificandam, ut patet in Isaiâ, Jeremiâ, Zachariâ, et pluribus aliis prophetis. (Lyranus,)

(7) In Græco, εἰς ὕψωμα Ἱερουσαλήμ, *ad sublimandam urbem Hierosolyma.* Sequitur in Græco : Καὶ ποιῆσαι τὰ ἐπιτηδεύματά μου, *et facere cogitata mea.* De quâ voce vide supra, 11, 4. (Grotius.)

(8) Græcus : *Ad regulam lecti* : sed mendosa est lectio, ita corrigenda : Ad columnam quâ velum vel conopeum sustinebatur, uti Vulgata et Syrus reddiderunt. Fortassè tamen Græca vox significat non columnam, sed baculum, apud quem arma suspendebantur; hanc enim significationem inter cæteras voci *canon* tribuit Hesychius : Baculus, unde lora clypei suspenduntur. Ex hoc baculo pendebat Holofernis pugio.

(9) Græcus legit : *Acinacen* : quod genus est Persici gladii, figuræ nobis ignotæ, quanquàm brevioris ensibus Romanorum et Græcorum. Agens Josephus de sicariis latè adeò vastantibus Hierosolymam, quo tempore Titi obsidione stringebatur, narrat, siccas gestâsse longiores *acinace* Persarum, et curvas, ut Romanorum pugiones. Censens Darius suos fuisse ab Alexandro superatos in priori certamine, quòd nimis brevibus ensibus instruerentur, fieri longiores jussit. (Calmet.)

(10) Ut certiùs fortiusque eum feriret, ne

Confirma me, Domine Deus, in hâc horâ.

10. Et percussit bis in cervicem ejus (1), et abscidit caput ejus (2), et abstulit co-

Seigneur Dieu, fortifiez-moi à cette heure.

10. Elle lui frappa ensuite sur le cou par deux fois, lui coupa la tête; et ayant détaché

ipse aliquâ corporis agitatione et motu, qui in somnis dormientibus obvenit, ictum declinaret aut infringeret; manu ergo sinistrâ tenuit comam, ut caput retineret immotum ad ictum vibrantis dexteræ recipiendum. Porrò Persas prolixam comam alere solitos, docet Xenophon l. 1. Cyropædiæ, et Herodot. l. 1, ubi Persas vocant κομήτας, id est, crinitos et et comatos. (Corn. à Lap.)

(1) Non punctim, sed cæsim, ut caput jacentis, et altùm stertentis amputaret; quare totis connisa viribus, acinacem in collum Holofernis impegit, ac secundo ictu caput ab humeris resecuit. Undè Græca habent: *Et percussit in cervicem ejus bis in fortitudine suâ.* Mirum est S. Augustinum, serm. 228, pro *bis*, legere *ter*. Simili modo Attila rex Hunnorum superbissimus, qui se nominabat *Flagellum Dei*, et in aciem educebat septingenta armatorum millia, adeòque Theodosium imperatorem sibi tributum pendere cogebat, ac spe totius orbis imperium devorabat, à Deo superbos humiliante per feminam occisus est. Audi Baronium anno Christi 454: « Hoc anno, « Æthio adhuc vivente, Attila, inquit Marcel- « linus, Ætii hortatu, noctu mulieris manu « cultro confoditur. » Ita terror orbis, qui viros omnes despiciebat, feminæ unius manu occidit. Sic et Abimelech rex, vel potiùs tyrannus Sichimorum, interfectus est à feminâ, quæ fragmine molæ ei cerebrum comminuit, Judith 9, 53. (Corn. à Lap.)

(2) Ut illud secum deferret, et in trophæum muris Bethuliæ affigeret, itàque metu Assyrios perculleret, et in fugam compelleret, uti re ipsâ contigit: ita Judith sobria ebrium, casta incestum, fidelis infidelem, justa injustum, humilis superbum, pia impium truncavit; imò veriùs sobrietas ebrietatem, castitas libidinem, fides perfidiam, justitia injustitiam, humilitas superbiam, pietas impietatem mactavit. Ita S. Fulgent. epist. 2 de Statu viduali: « Deni- « que cùm Holofernes innumero Bethuliam « obsedisset exercitu, et omnis Israelitarum « virtus perturbata languesceret, egreditur « castitas oppugnatura lasciviam, et ad inter- « itum superbiæ humilitas sancta procedit « Ille pugnabat armis, ista jejuniis; ille ebrie- « tate, ista oratione. Igitur quod omnis Israe- « litarum populus facere non potuit, sancta « vidua castitatis virtute perfecit. Obtruncavit « una mulier tanti agminis ducem, et inspe- « ratam Dei populo reddidit libertatem. » Audi S. Ambr. l. 3 offic. c. 13: « Primus trium- « phus ejus fuit, quòd integrum pudorem de « tabernaculo hostis revexit. Secundus, quòd « femina de vino reportavit victoriam, fugavit « populos consilio suo. Horruerunt Persæ « audaciam ejus. Utique (quod in illis Pytha- « goreis duobus mirantur) non expavit mortis « periculum, sed nec pudoris, quod est gra- « vius bonis feminis; non unius ictum carni- « ficis, sed nec totius exercitûs tela trepidavit. « Stetit inter cuneos bellatorum femina, inter « victricia arma, secura mortis. Quantùm ad « molem spectat periculi, moritura processit; « quantùm ad fidem, dimicatura. Honestatem « igitur secuta est Judith, et dùm eam inse- « quitur, utilitatem etiam invenit. » Causas honestatis, sive virtutis multiplicis in Judith subjicit, dicens: « Honestatis enim fuit pro- « hibere, ne populus Dei profanis se dederet, « ne ritus patrios et sacramenta proderet, ne « sacras virgines, viduas graves, pudicas ma- « tronas barbaricæ subjiceret impuritati, ne « obsidionem deditione solveret. Honestatis « fuit, se malle pro omnibus periclitari, ut « omnes eximeret periculo. Quanta honestatis « auctoritas, ut consilium de summis rebus « femina sibi vindicaret, nec principibus po- « puli committeret! Quanta honestatis aucto- « ritas, ut Deum adjutorem præsumeret! « Quanta gratia, ut inveniret! »

Tropologicè, tuus Holofernes est gula, superbia, luxuria, avaritia, ira, acedia. Hanc generosè supera et macta, ac tuum Holofernem mactâsti.

Allegoricè, Holofernes typus est diaboli, cujus caput vera Judith, id est, B. Virgo, contrivit, juxta oraculum à Deo editum, Genes. 3. Judith Holofernem terrorem Orientis singulari certamine quasi in duello, suo ipsius acinace sine vulnere velut ludibunda cæcidit, et quod magis fuit arduum, pudicitiam é mediis impudicorum castris intactam, et opimis spoliis triumphantem reduxit. At B. Virgo innumeras dæmonum phalanges duello singulari prostravit, et in dies prosternit, et castitatis triumphum non tantùm in se, sed in omnibus virginibus, castisque suî asseclis celebravit et celebrat; imò, quod omnia jura naturæ superat, Virgo simul est et Mater Dei, ac una trino cognomine gaudet:

Una Dei pariter filia, sponsa, parens.

Judithæ acclamârunt Assyrii: *Non est talis mulier super terram.* Et: *Nomen tuum memorabitur in universâ terrâ.* B. Virgini quotidiè in ejus hymnis acclamat Ecclesia: *Beatam te dicent omnes generationes.* Judith formâ fuit admirabili, ut ad eam omnes obstupescerent. B. Virgini accinit Ecclesia: *Diffusa est gratia in labiis tuis; speciosa et suavis facta es in deliciis tuis sancta Dei genitrix;* imò Christus ipse in Cant.: *Tota pulchra es, amica mea, formosa mea, columba mea.* Porrò Judithæ pulchritudo Holofernem excitavit ad luxuriam; at B. Virginis forma intuentes excitabat ad castitatem. Audi S. Ambrosium lib de Institutione virginum cap. 7: « *Cujus* (inquit, loquens de Vir- « gine) tanta erat gratia, ut non solùm in se « virginitatis gratiam servaret, sed etiam his, « quos viseret, integritatis insigne conferret. « Visitavit Joannem Baptistam, nec immeritò « mansit integer corpore, quem in tribus men- « sibus, oleo quodam suæ præsentiæ et inte- « gritatis unguento Domini mater exercuit. » Ita S. Ambrosius, et S. Thomas 3 Sententiarum, dist. 3, q. 2, ad 4: « Pulchritudo, in- « quit, B. Virginis, intuentes ad castitatem « excitabat. » Idem enim docet Glossa, sermone de Conceptione Beatæ Virginis, quod quidem ex peculiari Dei dono concessum est.

nopeum (1) ejus à columnis, et evolvit corpus ejus truncum (2).

11. Et post pusillum exivit (3), et tradidit caput Holofernis ancillæ suæ, et jussit ut mitteret illud in peram suam.

12. Et exierunt duæ, secundùm consuetudinem suam, quasi ad orationem, et transierunt castra : et gyrantes vallem, venerunt ad portam civitatis.

13. Et dixit Judith à longè custodibus murorum : Aperite portas, quoniam nobiscum est Deus, qui fecit virtutem in Israel (4).

des colonnes le pavillon, elle fit rouler son corps sans tête.

11. Elle sortit peu après, et donna à sa servante la tête d'Holoferne, lui commandant de la mettre dans son sac.

12. Et elles sortirent toutes deux, selon leur coutume, comme pour aller prier; et étant passées au-delà du camp, elles tournèrent le long de la vallée, et arrivèrent à la porte de la ville.

13. Alors Judith dit de loin aux gardes des murailles : Ouvrez les portes, parce que Dieu est avec nous, qu'il a signalé sa puissance dans Israël.

Juditham timuerunt, et fugerunt Assyrii ; B. Virginem timent omnes dæmones et impii. Unde S. Bernardus, citatus à sancto Bonaventurâ in Speculo B. Virginis c. 9 : « Non sic, « inquit, timent hostes visibiles quasi cæte« rorum aciem copiosam, sicut aereæ pote« states Mariæ vocabulum, patrocinium et « exemplum ; fluunt et pereunt sicut cera à « facie ignis, ubicumque inveniunt crebram « hujus nominis recordationem, devotam in« vocationem, sollicitam imitationem. »

Judith, clausa in oratorio, Deum suis jejuniis, ciliciis, precibus, lacrymis Israeli conciliavit ; Beata Virgo, clausa in cubiculo, ac jejuniis et gemitibus inenarrabilibus obsecrans Deum, pro mundi reconciliatione, meruit angelum pacis paranymphum excipere, qui eam hujus pacis mediatricem per Verbi in eâ incarnationem annuntiaret. Judithæ victrici acclamavit populus : *Tu gloria Jerusalem, tu lætitia Israel, tu honorificentia populi nostri, quia fecisti viriliter, et confortatum est cor tuum.* Idem et longè majora B. Virgini accinunt Patres, Doctores, et omnes Orthodoxi.

(1) Unà cum capite, ut ex eo qui nôrant Holofernem, agnoscerent caput illud esse illius, non calonis, vel mancipii cujuspiam : simul ut conopeum tot gemmis intextum victoriæ tantæ esset spolium simul et trophæum.

(2) Græcè : *Et revolvit corpus ejus è lecto*, scilicet in pavimentum. Unde postea veniens Vagao, vidit corpus suum in suo sanguine cruentum et saniosum jacere in terrâ. Fecit id Judith, ut, Hebræis ex urbe erumpentibus, Assyrii confugientes ad Holofernem eum in terrâ truncum videntes, metu obstupescerent et obrigescerent, ut arma capere et Hebræis resistere non auderent. (Corn. à Lap.)

(3) Quia paulisper consedit ad respirandum : omnes enim vires et spiritus exerueràt in crassâ Holofernis cervice truncandâ : sed et metus periculi, ne facinus innotesceret, spiritum ei intercluserat, ut eum sedendo et respirando recolligere opus foret. Simul id fecit, ut si quid cruoris vesti suæ adhæsisset, illud abstergeret ; ac præsertim, ut statim Deo pro hoste tam feliciter cæso summas ageret gratias. (Corn. à Lap.)

(4) Nous rougirions de copier ce qu'a écrit touchant l'entreprise de Judith le plus effronté des calomniateurs, qui a accusé cette héroïne, vengeresse et libératrice de son pays, d'avoir joint au meurtre la trahison et la prostitution. Son histoire assure positivement que *Dieu veilla sur elle*, et que sa pudeur ne reçut aucune atteinte. Ce ne fut point sans une motion intérieure, qui l'assurait de la protection divine, que cette courageuse femme s'exposa seule avec sa servante à être conduite dans un camp aussi effréné que barbare. Le succès a démontré que Dieu la conduisait, *parce que sa parure n'avait pour principe aucune passion, mais la vertu.*

D'un autre côté, pour juger sainement de son entreprise, il ne faut point perdre de vue l'état de guerre dans lequel elle était, ainsi que sa nation, par rapport à Holoferne, qui les avait tous dévoués à la mort, et dont la férocité impitoyable n'était pas même adoucie par la soumission la plus touchante des peuples qu'il attaquait. A-t-on jamais nommé *trahison* ou *perfidie* les ruses, les mensonges, les faux avis dont on se sert à la guerre pour tromper l'ennemi, et le faire tomber dans un piége ? Le meurtre n'a-t-il pas toujours été censé permis en pareil cas, du moins chez les anciens peuples ? Judith a été louée par les prêtres juifs et par le peuple ; ils ont rendu grâces à Dieu de la défaite d'un ennemi qui les avait dévoués à la mort ; peut-on les condamner ? Que les incrédules nous disent en quoi l'action de Judith est plus noire et plus odieuse que celle de Mutius Scævola, tant vantée par les historiens romains ? Sans doute que l'Évangile nous apprend à penser et à agir autrement que les Romains et que les Juifs ; il nous prêche une morale plus pure et plus héroïque ; mais de quel droit veut on juger les anciennes nations sur les lois de l'Évangile ? « Mais ces exemples sont dange« reux, dit Fréret ; des fanatiques peuvent en « abuser. » Eh ! de quels livres, de quelle doctrine n'a-t-on pas abusé ? L'histoire est-elle en général autre chose que le récit des crimes et des folies de l'*humanité* ? Si tous les traits et tous les exemples qu'elle retrace à nos yeux étaient dangereux à lire, il faudrait brûler tous les monuments historiques. Mais nos philosophes ne déclament que contre l'histoire des Juifs : toutes les autres, même les plus scandaleuses, trouvent grâce à leur tribunal. (Duclot.)

14. Et factum est cùm audîssent viri vocem ejus, vocaverunt presbyteros civitatis (1).

15. Et concurrerunt ad eam omnes, à minimo usque ad maximum : quoniam sperabant (2) eam jam non esse venturam.

16. Et accendentes luminaria, congregaverunt (3) circa eam universi : illa autem ascendens in eminentiorem locum (4), jussit fieri silentium (5). Cùmque omnes tacuissent,

17. Dixit Judith : Laudate Dominum Deum nostrum, qui non deseruit sperantes in se (6) :

18. Et in me ancillâ suâ (7) adimplevit misericordiam suam, quam promisit domui Israel ; et interfecit in manu meâ hostem populi sui hâc nocte (8).

19. Et proferens (9) de perâ caput Holofernis, ostendit illis, dicens : Ecce caput Holofernis principis militiæ Assyriorum : et ecce conopeum illius, in quo recumbebat in ebrietate suâ, ubi per manum feminæ percussit illum Dominus Deus noster.

20. Vivit autem ipse Dominus, quoniam custodivit me angelus ejus, et hinc euntem, et ibi commorantem, et inde hùc revertentem, et non permisit me Dominus ancillam suam coinquinari (10), sed sine

14. Les gardes ayant entendu sa voix, appelèrent les anciens de la ville.

15. Et tous coururent à elle, depuis le plus petit jusqu'au plus grand, parce qu'ils n'espéraient plus qu'elle revînt.

16. Ils allumèrent des flambeaux, et s'assemblèrent tous autour d'elle ; et pour Judith, montant sur un lieu plus élevé, elle commanda qu'on fît silence. Et tous s'étant tus, elle dit :

17. Louez le Seigneur notre Dieu, qui n'a point abandonné ceux qui espéraient en lui.

18. Il a accompli par moi, sa servante, sa miséricorde qu'il avait promise à la maison d'Israël, et il a tué cette nuit, par ma main, l'ennemi de son peuple.

19. Et tirant de son sac la tête d'Holoferne, elle la leur montra, disant : Voici la tête d'Holoferne, général de l'armée des Assyriens ; et voici le pavillon sous lequel il était couché dans son ivresse, et où le Seigneur notre Dieu l'a frappé par la main d'une femme.

20. Et vive le Seigneur, parce que son ange m'a gardée, lorsque je suis sortie de cette ville, et tant que je suis demeurée là, et lorsque je suis revenue ici; et le Seigneur n'a point permis que sa servante fût souillée ; mais

(1) Ut honorificentiùs Judith reciperetur. (Lyranus.)

Vocaverunt presbyteros civitatis, apud quos scilicet erant claves civitatis. (Menochius.)

Græcus : *Festinaverunt descendere ad portam civitatis suæ, et convocaverunt seniores civitatis.* (Calmet.)

(2) Id est, timebant. Sic Poeta ait :
Et sperate (id est, timete) *deos memores fandi atque nefandi.*

Eam non esse venturam, sed captivam ab Assyriis detineri. Insolito ergo nuntio reditûs Judith, exciti omnes concurrerunt, tùm ut eam de quâ desperârant viderent, tùm ut ab eâ audirent quid ab eâ gestum foret, quidve spei obsessis et ad extrema redactis affulgeret. (Corn. à Lap.)

(3) Nam ex omni parte nitebantur sibi appropinquare. (Lyranus.)

(4) Hic consequenter manifestatur mors Holofernis, civibus, cùm dicitur : *Illa ascendens in eminentiorem locum*, ut posset ab omnibus videri. (Lyranus.)

(5) Ut meliùs posset audiri, et incœpit à divinis laudibus loqui, dicens. (Lyranus.)

(6) Id est, nos positos in tantâ necessitate. (Lyranus.)

(7) Id est, per me instrumentaliter.

(8) Promisit enim per prophetas, sicut in pluribus locis, populum Israel ab hostibus liberare, si tamen colerent eum verè. (Lyranus.)

(9) Ad declarationem veritatis. Et ne aliqua suspicio oriretur quòd Holofernes, seu aliquis alius tetigisset eam inhonestè, ideò subditur. (Lyranus.)

(10) Jurat Judith se per angelum custoditam ab omni Assyriorum petulantia et libidine, quia hoc Hebræis incredibile videbatur, ut femina tam speciosa tam impudicorum manus evaderet. Et certè humanitùs id erat impossibile; Deo autem et angelis id fuit possibile et facile. Scivit Judith angelum sibi tutelarem affuisse, sive quòd eum aspectabili formâ viderit ; sive quòd inspirationes ejus assiduè audierit, quibus sentiebat se admoneri et dirigi per omnia, ut sciret quid quâlibet horâ et loco sibi agendum foret et dicendum ; sive quòd alia præsentiæ et directionis suæ signa angelus ei dederit, ut tam heroicum facinus animosè aggrederetur, nec de felici ejus successu dubitaret. Sic angelus visibiliter apparebat, dirigebatque S. Cæciliam cum S. Valeriano sponso ad castitatem et martyrium, æquè ac sanctum Julianum et Basiliam, S. Franciscam Romanam, similesque eximios sanctos, præsertim virgines.

pollutione peccati (1) revocavit me vobis, gaudentem in victoriâ suâ, in evasione meâ et in liberatione vestrâ.

il m'a fait revenir auprès de vous sans aucune tache de péché, réjouie en sa victoire, en mon salut et en votre délivrance.

21. Confitemini illi omnes (2), quoniam bonus, quoniam in seculum misericordia ejus.

21. Rendez-lui tous des actions de grâces, parce qu'il est bon, parce que sa miséricorde s'étend dans tous les siècles.

Porrò Serarius, Salianus et alii censent hunc angelum fuisse unum è primis et primariis, propter negotii magnitudinem, in quo totius populi et Ecclesiæ Dei salus vertebatur. Unde nonnulli putant eum fuisse S. Michaelem. Hic enim olim erat protector Synagogæ, sicut nunc Ecclesiæ. Alii opinantur fuisse sanctum Gabrielem, qui sicut à fortitudine nomen habet (Gabriel enim Hebraicè idem est quod fortitudo Dei), sic operibus heroum et heroinarum generosis et fortibus (quale erat hoc Judith) adest et præest, ut patet Daniel. 10, 20, ut ipse ait : *Nunc revertar ut prælier* (pro Hebræis) *adversum principem Persarum.* Hinc Gabriel fuit nuntius incarnationis Verbi (quod divinæ potentiæ et fortitudinis opus fuit maximum), ideòque custos B. Virginis Deiparæ. Audi beatum Petrum Damiani, serm. 1 de Nativit. B. Virginis, ubi per thronum Salomonis duobus leonibus stipatum, mysticè accipiens B. Virginem : « Duo leones, ait, sunt « Gabriel archangelus et Joannes Evangelista, « quorum alter dexteræ Virginis, alter sinistræ « custos deputatus est. Gabriel enim mentem, « Joannes carnem pervigili sollicitudine ser« vaverunt. » Leæna pariter fuit hìc Judith Holofernem lanians; leo ergo illi natus est Gabriel, qui fortissimè et castitatem ejus tutaretur, et dexteram ejus in cæde tyranni roboraret.

Alii hoc decus victoriæ Judith assignant sancto Raphaeli. Hic enim est præses sanctitatis ac dux viarum et viatorum æquè ac castitatis tutor, ut dixi in Tobiâ. Ipse ergo Juditham castam, sanam et sanctam duxerit et reduxerit. Porrò quòd angeli sanctis et castis heroica destinantibus adsint et præsint, patet ex illis quæ annotavi Exodi 23, v. 20 et seq., et Danielis 10, 20. (Corn. à Lap.)

(1) Comme il paraissait humainement impossible qu'une femme d'une si grande beauté eût demeuré au milieu des Assyriens, et conservé sa chasteté, elle a raison de prendre Dieu à témoin que ni en allant, ni en revenant, ni dans tout le temps qu'elle demeura au milieu du camp des ennemis, elle n'avait point souffert d'insulte de la part de ces barbares. Car c'est principalement, comme on l'a dit du péché de l'impureté, dont il semble qu'elle entend parler ici. Mais parce que tout le peuple eût pu raisonnablement douter encore de ce miracle, elle ajoute que c'est l'ange du Seigneur qui l'a gardée ; c'est-à-dire soit son ange propre commis particulièrement à sa garde ; soit l'ange destiné anciennement à la garde et à la conduite du peuple de Dieu, savoir saint Michel; soit l'ange que l'on invoque principalement pour les voyages, savoir, Raphaël, qui servit de guide à Tobie dans tout le voyage dont il est parlé dans son histoire. Et il est très-vraisemblable que Dieu, se servant du ministère de cet ange, tel qu'il pût être, avait fait sentir à Judith sa présence et son assistance d'une manière toute particulière, pour l'affermir contre des périls qui auraient pu ébranler les cœurs les plus assurés. Aussi elle ne regarde la victoire qu'elle venait de remporter sur Holoferne, que comme celle de Dieu même : *Je suis*, dit elle, *comblée de joie de voir sa victoire, le bonheur que j'ai de m'être sauvée, et le vôtre d'être délivrés* de vos ennemis. S'étant dépouillée dès auparavant de toute la gloire de cette grande action, elle ne s'en appropria rien après l'avoir faite ; et elle fut très-fidèle jusqu'à la fin, pour en rendre tout l'honneur à Dieu.

Nous savons aussi, nous autres, qu'il n'y a que Dieu qui puisse nous rendre assez forts pour surmonter tant au-dedans qu'au-dehors de nous les suggestions mortelles de notre ennemi figuré par Holoferne, ce qui est proprement lui couper la tête. Mais il n'arrive que trop souvent que nous n'usons pas comme Judith de notre science, pour faire remonter jusqu'à Dieu avec la même fidélité toute la gloire de cette victoire. Nous nous *réjouissons*, mais quelquefois en nous-mêmes, et non pas en lui. Et cependant l'ennemi que nous avons surmonté, et à qui nous avons, pour parler ainsi, coupé la tête, n'est pas mort comme Holoferne : et cette *victoire* que nous avons remportée sert souvent, par notre faute, à lui donner dans la suite l'avantage sur nous-mêmes; puisqu'autant que nous manquons à rendre à celui qui est vraiment le vainqueur, la reconnaissance qui lui est due, autant nous donnons de nouvelles forces à notre ennemi contre nous.

C'est ce qui porte Judith à exhorter tout le peuple de regarder Dieu uniquement en cette rencontre, lorsqu'elle lui crie : *Rendez-lui tous vos actions de grâces, parce qu'il est bon ; parce que sa miséricorde s'étend dans tous les siècles. La bonté* de Dieu éclatait envers son peuple d'autant plus, que ce même peuple s'en rendait moins digne. Et *il étendait sa miséricorde* dans tous les siècles, en ce qu'il lui en donnait tous les jours de nouvelles preuves. Ce n'est pas ainsi que les hommes usent de clémence envers d'autres hommes. Les princes s'ennuient de pardonner, et l'ingratitude de leurs sujets arrête fort promptement toutes leurs faveurs. *La miséricorde de Dieu est éternelle*, puisqu'à l'égard de ses serviteurs, elle les met à couvert de sa justice, qui ne veut pas les juger dans sa rigueur, et qu'à l'égard des méchants, elle les attend jusqu'à la pénitence, et que ses plus rigoureux châtiments sont toujours accompagnés de miséricorde. (Sacy.)

(2) Vide hic modestiam, gratitudinem, constantiam et pietatem Judithæ, quà totum decus suæ fortitudinis et victoriæ, non sibi, sed Deo ascribit. Porrò solebant Hebræi, accepto

22. Universi autem adorantes Dominum (1), dixerunt ad eam : Benedixit (2) te Dominus in virtute suâ, quia per te ad nihilum redegit (3) inimicos nostros.

23. Porrò Ozias princeps populi Israel, dixit ad eam : Benedicta es tu, filia, à Domino Deo excelso, præ omnibus mulieribus super terram.

24. Benedictus Dominus qui creavit cœlum et terram (4), qui te direxit in vulnera capitis principis (5) inimicorum nostrorum :

25. Quia hodie nomen tuum ita magnificavit, ut non recedat laus tua de ore hominum (6) qui memores fuerint virtutis Domini in æternum, pro quibus non pepercisti animæ tuæ, propter angustias et tribulationem generis tui, sed subvenisti ruinæ (7) ante conspectum Dei nostri.

26. Et dixit omnis populus : Fiat, fiat.

27. Porrò Achior vocatus venit (8), et dixit ei Judith, Deus Israel, cui tu testimonium dedisti quòd ulciscatur se de inimicis suis, ipse caput omnium incredulorum incidit hâc nocte in manu meâ.

28. Et ut probes quia ita est, ecce caput Holofernis qui in contemptu superbiæ suæ

22. Alors tous adorant le Seigneur, dirent à Judith : Le Seigneur vous a bénie en sa force, car il a anéanti par vous nos ennemis.

23. Or Ozias, prince du peuple d'Israël, dit à Judith : Vous êtes bénie par le Seigneur, le Dieu très-haut, plus que toutes les femmes sur la terre.

24. Béni soit le Seigneur qui a créé le ciel et la terre, qui a conduit votre main pour frapper le chef de nos ennemis ;

25. Car il a rendu aujourd'hui votre nom si célèbre, que les hommes, se souvenant éternellement de la puissance du Seigneur, ne cesseront jamais de vous louer, parce que vous n'avez point craint d'exposer votre vie, en voyant l'extrême affliction où votre peuple se trouvait réduit; mais vous vous êtes présentée devant notre Dieu, pour empêcher sa ruine.

26. Et tout le peuple répondit : Ainsi soit-il, ainsi soit-il.

27. On fit venir ensuite Achior, et Judith lui dit : Le Dieu d'Israël, à qui vous avez rendu témoignage, *en déclarant* qu'il a le pouvoir de se venger de ses ennemis, a coupé lui-même cette nuit par ma main la tête du chef de tous les infidèles.

28. Et pour que vous soyez convaincu que cela est vrai, voici la tête d'Holoferne qui,

aliquo insigni beneficio, in gratiarum actionem concinere psalmum 117. (Corn. à Lap.)

(1) Secundum ipsius Judith verbum.

(2) Id est, benedicendam te reddidit ab omnibus.

(3) Mortuo namque principe, reputabant exercitum ejus jam periisse. Secundò, benedicitur, seu commendatur à principe ut sequitur. (Lyranus.)

(4) Per hoc intelliguntur alia corpora media, et creaturæ in eis existentes.

(5) Quod est supra constantiam mulieris. (Lyranus.)

Pourquoi Ozias dit-il ici que celui qui *a conduit la main de Judith pour lui faire trancher la tête au général Holoferne*, est le même Dieu *qui a créé le ciel et la terre?* C'est que ce grand homme reconnaît véritablement qu'il n'y avait que la toute-puissance de celui qui avait créé le ciel et la terre, qui avait produit ce miracle inespéré de la délivrance d'Israël par la main d'une seule femme. Aussi l'on peut remarquer qu'il ne loue Judith que par rapport à *la vertu* toute puissante *du Seigneur : Votre louange*, lui dit-il, *ne sortira jamais de la bouche de ceux qui se souviendront éternellement de la puissance du Seigneur*, c'est-à-dire que l'on n'oubliera jamais ce qu'a fait Judith, tant qu'on songera à la toute-puissance de Dieu ; ou, pour mieux dire, qu'on ne pensera jamais à ce qu'a fait cette femme, qu'on ne se souvienne en même temps de celui qui sait se servir des instruments les plus faibles pour faire éclater sa souveraine puissance. (Sacy.)

(6) Quod videmus adimpletum, nam ad ejus laudem per universalem Ecclesiam recolitur hoc factum.

NON PEPERCISTI ANIMÆ TUÆ, id est, vitæ tuæ, eam periculis exponendo. (Lyranus.)

PRO QUIBUS, eo quòd, est Græcismus ἀνθ' ὧν.

NON PEPERCISTI ANIMÆ TUÆ. Vitæ periculum adire voluisti. (Menochius.)

PRO QUIBUS (hebraismus est, pro *eò quòd*) *non pepercisti animæ*, id est, vitæ *tuæ*. (Tirinus.)

(7) C'était en cela que Judith s'était rendue digne de toutes louanges, qu'elle avait généreusement exposé sa vie pour le salut de son peuple. Mais c'était aussi en cela même qu'avait éclaté la toute puissance de Dieu, puisqu'une femme n'aurait osé prodiguer ainsi sa vie sans être assistée divinement. (Sacy.)

(8) Hìc consequenter ultimò manifestatur mors Holofernis Achior gentili, cùm dicitur : *Porrò Achior vocatus venit*. Non enim consilium Hebræorum audebat ingredi, nisi specialiter vocaretur, quia non erat adhuc incorporatus illi populo.

Tota hæc historia deest hìc quidem in Græco et Syro, qui caput absolvunt v. 26, sed recitatur capite sequenti post. v. 5, uti et in veteri Vulgatâ. (Calmet.)

Deum Israel contempsit, et tibi interitum minabatur, dicens : Cùm captus fuerit populus Israel, gladio perforari præcipiam latera tua.

29. Videns autem Achior caput Holofernis, angustiatus (1) præ pavore, cecidit in faciem suam super terram (2), et æstuavit anima ejus (3).

30. Posteà verò quàm resumpto spiritu (4) recreatus est, procidit ad pedes ejus, et adoravit eam (5), et dixit :

31. Benedicta tu à Deo tuo in omni tabernaculo (6) Jacob : quoniam in omni gente quæ audierit nomen tuum, magnificabitur super te Deus Israel (7).

dans l'insolence de son orgueil, méprisait le Dieu d'Israël, et qui menaçait de vous faire mourir, disant : Lorsque le peuple d'Israël sera vaincu, je ferai percer vos flancs par l'épée.

29. Achior voyant la tête d'Holoferne, et saisi d'effroi, tomba le visage contre terre, et ses sens furent dans une grande agitation.

30. Etant ensuite revenu à lui, il se jeta aux pieds de Judith, et l'adora en lui disant :

31. Vous êtes bénie de votre Dieu dans tout le tabernacle de Jacob, parce que le Dieu d'Israël sera glorifié en vous, parmi tous les peuples qui entendront parler de votre nom.

(1) Id est, præ nimiâ admiratione de tanto facto per manum feminæ. (Lyranus.)

(2) Passiones enim vehementes et subitæ faciunt magnam transmutationem in corpore, et sic frequenter faciunt cadere. (Lyranus.)

(3) Id est, passa fuit exinanitionem. (Lyranus.)

Angustiatus præ pavore, supra modum admirans et stupens.

Æstuavit anima ejus. Deliquium passus est variis perturbationibus et motibus concurrentibus in cor ejus. (Menochius.)

Æstuavit anima ejus. Græcè *defecit*, seu *exsolutus est spiritus*, id est, deliquium animi passus est Achior, mox ut vidit caput funestum Holofernis. Quomodò enim credidisset id fieri posse, præsertim femineâ manu? (Tirinus.)

(4) Transeunte dictâ passione.

(5) Ei reverentiam exhibendo (Lyranus.)

Les mouvements extraordinaires que produisit dans le cœur et dans l'esprit d'Achior la vue de la tête toute sanglante de celui qui lui avait fait de si terribles menaces, la surprise d'un événement si inespéré, et la joie de se voir ainsi délivré en un instant de la mort cruelle qu'il devait attendre, si Béthulie avait été prise, lui causèrent un renversement général dans tout son corps, et le firent évanouir. Telle devrait être la surprise et l'admiration continuelle des âmes, qui ayant été destinées à la mort, et à une mort éternelle, envisagent cet excès d'amour et ce coup de la toute-puissance d'un Dieu, par lequel il a enlevé à notre ennemi toute l'espérance qu'il avait conçue de nous perdre, et nous a donné à nous-mêmes la joie de nous voir sauvés comme par la main d'une femme, lorsqu'en remplissant Marie de son Esprit-Saint, il l'a rendue l'instrument de notre salut en la personne de son Fils notre Seigneur Jésus Christ, lequel a véritablement coupé la tête au chef des Assyriens, et a défait toutes ses troupes, non en les tuant, mais en mourant lui-même pour ceux qu'il voulait sauver. (Sacy.)

(6) Ab omnibus habitantibus in tabernaculo Hebræorum, et à Jacob descendentium. (Lyranus.)

(7) Rebus à te gestis commemoratis. (Menochius.)

TRANSLATIO EX GRÆCO.

1. Ut autem serò factum est, festinârunt servi illius divertere ; et Bagoas conclusit tabernaculum deforis : et exclusit assistentes à facie domini sui ; et abierunt ad cubilia sua. — Erant enim omnes defatigati, eò quòd plurimùm productum esset convivium. — 2. Remansit autem Judith sola in tabernaculo, — et Olophernes jacens super lectum suum : erat enim circumfusum ei vinum. — 3. Et dixit Judith servæ suæ stare extra cubiculum ipsius, et observare exitum ejus, sicut quotidiè. Exire enim dixit ad orationem suam. Et Bagoæ locuta est juxta verba hæc, — 4. Et abierunt omnes à facie ; et nemo remansit in cubiculo à parvo usque ad magnum. — Et stans Judith apud lectum illius, — dixit in corde suo : Domine Deus omnis virtutis, respice in horâ hâc super opera manuum mearum in exaltationem Hierusalem ; — 5. Quoniam nunc tempus suscipere hæreditatem tuam, et facere studium meum in quassationem hostium, qui insurrexerunt nobis. — 6. Et accedens ad canonem lecti, qui erat ad caput Olophernis, deposuit acinacem ejus ab eo. — 7. Et appropinquans lecto apprehendit comam capitis ejus, et dixit : Confirma me, Deus Israel, in die hâc. — 8. Et percussit in cervicem ejus bis in fortitudine suâ, et abstulit caput ejus ab eo. — 9. Et revolvit corpus ejus à strato, et abstulit conopæum à columnis. — Et post paucum exivit, et tradidit ancillæ suæ caput Olophernis, — 10. Et injecit in peram ciborum suorum : — et exierunt ambæ simul secundùm consuetudinem suam. Et trans-

euntes castra, circumvenerunt vallem illam, et ascenderunt montem Betylua, et venerunt ad
portas ejus. — 11. Et dixit Judith à longè iis qui custodiebant super portas : Aperite, aperite
nunc portam : nobiscum Deus, Deus noster ad faciendam adhuc fortitudinem in Israel, et po-
tentiam contra inimicos; sicut etiam hodiè fecit. — 12. Et factum est, ut audierunt viri civitatis
ejus vocem ejus, festinaverunt descendere ad portam civitatis suæ, et convocaverunt seniores
civitatis : — 13. Et concurrerunt omnes à parvo usque ad magnum, quoniam præter opinionem
erat eis venire ipsam; et aperuerunt portam, et susceperunt eas. — Et accendentes ignem ad
illuminationem, circumdederunt eas. — 14. At illa dixit ad eos voce magnâ : Laudate Deum,
laudate, laudate Deum, qui non amovit misericordiam suam à domo Israel, — sed fregit inimicos
nostros per manum meam in nocte hâc. — 15. Et proferens caput è perâ, ostendit, et dixit eis :
Ecce caput Olophernis principis virtutis Assur, et ecce conopæum, in quo recumbebat in ebrie-
tatibus suis : et percussit eum Dominus in manu feminæ. — 16. Et vivit Dominus, qui custodivit
me in viâ meâ, quâ ivi : quoniam decepit eum facies mea in perditionem ipsius, et non fecit pec-
catum mecum in pollutionem, et confusionem. — 17. Et obstupuit omnis populus valdè : — et
procumbentes adoraverunt Deum, et dixerunt unanimiter : Benedictus es, Deus noster, qui ad
nihilum redegisti in die hodiernâ inimicos populi tui. — 18. Et dixit ei Ozias : Benedicta tu, filia
Deo altissimo præ omnibus mulieribus, quæ super terram; — et benedictus Dominus Deus, qui
creavit cœlos et terram, qui direxit te in fractionem capitis principis inimicorum nostrorum : —
19. Quoniam non removebitur spes tua à corde hominum commemorantium fortitudinem Dei
usque in seculum. — 20. Et faciat ea tibi Deus in sublimitatem æternam visitando te in bonis, eò
quòd non pepercisti animæ tuæ propter humiliationem generis nostri, sed subvenisti ruinæ no-
stræ, in rectum vadens coram Deo nostro. — Et dixerunt omnis populus : Fiat, fiat.

COMMENTARIUM.

Israelitarum hostem quomodò tandem è medio sustulerit, Bethuliamque ad suos redierit Judith, explicatur. In priore traditur et illius tollendi opportunitas et modus. Opportunitas fuit ejusmodi : sola in Holofernis cubiculo à Bagoâ inclusa Judith est; iste vino nimio mersus obrutusque penitùs, instituti jam flagitii et immemor et impos, cùm neque mente, neque pedibus consisteret, in lectum non iit, sed *cecidit*, ut ait Græcus textus, et altùm illicò stertere incœpit. Duo verò jam accurârat Judith : Unum, ut abra sua staret ante cubiculum illud suum, *et observaret*, non ne quis ingrederetur (satis enim id et usu et Bagoæ curâ cautum et provisum erat), sed quando ipsa egrederetur; se siquidem dixit, prout quotidiè hactenùs fecerat, ad orationem exituram. Hoc enim ita Græcus : *Observare suum egressum sicut quotidiè. Dixit enim egressuram se ad suam precationem.* Alterum καὶ τῷ Βαγώᾳ ἐλάλησε κατὰ τὰ ῥήματα ταῦτα. Eadem etiam Bagoæ dixerat, ipsamque de retinendo egressionis suæ usu, etiam hâc ipsâ nocte, præmonuit. Lumen verò affuisse satis è recepto more liquet, ut in talium ducum cubiculis lucerna noctu semper luceat, prout ostendit, libro de Socratis Dæmonio et in Cimone, Plutarchus.

Modus verò hic erat : ut solam se cum solo Holoferne sensit illa, huncque vino somnoque sepultum vidit, à Deo et precibus nobilissimum opus auspicatur, versu 6. Preces verò illæ seriæ admodùm, et *cum lacrymis* conceptæ fuerunt : sed non elatâ voce, verùm ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτῆς, *in corde ipsius*, et cum solo, ut noster ait, *labiorum motu in silentio*, videlicet prout beata illa Samuelis mater, 1 Reg. 1, vers. 13 : *Anna loquebatur in corde suo, tantùmque labia illius movebantur, et vox penitùs non audiebatur.* Precum in Latino et Græco eadem ferè formula, nisi quòd Græcus neque Deum *promisisse*, neque Judith *credidisse* refert, sed tantùm petit *operam manuum suarum Deum respicere ad exaltationem Hierosolymæ*, ὅτι νῦν καιρὸς ἀντιλαβέσθαι τῆς κληρονομίας σου, καὶ ποιῆσαι τὸ ἐπιτήδευμά μου εἰς θραῦσμα ἐχθρῶν, οἳ ἐπανέστησαν ἡμῖν, quia nunc *tempus curandi et adjuvandi hæreditatem tuam, et faciendi cogitatum meum in sauciationem hostium, qui contra nos insurrexerunt.* Post istas preces, ad optatum opus aggreditur : *accessit*, versu 8, *ad columnam, quæ erat ad caput lectuli ejus.* Græci omnes legunt προσελθοῦσα τῷ κανόνι τῆς κλίνης, *cùm accessisset ad lecti canonem.* Quid verò *canon* is? Cùm tam clarè dicat Latinus *columnam*, et apud Græcos ὁ, vel ἡ κίων, *columna* sit, non difficulter annuamus, legendum τῷ κίονι. Videtur tamen Græcis columnam etiam, et rei alicujus sustentaculum, sive baculus, sive lignum quodpiam sit, *canon* significare. Nam antequàm loris scuta sustentare scirent Græci, et inve-

nissent ea quæ ὄχανα postmodùm dixerunt, sustentabant illa baculis et lignis quæ κανόνια dicebantur, ut in Iliad. θ explicat Eustathius, Hesychius, Magnum Etymol. et Budæus. Ligna item ea quibus cataphractarum navium tabulæ incumbunt, vocantur κανόνια καὶ σταθμίδες, inquit Pollux lib. 1, capite 9. Holofernianum ergo lectum sustentabant in tentorio ligna quædam, quorum ad pedes aliqua, et ad caput alia quæ κανόνες vel columnæ è Chaldæo rectè vocantur. Ad earum quæ ad caput erant, unam accessit Judith. Fieri tamen potest ut duæ tantùm fuerint, una quæ inferiori lecti parti ad pedes, altera quæ superiori ad caput statuta esset, rursùmque, ut non è ligno quamvis pretioso, sed ex ære vel argento et lapide pretioso essent. Tota enim Assyriorum tam regum quàm satraparum, uti etiam postea Persarum, supellex, non urbana modò et domestica, sed et castrensis, opulentiâ luxuque omnigeno affluebat, ut ex Teribasiano tabernaculo apud Xenophontem lib. 4 Anabaseos, Mardoniano apud Herodotum lib. 9, Alcibiadico apud Athenæum lib. 2, oratione in Alcibiadem, cognoscitur. Hinc verò *pugionem* Holofernis, *qui in columnâ* illâ *ligatus pendebat*, *exsolvit*. Pugio ille non, sicuti hodiè apud nos vocatur, fuit, sed gladius Persicus. Nam in Græco est καὶ εἷλε τὸν ἀκινάκην, *abstulit acinacem*. Ait verò Herodotus l. 7 : Περσικὸν ξίφος τὸν ἀκινάκην καλέουσι, *Persicum ensem vocant acinacem*. *Pugionem* verò ideò dicit Chaldæus, et ex eo noster, quia breviores erant istiusmodi Persarum gladii, cùm et sæpè ἐγχειρίδεια, παραμαχαιρίδια, ξιφίδια nuncupentur, uti docet in Artaxerxe Plutarchus, in Eclogâ Moscopulus, lib. ult., Antiquit. cap. 7 Josephus, ubi sicariorum ξιφίδια, *gladiolos*, longitudine similes ait fuisse Persarum acinacibus, curvitate Romanorum sicis. Quin et ipse Darius, apud Curtium lib. 3, Diodorum lib. 17, cùm se priori prælio ab Alexandro victum putaret, quòd brevioribus sui gladiis uterentur, longiores fieri curavit. Hunc igitur acinacem è vaginâ quam et ipsam pretiosissimam fuisse constat, fortassis è gemmâ quâpiam, ut illa Darii apud Curtium, lib. 3, eduxit, et lævâ manu capitis ejus comam, quam ferè promissam Orientales gerere et in luctu detondere solent, apprehendit, rursùmque ipso in opere, in tanti momenti articulo, à Deo breviculâ et, ut ex D. Augustino ante dixi, *jaculatâ* oratiunculâ, sese roborari et confirmari precatur. *Confirma me, Domine Deus in hâc horâ*, κραταίωσόν με, ὦ θεὸς Ἰσραὴλ, ἐν τῇ ἡμέρᾳ ταύτῃ. *Corrobora me, ô Deus Israel, in hâc die ipsâ.* Licet verò *per diem* generatim tempus intelligatur, et non illud tantùm quod solari luce constat, sed totum νυχθήμερον, est tamen emphaticum illud, *in hâc horâ*, quod etiam posuit antea, vers. 7, non Latinus tantùm, sed et ipse Græcus. O miser Holofernes, ô infelix, quid jaces? quid tam altè dormis, tam profundè stertis? Ecce jam securis ad radicem arboris posita est! ecce jam lethalis ictus, ut in æternum excisus ignem devolare, impendet! O somnum æternum! O crapulam nunquàm edormiendam! *Et percussit* Judith *bis in cervicem ejus*, et quidem ut res ipsa, etiamsi non addatur, docet, additur tamen in Græco *totis viribus* ἐν τῇ ἰσχύι αὐτῆς, *in robore suo*, ictus infixit quàm potuit vehementissimos, *et abscidit caput ejus.* Vale, anima ebria, vale, adultera, vale, detestabilis, impia, terque quaterque infelix. Te flamma expectabat æterna. Te repandæ Tartari jam fauces accipiunt. Te infernarum fornacum claustra in æternum jam coercent, ustulant, excruciant. Sed ad superos redeamus. Nam Dei justitiam paululùm tantummodò hic laudare libuit. Erant circa lectum, paululùm ab eo distantes columellæ aliæ, quæ *conopæum* sustentabant, et hoc secundùm Latinum textum, aliud ab eo, quod supra, cap. 10, vers. 19, positum est. Nam in proscenio illud fuisse videtur, vel certè in tabernaculi eo loco, ubi Holofernis solium erat, ut pro magnificentiâ sedens, quospiam audiret. Hoc verò cubiculare et circa lectum fuit, secundùm Græcum tamen, unum et idem erat, quia cap. illo 10, ejus tantùm mentio fit, quatenùs circa jacentis Holofernæ lectum erat. Conopeum istud pretiosissimum de columellis revulsit Judith et complicuit, *truncum* verò illius *corpus*, è strato ipso in cubiculi pavimentum *evolvit*, ἀπεκύλισε. *Et post pusillum exivit*, non statim isto cæso, sed paululùm respiravit, si quid adhærescebat cruoris, detersit, et quod non ambigo, sese omnium primò in preces iterùm dedit, magno lætoque animo ingentes ipsi Deo, cujus gratiâ et vi tantum jam opus perfecisset, gratias egit; quodque unum restabat, ut securè illinc exiret, obsecravit. Expectabat primæ, ut opinor, vel secundæ vigiliæ nocturnæ finem, quòd iis aliàs exire temporibus consuevisset. Tradidit expectanti abræ suæ funestum quidem, sed gratum jam caput, et ista dominæ jussu, *misit in peram*, quâ, ut cap. 10, vers. 5, dixit Græcus

et hìc repetit, cibos attulerat, ἐνέβαλεν εἰς τὴν πήραν τῶν βρωμάτων αὐτῆς. Novus enim et inauditus iste Assyrii capitis cibus, mirum Israelitis epulum futurus erat, atque sic, solito veluti more orbata jam capite castra exierunt, Bethuliamque reverterunt. Qui tamen in valle ipsâ fons est nequaquàm jam prætereundus. Sed si quidè castris illis vel cruoris, vel inquinamentorum aliorum adhæsisset, excutiendum hìc et eluendum,

Quæstiuncula prima.

De iis quæ apud Assyrios peccâsse Judith videatur, et primò, an ab eâ transfugii simulatio probè facta?

Quæ apud Assyrios videri queat Judith peccâsse, duplicia sunt; vel enim ea in factis quibusdam posita sunt, vel in verbis. In factis sunt potissimùm quinque, horumque primum est, quòd transfugium simulârit, cap. 10, vers. 12 et sequentibus. An decuit, quod non esset, quod non ageret, simulare? Respondent Rabanus, Glossa et Hugo, transfugio isto significatum Christianorum ex Hierosolymitanâ urbe, antequàm à Romanis obsideretur et caperetur, in urbem Pellam discessum, cujus semel atque iterùm meminit, lib. 1, S. Epiphanius. Quia tamen actione non bonâ potest interdùm bona significari, quæstioni nondùm satisfactum, ideòque dicendum non omnem simulationem cum vitio esse conjunctam, uti docuit magnus Magister, qui quasi peregrinus cum discipulis duobus Emmaüntem ivit, *et finxit se longiùs ire,* Luc. 24, vers. 28. Et Labeo l. *Hoc edicto*, ff. *de dolo malo* : « Potest, ait, sine dolo malo aliud agi, aliud simulari, siculi faciunt, qui per ejusmodi dissimulationem deserviunt et tuentur vel sua vel aliena. » Neque in bellis, alioqui justis, insidias reprehendendas ostendit, qui Josuæ cap. 8, v. 2, dicit : *Pone insidias urbi Hai post eam :* « Cùm justum, ait D. Augustinus quæst. 10 super Josuæ, bellum (homo justus) susceperit, utrùm apertâ pugnâ, utrùm insidiis vincat, nihil ad justitiam interest. Justa autem bella definiri solent, quæ ulciscuntur injurias, si qua gens, vel civitas, quæ bello petenda est, vel vindicare neglexerit quod à suis improbè factum est, vel reddere quod per injurias ablatum est. Sed etiam hoc genus belli sine dubitatione justum est, quod Deus imperat, apud quem non est iniquitas, et novit quid cuique fieri debeat. In quo bello exercitus, vel ipse populus non tam auctor belli, quàm minister judicandus est. » Vide S. Thomam 2-2, quæst. 40, art. 3 q. 11, art. 1. Ad hoc verò insidiarum genus pertinere fugæ simulationem, ibidem adjungitur. Suis enim ait Josue vers. 5 : *Cùm exierint contra nos, sicut ante fecimus, fugiemus, et terga vertemus, donec persequentes ab urbe longiùs pertrahantur. Putabunt enim nos fugere sicut priùs. Nobis ergo fugientibus, et illis persequentibus, consurgetis de insidiis, et vastabitis civitatem.* Si fugam licet interdùm simulare, cur et transfugii simulatio non concessa? præsertim cùm transfugere istud non necessariò falsæ rei significationem habeat adjunctam, sed actus per se sit adiaphorus, et hujusmodi qui ad hostium consilia, vires et custodias explorandas, circa culpæ ullius periculum suscipi possit.

Quæstiuncula II.

An ornando se peccârit Judith?

Quod in Judith factis omni carere culpâ non videatur, alterum est, quòd se tantoperè ornârit, c. 10, v. 2 et 3, c. 12, v. 15. Quàm enim multæ et graves muliebrium istiusmodi ornamentorum reprehensiones in Scripturis Isaiæ 3, Oseæ 2, 1 Timoth. 2, 1 Pet. 5, et apud Patres D. Hieronymum præsertim in Epistolis, Cyprianum libro de Habitu Virginum, Basilium homil. 7 ad eos qui tenentur studio ditescendi, Nazianzenum in Carmine adversùs mulieres se ornantes, Chrysostomum homil. 28 in Hebr., c. 12, Tertullianum libro de Ornatu mul., Clementem lib. 2 Pædag., c. 12, lib. 3, c. 2 et 11, imò et apud gentiles, Livium initio lib. 34, alios quos affert loco citato Clemens? Sunt igitur de Judith ornatu opiniones apud Lyranumtres : prima, peccâsse Judith, et fuisse bonam quidem in eâ liberandæ patriæ affectionem, malam tamen effectionem; istam loco isto minimè laudari, sed illam tantùm, prout de obstetricum mendacio, Exod. 1, à quibusdam etiam asseritur. Altera, non peccâsse, quia omni hâc ornamentorum illecebrâ, non id spectârit, ut peccaret Holofernes, sed ut occideretur. Occisio verò hæc justa erat, cum quâ illius peccati non appetitio, sed prævisio tantùm fuerit. Tertia, eodem ornatûs lenocinio id unum quæsiisse, ut ab Holoferne amaretur, non amore flagitioso, sed honesto, ut ab eo uxor duceretur, ab eâque sic tandem interimeretur.

Notandum primò finem ipsi Judith fuisse divinam religionem, ejusque sanctissimum

templum et cultorem populum tueri, atque tanto è periculo eripere; deinde variis modis, ut finem hunc Judith assequeretur, fieri potuisse. Sed erat omnium optimus et promptissimus, si ut à bello ille desisteret, ipsa perficeret. Perficere autem potuit, si eò eum adduceret, ut vel sponte, vel coactè hinc abiret. Spontè quidem, si re quâpiam flexus et emollitus, vel in Assyriam rediret, vel alias ad gentes totam belli hujus molem transferret. Coactè, si è medio ipse tolleretur. Nam ut vi depelleretur, fieri jam non posse constabat. Ad spontaneum verò vel coactum istiusmodi abitum pervenire potuit, si familiaris ad eum aditus, et intimo cum eo consuetudo haberi posset. Tum enim per familiaritatis et consuetudinis hujus occasionem, captato tempore, vel ab armis discessio ei suaderi, vel mors inferri potuit. Discessio ab armis, cùm Israelitis tam infestus, Nabuchodonosori deo suo tam devotus esset, suaderi ut posset, vehementissimo efficacissimoque argumenti genere opus erat. Quod verò vehementius et efficacius, quàm si ut Hebræam ille uxorem duceret, verumque Dei cultum susciperet, commoveretur? Utrumque verò vel alterutrum certè, quomodò, prout rerum status jam erat, efficeretur? Affici verò quomodò poterat, nisi una illa inveniretur, eaque ad eum proficisceretur, quæ iis omnibus et corporis et animi dotibus, quibus tali tempore talis dux capi posset, esset quàm præstantissima? Sunt verò dotes istæ pulcherrima facies, renidentissimi oculi, eximia corporis totius forma, loquendi venustas, agendi dexteritas, morum elegantia, ingenii vigor, animi sapientia. Etsi ad hæc unguentorum fragrantia, ornamentorumque splendor et dignitas accederet, si quædam è divino quopiam munere, verbi causâ è divinâ familiaritate, rerumque occultissimarum cœlitùs delapsâ cognitione, admiratio existeret, quàm esset facilis ad illius benevolentiam aditus! quàm ad familiaritatem intimamque consuetudinem porta patens!

Nunc igitur ita statuo, primò, in hoc Judith cultu et ornatu peccati nihil fuisse. Is enim ex se ipso vitiosus esse non solet, nisi aut finem aliquem habeat vitiosum, aut certè modum quem cujusque status et conditio, reipublicæ lex aut mos præscribit, violet, uti explicat D. Thomas 2-2, quæst. 169, art. 2, et subtilissimus harum rerum interpres in eum locum Cajetanus. Naturalis enim pulchritudo culpam nullam habet, quomodò, si quæ dixi vitia detrahantur, habeat artificiosa. Quam cuique natura dat, corporis sanitas, quia peccato nullo inquinatur, facit ut arte ipsam quoque conciliare, conservare et augere liceat. *Naturam* siquidem *ars imitatur*. Quomodò igitur, cùm pulcritudo à naturâ insita delicti omnis vacua sit, pulchritudinem, cultûs vestiumque artificio, quærere, tueri et amplificare in crimen vocetur? Judith verò sese ornanti finis erat, ut audiimus, minimè vitiosus, ejus status et conditio mundum insignem ferre poterant. Nam quòd vidua erat, non efficiebat quin, posteaquàm virum eluxisset, viduas vestes mutare, novumque quærere maritum posset. Neque quia, sponte quâdam suâ, solo viduitatis vestitu contenta erat, ideò vitiosum fuit, si vel festis diebus, vel aliàs, cùm res ususque postularet, cultiùs ornatiùsque processisset. Opes verò ejus erant, ut c. 8 vidimus, amplissimæ, quæ sumptuosissima etiam insignia tolerarent. Divina lex, et civitatis patriæque mos præter has, quas dixi, aut finis aut modi vitiositates, aliud nihil resecabat, etsi, quia feminarum genus φιλόκοσμον supra modum est, sæpèque in munditiarum mundique studio nimio delinquunt, Scriptura interdùm et Patres, id etiam, quod per se alioqui liceret, insectentur. At, inquies, ad lasciviam cultus iste proritat. Non nego, sed et ipsa naturalis corporum species, an idcircò in culpâ? Rursùm tamen urgebis istam proritationem voluisse Judith, ad eamque in Holoferne concitandum, ita se ipsam lavisse, unxisse, calamistrâsse. Asserit enim hoc textus Græcus: ἐκαλλωπίσατο σφόδρα εἰς ἀπάτησιν ὀφθαλμῶν ἀνδρῶν, ὅσοι ἂν ἴδωσιν αὐτήν, *venustè se composuerat ad deceptionem virorum, quicumque eam aspexissent.* Neque hoc inficior, sed illud, nullam id genus proritationem culpâ vacare. Suî enim amorem excitare volebat, ut Holofernis familiaritatem colligeret, ut ab eo uxor deposceretur, ut eum vel vero Dei cultu imbueret, vel è Judæâ et vitâ ejiceret. Quorum ecquid accusandum? Sed etiamsi ratio nobis nulla suppeteret, à vitio tamen ornatum hunc omnem longè positum fateri oporteret, quia, cap. 10, vers. 4, textus huic ipsi accusationi directissimè obviàm it, et ait: *Omnis ista compositio, non ex libidine, sed ex virtute pendebat.* Præterea verò, eumdem finem, qui ipsi Judith propositus erat, fecit ad pristinam ejus, quæ tamen excellens admodùm fuit, speciem, non parùm accessionis Dominus. Sequitur enim eodem illo, c. 10, vers. 4: *Et ideò Dominus*

hanc in illâ pulchritudinem ampliavit, ut incomparabili decore omnibus appareret.

Deinde verò non modò non fuit ornatus iste cum vitio, sed virtutis etiam laudisque plenus fuit. Cùm enim quidpiam ex se malum non est, et bonum ad finem bonoque modo fit, id jam bonum est, et tantò melius, quantò finis ille melior et utilior. At Judithæ finis quàm excellenti bonitate præstabat! Quot virtutis in se numeros complectebatur! Justitiæ, fortitudinis, pietatis ac religionis fuit, patrium veri Numinis cultum propugnare, civibusque suis omnibus salutem afferre. Ideòque, capite 10, textus noster quæsitam istam extrinsecùs venustatem non à peccato solùm excusat, et à libidine profectam negat, sed laudat, etiam, et à virtute pependisse affirmat. Unde libro 2 de Virginibus sanctus Ambrosius: « Judith se, ut adultero placeret, ornavit, quæ « tamen quia hoc religione, non amore facie« bat, nemo eam adulteram judicavit. » Unus hìc tantùm Alexandrinus Clemens obloqui videtur, cùm libro 3 Pædagog., cap. 2, ait: « Solam Esther justè inveniemus ornatam; « mysticè ornabatur mulier regi suo, sed ejus « pulchritudo invenitur pretium, quo libera« tus fuit populus, qui interficiebatur. » Si sola Esther justè ornata fuit, ergo injustè Judith, aut certè in sanctis mulieribus, de quibus ibi agit, non habitam à Clemente Judith confitendum. At de iis mulieribus loquitur, quæ quotidiano hujuscemodi cultu assiduè utebantur. Sanctæ verò Judithæ quotidiana erat, uti cap. 8 expositum est, vestis vidua et lugubris, pilosumque circa lumbos cilicium. Ei verò quàm præclarum inter sanctas mulieres locum idem Clemens dederit, manifestum infra fiet ex Stromate 4, c. 6, ubi eam inter illas *consummatam* vocat.

QUÆSTIUNCULA III.

Holofernem an rectè adorârit Judith?

Amanem adorare nullo unquàm pacto voluit Mardochæus, etiamsi extremum sibi et populo universo periculum crearet. Et nonne scriptum est Deuteron. 6, Matth. 4, vers. 10: *Dominum Deum tuum adorabis, et illi soli servies?* Cùm Catholicorum quispiam flexis genibus, aut aliquâ corporis inflexione sacri quidpiam veneratur, verbi causâ, Christi Jesu Domini nostri crucem, Sanctorum reliquias et imagines, ipsum pontificem maximum, illicò hæc in hæreticorum manibus tela, quæ tamen non tam excutientur, quàm sponte suâ decident, si advertamus adorationem esse duplicem, politicam et religiosam: prior est veneratio, quâ, eos qui magistratum gerunt, aut aliquâ hujuscemodi re cæteris antecellunt, prosequi solemus. Posterior sacra est, et propter divinum quidpiam tribuitur. Illam Holoferni adhibuit Judith, eo scilicet modo quo Ephronem adoravit Abraham Genes. 23, ipsum Esaü Jacob, hujusque conjuges et filii, Genes. 33, Josephum Judas, cæterique fratres ibidem, c. 42, 43, 44, et alios alii, ipsamque adeò Judith postea bonus Achior, c. 13, v. 30. Sacra verò vel summa est, quæ usitatè λατρεία dicitur, et soli Deo debetur, eique soli à Catholicis omnibus defertur. Infra summam altera est, quæ cœlitibus reliquiis, pontifici aliisque creaturis, propter divinum quidpiam à Deo ipsis donatum, tribuitur. Cæterùm de Mardochæo, et de totâ istâ adorandi ratione non paulò plus in Esther: Quod verò Judith Holofernem ado« rat, inquit Rabanus, non est perturbatio « timoris, sed consonatio ordinis, quia videli« cet maximâ in dignitate ac principatu con« stitutus is erat. » *Reddite*, ait Apostolus ad Roman. 13, v. 7, *omnibus debita: cui tributum, tributum; cui vectigal, vectigal; cui timorem, timorem; cui honorem, honorem.*

QUÆSTIUNCULA IV.

An vitæ castitatisque periculum rectè adierit?

Qui *amat periculum, peribit in eo*, Ecclesiastici 3, v. 27. In Assyriorum castra vadit sola, inermis, mulier. Quid si prima eam custodia sagittis è monte descendentem confixisset? Quid si iratus Holofernes, ut exploratricem et proditricem occidisset? Quid si, cùm lethalem huic plagam inflixit, aliquo vel clamore, vel strepitu in flagranti deprehensa facinore fuisset? Quid si, cùm exiret, abræ ipsius peram excussissent custodes? De castitatis tamen periculo impeditior quæstio est. In tot juvenum, tam libidinosorum, adeò mulieribus omnibus adhinnientium oculos, feminam tam excellenti formâ, tamque incomitatam venire, quis certissimum pudicitiæ naufragium non sentiat? Si quis in talium tabernaculo eam manere vel juberet vel hortaretur, non audiret:

Accipitri timidas credis, furiose, columbas,
Plenum montano credis ovile lupo?

Terrere nonne debuit Dinæ ipsius constupratio? cùm non in virorum sese cœtus dedisset, sed regionis illius mulieres tantùm videre voluisset, Genes. 34, vers. 1? Et supra

idcircò, qui domesticam tantùm et cubicularem viduis puellisque latebram suaderent, Patres audivimus, ne in castimoniæ dedecus aliquod illæ impingerent; adeò quidem, ut etiam rariùs à juvenculis adiri templa, eam ob causam, eorum interdùm præciperent D. Ambrosius in Exhortatione ad Virgines: « Nullus, ait, sit tuus sine matre progressus, « quæ sit anxia tui custos pudoris. Ipsa quoque « ad Ecclesiam progressio rarior sit adolescen« tulis. » D. Hieronymus ad Eustochium: « Ra« rus sit, ait, egressus in publicum. Martyres « tibi quærantur in cubiculo tuo. »

De vitæ periculo facilis et expedita responsio est, plurimas esse causas ob quas illud rectè possit adire quispiam. Inter eas verò excellit illa maximè, quando pro Dei gloriâ, religionum sacrarum defensione, patriæ incolumitate mors oppetitur, vel in mortis certè discrimen incurritur.

In castitatis verò periculum sese dare neque ullus, neque ulla debet, nisi vel casto modo castitas minuenda esset, ut graves justæque rationes ostenderent periculum illud vitari posse; et licet quandoque difficulter posset, posset tamen, et ejuscemodi essent tempora, ut in solem et pulverem prodeundum foret, vel denique nisi castitate non animi, sed corporis, majus aliquid amittendum esset, verbi causâ, Christi fides et religio. Casto autem modo minueretur castitas, si ad legitimum quod præscripsit Deus, conjugium perveniretur. Nunc verò Judith potuit sperare futurum ut ab Holoferne uxor duceretur, quemadmodùm supra dictum est. Quamvis verò sit connubio viduatus præstantior, eo tamen relicto, non solùm licet nuptias inire, sed foret hoc ipsum quandoque melius, si ob commune bonum, ob Dei et religionis honorem fieret. Ideòque, magnâ cum laude potuisset Judith vidua Holoferni isto quidem scopo et proposito nubere.

Potuit etiam bonis justisque rationibus animum inducere ut crederet posse se, Dei cum gratiâ et auxilio, quod tot jam precibus, lacrymis, jejuniis et saccis imploràrat, et porrò adhuc in ipsis etiam hostium castris imploratura erat, pervincere, ne pudicitiæ jacturam ullam faceret. Cùm enim corporis animique illecebras tot et tam præclara haberet, futurum credebat ut suâ in potestate Holofernem totum teneret; à militum omnium injuriâ, ipsius acribus præceptis, defenderetur; ab ipsomet verò etiam facilè impetraret ut vim nullam adhiberet, non nisi precibus et blanditiis ad noctem invitaret; sed antequàm nocte ullâ inquinaretur, anteverteret omnia, et illius complexum quoquo tandem modo effugeret, omnium tamen maximè illum occidendo, idque vel in ipso primo cubiculi aditu, lethalem in ejus viscera cultrum aliquem adigendo, vel in cubili manibus eum ambabus strangulando et offocando, vel denique eo ipso modo quo negotium tandem perfectum est, somni merique plenum propriis armis obruendo. Quòd si horum, contra quàm certissimè speraret, nihil omninò posset, obnoxiam se quidem corporis injuriæ futuram, animo tamen castissimo semper mansuram confidebat. Et posteriorem istum totum, præ illo de nuptiis, modum in Judith spectâsse et probâsse, videri potest S. Ambrosius, dùm lib. 2 de Virginibus, Antiochenam formosissimam virginem, quam aut diis sacrificare, aut lupanari prostitui jusserant gentiles, ita secum ipsam dissertantem describit: « Quid agimus? Hodiè « aut martyr, aut virgo; altera nobis invidetur « corona, sed nec virginis nomen agnoscitur, « ubi virginitatis auctor negatur. Nam quem« admodùm virgo, si meretricem colas? quem« admodùm virgo, si adulteros diligas? quem« admodùm virgo, si amorem petas? Tolera« bilius est enim mentem virginem, quàm « carnem habere. Utrumque bonum si liceat; « si non liceat, saltem non homini castæ, sed « Deo simus. Et Raab meretrix fuit; sed post« quàm Deo credidit, salutem invenit. Et Ju« dith se, ut adultero placeret, ornavit: quæ « tamen, quia hoc religione, non amore facie« bat, nemo eam adulteram judicavit: benè « successit exemplum. Nam si illa, quæ se « commisit religioni, et pudorem servavit et « patriam; fortassis et nos servando religio« nem, servabimus etiam castitatem. Quòd si « Judith pudicitiam religioni præferre voluis« set, perditâ patriâ, etiam pudicitiam perdi« disset. » Et addit ipse S. Ambrosius: « Ita« que talibus informata exemplis, simul animo « tenens verba Domini, quibus ait: *Quicumque « perdiderit animam suam propter me, inveniet « eam*, flevit, tacuit, ne eam vel loquentem « adulter audiret; nec pudoris elegit injuriam; « sed Christi recusavit. » Quin et eumdem modum textus noster, c. 12, v. 7, duobus verbis subaperit, dùm Deum *promisisse* ait Judith, fore ut Jerusalem civitatem erigeret, se verò idipsum *credidisse*, quasi diceret, sibi revelationem quamdam divinitùs factam, quâ pro-

mitteretur Hierosolymitani templi et urbis, adeòque sacrorum omnium per manum suam liberatio; huicque revelationi et promissioni fidem se adhibuisse, sicque tam arduum et periculosum opus aggressam esse; in eoque, ad illud usque temporis punctum, feliciter hactenùs progressam. *Confirma me*, ait, *Domine Deus Israel, et respice in hàc horà ad opera manuum mearum, et sicut promisisti, Jerusalem, civitatem tuam, erigas; et hoc quod credens per te posse fieri cogitavi, perficiam.*

Si dicas, certam igitur eam fuisse, fore ut neque vitæ, neque castitatis detrimentum ullum perpeteretur, sicque de fortitudinis ejus et magnanimitatis laude non parùm deteri, respondeo hujus tantùm certam videri fuisse, futurum ut suâ operâ Israelitæ tempestatem hanc evaderent; modum tamen et rationem perspectam non omninò habuisse, quemadmodùm etiam prophetæ Isaias, Jeremias, alii certissima quædam habebant, aliorum, quæ ad ipsos spectabant, ignari erant. Et S. Paulus Actorum 20, v. 22: *Ecce alligatus ego spiritu, vado in Hierusalem, quæ in eâ ventura sunt mihi ignorans, nisi quòd Spiritus sanctus per omnes civitates mihi protestatur dicens, quoniam vincula et tribulationes Hierosolymis me manent.* Certa igitur periculi à gente suâ depellendi erat; sed incerta eorum quæ sibi eventura essent, magnoperè tamen confidebat se ab hominibus etiam calamitatibus eruendam, præsertim verò ab omni pudoris jacturâ et graviori ullo peccato. Quomodò enim tam piam suique cultûs observantem feminam, tot et tam inflammatis diurnarum nocturnarumque precum postulationibus, tot inediis, et vigiliis, et saccophoriis unum hoc impetrare sineret Deus optimus maximus, ut salutem aliis, sibi ipsi æternam (*Peccati* enim *stipendium mors*, Rom. 6, vers. 23) animi perniciem afferret? Maxima igitur, ut dixi, fiducia erat, se ab omni penitùs vel à graviore saltem prolapsione omni defendendam et conservandam. Sed ut in adeundo periculo, fortis magnique animi laus ei præmiumque magnum esset, incommodorum quibus alliciendа esset, nihil nôrat, etsi benè de iis quoque speraret. Unde colligendum, omnibus esse in Judith, excelsi, virilis heroicique animi, ad omnes pro religionis et patriæ dignitate difficultates excipiendas, propositum exemplar; nulli tamen omninò virgini, viduæ, mulieri, ut in illum sese pudoris discrimen spontè conjiciat, ansam præberi. Si tamen, quæ vix unquàm aut rarissimè jam accidit, necessitas aliqua incideret, posse ipsas, cum sanctissimâ illâ D. Ambrosii virgine Antiochenâ, hoc eodem Judith exemplo sese confirmare ac erigere. Sanè insignem et planè admirabilem fortitudinem luculentis admodùm verbis efferunt SS. Patres et D. Ambrosius 3 Offic. cap. 13 et 14, libro de Viduis, Clemens lib. 4 Strom. cap. 7, Origenes homil. 9 in Judices. Eorum tamen et aliorum verba commodiùs alibi reddentur, cum quibus Oziæ pulcherrimum illud encomium infra, vers. 24 et 25, copulandum, et breviculum hoc è tertii de Officiis libri D. Ambrosii cap. 14: « Liquet id quod decorum « est, semper esse utile. Nam et Judith sancta « decoro contemptu propriæ salutis solvit ob« sidionis periculum, et publicam honestate « propriâ acquisivit utilitatem. »

Quæstiuncula V.

An Holofernem ebrium interficiendo, ab eâdem Judith peccatum aliquid?

Ebrius erat vino admodùm Holofernes, sed libidine, propter quam vini tantùm hauserat, multò magis; ideòque tali eum momento interficere, quid aliud erat, quàm ad sempiternos eum ignes amandare, corpus et animam simul occidere? Hoc verò grave nimiùm, et vix absque peccato fieri posse, videatur fortè alicui. Sed falli se intelliget, si advertat, primò peccatores istiusmodi omnes posse omni momento justissimè à Deo sempiternis addici suppliciis. Horum enim isti rei sunt, et ille summus omnium judex et Dominus. Deinde, cùm justum bellum divinisque legibus consentaneum est, licere hostem, ubi et quando sese offert occasio, necare, tumque quisquis necat, divinæ justitiæ ministrum esse, quemadmodùm ex disputationibus de bello apud D. Thomam 2-2, q. 40, Bellarminum lib. 3 de Laicis cap. 14 et 15, perspicuum. Ideòque breviter ita D. Augustinus lib. 1 de Civit. c. 21: « Nequaquàm contra hoc præceptum « fecerunt, quod dictum est: *Non occides*, « Qui Deo auctore bella gesserunt, aut perso« nam gerentes publicæ potestatis secundùm « ejus leges, hoc est, justissimæ rationis im« perium, sceleratos morte punierunt. » Tertiò demùm, quòd hostis ille, vel ebrietate, vel alio ullo peccato astrictus moriatur, sic in æterna gehennæ tormenta miser abeat, hoc ad ipsius, non ad ejus qui eum dùm interficit, jure suo utitur, culpam pertinere. Quem alioqui Turcam et infidelem in acie ferire,

quem impium, et præfractum latronem extremo afficere supplicio liceret? Quin verò ex repentinis hujuscemodi funeribus intelligi datur, quanto studio ab omni semper scelere abstinendum, quantâque curâ providendum sit, ne vino madidos, libidine flagrantes, crimine alio quocumque contaminatos, repentinus quispiam casus occupet. Hoc enim est, quod Marci 13, vers. 33 et seq., tam seriò monuit Dominus. *Videte, vigilate, et orate. Nescitis enim quando tempus sit. Vigilate. Nescitis enim quando Dominus domûs veniat, serò, an mediâ nocte, an galli cantu, an mane, ne cùm venerit repentè, inveniat vos dormientes. Quod autem vobis dico, omnibus dico : Vigilate.* Et Luc 21, vers. 34 : *Attendite vobis, ne fortè graventur corda vestra in crapulâ et ebrietate, et curis hujus vitæ, et superveniat in vos repentina dies illa. Tanquàm laqueus enim superveniet in omnes qui sedent super faciem omnis terræ.* At Holofernes non vigilavit, in crapulâ et ebrietate obstertuit; supervenit ultimæ horæ laqueus, eumque constrictum in gehennæ chaos præcipitem egit; cujus culpâ?

QUÆSTIUNCULA VI.

An, cum Deo loquendo, deliquerit Judith quidpiam?

Judith hactenùs facta eluimus. Sunt et in eumdem fontem, quæ locuta est, mergenda. Quædam enim ex iis quæ partim cum Deo, partim cum Assyriis locuta est, quasi minùs recta existimari possunt. Quid enim illud quod cap. 9, vers. 12, à Deo petit? *Capiatur laqueo oculorum suorum in me, percuties illum ex labiis charitatis meæ*, quod valet : *Da mihi labia charitatis*, sive, ut in Græco illìc haberi monui, labia *dolosa* et fallacia, ut iis ille decipiatur, deceptusque miserè tandem percutiatur? At labia istiusmodi sunt hominum impiorum, eaque odit Dominus, Psalm. 30, vers. 19, Psalm. 108, vers. 1, et Psalm. 119, vers. 2, Proverb. 13, vers. 13, Sophon. 3, vers 13. Et David, Psalm. 11, cùm sanctos defecisse veritatesque à filiis hominum diminutas dixisset, subjungit : *Vana locuti sunt unusquisque ad proximum suum ; labia dolosa, in corde et corde locuti sunt. Disperdat Dominus universa labia dolosa.* Itemque Psalm. 5, v. 7 : *Virum sanguinum et dolosum abominabitur Dominus.* Quæ igitur prudentia, quæ in oratione pietas, petere à Deo quod detestatur Deus, quod peccatum est? Sed bona verba : *Nullam à Deo peccatum, nihil quod invisum illi et ingratum sit, obsecrat.* Duo enim in iis quæ objiciuntur verbis petit, vultûs nimirùm pulchritudinem et orationis venustatem ac suavitatem. Utrumque quidem, ut eâ ille capi et oblectari possit non ad peccandum, sed ad eâ benè utendum, si velit. Quando enim pulchra quædam oculis species objicitur, in potestate nostrâ est, ut eâ vel ad honestum, vel flagitiosum amorem utamur. Quando similiter venustum suavemque alicujus sermonem audimus, ad ejus amorem invitamur; sed ut hic amor aut bonus aut malus sit, per nos ipsos stat. Quemadmodùm verò tam formæ quàm orationis elegantia et pulchritudo à Deo donatur, ita et eam ab eo precari fas est. Nam, prout supra de ornatu dicebam, naturam imitari potest ars, potest etiam Deum donantem humilis petitor. *Labia* verò *dolosa* bifariàm vocantur. Vel enim sunt, quæ naturali quâdam et insitâ vi ejusmodi sunt, ut decipere possint facilè, vel quæ studio datâque operâ hùc reipsà jam referuntur, ut decipiant. In priore genere, omnis facundè, gratè suaviterque loquendi facultas, quam vel ab ortu vel postea indidit naturæ parens Deus, continetur. Est enim facultas hæc illex admodùm, et quædam veluti *suada*, quâ in hominum animos facillimè, qui eam acceperunt, influant. Ad posterius genus pertinet omnis locutio quæ idcircò fit, ut decipiatur alius, sive à prioris generis labiis, sive ab aliis ea dimanet. Rursùm verò dolus duplex est, bonus et malus. De illo Paulus 2 Corinth. 12, v. 16 : *Cùm essem astutus, dolo vos cepi.* De isto D. Thomas 2-2, q. 55, art. 4; de utroque jurisconsultus cùm alibi, tùm maximè in d. 4, tit. 3; de dolo malo. post doli mali Servianam Labeoniam definitionem, subditur : « Non fuit « contentus prætor dolum dicere, sed adjecit « malum, quoniam veteres dolum etiam bonum « dicebant, et pro solertiâ hoc nomen accipie« bat, maximè si adversùs hostem latronemve, « quis machinetur. » Dolosa ergo labia quæ sibi à Deo precabatur Judith, erant prioris illius generis, et cùm ad usum ea bonum conferret, erant dolo tantùm bono dolosa. Et isto etiam modo Augustinus, serm. 227, vocat Judith *vultum insidiosum*, et ipsammet, *Holofernis fraudem.*

QUÆSTIUNCULA VII.

An per Nabuchodonosorem et Holofernis animam jurare potuerit?

Inter ea quæ cum hominibus cautè prudenterque minùs locuta videtur, est hoc jusju-

randum c. 11, vers. 5 : *Vivit Nabuchodonosor rex terræ;* et cap. 12, vers. 4 : *Vivit anima tua, domine.* Primò enim non nisi per Deum concipi debet jusjurandum, Isaiæ 19, v. 18, c. 65, v. 16, Jerem. 12, v. 16, et quidem non nisi per Deum verum, ab homine præsertim ejus cognitione ac fide imbuto, Exodi 23, Deuteronom. 6. Multò igitur minùs, per hominem mortalem Deique hostem et impium. Domini hæc apud Jeremiam cap. 5, vers. 7, querela est : *Filii tui dereliquerunt me, et jurant in his qui non sunt Dii. Jurare aliquem*, ait sub finem libri de Atheniensium gloriâ Plutarchus, *est eum Deum facere.* Unde et apud Strabonem libro 17, Æthiopes ideò *per mortuos* jurâsse, quia Deos ipsos putarent. Volebat verò Deus haberi Nabuchodonosor, ut supra vidimus. Quomodò ergo per eum jurat Judith? quomodò per Holofernis animam? Sed esto, liceat per homines etiam sceleratos, jurare, nùm falsò licet? At quo se cap. 11 Judith obstringebat, falsum sacramentum fuisset.

Responsio hìc triplex est : prima Lyrani, hisce verbis : « Non est hoc juramentum, ut « dicunt aliqui, quia non excusaretur Judith « à juramento falso, quod est peccatum mor- « tale, sed est simplex assertio falsi ad fallen- « dum fallacem. » Altera Lorichii Hadamarii « ita scribentis : « Judith cautè jusjurandum « simulavit. Simile habemus apud Epigram- « matarium lib. 5 :

« *Quid sentis, inquis, de nostris, Marce, libellis?*
« *Hoc me sollicitus, Pontice, sæpè rogas.*
« *Admiror, stupeo, nihil est perfectius illis,*
« *Ipse tuo cedet Regulus ingenio.*
« *Hoc sentis, inquis? faciat benè sic tibi Cæsar,*
« *Sic Capitolinus Juppiter imò tibi.* »

Hæc ille. Tertia Carthusiani, jurâsse, et ex animo. Atque huic ego subscribo, primò, quia hæc asserendi ratio : *Vivit* hic, *vivit* ille, sacramenti formulam continet, ut eo loco è Scripturis pluribus monstravi. Sicuti enim qui ait : Vivit Dominus; jurat, 1 Reg. 14, v. 39 et 45, c. 19, v. 6, c. 20, v. 3 et sæpissimè aliàs, nominatim verò infra, c. 13, v. 20, ita et qui affirmatione hâc utitur : Vivit Nabuchodonosor, vivit anima tua, adeò quidem ut utraque interdùm formula simul jungatur, 1 Reg. 25, v. 26, et 4 Reg. 2, sæpiùs: *Vivit Dominus, et vivit anima tua.* Deinde, quia potest divina veritas duobus modis in testimonium adhiberi, directè scilicet, quando per seipsam ipsa invocatur, et indirectè, quando ejus attestatio eatenùs petitur, quatenùs in creaturis ipsis implicatur et effulget, prout edisserit D. Thom. 2-2, q. 89, art. 6. Tertiò, quia sacramenta istiusmodi exstant in Scripturis non pauca, et quidem à viris bonis et prudentibus adhibita, Josepho Genes. 42, v. 15 et 16. *Per salutem Pharaonis non egrediemini hinc, donec veniat frater vester minimus. Alioqui per salutem Pharaonis exploratores vos estis;* Elisæus 4 Reg. 2 : *Vivit Dominus et anima tua*, prout supra jam citavi. Quartò, quia hunc per creaturas jurandi morem jam olim viguisse ostendit Dominus; neque eum tollit, sed eâdem tantùm cautione, quia alterum illud *per Deum* jusjurandum obsepit, ne in vanum videlicet omninò etiam suscipiatur. Hoc enim inculcant illa Matth. 5, vers. 34, 35 : *Ego dico vobis non jurare omninò, neque per cœlum, quia thronus Dei est; neque per terram, quia scabellum est pedum ejus; neque per Hierosolymam, quia est civitas magni Regis; neque per caput tuum juraveris, quia non potes unum capillum album facere, aut nigrum.* Quintò, quia primis Ecclesiæ christianæ seculis per imperatorum genios jurare Christianis haud licuit; benè tamen per eorumdem salutem, quia mendacissimos dæmones in veritatis testimonium vocare turpe, non verò imperatorum salutem, quia, etiamsi gentiles et impii sint, hæc tamen eorum salus, et quorumcumque hominum anima à Deo est, in eâque Dei etiam veritas splendescit. Tertulliani enim Apologeticus cap. 32, ait : « Sed et juramus, sicuti non per genios Cæ- « sarum, ita per salutem eorum, quæ est « augustior omnibus geniis. Nescitis genios « dæmones dici, et inde diminutivâ voce dæ- « monia? Nos judicium Dei suscipimus in im- « peratoribus, qui gentibus illos præfecit; id « in eis scimus esse, quod Deus voluit, ideòque « et salvum volumus esse quod Deus voluit, et « pro magno id juramento habemus. Cæterùm « dæmonas, id est, genios adjurare consuevi- « mus, ut illos de hominibus exigamus, non « dejerare, ut illis honorem divinitatis confe- « ramus. » Hoc igitur est, quòd in Scripturis vetamur, per ullos aut falsos deos, qui dæmones erant, aut per creaturas, tanquàm deos, jurare, uti gentilium quidam fecerunt, non autem per creaturas, quatenùs ipse Deus, sed ipsius Dei sunt. Quò detestabilior Calvini lib. 2 Institut. c. 8, § 26, calumnia, dùm hoc ipsum fatetur, et tamen *per sanctos et per angelos* juramentum fieri posse inficiatur. Quid?

An hi minùs ipsius Dei sunt, quàm creaturæ aliæ? An in iis Dei veritas opertior et latentior? Cæterùm Lyrano rectè respondet Carthusianus, in Judith jurejurando falsi nihil fuisse. Certum enim, Holofernis operâ, mortalium quàm plurimos Nabuchodonosori obediisse, itemque bestias, eo modo quo de Nabuchodonosore altero dicit per Jeremiam cap. 27, v. 6, Dominus : *Ego dedi omnes terras istas in manu Nabuchodonosoris regis Babylonis servi mei ; insuper et bestias agri dedi ei, ut serviant illi.* Cùm verò et sic jurare licuerit, et verè potuerit, cur ab Hadamario jurationis tantùm simulatio, non juratio vera hìc fuisse dicatur?

Quæstiuncula VIII.

An se Judith, quidquid Holoferni placuisset, facturam rectè spoponderit cap. 12, vers. 14?

Quomodò rectè potuit quidquid homini flagitioso et salaci placuisset, spondere? An dici queat, spem ipsi fuisse, futurum ut ille nihil nisi pudicum et honestum peteret? At jam quæ Holofernis voluntas esset, ipsi Judith enuntiârat Bagoas, ut ad illum videlicet introiret. Hoc autem *introeundi* vel *ingrediendi* verbo sæpè, phrasi Hebraicâ significatur, procreationis actio, ut Genes. 38, vers. 2, 8, 9, 16; ibid. c. 16, v. 2, c. 39, v. 14; Ruth. 4, v. 7; 2 Reg. 3, v. 7, 8; in titulo Psal. 50, et crebrò alibi. Accedit quòd in Græco illiciat eam Bagoas ut fiat Assyriarum puellarum instar, quæ in Nabuchodonosoris domo versabantur. Hæ verò ad illius libitum, ejus libidini serviebant, erantque iis similes, quæ hodiè in Turcici Sultani gynæceo stabulantur. Respondet verò Judith, non tantùm se, quidquid illi collibuisset facturam, sed etiam properanter ac perlibenter.

Responsum ad ista esse potest duplex : Unum, falsò hæc à Judith esse dicta omnia. Sed cùm verbis veritas inesse possit, mentitam cur dicamus, nisi quia delictum, ita mentiri, quàm libidini annuere, minus est. Quia tamen secuturâ quæstione de mendacio agetur, responsum esto; alterum, verè quidem locutam Judith; sed *ut rectè* simul etiam locuta sit, explicari tripliciter. Primò, ut non ad Holofernis vel Bagoæ mentem responderit, sed ad eam quam animo verè informârat, cogitationem. Dominum enim suum intelligit Deum suum, de eoque respondet : *Quæ ego sum, ut contradicam Domino meo?* et quæ sequuntur, alia omnia. Ita Rabanus : « Sunt ea, inquit, « respectu cœlestis imperii, ad quod se paratam dicebat, intelligenda, » et videtur idem velle Lyranus, dùm ait dixisse ipsam : « Hoc « erit mihi optimum, quia videbat appropin« quare tempus opportunum ad interficiendum « ipsum. » Iterùmque postea, vers. 18 : « Ma« gnificata est anima mea, quia videbatur ap« propinquare hora liberationis populi sui. » Deinde, nonne usu et in scripturis, et in familiari omnium sermone receptum, ut hujuscemodi generales propositiones dicantur, sed semper certis cum clausulis intelligantur? verbi causâ, modò Deo et honestati adversum nisi sit, amicitia tantùm ad aras usque valeat, nisi aliter Deus constituat, et si qua similia. Cùm enim ait Dominus : *Quidquid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis,* an conditionum nihil subaudiendum? Cùm scribit amico amicus : *Tuus ex asse, tuus* χρήσει καὶ κτήσει, *quâ tibi cumque re gratificari potero, faciam,* an urbanitatis humanæque consuetudinis cautio nulla tacitè apponenda? *Libertas est,* ait ille, *agendi quodcumque velis,* modò tamen intelligatur ut legibus illud contrarium non sit. Hujuscemodi quid à Cajetano in 2-2, quæst. 111, art. 1, notatum invenias. Hæc ergo moderationis lympha dùm Judith verbis aspergitur, quid in iis non purum, castum et candidum? Tertiò tamen dici potest, in Bagoæ verbis duplicem quamdam sententiam inclusam fuisse : Una erat simplex, clara et proxima; altera verò insidiosa, tectior et remotior. Illa tantùm ad cœnam, familiaritatem et hilaritatem invitabat; hæc ad ea quæ hisce omnibus erant posteriora, et à Bagoâ quidem ac Holoferne spectabantur, non nisi tamen secundariò et quasi velatè proponebantur. Nam *introire* vel *ingredi,* etsi quandoque significationem habet veneream, multò tamen sæpiùs non habet, adeò ut id exemplis probare putidum sit, et Tobiæ cap. 7 jam tetigi. Apertè verò pudicum hìc introitum significari, declarat non solùm pudica verbi ejusdem jamjam usurpatio, dùm dicitur v. 12 : *Introivit Vagao ad Judith,* sed id quod, quasi subsequens, huic introitui adjungitur, *manducare* et *bibere cum illo,* et multò adhuc apertiùs in Græco, ubi ne ipse quidem Holofernes eunucho suo vers. 10, præscribit, ut *habitandi* verbo, quod ut 2 Machab. 1, v. 14, dicetur, aliquid interdùm turpitudinis importat, utatur, sed ait : Ἐλθεῖν πρὸς ἡμᾶς καὶ πιεῖν μεθ' ἡμῶν, *venire ad nos, et edere ac bibere nobiscum.* Quæ verò in Nabuchodonosoris palatio erant ipsiusque thalamum ini-

bant Assyriæ puellæ, partim uxores erant, partim non erant. Et hæ ad uxoriam consuetudinem, pluribus quandoque mensibus et annis, præparabantur, prout in Esther hic Orientis mos explicabitur. Omnes verò istæ apud istos reges gratiâ plurimùm pollebant. Quod ergo Bagoæ et Holoferni in cœnâ et ante cœnam annuit Judith, est, venire ad apparatum convivium, cibum potumque cum eo sumere, ipsius gratiam colligere, ipsi placere, sed eo modo et fine quem superioribus quæstionibus exposui. Si tamen huic ejus annutui, et cautiones antea positæ, et illa etiam interior de vero Domino cogitatio, ipsumque de opportuni temporis appropinquatione gaudium et lætitia, quæ instantem jam liberationem præsentiebant, adjungantur, ut adjungi sanè possunt, quid in sponsione ipsius totâ erit non purgatissimum?

Quæstiuncula IX.

An in omnibus istis mendacium ei aliquod impingi possit?

Non unum, sed plura quæ impingi meritò possint, occurrunt. Nam primò cap. 10, v. 12: *Ideò*, ait, *fugi à facie eorum, quoniam futurum agnovi quòd dentur vobis in deprædationem*, et similia c. 11, v. 13. Idemque in Græco: *Non excidet Dominus ab iis quæ cogitavit*, sive, *non frustrabitur spe suâ.* Atqui neque fugiebat, neque futurum erat, ut prædæ hosti darentur, idque, ut supra dictum, ipsa prænotat, et ne darentur, ideò veniebat. Secundò, ibid. vers. 13: *Vadam ad faciem principis Holofernis, ut indicem illi secreta illorum, et ostendam illi quo aditu possit obtinere eos.* Tertiò, cap. 11, vers. 4: *Si secutus fueris verba ancillæ tuæ, perfectam rem faciet Dominus tecum.* Quartò, vers. 16: *Tu solus bonus et potens es in omni regno ejus.* Quintò, vers. 8, Deum Israelitis valdè iratum ait, ipsosque gravissimè contra illum deliquisse, et Hierosolymitanos; at cap. 8, v. 18: *Non sumus*, ait, *secuti peccata patrum nostrorum.* Sextò, ad veterum peccatorum cumulum nova Israelitas adhuc moliri, per sanguinis potionem, sacrorumque et vetitorum eduliorum profanationem narrat vers. 11 et 12. Septimò, famem in urbe dicit, vers. 10, invaluisse, cùm sitis eos tantùm vexaret. Octavò, se ideò à Domino missam ait, vers. 13 et 15, ut hæc ei nuntiaret. Nonò, se promittit, vers. 15, quæ divinitùs cognovisset, ipsi patefacturam, ipsumque per mediam Hierusalem deducturam.

Duo de hisce tam multis exstant opinionum capita: Unum est, ut eam fateamur mentitam, mendaciis tamen levibus minimèque perniciosis, sed officiosis, valdèque utilibus. Ita hoc loco Lyranus, Abulensis in 1 Exodi quæst. 6, D. Thomas 2 2, q. 110, art. 3, ad 3: « Quidam, ait, commendantur in Scripturâ, non « propter perfectam virtutem, sed propter « quamdam virtutis indolem, scilicet quia ap« parebat in eis laudabilis aliquis effectus, ex « quo movebantur ad quædam indebita fa« cienda. Et hoc modo Judith laudatur, non « quia mentita est Holoferni, sed propter affe« ctum quem habuit ad salutem populi, pro « quo periculis se exposuit. » Alterum, non esse mentitam, et trifaria istorum omnium datur expositio. Prima à Carthusiano intelligenda esse per ironiam dicta, quemadmodùm 2 Reg. 22, v. 15, à Michæâ ipsi Achabo responsum: *Ascende, et vade prosperè, et tradet Dominus in manus regis.* Altera à Rabano, Glossâ et Hugone, mysticam et quasi propheticam totam istam Judith, et actionem, de quâ supra, et orationem fuisse. Hâc enim prædixisse gravissimas illas miseriarum procellas, quas Israelitico populo, Vespasianus et Titus invexerunt; idque ob gravissima, quibus Deum irritârant, facinora. Et hanc isti expositionem videntur è D. Augustino suxisse, cujus lib. de Mendacio cap. 5 hæc regula est: « Credendum « est illos homines, qui propheticis tempori« bus digni auctoritate fuisse commemorantur, « omnia quæ scripta sunt de illis, propheticè « gessisse atque dixisse. » Quin et Alensis Alexander part. 3, q. 37, membro 6, cùm de mendacio ageret: « Ad ultimum, ait, quod ob« jicitur de Judith responsio est in glos. super « Judith cap. 11, ubi dicitur, apud Holofer« nem quidquid de adventu suo et Judæorum « futuro judicio loquitur, non dicit adulatoriè « mentiendo, sed futura propheticè prædi« cendo. » D. Thomas, loco indicato, subjungit: « Quamvis etiam dici possit quòd verba « ejus veritatem habent, secundùm aliquem « mysticum intellectum. » Tertia est, tacitam in hisce omnibus subintelligendam conditionem, verbi causâ, *nisi Deus providerit, si Deo ita visum fuerit, si absque culpâ fieri hoc potuerit*, ut supra jam dictum quæst. 8. Verè siquidem eum in locum Judæorum res adductas tum fuisse, ut humano de iis modo loquendo, perditæ jam essent, victor Judæâ totâ volitaret Holofernes, Judæis ad sanguinis haustum, cibosque sacros deveniendum esset. Malim verò aliorum sententias enumerare, ad easque

semper accedere, quàm ab iis vel tantillùm, fieri si posset, discedere. Sed quoquo modo vestiganda veritas.

Prius caput, ut mentitam Judith putem, non libenter concedo. Etsi enim bonis etiam operibus aliquis aliquando vitioli alicujus et peccatuli nævus adesse possit, neque tamen ut illa bona esse desinant, efficiat, minùs tamen perfecta et coram Deo præstantia, minùsque coram ipsis etiam hominibus laudata efficit. Nunc verò quàm præclarum, quàm omni laude cumulatim Judith factum istud à libello isto et à Patribus deprædicatur! Deinde, in sui cum Holoferne sermonis principio, ipsa quid pollicitur? Οὐκ ἀναγγελῶ ψεῦδος τῷ κυρίῳ μου, *non enuntiabo domino meo falsi quidquam,* ad perpetuam è mendaciis orationem contexere, et se mendacium nullum allaturum profiteri, non mendacium æquo mendacius? Tertiò, aliud est unum aliquod alicui quandoque mendaciolum vel imprudenti et incogitanti, vel periculo aliquid subtimenti excidere, aliud ita meditatè, tam varia, toties, de suo etiam populo tam illaudata mentiri. Quartò, cùm, ut supra ostensum, tam fixam à Deo de futurâ liberatione spem conceperit, imò et cœleste ipsi oraculum fusum sit, cur ad finem optimum non nisi viâ tam distortâ pravâque tetendisset? Cur pia et religiosa femina, tot assiduè Deum precibus consulens, tantâ, tot, tamque insignium mendaciorum colluvie, præclarissimum Dei miraculum contaminâsset? Quintò, Deum, ejusque angelum infra, vers. 20, laudari, quòd eorum ope ad suos, *sine peccati pollutione* reverterit. Et quamvis luxuriam potissimùm innuat, est tamen quædam etiam peccati pollutio, mendacium; et Dei angelique laus major, si ab hujus etiam peccati maculâ puram immaculatamque custodierint. Sextò, postulat ratio ut in magnorum sanctorumque hominum verbis veritas inveniri ulla si potest, neque ii ullius à Scripturâ mendacii accusantur, à nobis etiam nullo modo accusentur; sed D. Augustini anteposita regula, ejusque explicandi modus, vel certè non dissimilis alius teneatur. At in Judith verbis potest veritas inveniri, uti patet per allatas alias expositiones, et ipsa magna sanctaque mulier est; neque à Scripturâ mendacii ullius accusatur, quin ubique potiùs laudatur. Ergo.

In posterioris tamen capitis expositionibus, nulla per se sola omnibus quæ objecta sunt satis commodè satisfacit, et primò quidem ironia in historicâ veluti narratione locum habere nullum solet, cujusmodi tamen est Judith de suâ fugâ, deque urbis et populi sui statu narratio; sed vel in dictis et quasi jocosis narrationibus, vel certè in eorum, qui veritatis indagandæ, ut hominis alicujus reprehendendi causâ, disputant, altercationibus versatur. Ejusmodi enim aliquæ sunt apud Platonem Socratis disputationes, quem inquit Offic. 1 Tullius, *in omni ratione simulatorem,* sive, ut nominaverunt Græci εἴρωνα *fuisse, accepimus.* Deinde, ironia si non ab uno, ab alio ferè statim notatur, et, ut ait 8 lib. Quintil., « aut pronuntiatione intelligitur, aut personâ aut rei naturâ. Nam si qua earum verbis dissentit, apparet diversam esse orationi voluntatem. » Unde et Michææ ironicè loquenti confestim dixit Achab rex: *Iterùm atque iterùm adjuro te, ut non loquaris mihi, nisi quod verum est.* Demùm in Judith nonnullis de se et populo suo verbis ironia illa videretur, quam 2-2, q. 113, mendacii speciem constituit D. Thomas. Prophetia similiter, in eorum, quæ mendacii præ se speciem quamdam ferunt, primò, 2, 3 et 4, supra, enumeratis, quænam est? An Vespasianus et Titus Assyrii fuerunt, vel ad eos Christiani, antequàm excideretur Hierosolyma, transfugerunt? Quomodò vel Judith vel Ecclesia ostendit Holoferni populi Dei arcana, et quo eum aditu obtineret? Conditiones porrò quas explicatio tertia suggerebat, promissionibus quidem et narrationibus pluribus adhiberi possunt, sed quemadmodùm possint omnibus nondùm perspicio. Nam verbi causâ, primum illud, fugit à facie eorum, quâ subauditâ conditione verum?

Quæstiuncula X.

Quomodò quæ locuta Judith, absque mendacio intelligenda?

In eam venio sententiam, ut allatarum expositionum trium singulas, per se, ut dixi, solas, non omnem eximere scrupulum existimem, omnes tamen simul, cum nonnullis adhuc aliis vel expositionibus vel declarationibus, ipsam à mendacio Judith satis vindicare. In primâ siquidem expositione, ironia sumi potest pro quâcumque amphibologicâ oratione, quæ sententiam aliquam simulat, cùm alias is qui loquitur animo teneat. In secundâ verò prophetia posset accipi pro futurarum rerum valdè adhuc occultarum prædictione, sive jamjam futuræ sint, sive multis post seculis. Tertia expositio potest similiter ad modos illos omnes dilatari, quibus posse interdùm

benè, absque mendacio ullo, veritatem occultari, docent è scholasticis nonnulli, quorum sententia copiosè apud Michaelem Salonium lib. de Justitiâ in 2 2, D. Thom. q. 62. art. 2, controv. 15, et q. 69, art. 2, controv 11. Gregorium nostrum de Valentiâ in 22, disput. 5, q. 13, de Reo, puncto 2, explicatur et probatur; breviter verò ita forsan astringi queat: *Veritas rectè interdùm, absque mendacio, tegi potest dupliciter, tacendo nimirùm et loquendo.* Tegitur loquendo rursùm dupliciter; vel enim plena et integra oratio, quam cogitamus, voce ipsâ efferri potest, vel ejus tantùm pars, ut pars altera in animo contineatur. Quando plena et integra oratio effertur, iterùm bifariàm occuli potest veritas. Nam ea oratio vel sensus plures habet ex communi et usitato sermonis instituto, vel partim ex hoc, partim ex proprio, quo qui loquitur, propriam quamdam, arbitratu suo, significationem illis subjicit. Utroque siquidem modo, è pluribus istis sensibus unum arripiet, qui audit; alterum, eumque verum mente suâ repostum tenebit, qui loquitur. Quando verò pars tantùm pronuntiabitur, veram ejus sententiam accipiet auditor, sed pars altera itidem vera in animo inclusa latebit, licet huic ipsi, quæ exteriùs funditur, particulæ, posset etiam superior plenæ orationis caligo duplex offundi. Demùm, circa sermonis veritatem et apertam simplicitatem duo potissimùm præcepta versantur, negans unum: *Non mentieris;* affirmans alterum: *Simpliciter et candidè loqueris.*

Concludo igitur primò Judith in hisce omnibus mentitam non esse, quia contra mentem nunquàm locuta est. Nam semper in animo veram sententiam, cui verba, modorum expositorum aliquo, responderet, habuit. Primò enim ut quæ superiore quæstiunculâ opponebantur, singula jam explicem, *fugit à facie eorum,* id est, celeriter discessit, vel fugientis instar sese habuit, atque Bethuliâ exiit, quoniam agnoscebat *in deprædationem* dandos nisi suo ipsa consilio miseriam tantam occuparet, Deusque opem ferret. Non frustrabitur Holofernes spe suâ, non quidem quoad Bethuliæ occupationem, sed quoad alia nonnulla, verbi causâ, quoad ea quæ hodiè vel cras cogitat, *vel non frustrabitur Dominus meus,* Deus, inquam, meus. Secundò: *Vado, ut indicem illi secreta illorum,* ut instar indicantis me apud eum habeam, et aditum per sitim et famem ostendentis, vel etiam ut verè quædam indicem, prout indicavit de siti. Licet enim eò veniendi finis primarius hic non esset, erat tamen secundarius. Tertiò: *Si secutus fueris verba ancillæ tuæ, perfectam rem faciet Dominus tecum.* Amphibologia erat, et eam arripuit sententiam Holofernes, fore ut bellum brevi conficeret. Sed vera in Judith mente sententia erat, futurum ut cum Holopherne omnia brevi expediret Deus, eum vitâ privando. Quartum, totum simpliciter verum esse potuit, quia de bonitate agitur eximiâ corporis, militiæ, et similium. Quintò, etiam simpliciter verum, Deum Israelitis iratum esse, quia idcircò magna in captivitatem pars abducta jam erat, ut c. 1, q. 2, patuit, et ratione residuorum adhuc Judæorum non quidem omnium, aliquorum tamen, aliqua Dei ira saltem quoad pœnas quasdam infligendas semper exstitit, 4 Reg. 17, v. 18, 19, c. 21, v. 13. Sextò, potuerunt etiam Bethulienses deliberationem instituisse, et secum et cum Hierosolymitanis, de sanguine et cibis aliàs vetitis, tali necessitate sumendis, potuitque fieri ut hoc à Hierosolymitanis factum aliquando antea fuisset, in Sennacheribi maximè obsidione, aut verò Judæorum quidam tacitè, et quasi apud se murmurando ista fecerunt, aut si facta non sunt, rerum cursus eò, ut fierent, fiebat, nisi opem tulisset Excelsus. Septimò, utrumque malum fuit; sed magis torquebat sitis, et ferè ista junguntur. Etsi enim ciborum adsit copia, edere tamen ii non possunt, quibus aridæ siti fauces. Unde et quandoque pro siti fames etiam nominatur, ut apud Joseph. lib. 3 Captiv., Lucan l. 4, et de eâdem infra citabitur D. Ambros. lib. de Viduis, Augustin. serm. 228. Octavum, ut secundum, intelligendum. Nonum, quod in promissione versatur, aliter quidem ab Holoferne intellectum, re tamen ipsâ nonne perfectum? Nonne ictu ipso lethali, ei, quæ nuntiâsset Dominus indicavit? nonne ipsum in curru per Hierusalem medium deduxit, quando de ipso Hierosolymæ, et in Judæâ totâ triumphatum, ipsiusque fortè caput circumvectum? Nonne, quia δίφρος etiam *solium* significat, Holofernis, in Hierosolymitanâ urbe, solium collocatum, quando et manubiis eò allatum? Nonne factum ut ei nemo unus resisteret, cùm omnibus desiit esse molestus? Nonne tanquàm oves quibus pastor non esset, Judæos egit, cùm ad fugientes balantesque Assyrios hùc illùc isti decurrerent, ex eorumque castris prædam efferrent? Hi autem expositionum modi sunt, eo quo dixi modo, ironici, amphibologici,

prophetici, licèt ad Hierosolymitanum excidium non malè quædam referri possint; non tamen, ut verborum constet veritas, referri eò debent necessariò. Eos verò similesque modos innuit August. serm. 229, cùm ait: « Non decuit pudicam mentiri, non intelligentibus dixit, perfecit actibus quod promisit. Regi alto sermone, imaginariis verbis blandita est. » Et Græcus interdùm textus clarè ad eos vocat, præcipuè dùm ait: *Misit me Deus facere tecum eas res ob quas obstupescant in orbe terrarum universo*, non ii tantùm qui præsentes aderunt, oculisque suis videbunt, sed qui, procul etiam positi, eas usquàm audituri sunt. Quid alioquin tam magnum, invisum, inauditumque ob quod stupere mundus totus deberet, fuisset, si mulieris unius vel indicio, vel proditione, unam tunc urbem, tametsi munita, regionisque veluti claustrum esset, non amplissimam tamen, et siti jam vehementissimâ totam elanguidam quotidianis suorum funeribus attonitam, omni penè humani auxilii spe destitutam tantæ, tam instructæ, tam innumerabiles copiæ cepissent? Sed unam mulierem omnes istas copias, tali rerum articulo, delêsse, ipsorum ducem suis ipsam manibus in satellitum castrorumque suorum medio jugulâsse, id verò planè est mundi totius eorum qui præsentes fuerunt, et qui unquàm, vel tunc vel postea, sive audiendo sive legendo, cognoverunt, admiratio et stupor maximus, quemadmodùm infra dicitur v. 25, et ad v. 31, Græcè.

Concludo secundò, Judith non quidem simpliciter et apertè cum Holoferne, ipsiusque Assyriis semper locutam; jus tamen celandæ ipsos veritatis habuisse, ideòque contra præceptum illud aiens, nihil commisisse. Prima pars ex iis quæ hactenùs dicta, liquet abundè. Secunda probatur quia Holofernes hostis erat immanissimus; neque ei modum, quo ipsius immanitatem vellet depellere, aperire tenebatur Judith, quin potiùs, ut factorum insidias operire licebat, quemadmodùm supra dictum est, ita etiam et verborum. An enim ut vitam vel famam reus quispiam tueatur, si à judice non legitimo, vel ipso quidem legitimo, sed non legitimè interrogetur, veritatem illum celare, verborumque ambagibus è quibus aliam ille sententiam hauriat, uti licebit, et coram hoste iniquissimo, à quo jus et fas impetrari non potest, communis boni causâ, nullum, veris alioquin, animorum nostrorum sententiis velum obtendere liceat? Tertia pars è præceptorum aientium naturâ fluit. Ea enim neque semper, neque ubique obligare solent, et istud de simplici apertoque sermone adhibendo tum non obligat, cùm jus habet quispiam reticendæ velandæque veritatis. Ideòque neque Judith mendacium ullum admisit, neque à simplici orationis usu, absque justâ gravique causâ, recessit. Eluta igitur sincero jam fonte omnia, non quæ aderant, sed quæ adesse videri potuissent, sordida et commaculata.

Quæstiuncula XI.

Quomodò ad suos Bethuliam, Assyriorum victrix, Israelitarum salvatrix redierit?

Vallem cum abrâ suâ circuivit, et eminùs acclamare cœpit Judith, ut citò portas aperirent, v. 13. Iidem ergo principes, qui urbis clavium custodes erant, vocati sunt, statimque eâ ipsâ noctis horâ ad eam omnes undique lectorum somnique obliti, confluxerunt, non magni tantùm et seniores, sed juniores etiam et minimi, quoniam sperabant eam jam non esse venturam. Sperare de bonis ferè lætisque rebus dicitur, interdùm tamen etiam de malis tristibusque valet quasi *timere*, ut apud Virgil. Æneid. 4: .... *Tantum sperare dolorem*; apud Herodianum lib. 8, ἀντιπάλους ἥξειν ἤλπιζον, hostes venturos sperabant; apud Sophoclem ἐλπίζει φέρειν, *sperat ferre*, pro *timet*. Nam et ἐλπὶς etiam sine adjectione quandoque metum significat apud Thucydidem et alios. Unde illud etiam jactatum. Minæ et supplicii spes hominem ad id quod justum est, non admonuit. Isto igitur loco, *sperabant*, est, *timebant*. In Græco παράδοξον ἦν αὐτοῖς τὸ ἐλθεῖν αὐτὴν. Inopinatum ipsis erat, eam venire. Accenderunt luminaria, Græcè ignem, sed exprimitur finis quam c. 7 dicebam, εἰς φαῦσιν, ad illuminationem. Eam verò circumcirca omnes circumdederunt, v. 16, et silentium cùm imperâsset, orationem ad eos habuit. Silentium fieri solebat ab eo qui dicturus erat, manûs elatione et agitatione quâdam, Actor. 21, v. 4, et apud Niceph. l. 11, c. 1, interdùm ab aliis, Nehem. 8, v. 7. Oratio tota læta, et ad laudes gratesque Deo agendas excitatoria est. Hinc enim incipit v. 17, hìc desinit v. 21, utens Psalmis illis 104, 105, quorum maximus apud Israelitas usus fuit, 1 Paral. 16, v. 8, 2 Paral. 20, v. 21. Ut autem excitentur magis, non auditu tantùm, sed ipso etiam visu, Holofernianum c.

perâ caput promit, omnibusque spectandum cum conopeo dat v. 19. Laudat Galatæ Ortiagontis uxorem Chiomaram Plutarch. lib. de Virtut. mulier. c. 21, quòd Romani, à quo vitiata erat, tribuni, ad maritum caput attulerit. Sed quantò Judith laudabilior? Nam et illius illa libidini obsecuta erat, et datam illi à marito fidem violârat, neque ullam ulli cædes illa utilitatem afferebat. Omnia in Judith nostra secùs, quæ ut major Deo laus et gloria sit, de se ipsâ cum jurejurando, v. 20, commemorat, quomodò ab ipsius Dei angelo ad Assyriorum castra iens, inibi commorans, indidem rediens custodita sit, quoad corpus et animam, absque ullo utriusque incommodo, injuriâ et peccato.

Quæstiuncula XII.

Quis angelus, qui ad Assyrios euntem Judith, apud eos commorantem, ab iis redeuntem, custodivit.

Fortè angelus, proprius ejus custos fuit; quemadmodùm et ille, de quo Jacob Gen. 48, v. 16: Angelus, qui eruit me de cunctis malis. Cùm enim custodiendæ Judith cura proprio illi commissa esset, alium cùm textus non exprimat, cur putemus? Quia tamen magni hoc loco momenti res agebatur, è superioribus angelis aliquem opinari liceat et quidem eum ipsum, qui fidus itinerum dux et comes Tobiæ fuit S. Raphael, de quo illic plura, maximè capp. 5 et 12. Vel certè quia res ista non magna tantùm, sed et publica erat, in quâ Dei sacra, religiones et templum, totusque adeò Israelitarum populus vertebatur, S. Gabriel, uti Dan. 9, vel S. Michael, existimare quid prohibeat? Hic enim priscæ illius Ecclesiæ dux et conservator non à Rabbinis tantùm traditur apud Franciscum Greg. tom. 1, sect. 5, probl. 343, tom. 6, probl. 316, sed à nostris etiam, D. Hieron. in Dan. 10, Theodoreto ibid. auctore Imperf. homil. 48. Hinc verò et angelica hominum custodia præclarè perspicitur, et angelorum erga pietatis, jejuniorum, cæterarumque virtutum cultores amor et beneficentia. De eo tamen potissimùm Judith prædicat, quòd per eum ab omni coinquinatione, quam tamen convivia, blanditiis et vino studiosissimè Holofernes moliebatur, Dei jussu, defensa et conservata sit. Valeriano conjugi adhuc ethnico dicebat, ut eum ad Christi Domini fidem sanctamque castitatem traduceret S. Cæcilia: « Mecum habeo custodem corporis mei angelum Domini, et nimio zelo custodit corpus meum. » Neque vanè id ab eâ dictum; suis ille ipsiusque frater Tiburtius oculis probârunt et crediderunt. Idem quoque litteris proditum de S. Juliano duodeviginti annorum adolescente, qui angelico insigni favore, non virginalem tantùm puritatem custodivit, sed et ad eamdem, S. Basilissam, quæ ipsi conjux futura erat, aliosque deinceps innumerabiles, permovit. Inspice, si videtur, etiam Cæsarium lib. 8, c. 42.

Adjunguntur jucundissimi lætantium omnium plausus, gratulationes et Dei laudationes, tam in seipso quàm in sanctâ Judith, et primò de universo populo narratur v. 22 et 26, tum de Oziâ v. 23, 24, 25, postremò de Achiore vocato v. 27. Sed quæ de eo ad capitis finem ab isto versu narrantur, omnia in Græcis ad sequens caput transferuntur. Quos imitabor, ut quæ de illo restant, colligantur simul omnia.

CAPUT XIV.

1. Dixit autem Judith ad omnem populum: Audite me, fratres: suspendite caput hoc super muros (1) nostros.

2. Et erit, cùm exierit (2) sol, accipiat unusquisque arma sua, et exite cum impetu, non ut descendatis deorsùm (3), quasi impetum facientes (4).

CHAPITRE XIV.

1. Alors Judith dit à tout le peuple: Ecoutez-moi, mes frères; suspendez cette tête au haut de nos murailles.

2. Et aussitôt que le soleil sera levé, que chacun prenne ses armes, et sortez tous avec grand bruit, non pour descendre jusqu'aux ennemis, mais comme vous disposant à les attaquer.

(1) Ut Assyrii videntes ducem suum cæsum, percellantur et fugiant. (Corn. à Lap.)

(2) Ortus fuerit. (Corn. à Lap.)

(3) Ad verum et serium cum Assyriis longè potentioribus prælium. (Corn. à Lap.)

(4) Id est, quasi impressionem agentes in proximam hostium stationem, q. d.: Nolite plenâ acie confligere, utpote pauci contra innumeros, sed simulate vos velle confligere, ut scilicet Assyrii confugiant ad Holofernem, ut aciem instruat, ac videntes eum cæsum consternentur et fugiant. Nolebat enim Judith Assyrios invadi, antequàm mors Holofernis percrebuisset, et Assyrios inopes animi et consilii reddidisset; sed eo facto jussit ut illicò in pavidos et fugientes irruerent. Si enim tempus dedissent Assyriis, potuissent ipsi communi consilio alium ducem sibi deligere, qui obsidionem Bethuliæ prosequeretur, itâ-

3. Tunc exploratores (1) necesse erit ut fugiant ad principem suum excitandum ad pugnam.

4. Cùmque duces eorum (2) concurrerint ad tabernaculum Holofernis, et invenerint eum truncum in suo sanguine volutatum, decidet super eos timor (3).

5. Cùm cognoveritis fugere eos, ite post illos securi, quoniam Dominus conteret illos sub pedibus vestris.

6. Tunc Achior videns virtutem quam fecit Deus Israel, relicto gentilitatis ritu (4), credidit Deo, et circumcidit carnem præputii sui, et appositus est ad populum Israel (5), et omnis successio

3. Alors il faudra nécessairement que les coureurs fuient, et s'en aillent éveiller leur général pour le combat.

4. Et lorsque leurs chefs auront couru à la tente d'Holoferne, et qu'ils n'y auront trouvé qu'un corps sans tête nageant dans son sang, la frayeur les saisira.

5. Et lorsque vous les verrez fuir, allez hardiment après eux, parce que le Seigneur les foulera sous vos pieds.

6. Alors Achior, voyant ce que la toute-puissance de Dieu avait fait en faveur d'Israël, abandonna le culte du paganisme, crut en Dieu, se circoncit, et fut incorporé au peuple

que urbem fame sitique confectam caperet. Sed Judith prudenter id providens jussit ut morte Holofernis vulgatâ, subitò in perculsos totis viribus et agminibus involarent. Quo facto hostes stupefacti fugientes ab Hebræis victi cæsique fuère. Vide ergo hìc prudentiam et solertiam bellicam Judithæ, quæ cœptam victoriam ad finem usque prosecuta est; quare prudentior fuit Annibale, qui cum Romanos in Cannensi pugnâ planè concidisset, suaderetque Maharbal præfectus equitum, ut illicò Romam pergeret; sine dubio enim eam perculsam occupaturum, ac die quinto in Capitolio cœnaturum, dùm tardaret Annibal, diceretque maturius hàc de re cogitandum, subjunxit Maharbal: *Vincere scis, Annibal, sed victoriâ nescis uti.* Ita Livius lib. 22. Audi S. Ambr. lib. de Viduis: « Nec dexteræ tantùm « hoc opus, sed majora trophæa sapientiæ. « Nam manu solùm Holofernem vicit, consilio « autem omnem hostium vicit exercitum. Su- « spenso enim Holofernis capite, quod viro- « rum non potuit excogitari consilio, suorum « erexit animos, hostium fregit; suos pudore « excitans, hostes quoque terrore percellens, « eoque cæsi sunt et fugati. Ita unius viduæ « temperantia atque sobrietas, non solùm na- « turam suam vicit, sed, quod est amplius, « fecit viros etiam fortiores. »

Simili modo David, amputato capite Goliath, eoque Philisthæis ostenso, ipsos perculit, et in fugam egit, 1 Reg. 17. Idem fecit Judas Machabæus resecto et ex arce Sion suspenso capite Nicanoris 2 Mach. 15, 35. Sic et M. Livius et Claud. Nero consules Romani, cæso Asdrubale cum 56 millibus Carthaginensibus, capiteque ejus ex inopinato ante castra Annibalis fratris projecto, eum ita perculerunt, ut diceret actum esse de fortunâ Carthaginensium, atque illicò fugiens in angulum Italiæ ad Brutios se receperit, teste Livio in fine l. 26. (Corn. à Lap.)

(1) Exploratores, quos Græcus vocat τὴν προφυλακὴν, solent enim nonnulli ante castra, et satis ab illis procul excubare, qui minimos hostium motus illicò significent. (Menochius.)

(2) Qui præsunt distinctis aciebus. (Lyranus.)

Sine cujus voluntate exercitus non debet bellum committere. Nam sicut dicitur lib. de Judaico Bello, non solùm bellare, sed etiam vincere sine duce apud Romanos erat vituperabile. (Lyranus.)

(3) Ex casu principis inopinato, et etiam immissus à Deo, unde videtur hìc saltem quantùm ad aliquid propheticè loqui. (Lyranus.)

(4) Quæritur quomodò Achior hìc primum dicatur credidisse Deo, cùm supra, cap. 5, longâ oratione coram Holoferne confessus et testatus sit virtutem et potentiam Dei Israel? Respondeo: Dicitur Achior nunc primum, occasione tam illustris facinoris et beneficii credidisse, nempe, quia nunc primùm plenè et perfectè credidit, et, ut hìc additur, relicto prorsùs gentilitatis ritu, omnia omninò quæ erant populo Israelitico divinitùs revelata, firmo assensu recepit. Deinde potest hoc referri non tam ad fidem internam quàm ad externam fidei professionem per circumcisionem, de quâ sequitur. Nam et olim in Ecclesiâ Catechumeni, etiamsi omnia credenda firmiter tenerent, tamen non vocabantur propriè fideles, nisi cùm essent baptizati. (Estius.)

Tunc Achior videns virtutem (potentiam et fortitudinem, scilicet tam fortem, prodigiosam et divinam victoriam de cæso Holoferne) quam fecit Deus Israel (Græcè Israelis, id est, populi Israelitici), relicto gentilitatis ritu (idololatriâ et gentilismo), credidit Deo, et circumcidit (non suâ, sed Levitæ alicujus manu) carnem præputii sui, factus proselytus et Judæus; licèt enim Ammonitæ, Arabes, Phœnices, Ægypti, Æthiopes circumcisionem jam olim ab Abraham et Judæis accepissent, tamen acceperant eam ut liberam, non ut obligantem, uti eam à Deo jubente acceperant Hebræi. Unde multi se non circumcidebant ob pudorem et dolorem circumcisionis; quare paulatim circumcisio apud eos quasi evanuit. Achior ergo, licèt Ammonita, fuit incircumcisus, sed hoc facto Judith conversus ad Judaismum, se circumcidit. Circumcisio enim erat professio Judaismi et legis Mosaicæ, sicut baptismus jam est professio Christianismi et legis Evangelicæ. (Corn. à Lap.)

(5) Ut quasi civis Israelitarum jus civicum haberet ad omnia eorum privilegia, jura, dignitates etiam et magistratus. Licèt enim Deus vetuisset Deut. 23, 3. Ammonitas et

generis ejus usque in hodiernum diem.

7. Mox autem ut ortus est dies, suspenderunt super muros caput Holofernis, accepitque unusquisque vir arma sua, et egressi sunt cum grandi strepitu et ululatu.

8. Quod videntes exploratores, ad tabernaculum Holofernis concurrerunt.

9. Porrò hi qui in tabernaculo erant, venientes, et ante ingressum cubiculi perstrepentes, excitandi gratiâ, inquietudinem arte moliebantur, ut non ab excitantibus, sed à sonantibus Holofernes evigilaret.

10. Nullus enim audebat cubiculum virtutis (1) Assyriorum pulsando aut intrando aperire.

11. Sed cùm venissent ejus duces (2) ac tribuni (3), et universi majores exercitûs regis Assyriorum, dixerunt cubiculariis (4) :

12. Intrate et excitate illum, quoniam egressi mures de cavernis suis (5) ausi sunt provocare nos ad prælium.

13. Tunc ingressus Vagao cubiculum ejus, stetit ante cortinam (6), et plausum

d'Israël, et toute la suite de sa race jusqu'à ce jour.

7. Aussitôt donc que le jour parut, ceux de Béthulie suspendirent au haut de leurs murs la tête d'Holoferne; et chacun ayant pris ses armes, ils sortirent tous, en faisant un grand bruit et jetant de grands cris.

8. Les coureurs voyant cela coururent à la tente d'Holoferne.

9. Ceux qui étaient dans la tente vinrent à la porte de sa chambre; et ils tâchaient, en y faisant quelque bruit, d'interrompre son sommeil, afin qu'Holoferne fût plutôt éveillé par ce bruit confus qu'il entendrait, que par quelqu'un de ses gens.

10. Car nul n'osait, ni frapper à la porte, ni entrer dans la chambre du général des Assyriens.

11. Mais les chefs, les capitaines et les principaux officiers de l'armée d'Assyrie étant venus à sa tente, dirent aux officiers de sa chambre :

12. Entrez, et éveillez-le, parce que ces rats sont sortis de leurs trous, et ont osé nous défier au combat.

13. Alors Vagao étant entré dans sa chambre, se tint devant le rideau, et il frappa des

Moabitas admitti in cœtum Israel, tamen in hâc lege permisit dispensari ob insignia alicujus in Israelem merita, qualia fuerunt Achior, qui coram Holoferne Dei erga Israelem providentiam et protectionem publicè erat professus, et dignis encomiis celebrârat. Sic Ruth Moabitis admissa fuit in cœtum Israel, nubensque Booz, facta est avia Davidis indeque Christi. Hanc enim esse Dei mentem responderunt legisperiti vel prophetæ, vel pontifices consulentes Deum per Urim et Tummim, de quibus dixi Exodi 28, 28.
(Corn. à Lap.)

Et appositus est ad populum Israel. Non dubium, quin hoc sanctè et piè ab Achior factum sit. Sed quæret aliquis, utrùm hoc fuerit ei ad salutem necessarium, ut circumcideretur, et incorporaretur populo Israelitico? Respondeo videri quòd non, et colligitur ex capite sexto hujus libri, in quo leguntur seniores filiorum Israel dixisse ad Achior : *Si Deus tecum in medio nostrî, ut sicut placuerit tibi, ita cum tuis omnibus converseris nobiscum.* Ubi ex eo quod dicitur, *sicut placuerit tibi*, colligitur, non fuisse necessarium ad salutem ipsum circumcidi. Certè Naaman Syrus susceptâ fide unius Dei, non est circumcisus, quod haud dubiè ipsi præscripsisset Elisæus, si fuisset necessarium ad salutem. Ratio autem hujus est, quia circumcisio soli populo Israelitico imperata fuit, et ad eos solos pertinebat, sicut et Apostolus ait ad Rom. 3 : *Scimus, quoniam quæcumque lex loquitur, iis qui in lege sunt loquitur.* Interim poterant et alii circumcidi, scilicet qui vellent illi populo incorporari, et proselyti dicebantur, sed non tenebantur, et talis fuit Achior. Si quæras ulteriùs : Quomodò ergo potuissent gentiles sine circumcisione salutem consequi? Dico eodem modo, quo omnes pii veteris Testamenti salvati sunt ante institutam circumcisionem. Nempe vel solâ fide mediatoris, vel etiam per aliquod simul externum sacrificium, vel sacramentum nobis ignotum. (Estius.)

(1) Id est, potentiæ et majestatis Assyriorum; ita vocant Holofernem suum ducem et principem, sicut nos regem vel principem vocamus regiam majestatem, suam celsitudinem, suam excellentiam. (Corn. à Lap.)

(2) Præsidentes aciebus. (Lyranus.)

(3) Qui in unâ acie præsunt mille bellatoribus. (Lyranus.)

(4) Qui familiariùs possunt ingredi cubicula magnorum. (Lyranus.)

(5) Ita ex contemptu vocant etiam Judæos, quasi inermes et imbelles, sed mures hosce mox experti sunt evasisse leones, qui elephantes eorum prosternerent. (Corn. à Lap.)

(6) Adeò enim principes Assyriorum et Persarum servabant suam gravitatem et majestatem, ut non nisi per cortinam loquerentur, darentque responsa, uti etiamnùm faciunt reges Sinarum. Unde Athenæus, lib. 4, cap. 6, ex Heraclide tradit, principes invitatos à rege Persarum ad convivium, in eodem cubiculo cum eo cœnâsse, sed interjecto velo, ita ut ab

fecit manibus suis (1) : suspicabatur enim illum cum Judith dormire.

14. Sed cùm nullum motum jacentis sensu aurium caperet, accessit proximans ad cortinam (2), et elevans eam, vidensque cadaver absque capite Holofernis in suo sanguine tabefactum jacere super terram (3), exclamavit voce magnâ cum fletu (4), et scidit vestimenta sua.

15. Et ingressus tabernaculum Judith, non invenit eam; et exiliit foras ad populum (5),

16. Et dixit : Una mulier Hebræa fecit confusionem (6) in domo regis Nabuchodonosor : ecce enim Holofernes jacet in terrâ, et caput ejus non est in illo.

17. Quod cùm audîssent principes virtutis (7) Assyriorum, sciderunt omnes vestimenta sua, et intolerabilis timor et tremor cecidit super eos, et turbati sunt (8) animi eorum valdè.

18. Et factus est clamor incomparabilis in medio castrorum eorum.

mains, s'imaginant qu'il dormait avec Judith.

14. Mais prêtant l'oreille, et n'entendant aucun mouvement d'un homme qui dort, il s'approcha plus près du rideau ; et le levant, il vit le corps mort d'Holoferne étendu par terre, sans tête, et tout couvert de son sang. Aussitôt il jeta un grand cri avec larmes, et déchira ses vêtements.

15. Puis étant allé à la tente de Judith, et ne l'ayant point trouvée, il sortit devant le peuple, et dit :

16. Une seule femme du peuple hébreu a mis la confusion dans la maison du roi Nabuchodonosor, car voici Holoferne étendu par terre, et sa tête n'est plus avec son corps.

17. Les chefs de l'armée des Assyriens, ayant entendu ces paroles, déchirèrent tous leurs vêtements; ils furent surpris d'une crainte et d'une frayeur extrêmes ; le trouble saisit leurs esprits ;

18. Et tout le camp retentit de cris effroyables.

eis videri non posset, cùm ipse eos facilè videret. (Corn. à Lap.)

(1) Ad excitandum Holofernem, non audens sive tactu, sive facto in auribus clamore illum excitare. Apud Homerum Odyss. Σ, legimus ancillas Penelopen excitaturas, cubiculum ingressas instrepuisse vocibus. (Calmet.)

(2) Foribus tabernaculi introrsùm obductam ; non enim agitur de suppario lecti, quod Juditha abstulerat. Scilicet Vagao accessit sedato atque suspenso gradu, et astitit admotis auribus, ut eo modo aut sermonem captaret colloquentium, aut dormientium ronchos ; sed cùm nihil aurium sensu caperet, velum elevavit, viditque cadaver Holofernis, quod ex lecto Juditha devolverat, et in terram abjecerat, ut subitus aspectus clamorem extorqueret, et turbarentur castra, priusquàm ullum sumi posset pro rerum opportunitate consilium. (Vatablus.)

(3) Græca, *super lectum*, vel lectus hìc erat terra propè lectum, ut habent Græca, v. 16. (Corn. à Lap.)

(4) Pro Domini sui interitu. (Lyranus.)

(5) Exspectantem Holofernis mandatum. (Lyranus.)

(6) Interficiendo militiæ principem. Unde et Abimelech vulneratus à muliere, fecit se interfici per armigerum suum, ne diceretur in ejus opprobrium quòd mulier interfecisset eum, Judic. 9. (Lyranus.)

UNA MULIER HEBRÆA FECIT CONFUSIONEM IN DOMO REGIS, dùm principem occidendo tota castra confudit, perculit, turbavit. Vide hìc prudentiam Judith, quæ caput ducis petiit : eo enim sublato castra tota sustulit. Castra enim sine duce, idem sunt, quod populus sine rege, oves sine pastore, discipuli sine magistro, filii sine patre, cives sine consule. Unde Tarquinius rex Romanus capita papaverum in horto demetens, hoc ipso filio, qui fictè ad Gabinos transfugerat, per nuntium significavit, capita principum Gabinorum esse tollenda : quo facto Gabini quasi acephali se dedidère Tarquinio, teste Livio. Hanc gnomen mysticè doctores applicant D. Virgini, quæ caput draconis infernalis conterens, tota ejus infernalium spirituum agmina pessumdedit. (Corn. à Lap.)

In Græco et Syro ante hæc verba legitur : *Prævaricati sunt servi : fecit confusionem una mulier Hebræa in domo regis*. Nomine *servorum* designantur Israelitæ, quemadmodùm et vers. 12, ubi Vulgata legit : *Mures egressi sunt de cavernis suis;* Græcus verò : *Ausi sunt servi descendere super nos*. Innuit his verbis Bagoas, perfidos servos, structis in dominum insidiis, illum manu feminæ interfecisse. Fortè etiam statim suspicatus est eunuchus, Juditham fores reclusisse Judæo alicui, qui dormientem Holofernem necaverit. (Calmet.)

(7) Id est, exercitûs. (Menochius.)

(8) Propter quod non providerunt sibi de aliquâ defensione, nam turbati minùs prævident, ut dicitur in Elenchis. (Lyranus.)

TRANSLATIO EX GRÆCO.

1. Et dixit ad eos Judith : Audite nunc me, fratres : et tollentes caput hoc, suspendite illud super pinaculum muri vestri. — 2. Et erit, cùm illuxerit aurora, et exiverit sol super terram sumetis unusquisque vasa bellica vestra, et exibitis omnis vis fortis extra civitatem, et dabitis

principem in eos, tanquàm descendentes in campum ad excubias filiorum Assur : et non descendetis. — 3. Et sumentes isti armaturas suas, ibunt ad castra sua, et excitabunt duces virtutis Assur, — et concurrent ad tabernaculum Olophernis et non invenient eum, et irruet super eos timor, et fugient à facie vestrâ. — 4. Et insecuti vos, et omnes habitantes omnem terminum Israel, prosternite eos in viis eorum. — 5. Priusquàm verò faciatis hæc, vocate mihi Achior Armanitem ; ut videns agnoscat eum, qui vilipendebat domum Israel, et ipsum tanquàm ad mortem miserat ad nos. — 6. Et vocaverunt Achior, è domo Oziæ. — Ut autem venit, et vidit caput Olophernis in manu viri unius de ecclesiâ populi, cecidit in faciem, et exsolutus est spiritus ejus. — 7. Ut autem recreârunt eum, procidit ad pedes Judith, et adoravit faciem ejus, et dixit : — Benedicta tu in omni tabernaculo Judâ, et in omni gente ; qui quidem audientes nomen tuum turbabuntur. — 8. Et nunc annuntia mihi quæcumque fecisti in diebus his. Et annuntiavit ei Judith in medio populi omnia quæcumque fecerat faciens, ex quâ die exiit, usque dùm loquebatur eis. — 9. Ut autem cessavit loquens, jubilavit populus voce magnâ, et dedit vocem lætam in civitate suâ : — 10. Videns autem Achior omnia quæcumque fecerat Deus Israel, credidit Deo valdè, et circumcidit carnem præputii sui, et appositus est ad domum Israel usque in diem hanc. — 11. Postquàm verò aurora ascendit, et suspenderunt caput Olophernis è muro, et sumpsit omnis vir Israel arma sua, et exiverunt per spiras ad ascensiones montis. — 12. Filii autem Assur, ut viderunt eos, miserunt ad præfectos suos. Illi autem venerunt ad duces, et ad chiliarchos, et ad omnem principem suum. — 13. Et advenerunt ad tabernaculum Olophernis, et dixerunt ei, qui super omnia illius : — Excita nunc dominum nostrum, quoniam ausi sunt servi descendere super nos ad prælium ; ut exterminentur in finem. — 14. Et intravit Bagoas, et pulsavit aulam tabernaculi : suspicabatur enim dormire illum cum Judith. — 15. Ut autem nemo exaudivit, disjungens intravit in cubiculum, et invenit eum super stratum projectum mortuum, et caput ejus ablatum erat ab eo. — 16. Et clamavit voce magnâ cum ploratu, et fletu, et clamore forti, et discidit vestimenta sua. — 17. Et intravit in tabernaculum, ubi fuit Judith divertens, et non invenit eam. Et prosiliit ad populum — vociferans : — 18. Prævaricati sunt servi : fecit confusionem una mulier Hebræorum in domum regis Nabuchodonosor ; quoniam ecce Olophernes humi, et caput non est super eum. — 19. Ut autem audiverunt verba hæc principes virtutis Assur ; tunicas suas disciderunt, et turbata est anima eorum valdè : — et facta est eorum vociferatio, et clamor magnus valdè in medio castrorum.

COMMENTARIUM.

Primò consilium dat Judith suspendendi è muro capitis Holofernis, et in hostes erumpendi. Eruptionis verò præscribit etiam diligenter tempus, modum, et causam usque ad v. 6. Pro, *exite cum impetu*, Græci legunt δώσετε ἀρχηγὸν εἰς αὐτούς, quod Complutenses vertunt, dabitis principem super eos, id est, priores irruetis, principem impetum dabitis, facietis ut vestrum quilibet primus, et quasi dux sit. *Exploratores* vocat noster τὴν προφυλακήν, quæ etiam supra c. 10, v. 11, similiter vertebatur, cujusmodi hodiè ante castra et satis interdùm procul solent excubare nonnulli, qui minimos hostium motus illicò significent.

Deinde, quemadmodùm ad veram Dei religionem accesserit Achior, explicatur v. 6. Græci, ut supra dixi, hoc loco interserunt, quæ in Latino erant à v. 27, in superiore cap., non quòd velint nunc primò vocatum Achiorem, sed quòd totam de eo narrationem simul edere voluerint. *Vocârunt Achiorem ex Oziæ domo.* Ibi enim, ut dixi c. 6, commorabatur. Videtur verò Judith ipsius jussu, quæ ipsius conversionem, animique salutem percutiebat, vocatus, unde, et ad eum finem, ipsa eum prior suavissimè alloquitur v. 27, cap. superiori, eique caput ostendit, quod ut Græcè additur, erat, *in manu viri unius cujusdam in populi Ecclesiâ*, de quâ cap. 6. Achior verò ista ut vidit, quinque fecit, primò incredibili stupore corruit, penèque tum exanimatus est. Quis enim fieri hoc unquàm posse credidisset ? *Æstuavit anima ejus. Exsolutus est spiritus ejus.* Deinde ubi eum qui aderant, erexerunt et refocillârunt, seque ipse collegit, ad Judith sese pedes abjecit, eamque *adoravit*, eâ politicâ scilicet adoratione, de quâ c. 13, quæst. 3. Tertiò, maximis eadem effert laudibus, v. 31, in quibus paululùm quid habent dissonantiæ Latinus et Græcus ; sententia tamen ambo consonant. Etsi enim Græcus non habet, *quoniam*, neque, *magnificabitur Deus*, neutrum tamen ab eo negatur, et innuitur pro οἵτινες olim ὅτι fuisse : *Benedicta tu in omni*

tabernaculo Juda, et in omni gente, quicumque (οἵ τινες) *audierint nomen tuum conturbabuntur*, admiratione scilicet ac stupore. Sed quartò, in Græcis adjunguntur, quemadmodùm à Judith petierit, enarrari, quidnam illis aliquot diebus apud Assyrios egisset. *Et enarravit ipsi Judith in medio populi omniaque fecisset ab eo die, quo exierat usque ad hoc tempus, quo ipsis loquebatur.* Tum verò *jubilavit voce magnâ populus, et in urbe suâ lætum clamorem dedit.* De *alalagno*, cujus hoc loco meminit Græcus, multa Lipsius de Militiâ lib. 4, dial. 11. Quintò, sese ad veram Dei religionem convertit, et Latinus hoc loco, v. 6, breviter quinque illa indicat, quæ dùm Christi Jesu Domini et Salvatoris nostri fidem homines adulti suscipiunt, notare solent theologi. Primum est quid extrinsecùs tales ad fidem moveat: Achior *videns virtutem quam fecit Deus Israel.* Alterum est, terminus à quo ad fidem veniunt. Varia siquidem impietatis genera sunt, sed duorum maximè, gentilismus sive idololatria et hæresis. Achior itaque *relicto gentilitatis ritu* venit. Tertium, terminus ad quem. *Credidit* Deo, et quia sunt quidam fidei gradus, cum magnâ et modicâ in Scripturis quandoque legatur. Mat. 15, v. 28, c. 16, v. 8; Marc. 9, v. 24; ideò in Græco, hujus fidei actus ab intentione commendatur, *Credidit Deo valdè.* Quartum est initiatio, ut certis videlicet cæremoniis et sacramentis initietur. Hodiè baptismus est; tum circumcisio. Achior ergo *circumcidit carnem præputii sui.* Quintum est communio sanctorum, sive usus et fructus bonorum, quæ in tali Dei Ecclesiâ et societate sunt. Ideòque ipse *appositus est ad populum Israel, et omnis successio generis ejus, usque in hodiernum diem*, ubi duæ quæstiunculæ.

PRIOR QUÆSTIUNCULA.

An ad Judaicum populum aggregari potuerit Achior?

Ammonita erat cap. 5, v. 5. Scriptum verò est Deuter. 23, 3, *Ammonites et Moabites etiam post decimam generationem non intrabunt Ecclesiam Domini in æternum.* Abulensis eum in locum, tripliciter accipi *Ecclesiæ* nomen ait: primò, pro ipsâ populi multitudine et cœtu, prout apud Aristotelem 2 Politicorum accipitur; deindè pro loco sancto; tertiò, pro multitudine, ut ordinem ad rectores habet. *Sicque dicitur*, ait, *aliquis intrare Ecclesiam, cùm in multitudine datur ei aliquod officium vel principatus.* Et postremo isto modo non poterant Ammonitæ ac Moabitæ ad Ecclesiam aggregari, licèt circumcisione initiari, tabernaculi atrium subire, in eo victimas offerre ac edere, Israelitarum instar, possent. Potuit igitur ad Judaicum populum Achior aggregari, licèt magistratum in eo gerere nullum posset. D. Thomas 1-3, quæst. 105, art. 3, nullam ait gentem à Dei cultu et iis quæ ad animæ salutem spectant, exclusam; sed eos, ne primo quidem modo in Ecclesiam, qui ex Ammonitarum et Moabitarum gentibus essent, ita videlicet, ut cives forent, civiumque commodis et beneficiis uterentur, ordinariâ lege admitti potuisse censet, verùm extraordinariâ tantùm et privilegio aliquo; sicque Achiorem admissum. Ita enim ad primùm, « in temporalibus quantùm ad ea, quæ pertinebant ad « communitatem populi, non statim quidlibet « admittebatur, sed quidam in tertiâ genera« tione, scilicet Ægypti et Idumæi. Alii verò « perpetuò excludebantur in detestationem « culpæ præteritæ; sicut Moabitæ et Ammo« nitæ, et Amalecitæ. Sicut enim punitur « unus homo propter peccatum quod commi« sit, ut alii videntes timeant, et peccare de« sistant; ita etiam propter aliquod pecca« tum gens vel civitas potest puniri, ut alii à « simili peccato abstineant. Poterat tamen « dispensativè aliquis in collegium populi ad« mitti, propter aliquem virtutis actum sicut « Judith 14, dicitur, quòd Achior dux filio« rum Ammon appositus est ad populum Israel, « et omnis successio generis ejus. Et similiter « Ruth Moabitis, quæ mulier virtutis erat, « licèt possit dici, quòd illa prohibitio exten« debatur ad viros, non ad mulieres, quibus « non competit simpliciter esse cives. » Et sanè hoc privilegium non eò tantùm porrigendum, ut è vulgarium civium numero esset, verùm etiam ut omnes populi honores gerere posset. Qui enim Ammonitarum dux tam potens, honoratus et magnus, uti dictum c. 5, fuisset, qui de Judæis, in Holofernæ omniumque ipsius principum conspectu, tam honorificè amplèque dixisset, ipsorum Deo illustre adeò splendidumque testimonium dedisset cap. 13, vers. 27, quomodò à Judæis tam despiceretur, ut omnis ei ad omnem dignitatem aditus præcluderetur? Si priva ei lex, quoad hoc, ut civis fieret, dari potuit, cur non etiam, ut civis honoratus? Ideòque sive Abulensem, sive Aquinatem sequamur, privilegio convenientissimè semper locus est. Calvinus in Exodum commentans, in præcepti primi explicatione, neutrum illum qui voluit; sed ita ut more suo, nihil afferret

melius. Per *ecclesiam* enim, vult intelligi *sacros populi conventus*, ita ut in tabernaculum, templum et synagogas, tum quidem populus convenisset, neque sacrificiorum, neque precum faciendarum, neque demùm legis audiendæ causâ, introire possent. At qui viris bonis sacri fuisset? Quid quàm gentilis plus penè, in templo vel synagogâ, loci habuissent? Et tamen, etiamsi res ita fuisset, ne præcipuâ quâdam conditione foret Achior, privilegioque ornaretur, nihil obstabat.

POSTERIOR QUÆSTIUNCULA.

An apud Judæos manserit Achior, et quid nos doceat?

Fieri potuisset, ut Judaico cultu et circumcisione initiaretur; posteaquàm tamen debellatum esset, non gentilitatem sed in Ammonitidem reverteretur, idemque viri boni officio fungeretur. Textus tamen apud Judæos mansisse satis docet, quando non id tantùm ait, quod Græcus asserit, *appositum eum ad populum Israel;* sed *omnem* etiam *generis successionem.* Indicatur enim vel priorem ad se uxorem vocâsse, vel apud Judæos aliam duxisse, ex eâque liberos, qui sacra eadem secuti sint, procreâsse, idque non uno vel altero anno, sed pluribus. Nam vel ipse libelli hujus auctor, vel alius postea quispiam, ut prolegom. altero monitum, eam ob causam adjecit, *usque in hodiernum diem.* Atque hìc vides, quàm verè Achioris nomen, quod, ut cap. 5 dixi, est *lucis frater,* acceperit. Vera enim lux ei jam oborta, depulsis omnibus gentilismi tenebris. Judæus ex Abraham progenitus erat: Ammonita ex Loth. Ille in luce, imò et lux quædam erat; iste in tenebris, et quædam tenebræ. Ad illum se iste contulit, lucisque veram fraternitatem adit, figuram gerens eorum, qui ad Ecclesiam Christianam accedunt, Gentilium. Sumus enim omnes homines fratres, quoad *carnem,* sed non quoad *lucem.* Ac verum è falso cultum qui transeunt, Achiores fiunt, lucis fratres, imò et summæ lucis, quæ Deus est, filii, eamdem cum aliis omnibus hæreditatem adituri. Sunt verò in eodem Achiore duo notanda. Unum, tanta ejus et tam incensa fides, ut unum hoc ubi miraculum vidit, illicò superstitiones pristinas omnes abjecerit. Neque eum remorata est pristinarum opum dignitatis cupiditas? inferior, quam veluti alienigena, in alio populo, subibat conditio. Etsi enim civitatis et capessendorum magistratuum privilegium ei concessum, ejus tamen dùm nocte hàc, veram profiteri fidem cœpit, incertus erat. Alterum, quod in suscepto fide constans deinceps fuerit; in eâ proles ipse suas educârit et instituerit, et quidem ita, ut ipsæ deinceps eamdem semper, quod quidem constet fidem retinuerint. Adjiciam et illud, miram esse hic Dei considerandam benignitatem, qui parvas, inchoatas et adumbratas quasdam hominum virtutes, suâ ipse gratiâ magnas, perfectas et veras tandem efficit, qui, quæ homines veluti mala summa nobis vel inferebant, vel minabantur, ea in æternam animorum nostrorum salutem convertit. Quantum Achioris capiti periculum erat, dùm ex Assyriorum castris, Bethuliam, in funestissimum veluti carcerem, ubi ad necem tantisper custodiretur, ejectus et contrusus est! Sed hoc totum sempiternam ipsius animo lucem, immortalis regni hæreditatem verissimam felicitatem attulit. Hæc peccatoribus, non paucis, hæreticis, et idololatris ad pœnitudinem, resipiscentiam, Christique Domini doctrinam compendiaria sæpè via exstitit. Legatur de Burgundionibus ad Christum venientibus Socrates lib. 7, c. 30, de Clodoveo Francorum rege Gregorius Turon. l. 2, c. 30 et 31, apud Bedam S. Vedasti historia, de Adado Ætiopum rege, Paulus diaconus l. 16, de Heduino Northanimbrorum rege, vide Beda lib. 2 Histor. cap. 6, et sequent. de Cedualda Gevisorum rege; idem Beda lib. 5, cap. 7, de Olhâ Bogoris Bulgarorum regis sorore Zonaras et Cedren. Nam et ea, cùm Constantinopoli capta teneretur, fonte sacro lustrata est, tandemque domum reversa, plurimis, et quidem suo ipsius fratri, religionis ejusdem amplectendæ auctor fuit. Quid et duodecim illi adolescentes, qui nobilissimorum Saxonum filii, cùm obsides Carolo Magno dati essent, per eam occasionem cœlestium bonorum, à se Burchardo Herbipolensi episcopo, pignore donati sunt? ut quidem etiam, Catholicis valdè iniquus, scribit Centuria 13, cap. 57, Balæus.

Tertium est executio ejus, quod Judith dederat, consilii. Suspensum nefarium illud caput est, et cur armis, foras eo tempore et modo eruptum, quod illa præscripserat. Ideòque et effectus ex animi planè sententiâ consecutus. Nam primò, qui facto contra erumpentes Judæos opus esset, Holofernem interrogaturi ad ejus tentorium Assyriorum duces venerunt, et quidem suæ ipsorum calamitatis ignari, per irrisionem et contemptum

maximum : *Egressi*, aiebant, *mures de cavernis suis*, prorsùs ut illi olim Philisthæi, 1 Reg. 14, v. 11 : *En Hebræi egrediuntur de cavernis, in quibus absconditi fuerant.* At isti mures vobis, ô Assyrii, non ita multò post, leones erunt. Vos magni vastique Nabuchodonosoriana superbia elephanti, mures istos haud feretis. Græcus aliud etiam extremæ despicientiæ vocabulum posuit : *Ausi sunt servi ad nos descendere*, et quidem, *ad bellum ut averruncentur*, videlicet *penitùs.* Cur verò in Holofernis, exemplo, cubiculum non intrârint, causa redditur, vers. 10, quòd eum in locum, ubi *virtus Assyriorum*, id est, rex vel ab eo summus dux cubaret, ingredi nemo auderet. In Sardanapalo pulchrè id exponit lib. 2 Diodorus, idemque suis postea moribus probârunt Medi, ut in Dejoce ait lib. 1 Herodotus, et Persæ apud eumdem lib. 3. Postea, qui à cubiculo ipsi Holoferni erat, summusque rerum ipsius omnium præfectus, Bagoas *stetit ante cortinam, et plausum fecit manibus suis, ut illum excitaret.* Complutenses legunt, ἔκρουσε τὴν αὐλὴν τῆς σκηνῆς, et vertunt, *pulsavit aulam tabernaculi;* alius, *pulsavit atrium tabernaculi.* Romanus codex, τὴν αὐλαίαν habet, ut peristromata videlicet, variosque tapetes, quibus circumquaque septum et exornatum cubiculum erat, concusserit, et ante lecti cortinas steterit, manibusque comploserit. Nam in Exodi Græco textu, sæpiùs tabernaculi αὐλαίας legere est. Tandem suo in sanguine jacens truncum cadaver vidit, horrendumque contra Judith vociferari, et Holofernem suum lamentari cœpit, vers. 14, 15, subitòque fuit vestium scissio, de quo in Esther, et immanis

Ubique
Luctus, ubique pavor et plurima mortis imago.

CAPUT XV.

1. Cùmque omnis exercitus decollatum Holofernem audîsset, fugit mens (1) et consilium ab eis, et solo tremore et metu agitati, fugæ præsidium sumunt (2),

2. Ita ut nullus loqueretur cum proximo suo (3), sed inclinato capite, re-

CHAPITRE XV.

1. La nouvelle qu'Holoferne avait eu la tête coupée, s'étant répandue dans toute l'armée, ils se trouvèrent tous consternés, sans savoir quel conseil prendre; et poussés par la seule frayeur dont ils étaient saisis, ils ne pensaient qu'à chercher leur salut dans la fuite ;

2. De sorte que nul ne parlait à son com-

(1) Ἐξέστησαν, *quasi extra se fuêre ex admiratione.* Frequens vox apud interpretes veteris Testamenti, et in novo, ut Matth. 15, 23, Marci 2, 12, 5, 42, 6, et alibi. (Grotius.)

(2) Il ne faut pas regarder cette frayeur comme si elle n'avait été que naturelle. Il est vrai que la surprise où ils furent, en voyant leur général mort et sans tête, était capable de les étourdir d'abord. Mais pour peu qu'ils eussent fait de réflexion sur l'état où se trouvait Béthulie, ils auraient pu, en suivant les ordres du principal commandant, prendre aisément cette ville, qui selon la nécessité présente se serait rendue au bout de deux jours. Il paraît donc que ce fut Dieu même qui leur ôta tout d'un coup *et l'esprit et le conseil*, en sorte qu'ils se trouvèrent hors d'état de délibérer sur ce qu'ils avaient à faire, et qui imprima au fond de leurs cœurs un saisissement et une terreur panique, qui les fit fuir comme des moutons devant les Hébreux. Ainsi ce fut une chose vraiment étonnante de voir une armée si redoutable de barbares, poursuivie et taillée en pièces par un petit nombre de gens affaiblis par la faim et par la soif, qu'ils traitaient un moment auparavant avec le dernier mépris, en les appelant *des rats qui étaient sortis de leurs trous, et qui avaient eu la hardiesse de les appeler au combat.*

Si ces exemples ne sont pas capables d'abaisser l'élèvement des hommes superbes et des puissants de la terre, et s'ils ne leur donnent l'idée véritable qu'ils doivent avoir, tant de la grandeur de Dieu, que de la faiblesse et du néant de tous les hommes, il faut avouer que c'est un effet presque inconcevable de l'aveuglement que produit en eux ce même orgueil. Mais si ces mêmes exemples n'ont pas la force de soutenir la faiblesse des petits dans l'extrémité des plus grands périls, c'est une preuve qu'ils ont sans comparaison moins de foi et moins de courage qu'une femme, et qu'ils mettent leur confiance, non en Dieu, mais dans eux-mêmes.

Que nul homme ne s'assure donc présomptueusement sur ses forces, lorsqu'il considère que cet Holoferne, qui s'était vanté de faire connaître à Achior *qu'il n'y avait point d'autre dieu dans toute la terre que Nabuchodonosor, et d'exterminer tous les Juifs comme un seul homme,* fut tué par une femme, et que la multitude innombrable de ses troupes fuyait elle-même comme un seul homme de devant la face de ces mêmes Juifs. Mais que nul homme ne s'abatte aussi et ne tombe dans le découragement à la vue de ses ennemis, quelque redoutables qu'ils lui paraissent, lorsqu'il envisage ce secours inespéré et miraculeux que la main faible de Judith, affermie divinement par le bras du Tout-Puissant, procura à tout son peuple. L'orgueil des uns et la défiance des autres blessent presque également le pouvoir et la majesté de Dieu. Et il ne nous est pas plus permis de lui dérober par nos défiances ce pouvoir suprême qu'il a de nous délivrer de la puissance de nos ennemis, que de nous attribuer à nous-mêmes un pouvoir qui n'appartient qu'à lui seul. (Sacy.)

(3) Græcus : *Non fuit homo manens ad faciem proximi ultra, sed effusi unanimiter fugie-*

lictis omnibus, evadere festinabant Hebræos, quos armatos super se venire audiebant, fugientes per vias camporum et semitas collium (1).

3. Videntes itaque filii Israel (2) fugientes, secuti sunt eos. Descenderuntque clangentes tubis, et ululantes post ipsos.

4. Et quoniam Assyrii non adunati, in fugam ibant præcipites, filii autem Israel uno agmine persequentes, debilitabant omnes quos invenire potuissent.

5. Misit itaque Ozias nuntios per omnes civitates (3) et regiones Israel.

6. Omnis itaque regio omnisque urbs, electam juventutem armatam misit post eos, et persecuti sunt eos in ore gladii, quousque pervenirent ad extremitatem finium suorum (4).

7. Reliqui autem qui erant in Bethuliâ, ingressi sunt castra Assyriorum, et prædam quam fugientes Assyrii reliquerant, abstulerunt, et onustati sunt valdè.

8. Hi verò qui victores reversi sunt (5) ad Bethuliam, omnia quæ erant illorum

pagnon ; mais tous baissant la tête et quittant tout, se hâtaient d'échapper aux Hébreux qu'ils entendaient venir pour fondre sur eux les armes à la main ; et ils fuyaient çà et là par les chemins de la campagne et par les sentiers des collines.

3. Les Israélites les voyant donc fuir, les poursuivirent, et descendirent des montagnes, sonnant des trompettes, et jetant de grands cris après eux.

4. Et comme les Assyriens ne marchaient point en corps, chacun se hâtait de fuir où il pouvait : les Israélites au contraire les poursuivant tous ensemble et en bon ordre, taillaient en pièces tout ce qu'ils rencontraient.

5. Ozias envoya donc porter cette nouvelle dans toutes les villes et dans toutes les provinces d'Israël.

6. Ainsi chaque ville et chaque province ayant choisi les plus braves d'entre les jeunes gens, leur fit prendre les armes, et les envoya après les Assyriens; ils les poursuivirent jusqu'aux extrémités des confins de leur pays, passant au fil de l'épée tout ce qu'ils trouvaient.

7. Cependant ceux qui étaient restés à Béthulie entrèrent dans le camp des Assyriens, d'où ils emportèrent tout le butin que les Assyriens avaient laissé dans leur fuite, et ils en revinrent tout chargés.

8. Mais ceux qui, après avoir battu et poursuivi les ennemis, revinrent à Béthulie, em-

bant super omnem viam campi, et montanæ; et qui castrametati erant in montana in circuitu Bethuliæ, versi sunt in fugam. Moabitæ scilicet ac Idumæi, qui montium cacumina occupaverant, ut observarent propugnatores Bethuliæ, in fugam cum cæteris abierunt. (Calmet.)

Panicus sanè hìc terror, sed Numinis providentiâ multùm auctus. Nec tamen adunati fugiebant, sed sociis quoque suis diffisi, singulares et dispersi, atque ita opportuni injuriæ, palantes horsùm istorsùm sine ordine ferebantur, nulloque negotio passim cædebantur. Porrò quantùm terroris soleat inopina cædes ducis afferre, etiam integris ac potentibus castris, docuit caput Asdrubalis à Romano consule resectum, et ante stationes Annibalis fratris ejus projectum. Item Halis Bassæ in nobilissimâ Joannis Austriaci, ad Naupactum victoriâ, desectum et malo navis præfixum caput, ut graphicè describit Joannes Baptista Lambertinus in fine sui theatri regum Hispaniæ. (Tirinus.)

In Græco : Καὶ οὐκ ἦν ἄνθρωπος ὃς μένων κατὰ τὸ πρόσωπον ἔτι τοῦ πλησίου αὐτοῦ, *et non erat homo manens coram proximo suo.* Sibi quisque consulebat.

(1) In Græco additur : Κύκλῳ Βετυλούα, *circùm Bethuliam.* Idem loquendi genus Matth. 6, 36 Lucæ, 9, 12, Roman. 15, 19. Sic vertitur הקיף Josuæ 6, 3, סביב plurimis in locis. Est alioqui vox κύκλῳ in hoc sensu etiam purioribus Græcis usurpata, ut Aristophani, Xenophonti, Aristoteli. (Grotius.)

(2) Græcus brevior est, cùm pro totis versiculis 3 et 4 ferat : *Et tunc omnis vir bellator ex Israel effuderunt se super eos.* (Calmet.)

(3) Græcus exprimit urbes Bæthomastæm, facilè Bethsames, Chobai, vel Cocab, et Chola. Codices quidam addunt Bebai. Loca sunt hæc ignota, quæ nec Syrus, nec Vulgata legit. (Calmet.)

(4) Græcus et Syrus : *Cædebant eos usque Choba, similiter autem et pui de Jerusalem advenerant, et ex omni montanâ; annuntiaverunt enim eis quæ facta erant castris inimicorum suorum. Et qui in Galaad, et qui in Galilæâ, dissipaverunt eos plagâ magnâ, quoadusque prætererunt Damascum, et fines ejus.* Cùm exercitus Holofernis ingens esset, et palam fugeret sine duce in regione incognitâ et hostili, hinc collige quanta fuerit cædes. (Calmet.)

(5) Græcus nonnihil discrepat : *Filii Israel revertentes à cæde, prædati sunt quæ cives Bethuliæ non collegerant. Pagi et villæ in montanâ et campestri, obtinuerunt multa spolia; erat enim multitudo plurima valdè.* Cives Be-

attulerunt secum, ita ut non esset numerus in pecoribus et jumentis, et universis mobilibus eorum, ut à minimo usque ad maximum omnes divites fierent de prædationibus eorum.

9. Joacim autem, summus pontifex, de Jerusalem venit in Bethuliam cum universis presbyteris suis (1), ut videret Judith (2).

10. Quæ cùm exiisset ad illum, benedixerunt (3) eam omnes unà voce, dicentes : Tu gloria Jerusalem, tu lætitia Israel, tu honorificentia populi nostri :

11. Quia fecisti viriliter (4), et confortatum est cor tuum, eò quòd castitatem

menèrent avec eux tout ce qui avait été aux Assyriens, les troupeaux, les bestiaux, et toutes les richesses de leur bagage et de leur équipage, qui étaient sans nombre, en sorte que tous s'enrichirent, depuis le plus petit jusqu'au plus grand.

9. Or Joacim, grand pontife, vint de Jérusalem à Béthulie avec tous les anciens, pour voir Judith,

10. Laquelle sortit au-devant de lui. Et ils la bénirent tout d'une voix, en disant : Vous êtes la gloire de Jérusalem, vous êtes la joie d'Israël, vous êtes l'honneur de notre peuple ;

11. Car vous avez agi avec un courage mâle ; et votre cœur s'est affermi, parce que

thuliæ totam colligere castrorum prædam non potuerunt, relictis quæ raperent illis qui è cæde revertebantur. (Calmet.)

(1) Græcus : *Et senatus filiorum Israel.* Indicari hìc videtur celebre Hierosolymæ sanhedrium, de quo ab aliquibus exponitur textus. Sed alibi demonstravimus, senatum hunc posteriorem esse captivitate Babylonicâ ; adeòque hic locus de primis Hierosolymæ judicibus, vel de senioribus populi, qui tunc in metropoli considebant, vel denique de viris inter Sacerdotes principibus accipiendus est. (Calmet.)

(2) Græcus editionis Romanæ : *Ad spectandum bona quæ fecerat Dominus Israeli, ad videndam Judith, et loquendum cum eâ pacem,* vel ad illam salutandam. Editio Complutensis : *Venerunt ad fundanda bona quæ fecerat Dominus Israeli*, etc. Syrus præterea legit : *Venerunt ad salutandum Judith.* Lectio editionis Romanæ æquior videtur. (Calmet.)

Cum presbyteris, id est, cum senatu Jerosolymitano. Id enim vox Græca significat γερουσίας. Manifestum est autem ex hoc loco historiam hanc contigisse tempore Joacim, summi sacerdotis. Quis autem fuerit iste Joacim, non satis convenit inter interpretes. Qui enim putant accidisse hanc historiam tempore Cambysis filii Cyri regis Persarum, et per consequens tempore Josue filii Josedech sacerdotis magni, bifariàm istud exponunt de Joacim. Alii dicunt filium fuisse ad tempus in summo sacerdotio patris vicarium, patre videlicet absente propter negotia publica. Sed contra facit, quòd nullâ consuetudine receptum sit, ut vicarius regis aut summi pontificis vocetur rex aut summus pontifex, hic autem Joacim non semel, sed sæpiùs summus pontifex vocatur. Alii igitur dicunt, Josue alio nomine etiam dictum fuisse Joacim. Sed et hoc Joacim, qui c. 4, v. 11, *Eliachim summus pontifex*, cum universis presbyteris, seu senioribus, fortè qui de Sanedrim erant, nam Græcus dicit : Cum Jerosolymitano senatu venit ut videret Judith, simulque ei de victoriâ gratularetur : ipsam etiam Jerosolymam deduceret ad publicas in sacratissimo Israelis loco gratias Deo agendas, ut dicitur c. seq., v. 22, nempe post collecta divisaque Assyriorum spolia, quæ cùm plurima essent, utpote ex plurium ditissimarum urbium, imò provinciarum et regnorum, opibus in unum corrasa, totos triginta dies occupârant Judæos. Quibus exactis, Jerosolymam itum est eo apparatu et pompâ quam noster v. ult. breviter perstringit, sed Græcus fusiùs exponit : *Concurrerunt*, inquit, *omnes feminæ Judææ, et fecerunt ipsi Judithæ*, seu in honorem Judithæ, *choros* triumphales, *coronantes tam ipsam quàm abram ejus, coronis oleaginis;* reliquæ verò matronæ et puellæ cum *thyrsis in manibus*, præeuntem *Juditham sequentes ducebant choreas cum organis et citharis, et sequebantur omnes viri armati*, *coronis* redimiti, *hymnos* concinentes, etc. Ubi figuram habes processionum à Christianis institui solitarum, cum aliquâ etiam vestium, florum, ramorum, musicæ, cereorum, subinde et armorum et chorearum pompâ. Debent enim Creatori laudando creaturæ omnes, quoquo modo fieri potest, subservire. De oleaginis coronis multa Petrus Faber. De thyrsis Josephus : « Apud « Judæos lex est, quemlibet in scœnopeiâ, « thyrsos (seu ramos) ex palmis et citriis ha« bere. » Et horum meminit lib. 2 Esd. c. 8, v. 16. Et Baccho consecrati erant à gentilibus, teste Virgilio, Dionysio et aliis ; et inde proverbium : *Thyrsigeri multi*, *Bacchi pauci.*

Nota solemnem hanc et festivam processionem Judithæ Jerosolymam cum celebri tum mulierum, tum virorum comitatu, non hâc solâ vice, sed quotannis deinceps, imò sæpiùs quotannis, iterari consuevisse, ut dicitur cap. seq., v. 27. (Tirinus.)

(3) Imprecantes sibi bona spiritualia, pro virtutis suæ famâ. Ideò subditur :

Tu gloria. Nam divinum cultum qui erat in Jerusalem, de quo summè gloriabantur Judæi, conservaverat, interficiendo Holofernem, qui ipsum destruere intendebat, ut patet ex supra dictis, c. 3 et 4.

Tu lætitia Israel, effectivè.

Tu honorificentia, similiter : nam interficiendo Holofernem, dederat populo Israel honoris et lætitiæ materiam. (Lyranus.)

(4) Quasi virago, et femina super feminas, imò quasi vir viros omnes superans. (Corn. à Lap.)

amaveris (1), et post virum tuum alterum nescieris : ideò et manus Domini confortavit te, et ideò eris benedicta in æternum.

12. Et dixit omnis populus : Fiat, fiat.

13. Per dies autem triginta, vix collecta sunt spolia Assyriorum (2) à populo Israel.

14. Porrò autem universa quæ Holofernis peculiaria fuisse probata sunt, dederunt Judith (3) in auro et argento, et

vous avez aimé la chasteté, et qu'après votre mari vous n'en avez point connu d'autre. C'est pour cela que la main du Seigneur vous a fortifiée, et que vous serez bénie éternellement.

12. Tout le peuple répondit : Ainsi soit-il, ainsi soit il.

13. Trente jours suffirent à peine au peuple d'Israël pour recueillir toutes les dépouilles des Assyriens.

14. Et tout ce qu'on put reconnaître qu'Holoferne avait possédé en or, en argent, en

(1) Castitas ergo fuit causa fortitudinis Judith, idque primò quia castitas roborat corpus et animum. Undè olim athletæ in olympicis certaturi castos planè se servabant, ut integras ad palæstram vires afferrent, 1 Cor. 9, 24. Luxuria enim spiritus nobilissimos, ideòque robur et vires effundit et exhaurit. Secundò, quia Deus hoc præmium fortitudinis dare solet castis, ac omninò dedit Judith, fortitudinem, inquam, tum corporis, tum animi ad magna audendum : Deus enim qui spiritus est purissimus, singulariter amat puritatem et castitatem, ac puros et castos, quasi sibi similes, ad magna destinat. Audi sanctum Hieronymum, præfatione in Judith : « Accipite Judith viduam castitatis exemplum, « et triumphali laude perpetuis eam præconiis « declarate. Hanc enim non solùm feminis, sed « et viris imitabilem dedit, qui castitatis ejus « remunerator, virtutem ei talem tribuit, ut « invictum omnibus hominibus vinceret, et « insuperabilem superaret. » Tertiò, quia decebat luxuriosum Holofernem à castâ Judith superari, ut castitas de luxuriâ triumpharet. Undè Prudentius in Psychomachiâ pudicitiam cum libidine duellantem eleganter per Judith de Holoferne triumphantem ita depingit :

Assyrium postquàm thalamum, cervixque Holofernis
Cæsa, cupidineo madefactum sanguine lavit;
Gemmatumque thorum mœchi ducis aspera Judith
Sprevit, et incertos compescuit ense furores :
Famosum mulier referens ex hoste trophæum
Non trepidante manu, vindex mea cœlitùs audax.

Porrò eximia fuit castitas Judith, ideòque eximium hoc meruit præmium et trophæum. Ipsa enim erat in flore juventutis vidua opulenta, carens liberis, ut patebit cap. sequent. v. 28, speciosa, honorata, gloriosa ob tantam victoriam ; quare omnes etiam duces et principes eam ambiebant sponsam : verùm ipsa castitatis amans hæc omnia despexit, mansitque cælebs usque ad mortem ; quare nobiliùs et gloriosiùs de carne et mundo, quàm de Holoferne triumphavit. Audi S. Ambr. lib. de Viduis : « Nec his tamen elata successibus, « cui utique gaudere et exultare licebat, jure « victoriæ viduitatis reliquit officium ; sed « contemptis omnibus qui ejus nuptias am« biebant, vestem jucunditatis deposuit, vi« duitatis resumpsit; nec triumphorum suo« rum amavit ornatus illos existimans esse « meliores quibus vitia corporis, quàm quibus « hostium arma vincuntur. » (Corn. a Lap.)

Eo quod castitatem amaveris, etc. Desunt hæc verba in Græco et Syro. Quanquàm viduitas et cælibatus in pretio per se non erant apud Hebræos, castitas tamen et continentia eò pluris æstimabantur, quò erant rariores. Nunquàm non laudabile fuit viduæ continere se, ne leviter nimis ad secundas nuptias transiret. Apud Romanos, virgini par habebatur vidua quæ marito, post prioris viri obitum, abstinebat. (Calmet.)

Duo occurrunt hìc notanda : primum, quòd factum tam egregium et virile Judithæ tribuat summus sacerdos merito castitatis ejus (intelligit autem castitatem vidualem). Unde patet, non solùm virginalem castitatem, sed etiam vidualem esse magni meriti apud Deum, licet minoris meriti sit quàm castitas virginalis. Alterum verò, quod hinc discimus, est, ut observemus Judith quoque ex eo laudari, quòd post primum virum suum, alterum nescierit. Ex quo patet, non solùm tempore novi Testamenti commendari viduas quæ ad secundas nuptias non transeunt, verùm etiam tales fuisse commendabiles tempore veteris Testamenti. Unde nullo modo recipiendum videtur apocryphum illud de sanctâ Annâ matre Deiparæ Virginis, in quo traditur eam tribus maritis vicissim fuisse copulatam, sed potiùs id esse rejiciendum, tanquàm tam sanctâ muliere indignum. (Estius.)

(2) Minùs credibilia ferre Græcus videtur : *Spoliavit omnis populus castra per dies triginta.* Credibile est, castra quidem minori dierum spatio direpta fuisse; sed integro mense non defuisse aliquid surripiendum ex iis quæ diligentiam priorum effugerant. Syrus pro triginta legit tres. Castra Assyriorum vastissima erant, et variè per loca plura distributa : copiarum pars obsederat montes; aliæ per agrum insederant; vix enim tantus exercitus aliter subsistere potuisset. Qui primi venerant ad prædam, in tumultu et festinanter collegerant. Festinantibus autem multa negliguntur, seponuntur plura, quæ sedulò colliguntur cùm minor est spoliorum copia et festinatio. Integro mense dilata fuit prædæ distributio. Omnia interim conferebantur Bethuliam, æquis portionibus in populum distribuenda, juxta latas belli leges. (Calmet.)

(3) Dederunt Judithæ, ait Græcus, *tabernaculum Holofernis, et omnem argenteam supellectilem, et lectos, et pelvem, et omne vasarium ejus. Et accipiens ipsa, imposuit super mulam suam, et junxit plaustra sua, et coacervavit ea super illa. Et concurrit omnis mulier Israel ad videndam eam, et benedixerunt eam, et fecerunt*

vestibus et gemmis, et omni supellectili, et tradita sunt omnia illi à populo.

15. Et omnes populi gaudebant, cum mulieribus et virginibus et juvenibus (1), in organis et citharis (2).

habillements, en pierreries, et en toute sorte de meubles, fut donné à Judith par le peuple.

15. Et tous les hommes, les femmes, les jeunes filles, et les jeunes gens étaient dans des transports de joie qu'ils témoignaient par le son des harpes et des autres instruments de musique.

ei chorum ex se. Judith sumpsit thyrsos in manibus suis, et dedit mulieribus quæ secum, et coronatæ sunt olivâ, ipsa et quæ cum ipsâ. Et præivit omnem populum in choreâ, ducens omnes mulieres; et sequebatur omnis vir Israel armati cum coronis et hymnis in ore suo. Is fuit triumphus et præmium Judithæ. Syrus fert, datum fuisse Judithæ *tabernaculum, lectum, universum instrumentum, et jumenta Holofernis.* Addit, selectam à Judithâ manum mulierum coactâque cantatricum choreâ, tradidisse illam singulis ramos virides, quos manibus gestarent, et ramos oleæ, quibus corollas sibi texerent. (Calmet.)

(1) Hic versiculus in Græco deest, in quo nihil de adolescentibus et puellis, ad celebritatem coactis, nec de musicis instrumentis, quæ pulsabantur. Textus apertè horum meminit capite sequenti, v. 2; scimus autem, nunquàm hæc in ejusmodi gaudii significationibus defuisse. Rami virentes non semel recurrunt in Scripturâ. Solemni ritu gerebantur; geruntque adhuc Judæi in synagogis, festum tabernaculorum celebrantes. Agit Plutarchus de hujusmodi Judæorum festis, quibus templum suum ingrediuntur, frondosos ramos manibus tenentes. Purgato per Judam Machabæum templo, quod ministri Antiochi Epiphanis polluerant, illi plaudens populus obviàm venit, thyrsos ramosque palmarium, cæterarumque arborum virentium ferens. Pari lætitiæ significatione Jesus Christus veniens Hierosolymam exceptus est. Agens de Judæis Tacitus : « Liberum patrem, ait, coli domito« rem Orientis quidam suspicati sunt, quia « sacerdotes eorum tibiâ tympanisque conci« nebant, hederâ vinciebantur, » thyrsos nempè hederâ indutos gerebant. Græcus hìc utitur voce *thyrsos*. Est autem thyrsus virga, hederâ vel foliis ornata. Usus tympanorum, musicorum instrumentorum, choreæ cantûsque, cùm læta quædam festa celebrarentur, nunquàm non se offert in Scripturâ. Sed licentiam et scurrilitatem, quæ profanas choreas vitiant, nunquàm non vehementer utrumque Testamentum reprehendit.

Coronæ, ex ramis oleæ præsertim, et pro feminis, raræ sunt adeò, ut unicum hoc illarum exemplum apud Hebræos legatur. Triumpho tamen Judithæ nulla erat aptior corona, utpote ex arbore fausti ominis, cujus erat usus diebus lætis :

...... *Ramo felicis olivæ;*

ubi Servius : *Olivæ arboris festæ.* Nec aberat olim à triumphis. In ludo quodam Græcorum, in quo feminæ cursu sese exercebant, oleæ corona præmium erat victricis. (Calmet.)

(2) Græca uberiùs habent : *Et concurrit omnis mulier Israel ad videndam eam, et fecerunt ei chorum ex se; et sumpsit thyrsos in manibus suis, et dedit mulieribus quæ secum, et coronatæ sunt olivâ, ipsa, et quæ cum ipsâ. Et præivit omnem populum in choreâ, ducens omnes mulieres; et sequebantur omnis vir Israel armati cum coronis et hymnis in ore suo.* Pro *coronatæ sunt,* Complutenses habent, *coronârunt eam coronâ olivæ*, id est, oleaginâ. Thyrsi sunt rami palmarum, citriorum, etc. Audi Joseph. 13 Antiq. cap. 21 : « Apud Judæos lex est « quemlibet in scenopegiâ thyrsos (ramos) ex « palmis et citriis gestare. » Gentiles thyrsos dicabant Baccho. Erat autem apud eos θύρσος hasta frondibus, præsertim ex vite vestita; quam quatiebant in sacris Bacchi, vel corona ex eisdem. Unde Virgil. Eclog. 5 :

Instituit Daphnis thyrsos inducere Baccho,
Et foliis lentas intexere mollibus hastas;

ibi per lentas hastas intelligit thyrsos. Unde Proverbium :

Multos thyrsigeros, paucos est cernere Bacchos.

Bacchus enim erat thyrsigerus. Hinc et Tacitus : « Messalina, inquit, crine fluxo thyrsum « quatiens; » Et Diodorus scribit, Dionysium in exercitu habuisse mulieres thyrsis armatas. Macrobius quoque ait Liberum patrem (Bacchum) tenere thyrsum, quod est latens telum, vel hasta aculeata, cujus mucro hederâ lambente protegitur. Hoc rectè adaptes Judithæ, quæ acinacem Holofernis in ipsummet distrinxit, itàque eum ebrium quasi Bacchum occidit, ac de ebrietate et ebriis triumphavit. Coronam ergo thyrsiam merebatur, meritamque gestabat, quæ eamdem Baccho, id est, Holoferni ebrio eripuit.

Nota hanc solemnem triumphi processionem et pompam Judithæ quotannis datam et renovatam fuisse cum ingenti virorum et mulierum comitatu, ut patebit c. seq. v. 27.

TRANSLATIO EX GRÆCO.

1. Et ut audiverunt, qui erant in tabernaculis, obstupuerunt super factum : — Et irruit super eos timor et tremor : — 2. et non fuit homo manens ad faciem proximi ultra : sed effusi unanimiter fugiebant super omnem viam campi et montanæ. — 3. Et qui castrametati erant in montanâ in circuitu Betylua, et versi sunt in fugam. — Et tunc filii Israel, omnis vir bellator ex eis, effuderunt se super eos. — 4. Et misit Ozias in Bethomasthæm et Chobai, et Chola, et ad omnem terminum Israel, qui annuntiarent super his quæ confecta fuerant, et ut omnes superfunderentur hostibus ad perditionem eorum. — 5. Ut autem audiverunt filii Israel, omnes unanimiter irruerunt super eos, et cædebant eos usque Choba. Similiter autem et qui de Hierusalem advenerant, et ex omni montanâ. Annuntiaverunt enim eis quæ facta erant castris inimicorum suorum. Et

qui in Galaad, et qui in Galilæâ, dissipaverunt eos plagâ magnâ, quoadusque præterierunt Da-
mascum fines ejus. — 6. Cæteri autem, qui habitabant Betylua, irruerunt in castra Assur, et præ-
dati sunt eos, et ditati sunt valdè. — 7. Filii autem Israel revertentes à cæde, dominati sunt reli-
quorum : et pagi, et villæ in montanâ, et campestri obtinuerunt multa spolia : erat enim multi-
tudo plurima valdè. — 8. Et Joacim sacerdos magnus, et seniores filiorum Israel habitantes in
Hierusalem venerunt ad spectandum bona quæ fecerat Dominus Israeli, et ad videndum Judith
et loquendum cum eâ pacem. — 9. Ut autem intrarunt ad eam, benedixerunt eam unanimiter et
dixerunt ad eam : Tu sublimitas Israel, tu exsultatio magna Israel; tu gloriatio magna generis
nostri. — 10. Fecisti omnia hæc in manu tuâ, fecisti bona cum Israel : et benè sentiat super eis
Deus. Benedicta esto apud omnipotentem Dominum in æternum tempus. — Et dixit omnis po-
pulus : Fiat. — 11. Et spoliavit omnis populus castra per dies triginta : — et dederunt Judith
tabernaculum Olophernis, et omnem argenteam supellectilem, et lectos, et pelvem, et omne
vasarium ejus. Et accipiens ipsa imposuit super mulam suam, et junxit plaustra sua, et coacer-
vavit ea super illa. — 12. Et concurrit omnis mulier Israel ad videndam eam, et benedixerunt
eam : et fecerunt ei chorum ex se; et sumpsit thyrsos in manibus suis, et dedit mulieribus quæ
secum. — 13. Et coronatæ sunt olivâ, ipsa, et quæ cum ipsâ : et præivit omnem populum in
choreâ, ducens omnes mulieres; et sequebatur omnis vir Israel armati cum coronis, et hymnis
ore suo.

COMMENTARIUM.

Israelitarum liberationis extrema hìc perfectio traditur usque ad vers. 9, deinde, quæ hanc secuta sunt, orditur libri pars tertia et ultima. In fugam sese conjiciunt Assyrii rei novitate attoniti, metu exanimati, tacentes, capita demittentes, castra, gazas, impedimentaque omnia relinquentes. Eorum tergis instant, eosque passim sternunt, mactantque omni jam periculo et metu liberati Judæi, tam ii qui Bethuliâ exierant, quàm alii ab Oziâ vocati, v. 5, et 6. Et adjicit Græcus nonnulla quæ luculentiorem narrationem efficiunt. Ait enim: *Misit Ozias in Bætomasthaim, et Chobai, et Chola, et in omnem terminum Israel, qui de omnibus quæ gesta essent, enuntiarent, et ut omnes ad hostium suorum internecionem effunderentur. Ut verò audierunt filii Israel, uno animo irruerunt omnes in ipsos, et eos Choba usque cæciderunt. Similiter et qui Hierosolymitani erant, adfuerunt, et ex montanâ regione totâ. Ipsis enim nuntiârant quæ hostium castris evenerant, et qui in Galaad, et qui in Galilæâ, ipsos plagâ magnâ, quibusdam veluti cornibus impetendo, affecerunt, quoadusque Damascum et in ejus fines pervenerunt.* Secuta castrorum direptio tam per eos qui Bethuliæ remanserant, quàm per alios ex hostium cæde reversos, vers. 7, et 8. De hâc tamen postea.

QUÆSTIUNCULA PRIMA.

Quid abscissum Holofernis caput et tum effecit, et jam efficiat?

Percutit Assyrios ingenti pavore caput hoc abscissum, eumque pavorem excitavit auditio cap. 14, vers. 16, cap. 15, versicul. 1, et visio. Factum enim non rarò, ut eorum quos maximi faciebant hostes, visa vel in muris, vel in pilis, aliove modo, capita, trepidationis plurimùm gignerent. Apud Livium l. 25, extremo est quemadmodùm Romanorum consul victor, victi Asdrubalis caput ante ipsius fratris Annibalis stationes projici jusserat, tumque Annibal in Brugios fugerit, tantoque simul publico, familiarique ictus luctu, agnoscere se Carthaginis fortunam dixerit. Apud poetam l. 9:

Turnus in arma viros, armis circumdatus ipse
Suscitat, æratasque acies in prælia cogit;
Quisque suos, variisque acuunt rumoribus iras.
Quin ipsa arrectis, visu miserabile, in hastis
Præfigunt capita, et multo clamore sequuntur
Euryali et Nisi.

Quamobrem, Æneadæ duri
Stant mæsti : simul ora virûm præfixa videbant.
Nota nimis miseris atroque fluentia tabo.

Annis ferè abhinc duodetriginta, in nobilissimâ illâ christianæ classis, ad Naupactum, victoriâ, quantùm numerosissimis Turcarum navibus terroris incussit Halis Bassæ desectum, maloque præfixum caput! Et hoc fine, voluerat Judith è muro caput istud suspendi. De ipso tamen viso nihil in textu, quia neque ad illud Assyrii, priusquàm cædem audiissent, attenderunt, neque viderunt omnes, sed tantummodò qui urbem propiùs stationes habebant. E pavore isto eorum fuga et strages, de quâ dictum, secuta. Sed, apud nos, jam quid efficiat? Etiamne pavorem adhuc et fugam? Sanè verò, si sapimus : sed pavorem et fugam eorum, quæ Holoferni mentem, vitam, et caput abstulerunt, vitiorum. Ea duo potis-

simùm fuerunt, libido et ebrietas, propter quæ meritò cum proprio pravæ suæ voluntatis et nequitiæ gladio feriretur. Duobus à Judith ictibus feriri debuit cap. 13, v. 10, licet in Augustiniano sermone 227, per memoriæ aut scripturæ mendum, ictus quoque *tertius* legatur. Ictus unus, ob vitium, quod primariò tanquàm scopum spectabat, infligitur; alter verò, ob illud quo, tanquàm medio, prioris illius compos fieri satagebat. Nam et ideò, hâc in cœnâ, tanto, *quantum nunquàm biberat in vitâ suâ.* cap. 12, vers. 20, sese jam vino ingurgitavit, quia quam sobriam adhuc videbat, vino dissolvi, liberaliùs hilarari, paulò secum licentiùs confabulari et lascivire optabat. Hinc enim ad pocula verbis invitabat c. 12, v. 17 : *Bibe nunc, et accumbe in jucunditate.* Sed quia magis movent facta quàm verba, exemplo ipse ultrò præibat ei, aliisque crebriùs propinabat, suos itidem servos, concœnatores, et compotores idem factitare jubebat, donec in sobriæ Judith conspectu, seipsos vino mergerent ac sepelirent omnes. Unde factum ut neque quam volebat, libidinem explèrit, et unà cum vitâ caput amiserit. *Ecce*, ait Bagoas cap. 14, v. 16, *Holofernes jacet in terrâ, et caput ejus non est in illo.* Venite, libidinosi, venite, ebriosi, et videte, quò ducem tantum traxerit libido et ebrietas. *Mox ut ortus est dies, suspenderunt Israelitæ super muros caput Holofernis,* eodem cap. vers. 7. Hoc, nisi caligant adhuc oculi mero, aspicite, et quod illi heri, ne hodiè vobis accidat, providete. Exanime quidem et mutum est hoc caput, suo tamen adhuc stillante mero et tabo suo, insigni et immortali dedecore et infamiâ clamat, monet, hortatur, ut oculos cautè custodiamus, Veneris illecebras studiosè caveamus, temulentiâ vehementer abhorreamus. Et Ephes. 5, v. 17. Apostolus : *Propterea*, inquit, *nolite fieri imprudentes, sed intelligentes quæ sit voluntas Dei, et nolite inebriari vino, in quo est luxuria.*

Quæstiuncula II.

Quæ ab Holofernianâ nos ebrietate meritò abducant?

Holofernes, uti supra expositum, ad lectum non iit, sed in lectum corruit. Est igitur ebrietas primò contra hominis dignitatem, adeò ut diceret Anacharsis, qui indecoros ebriorum mores aspiceret, fore ut ineptos hominéque indignos judicaret. Unde et Lacones, ut liberos ab ebrietate avocarent, hoc unum agebant, ut servorum vilissimis, quos *Helotas* vocabant, vini quantùm liberet, potandum darent : sicque jam ebrios in filiorum aspectum adducerent, quo ineptiis eorum perspectis, à vitio tanto abhorrerent. Nos ad imaginem suam, rationis compotes, corpore celsos et erectos creavit Deus, sed illam eripit ebrietas, corporis membra omnia in terram abjicit. Qui ebriorum oculi? quæ voces? qui pedes? Non homines, sed pecudes ebrios quis non dicat? aut si homines, certè insanos et phreneticos, ut ostendit in Psal. 53 et 105, D. Augustinus. *Quid*, ait libro de Victu Musonius, quem etiam profert serm. 17, Stobæus, *fœdiùs quàm ut homo bruti animalis imago sit?*

Deinde, honestas hominis functiones, quas nobis aut voluntas aut respublica, Deusve imposuit, vehementissimè impedit ebrietas. Dux exercitus erat Holofernes : num totam eum in poculis et somno noctem traducere decebat? Num tam profundo demergi sopore, ut circitorum, excubiarumque rationem nullam duceret? Quid si, eo vespere, sub cœnam, in ejus castra irruissent Israelitæ? quid si primâ vel secundâ vigiliâ? Certè, ut in vivis maximè fuisset, officio ipse suo fungi haudquaquàm potuisset. Quid igitur principes, judices, aliique magistratus? Sed omnium maximè sacerdotum muniis officit vinum immoderatius. Quomodò ad ægrum aliquem sacramentis juvandum, infantulum baptismo lustrandum, statas pro populo preces fundendas, vino madidus accedat sacerdos? Columella lib. 12, capite 1, patremfamiliâs *somni et vini abstinentissimum* esse jubet. Apud Laertium lib. 1, Solon, principem qui temulentus deprehenderetur, morte mulctandum lege sanxit. Quantò magis Dei sacerdotes decet sobrietas? Fuit olim Leotichydas interrogatus, cur vino modicè adeò uterentur Lacedæmonii, et respondit, *ne pro nobis consultent alii, sed pro aliis nos.* Non et sacerdos multò magis dicere oportet, sibi pro aliis consultandum, Dei verbum legendum, in ipsius lege meditandum, ipsum assiduè precandum? Et cæteris quidem vino altiùs consopitis, urbem obibat Epaminondas dicens, sibi, ut pro aliis vigilare posset, sobriè vivendum, ut libro de Doctrinâ principum refert Plutarchus. Quàm hoc in sacerdotes aptè conveniat! *Dixit*, Levit. 10, *Dominus ad Aaron : vinum, et omne quod inebriare potest, non bibetis tu et filii tui, quando intrabitis in tabernaculum testimonii, ne moriamini, quia præceptum sempiternum est in generationes vestras.*

Etsi verò sacerdotibus nostris vini usum concedit, qui Timotheo episcopo concessit, 1 Timoth. 5, vers. 23, id modicum tamen esse vult, etiam in diaconis, eâdem Epist. cap. 3, v. 8. Semper enim Domini tabernaculum, non ut thymiama tantùm adoleant, lucernas accendant, propositionis panes collocent, eos ingredi oportet, sed ut nobilissimum immaculatissimi Agni terque quaterque venerandum sacrificium offerant. Apud Romanos, Plutarcho narratore problem. 112, non poterat flamen Dialis eà iter facere ubi arbustivæ desuper vites prominerent, ut significaretur, *sacerdoti ebrium fieri nefas esse.* Neque verò illo tantùm intemperatioris haustûs die vel nocte, sed crebrò etiam postridiano et perendino demandata nobis munera, capitis stomachique doloribus, plurimùm impedit ebrietas. Si evigilâsset Holofernes, nescio an postero die, quæ ducis sunt, exequi potuisset. « Posterâ die, inquit libro 14, cap. 22, Plinius, « ex ore halitus fœtidi, ac ferè rerum omnium « oblivio, morsque memoriæ. »

Tertiò, attulit Holoferni mortem ebrietas, et quàm multis affert quotidiè! Quot cruditates, dystomachias, cephalalgias, podagras, epilepsias, aliaque morborum plurium genera procreat! Quot et quàm tristes è gradibus, vel in aquas casus! Quot et quàm terribiles repentinas mortes! Testis Judæorum Holofernes hic, testis Christianorum Holofernes alius, ille, inquam, qui se Dei flagellum dicebat, Attila. Est verò in repentinâ ebriorum morte unum quidpiam, quod vix in alio ullo peccati genere invenitur, tristissimum, maximèque formidabile, ut extremo illo tempore sese ad Deum rectè per unum aliquem contritionis pœnitentiæve actum convertere nequeant. Etsi enim ad hoc ipsum vel perexigua temporis portiuncula, imò et momentum quandoque unicum satis esse possit, ut quæst. 13 in Levitici cap. 10, disserit Abulensis, et passim scholastici, quia tamen suâpte isti sponte rationis sibi usum ademerunt, humanum piumque actum edere nullum possunt, ideòque neque veram præteritarum culparum detestationem instituere, neque quo par esset modo veniam Deum rogare. *Vix pro talibus, in ebrietatibus peremptis, Ecclesia permittit orare,* inquit capitulum *Audivimus*, *de Reliq.* Quàm miserum igitur et detestabile hoc peccati genus!

Quartò, non corpori tantùm, sed et animo exitium infert sempiternum. Holofernes propter idololatriam, æternis quidem addicendus erat suppliciis; etiamsi tamen non fuisset, ob tantum istud vinolentiæ tam plenæ peccatum, in eâ dejectus compactusque fuisset; nunc verò ea ipsi maximum et intolerandum pœnarum cumulum adjungit. Quis, si vel rationis minimùm habeat, eam non exhorrescat? Quis in levibus delictis recenseat affluentiùs potare, vinoque sese deponere ac inebriari? Unum tantùm vel alterum, cui obsisti non possit, testem citabo. D. Paulus 1 Corinth. 6, vers. 9: *Nolite,* ait, *errare. Neque fornicarii, neque idolis servientes, neque adulteri, neque molles, neque masculorum concubitores, neque fures, neque avari, neque* EBRIOSI, *neque maledici, neque rapaces, regnum Dei possidebunt.* Ecce cum qualium criminum turbâ ebrietatem copulat Apostolus, et qualem ipsi effectum tribuit, à Dei scilicet regno excludere, idemque iteratò inculcat Galat. 5, vers. 21. D. Augustinus serm. 231: « Quicumque, ait, « ebriosus pœnitentiam de ipsâ non egerit, sed « usque ad mortem suam in ipsâ ebrietate « permanserit, in æternum profectò peribit; « quia non mentitur Spiritus sanctus per Apostolum dicens: *Neque ebriosi regnum Dei « possidebunt.* » Et iterùm: « Ebrietas quasi « inferni puteus, quoscumque susceperit, nisi « diæta subvenerit, et emendatio fuerit subsecuta, ita fortiter sibi vindicat, ut eosdem « ipsos de inferni tenebroso puteo ad charitatis vel sobrietatis lucem redire sine pœnitentiâ non permittat. » Et: « Tolerabilius « erat in carne mori, quàm in animâ per ebrietatem interfici. » Sequente verò rursùm sermone: « Qui credit ebrietatem esse parvum « peccatum, si se non emendaverit, et de ipsâ « ebrietate pœnitentiam non egerit, cum adulteris et homicidis ÆTERNA, SINE REMEDIO, « illum POENA cruciabit. »

Quintò, non seipsum modò, sed et tantas equitum peditumque copias vino perdidit Holofernes. Quoties verò autem ipsum factum legimus, audivimus! Non opus vetera illa de Nini, Sardanapali, Scytharumque maximis exercitibus ex Diodoro, Herod. referre, non illos item exire qui apud poetam lib. 2, *invadunt urbem, somno vinoque sepultam;* ipsi nostrâ memoriâ non dissimilia vidimus. Captos è milite nostro non paucos dicitur Sultano suo Sinan Bassa per ludibrium et ebrietatis opprobrationem, Constantinopoli, cum vitris, aleis et chartis, obtulisse. Sub secundi sanè libri de Legibus extremum: « Multò, ait Plato,

« magis quàm Cretensium Lacedæmoniorum« que usum, Carthaginiensium legum proba« rem ut nunquàm in castris quisquam gustare « vinum audeat, sed toto illo tempore aqua « bibatur, et in civitate nunquàm vini usum « servo vel servæ concederem; sed nec ma« gistratibus toto eo tempore quo magistratu « funguntur. Gubernatores etiam atque judices « munus suum subituros à vino penitùs pro« hiberem. Deliberaturos quoque de rebus non « omninò negligendis. Ac nulli penitùs inter« diù vinum concederem, nisi exercitationis « corporeæ, morborumque causâ, hoc potu « opus fuerit; neque etiam nocte viro vel « mulieri, quando liberis operam dare volunt. » Libet verò tam egregiorum militum pugnas, victorias et trophæa D. Ambrosii penicillo depicta intueri : « Spectaculum, ait lib. de Eliâ « cap. 13, triste Christianorum oculis, et mise« rabilis species. Cernas juvenes terribiles « visu hostibus, de convivio portari foràs, et « inde ad convivium reportari; repleri ut ex« hauriant, et exhauriri ut bibant. Si quis ve« recundior fuerit, ut erubescat surgere, cùm « jam immoderatos potus tenere non possit, « anhelare vehementiùs, sudare, gemere, signis « prodere, quod pudet confiteri. Illi unusquis« que pugnas enarrat suas, ibi fortia facta « prædicat, narrat trophæa. Vino madidi et « somnolenti, nesciunt mente quid lingua « proferat. Unusquisque stertit et potat, dor« mit et dimicat; et si quando consurrectum « fuerit, viri præliatores stare non possunt, « egressu vacillant. Rident servuli dominorum « opprobria, manibus suis portant militem « bellatorem, imponunt equo. Itaque hùc atque « illuc tanquàm navigia sine gubernatore flu« ctant, et tanquàm vulnere icti, in terram « defluunt, nisi excipiantur à servulis. Alii « referuntur in scutis, fit pompæ ludibrii. Quos « manè insignes armis spectaveras, vultu mi« naces, eosdem vesperi cernas etiam à pue« rulis rideri, sine ferro vulneratos, sine « pugnâ interfectos, sine hoste turbatos, sine « senectute tremulos, in ipso juventutis flore « arentes. »

Sextò, ad aliud quod concupierat, indipiscendum, abuti vino voluit Holofernes; neque illud tamen indeptus est. Quàm verò sæpè fit, ut ex abundantiore potu, à quibusdam sanitas, hilaritas, amicitia quæratur, et eorum ne hilum quidem obtineatur, sed ægritudo, tristitia, rixæ, odia et inimicitiæ? Hominum ille sapientissimus Prov. 23, v. 29 : *Cui,* ait, *væ? cujus patri væ? cui rixæ? cui foveæ? cui, sine causâ vulnera? cui suffusio oculorum? nonne his qui commorantur in vino, et student calicibus epotandis?* Quin et liberorum eam procreationi obesse, docet initio libri de liberorum Educatione Plutarchus, Hippocrates libro de sterilibus, et jam ex Platone audiimus, repetitque idipsum Galenus lib. *Quòd animi mores.* Et ferè, qui tum procreantur, multis et magnis corporum animorumque vitiis vexantur et deformantur. Unde amentiori cuidam adolescenti dicebat apud eumdem, eodem loco, Plutarchum, philosophorum quidam : « *Te proseminavit pater ebrius.* »

Septimò, quantam dedecoris et infamiæ sempiternæ Holoferni notam eadem inussit ebrietas? ubi tantam cladem, cladisque causam rex Nabuchodonosor, ubi Assyria tota percepit, quàm eum execrati omnes? et quanta quantove stomacho in mortuum, in familiam, cognationemque totam convicia jecerunt? Urebat enim amissorum parentum, maritorum, et charorum dolor omnes, ipsa etiam imperii sui tanta calamitas, tamque insigne dedecus. Et hodiè, quid Holofernis nomine detestabilius? Ignominia utique maxima est, coram Dei angelis et hominibus insitam Dei in seipso effigiem turpificare, voluptariâ insaniâ furere, ad officii sui partes obeundas ineptum sese ultrò efficere, corporis valetudinem vitamque ipsam abrumpere, in æterna sese picis et sulphuris stagna demergere, publicis commodis officere, per vitium vel ad ea etiam, quæ per se mala non sunt, tendere. Et multa quidem contra vitii hujus fœditatem scripsère olim et philosophi et sancti Patres, ut Augustinus locis citatis, D. Chrysostomus hom. 1 ad pop., D. Ambrosius de Eliâ cap. 5, 12 et sequentibus, alii; sed plurimarum rerum unam veluti summulam epistolâ 84, lib. 12, illigavit Seneca, è quo paucula hæc : « Certè eruit omne « vitium ebrietas, et incendit, et detegit, ob« stantem malis conatibus verecundiam. Plures « enim pudore peccandi, quàm bonâ voluntate « prohibitis abstinent. Ubi possedit animum « nimia vis vini, quidquid mali latebat, emer« git. Non facit ebrietas vitia, sed protrahit; « tunc libidinosus ne cubiculum quidem ex« spectat, sed cupiditatibus suis, quantùm pe« tierint, sine dilatione permittit; tunc impu« dicum morbum profitetur ac publicat; tunc « petulans non linguam, non manum continet. « Crescit insolenti superbia, crudelitas sævo « malignitas livido, omne vitium detegitur et

« prodit. Adjice illam ignorationem sui, dubia « et parùm explanata verba, incertos oculos, « gradum errantem, vertiginem capitis, tecta « ipsa mobilia, velut aliquo turbine circum- « agente totam domum : stomachi tormenta, « cum effervescit merum, ac viscera ipsa di- « stendit. Tunc tamen utcumque tolerabile est, « dùm isti vis sua est. Quid cùm somno vi- « tiatur, et quæ ebrietas fuit, cruditas facta « est? Cogita quas clades ediderit publica « ebrietas. Hæc acerrimas gentes bellicosas- « que hostibus tradidit, hæc multorum anno- « rum pertinaci bello defensa mœnia patefecit, « hæc contumacissimos et jugum recusantes « in alienum egit arbitrium, hæc invictas acies « mero domuit. »

QUÆSTIUNCULA III.

Quæ in conviviis nos cum sanctâ Judith sobrios teneant?

Foret quidem optimum, symposia omnia et eas in quibus à largiore potu periculum est, mensas, uti S. Chrysostomus, aliique sancti plures fecerunt, imò et apud Plutarchum Aristides, cui *Justus* cognomen, defugere. Quando tamen recta quæpiam ratio ad eas nos impellit, uti sanctam hanc Judith, religionis populique totius amor, Christum Dominum nuptiarum honestas Joannis 2, aliæque aliàs causæ, possunt, ut intra modùm bibamus, è plurimis aliis, adjumenta dari viginti quatuor.

Primum, ipse sobrietatis habitus et exercitatio : propositum saltem, et præmeditatio. Judith nostræ temperantiam supra vidimus. Sed nihil ambigendum, quin Holofernis initura convivium, diligenter, quemadmodùm moderato suo cibo et potu contenta esse vellet, illius meracum et delicias non admittere præmeditata sit. Disserebant olim apud Stobæum serm. 42, Persarum reges, ante prælium de fortitudine, ante potum de temperantiâ; quidni nobiscum idem agamus? Alterum. Precatio eamdem ad rem quin à Judith adhibita fuerit, nihil etiam dubito. Et ad hoc valere vult S. Chrysostomus hom. 1 de Annâ, preces, quæ ante et post cibum, concipiendæ sunt. Percurre usitatas mensæ benedictionum et gratiarum actionum formulas ; et videbis temperantiam omnes suadere, ipsamque à Deo petere. Tertium, ad sobrietatis proposita firmiùs retinenda, valent quædam interdùm vota, non plus scilicet bibere velle, quàm quod tibi præfinieris. Præfinies autem, quod citra metam est. Quartum, non cedere eorum verbis et blanditiis, qui ad pocula semper invitant, crebriùs propinant, æquales haustus exigunt. Numquid, quoties Holofernes dicebat : *Bibe nunc*, bibebat Judith ? vel si bibebat, non potissando potius quam hauriendo ? Dicebat quidem : *Bibam, Domine*, scilicet, quantùm et quando rectum commodumque fuerit, sicque *comedit et bibit coram ipso.*

Quintum, petere antequàm prandium ulli, cœnamve condicas, tibi fieri liberam, quod velis, edendi bibendique facultatem. Ecquis vel te amicè invitans, vel tibi amicus esse, aut videri cupiens, negabit? Petiit hoc ab Holoferne Judith, ut supra dictum, et magnus quidam princeps catholicus, dùm ab alio principe, cui per novorum dogmatum licentiam, carnium et vini quantùm libuit, licebat, invitatus fuisset. Sextum, vina diluere, ne te voluptas decipiat, et illorum vis prosternat. Ita hodiè temperantiæ studiosi, non singuli tantùm, sed et integri populi. Quid Arragonum rex Alphonsius apud Panormitanum lib. 2? Quid Fridericus III? Cyclopis, in quâdam apud Aristium tragœdiâ, vox est : *Vinum corrumpis, aquam si infundis*. Contra verò, philosophi et quidem summi præceptum, ut lymphis temulentus Deus temperetur, de quo in Anthologiâ Meleager. Sanè apud Locrenses Zaleuci lex erat, « ne meracum cuiquam, etiam « ægroto, nisi præscriberet medicus, conces- « sum esset, » ut ait lib. 3, cap. 11, Athenæus. Septimum, abstinere à non necessariis eduliis, et iis præsertim quæ sitim exacuunt, cujusmodi ferè sunt aridiora et salsiora omnia, maximè cùm mensis jam remotis, bibendi tantùm et comessandi causâ, proponuntur. Detestatur profectò ea sitis irritamenta lib. 14, cap. ult., Plinius.

Octavum, sibi ipsi pœnam imponere, si moderatam, quam statutam habet, bibendi mensuram, quoquo modo, excesserit. Illa esse potest pro delicti quantitate, major aut minor, verbi causâ diebus aliquot jejunare, seipsum flagellare, aquam bibere, optimi et generosissimi vini, quod domi habet, amphoras aliquot pauperioribus civibus vel ægrotis donare, in hospitalem domum cum aliquâ etiam pecuniariâ vel cibariâ stipe mittere, sistere illicò sese sacro Dei tribunali, et de temulentiâ illi confiteri, pro eâque lacrymarum nunc scyphulum aliquem fundere. Vidi, qui non inutiliter vel ad menses, vel annos aliquot, imò et quoad viverent, voverent à vino abstinentiam, quod proprio verbo appellabant, *den wem verreden.* Atque huc spectat illud quod Tobiæ cap. 3,

ex D. Augustino citatum : « Si quis vino ni« mium est deditus, sobrietatem voveat. »

Nonum, cogitare omnia ebrietatis mala, quorum aliqua superiùs ostensa, et verè nocent corpori, animo, fortunis et famæ. Unde et D. Augustinus serm. 232, ait, sacerdotes in die judicii rationem reddituros, « si quanta « mala de ebrietate nascantur, assiduè noluer« rint prædicare. » In quæ verò scelera ebrii quidam irruunt, quæ vehementissimè, exhorruissent? *Vinum et mulieres faciunt apostatare sapientes,* Ecclesiastici 19, vers. 2; *oculi tui* (ô vinose) *videbunt extraneas, et cor tuum loquetur perversa,* Prov. 23, 33.

Vino forma perit, vino corrumpitur ætas,
Vino sæpè suum nescit amica virum.

Decimum, animo expendere, quàm gravi, molestâ retorridâque siti apud inferos plectatur ebrietas. Ille sanè, qui *epulabatur quotidiè splendidè,* licet ebrius fuisse potiùs conjiciatur quàm legatur, adeò tamen arentibus visceribus, ardentique pulmone cruciabatur, ut miserandâ horribilique voce, et frustra tamen, clamaret : ***Pater Abraham, miserere meî, et mitte Lazarum, ut intingat extremum digiti sui in aquam, ut refrigeret linguam meam.*** Non petit ut affuso puteo flammæ illæ restinguantur, non ut unâ vel alterâ duntaxat situlâ conspergatur et refrigeretur ; non ut uno vel altero frigidæ aquæ calice, vel etiam cochleari refocilletur; at horum nihil petit : boni tantùm in tantâ illâ miseriâ optare non audet ; sed tantùm ut intingat in aquam Lazarus non manum totam, non duos tresve digitos, sed unum tantùm, neque hunc totum, vel dimidiatum, sed ejus tantummodò extremum, ut una vel altera super linguam, pumice aridiorem, candentique ferro simillimam guttula stillare possit. O sitim! ô incendium! Et præ corporis partibus aliis, proponit miser linguam, quia multo hæc olim vino natare, per eam nobilium vinorum genera dijudicare, in mensâ profusiùs loquitari nugarique solebat. ***Propter hoc, hæc dicit Dominus Deus,*** Isaiæ 65, vers. 13, ***ecce servi mei comedent, et vos esurietis; ecce servi mei bibent, et vos sitietis.***

Undecimum, animo item expendere, potum quandoque apud inferos porrigendum, non qui sitim levet, sed qui accendat et cruciet, quemadmodùm si quis admodùm jam sitiens muriam bibere cogatur. ***Hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel,*** Jer. 25, v. 27, ***bibite et inebriamini et vomite, et cadite, neque surgatis à facie gladii, quem ego mittam inter vos. Cùmque noluerint accipere calicem de manu tuâ ut bibant, dices ad eos : Hæc dicit Dominus exercituum : Bibentes bibetis;*** similia Ezech. 23, v. 33. Refert sancti Thomæ condiscipulus Thomas Cantipratensis lib. 1, cap. 2, num. 5, Germaniæ archiepiscopum quemdam, cùm ex hac luce abiret, sanctissimo cuidam viro visum esse; ipsique in gehennam ingredienti poculum à cacodæmone statim oblatum, quod cùm ebibere coactus esset, illicò « per aures, in« quit, et oculos, os et nares, sulphurea flam« ma surrexit; et sic æternis incendiis est « addictus. » De Ludovico illo Landgravio, qui Calvinianam prædestinationem ex eodem, è quo postea Calvinus cratere hauserat, multisque sese ideò flagitiis obstrinxerat, uti refert lib. 1, c. 27 et 34, Cæsarius, quid tandem? « Anima ejus, inquit idem scriptor lib. 12, c. « 2, cùm educta fuisset de corpore, principi « dæmoniorum præsentata est, sicuti cuidam « manifestè revelatum est ; sedente eodem « tartarico super puteum, et scyphum manu « tenente, hujusmodi verbis Landgravium salu« tavit : Benè veniat dilectus amicus noster, « ostendite illi triclinia nostra, apothecas no« stras, sicque eum hùc reducite. Deducto « misero ad loca pœnarum, in quibus nihil « aliud erat, nisi planctus, fletus et stridor « dentium, et reducto sic princeps principem « affatur : Bibe, amice, de scypho meo. Illo « valdè reluctante, cùm nihil proficeret, imò « coactus biberet, flamma sulphurea de oculis « naribusque ejus erupit. » Post hoc sic infit : « Modò considerabis puteum meum, cujus pro« funditas sine fundo est, amotoque operi« mento, eum in illum misit. » Jam verò, medicamne unquàm potionem sumpsisti? Nunc in memoriam tibi, quæso, revoca, quàm ingrata ea fuerit. At quot partibus sulphuratæ illæ inferorum potiones ingratiores? Imò et in hâc vitâ, ut quod è conviviis in te redundat, exinaniatur, quot et quàm amaris, vel nimiâ certè dulcitudine molestis potionibus utendum?

Duodecimum, apud se reputare quàm se dedeceat ebrietas, primò quidem quia homo, ut supra dictum, deinde quia talis vel talis ordinis, ætatis, sexûs. Si princeps, si in magistratu et publico aliquo munere sit, dictum antea, itemque si sacerdos, de quo queritur et Isaias cap. 28, vers. 7. Haud satis potest vitii hujus in sacerdote fœditas explicari. Eodem enim ore, quo sacrosanctum Domini corpus et sanguinem conficis et accipis, tantùm hau-

rias, ut vinum redoleas, ructes, evomas? Quin et hoc in Christianis omnibus autem cœlesti cibo et potu participantibus turpe adeò est, ut D. Paulum ad illa de indignè manducantibus et bibentibus, 1 Corinth. 11, scribenda compulerit. *Alius enim,* inquit, *esurit; alius autem ebrius est.* Inspice libro de Temulentiâ Philonem, D. Hieronymum ad Nepotianum, Origenem in Levit. hom. 7, Augustinum q. 33, Theodor. quæst. 10. Si paterfamiliâs, huic « ebrioso, « inquit loco citato Columella, cura officii cum « memoriâ subtrahitur. » Si natu minor, quid de hujusmodi senserunt veteres? Persæ ne diebus quidem festis vinum pueros gustare concedebant, ut apud Xenophontem est lib. 1, Romani veteres, nec ante annum tricesimum, alii non ante conjugium, ut etiam notavit 2 part. Relect. de Matrim. num. 7, Covarruvias. « Si, ait ad Nepotianum D. Hieronymus, absque vino ardeo adolescentiâ, et inflammor « calore sanguinis, et succulento validoque sum « corpore, libenter carebo poculo, in quo sus« picio veneni est. « Si femina, non licebat olim « vinum feminis Romæ bibere, » inquit lib. 14, cap. 13, Plinius, adeò ut propinquos feminis osculum dare juberet, ut scirent an temetum olerent. *Mulier ebriosa,* inquit Ecclesiasticus 26, vers. 11, *ira magna; et contumelia et turpitudo illius non tegetur.* Vide S. Ambrosium cap. 18, libro de Eliâ: « Vino, præcipuè cùm ute« rum ferunt, plurimæ infestantur, dissolvun« tur, si biberint, atque debilitantur, » inquit lib. 7 de Histor. animal. cap. 5, Philosophus.

QUÆSTIUNCULA IV.

Quænam alia ebrietatis adminicula?

Ex iis quatuor et viginti, quæ ad sobrietatem in conviviis tuendam adminiculari, uti dicebam, possunt, est hoc decimum tertium, amare honestas occupationes, quas impedire solet, ut dixi, ebrietas. Si enim, verbi gratiâ, politicas, quibus tuus te status addicit, functiones amas; si ecclesiasticas ecclesiaticus, si theologicas theologus, litterarias omnes litterarum studiosus, cur à Baccho interturbari te permittas?

Decimum quartum, diuturnas in conviviis sessiones odisse. Unde apud Plutarchum libro 1, quæst. conviv. 6, putant Alexandrum Magnum quidam, ex eo potiùs ebrietate, quæ mortem ipsi attulit quandoque occupatum fuisse, quòd diutiùs accumberet, quàm quòd largè biberet. Dùm enim ita diù epulis accumbitur semper aliquid editur et bibitur. Solent autem et diuturnæ irrorationes madefacere.

Decimum quintum, suscipere aliquam Christi Jesu sitis cogitationem, dùm in cruce clamabat: *Sitio.* Sitit Dominus meus, et ego vino me saburrem? Horsùm etiam valebit cogitata sanctorum quorumdam sitis, cum quibus si æternis aliquando præmiis aveo perfrui, cur ebriacos Nabales, Balthasares et Holofernas, quàm illos, si non sitiens, sobrius tamen, imitari malo? Gentium magister 2 Corinth. 11, v. 27, est *in labore et ærumnâ, in vigiliis multis, in fame et* SITI, *in jejuniis multis;* et 1 Cor. 4, v. 11: *Usque in hanc horam et esurimus, et* SITIMUS. Quid apud Socratem lib. 4, cap. 18, cuidam S. Macarius dicebat? In recentibus Anglicanorum martyrum historiis, in carcere tantâ quidam siti conflictatur, ut per fenestellæ clathra, pileo cavâque manu pluviæ stillas captet, ego absque siti ullâ potem, vinoque me totum proluam? Decimum sextum. Tantùm sanguinis pro meis peccatis effundere debuit unigenitus Dei Filius, et ego in ventris mei cloacam, plenis crateribus, meracissimum uvæ sanguinem profundam?

Decimum sextum, ecce, quidquid ultra modum jam bibo, si seponerem, et pauperibus elargirer, quanta mihi ab eo merces foret, qui Matthæi 10, vers. 42, dixit: *Quicumque potum dederit uni ex minimis istis calicem aquæ frigidæ tantùm in nomine discipuli, amen dico vobis, non perdet mercedem suam.* Et ego, si meam in gulam infudero, non modò mercedem nullam, sed et gravissimum supplicium accipiam. Cur amens et stultus adeò sim? D. Augustinus serm. 231: « Quod in ebrietate, ait, « periturum erat, in pauperum refectionem « proficiat. » Et serm. 232: « Meliùs, quidquid « nimio potu perditum erat gulâ, pauperibus « daretur in eleemosynam, ut et caro rationa« biliter bibendo reficeretur, et per misericor« diam pauperum animæ redemptio præpara« retur. » Videbitur fortè alicui quòd loquar paradoxum, verissimum tamen est; præstaret in terram vinum effundere, quàm eo immodicè sese complere. Tunc enim illud tantùm periret; nunc verò et idem ipsum perit, et homini, quoad corpus et animam, nocet plurimùm. O quot passim languent pauperes, qui si vel unum ejus, quod paulò post vomitaturus es, vini abs te scyphum haberent, et revalescerent ipsi, et ex æternâ te ipsum siti eriperent.

Decimum octavum, Judith nostram isto etiam in convivio comitabatur angelus, de quo

supra. Comitantur et nos angeli tutelares nostri; dehortantur à temulentiâ; hortantur, *ut abnegantes impietatem, et secularia desideria, sobriè et justè et piè vivamus in hoc sæculo,* ad Titum 2, v. 12. Eorum et præsentiam et monita num contemnemus? Certè spectatorum istorum, et earum etiam, quas dùm christiano baptismo tingeremur, fecimus promissionum memoriâ, sic nos ad sobrietatem invitat D. Ambrosius lib. de Eliâ cap. 21 : « Tu dedisti « nomen tuum ad agonem Christi, subscripsisti ad competitionem coronæ, meditare, « exercere, ungere oleo lætitiæ, unguento exinanito. Cibus tuus cibus sobrietatis sit, nihil « habeat intemperantiæ, nihil luxuriæ. Potus « tuus parcior, ne quid ebrietatis obrepat; « custodi corporis castimoniam, ut possis esse « habilis ad coronam, ne existimatio tua ostendat spectatoris affectum, ne te fautores tui « negligentem videant, et deserant. Spectant « te archangeli, et potestates, et dominationes, et illa angelorum decem millia millium; « sub tantis spectatoribus erubescere, considera quàm dedecorosum sit. Ingressus stadium, pulvere rigorem animæ tuæ excita, « lacertos excute. » Decimum nonum, cùm ebriam aliquando cœnam adieris, in eàque sobrius tamen manseris, licebit, postero die, his aliisque similibus cogitationibus, ad sobrietatis amorem te magis magisque accendere. Si ebrius heri fuisses, quid hoc tibi jam prodesset? imò quàm obesset! Narrat ex Aristone philosopho Victorius lib. 18 variarum Lectionum cap. 3, quemadmodùm Polemo eos, qui ad convivia irent, monebat, *ut cœnam, postero etiam die, jucundam redderent.* Hoc verò unico temperantiæ condimento efficitur, eaque sola mensas illas ἀφλεγμάντους, *phlegmatum expertes,* exstruit, quas in sanitatis præceptis laudat Plutarchus.

Vicesimum, in promptu habere nonnulla, quæ iis, qui ad redundantiores haustus provocant, majoribusque cululis urgent, aptè utiliterque respondeantur. Ea, pro personarum, temporum et locorum varietate, varia sunt, quæ sancta potiùs prudentia, quàm doctrina suggerat : exempli tamen causâ denotabo paucula. Primum est, excusare se, ob vini præstantiam, valetudinis infirmitatem, occupationum necessariò adhuc perficiendarum importunitatem, et similia. Alterum, dicere, sibi satis perspectum esse, bono sibi animo propinari, benevolentiæque magnæ gratiâ, ideòque se et illud scire, propinantem ipsum nolle, ut animo, valetudini suisque negotiis ipsemet et noceat. Tertium, si amicus est, rogare ne se petat facere quod nec ipsi, nec alii utile, sibi verò valdè perniciosum. Quartum, visne, ô amice, me sitire? et amabo te, cur non vis? Quia mihi sitis ingrata et molesta foret? At, præter voluntatem, bibere, æquè ingratum et molestum est. Vel breviùs, meminisse te dixeris Sophocleæ cujusdam sententiolæ, ab Athenæo laudatæ : *Ut bibere, ut sitire, malum æquale.* Quintum, Cæsarei te juris, et Germanus cùm sis vel quamvis Gallus, Belga, Italus, aliusve sis, Germanicarum tamen legum amantem esse. Eæ verò in Augustanis Comitiis anno 1548, rursùmque anno 1551 et 1559, propinationes et æqualium id genus poculorum certamina prohibent. Sextum, metuere te Francicarum legum pœnam, è quibus una hæc apud Rhenanum Beatum refertur lib. Rerum Germanicarum : « Nemo militiæ socium, aut quàmlibet alium « ad potandum invitato. Quòd si quis ebrius « repertus fuerit, ejectus, quoad culpam agnoscat, aquam bibito. » Septimum, de Glareano, erudito sanè viro, audivi, cùm in convivio se ab uberiore potu honestè jam excusâsset, instarentque tamen alii, canem fortè saturum in triclinio jacentem aspexisse, et : *Num,* ait, *isto cane insipientiorem me vultis?* Hic paulò ante nobis omnibus, cibum petendo, hiando, latrando, in genua et ipsam penè mensam insiliendo, molestus erat. Jam satur desistit, et ego satis jam cùm biberim, non desistam? Est verò ita, ne verberibus quidem, ut plus aut comedant aut bibant cogi possunt bestiæ, prout non Musonius tantùm loco antea indicato, sed nostri etiam Patres admonent, D. Basilius oratione contra ebrietatem, D. Ambrosius de Eliâ c. 17, D. August. serm. 231, D. Chrysostomus hom. 17 : « Quantò, ait, ebriosis melior asinus et canis! » Vide cætera. Octavum, Lacon apud Plutarch. in Laconicis, cùm quosdam alicubi ab bibendum cogi audisset : « Num etiam, aiebat, ad edendum? » Et verò quemdam novi, de quo mihi affirmatum, eum indictam epotandi vini pugnam, certamine sicci panis edendi oblato retudisse. Nonum, homo adolescens, sed litteratus et honestus, cùm à principe quodam per honoris, qui illis in locis magnus, speciem, ad æquò plus epotandum urgeretur : « Veniam, aiebat, clementissime princeps, peto. A bestiâ parùm absum. Vultne clementia tua totum me bestiam fieri? » Decimum, licetne mihi, ad pocu-

lum hoc ebibendum, Christum Dominum asciscere socium? Omninò licet, inquit Christianus. Bibat ergo, infert ille, qui ante januam mendicus est. Undecimum, gratissima sitienti Davidi erat aqua Bethlehemitica. Quod cum eâ ille fecit, mihine cum hoc vino facere fas? At *ille noluit bibere, sed libavit eam Domino,* 2 Reg. 23, vers. 16. Duodecimum, Callisthenes, cùm ab Alexandro ei Magno propinatum esset, jamque Herculaneus ille scyphus porrigeretur, recusavit, quòd se Æsculapium habere nolle diceret. Dixeris et tu igitur, tibi, quam medico des, pecuniam non esse, vel eâ, in usum alium, opus esse. Et hæc quidem hactenùs urbanè, suaviter, et hodiernis hominum moribus convenienter, cùm apud omnes, omnium excusationum, facetiarum et chriarum instar, una et sola Dei lex meritissimo esse deberet.

Vicesimum primum. Quia verborum quædam illecebræ, ut intemperantiùs bibatur, adhiberi solent, ad eas firmato esse animo convenit. Nam modò hilaritas modò amicitiæ renovatio, aut confirmatio, modò principis alicujus sanitas et honor, interdùm etiam sancti alicujus veneratio prætenditur : suntque hæc jam antiqua ebrietatis artificia, à Patribus notata et damnata, ut videre est apud S. Hieronymum in epist. ad Titum cap. 1; D. Augustinum epist. 64, et serm. 231, 232. D. Ambrosium de Eliâ cap. 17, cujus verba hæc : « Bibamus, inquiunt, pro salute imperatorum ; et qui non biberit, sit reus in devotione. Videtur non amare imperatorem, qui pro ejus salute non biberit. O piæ devotionis obsequium. Bibamus pro salute exercituum, pro comitum virtute, pro filiorum sanitate. » Plus à Deo sanitatis et honoris imperatori et principibus impetrabis, illum, per ebrietatem, non offendendo, quàm vini dolia integra exsorbendo. Numquid, aiebat jureconsultus quidam, ubi ægrotâro, me curabit, pro cujus jam sanitate bibendum? Alius verò, si pro imperatore cadendum est, in Turcicis bellis cadere honestiùs, quàm in mensis, quin verò imperatoris gratiùs et utiliùs, si in genua procidam, et precem precer dominicam. De sanctorum porrò honoribus, ait loco citato D. Ambrosius : « O stultitiam hominum, qui ebrietatem sacrificium putant; qui æstimant illos ebrietate placari, qui jejunio passiones sustinere didicerunt. »

Vicesimum secundum. Quidam tamen illecebrosis tantùm verbis haud contenti, gravia etiam interdùm et minacia proferunt. Contemni se aiunt, et inimicitias denunciant. O bone, non equidem te contemno; sed communem et Salvatorem contemnere vereor. Dixit enim, attenderem, ne fortè cor meum *crapulâ et ebrietate* gravaretur. Lucæ 12, vers. 34. Si te contemptum ægrè ferres, quanto ipse justius? Minorum verò et inimicitiarum, apud honestos gravesque Dominos, nihil timendum. Etiam à gentilibus apud Laertium in eum vindicatum, qui, super Empedoclis, pocula nimia respuentis, caput, vinum effuderat, et Neronis pater fuit, qui servum, quòd ebibere totum nollet, interfecit. Si tamen apud aliquos gentilia hæc et impia fortè reviviscerent (quid enim, hoc tempore, portentorum non renascitur?) cogitandum, quid laudatus à Plutarcho Creon cuidam dixerit. « Satius est, tuas me nunc inimicitias subire, quàm valdè postea gemere; » vel potiùs, quod monent S. Chrysostomus homiliâ 1 ad pop., D Augustinus serm. 232, *martyrii genus* quoddam esse, pro tuendâ sobrietate, perpeti aliquid. « Ille, ait Augustinus, qui ebrietati resistit, si cum Dei adjutorio perseverare voluerit, et pro ipsâ aliquas pertulerit tribulationes, omnia ei Dominus *ad martyrii gloriam* reputabit. » Et paulò ante : « Si ad hoc veniretur, ut tibi diceretur : Aut bibas aut morieris, melius esset, ut caro tua *sobria* occideretur, quàm per ebrietatem anima occideretur. »

Vicesimum tertium. Justum gerenti bellum licet, stratagematibus et insidiis, hostilem vim frangere. Quidni et in conviviis locum prudentia, dolusque bonus habeat? Solent ab aliquibus tamen ipsa etiam paterarum funda examinari; et mensarum ministri si vel tantillùm resideant, illas nolunt recipere, ut vel astutissimæ sobrietati nulla evadendi rima sit. Possunt tamen subinde, famuli ut reticeant, adduci, et assidentes convivæ, ut conniveant. Potest illud convivii tempus magna etiam sitis differri, quo circumpotatio quædam incipit; potest à cibo et potu citiùs aliquanto desisti quàm fit naturæ factum satis, ut, dùm ad cibum et potum urgebunt alii, tibi quod adhuc deerat, eorum id invitationibus et gratiæ des.

Vicesimum quartum et ultimum. Occurrat fortè sobrietatis amatori cuipiam cogitatio. Iste, meâ causâ, potat largiùs. Ejus etiam causâ, idem ut faciam, non æquum? Vult me vino deponere; si ei statim respondeam, bibet minùs. Non ita sancta Judith. Peccare quod potor iste velit, in ipsius arbitrio est. Num, ne seipsum ipse interimat, me ergo interimam?

An ad inferos quia ruere vult, ego cum eo velim corruere? Faciat quod libet Holofernes, potitet, roget, urgeat: Judith sobria permanet.

Quæstiuncula V.

Quid de iis quæ apud Assyrios gessit Judith, Græcorum, Latinorumque Patrum nonnulli?

Primus esto ille apud Græcos et celeberrimus et vetustissimus Clemens Alexandrinus Strom. 4, cap. 6: « Etiam Judith, quæ consummata fuit in mulieribus, cum esset urbs circumsessa, precata seniores ingreditur quidem in castra alienigenarum, omne periculum contemnens pro patriâ, seipsam tradens hostibus in fide Dei: præmia autem fidei mox accipit, cùm mulier in hostem fidei se præclarè gesserit, et potita sit capite Holofernis. » Magistrum sequitur discipulus, Origenes videlicet, homil. 9, in Judices: « Quid, ait, ego illam magnificam et omnium feminarum nobilissimam memorem Judith? quæ jam perditis pene rebus non dubitavit sola succurrere, seque suumque caput immanissimi Holofernis neci sola subjicere, et processit ad bellum non in armis, neque in equis bellicis, aut in subsidiis militaribus freta, sed virtute animi, et confidentiâ fidei, consilio simul et audaciâ hostem peremit; et quam viri perdiderant femina reddidit libertatem patriæ. » Inter Latinos verò, luculentè D. Ambrosius lib. 3 de Officiis cap. 13: « Ecce tibi Judith se offert mirabilis, quæ formidatum populis virum Holofernem adiit, Assyriorum triumphali septum catervâ. Quem, primò, formæ gratiâ et vultûs decore perculit, deinde sermonis circumscripsit elegantiâ. Primus triumphus ejus fuit, quòd integram pudorem de tabernaculo hostis revexit. Secundus, quòd femina de viro reportavit victoriam, fugavit populos consilio suo. Horruerunt Persæ audaciam ejus. Utique quod in illis Pythagoreis duobus mirantur) non expavit mortis periculum; sed nec pudoris, quod est gravius bonis feminis: non unius ictum carnificis, sed nec totius exercitûs tela trepidavit. Stetit inter cuneos bellatorum femina, inter victricia arma, secura mortis. Quantùm ad molem spectat periculi, moritura processit; quantùm ad fidem, dimicatura. Honestatem igitur secuta est Judith; et dùm eam sequitur, utilitatem invenit. Honestatis enim fuit prohibere, ne populus Dei se profanis dederet, ne ritus patrios et sacramenta proderet, ne sacras virgines, viduas graves, pudicas matronas barbaricè subjiceret impuritati, ne obsidionem deditione solveret. Honestatis fuit, se malle pro omnibus periclitari, ut omnes eximeret periculo. Quanta honestatis auctoritas, ut consilium, de summis rebus femina sibi vindicaret, nec principibus populi committeret? Quanta honestatis auctoritas, ut Deum adjutorem præsumeret? quanta gratia, ut inveniret? » Et libro de Eliâ et jejunio cap. 9: « Bibebant vinum in ebrietate potentes, qui Holoferni principi militiæ regis Assyriorum se tradere gestiebant: sed non bibebat femina Judith, jejunans omnibus diebus viduitatis suæ, præter festorum dierum solemnitates. His armis munita processit, et omnem Assyriorum circumvenit exercitum. Sobrii vigore consilii abstulit Holofernis caput, servavit pudicitiam, victoriam reportavit. Hæc enim, succincta jejunio, in castris prætendebat alienis, ille vino sepultus jacebat, ut ictum vulneris sentire non posset. Itaque unius mulieris jejunium, innumeros stravit exercitus ebriorum. » Augustiniani verò ante citati sermonis 229. verba sunt hæc: « Judith bellator animus alienum pectus obsedit. Illa abjectâ formidine feminarum, victoriam in periculis quærens, nec mortem in periculis timuit, nec ambiguitatem formidavit. Cùm igitur Bethuliæ mœnia Holofernes hostili obsidione calcaret, et advertens tractus aquarum, prima indiceret certamina siccitatem, Judith, flens, sui conjugis fœdera acerbo dissidio ruptâ, lugubri lamentatione servabat. Quæ ut reperit captivandæ civitatis inducias postulatas, mox ei privatam dolorem congeminavit civitatis communis dolor. Quæ exorata consurgens abluit aquâ corpus suum, imponens sibi ornamentum, pendulas aureas divitias suspendit; et manibus lapillatos circulos splendentes induxit, fluentes sinus purpureæ vestis gemmato collegit pectore, casto cultu priùs dimicatura, quàm ferro. Monilium tela pudori semper adversa hostem ferire didicerunt. Gentis suæ vindex sumpsit ornamentorum arma, non de bello nuptias subitura, sed de civitate bellatrix procedit sponsa. Nec fuit levitas ornatûs, qui ad homicidium tanti capitis aptabatur. Pergit divino spiritu ducta, et singularis ancillæ solatio contenta. Species custodit, quæ blanditur, ne violenter pudicitia custodita lædatur, Holofernem alloquitur, ut desiderium inane concipiatur: *Ego,* inquit, *ancilla tua, misit me Dominus facere rem in quâ mirabitur omnis qui audierit eam, quoniam ancilla tua Deum cœli observo, et nunc ibo*

per noctem, et orabo ad Dominum cœli : et nuntiabit mihi quando faciet hæc, et ducam te per mediam Judæam, et ponam sedem tuam in mediâ civitate, et canis non mutiet linguâ suâ contra te, quoniam mihi hæc ostensa sunt à Domino. Non decuit pudicam mentiri, non intelligentibus dixit, perfecit actibus, quod promisit. Deum regi alto sermone, imaginariis verbis blanditur, bellator animus lasciviâ solvitur, in amaro armorum torpent vires innumerabiles militum, luxu regifico nuptiarum pompa nullo nubente construitur, cuncti ebrietate solvuntur. Non delicata matrona pugnavit : sopor tibi, quem ferias præparavit. Constructo thalamo concitatur ad ducem pronum amore, victum somno, elisum virum in strato bellatoris crines implicuit pulchritudine digitorum, post teneritudinem fusi, ebeni capulum quærit. Mucro matronam non terruit, sed armavit, quæ ita pugnavit. Coruscus ensis caput abstulit hosti, persolvitur, in patriis mœnibus victoria suspenditur; armis stupentibus cunei densantur, præpostero ordine triumphant. Sequitur bellum ; vino fusi, soluti somno in certamen nec clamore provocante consurgunt, teguntur armis corruscantibus montes. Quid alienigena fremis? quid bella componis ? quid aciem paras habens quem in cubiculo quæras? Omnem varium furoris impetum retine, tantum vobis reliquimus ducem, agnoscendam partem habemus in portâ pendentem ; tantam animus de Deo suscepit largitatem, quantùm crudelitas tibi poterit vindicare.

TERTIA LIBRI PARS.

De iis quæ Israeliticam liberationem secuta.

Quæ Israelitarum factam per Judith liberationem secuta sunt, statui possunt duplicia, quædam scilicet ante Judith mortem, quædam post. Illa sunt potissimùm octo, è quibus in hoc 15 cap. à vers 9, sunt quatuor. Insunt autem in eorum singulis plura quæ distinctiùs postea exponentur.

Primum, Joachim cum presbyteris suis, de victoriâ Deo et ipsi Judith gratulatum venit. In Græco dicitur, cum ipso Joachim venisse Hierosolymitanus senatus, cùm in Hierosolymitano senatu essent sacerdotes, ut ex 2 Paralip. 19, vers. 8, et ex dictis antea cap. 6, quæst. 3, patet, ut senatores presbyterosque istos è sacerdotali ordine inficier, nulla sunt, prout in Bethuliensibus presbyteris, eâdem quæstione illâ, erant argumenta. Et cum pontifice tanto tamque religioso, quos potiùs, quàm sacerdotes profectos existimemus? Eorum verò adventûs causa triplex ponitur. Prima, ut bona quæ Dominus fecisset viderent. Altera, ut ipsam Judith intuerentur. Tertia, ut cum eâ *pacem loquerentur,* id est, eam salutarent. Quia enim Hebræorum salutatio fiebat per pacis precationem, hinc alicui *loqui pacem,* vel *ad pacem,* est salutare. Unde quòd Genes. 37, v. 4, dicuntur non potuisse fratres loqui Josepho *pacificè*, Hebraicè est, *loqui ad pacem*, ut ne bonum ei quidem diem, nostro more, optare possent, non salutem ullam dicere. Est autem magnus honos tantæ dignitatis viros, tanto numero, tam longè feminam unam salutatam venire. Ista porrò salutatio continuit etiam ipsius Judith laudationem, et pro eâ precationem.

Laudatio facta Græcè dicitur, cùm ad ipsam Domini isti *introgressi* essent, sed Latinè, cùm ad Joachimum pontificem ipsa *exiisset.* Videlicet utrumque factum est : ipsa pontifici obviàm processit; ille, ipsiusque cum eo presbyteri deinde introierunt, ipsamque tum verbis amplissimis efferre cœperunt, vers. 10, et quidem ὁμοθυμαδὸν, *uno omnium consensu. Tu gloria Hierusalem.* Græcè, *tu altitudo,* vel *exaltatio Israelis. Tu lætitia Israel.* Græcè, *tu exultatio*, aut *jubilatio magna Israel. Tu honorificentia populi nostri.* Græcè, *gloriatio magna generis nostri.* Et causæ in Græco ponuntur istæ : *Quia omnia hæc in manu tuâ fecisti ; fecisti bona cum Israel, et ut in ipsis benè placitum haberet Deus,* seu, *ipsis benè vellet, ipsisque benè faceret.* Hæc si quidem importat τὸ, εὐδοκῆσαι ἐπ' αὐτοῖς, et εὐδοκία est ipsa Dei *bona erga homines voluntas,* de quâ Luc. 2, v. 14 : *Gloria in altissimis Deo, et in terrâ pax hominibus bonæ voluntatis,* quemadmodùm eo loco monstrat Maldonatus noster. In Latino autem sunt, etsi verbis aliis, causæ eædem, et earum causarum causæ aliæ duplices. Unæ sunt meriti cujusdam instar, et quæ à Deo tantam animi magnitudinem conciliârint, castitas videlicet insignis, et iteratarum nuptiarum aspernatio, v. 11, *eò,* ait, *quòd castitatem amaveris, et post virum tuum alterum nescieris.* Altera causa, vi et necessitate suâ omninò princeps est : *Manus Domini confortavit te.* Ordine tamen temporis et meriti, posterior significatur, dùm dicitur, *ideò, ect.* Tametsi enim gratiam primam nostrûm nemo mereatur, ejus tamen incrementum, et auxilia quædam divina mereri licet.

Præcatio porrò est bipartita : Una eorumdem sacerdotum vers. 12 : *Et ideò eris benedicta in æternum.* Est autem istud, *eris,* accipien-

dum pro *sis*, eo modo quo apud Latinos dici solet, *valebis*, pro *vale*. Nam in Græco est: *Benedicta fias*, seu *benedicta esto ab omnipotente Domino in æternum tempus*. Et quia εὐλογεῖσθαι est *benedici* et *laudari*, simul in Græco monstratur unde vera benedictio et laudatio expectanda sit, à Deo scilicet, rursùmque qualis, non fluxa, inconstans et brevis, sed solida, constans, in omnem permanens æternitatem. Altera precatio est ipsius populi totius, dicentis: *Fiat, fiat*, quod jam supra semel iterùmque occurrit c. 10, v. 9, c. 13, v. 26, γένοιτο, quo Hebræum *Amen* declaratur; de quo Num. 5, cap. 22, Deuter. 27, 16, Psal. 40, vers. ult. 1 Corinth. 14. Dices malè videri ab interprete Latino id versum, cùm, in altercatione cum Pascentio epistolâ 178, dicat Augustinus. « Sciendum est, « Amen et Alleluia, quod nec Latino, nec Bar« baro licet in suam linguam tranferre Hebræo « cunctas gentes vocabulo decantare. » Respondeo D. Augustinum tantùm asserere, in iis Ecclesiæ carminibus et precibus, de quibus etiam D. Hieronymus præfat. lib. 2 in Epistolam Galaticam, quæ voces istas retinuerunt, fas privato nulli esse pro iis Latinas aut vernaculas quascumque substituere. Illud potiùs notetur in Hebræorum libro, qui *Masseketh sucah* inscribitur, tradi solitum apud Judæos, quoties populo *Amen* respondendum esset, signum edere archisynagogum sudario circumacto; rursùmque duplex esse, *Amen*, legitimum et illegitimum. Atque hoc triplex, pupillum, surreptitium, sectile, quorum primum est, cùm ea quibus respondetur, *Amen*, non intellecta sunt; secundum, cùm antequàm finiantur, præposterâ festinatione, *Amen* pronunciatur, et illorum veluti finis surripitur; tertium, cùm aliud mens agit, ut dissecta ipsa sit, et, mediâ veluti ex parte tantùm, quæ dicuntur, admittat. Est alioquin etiam interdùm *Amen* approbationis, vel affirmationis formula, quæ ab Aquilâ πεπιστωμένως fideliter, vertitur, aut ἀληθινὸν *verum*, aut *verè*, ut ait Isaiæ 65 D. Hieronymus, et Epist. ad Sophronium quæ incipit, *Scio*, et ad Marcellam, Epistolâ *Nuper*.

Alterum, ex iis octo quæ ante Judith mortem proposita sunt, est spoliorum collectio, quæ toto mense facta dicitur, partim quidem, quia hostium opulentissima castra erant, plurimùmque urbium et provinciarum opibus onustissima; partim, quia varias per partes et longè insecuti sunt Israelitæ illos fugientes, Damascum usque, ut antea dictum est. Dùm igitur Assyriorum strages editur, eorum spolia unum in locum, ut dividantur, ex iisque optima quæque ipsi Judith dentur, coacervantur, mensis labitur. Multæ et insignes partim antea, partim postea victoriæ fuerunt, sed earum ferè præda, non dierum quibus collecta est numero, sed pretio ipso rerumque captarum numero indicatur, ut hìc supra, vers. 8, et 1 Paralip. 5, vers. 21, et lib. 2, cap. 14, vers. 14, 15, et apud Herodotum lib. 6, Plinium lib. 33, cap. 3, Diodorum lib. 13 et 17, Josephum lib. 17, c. 13, Livium decad. 3, lib. 2 et 3, Guillelmum Tyrium lib. 6 de Bello sacro, cap. 22. In illâ tamen contra Saracenos celeberrimâ victoriâ, quam anno Domini 1212, in Hispaniâ Christiani obtinuerunt, tanta telorum hastarumque multitudo exstitit, ut lignis toto biduo, ad coquendos cibos, aliis nullis opus fuerit, ut refert lib. 11, cap. 24, Mariana. Mira verò apud Ezechielem cap. 39, vers. 9 et 10, victoriæ contra Magog descriptio: *Egredientur habitatores de civitatibus Israel, et succendent, et comburent arma, clypeum, hastas, arcum et sagittas, et baculos, manus et contos, et succendent ea igni septem annis. Et non portabunt ligna de regionibus, neque succident de saltibus, quoniam arma succendent igne.* Licet enim ista, cum D. Hieronymo, de vincendis ab Ecclesiâ catholicâ hæreticis, exponantur, quàm præclara tamen victoriæ hypotyposis!

Tertium, præmia ipsi Judith dantur, omnia quæ Holofernis fuerant, vers. 14, et enumerantur in Latino, quoad materiam, omnia scilicet aurea, argentea, et quoad formam, vestes, gemmæ, supellex universa, in quâ Græcè *tabernaculum*, et *strata* etiam ponuntur, et cap. 16, vers. 23, nominatim recensetur memorabile illud *conopæum*, quod cap. 13, vers. 10, sustulerat. Gracchi caput afferenti dedit Opimius consul auri tantùm, quantùm capitis illius pondus erat; et quòd gravius id esset, extraxit Septimuleius percussor cerebrum, ejusque in locum plumbum suffudit, ut narrant Plutarchus, Appianus, Valerius, D. Augustinus lib. 3 Civit. 24. Munificentior in Holofernis caput afferentem Juditham, populus, quia et ipsa multò præmiis omnibus dignior, et ea, quam pepererat multò erat salus illustrior. Refert Strabo, lib. 15, fuisse apud Indos moris, ut quæ mulier ebrium regem interficere potuisset, præmii hoc haberet, ut successori nuberet. Quid ergo Judith, quæ hostem et hostem adeò truculentum ebrium jugulavit? Græcè subditur, *imposuisse ipsam omnia in mu-*

lam suam, junxisse currus suos, coacervâsse in iis omnia. Sæpè verò in Scripturis invenies jumentorum singularem numerum pro plurali poni, ut hìc per mulam, mulæ significantur, nisi fortè intelligamus mulam, quâ veheretur, ipsi fuisse, et acceptorum donorum ei partem imposuisse; cætera omnia curribus mandâsse, uti videtur coacervatio illa importare.

Quartum ex iis quæ octo proposita, et in hoc cap ultimum, est gaudium ingens omnium, qui aliis etiam ex locis confluxerunt, Israelitarum vers. 15, et *mulierum et virginum, et juvenum in organis et citharis.* Græce uberius omnia, sic : ***Et cucurrit omnis femina Israelis, ut ipsam videret, et benedixerunt ipsam,*** modo scilicet simili quo supra benedixerunt eam presbyteri, ***et fecerunt ipsi Judithæ,*** seu, ***in ejus honorem, chorum ex seipsis, et ipsa suis in manibus thyrsos sumpsit, deditque mulieribus quæ secum erant, et coronârunt se oleaginis coronis, tam ipsa quàm cum ipsâ illæ. Ipsa ante populum universum prægrediebatur, in choreâ feminas omnes ducens, et sequebatur omnis vir Israelis, armatus, cum coronis, et hymnus in ore ipsorum.*** Intelligendum verò est, post collecta divisaque spolia, Joachimo pontifici, omnibusque visum esse, tantâ pro victoriâ, singulares Deo optimo maximo gratias publicè agendas, idque in sacratissimo Israelis loco, in templo scilicet Hierosolymitano, in urbe metropoli, prout c. 16, v. 22, exprimitur. Itineri ergo sese læti omnes dederunt, eo apparatu et modo quem è textu Græco jam audivimus. Ubi præclarum exemplum vides gratulationum quæ à nobis interdùm ad Dei gloriam et beneficiorum ejus memoriam suscipiuntur, aut peregrinationum, aut processionum, cum aliquâ etiam vestium, florum, musicorum, palmarum, cereorum et armorum pompâ. Debent enim Creatoris laudi creaturæ omnes, quoquo modo fieri potest, servire. Thyrsorum verò mentio et lib. 2 Esdræ 8, vers. 14, lib. 2 Machab. 10; et eos gentilitas ipsius Bacchi honori consecrârat, ut ostendit in Periegesi Dionysius. De oleaginis verò coronis multa Petrus Faber lib. 2 Agonist. cap. 22.

CAPUT XVI.

1. Tunc cantavit canticum hoc (1) Domino Judith, dicens :

2. Incipite Domino in tympanis (2), cantate Domino in cymbalis : modulamini illi psalmum novum, exaltate et invocate nomen ejus.

3. Dominus conterens bella (3) : Dominus nomen est illi (4).

CHAPITRE XVI.

1. Alors Judith chanta ce cantique au Seigneur, et dit :

2. Chantez à la gloire du Seigneur au son des tambours et au bruit des cymbales, chantez avec de saints accords un nouveau cantique; glorifiez et invoquez son nom.

3. Le Seigneur met les armées en poudre; Jehova est son nom.

(1) Carmen hoc extemporaneum, et divino Spiritu afflante exaravit; cecinit autem in mulierum et puellarum choro, quas in eam rem selegerat. Græcus, in fine capitis præcedentis, fert Juditham exarâsse hunc hymnum, vel *confessionem* pro universo Israele, additque : *Et respondebat omnis populus;* vel facilè ritu intercalari canebant, ut Judithæ præcinenti statim populus responderet; vel primus cantici versus, postquàm singulos Juditha cecinerat, iterabatur. Ita servatum legimus trajecto Erythræo, cùm Moysis carmen canebatur. Post victoriam Davidis de Goliath, versus intercalaris erat : *Saul percussit mille, et David decem millia.* In solemni pompâ translationis arcæ, hæc vox ingeminabatur : *Quoniam in æternum misericordia ejus.* (Calmet.)

(2) Ἐξάρχετε τῷ Θεῷ. Nunc denique canendum est; nunc erumpendum in hymnos, actionesque gratiarum. Laudes liberatoris nostri exordimini. (Calmet.)

In tympanis quorum usum apud Judæos etiam Tacitus observat. (Grotius.)

Varia namque instrumenta musicalia, et etiam harmoniæ, mentem excitant ad diversa. Aliquæ enim harmoniæ excitant ad audaciam, quibus utuntur homines in bellis, et aliquæ ad lasciviam, quibus utuntur in choreis, et aliquæ ad devotionem, quibus utuntur in officiis Ecclesiasticis; et hoc modo dixit Judith : *Incipite.* Est autem instrumentum musicum, tympanum quo mulieres utebantur : et hoc modo Maria soror Moysi sumpsit tympanum ad excitandum se, et alias mulieres ad Deum laudandum dicendo : *Cantemus Domino*, etc., Exod. 5.

Modulamini. Propter novam materiam laudandi Deum.

Exultate, Corde.

Et invocate nomen ejus, ore. (Lyranus.)

Canticum Judithæ vocatur in Vulgatâ, *Psalmus novus*, aut quia hoc carminis apud Hebræos familiare epithetum est, ut deduci potest ex Psalmis; aut quia ejusmodi est, ut consenescat nunquàm, aut obruatur oblivione, cùm ea sit recentis beneficii magnitudo, ut ejus nunquàm debeat excidere memoria. *Novum* pro *illustri* etiam et *raro* interdùm usurpatur. (Vatablus.)

(3) Contra suum populum excitata, ut patet in Pharaone Exod. 14, et in Amalec Exod. 17, et in regibus Chananæorum, lib. Jos., quasi per totum. (Lyranus.)

Conterens bella, debellans contra hostes ipsos, ipsorumque vires conterens, et comminuens. (Menochius.)

(4) Et nomini res significata respondet.

4. Qui posuit castra sua (1) in medio populi sui, ut eriperet nos de manu omnium inimicorum nostrorum.

5. Venit Assur ex montibus ab aquilone (2) in multitudine fortitudinis suæ, cujus multitudo obturavit torrentes (3),

4. Il a mis son camp au milieu de son peuple, pour nous délivrer de la main de tous nos ennemis.

5. Assur est venu des montagnes, du côté de l'aquilon, avec une multitude et une force extraordinaire; ses troupes sans nombre ont

quia verè Dominus est. (Menochius.)

Ut magnitudinem potentiæ et majestatis Dei extollant Hebræi, addunt elogium : *Dei exercituum*, Dei virtutum, Domini copiarum Israelis, Dei fortis, *conterentis bella*, *Dei sabbaoth*, id est, exercituum. *Dominus sicut fortis egredietur, sicut vir præliator suscitabit zelum.* Exhibetur sæpè gladio armatus, hostesque prosternens atque trucidans : *Multiplicabuntur interfecti à Domino.* (Calmet.)

Duo statuit in principio cantici nostra psaltria, quæ facilia reddunt creditu quæ deinde sequuntur : alterum, Deum esse potentem, et nihil esse quod illius potestati et imperio non subsit ; alterum, illum qui potest, etiam velle populo suo favere. Quasi dux et imperator pro suis dimicat, et contra omnem vim in medio populi sua metatur castra, quæ ex adverso directa castris et signis hostilibus opponat. (Vatablus.)

C'est avec très-grande raison que Jesus-Christ nous a defendu de rechercher à être nommés *maîtres*, *parce qu'il n'y a qu'un seul maître* et qu'un seul Seigneur. C'est donc à Dieu qu'appartient ce nom auguste; et il est sans aucune comparaison, et sans aucune exeption, *le Seigneur*, parceque toutes les créatures lui sont également soumises comme au souverain de tout l'univers; et qu'il a le pouvoir de renverser d'un clin d'œil toutes les armées, et de *briser* toutes les forces dans lesquelles les plus puissants princes mettent leur confiance. (Sacy.)

(1) In Græco, εἰς παρεμβολὰς ἐν μέσῳ λαοῦ, id est, *Deus populo suo est vice castrorum.* Sed videtur Latinus interpres legisse θεὶς, *qui posuit.* (Grotius.)

Græcus : *Quoniam in castris ejus, in medio populi, eripuit me de manu persequentium me.* Syrus : *Castra metaris in medio populi tui, ad liberandum eos.* Reddi etiam potest Græcus in hanc sententiam : Ita est Dominus populo suo ceu agmen, seu vallum, robur et munimentum. (Calmet.)

Castra Dei sunt vel tabernaculum, seu templum, vel sanctorum angelorum cohortes; cùm enim obvios habuisset angelos Jacob Gen. 32 : *Castra*, inquit, *Dei sunt hæc*, et Psal. 33 : *Immittet angelus Domini in circuitu timentium eum, et eripiet eos*; seu, ut est in Græco et in Hebræo, *castra in circuitu timentium Deum metatur angelus,* ut scilicet illos tueatur. (Menochius.)

Elisée étant autrefois tout environné de la cavalerie, des chariots, et des autres troupes du roi de Syrie qui voulait le perdre, et son serviteur en étant épouvanté, ce saint prophète demanda à Dieu qu'il lui plût d'ouvrir ses yeux pour lui faire voir la montagne où il était, toute pleine de chevaux et de chariots de feu qui l'environnaient; et par là il convainquit celui qui tremblait déjà *qu'il y avait plus de gens armés pour eux qu'il n'y en avait contre eux.* C'est de ce *camp* des esprits celestes et des ministres du Seigneur que Judith entend parler en ce lieu, lorsqu'elle declare : Que *Dieu a placé son camp au milieu de son peuple* pour le delivrer de ses ennemis. Il paraissait aux yeux des Hebreux une armée innombrable d'Assyriens qui assiégeaient et serraient de près Bethulie. Mais la lumière de la foi avait fait voir à Judith, comme à Elisee, une autre armée sans comparaison plus puissante, qui formait un camp celeste au milieu de cette ville. Et ce furent ces ministres du Seigneur qui imprimèrent tout d'un coup dans l'esprit de ces barbares un saisissement et une terreur panique qui les mit en fuite, et qui delivra en même temps Israël.

Le *camp de Dieu* peut être explique encore de son tabernacle et de son saint temple, où il s'était engagé, en parlant à Salomon, d'exaucer son peuple, lorsqu'ils viendraient l'y prier de les delivrer de leurs ennemis.

Que si nous voulons entendre ces paroles de Judith en un sens spirituel et figuré, nous pouvons dire que *Dieu a placé son camp au milieu de son peuple pour le délivrer de ses ennemis*, lorsqu'étant venu s'établir au milieu de nous par sa sainte humanité, il a formé son Eglise, qui nous est représentée dans le Cantique comme une armée redoutable aux ennemis de notre salut. *Quæ est ista, terribilis ut castrorum acies ordinata?* (Sacy.)

(2) Eo ad Judæam situ, qui aliquid habet à septentrione, aliquid ab ortu. (Grotius.)

Quanquàm Assyria, et reliquæ trans Euphratem regiones, aquilonares Judææ non erant, designari tamen à prophetis solent nomine *regionum ad aquilonem.* Id autem idcircò fit, quod gentes trans Euphratem venirent in Judæam per fauces montium Libani et Hermonis, Judææ septentrionalium. Iter per Arabiam desertam rectius erat quidem et brevius, sed difficile exercitui, quòd careret aquâ, lignis, pabulis, urbibus. Assyrium exercitum venisse ait Judith ex montibus, siquidem è montibus Ciliciæ venerat, descenderatque è collibus Palæstinam à Syrià distinguentibus. (Calmet.)

(3) Familiare est Hebræis torrentes cum vallibus miscere, cùm una eademque Hebræa vox נחל et *vallis* sit et *torrens*. Vox Græca significare videtur obstruxisse, vel dolo malo opplevisse torrentes locorum unde transibant ut incolas gregesque siti perimerent; seu potiùs, multitudine exhausisse. Gloriabatur Sennacherib sese copiarum suarum transitu flumina exhausisse; idemque de exercitu Xerxis Græci historici narrant :

.... *Epotaque flumina Medo*
Prandente . .....

Ptolemæus Philopator aggesta humo fontes omnes et rivos aquarum obstruxit. (Calmet.)

et equi eorum cooperuerunt valles.

6. Dixit se incensurum fines meos, et juvenes meos occisurum gladio, infantes meos dare in prædam, et virgines in captivitatem (1).

7. Dominus autem (2) omnipotens nocuit eum (3), et tradidit eum in manus feminæ, et confodit eum.

8 Non enim cecidit potens eorum à juvenibus (4), nec filii Titan (5) percusse-

rempli les torrents; et sa cavalerie couvert les vallées.

6. Il avait juré de brûler mes terres, de passer mes jeunes gens au fil de l'épée, de donner en proie mes petits enfants, et de rendre mes filles captives.

7. Mais le Seigneur tout-puissant l'a frappé; il l'a livré entre les mains d'une femme; et il l'a percé.

8. Car ce ne sont point les jeunes hommes qui ont renversé celui qui était puissant

(1) Hâc fretus multitudine Holoferne, quasi foret omni virtute fortunâque superior, sibi de victoriâ, quam spe certissimâ devorârat, gratulatus, omnia omnibus minabatur, agris et messibus incendium, juvenibus qui arma tractare poterant ferrum et exitium, infantibus prædationem, virginibus servitutem, etsi quid putabatur servitute molestius. (Vatablus.)

(2) Cui nullus potest resistere. (Lyranus.)

(3) Occidendo eum per manum feminæ, quod fuit valdè confusibile. (Lyranus.)

Nocuit eum. Græcismus, pro *nocuit ei*, id est, delevit, in nihilum redegit. In Græco est ἠ έτησε, est autem ἀθετέω, loco moveo, irritum facio, frustror. (Menochius.)

Nocuit eum. Græcismus est, pro *percussit eum*, et sic etiam loquitur Plautus in Milite, actu 5. Sed quâ manu percussit? (Tirinus.)

Consilia ejus dejecit: *Frustratus illum est spe suâ.* (Calmet.)

(4) Juvenum nomine Hebræi designare solent milites. Græcus et Latinus libri hujus interpretes, legentes bis nomen gigantum, seu virorum roboris et proceritatis eximiæ, reddiderunt primò Titanes, quos fabula celebrat, filiorum Cœli et Telluris, qui omnibus viribus cœlo pellere Jovem annisi sunt. Septuaginta eâdem voce *Titanum* reddiderunt Hebræum *Raphaim*, nomen Gigantum apud Scripturam. In Regibus legunt illi: *In valle Titanum*, pro *valle Raphaim*, quod est in Hebræo. Syrus hic reddit: *Nec quisquam de filiis potentium percussit, nec viri staturæ celsæ aggressi sunt eos.* Uti jam animadvertimus, Græcus libri hujus interpres Græcos scriptores fortassè legerat. (Calmet.)

(5) Id est, *excelsi gigantes*, ut explicans subdit. Quæres qui sint filii Titan, vel, ut Græcè est, Titanum? Resp. Titan vel Titanus fingitur è poetis Cœli et Vestæ, id est, terræ filius, ac Titanes eorumdem filii, de quibus Virgil. 6 Æneid.:

Hic genus antiquum terræ, Titania pubes,
Fulmine dejecti, fundo volvuntur in imo.

« Terra, inquit Servius, primùm Titanas con-
« tra Saturnum genuit, gigantes postea contra
« Jovem. Et ferunt fabulæ Titanas ab iratâ
« contra deos terrâ, ad ejus ultionem creatos. »
Unde et Titanes dicti sunt ἀπὸ τῆς τίσεως, id est, ab ultione. Jupiter enim dejecit eos in Tartara. Tradunt Titanas sex fratres fuisse, et quinque sorores, à Titeâ matre dictos, ut auctor est Diodorus: ex quibus unus fuit Japethus, pater Promethei. Hiperionque ex Titanum numero est, qui solis ac lunæ, stellarumque motus observâsse atque demonstrâsse primus fertur, ideòque solis parens et astrorum fertur. Hinc Sol Titan, Luna Titania, à poetis dicuntur. Cicero in Arato 7:

Quem cùm perpetuo vestivit lumine Titan.

Ovidius 5 Metamorph. 35:

Dùmque ibi perluitur solitâ Titania lymphâ.

Titan ergo est epitheton solis. Sol enim vocatur cœli et terræ filius, quia manè ex terrà et mari nasci et oriri videtur, idemque ut Jovis filius in cœlo quasi domo paternâ refulget. Hinc multi Titan derivant ab Hebr. טיט *tit*, id est, *lutum, limus, terra,* ut à *tit* dicta sit Thetis et Titea sex Titanum mater. Alii Titan à πταίνω deducunt, eò quòd Titan, id est, sol, quaquaversùm radios suos expandat. Porrò Titiam esse terram, ex quâ prodierit sol et luna, fabulantur poetæ. Terra enim varia habuit nomina. Nam, ut ait M. Varro, apud S. Aug. l. 7. de Civit., terra sive tellus dicta est ops, quòd ope et culturâ fiat melior; et mater, quòd plurima pariat; et alma, quòd cibum paret; et Proserpina, quòd ex eâ proserpant fruges; et Vesta, quòd vestiatur herbis, vel, ut alii, quòd vi suâ stet. Unde extat hymnus Titanos apud Orpheum. Hinc secundò per filios Titan posset accipi Phaeton cum suâ sobole, quem poetæ dicunt esse filium solis, qui dùm equos currumque solis incautè regeret, omnia in terris ardore solis combusserit; q. d., Holofernem non percussit sol aut Phaeton, sed femina Judith. Tertiò nonnulli per Titanes cœli et terræ filios significari putant spiritus et ventos (item procellas et fulmina) qui ex cœlo, id est, ab aere in terram demissi, in eà occultantur, à verbo πταίνω, id est, *extendo,* eò quòd venti extendentes manus suas et vi agentes, injuriam faciunt, unde terræ motus exoritur, quo multi pereunt; q. d.: Non venti, non procellæ, non fulmina, non terræ motus, sed unica mulier prostravit Holofernem. Hùc facit quod Pausan. in Corinth. scribit in Titanis colle apud Sicyonios fuisse aram ventorum positam, in quâ quotannis sacerdos sacrificabat ad mitigandum ventorum feritatem. Primus sensus uti communior, ita congruentior est; Titanes enim erant gigantes robustissimi, quibus nemo resistere poterat. Unde proverbia: *Titanicus aspectus,* id est, torvus, ferus et horrendus. *Titanibus et Crono* (tempore et Saturno) *antiquior Titanas imploras.* Vide Apollodorum initio l. 1 de Origine deorum, Hesiodum in Theogoniâ, Giraldum et alios.

Nota ex S. Hier. in c. 5 Amos v. 8, et S. Greg. 9 Mor. c. 6, interpretes tam Septuag.

runt eum, nec excelsi gigantes opposuerunt se illi (1), sed Judith filia Merari in specie faciei suæ dissolvit eum.

9. Exuit enim se vestimento viduitatis, et induit se vestimento lætitiæ in exultatione filiorum Israel (2).

10. Unxit faciem suam unguento, et colligavit cincinnos suos mitrâ (3) : accepit stolam novam (4) ad decipiendum illum.

11. Sandalia ejus rapuerunt oculos ejus (5) : pulchritudo ejus captivam fecit

parmi eux; ce ne sont ni les fils de Titan qui l'ont frappé, ni les géants d'une hauteur démesurée qui se sont opposés à lui; mais c'est Judith, fille de Mérari, qui l'a détruit par la beauté de son visage.

9. Car elle a quitté ses habits de veuve, et s'est parée de ses habits de joie, pour relever les espérances des enfants d'Israël.

10. Elle a mis sur son visage du parfum; elle a arrêté ses cheveux par une élégante coiffure; elle s'est parée d'une robe brillante pour le séduire.

11. L'éclat de sa chaussure l'a ébloui; sa

quàm nostrum subindè Hebræa nomina, quæ apud eos aliter appellantur vocabulis fabularum gentilium Græcorum et Latinorum in linguam Græcam et Latinam transferre, non quasi fabulas narrent aut probent; sed quia non benè nec plenè intelligimus id quod dicitur, nisi per ea vocabula quæ usu didicimus, et quasi cum lacte combibimus, ait S. Hier., maximè quando fabulæ ex S. Scripturâ ortum ducunt, ut hìc fit. Fabula enim Titanum ex historiâ gigantum, Genes. 6, v. 4, et c. 11, 4, facta et ficta est. Sic Sept. Job. 42, 14, pro *cornu stibii* vertunt *cornu Amalthææ*, quam poetæ fingunt esse capram quæ lacte suo Jovem nutrivit. Sic Thren. 4, 3, noster vertit *lamias*, cùm in Hebr. sit תנינים *Tannium*, quæ vox dracones vel inania et terrifica monstra significat, quales sunt lamiæ. Idem est judicium de Arcturo, Orione et similibus, ait S. Hier., quorum mentio fit in Job et prophetis; de quibus poeta :
Arcturum, pluviasque Hyadas geminosque Triones,
Armatumque auro circumspicit Oriona.
Filii ergo Titan vel Titanum sunt filii gigantum id est, gigantes vastissimi, fortissimi et robustissimi. (Corn. à Lap.)

(1) Judith voulant relever extrêmement la grandeur et la puissance de Dieu, déclare dans son cantique d'action de grâces, et fait entendre à toute la terre qu'il n'avait point employé le bras des hommes robustes et des géants, pour renverser le superbe qui se glorifiait vainement de son pouvoir et du grand nombre de ses soldats; mais qu'une femme l'avait détruit par l'éclat de sa beauté. Nous ne répèterons point ici ce que nous avons marqué auparavant, pour expliquer comment cette femme si sainte et si chaste put se servir sans pécher de l'éclat de sa beauté pour le surprendre, et pour lui couper la tête. C'était un impie que son orgueil et ses blasphèmes contre le vrai Dieu avaient livré, comme dit saint Paul, au déréglement de son cœur, et à toute sorte d'impuretés.

Que si Judith trompa Holoferne par la beauté de son visage, et si Dieu même augmenta cette beauté, pour faciliter l'exécution du dessein qu'il lui avait inspiré, Jésus-Christ a pris sans doute une voie bien opposée, pour surprendre et pour vaincre le démon, figuré par Holoferne, puisque le piége qu'il lui a tendu, a été la difformité étonnante de sa passion et de sa croix, qui, ne pouvant être regardée par cet esprit orgueilleux, que comme disproportionnée et même opposée infiniment à la majesté du Dieu de gloire, lui persuada qu'il n'était qu'un homme simple, et non le Dieu tout-puissant. Ainsi une femme comme Judith parée magnifiquement, et tout éclatante de cette beauté qu'elle décrit elle-même dans ce chapitre avec grand soin, était l'instrument que Dieu jugea propre pour humilier Holoferne dans l'elèvement de son orgueil, et pour sauver Israël de l'épée des Assyriens. Mais un Dieu anéanti jusqu'à l'état le plus rabaissé de l'homme, et tout défiguré dans sa sainte humanité par les outrages et les opprobres de sa passion, était l'instrument que Dieu même regarda comme le plus digne de confondre l'orgueil de l'enfer, et de terrasser celui qui, comme Nabuchodonosor, avait entrepris de se faire reconnaître et adorer comme le seul Dieu dans toute la terre. (Sacy.)

(2) Nempe ad felicitatem, vel lætitiam illis comparandam. Græcus : *In sublimitate laborantium Israel.* Syrus : *In gloriam dolentium Israelis.* (Calmet.)

(3) Mitra propriè est vitta pretiosa, gemmis sæpè ornata, quâ vinciebantur crines, seu integumenta capitis principum hominumque illustrium. Idem quoque nomen usurpatur de regio diademate, vel de ornamento capitis mulierum seu virorum, cui vitta hæc seu fascia addebatur. Animadvertimus de mitrâ Judithæ, integumentum esse capitis pretiosum. Hic nonnisi pulchritudinem ejusmodi vittæ, vincientis seu adstringentis hoc ornamentum capitis, celebrat. Alterum alteri non opponitur. Syrus fert : *Ligavit cincinnos suos reticulo,* nempe integumento instar retis.

(4) Græcus : *Vestem*, seu stolam, *lineam.* Erat stola promissæ vestis genus, virile pariter et muliebre apud orientales. Ex lino confici solebat. Veteres Orientales nullis fermè nisi lineis vestibus utebantur. Linum verò Ægyptium et Judæum candore et tenuitate maximè laudatur. (Calmet.)

(5) Quia per aspectum intravit concupiscentia ad animum. (Lyranus.)

Ostendit quibus armis imbellis femina strato Holoferne Assyriorum vires dissipârit et fregerit, scilicet, ut habetur sup. v. 10 : *Redimitis capillis mitrâ*, etc. « Mitra Syriacum, « diadema Græcum, vitta Latinum, idem si« gnificant in linguâ suâ : vinculum. » (Scalig. ad Varr.) Mitra erat propriè fascia pretiosa,

animam ejus : amputavit pugione cervicem ejus.

12. Horruerunt Persæ constantiam ejus (1), et Medi; audaciam ejus.

13. Tunc ululaverunt castra Assyriorum, quando apparuerunt humiles mei, arescentes in siti.

14. Filii puellarum compunxerunt eos (2): et sicut pueros fugientes occiderunt eos (3): perierunt in prælio à facie Domini Dei mei.

15. Hymnum cantemus Domino ; hymnum novum cantemus Deo nostro.

16. Adonai Domine, magnus es tu (4,) et præclarus in virtute tuâ, et quem superare nemo potest.

17. Tibi serviat omnis creatura tua, quia dixisti, et facta sunt ; misisti spiritum tuum, et creata sunt (5) : et non est qui resistat voci tuæ.

18. Montes à fundamentis movebuntur cum aquis : petræ, sicut cera, liquescent ante faciem tuam.

19. Qui autem timent te, magni erunt apud te per omnia (6).

beauté a captivé son âme; et elle lui a coupé la tête avec sa propre dague.

12. Les Perses ont été épouvantés de sa constance, et les Mèdes, de sa hardiesse.

13. Alors le camp des Assyriens a été rempli de hurlements, quand ont paru les miens, affaiblis et brûlants de soif.

14. Les fils des jeunes femmes les ont percés de coups et les ont tués, comme des enfants qui s'enfuient ; ils ont péri dans le combat en la présence du Seigneur mon Dieu.

15. Chantons un hymne au Seigneur ; chantons un hymne nouveau à la louange de notre Dieu.

16. Seigneur Adonaï, vous êtes grand ; vous vous signalez par votre puissance, et nul ne peut vous surmonter.

17. Que toutes vos créatures vous obéissent, parce que vous avez parlé, et elles ont été faites; vous avez envoyé votre esprit, et elles ont été créées; et nul ne résiste à votre voix.

18. Les montagnes seront ebranlées avec les eaux jusqu'aux fondements; les pierres se fondront comme la cire devant votre face.

19. Mais ceux qui vous craignent, Seigneur, seront grands devant vous en toutes choses (6).

sæpiùs ornata gemmis, quâ capilli vel pilea hominum illustrium colligabantur. Sæpè tegmen capitis *mitra* vocatur. *Stola* vestis erat ad talos usque demissa, quâ tum viri, tum feminæ utebantur. Orientalibus olim semper erat linea, candida, tenuis. *Sandalium* erat calceamenti genus constans suppagmento et ligaminibus obstraguli vice, ita ut pars pedis superior esset conspicua. Ligamina sandaliorum mulierum divitum et beatarum auro gemmisque fulgebant. (Vatablus.)

(1) Quia nullus erat in eis qui auderet se sibi opponere ad certamen singulare. (Lyranus.)

(2) Id est, homines imbelles atque delicati, viribus non comparandi cum hostibus, eos tamen percusserunt ac sauciârunt. Causam subjungit, potentiam Dei, quam amplificat, ex eo quòd per instrumenta infirma rem confecerit maximam; priùs per feminam interfecit ducem, deinde per homines penè confectos siti, et abjectos atque humiles, castra subvertit, usque adeò et armis copiosa, et instructa militibus. (Vatablus.)

Filii puellarum, id est, juvenes adhuc, et pueri, tenerâ ætate. Nihil restiterunt, ut vel à pueris vulnerari possent. Singularis est Syriaca interpretatio : *Sicut puellas transfixerunt eos;* cædendos se sine prælio tradiderunt. (Calmet.)

(3) Syrum sequi maluerim : *Sicut servos fugitivos cæciderunt eos.* In eumdem sensum commodè Græcus et Vulgata accipi possunt. Servis, quibus fugientibus supervenit herus, quid restat, nisi ut misericordiam implorent et veniam ? (Calmet.)

(4) Si fortè Hebræis in textu librorum sacrorum occurrat nomen *Jehovah*, pronuntiant *Adonai*, quod est, *Dominus meus.* Illorum religionem S. Hieronymus imitatus est. Græcus legit tantummodò : *Domine, magnus es tu.* Syrus : *Domine omnipotens*, etc. (Calmet.)

(5) Græcus : *Misisti spiritum tuum, et ædificavit*, mundum condidit. Paria ferme legas in Psalmo 32, 6 : *Verbo Domini cœli firmati sunt, et spiritu* (vel flamine) *oris ejus omnis virtus eorum*, omnis nempe exercitus cœlorum, astra. Legimus in Genesi 1, 2 : *Spiritus Dei ferebatur super aquas*, velut largiens fœcunditatem, atque è chao educens materiam, quæ hic nomine aquarum significatur, dansque rebus creatis figuram, virtutem, firmitatem. (Calmet.)

(6) Toute la nature sera un jour renversée : les montagnes les plus hautes seront ébranlées jusqu'aux fondements, lorsque le Seigneur fera éclater sa toute-puissance aux yeux des hommes, et la dureté des rochers deviendra alors comme la cire qui se fond à l'ardeur du feu. Mais la crainte du Seigneur est un fondement inébranlable, sur lequel ceux qui ont eu soin de s'établir s'élèvent jusqu'à Dieu, et *sont très-grands devant lui.* Car c'est cette crainte qui humilie le cœur de l'homme. Et plus le cœur est anéanti devant Dieu, plus il mérite d'être elevé, selon cet oracle de Jesus-Christ, que l'humilité du Chrétien est la mesure de son élévation : *Qui humiliaverit se, exaltabitur*, Matth. 18, 4.

Judith a voulu sans doute nous marquer fi-

20. Væ genti insurgenti super genus meum : Dominus enim omnipotens vindicabit in eis, in die judicii visitabit illos.

21. Dabit enim ignem, et vermes (1) in carnes eorum, ut urantur (2), et sentiant usque in sempiternum.

22. Et factum est post hæc, omnis populus post victoriam venit in Jerusalem adorare Dominum (3) : et mox ut purificati sunt (4), obtulerunt omnes holocausta et vota, et repromissiones suas.

20. Malheur à la nation qui s'élèvera contre mon peuple; car le Seigneur tout-puissant se vengera d'elle, et la visitera au jour du jugement.

21. Il répandra dans leur chair le feu et les vers, afin qu'ils brûlent et qu'ils souffrent éternellement.

22. Après cette victoire, tout le peuple vint à Jérusalem pour adorer le Seigneur; et s'étant purifiés, ils lui offrirent tous leurs holocaustes, et leurs vœux et leurs promesses.

gurément par ces *montagnes*, les chefs des Assyriens, qui s'élevaient insolemment de leur force, et qui mettaient leur confiance dans le grand nombre de leurs gens, figurés par ces *eaux* renfermées dans les montagnes; les peuples étant très-souvent marqués dans les Ecritures sous la figure des eaux. La volonté du Seigneur *ébranla jusqu'aux fondements*, c'est-à-dire, renversa *ces hautes montagnes* enflées d'orgueil, lorsque, par la main de Judith seule, elle mit en fuite et en désordre toute cette armee si redoutable. Ceux qui paraissaient aussi fermes et aussi *durs* que *les rochers*, *se fondirent* tout-à-coup *comme de la cire devant la face de Dieu*, lorsqu'étant sourds à la voix d'Achior, qui leur parlait en faveur des Juifs, et que, paraissant invincibles, ils perdirent en un instant toute cette fermeté apparente, et se virent abattus par la frayeur qui les saisit. Judith, au contraire, et tous les Juifs, *ayant la crainte de Dieu*, devinrent *très-grands devant lui*; et l'humilité profonde avec laquelle ils s'anéantirent en sa présence, les éleva au-dessus de tous leurs ennemis. (Sacy.)

(1) Idem habes Eccl. 7, v. 19, et c. 10, v. 13, Isai. ult. v. 24, et Marc. 9, v. 46, etc. Et potest intelligi partim de metaphoricis, partim de proprie dictis, *igni et vermibus*, tum in hâc, tum in futurâ vitâ. Nam in inferno propriè dictum ignem esse communis est theologorum sensus. Et de vermibus, et piscibus, et sulphure, idem docent S. Hier., S. Augustinus, Lyranus, Carthusianus, Glossa interlinearis, Abulensis, Haymo, Ribera, Serarius, et teste Maldonato etiam Chrysostomus, Theophylactus, et multi alii, ut inquit Suarez. Et confirmatur, quia vocantur *vermes carnis*, ergo erunt carnei. Et hanc fœdam sensuum pœnam promerita fuit fœda carnis concupiscentia. Sicut carnis maceratio, et mortificatio in beatis promeretur oblectationem corporalem sensuum externorum in cœlo per suavissima mixta quæ sensus omnes mirificè oblectabunt. (Tirinus.)

Vel per ignem et vermes metaphoricè significantur vulnera et morbi qui homines veluti adurunt et inflammant. Vel certè intelligitur ignis inferni, et vermis ille immortalis quo damnati cruciantur. (Menochius.)

(2) Sicut prophetavit Isaias in fine libri sui. (Lyranus.)

La *visite* dont il est parlé ici, lorsque Judith déclare *que le Seigneur visitera au jour de son jugement ceux qui se seront élevés contre son peuple*, est bien différente de *la visite* dont Zacharie parle lorsqu'il dit *que le Seigneur Dieu d'Israel a visité son peuple, et lui a fait miséricorde.* Et autant que l'on aura négligé dans la vie présente cette *visite miséricordieuse* d'un Dieu qui nous comble de ses grâces, et qui nous invite, comme dit saint Paul, par sa longue attente à la pénitence, autant on éprouvera la rigueur de cette dernière *visite* de la justice inflexible du même Dieu, lorsqu'il *répandra dans la chair* de ses ennemis, c'est-à-dire dans leur corps aussi bien que dans leur âme, *un feu* éternel, et *des vers* qui ne mourront point, afin qu'ils soient la pâture de ce feu et de ces vers dans les siècles, selon que le Fils de Dieu le déclare expressément dans l'Evangile.

Il est remarquable que Judith prononce particulièrement cette malédiction contre *le peuple qui s'élèvera contre le peuple de Dieu;* et peut être qu'en cela le Saint Esprit a voulu nous inspirer principalement une grande horreur de tout schisme et de toute révolte contre l'Eglise, qui est proprement le peuple de Dieu. Mais on peut dire en général que tous ceux qui s'élèvent en quelque manière que ce puisse être, contre cette nation choisie que Jesus-Christ s'est acquise par le prix de son propre sang, tomberont dans cette terrible malédiction. Or il y a plusieurs manières de s'élever contre elle. Et tous les scandales qu'on lui cause, soit par de mauvais exemples, soit par de pernicieuses doctrines, soit par une révolte criminelle, engagent dans ce malheur.

Il est bon aussi de remarquer que ces *vers* dont il est parlé ici, s'expliquent figurément par plusieurs personnes, comme n'étant pas réellement des vers qui rongent la chair des réprouvés dans l'enfer, mais le sentiment piquant du feu et le remords de conscience dont ils seront déchirés éternellement. Mais il semble que rien n'empêche qu'on ne puisse aussi l'entendre littéralement, en sorte que ce soient des vers effectifs, dont la chair de ces réprouvés sera rongée, comme ce sera un feu très-réel qui la brûlera. Car il n'est pas impossible au Tout-Puissant, dit saint Augustin, de créer et de faire subsister au milieu des feux des vers qui soient destinés pour augmenter le supplice des méchants. (Sacy.)

(3) Reddendo sibi gratias de tanto beneficio. (Lyranus.)

(4) Aquâ lustrationis secundum formam quæ habetur Num 19. (Lyranus.)

Mox ut purificati sunt, ab immunditiâ ex cæde Assyriorum, et contactu cadaverum con-

23. Porrò Judith universa vasa bellica (1) Holofernis, quæ dedit illi populus, et conopeum quod ipsa sustulerat de cubili ipsius, obtulit in anathema oblivionis (2).

24. Erat autem populus jucundus secundùm faciem sanctorum (3) ; et per tres menses gaudium hujus victoriæ celebratum est cum Judith.

25. Post dies autem illos, unusquisque rediit in domum suam ; et Judith magna facta est (4) in Bethuliâ, et præclarior erat (5) universæ terræ Israel (6).

26. Erat etiam virtuti castitas adjuncta (7), ita ut non cognosceret virum omnibus diebus vitæ suæ (8), ex quo defunctus est Manasses vir ejus.

23. Or Judith offrit comme monument d'oubli toutes les armes d'Holoferne, que le peuple lui avait données, et le pavillon de son lit qu'elle avait emporté elle-même.

24. Tout le peuple fut dans la réjouissance à la vue des lieux saints; et la joie de cette victoire fut célébrée avec Judith pendant trois mois.

25. Après ces jours, chacun retourna en sa maison ; et Judith devint célèbre dans Béthulie, et la personne la plus considérée de tout Israël;

26. Car la chasteté en elle était jointe au courage; tellement que depuis la mort de Manassé, son mari, elle ne connut point d'homme tout le reste de sa vie.

tractâ. Nam, ut insinuatur Num. 30, v. 34, *lavanda* erant, et *corpora*, et *vestimenta*. (Tirinus.)

Expiârunt se sordibus effusi sanguinis, rerumque quamplurium contagione, quæ Assyriorum usibus servierant, Hebræis immundæ. (Calmet.)

(1) Instrumenta bellica. (Menochius.)

(2) Scilicet, sacerdotibus, ut de cætero nullus uteretur eis, sed servarentur in loco cultûs divini, ad memoriam beneficii divini. (Lyranus.)

Hebr. חרם *cherem* significat anathema, id est, donum ab usibus profanis avulsum, totumque Deo separatum et consecratum. Τὸ *oblivionis* non est in Græco, undè aliqui legendum putant *oblationis;* sed *oblivionis* habent omnia exemplaria Latina, idque aptè huic loco congruit; anathema enim dicitur *oblivionis*, quia dicatum erat Deo ad arcendam tanti beneficii et victoriæ apud posteros oblivionem (ita Serarius); aut quia oblivionem afferebat præteritæ famis, sitis et mille ærumnarum quas ante ab Assyriis passi fuerant Hebræi (ita Sanchez). Sic Joseph filium suum vocavit *Manassem*, id est, oblivionem, dicens : *Oblivisci me fecit Dominus omnium laborum meorum*, Genes. 41, 51, et Isaias c. 65, v. 16 : *Oblivioni traditæ sunt angustiæ priores.* In quem locum optimè Hieron. : « Obliviscentur pristina mala, « non oblivione memoriæ, sed bonorum suc« cessione, juxta id quod scriptum est : *In die « bonâ oblivio malorum.* » (Corn. à Lap.)

C'est ainsi que David, ayant coupé la tête à Goliath de sa propre épée, offrit cette épée à Dieu dans son tabernacle, comme pour se dépouiller en sa présence de toute la gloire qu'il pouvait avoir acquise en tuant lui seul ce géant si redoutable. Il est dit donc que Judith offrit de même au Seigneur toutes les armes d'Holoferne *comme un anathème d'oubli*, c'est-à-dire comme un don séparé de tous les usages profanes, et un monument suspendu et consacré à Dieu, qui devait éternellement empêcher *l'oubli* d'une grâce si signalée; ou bien Judith les offrait à Dieu dans son temple, pour marquer qu'elle voulait se détacher pour toujours de la gloire d'une action si éclatante, et *s'oublier* en quelque sorte elle-même, pour ne songer qu'à celui à qui l'honneur et l'empire appartiennent dans tous les siècles. Car c'est là la plus généreuse et la plus noble disposition d'une âme qui est convaincue très-sincèrement qu'elle n'a de part dans les plus grandes actions dont elle s'acquitte, que celle qu'il plaît à Dieu de lui donner; et que cette part même qu'elle y a, lui est un sujet d'un abaissement d'autant plus profond, qu'elle reconnaît en être moins digne. (Sacy.)

(3) Id est, ante templum vel ante synagogam; hæc enim extra Jerusalem habitantibus erat instar templi. In eâ enim simul orabant, legemque Dei audiebant. (Corn. à Lap.)

(4) Hæc est ultima pars hujus libri, in quâ ponitur ipsius Judith felix consummatio, cùm dicitur : *Et Judith,* etc. (aliàs magnificentia) in bonis spiritalibus et temporalibus. (Lyranus.)

(5) In vitâ et famâ. (Lyranus.)

(6) Scilicet, mulieribus. (Lyranus.)

(7) Græcus : *Multi concupierunt eam, et non cognovit vir eam omnibus diebus vitæ ejus, ex quâ die mortuus est Manasses vir ejus.* Pseudo-Athanasius in Synopsi fert, illam, ut Bethuliam reversa est, ad pristina exercitia pietatis rediisse. Suidas pariter tradit perseverâsse illam in pristinâ virtute et exercitio. Innuitur his verbis, Juditham deinceps, ut olim antea, in religione, jejunio, vitâque solitariâ perseverâsse. (Calmet.)

(8) Judith, revenue à Béthulie, continua d'y vivre comme elle avait fait depuis la mort de son mari. De brillants partis demandèrent vainement sa main; car en elle, dit le texte, la chasteté était jointe au courage. Sa gloire augmentait à mesure que se prolongeait la paix que sa valeur avait procurée à Israël, et quand, aux jours de fête, l'incomparable héroïne paraissait en public, elle était accueillie par les transports spontanés de la plus vive allégresse. (L'abbé James, Hist. de l'anc. Testam., liv. 6, nº 24.)

27. Erat autem diebus festis (1) procedens (2) cum magnâ gloriâ (3).

28. Mansit autem in domo viri sui annos centum quinque (4), et dimisit abram suam liberam (5), et defuncta est ac sepulta cum viro suo in Bethuliâ (6).

29. Luxitque illam omnis populus diebus septem (7).

30. In omni autem spatio vitæ ejus non fuit qui perturbaret Israel, et post mortem ejus annis multis (8).

31. Dies autem victoriæ ejus festivitatis ab Hebræis in numero sanctorum dierum

27. Les jours de fête, elle paraissait en public avec une grande gloire.

28. Et après avoir demeuré *jusqu'à l'âge de* cent cinq ans dans la maison de son mari, et avoir donné la liberté à sa suivante, elle mourut, et fut enterrée dans Béthulie avec son mari.

29. Et tout le peuple la pleura pendant sept jours.

30. Tant qu'elle vécut, et plusieurs années après sa mort, il ne se trouva personne qui troublât Israël.

31. Or le jour de cette victoire a été mis par les Hébreux au rang des saints jours; et

(1) De diebus hisce festis nihil in Græco, ferente tantummodò crevisse illam in dies gloriâ et famâ, ut ætate proficiebat. (Calmet.)

(2) Scilicet Jerosolymam, quemadmodùm Anna mater Samuelis, 1 Reg. 1, et B. Virgo Luc. 2. (Menochius.)

(3) Id est, in decenti apparatu, et bonorum comitiva. (Lyranus.)

Renovabatur, scilicet ejus facinoris memoria, et ab omnibus laudabatur, et fortassè multi illam comitabantur, et deducebant. (Menochius.)

(4) Id est, usque ad annos ætatis suæ centum et quinque. Simili phrasi Hebræi dicuntur habitâsse in Ægypto annos 430, id est, usque ad annum 430 ab egressu Abraham ex Chaldæâ : nam alioqui Hebræi in Ægypto tantùm habitârunt annis 215, Exodi 12, 40. Quare minùs rectè aliqui putant Judith postquàm facta est vidua, vixisse annos 105; sic enim moriens fuisset 140 annorum vel ampliùs, quod illo ævo erat insolitum.

Addit Græcus quòd Judith antequàm moreretur, diviserit substantiam suis et viri sui cognatis. Unde liquet eam caruisse filiis. Eò mirabilior fuit ejus castitas. Imitentur Juditham christiani etiam principes, qui, ne familia deficiat, mutant propositum, imò votum cœlibatûs, ac uxores ducunt ut liberos habeant familiæ hæredes et propagatores. Non ita fuit Judith, imò cœlibatum omnibus liberis anteposuit. (Corn. à Lap.)

Suidas legit Juditham fuisse annorum centum quinquaginta : sed erroris illum arguunt libri omnes, et quicumque Judithæ ætatis meminerunt, apud quos vita ejus ad annos centum et quinque definitur. Suspicantur quidam centum hosce et quinque annos deducendos esse ab obitu ejus viri; quare ad centum viginti quinque annos senium illa facilè prorogavit. Hæc tamen opinio nullis argumentis defenditur : ita enim Judith diem clauserit necesse est diù post captam à Nabuchodonosore Hierosolymam. (Calmet.)

Non significatur, quòd post mortem viri sui adhuc supervixerit tot annis, sed quòd manens, seu commorans in domo viri sui, tanquàm ejus solius vidua, et non accipiens alium virum, pervenerit ad ætatem centum quinque annorum. Estque id etiam clarius ex Græco, ubi sic legitur : *Et senuit in domo viri sui usque ad annos* 105, ut significetur tota ætas ejus fuisse tot annorum. Et similiter accipiendum est, quod Luc. 2. dicitur de Annâprophetissâ : *Hæc vidua usque ad annos octoginta quatuor.* (Estius.)

(5) Meritò, nam Judithæ populo libertatem restituenti famula fuit, comes, adjutrix. (Menochius.)

(6) Græcus et Syrus : *Mortua est in Bethuliâ, et sepelierunt eam in speluncâ viri ejus.* Animadvertere licuit interpretes nonnullos censuisse Manassem ejus virum sepultum fuisse inter *Dothain* et *Belamon;* sed horum sententiam nos capite 8 refutavimus. (Calmet.)

« Une chose encore plus rare, dit Voltaire, c'est d'avoir demeuré cent cinq ans dans la maison de son mari, après ce bel exploit, comme il est dit au chapitre seize. Si nous supposons qu'elle était âgée de trente ans, quand elle fit ce coup vigoureux, elle aura vécu cent trente-cinq années. »

Voici le texte tel qu'il est rendu non-seulement par un traducteur catholique très-exact, (le père Houbigant), mais encore par un protestant (Le Cène), très-peu favorable au livre de Judith : *Elle vieillit dans la maison de son mari, où elle parvint jusqu'à sa cent cinquième année, en laquelle elle mourut, après avoir donné la liberté à sa servante.* Judith ne vécut donc pas cent-trente-cinq ans, mais seulement cent cinq. (Duclot.)

(7) Qui solemnes erant luctûs dies : *Luctus mortui septem dies.* Porrò hic luctus universæ provinciæ communis fuit; honor verò prorsùs novus et singularis. Græcus et Syrus addunt hìc, divisisse illam ante obitum res suas omnes inter suos et viri necessarios, secutam æquitatis et grati animi leges, jubentes ea quæ è familiâ uxoris, vel è familiâ viri sunt, post utriusque mortem ad originem suam legitimosque hæredes referri, nempe, si desint filii, ad utriusque necessarios. (Calmet.)

(8) Hoc additur ad ostendendum quòd bonum pacis in populo redundavit per longum tempus ex meritis ipsius. (Lyranus.)

Videtur quadragenaria fuisse, quando cervicem Holoferni præcidit. Quod puto contigisse, secundùm nostrum Latinum textum, anno 11, sed, secundùm Græcum, anno 16 regni Manassis, ex quo supervixit Judith annos 65. Res verò Israeliticæ manserunt quietæ et pacatæ totis exinde 75 vel 78 annis, nempe usque ad mortem Josiæ regis Juda. (Tirinus.)

accipitur, et colitur à Judæis ex illo tempore usque in præsentem diem (1).

depuis ce temps-là jusqu'aujourd'hui, il est honoré comme un jour de fête parmi les Juifs.

(1) Postremus hic versiculus in Græco, veteri versione, et Syriacâ non legitur; desumptus autem est ex Chaldæo, quem S. Hieronymus versione suâ expressit. Festum hoc in calendario Judæorum non legitur; sed ex Leone Modenâ discimus non deesse qui credant celebrari consuevisse festum victoriæ Judithæ ipsâ dedicationis vel restaurationis templi per Judam Machabæum die quintâ et vigesimâ casleu; et in nonnullis ritualibus Hebræorum libris eâdem ipsâ die legitur hymnus, in quo de victoriâ Judithæ ex Holoferne agitur. S. Thomas, vel alius sub ejus nomine, meminit festi Estheris et Judithæ. Æthiopes legunt festum libertatis à Judithâ procuratæ in calendario suo, die quartâ elul, mensis augusto congruentis. Festum hoc Judithæ memorans, auctor Historiæ Scholasticæ tradit Nabuchodonosorem illum, cui Holofernes admilitabat, Cambysem appellatum. Serarius et Dionysius Carthusianus decepti sunt, scribentes ab auctore Historiæ Scholasticæ, tradi Judæos Judithæ festum Cambysem appellâsse.

Cùm vetera eorum calendaria interciderint, nihil est cur fidamus iis quæ apud ipsos vulgata sunt de festis diebus, tantummodò exceptis communibus festis, ceu Paschatis, Pentecostes, Tabernaculorum et Neomæniarum. Nullius apud eos superest cultus anni sabbatici, vel jubilaris. Vulgatum est à Sigonio Judaicum calendarium, exhibens festum Judithæ die vigesimâ quintâ noni mensis vel casleu, quod congruit cum festo novi ignis, et restaurationis templi per Judam Machabæum, de quo superiùs. Aliud, præter quàm hoc Judithæ festum, quærendum sibi non esse, dixerunt Torniellus, Salianus, Bellarminus, Cornelius à Lapide, Grotius, aliique.

Sed adversùs hoc calendarium Sigonii insurgit Seldenus; et Joannes Rainaldus Anglus in censurâ librorum apocryphorum contendit veteres Hebræos nihil de festo illo scripsisse. Tempus quo celebrabatur restauratio templi per Judam Machabæum, hiemale erat, neque congruere potest cum tempore liberatæ Bethuliæ, quod nonnisi circa mensem augusti vel septembris contingere potuit. Holofernes enim agrum Damascenum tempore messis frumentaceæ vastavit; integro mense in valle Jezrael sedit; ante Bethuliam aliquandiù substitit, antequàm urbs ad angustias redigeretur. Itaque Judithæ victoria constitui non potest ante mensem augusti, nec revocari usque ad mensem casleu, id est, ad novembrem vel decembrem.

Præterea Juditha illa, cujus meminêre hymni restaurationis templi, alia est ab Judithâ Bethuliæ; auctoribus Rabbinis nonnullis, soror erat Judæ Machabæi, vel, ex aliis, Joannis Asmonæi, quæ Nicanorem imperatorem copiarum Antiochi amore captum, ebrium reddidit, caput cæcidit, cæsumque ad Judam Machabæum misit. Accepto Nicanoris capite, statim Judas adversus Græcos profectus est, eosque fudit. Hæc tamen Hebræorum narratio nullius fidei est. Nicanor ipse prælio adiuit adversùs Judam, à quo cæsus interiit. Festum victoriæ de Nicanore celebrabatur olim in Israele, sed die tertiâ decimâ adar : quare plurimùm aberat à die vigesimâ quintâ casleu, quâ templi restauratio recolebatur.

Ex his omnibus colligendum videtur festum victoriæ Judithæ certam non habuisse in calendario Hebræorum sedem, neque constare quò tempore olim celebraretur : et facilè diù apud Judæos desiit. Festum est utique ex iis quæ certo tempore perseverârunt, et cum institutores habuerit homines, aboleri potuit vel supprimi sive auctoritate supremorum reipublicæ moderatorum, sive non usu et oblivione. Josephi ætate perseverabat festum victoriæ Judæ de Nicanore : sed longo jam tempore cessavit. Res Judaicæ tantis motibus turbatæ sunt per Babylonicam captivitatem, ut mirum non sit, si diuturno hoc exilio perseverante, plurium Hebraicorum festorum, veterumque solemnitatum (earum dico, quas Dei lex non sanciverat) oblivio irrepserit.

Quam hucusque explicavimus, Judithæ historia uberem nobis materiam præbet seria et gravia meditandi. Si in Judithâ morales virtutes inspicias, habes absolutissimum exemplum viduæ probæ et sanctissimæ, qualem optat Apostolus, quæ optimè familiam regat, Deo, necessariis, patriæ omni fide officia sua exhibeat, in secessu, silentio, prece, corporis afflictationibus vivat, carnem domet, ac spiritui servire cogat. Porrò Juditha vitam instituit rectam adeò et cautam, ut integram sibi et inculpatam famam asseruerit castitatis inviolatæ, puræque ab iis etiam maculis quæ plerùmque matronis ejus conditionis exprobrantur. Procul ab illâ studium voluptatis, luxûs, libertatis, desidiæ, levitatis, inconstantiæ, curiositatis ac loquacitatis. Denique vidua erat, quæ omne sibi obsequium et venerationem meritò vindicabat : *Honora viduas, quæ verè viduæ sunt.* (Calmet.)

« Quelques partisans de Judith ont sou-
« tenu qu'il y avait quelque chose de vrai dans
« son aventure, puisque les Juifs célébraient
« tous les ans la fête de cette prodigieuse
« femme ; on leur a répondu que quand même
« les Juifs auraient institué douze fêtes par an
« en l'honneur de sainte Judith, cela ne prou-
« verait rien. » — Et nous, nous soutenons que l'institution d'une fête en mémoire d'un événement aussi éclatant que celui dont il s'agit, prouve que la nation qui l'établit est persuadée de la vérité de cet événement; et que si cette fête a été instituée peu après l'événement, elle constate la notoriété du fait, au point de ne laisser lieu à aucun doute raisonnable. Nous défions même tous les incrédules de citer *un seul exemple* d'une fête instituée à la date même d'un événement ou peu de temps après, et pendant la vie de témoins oculaires, qui n'attestât qu'une fable. Les fêtes grecques et romaines de *Castor*, de *Pollux*, de la *vestale* Sylvie, etc., n'avaient été établies que plusieurs siècles après les événemens de leurs histoires fabuleuses; on ignorait même dans la Grèce et à Rome quel était l'objet de la

TRANSLATIO EX GRÆCO.

1. Et inchoavit Judith confessionem hanc in omni Israel, et subcinebat omnis populus laudem hanc. — 2. Et dixit Judith : — Incipite Deo meo in tympanis : cantate Domino meo in cymbalis : modulamini ei psalmum novum : exaltate, et invocate nomen ejus. — 3. Quoniam Deus conterens bella Dominus : — quoniam in castris ejus in medio populi eripuit me de manu persequentium me. — 4. Venit Assur è montibus ab aquilone ; venit in myriadibus virtutis suæ, quarum multitudo earum obstruxerat torrentes, et equitatus eorum operuerat colles. — 5. Dixit combusturum fines meos, et juvenes meos peremptururum in gladio, et lactantes meos positurum in pavimentum, et infantes meos daturum in direptionem, et virgines meas spoliaturum.—6. Dominus omnipotens frustratus est eos in manu feminæ. — 7. Non enim cecidit potens eorum à juvenibus, neque filii Titanum percusserunt eum, neque excelsi gigantes invaserunt eum, sed Judith filia Merari, in pulchritudine faciei suæ dissolvit eum. — 8. Exuit enim stolam viduitatis suæ in sublimitate laborantium in Israel. — Unxit faciem suam in unguento, et ligavit capillos suos in mitrâ, et sumpsit stolam lineam in deceptionem illius.—9. Sandalium ipsius rapuit oculum ejus, et pulchritudo ipsius captivavit animam ejus. Pertransivit acinaces cervicem ejus. — 10. Horruerunt Persæ audaciam ipsius, et Medi confidentiâ ipsius disrupti sunt. — 11. Tunc vociferati sunt humiles mei, et timuerunt infirmi mei, et expaverunt, exaltaverunt vocem suam, et reversi sunt. — 12. Filii puellarum compunxerunt eos, et tanquàm pueros transfugarum vulnerabant eos. Perierunt ab acie Domini mei. — 13. Hymnum dicam Deo meo, hymnum dicam. — Domine, magnus es, et gloriosus, mirabilis in fortitudine, insuperabilis. — 14. Tibi serviat omnis creatura tua, quoniam dixisti, et facta sunt : misisti spiritum tuum et ædificavit : et non est qui resistet voci tuæ. — 15. Montes enim à fundamentis cum aquis commovebuntur; petræ autem à facie tuâ tanquàm cera liquescent : — super timentes autem te tu benè propitiaris eis. — 16. Quoniam parvum omne sacrificium in odorem suavitatis, et minimus omnis adeps in holocaustoma tibi, timens autem Dominum magnus semper. — 17. Væ gentibus insultantibus generi meo : Dominus omnipotens ulciscetur eos in die judicii, — dando ignem, et vermes in carnes eorum ; et plorabunt in sensu usque in seculum. — 18. Ut autem venerunt in Hierusalem, adoraverunt Deum. Et postquàm mundatus est populus, obtulerunt holocaustomata sua, et spontanea sua, et dona. — 19. Et posuit Judith omnia vasa Olophernis, quæ dederat populus ipsi, et conopæum, quod sumpserat ipsa è cubili ejus, in anathema Deo dedit. — 20 Et fuit populus lætans in Hierusalem ad faciem sanctorum per menses tres; et Judith cum eis mansit. — 21. Post dies autem hos discessit unusquisque ad hæreditatem suam. Et Judith abiit in Betylua, et mansit super substantiam suam. Et facta est per tempus suum gloriosa in universâ terrâ. — 22. Et multi concupierunt eam ; et non cognovit vir eam omnibus diebus vitæ ejus, ex quâ die mortuus est Manasses vir ejus, et appositus est ad populum suum. — 23. Et erat procedens magna valdè. — Et senuit in domo viri sui annos centum quinque, et dimisit ancillam suam liberam ; et mortua est in Betylua. Et sepelierunt eam in speluncâ viri ejus Manasse. — 24. Et luxit eam domus Israel dies septem. Et distribuit substantiam suam, antequàm ipsa moreretur, omnibus propinquis Manasse viri sui, et propinquis generis sui. — 25. Et non fuit ampliùs qui terreret filios Israel, in diebus Judith, et postquàm ipsa mortua est, dies multos.

plupart des fêtes qu'on y célébrait. Que viennent faire ici les *sept dormants*, les *onze mille vierges*, les *noms des trois rois?* ces fables ne sont-elles pas rejetées des savants de toutes les communions? les trouve-t-on dans aucun livre reçu et respecté?

« Mais il est faux que les Juifs aient jamais « eu la fête de Judith. » — Il faudrait, pour faire croire à ceux qui ne sont pas aussi *crédules* que les admirateurs de nos sophistes, qu'on apportât quelque preuve qui infirmât le récit de l'historien de Judith, historien cité tant de fois avec honneur dans les deux premiers siècles de l'Eglise; historien lu et cru, au rapport d'Origène, par les savants d'entre les Juifs. Or, voici ce que disait cet antique écrivain, selon l'exemplaire chaldéen, sur lequel saint Jérôme a fait sa traduction : *Le jour de la victoire de Judith a été mis par les Hébreux au rang des jours saints; et depuis ce temps-là jusqu'à ce jour il est honoré comme un jour de fête parmi les Juifs.* Il est vrai que les Juifs depuis leur dernière dispersion ne la célèbrent plus; mais plus on reculera les temps où elle a cessé d'être en usage, plus on sera forcé de donner d'antiquité à l'écrivain qui atteste qu'elle se célébrait encore de son temps.

(Duclot.)

Quæ ante Judith mortem acciderunt, ex octo propositis, jam redduntur residua quatuor; tum quæ post ejusdem mortem contigerunt, attexuntur.

Ex illis igitur octo, quintum est quid in itinere vel processione ista egerit cap. 16, vers. 1 : *Tunc cantavit canticum Domino Judith.* In Græco, sub superioris capitis finem, pleniùs ostenditur quomodò certis ipsa verbis canendis, præiverit, præeuntem subsecuti sint omnes. *Et incœpit Judith exomologesin hanc,* id est, *confessionem, et laudationem divinam in toto Israel; et succinebat universus populus eamdem laudationem.* In eâ laudatione, sive Cantico, est *proœmium* ad Dei laudes gratesque jucundè invitans et exsuscitans, vers. 2 ; tum sequitur divinæ majestatis deprædicatio triplex.

Primùm generalis vers. 3 et 4, tripliciter. Nam primò vocatur *conterens bella;* deinde, ipsius potestas ab ipso ejus nomine demonstratur, ut cap. 9, quæst. 2 : *Dominus enim nomen est illi.* Postremò, ejusdem suum in populum benignitas commendatur, quòd sua idcircò castra in populi sui medio collocârit, ut eos ex hostium omnium manibus eriperet. Castra verò Dei sunt, vel tabernaculum, seu templum, vel sanctorum angelorum cohortes. Cùm enim obvios angelos habuisset Jacob, Genes. 32, *castra,* inquit, *Dei sunt hæc;* et Psal. 33 : *Immittet angelus Domini in circuitum timentium eum et eripiet eos,* seu, ut in Græco et Hebraico : *Castra in circuitu Deum timentium metatur angelus,* ut militari eos acie cinctos undique et munitos defendat ac tueatur. Ecce quis nostri temporis bellorum tempestates dissipare, quis adversùs tot Ecclesiæ catholicæ hostes cœlestium nos legionum præsidio sepire ac protegere possit ? S. Ephrem, tom. 2, sermone de secundo adventu, prophetam citat dicentem : *Dominus Sabaoth egredietur ad conterendum bella.* At quis, qui hæc dicit, propheta ? Similia quidem in Davide sunt, Psal. 45, vers. 10, Oseæ 2, v. 18, et alibi. Nusquàm tamen, in nostro textu, tam clarè quàm hoc loco, et supra, c. 14, v. 5 ; ideòque quia sanctus istum Ephrem notis suis illustravit ad marginem, hunc è quo illa citarentur, locum notavit. Sed planè factum et hìc est, quod in simili monebam, Tobiæ cap. 3, vers. 2 ; licet sententiæ in Scripturis istis eædem sint, verba tamen, quæ sanctus ille pater profert, non hinc, sed ex Isaiâ sumpta sunt. Cùm enim dixisset : *Interroga magnum prophetam Isaiam,* et unam è cap. 40 sententiam protulisset, subjungit : *Et iterùm Dominus Sabaoth egredietur ad conterendum bella,* cùmque ab hoc prophetâ esset ad alium progressurus, disertè idipsum monuit dicens : *Aliusque propheta ait.* Quomodò ergo, si è Judith verba illa petiisset, aut *iterùm* dixisset, aut non alium librum indicâsset ? Sunt verò illa ex Isaiæ c. 42, v. 3. Nam ubi textus noster Latinus habet : *Dominus sicut fortis egredietur,* in 70 legitur, Κύριος ὁ Θεὸς δυνάμεων ἐξελεύσεται καὶ συντρίψει πόλεμον, quod apud D. Hieronymum ibidem vertitur : *Dominus Deus virtutum egredietur et conteret bellum;* tantùm in S. Ephrem retinetur usitatum illud Hebraicum *Sabaoth*, quod *virtutes* sive *exercitus* significat, licet in Hebræo textu, eo quidem apud Isaiam loco, non sit. Sed hunc ipsum Judith locum clarè spectat D. Hieronymus in Michææ cap. 2, cùm de contumacibus Israelitis ait : « Recedente pace ex « auxilio Dei, quia restiterunt Domino, de « quo dicitur : *Dominus conterens bella, Dominus nomen ei,* adversariis suis resistere non « potuerunt, sed in omni certamine victi sunt; « nec fuit qui contereret adversùm eos bella « nascentia, juxta utramque personam hostium, « vel hominum, qui eos duxêre captivos, vel « adversariarum fortitudinum, quæ animas « eorum quotidiè jugulabant blasphemando. » Cæterùm in Græco sic laudatio ista legitur : *Deus conterens bella. Dominus, quia castra ipsius in medio populi, eripuit me ex manu persequentium me.*

Altera deprædicatio specialis est, eaque è *duplici* divinorum factorum genere petita. *Unum* est, hæc ipsa tam admirabilis victoria, cujus magnitudo, et admirabilitas perspicitur, primò quidem ex hostium peditum, equitum, immensâ multitudine vers. 5, eorumdemque immani crudelitate et minis sanè quàm horrificis, vers. 6. Deinde verò, ex *instrumento,* et *modo,* quo tam innumerabiles, tam barbaras, et formidabiles copias delevit, penitùsque obtrivit divina potestas, vers. 7; *instrumentum* est, non copiæ copiis oppositæ, non juvenum robur, et impetus, non vasti quipiam Titanes, excelsique gigantes ulli, sed femina, et femina unica, filia Merari, v. 8. Hinc in sacrosanctâ fidei propagatione Dei potentiam celebrat sanctus Paulus, 1, Corinth. 1, vers. 26 : *Videte vocationem vestram, fratres, quia non multi sapientes secundùm carnem, non multi potentes; non multi nobiles; sed quæ stulta sunt mundi, elegit*

Deus, ut confundat sapientes; et infirma mundi elegit Deus, ut confundat fortia; et ignobilia mundi, et contemptibilia elegit Deus, et ea quæ non sunt, ut ea quæ sunt destrueret: ut non glorietur omnis caro in conspectu ejus. Modus verò planè inauditus eodem v. 8, et sequentibus 9, 10, 11, 12, 13, 14. Sed in istis observandum, primò, *Assur* vers. 5, dici Assyriorum exercitum, qui ab Aquilone et montibus, qui multi et magni iis in partibus sunt, advenerat. Hæc in Scripturis descriptio non rara, ut Isaiæ 14, Jerem. 1, Ezech. 38, ubi D. Hieron. Aquilonem hæreseos veluti sedem esse ait, è quâ, contra Catholicam Ecclesiam, equitum, bellorumque procellæ horribiles, quemadmodùm nostro isto seculo experimur. Secundò, *Dominus nocuit eum*, vers. 7, id est, delevit, in nihilum redegit, cum Græcè sit ἠθέτησε. Retinuit verò interpres, uti sæpè solet, antiquam phrasin. Nam actu 5 Militis, Plautus: « Jura, inquit, « te non nociturum esse hominem nunc de « hàc re neminem; » et paulò post: « Juro per « Dionem, et Martem, me nociturum nemi- « nem. » Tertiò, illud quod in correctis tamen Bibliis est, *et confodit eum*, à Græco abest. Quartò *filii Titanum*, vers. 8, sunt Titanes, ut filii hominum, homines. Ob veteres illos vastissimæ molis homines, de quibus Genes. 6, dixi; Titanum et gigantum nomenclatio ad robustissimos quosque significandum etiam hodiè vulgata. Distinguit inter illos, in Æneidos 6, Servius, quòd *Titanes* ii sint, quos contra superos deos terra primò effudit; *gigantes*, quos posteriùs. Sed, fabulâ omissâ, iidem sunt, nisi quod, exaggerationis causâ, hìc Titanum iis nomen tribuatur qui ante diluvium fuerunt, commune gigantum vocabulum aliis qui deinceps, aut contra. *Ibi*, ait Baruch, c. 3, v. 16, *fuerunt gigantes nominati illi qui ab initio fuerunt, staturâ magni, scientes bellum.* Videatur Deut. 2; Job 16 et 26; Psal. 18 et 32; Sapient. 14, Isa. 14, et eo loco D. Hieronymus, Procopius, et Theodoretus 2 Reg. c. 6. Jam quintò, illud *imposuerunt se illi*: vers. 8, rectè in correctis Bibliis corrigitur, *opposuerunt se illi*: nam Græcus ait: ἐπέθεντο αὐτῷ. Sextò, duo enumerat Judith, quæ Holofernem maximè ceperunt, et subegerunt: faciei videlicet species, vers. 8, totiusque corporis pulchritudo, vers. 11, tum cultus ipse et ornatus, quem à vertice ad calcem perstringit, v. 9, et sequent. Incultæ *viduarum vestes* exuuntur: *splendidum*, quo lætitia, dùm exultant Israelitæ, significari solet, vestimentum induitur; nobili facies, alioqui jam speciosissima, *unguento* venustatur, et picturatur; *stola*, quæ et materiâ et artificio, et ipsâ etiam novitate, gratiæ plurimùm afferat, suscipitur, neque sua etiam pedibus compta, et admodùm habilia desunt *sandalia*. Quæ flagitii aliis, ea sanctissimæ huic feminæ, virtutis instrumenta fuerunt, quemadmodùm à bonis fieri debet in litteraturâ seculari, eloquentiâ, philosophiâ. Litteris vel Græcis, vel Hebræis, ad catholicam fidem oppugnandam, abutuntur hæretici? Iisdem ad eamdem explicandam et propugnandam utatur Catholicus. Unctâ illi, fucatâ et calamistratâ oratione, ad errorem, vitiorumque lasciviam, incautos prolectant? Ad fidei veritatem, morumque sanctitatem persuadendam, omnem orationis gravitatem, et splendorem conferat Catholicus. Sophismatibus illi, et contortis quibusdam conclusiunculis, ut sacrosancta religionis mysteria minimè credibilia videantur, satagunt? Eadem ut ab omnibus credantur, magnâque veneratione colantur, verâ solidâque ratiocinationum subtilitate perficiat Catholicus, prout egregiè admonent sanctus Hieronymus Epist. ad magnum Oratorem, D. August. toto penè lib. 2 de Doctrinâ Christianâ, sed maximè cap. 40, ubi ut à gentilibus doctoribus profanæ ipsorum disciplinæ, Israelitarum exemplo, auferantur, incitat. Nam inter alia: « Quo, ait, perversè « atque injuriosè ad obsequia dæmonum ab- « utuntur illi, cùm ab eorum societate sese « animo separat, debet ab iis auferre Christia- « nus ad usum justum prædicandi Evangelii. » Cæterùm vers. 9, non habet Græcus, *et induit se vestimento lætitiæ*, sed tantùm, *exuit stolam viduitatis suæ*, verùm satis constat in sententiâ nihil mutari. Neque enim quæ se exuerat, nuda mansit, sed vestes, de quibus supra, sumpsit. Jam septimò, pro illo, in exultatione filiorum Israel, legitur Græcè, εἰς ὕψος τῶν πονούντων ἐν Ἰσραὴλ, id est, *in altitudinem laborantium*, seu *afflictorum in Israel*, ut videatur nostro in textu fuisse non *exultatio*, sed *exaltatio*, cujusmodi mendum in Psal. 149, hæserat, *exultationes* Dei *in faucibus eorum*, cùm Græcus aiat: αἱ ὑψώσεις τοῦ Θεοῦ ἐν λάρυγγι αὐτῶν: ideòque in Romanis Bibliis correctum: *Exaltationes* Dei *in faucibus eorum.* Sententia igitur est, vestimentum à Judith acceptum, quo, dùm exultantur Israelitæ, lætitia indicatur, vel potiùs vestimentum lætum et festum, ut laborantes, metu fractos, periculorum magnitudine dejectos, humique penitùs jacentes

erigeret, exaltaret. Sic enim optimus totius illius mundi muliebris scopus, et finis patefiet. Octavò, unguentum quo faciem inunxit, ex iis fortè generibus fuit, quæ de medicamine faciei Ovidiana nescio quæ elegia proponit, et ad eum finem de quo et supra, et jamjam dictum. Alioqui D. Hieronymus libello ad Lætam de Institutione filiæ, « cave, inquit, ne « aures ejus perfores; ne cerussâ et purpu- « risso, consecrata Christo ora depingas; nec « collum auro et margaritis premas; nec ca- « put gemmis oneres; nec capillum irrufes, et « ei aliquid de gehennæ ignibus auspiceris. » Vide et Epistolam de Ægrotatione Blæsillæ ad Marcellam. Nonò, quæ *stola nova* est vers. 10, Græcè vocatur λινῆ. Et erant quidem in honore ac pretio lineæ id genus apud Judæos vestes, uti patet Exod. 28, Levit. 6 et 8, Ezech. 9 et 44, sicuti et apud *linigeros* Ægyptios, de quibus in Iside Plutarchus; videtur tamen ex καινὴ factum λινῆ. Cur enim alioqui non, more suo, *lineam* vertisset interpres? Sunt verò qui putent novum quandoque dici quicquid præstans et gratum est, ob eam quæ novis in rebus esse solet gratiam, quemadmodùm cùm dicitur: *Cantate Domino canticum novum, et: Charitatis mandatum novum,* 1 Joan. 2, vers. 8, et Joan. 13, vers. 14, cap. 15, vers. 12, id est, excellens quoddam canticum, et mandatum. Decimò, inter Græcum et Latinum discrepantiuncula videtur, vers. 13. Nam Græcè legitur: *Tunc ululaverunt humiles mei, et exterriti sunt infirmi mei, et attoniti fuerunt, sustulerunt vocem suam, et in fugam conversi sunt.* Latinè verò: *Tunc ululaverunt castra Assyriorum, quando apparuerunt humiles mei, arescentes in siti.* Conciliatio foret, si per *humiles* et *infirmos* in Græco acciperentur ii quos ipsa Judith humiles jam fecisset, depressisset, infirmâsset. Sed quod in Latino additur, *quando apparuerunt humiles mei,* valeret, *qui mecum humiles et abjecti erant Israelitæ;* essetque causa et ratio, cur Assyrii, qui adeò antea erecti et superbi erant, ita jam depressi et debilitati essent. Undecimò, *filii puellarum*, vers. 14 vocantur pueri adhuc teneriores, et impuberes adolescentuli. Cùm enim eorum matres κοράσια, id est, *omninò puellæ* vocentur, non possent earum tunc filii esse, nisi admodùm parvuli. Quod adjungitur, *sicut pueros fugientes occiderunt eos,* posset quis ex Græco ὡς παῖδας αὐτομολούντων vertere, *tanquàm transfugarum filios.* Filii verò transfugarum sunt ignavi, timidi, fugaces. Et hi omnes meritò subdunt, *impetu prælii Domini* periisse.

Tertiò Dei deprædicatio vers. 15, rursùm habet quasi epanastrophum et generale quoddam encomium. In illo tamen non legunt Græci: *Cantemus,* sed Ὑμνήσω τῷ Θεῷ μου ὕμνον καινὸν, *cantabo* Deo *meo canticum novum.* In encomio autem ducuntur Dei laudes, primò quidem v. 16, ab ejus magnitudine; sed cùm *Adonai* sit quasi, *Domine mi*, geminum est in Latino *Domine*, in Græco simplex. Deinde, à gloriâ ipsius maximâ: nam præclarus Græcè dicitur ἔνδοξος, et per ejus potentiam atque fortitudinem, hæc ejus gloria in Latino explicatur. In Græco tamen est veluti diversa laudatio, dùm interjicitur θαυμαστός. Tertiò, ab ejus potentiæ præstantiâ et immensitate, cùm eum nemo superare possit, quanquàm non ad solam potentiam, sed ad omnia quæ bonum et excellens quiddam important, referri hoc potest. In omni siquidem genere, semper, Deus ανυπόβλητος, *insuperabilis.* Quartò, à dominatu immenso. Ipse siquidem est cui creatura omnis servire tanquàm vero proprioque domino debet, idque vers. 17, peroptantis ad modum pulchrè sanctèque proponitur, et confirmatur ex admirabili rerum omnium creatione. Sed pro, *creata sunt,* in Græco est, ᾠκοδόμησε, id est, ipsemet *spiritus,* quem misit Deus, *mundum ædificavit,* seu *creavit.* Omninò prout Psal. 103: *Emittes spiritum tuum, et creabuntur,* κτισθήσονται, ideòque hoc, pro Spiritûs sancti divinitate testimonium, ad ea quæ doctè R. P. Bellarminus lib. de Christo, cap. 5, classe 6, colligit, aggreges licet. Quintò, rursùm à potentiâ, cùm vel soli ejus voci et verbulo neque homo, neque angelus, neque totus simul congregatus mundus possit resistere, neque etiam ulla ullius rei, quæ cogitari possit, difficultas; idque duabus in rebus quæ fieri non posse videantur, planum fit. Quid enim factu difficilius videatur, quàm vastissimos montes, pondere gravissimos, in terrâ penitùs infixos et impactos commoveri? et quidem ex ipsis eorum fundamentis evulsos, et unà cum iis quas continere solent aquis, ita ut harum ne guttula quidem effluat, si aliò illi transferantur; vel si eodem loco resideant, hæ quæ cæcis cavernis abditæ continebantur, foras erumpant, sursùmque veluti effluant? Et tamen, Deo ita jubente, *montes à fundamentis movebuntur cum aquis.* Rursùm verò, quid minùs fieri posse videatur, quàm ut saxa et petræ, quorum summa et Proverbiis celebrata durities, colliquescant, et

concalfactæ ceræ instar emollescant? Et tamen, simillimum annuat Dominus, *petræ sicut cera liquescent*. Similia sunt in Psal. 68, 96, 103, Job. 9, Eccles. 16, ut nihil appareat necesse, quod Lyranus et alii quidam faciunt, ad solos ante judicium dies ultimos ista referre. Sextò, ab eximiâ in bonos benevolentiâ et beneficentiâ, vers. 19: *Qui timent te, magni erunt apud te per omnia*, id est, omnibus in rebus, vel per omnia secula. Græcus in singulari, ὁ φοβούμενος τὸν Κύριον, μέγας διαπαντὸς, *qui timet Dominum, magnus* est *omninò*, vel, *semper*. Sed quia tam in Græco quàm in Latino est adversativa particula δὲ, *autem*, videtur subinnui superiore versiculo, *per montes et petras*, significari superbos homines, præfractos et duros unà cum ipsorum aquis, id est, cum opibus omnibus, et numerosissimis servitiorum exercituumque millibus, qui funditùs evellentur, delebuntur, tabefient et exterminabuntur omnes. Græcè tamen pluribus Dei hæc in bonos benignitas exprimitur. Ante siquidem eum, quem jam citavi, versiculum, hæc interseruntur: *Iis verò, qui timent te, tu te propitium facilemque præbes, quia omne sacrificium quod in odorem suavitatis fit, est exiguum quid; et omnis adeps, qui in holocautoma tibi offertur, minimum quiddam est*, quasi diceret: Boni tibi homines gratissimi sunt et acceptissimi, adeò ut præ iis nihil aut parùm admodùm tibi placeant sacrificia et holocausta omnia. Eadem exstiterit sententia, si, ut aptiùs videtur, vertas: *Omne sacrificium, parvum quid est ad odorem suavitatis* (id est, ut tibi, quasi suavis quidam odor, gratum et jucundum sit), *et omnis adeps minimum quid est, ut tibi holocautoma fiat*. Videlicet:

Non bove mactato cœlestia numina gaudent,
Sed quæ præstanda est, et sine testa, fide.

Quò mihi multitudinem victimarum vestrarum? dicit apud Isaiam, c. 1, v. 11, *Dominus. Lavamini, mundi estote, quiescite agere perversè, discite benefacere*. Sapienter à Domino respondisse judicatus est, Marci 12, qui dixit: *Ut diligatur Deus ex toto corde, et ex toto intellectu, et ex totâ animâ, et ex totâ fortitudine; et diligere proximum tanquàm seipsum, majus est omnibus holocautomatibus et sacrificiis*. Galen. l. 3 de Usu partium, c. 10, id ait, verum Dei cultum, qui εὐσέβεια « vocatur, esse, non, si taurorum quàm pluri« mas ipsi hecatombas mactemus, et unguenta « innumerabilia, casiasque adoleamus, sed si « ipse quidem primus cognoscam, deinde verò « etiam aliis enuntiem, quantus ille sapientiâ « sit, qualis bonitate. » Eodemque loco, et postea lib. ult. cap. ultimo, hujusmodi sermonem vocat *sacrum, ejusque qui nos architectatus est, hymnum et epodon*, cum quo faciunt quæ tradidit canone 29, Epictetus, et lib. 7 de curat. Græc., Thodoretus. Septimò, denique, vers. 20, ab justitiâ in improbos et sontes, qui contra Israelitarum genus insurgunt, uti Nabuchodonosor, Holofernes, Assyrii, Medi et Persæ, de quibus vers. 12, 13. Ab his *in die judicii* pœnas reposcet sanè quàm acerbissimas. Additur in Latino, eâdem semper sententiâ manente, *visitabit illos*. Potest verò *judicii dies* bifariàm accipi. Nam primò est cujuscumque vindictæ à Deo inflictæ tempus. Omnis enim damnatio et pœna judicium quandoque appellatur, qui judicii quidam effectus est. Oseæ 10: *Germinabit, quasi amaritudo judicium super sulcos agri*, 1 Corinth. 11. *Judicium sibi manducat et bibit*. Deinde est tempus quo vel quemlibet singulatim, vel quo simul omnes judicabit Deus. Utrâlibet verò notione judicii dies accipiatur, inferendi supplicii gravitatem aperit Scriptura tripliciter: primò, per particulam *væ*, quæ non nisi magnis in malis adhibetur; secundò, per partitionem v. 21: *Dabit enim Deus ignem et vermes in carnes eorum*, ut Eccles. 7: *Vindicta carnis impii, ignis, vermis*. Si priore modo judicium sumatur, significabuntur metaphoricè per ignem vulnera et morbi qui homines veluti adurunt, et inflammant, ut herpes, erysipelas, phlegmone, pavus, carbunculus, pestis, febris, quæ etiam ab igni apud Græcos nomen invenit πυρετός; per vermes, ulcera purulenta, putredines, phtiriases, verminationes, adeòque mors ipsa intelligitur, quâ fiunt homines cadavera vermiumque esca, Job 17 et 21; Eccles. 10: *Cùm mortuus fuerit homo, hæreditabit serpentes, bestias, et vermes*. Potest tamen, per synecdochen, hisce duobus, totum morborum exitiorumque genus significari. Si posterior verò judicii notio teneatur, occurrunt subitò quæstiunculæ, de quibus paulò post. Intelligitur tertiò supplicii gravitas ab effectis duobus, quæ in Latino sunt, *uri et sentire*, ut igni videlicet ustio, vermibus ipsa sensio respondeat, et adjungitur quanto utraque tempore duratura sit, *usque in sempiternum*. In Græco sunt itidem effecta duo, sed paulò secùs, καὶ κλαύσονται ἐν αἰσθήσει ἕως αἰῶνος, *et plorabunt in sensu* eorum, sive, *dùm illa sentient, in æternum*. Sunt enim ambo tam igni quàm vermibus communia, scetus nimirùm, seu ejulatus et

sensus; sed ex isto ille oritur. Sensu percipient infelicissima illa capita ignem et vermes, et idcircò ejulabunt, et complorabunt, idque *in æternum*. Videtur tamen ista varietas ex unicâ litterâ, quam Græci addidêre librarii, exstitisse. His enim est καύσονται, *ardebunt*, illis κλαύσονται, *lugebunt*, prout eodem in verbo non absimilis discrepantia occurrit 1 Corinth. 13: *Si tradidero corpus meum, ut ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest.* Legit D. Hieronymus sub finem Commentarii ad Galat. 5: *Si tradidero corpus meum, ut glorier,* et subdit ipse causam: « Scio, ait, in Latinis « codicibus in eo testimonio, quo supra posui« mus, ARDEAM haberi, pro, GLORIER; sed ob « similitudinem verbi, quâ apud Græcos ar« deam, et glorier, id est, καυθήσωμαι, et καυ« χήσωμαι unâ litteræ parte distinguitur, apud « nostros error inolevit. » Mirarer hanc à Lucâ Burgensi suis in notationibus tam illustrem variationem omissam, nisi alias complures, adeòque libros integros, in quibus et iste, ab eo præteritos viderem.

QUÆSTIUNCULA PRIMA.

Verusne sit ignis qui altero in seculo impiorum carnes depopuletur?

Quia huic quæstioni alius multò magis proprius locus, breviter dico, verum minimèque imaginarium aut metaphoricum illum futurum, quemadmodùm docent theologi 4 sentent., distinct. 50, nominatim verò Sotus.

QUÆSTIUNCULA II.

Verine vermes eorumdem impiorum carnes depasturi?

Negant plerique, et tam hic quàm Marci 9, Isaiæ 66, Ecclesiastici 7, v. 19, tralatè vermium nomine ipsos conscientiæ angores et cruciatus, quibus dies noctesque assiduò infelices excruciantur et excarnificantur, intelligunt: vel certè, ut Marci 9 Maldonatus, eamdem ipsam pœnam quam infert ignis. Non video tamen, verborum proprietas retineri cur nequeat. Ab eâ enim nos quid abstrahat? Num quia mixta, post judicium, corpora nulla erunt? At hoc incertissimum, et contrarium fortè probabilius. An quia vermes istos immortales confiteri oportet? Primò quidem non est absurdum, cùm immortalia esse supplicia oporteat, immortalia quoque eorum instrumenta esse. Omninò quemadmodùm ignis ille dicitur extingui non posse, sic et vermis non mori, Marci 9; deinde, quid si fœdissimas id genus res fœdissimè, apud inferos, interire oririque concedamus? Fierent hæc omnia divino nutu, ut in hisce rebus, tanquàm instrumentis justitiæ suæ Deus uteretur. An denique quia fieri non potest, ut in ardentissimis illis flammis vermes maneant, neque consummantur? Sed qui hoc dicit, meminerit idem de damnatorum ipsorum corporibus dici posse. « Si, ut scripserunt qui « naturas animalium curiosiùs indagârunt, « inquit Augustinus lib. 21 Civit. 4, salaman« dra in ignibus vivit; et quidam notissimi Si« ciliæ montes qui tantâ diuturnitate temporis « atque vetustate, usque nunc et deinceps « flammis æstuant, atque integri perseverant, « satis idonei testes sunt, non omne quod ar« det, consumi posse; » et cap. 5: « Non ad« mittit, inquiunt, ulla ratio, ut caro ardeat, « nec absumatur; doleat, neque moriatur. « Ratiocinatores videlicet magni qui de omni« bus rebus, quas esse mirabiles constat, « possint reddere rationem. » Et verò cur in eodem verborum nexu ignis propriè, vermis non nisi tropicè sumatur? Cur significandi modo disjungatur, quæ sententia ipsa conjungit? Et nonne, ut igni, sic et vermibus sensilis effectus, ut supra visum, tribuitur? Jam verò, ejus nullum sententiæ pœniteat, quæ beatis, non ad necessitatem, sed ad corporum et sensuum honestam oblectationem, pulcherrima quædam è simplicibus composita corpora statuit, cùm magni et sapientes in eâ ipsâ pridem sententiâ fuerint, S. Anselmus in Elucidario, Guillelmus Parisiensis, et apud eum, doctorum facilè principes, Carthusiano teste in 4 sentent. Quòd si, ad aliquam felicitatis accessionem, facit mixtorum quorumdam pulchritudo, quidni et æternæ inferorum miseriæ quidam veluti cumulus è vermibus, pice, sulphure, aliisque id genus turpissimis teterrimisque rebus, accedat? Et ne opinionis novitatem suspectam quis habeat, D. Hieronymo in Job 24, absurdi nihil videtur, unà cum ignibus esse in inferno nives frigidissimas, « eosque, qui illìc torquentur, nunc « quasi ignem ardentem sentire, nunc nimium « algoris incendium. » Glossa in Ecclesiast. 7: « Caro iniquorum, quæ per luxuriam diffluit, « igne inferni et vermibus cruciabitur. » Haymo in Isaiæ verba ultima: « Vermis, ait, et « ignis in hoc loco potest intelligi conscientia « peccatorum, quæ torquet omnes in suppli« ciis constitutos; quare in præsenti seculo « vitiis servientes caruerint bono, pro quo re-

« munerarentur. Unde quodam loco dicitur « sic : Tinea comedit vestimentum, et vermis « corrodit lignum, et ignis devorat ligna; sic « mœror et tristitia excruciat cor viri. Iste ig- « nis non extinguetur, et vermis non morie- « tur, quia illi æternaliter in pœnis manebunt, « et semper propriâ conscientiâ torquebuntur. « Potest et ita intelligi, ut credatur in inferno « ignis esse materialis, et vermis similiter, « qui comedunt et devorant illorum corpora; « licet quidam falsò dixerunt corpus aereum « esse, post generalem resurrectionem, et in « tenues auras dissolvendum. Idcircò autem « *vermis eorum non morietur*, et *ignis non extin-* « *guetur*, quia esca illorum erunt omnes re- « probi, et ex ipsis reprobis erit materies ignis « et vermis, qui tamdiù vivunt quamdiù ha- « bent materiam quâ pascantur. » Ribera, in Apocal. c. 19, cùm essetne verum et propriè dictum apud inferos sulphur disputaret : « Re- « spondeo, ait, verum sulphur esse apud in- « feros, idque haud obscurè ex Scripturâ in- « telligi. Nam igne et sulphure pluit super « Sodomam et vicinas civitates; quam pœnam « Judas Apostolus æterni ignis pœnam esse « scribit; sicut Sodoma et Gomorrha, et fini- « timæ civitates, simili modo exfornicatæ et « abeuntes post carnem alteram, factæ sunt « exemplum, æterni ignis pœnam sustinen- « tes. Et apertiùs Apocalyp. 14 : *Et cruciabi-* « *tur igne et sulphure in conspectu angelorum* « *sanctorum, et ante conspectum Agni*; et cap. « 20 : *Et diabolus qui seducebat eos, missus est* « *in stagnum ignis et sulphuris, ubi et bestia et* « *pseudoprophetæ cruciabuntur*. Et cap. 21 : *Et* « *pars illorum erit in stagno ardenti igne et* « *sulphure*. Atque hæc est communis ferè sen- « tentia eorum qui hos omnes Apocalypsis lo- « cos interpretantur, et Alphonsi Abulensis « episcopi in Matth. cap. 25, quæst. 560, quam « iisdem locis comprobat. » Licet in eo apud Isaiam cap. 30, versu 33, metaphora sit, quòd flatus Domini gehennam succendere dicatur : « Memini, ait in Marci 9 Maldonatus, « Chrysostomum et Theophylactum, verum « esse in damnatis vermem qui eorum arrodat « corpora, alicui sentiri. » Suarezius verò in 3 parte tom. 2, disput. 56, sect. 3 : « Multi, « ait, affirmant futuros in inferno vermes, « sulphur, et alia similia corpora mixta ad « corpora damnanda crucianda. » Si multi hoc affirmant, neque hos alii aptè confutant, miretur nemo, si ad Scripturæ proprietatem adhærescam libentiùs. Calvinus quidem, lib. 3 Instit. cap. 15, § 12, meram in hisce vermibus metaphoram collocat. Sed sanè meritò, sibique cohærenter, quia non Purgatorii modò, sed et omnem gehennæ ignem verum sustulit, cùm iste ignis ei aliud nihil ibidem sit quàm *Dei ipsius indignatio*.

QUÆSTIUNCULA III.

An ad præsens vel futurum seculum potiùs, pœnæ hìc enumeratæ pertineant?

Pertinere ad futurum videntur potiùs, primò, quia cùm simpliciter judicii dies nominatur, neque aliud quod alium diem suadeat, adjungitur, utique magnus ille, quo generale judicium futurum est, dies significatur. Deinde, quia perspicuis verbis Græcè Latinèque asseritur hasce pœnas esse sempiternas. Licet enim quandoque sempiternum dicatur, quod longiori tempore permanet hoc in mundo, quæ tamen in unius hominis vitâ sempiternitas? quid in eo, qui brevissimo vivit tempore, qui fœnum est hodiè, et cras in clibanum mittitur, æternum? Multò verò minùs iis vermibus qui cadaverum sanie pascuntur, æternitas aut vitæ longitudo tribui potest. Sanè, cùm Holofernes omniaque castra cæsa et fugata essent, quæ, præter istam, alia eos omnesque impios pœna maneret, explicare voluit; et à mundi hujus suppliciis ad ea quæ apud inferos sunt orationem transtulit, quemadmodùm et Isaias verbis extremis : *Egredientur, et videbunt cadavera virorum qui prævaricati sunt in me; vermis eorum non morietur, et ignis non extinguetur*. Horum enim verborum quem ipso Christo interprete meliorem velimus? At ille Marci 9 : *Bonum est tibi debilem introire in vitam, quàm duas manus habentem ire in gehennam, in ignem inextinguibilem, ubi vermis eorum non morietur, et ignis non extinguetur*. Iterùmque et tertiò postea vers. 46 et 48. Si libeat, in hâc expositione numerare liceat Lyranum, Carthusianum, et Glossam interlinearem hic, Abulensem in Matth. 25, q. 553, ad 1.

QUÆSTIUNCULA IV.

Sintne ignes et vermes isti sola impiorum corpora cruciaturi?

Dabit, ait nostra Judith, *Dominus ignem et vermes in carnes eorum*. Solas carnes memorat, non animos; et quomodò rem corporis expertem, corporea natura cruciet? Quæ corporis in spiritum actio physica? Perpulit physiologia hæc olim nonnullos, ut meras ignium vermiumque metaphoras comminiscerentur; alii

verò ignem soli cruciando corpori, improprios verò soli animo vermes affingerent. Sed quia disputatio copiosior alterius loci est, videatur loco citato art. 2, Sotus, D. August. lib. 21 Civit. c. 4 et sequentibus; Abulensis loco citato, Ottho Frisingensis lib. 8, cap. 23. *Carnis* verò nomen etsi non rarò pro hominibus ipsis ponitur, ut Psal. 61: *Omnis caro ad te veniet;* Joelis 3; Actor. 2: *Effundam de spiritu meo super omnem carnem;* quia tamen accuratè dicitur, *in eorum carnes*, propriè has intellige, quæ post magni judicii ultimi diem his etiam tormentis exurendæ, lacerandæ divexandæque sunt. Qui porrò textus de carnibus id affirmat, de animis tacet ille quidem, sed non inficiatur, ideòque et hi ab illis carnificinam quamdam veram et propriam perpensuri sunt; non quasi naturæ vi verum possint animis dolorem extrinsecùs inurere corporeæ ullæ res, sed ipsius Dei potestate, cùm justitiæ illic divinæ instrumenta tantùm sint.

Sextum eorum quæ ante Judith mortem post victoriam facta sunt, est quidquid, ubi Hierosolymam attigissent, confestim egerunt et populus, et Judith, vers. 22, 23. De populo tria recensentur: Primum, in gratiarum actionem, *Deum adorârunt*. Nam quod Latinus ait venisse populum *adorare Dominum*, paulò clariùs in Græco est, *ut Hierosolymam venerunt*, Deum *adorârunt*. Alterum, *purificatus est populus*, ob cædes, videlicet bello licet justo, illatas, cadaverumque ipsorum strages et contactus. Ita enim præceperat Dominus Numer. 31, v. 24: *Lavabitis vestimenta vestra die septimo, et purificati postea castra intrabitis*, hæcque consuetudo servabatur, ut ait secundus Machabæorum cap. 12, vers. 30. Tertium, obtulerunt *omnes holocausta, et vota, et repromissiones suas*. Vota Græcè vocantur τὰ ἑκούσια, id est, *spontanea*, quæ suâ scilicet sponte, non ullo legis præcepto quispiam offert, ut in votis fit, quæ non jubentur, sed in cujusque arbitrio sunt. *Repromissiones* verò τὰ δόματα, id est, *dona*, quæ spontaneis vel per exegesin adjunguntur, vel à spontaneis ita distinguuntur, ut spontaneorum nomine sacrificia σωτήρια et εὐχαριστικὰ contineantur; *dona* verò, quæ simplici oblationum nomine importantur, et Deo consecrantur, uti spoliorum primitiæ, aurum, argentum, vestes, et similia, cujusmodi paulò post in Judith enumerantur, et legimus Num. 31, Chiliarcharum et Centurionum, ob admirabilem exercitûs incolumitatem, donaria vers. 50,

52. De Judith ergo subjungitur vers. 23, Deo universa, quæ populus ipsi dederat, nominatim verò illud etiam conopeum, quod ex Holofernis cubiculo attulerat, *in anathema obtulisse*. Istud anathema non est detestatio, vel detestationis signum; sed illustre donum, quod Deo dicabatur, et in templo reponebatur, et ipsâ etiam scriptione ab illo differt. Illud enim est ἀνάθεμα hoc ἀνάθημα, ideòque ex Græco constare videtur, nostro in Latino redundare, *oblivionis*. Nam ad memoriam istud potiùs valebat, non ad execrationem et nominis oblivionem, ut vel ex Numerorum citato capite v. 54, perspicuum. Nam quod victores illi grati obtulerunt, *susceperunt Moyses et Eleazarus pontifex, susceptumque intulerunt in tabernaculum testimonii*, μνημόσυνον τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ, ἔναντι Κυρίου, *in monimentum filiorum Israel coram Domino*. Quia tamen in correctis Bibliis *oblivio* ista retinetur, explicandum erit *anathema oblivionis*, id quod contra oblivionem faciat, ab eâque ipsam Judith vindicet. Dicebat Lollio suo Lyricus:

Non ego te meis
Chartis inornatum silebo.
Totve tuos patiar labores
Impunè, Lolli, carpere lividas
Obliviones.

Multò verò minùs iisdem oblivionibus, te, ô sanctissima vidua, obnoxiam, ullo quantùmvis longissimo spatio, esse patietur ista tua tanta in Dei domum munificentia. Verè, quod ille addit:

Est animus tibi
Rerumque prudens et secundis
Temporibus, dubiisque rectus;
Vindex avaræ fraudis, et abstinens
Ducentis ad se cuncta pecuniæ.

Si enim pecuniam amares, si quæ ad se cuncta ducit, te duceret, si domum tuam præ Dei templo ditatam ornatamque malles, non argentum, aurum, vestem, gemmas et alia, quæ tantis è manubiis ad te meritissimo venerant, illicò consecrares, et quidem *universa*, nullam ut partem vel minimam retineres. Hoc exemplum imitatione dignissimum censuerunt nostri Constantini, Theodosii, Justiniani, Henrici et Caroli, qui tantâ munificentiâ tot sacras ædes excitârunt, locupletârunt. Nos verò, quibus res angusta, imò et nulla domi, ad Ecclesiæ dignitatem, laborem et ingenia conferamus. Discipulo cuidam suo ingeniosissimo et politioribus reconditioribusque litteris excultissimo (Licentius vocabatur)

scribebat S. Augustinus epistolâ 39 : « Si calicem aureum invenisses in terrâ, donares illum Ecclesiæ Dei. Accepisti à Deo ingenium spiritaliter aureum, et ministras inde libidinibus, et in illo Satanæ propinas teipsum ? »

Septimum, ex iisdem octo propositis, quid deinceps Hierosolymis populus et Judith fecerint, vers. 24, 25 : *Erat populus jucundus secundùm faciem sanctorum*, id est : « Lætabatur, inquit Carthusianus, spiritali lætitiâ, secundùm apparatum hominum virtuosorum, et sicut in faciebus sanctorum virorum, solet ex interiori sinceritate et jucunditate interna, jucunditas quædam forinsecùs, et claritas relucere. Hoc est gaudium quod in Domino vocat S. Paulus Philipp. 3 : *Gaudete in Domino semper, iterùm dico, gaudete.* » Atque hoc magnum quidem est, sed nunquàm inane, immoderatum, profusum, cui adsint comessationes, ebrietates, libidines. Post devictum Orientem describit extremo lib. 9 Curtius ingentem Alexandri Macedonumque lætitiam. « Ille vicos per quos iret (historici verbis loquor) floribus coronisque sterni jubet; liminibus ædium crateras vino repletos, et alia eximiæ magnitudinis vasa disponi; vehicula deinde constrata, ut plures capere milites possent, in tabernaculorum modum, ornari, alia candidis velis, alia veste pretiosâ. Primi ibant amici et cohors regia, variis redimita floribus coronisque. Alibi tubicinum cantus, alibi lyræ sonitus audiebatur. Item in vehiculis, pro copiâ cujusque, adornatum adornatis comessabundus exercitus armis, quà maximè decora erant, circumpendentibus, ipsum, convivasque currus videbat, crateris aureis, ejusdemque materiæ ingentibus poculis prægravis. Hoc modo, per dies septem, bacchabundum agmen incessit. » Non est hoc gaudium *in Domino*, non jucunditas, *et lætitia secundùm faciem sanctorum;* quin et historico ipsi ea ipsa, *militiæ probrum* appellatur, additque : « Si quid victis saltem adversùs comessantes animi fuisset, mille Hercule viri, modò et sobrii, septem dierum crapulâ graves in suo triumpho capere potuerunt. » Est verò et expositio altera, ut *secundùm faciem sanctorum esse jucundum*, sit in templi conspectu, ante adyta et Sancta ipsa, sacrificia Deo varia, holocausta et pacifica in gratiarum actionem offerre, simulque lætari et epulari. Nam sacræ, post victimas hostiasque immolatas, epulæ jam notæ satis. *In conspectu Domini permanserant olim deprecantes* et jejunantes, c. 4, v. 15, ideòque nunc *in conspectu Domini*, coram sanctuario lætantur. Multò tamen hoc, quàm Alexandreum illud, gaudium fuit, ut purius et sanctius, ita etiam constantius et productius. Nam *per tres menses hujus victoriæ gaudium celebratum est cum Judith*, quia et ipsa Hierosolymis μετ' αὐτῶν κατέμεινεν, *cum ipsis manebat.* Utrolibet autem modo ista, secundùm faciem sanctorum, jucunditas accipiatur, ejus præclarum exemplum est in famosâ illâ, de quâ in superiori capite, Christianorum contra Sarracenos victoriâ, prout lib. 11, cap. 24, sub finem, explicat citatus Mariana, et c. 25, ipsemet, qui belli caput erat, Alphonsus Castellæ rex, in suis ad Innocentium pontificem litteris, uti vel pauca hæc ejus verba indicant : « Nos insequentes eos usque ad noctem, plures tamen insequendo interfecimus, quàm in bello; et sic bellum Domini à solo Domino, et per solum Dominum est feliciter consummatum. Deo autem honor et gloria, qui cruci suæ dedit victoriam, per Jesum Christum Dominum nostrum. Fuerunt autem milites Sarraceni (ut postea verâ relatione didicimus à quibusdam regis Sarracenorum, quos captivos cepimus) centum octoginta quinque millia equitum. Peditum verò non erat numerus. Occubuerunt autem ex parte regis Sarracenorum centum millia armatorum et ampliùs secundùm æstimationem Sarracenorum, quam postea accepimus. De exercitu autem Domini, quod non sine grandi gratiarum actione recitandum est, quod incredibile est, nisi quia miraculum est, vix viginti quinque Christiani, aut triginta de toto exercitu occubuerunt. O quanta lætitia ! O quot gratiarum actiones ! nisi de hoc dolendum sit, quòd tam pauci martyres de tanto exercitu ad Christum martyrio provenerunt. Ut autem magna eorum multitudo credatur, cùm exercitus noster in castris eorum post bellum, biduùm fecerit moram, ad omnia incendia quæ necessaria erant in coquendis cibis, et pane, et aliis, non combusserunt alia ligna, nisi de sagittis et lanceis eorum quæ remanserunt, et vix potuerunt comburere medietatem. Cùmque Dei exercitus propter longam moram factam in locis eremis et incultis, deficeret in victualibus et aliis, ibidem tantùm invenerunt tam ciborum, quàm armorum, necnon etiam dextrariorum,

« et aliorum jumentorum copiam; quæ accipientes unusquisque ad suam de suis omnibus voluntatem plus ibi dimiserunt ex « magnâ abundantiâ, quàm ceperunt. » Et in extremâ litterarum clausulâ : « Hæc, sanctissime Pater, vobis scribenda decernimus, « pro auxilio toti Christianitati impenso, gratias quas possumus exhibentes; et humiliter « supplicantes, ut vos, quem Dominus ad « summi sacerdotii gaudium elegit, ei, cum « sacrificio laudis, pro salute populi immole« tis. » Porrò Hierosolymis congregati tanto numero Israelitæ, *post dies illos*, id est, post trimestre hoc tempus, abierunt, vers. 25, *quilibet in domum suam*, seu, ut Græcus habet, *in hæreditatem suam*, in quo et de Judith hoc ipsum disertè notatur : Ἰουδὶθ ἀπῆλθεν εἰς Βετυλούα, καὶ κατέμεινεν ἐπὶ τῆς ὑπάρξεως αὐτῆς, *Judith abiit Bethuliam, et in possessione suâ permansit.*

Octavum tandem et postremum eorum quæ ante Judith mortem dicenda fuerunt, est, eorum quæ reliquo vitæ tempore Judith gesserit, vel olim jam gesserat, quædam veluti summa, in quâ ista quinque : Primum vers. 25: *Magna facta est in Bethuliâ, et præclarior erat universæ terræ Israel*, ita ut, quod in Græco *de totâ terrâ* est, Latinus modificet, ac interpretetur ἔνδοξος ἐν πάσῃ τῇ γῇ, scilicet *Israeliticâ*. Secundum, vers. 26 : *Erat etiam virtuti castitas adjuncta*. Et summa hæc ejus castitas probatur eò quòd neque ante factum hoc, neque postea unquàm, nubere voluerit. Et multa tamen, quæ ad nuptias invitarent, ei suppeditabant. Sed de his postea. Tertium, vers. 27 : *Erat diebus festis procedens cum magnâ gloriâ.* Quònam verò procedebat? Ex appositione *dierum festorum* colligere datur, processisse Hierosolymam, quemadmodùm Anna Samuelis mater, 1 Reg. 1, Beatissima Virgo, Lucæ 2. Sed *gloria*, quæ illa tam magna? Renovabatur scilicet quodammodò semper prima ejus post victoriam processio. Comitatus aderat maximus; ejus laudatio iterabatur; canticum repetebatur, omnisque ille coronarum, thyrsorum et organorum apparatus. Et *processionis* nomen fuit veteribus pro itione ad templa et synaxes usitatum, quemadmodùm apud Tertull. lib. 2 ad uxorem, libro de Præscript. adversùs hæret. cap. 43, D. Ambros. serm. 8, D. August. lib. 22 de Civit. 8. In Græco tamen evanuit festorum dierum notatio, tantùmque remansit : Ἦν προβαίνουσα μεγάλη σφόδρα, *erat procedens magna valde*. Quartum, vers. 28: *Mansit in domo viri annos* 105. Pro *mansit*, Græcè ἐγήρασε, id est, *consenuit*. Quintum, ibidem : *Dimisit abram suam liberam*. Ea libertatis toti Judæorum populo restituendæ famula, comes adjutrixque fuerat. Libertate igitur meritò donata, nec dubito quin et opibus et opimis ex Holofernianâ prædâ spoliis. Atque hìc observandus gratus dominæ erga ancillam animus, quem etiam natura gentiles ipsos docuit, uti libertarum libertorumque apud Romanos tam varia et nomina et jura ostendunt.

DE IIS QUÆ POST JUDITH MORTEM TRADIT TEXTUS.

Quæ post Judith mortem contigerint, quatuor hìc in textu subtexuntur, vers. 28 et sequentibus, ejus nimirùm sepultura, populi luctus, reipublicæ tranquillitas, Ecclesiæ pietas ac religio.

QUÆSTIUNCULA PRIMA.

Quonam ætatis suæ anno, mortem Judith obierit?

Tres sunt opiniones : Prima, è vitâ migrâsse ipsam anno ætatis suæ quinto supra centesimum; altera, centesimo et vicesimo quinto; tertia, centesimo et quinquagesimo. In Suidâ ita legitur. Ὑποστρέψασα, ἐν τῷ οἴκῳ αὐτῆς ἀρετὴν καὶ ἄσκησιν ἔχουσα ἐτελεύτησε ρν' ἔτη βιώσασα. *Reversa habens in domo suâ virtutem et exercitationem, mortua est, cùm vixisset annos* 150. Sed, quæ ordine mihi prima fuit, eadem et veritate primas tenet. Nam Latinus textus, etsi paulò est obscurior, è Græco tamen ei luminis aliquid affundi potest. Sic enim ille versu 28 : *Mansit in domo viri sui annos centum quinque*. Videtur tempus describi vel à viri ejus morte, vel etiam à nuptiis cum eo initis, quando in viri domum ducta est. Græcus tamen ab ipsius Judith nativitate tempus hoc ordiendum ostendit. Ἐγήρασε ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς ἔτη ἑκατὸν πέντε, *consenuit, in domo viri sui, annos centum quinque*, id est, consenuit usque ad annum ætatis quintum et centesimum; non, viro suo mortuo, ejus relinquens domum, sed in eâ deinceps permanens. Sicque ipsius vitæ tempus definierunt Sulpitius in Historiâ, D. Athanasius in Synopsi : « Mortua est, inquit, post« quàm in viduitate honestè vixisset, ætatis « anno centesimo quinto. » Rabanus in hunc locum, Zonaras Annalium tomo 1 : Ὑπέστρεψεν εἰς τὸν οἶκον αὐτῆς, καὶ κατεγήρασεν ἐν σωφροσύνῃ, καὶ τέθνηκε ζήσασα ἔτη πέντε καὶ ἑκατόν. *Domum revertit, et consenuit in castitate, et mortua est, posteaquàm vixisset annos quinque et centum.*

Quomodò igitur scribere audet loco citato Wittakerus : « In capite ultimo legimus Judiтham vixisse supra annos 105 » ? Nam istud *supra*, ipse textui adjicit. Mansit verò post viri obitum et præclarum suum hoc factum quoad vitæ suæ partem residuam, in viri domo, cùm vixisset annos centum quinque. In Suidâ verò fortè pro ρν, legendum ρε.

Quæstiuncula II.

Quâ ætate ad Holofernem ierit?

« Quando, ait loco citato Wittakerus, Holo- « fernes in Judæâ fuit, Judith non excesserat « florem ætatis. Nam et pulchra admodùm « fuit, et Holoferni placuit, et puella vocatur, « cap. 12. » Si *florem ætatis* certo annorum numero definiisset, commodiùs ei responderi posset. Nam in iis quibus vita brevior, est et ætatis flos brevior. Quæ diuturna sunt, eadem etiam corporis viribus et formâ vigere diutiùs et florere assolent. Suæ igitur ætatis anno minimùm quadragesimo videtur ad Holofernem iisse Judith. Tum enim videri adhuc potuit pulcherrima, partim eâ quæ ipsi divinitùs indita est, c. 10, v. 4, pulchritudine, partim eâ quæ ipsi naturalis fuit. Non enim olim tantùm, cùm ferè esset hominum vita productior, feminarum nonnullæ suam adhuc venustatem retinebant anno ætatis quadragesimo et quinquagesimo, sed etiamnum hodiè, uti, si quidem minùs videretur credibile, vivis adhuc et spirantibus exemplis comprobari posset. Atque idcircò illa ipsi tantoperè placuit Holoferni. Puellam vocat cap. 12 Bagoas eunuchus, primò quia ob eximiam pulchritudinis venustatem, tenella etiamnùm puella videbatur; deinde solent libenter, qui feminis blandiri, easque ad facinus illicere procarique volunt, *puellarum* iis nomen dare. Sciebat marito adjugatam Helenam Phryx ille adulter, eam tamen affabatur :

Da mihi te facilem, nec dedignare maritum,
Rure Therapnæa nata PUELLA, *Phrygem.*

Tertiò ipsamet Judith cap. 11, vers. 4, sese per demissionem vocârat Holofernis παιδίσκην, et sæpiùs eodem capite et 12, δούλην, id est, *ancillam*. Alludit ergo ad ipsius Judith verba eunuchus, et molliùs illud proponit, et quidem novo cum blandientis lenocinio παιδίσκη καλὴ, *pulchra puella*. Hanc enim ex earum numero putabat, de quibus ille :

Delectant etiam castas præconia formæ;
Virginibus curæ est grataque forma sua.
Blanditias molles, auresque juvantia verba
Affer, ut adventu læta sit ipsa tuo.

Juvenem verò eam, loco infra citando, vocavit sanctus Fulgentius, partim ob egregiam formæ speciem, partim ob ipsam etiam ætatem. Nam libro de die Natali cap. 14, ait Censorinus, *à juvando* rempublicam dici *juvenes*, horumque annos porrigi ad annum 45; Judith verò etiam infra quadragesimum quintum fuisse dici potest, et non maximoperè rempublicam tum juvit?

Quæstiuncula III.

Quot annos vidua Judith fuerit? et num ei hæc laudi viduitas?

Si suæ, ut dictum est, ætatis anno quadragesimo, vel præter propter, se ad Holofernem Judith contulit, et ante annos tres et menses sex, ejus vir in vivis esse desierat, cap. 8, vers. 4, colligitur, cùm vidua esse inciperet, annorum fuisse 36, aut circiter, quibus si annos qui ad totum ejus vitæ spatium, quod centum et quinque annis circumscripsit quæstiuncula prima, explendum residui sunt, adjicias, in viduitate permanserit annos 69, et quod excurrit.

An verò in viduitate istiusmodi permanere laudi dandum sit, respondendum aliter, si Jovinianum hæreticum, adversùs quem totis duobus libris pugnavit D. Hieronymus, et si nostri temporis novatores consulamus; aliter, si Evangelistas, Apostolos et sanctos Patres. Viduitatis illi statum vituperant, conjugio, et secundo, et tertio, et si velis, quarto, quinto et quotum cuique lubebit, exæquant, ab eàque sermonibus, libris, exemplis maximè avocant. Hi verò secùs omnia. S. Lucas c. 2, v. 36, demonstraturus quantæ sanctitatis et auctoritatis Anna illa fuerit, quæ Christo Domino tam illustre testimonium dedit, ab ipso ejus viduatu commendationem etiam petit : « Hæc, « ait, processerat in diebus multis, et vixerat « cum viro suo annis septem à virginitate suâ. « Et hæc vidua usque ad annos octoginta qua- « tuor. » D. Paulus 1 Corinth. 7, vers. 8 : *Dico autem non nuptis et viduis : Bonum est illis si sic permaneant sicut et ego.* Et v. 27 : *Solutus es ab uxore? Noli quærere uxorem;* vers. 32: *Qui sine uxore est, sollicitus est quæ Domini sunt, quomodò placeat Deo;* vers. 36 : *Mulier innupta et virgo, cogitat quæ Domini sunt, ut sit sancta, et corpore, et spiritu.* Tandem de eâ feminâ quæ in matrimonium aliquando venerit, sub capitis finem vers. 39 et 40, tria veluti effata proponit. Primum est, quid vivente ad-

huc marito, eam facere oporteat. *Mulier alligata est legi, quanto tempore vir ejus vivit.* Alterum, quemadmodùm, eo mortuo, bonum sit, possitque illa matrimonium iterare. *Quòd si dormierit vir ejus, cui vult nubat: tantùm in Domino.* Tertium, quemadmodùm eodem mortuo, melius adeòque beatius sit, non iterare matrimonium, sed viduitatem retinere. *Beatior erit, si sic permanserit, secundùm meum consilium. Puto autem quòd et ego spiritum Dei habeam.* S. Ignatius, Epist. 8 ad Philippenses, et Epist. 10 ad Smyrnenses, maximo in honore istiusmodi viduas habet. D. Ambrosius, libro de Viduis toto, viduitatis elogia canit quàmplurima, et quidem post libros de virginibus illum de Viduis librum ita ferè orditur: « Non « inhonoras debuimus prætererire, et à virginum « præconio separare, quas apostolica senten« tia cum virginibus copulavit. Juxtà quod « scriptum est: *Et mulier innupta et virgo cogi« tat quæ sunt Domini, ut sit sancta corpore et « spiritu.* Quodammodò enim magisterium vir« ginitatis, et viduarum valescit exemplis. « Quæ cum viro castum cubile custodiunt, « documento virginibus sunt, integritatem Deo « esse servandam. Et propemodùm non infe« rioris virtutis est, eo abstinere conjugio, « quod aliquando delectaverit, quàm conjugii « oblectamenta nescire. In utroque fortes; ut « eas et conjugii non pœniteat, cui fidem ser« vent, et conjugalia oblectamenta non alle« gent, » ne viduentur, infirmæque sibi *adesse non possunt.* Divus verè August., libro de bono viduali c. 5: « Et bonum est pudicitia conju« galis, sed melius bonum est continentia vi« dualis. Hoc ergo meliùs illius boni submis« sione honoratur; non illud bonum melioris « hujus laude damnatur. » Rursùmque c. 4, 7, breviter: *Beata est Ruth; sed Anna beatior.* Illa enim ad nuptias alteras transit; hæc post primas vidua perstitit. Summus D. Augustini non tam imitator quàm imago S. Fulgentius Epist. 2, c. 6: « A muliere, ait, nuptâ, mulier « innupta et virgo, non parvâ gradus dignitate « discernitur, quandoquidem nupta cogitatio« nibus mundanis tenetur obstricta; mulier « autem innupta et virgo carnalibus tribula« tionibus non subjicitur, quia carnalis matri« monii vinculo non tenetur; ubi certior est « corporalis atque spiritalis continentiæ liber« tas, quia nulla est ex conjugali servitute ne« cessitas. Utrumque igitur donum Dei est, « conjugalis pudicitia, et continentia vidua« lis. » Et postea: « Beata quæ illicitum con« cubitum turpitudinis horrore non appetit; « sed beatior, quæ licitum majore puritatis « amore contemnit. Beata, quæ alligata viro « sic vivit, ut soli viro carnis suæ debitum « reddat; sed beatior, quæ soluta sic perma« net innupta ne debeat. » In eamdem sententiam loculi complura sunt, D. Epiphanius in hæresi Apostolicorum, D. Hieronymus l. 1 contra Jovinianum, Epist. ad Principiam, Salviam, Furiam, D. Chrysost. hom. 69 in Joannem, hom. 5 de Pœnit., hom. 6 in 1 Thessal., hom. 10 et 13 in 1 Timoth., hom. 7 in 2 Tim., alii, de quibus l. 3 de Continentiâ Claudius Espencæus. Et sanè, si apud Deum et homines in laude meritò ponitur perpetuam virginitatem tueri, non etiam laudandum, quod huic proximum est tenere, aliosque thalamos declinare? Hoc igitur est quod in Judith nostrâ textus laudat, imitandumque proponit vers. 26: *Erat etiam virtuti castitas adjuncta, ita ut non cognosceret virum omnibus diebus vitæ suæ, ex quo defunctus est Manasses vir ejus.*

QUÆSTIUNCULA IV.

Quæ laudatiorem Judith viduitatem efficiant?

Etsi conjugio melior et laudatior viduitas est, in hàc tamen ipsâ possunt gradus quidam inesse, ut ostendit libro de Bono viduitatis, c. 14, D. Augustinus, et lib. de Viduis D. Ambrosius. Ad summum verò gradum Judith viduitatem evectam penè fuisse docent hæc. Primum univira fuit vidua. Possunt enim cum laude alioqui viduatum suscipere digamæ et trigamæ. Atque hoc textus indicat, dùm ait: *Ut non cognosceret virum omnibus diebus vitæ suæ, ex quo defunctus est Manasses vir ejus.* Alterum, ætas ad nuptias ei adhuc aderat valdè habilis, juventus nimirùm, vel certè constans et robusta ætas, uti supra patuit. Tertium, forma insignis. Quartum, facultates amplissimæ. Quintum, honor et gloria, post generosissimum præsertim facinus hoc illustrissima. Sextum, consecuta reipublicæ quies, magna rerum ipsius omnium prosperitas. Septimum, insitus quidam hominibus amor sui et generis et nominis propagandi. Quomodò enim non optaret semper esse quàmplurimos qui Judithæum stemma, Merari stirpem, Manassæ nomen tuerentur, et è tam nobili tamque fructuosâ radice orti, tantæ victoriæ, tantique decoris apud posteritatem essent non testes modò, sed et hæredes perpetui? Octavum, magna eorum multitudo, qui ipsius ambirent rogarentque conjugium. Etsi

enim id è tam multis quæ jam dicta, quæque amatores et conjuges attrahere solent, manifestum, signatè tamen addidit Græcus textus: Καὶ πολλοὶ ἐπεθύμησαν αὐτὴν, *et multi eam desiderârunt.* Nonum, qualitas eorum qui eam conjugem prehensabant. Neque enim viles aliquos fuisse putandum, sed summos et in Israelitarum gente principes viros, opulentiâ forè superiores, pietate ac religione, quam ab ipsâ spectari maximè sciebant, præstantissimos. Decimum: illo tempore, quemadmodùm virginitatis perpetuæ vix ullum, ita custodiendæ ad vitæ finem viduitatis rarum erat exemplum. Nam ut, libro nominato, c. 7, ait S. Augustinus, « alia propheticis temporibus sanctarum feminarum dispensatio fuit, quas « nubere obedientia, non concupiscentia compellebat, ut propagaretur populus Dei, in « quo præmitterentur prophetæ Christi, ex « quo nasceretur etiam caro Christi; cùm et ipse « populus per ea quæ in figurâ contingebant in « illis qui scirent, sive in illis qui illa nescirent, « nihil aliud esset quàm propheta Christi, ex « quo nasceretur etiam caro Christi. Ut ergo ille « populus propagaretur, maledictus habebatur « per legis sententiam, qui non suscitaret « semen in Israel. Unde et sanctæ mulieres « accendebantur non cupiditate concumbendi, « sed pietate pariendi, ut rectissimè credantur coitum non fuisse quæsituræ, si proles « posset aliter provenire. » Undecimum, diuturna fuit hæc ejus viduitatis custodia, dùm quotidianum et assiduum cum carnis cupiditatibus et voluptatibus omnibus totos penè undeseptuaginta, uti supra didicimus, annos bellum gessit. Ab hàc enim vidui thori diuturnitate laudat S. Lucas Annam illam prophetidem c. 2, v. 37: Hæc, inquit, vidua usque ad annos octoginta quatuor. Licet enim Græci quidam libri habeant, non ut noster legit interpres, ἕως ἐτῶν ὀγδοήκοντα τεσσάρων, sed ὡς, id est, non usque ad annos 84, sed quasi annorum 84, attamen ita legerunt et inde insignem laudis materiam duxerunt veteres, D. Ambr. in eum locum, et libro de Viduis, D. Augustinus Epist. 121, c. 16. Legit etiam isto modo Romana correctio, et verò quidam etiam Græci codices, prout alioqui novator non incuriosissimus agnoscit eum in locum Beza. Et cur absurdum adeò videatur, si anus illa sanctissima vitam ad annum usque centesimum decimum propagàrit, cùm et hodiè tales non omnino nusquam sint? Si necdùm tamen assentiri velis, istud tamen contitebere, longiore tunc viduali castimoniâ superatam à Judith Anna millam, rursùmque viduis etiam à sexagenariâ junioribus exemplum, hoc loco præbitum, quo ad continentiæ observationem invitentur, quod Calvino lib. 4 Instit. c. 13, § 19, tantoperè displicet, divis verò Augustino et Ambrosio, locis antea indicatis etiam è D. Pauli mente, perplacet. Duodecimum, quòd viduitas in Judith, absque virtutum operumque bonorum comitatu solitaria nequaquàm fuerit, prout supra, c. 8, et hactenùs perspectum. Ideòque ait textus vers. 26: *Erat etiam virtuti castitas adjuncta.* Et Suidas eam habuisse dixit ἀρετὴν καὶ ἄσκησιν, virtutem et exercitationem. Quæ verò hæc ἄσκησις seu exercitatio? Τὸ τῆς ἀσκήσεως καλὸν ὄνομα, id est, *honestum exercitationis nomen*, inquit cap. 30 Pollux, maximè tribui solet studiis et exercitationibus pietatis, castitatis, precationum, vigiliarum, jejuniorum aliarumque actionum similium. Hinc enim apud veteres monachi et religiosi vocantur *ascetæ*, moniales, *ascetriæ*, quemadmodùm docet in Ascetis D. Basilius, canon apostolicus 53, synodus Gangrensis, can. 12, 13, 15, 17, 18, Cyril. catech. 3, Justin. novel. 5, § 14, *Hinc autem*, Damasc. l. 4 Orthod. c. 16; et è recentioribus catholicis Billius l. 1 sacrarum Observationum, c. 40, Petrus Faber libro 2 Agonisticon, c. 28. Quin et Suidæ ipsi ἄσκησις exponitur ἐγκράτεια καὶ ἀγωνία, *continentia et certamen*, et apud Latinos ipsum *exercere*, ut dùm ad Demetriadem ait D. Hieronymus supra c. 8 citatus, *manè semper est exercendum.* Ex hæreticis verò, sic etiam lib. Academ. Franciscus Junius: « Asceterium ἀσκητήριον Græcâ « origine in priscâ Ecclesiâ gymnasium sacrum « vocabatur, in quo ascetæ, aut ascetriæ, id « est, viri aut feminæ se in meditatione rerum « sacrarum, et officiorum exercitatione occu- « pabant. Sic appellant Leo et Anthemius Cæ- « sares in l. *Omnia*, 33, c. de Episcopis et « Clericis. » Judith ergo, in suo isto viduatu, dùm *ascesin*, seu *exercitationem* habuisse dicitur, multis magnisque sanctissimorum, quibus Deus coleretur, ipsaque plurimùm exornaretur, operum studiis deditissima fuisse significatur, ita ut veteris Testamenti ascetria quædam fuerit. Videtur verò Suidas hoc ipsum à vetustioribus nonnullis didicisse, In quibus etiam est divus Athanasius in Synopsi, dùm ait: « Ipsa Judith Hierosolymam profecta, « omnia obtulit Domino; indeque domum « reversa, pietatis exercitium retinuit. » Deci-

mum tertium, omni studio ea, quibus vidualis ab omni prolapsione defendi queat puritas, consectata est, in cibo, potu, vestitu, publici fugâ, multo serioque precatu, prout c. 8 explanatum. Decimum quartum, unum est quod piis sanctisque studiis ipsique adeò viduitati decus gratiam et meritum maximum conciliare solet, votum scilicet. Nam, ut ait libro de Bono viduitatis D. Aug. c. 5, « ab il-« licitis valdè longè est, quæ voti libertate se « obstrinxit; et sibi etiam licita ne liceret, « non imperio legis, sed consilio charitatis « effecit. » Quæri ergo potest an et voto sese ad viduatûs perpetuitatem devinxerit Judith vidua? Et quod affirmem nihil habeo, nisi non liquere. Quamvis enim virginitatis tunc votum non fuerit, uti à nobilibus, de quibus tomo 2, disput. 6, de B. Virgine sect. 3, Suarez, auctoribus pronuntiatum; de viduitatis tamen voto plus esse queat controversiæ. Sed concludo tam illustrem sanctæ Judith viduitatem esse, ut à Patribus partim infra citandis, tanquàm egregium, in quod intueri oporteat, exemplar celebratum sit, ideòque et paucis, loco indicato, D. Athanasius: « Ad mortem « usque in viduitate perduravit Judith. Nemo « enim illi nuptias persuadere potuit »

Quæstiuncula V.

An viduæ Judith monogamia digamiam damnet?

Damnare censuit Tertullianus qui libro de Monogamiâ c. 17, dùm secundarum nuptiarum patrocinio carnis quidam imbecillitatem allegarent: « Hanc, ait, judicabant jam non « Isaac monogamus pater noster, nec Joannes « aliquis Christi spado, nec Judith filia Merari, « nec tot alia exempla sanctorum, solent « ethnici judices destinari. Exsurget regina « Carthaginis Dido, et decerneret in Christia-« nas. » Videlicet in Montani errorem, qui secundas nuptias velut adulteria quædam damnabat, lapsus tandem est Tertullianus, eumque tunc librum scripsit. « Hæretici, ait « S. Augustinus, l. 2 contra adversarium legis « c. 9, docent adversùs Apostolum, quibus « etiam Tertullianus astipulator assistit, post « uxoris mortem, crimen esse ducere uxo-« rem. » Et libro de Hæresibus, hær. 86: « Ideò est Tertullianus factus hæreticus, quia « transiens ad Cataphryges, quos ante destru-« xerat, cœpit etiam secundas nuptias, contra « apostolicam doctrinam, damnare. » Non enim quia viduitas bona est, ideò malum est iteratum connubium, neque quia virginitas bona item est, ideò primum etiam connubium malum est. Sed illo illa, et isto ista melior est, quemadmodùm pulcherrimè libro de Viduis, sæpiùs jam citato, docet S. Augustinus, ubi *religiosæ Dei famulæ*, ut initio eam ipse vocat, Julianæ, quæ perpetuam sibi viduitatem indixerat, istas cap. 4 præceptiones dat: « Hoc primùm oportet ut noveris, bono quod « elegisti, non damnari nuptias secundas, sed « inferiùs honorari; nam sicut bonum sanctæ « virginitatis quod elegit filia tua, non damnat « unas nuptias tuas, sic nec viduitas tua cu-« jusquam secundas. Hinc enim maximè Ca-« taphrygarum ac Novatianorum hæreses tu-« muerunt, quas buccis sonantibus, [non sa-« pientibus etiam Tertullianus inflavit, dùm « secundas nuptias tanquàm illicitas maledico « dente concidit, quas omninò licitas Aposto-« lus sobriâ mente concedit. Ab hâc sanitate « doctrinæ, nullius docti disputatione mo-« vearis, nec ita extollas bonum tuum, ut quod « malum non est, tanquàm malum crimineris « alienum; sed tantò magis gaude tuo bono, « quantò magis vides non tantùm illo devitari « mala, sed quædam etiam bona superari. »

Quæstiuncula VI.

Ubi et quo luctu sepulta Judith?

Dicitur hìc v. 28: *Sepulta cum viro suo in Bethuliâ.* Sed, c. 8, q. 2, è textu Græco dictum est, illum *in agro qui est inter Dothaim et Belamon,* humatum fuisse. Unde per Bethuliam intelligendus hoc loco, Bethuliensis ager, sive locus ipsi Bethuliæ vicinus. Nam apud juris etiam consultos *Romæ appellatio continentibus ædificiis finitur,* l. 2, ff. de verbor. Signific. *Itaque ædificia Romæ fieri ea videntur quæ in continentibus ædificiis fiunt,* l. 139, ff. de verb. Signif., *et qui in eâ continentibus ædificiis natisunt,* Romæ nati intelliguntur l. 147, ff. eod. tit, et penu, *quæ Romæ sit legata non ea tantùm quæ intra murum, sed et quæ intra continentia sit debentur,* l. 4, § *Si ita,* ff. de Penu, leg. Sepulta verò est *cum viro suo,* propter morem, de quo Tobiæ c. 4, præcepto 1. Sic enim et vidua beati Chrysostomi mater ab hoc filio suo petebat, ut sua cum mariti ossibus ossa conderet, uti refert ipsemet lib. 1 de Sacerdotio. Additur porrò vers. 29: *Luxitque illam omnis populus diebus septem;* tam gratum, post tot ejus victoriæ annos, erat ejus nomen, tamque viridis adhuc summi illius beneficii memoria, ut *omnis* eam publico luctu *populus* prosequeretur. Ecclesiastici 22, v. 13: *Luctus mortui*

septem dies. Unde D. Ambrosius, Oratione de Fide resurrectionis: « Nunc die septimo ad « sepulcrum redimus, qui dies symbolum fu- « turæ quietis est. » D. Augustinus, l. 1, quæst. super Genesim ad finem: « Septimus « dies in Scripturis auctoritatem habet. Unde « alio loco scriptum est: *Luctus mortui septem « dierum.* » Et postea: « Septenarius nume- « rus, propter sabbati sacramentum, præci- « puæ quietis indicium est. » De aliis luctûs aut funebrium precationum diebus, vide Joan. Steph., Durandum l. 2 de Ritibus eccles., Cath. cap. 43.

Quæstiuncula VII.

Quanta, post Judith mortem, in Israelitarum republicâ tranquillitas?

« Post Judith victoriam, ait loco cit. Witta- « kerus, annos circite rcentum pacem fuisse « oportuit. Nam et dùm viveret, et post mor- « tem, pax multis annis durâsse dicitur. » At si nonaginta vel octoginta post eam victoriam tranquillitas ista fuit, satis est; neque majorem fuisse ita intelligi potest. Post Babylonicum Manassæ reditum obtigit nobilissima hæc victoria, uti c. 1. q. 2, dictum est. Captus verò videtur ille circa ætatis annum decimum octavum, νεὸς ὤν, *cùm juvenis esset,* inquit Josephus lib. 10, c. 4. *Duodecim verò annorum erat Manasses cùm regnare cœpisset, et quinquaginta quinque annis regnavit in Jerusalem,* 2 Paralip. 33, v. 1. Manserit verò in captivitate unum vel alterum annum (nam plurima in ejus historiâ nos, ut c. 4, q. 2, ostendi, fugiunt), supererunt post ejus reditum anni adhuc 47 vel 48. His adde duos filii ejus Amonis annos, 4 Reg. 21, v. 19, et hujus filii, Josiæ annos 31, quibus Israeliticum populum perturbavit nemo, existent, post victoriam illam, tranquillitatis anni 80 vel 81. At post eamdem victoriam fuit sancta Judith annos superstes circiter 65, ut è superioribus quæstiunculis planum est. Hoc jam ex 80 subducas, residui adhuc erunt anni 15, quibus, post Judith mortem, pacem Israelitica respublica tenuerit. Hoc igitur textus vult, dùm v. 30, ait: *In omni spatio vitæ ejus, non fuit qui perturbaret Israel, et post mortem ejus annis multis.* Difficulter sanè annorum tantùm in illâ simili phrasi Judic. 2, vers. 7, exsculpi potest. *Servierunt Domino cunctis diebus ejus* (Josuæ) *et seniorum, qui longo, post eum, vixerunt tempore.*

Quæstiuncula VIII.

Liberosne aliquos reliquerit Judith?

An filios nullos habuerit Evangelica illa vidua, quæ apud S. Lucam c. 2, ut supra etiam dictum, Christum Dominum salutavit, de eoque vaticinabunda testimonium perhibuit, dubitat S. Augustinus libro de Viduis cap. 7, quia id Scriptura reticendo reliquit incertum. Idem ergo et de Judith putârit quispiam respondendum, quia de ejus etiam filiis neque asseruit quidquam, neque negavit Scriptura. Ut eam tamen liberos superstites nullos reliquisse statuamus, bonum suggerit Græcus textus argumentum: « Antequàm moreretur, divisit bona « sua omnibus propinquis Manassæ viri sui, et « propinquis sui ipsius generis. » Quæ facultatum suarum portionem nullam filiis dat, aliquosne habuisse putanda? Neque enim ita malè se illos gessisse suspicandum, ut ab eâ, ex asse penitùs exhæreditati sint. Præclarum siquidem in degeneres liberos severitatis exemplum non reticuisset Scriptura, quæ sacerdotis Eli filiorum pravitatem, et illius in hos indulgentiam, gravemque idcircò illatam divinitùs pœnam commemoravit, 1 Reg. 2, 3 et 4. Quocirca magna quædam in Judith virtus fuit, cùm liberis careret, eo tamen seculo, illisque moribus, iterato nolle nubere.

Quæstiuncula IX.

Quæ, post Judith mortem, Ecclesiæ pietas ac religio?

Ecclesiæ temporis illius pietas ac religio, quoad alia quidem spectat aliò, quoad Judithæam verò victoriam, hùc. Ad ejus ergo memoriam, Deique à quo donata illa, et Judith excitata, directa et gubernata fuerat, honorem et recordationem perpetuam, dies tunc ab Israelitarum pontifice, totoque sacro senatu, magnâ populi voluntate, festus institutus est. Et toto Judith vitæ tempore, quotannis studiosè observatus, itemque post ejus mortem ad illud usque tempus quo vel hujus libri auctor, vel alius, de quo Proleg. 2, ista scribebat: *Dies autem victoriæ hujus festivitatis ab Hebræis in numero sanctorum dierum accipitur; et colitur à Judæis ex illo tempore usque in præsentem diem.* Ea verò verba ex iis quæ inspicere licuit Græcis hodiè voluminibus exciderunt. Neque verò ejus ullum in eo quo jam Judæi utuntur, Calendario indicium. Meminit tamen D. Thomas l. 1, Machab. c. 10. Est enim intelligendum Judæorum festos dies posse consti-

tui duplices. Alii siquidem perpetui sunt, alii ad tempus tantùm aliquod fixi, et rati. Ad illos spectant, quos olim Deus instituit, ut est Pascha, Pentecoste, alii de quibus c. 8. Hi verò sunt ex iis quos Synagoga postmodùm sanxit, sicuti et sancire adhuc Judæi voluerunt anno Domini 1239, si suum ab ignibus Thalmud liberare potuissent apud Cantipratenum l. 1, c. 3, n. 7. Quâ enim auctoritate Synagoga olim jubere illos et sancire poterat, eâdem etiam eos relinquere et antiquare potuit, quemadmodùm et apud nos Ecclesia dies festos indicit, qui olim non fuerunt, et è contrario quosdam qui fuerunt, exauctorat. Nam olim paschalis hebdomas tota feriata erat, adeò ut ab eâ cæterarum anni totius hebdomadum dies, *feriarum* nomen accepisse quibusdam videantur. Hodiè verò paschalem festivitatem claudit feria tertia, cùm non ante annos multos quarta etiam festa esset. Quàm hoc tempore, *circumcisionis* Domini festum insigne? Ipsius tamen, apud veteres, ante S. Ivonem Carnotensem et S. Bernardum, nulla mentio. E contrario, dominicæ *Transfigurationis* festum celebrant in Ecclesiâ Latinâ S. Leo, in Græcâ S. Cyrillus, et Andræas Cretensis, quod tamen hodiè solus in templo Clerus, non in foro populus agitat.

Æthiopica, ut libelli hujus initio tangebam, Ecclesia, suo in computo, *diem Judith* numerat, qui in elul Nicæni, seu Dionysiani diem quartum incidit. Respondet verò ille nostro ferè augusto. Existimet ergo fortassè quispiam vel Judith mortis diem, vel certè ipsiusmet victoriæ, quartum augusti fuisse; huncque ipsum esse festum diem de quo hìc agitur, præsertim cùm Judaica plura retineant Æthiopes, et in festis quidem non Dominicum tantùm, sed et sabbatum habeant, uti notat Bellarminus l. 3 de Cultu sanctorum c. 10, et ego supra c. 8, quæst. 13. Quia tamen, eodem in computo, *Montem oliveti* dici videmus ipsum quadragesimæ medium, quia tum de monte illo legitur in Ecclesiâ lectio, videtur etiam *dies Judith* ab hujus libri lectione nuncupari, prout etiam qui Æthiopicum illum computum edidit, arbitratur. Sed fumos vendit Scholastica historia, dùm festivitatem hoc loco propositam, vocatam ait *Cambysam*, quasi Cambysæ temporibus historia hæc evenerit. Et ab hostibus, tyrannisque infestissimis, num ullos unquàm dies vel Ecclesia vel Synagoga indigitavit, an verò potiùs vel ab ipso Dei beneficio, vel ab ipsius martyribus? Num Pharaonia, Antiochea, Herodiana, Neroniana, et Diocletiana ulla legimus? Placuit tamen Dionysio Richelio fabula. « A Cambyse, inquit, « seu Nabuchodonosor rege, ad Dei honorem, « et impii regis confusionem, Cambysa vocata « est. » Cambyseam saltem, ne et in grammaticam peccaretur, dixisse oportuit. At in istis errare præstat, quàm eloquentissimè, cum hæreticis nostris, negare ullam festis diebus sanctitatem inesse. Videmus enim hoc loco perspicuè *sanctos dies* nominari, sicuti et Germanicâ phrasi, *sanctum tempus* appellamus. Quo etiam modo D. Augustinus, initio suorum in S. Joannis epistolam tractatuum, de supra nominatâ paschali hebdomade cùm ageret: « Nunc, ait, interposita est solemnitas sancto« rum dierum. » Vide Bellarminum loco citato, propositione secundâ. Est verò non improbabile, ad renovandam beneficii tanti memoriam, prompta è templi thesauris tum fuisse quæ pretiosissima olim è spoliis Judith dederat, et illìc asservabantur.

Quæstiuncula X.

Quæ apud Græcorum veterumque Latinorum nonnullos de S. Judith elogia?

Sunt hactenùs fusè fusimque citata nonnulla, ideòque illa hìc tantùm, uno veluti aspectu, legenda, quæ pulchra et utilia valdè, nondùm tamen recitata sunt, proponam.

Ait ergo D. Hieronymus epistolâ ad Furiam: « Legimus in Judith, (si cui tamen placet volumen recipere. Et cui, expensis, quæ Proleg. 4, dicta sunt, non placeat, cùm et Ecclesiæ, et ipsi etiam Hieronymo, ut ibidem ostensum placuerit?) legimus, inquam, in Judith, viduam confectam jejuniis, et habitu lugubri sordidatam, quæ non lugebat mortuum virum, sed squalore corporis, sponsi quærebat adventum. Video armatam gladio manum, cruentam dextram. Recognosco caput Holofernis de mediis hostibus reportatum. Vincit viros femina, et castitas truncat libidinem: habituque repentè mutato, ad victrices sordes redit, omnibus seculi cultibus munditiores. »

Et rursùm epistolâ ad Eustochium, de custodiâ Virginitatis: « Statim ut filius Dei ingressus est super terram, novam sibi familiam instituit, ut qui ab angelis adorabatur in cœlo, haberet angelos et in terris. Tunc Holofernis caput Judith continens amputavit. Tunc Aman, qui interpretatur iniquitas, suo combustus est igni. »

Aurelius Prudentius in Psychomachiâ, pugnâ secundâ :

Assyrium thalamum cervix Oloferni
Cæsa cupidineo madefactum sanguine lavit;
Gemmatumque thorum mœchi ducis aspera Judith
Sprevit, et incestos compescuit ense furores ;
Famosum mulier referens ex hoste triumphum
Non trepidante manu, vindex mea, cœlitùs audax.

Suam vindicem vocat ipsa, quæ ibi loquitur pudicitia, vel quia, ne à mœcho illo libidinoso contaminaretur, seipsam castam et illibatam vindicavit, et conservavit, vel quia pudicitiæ viribus, ex immanissimi hostis faucibus totum Dei populum vindicavit et liberavit.

S. Fulgentius, epist. 2, cap. 14 : « Habes et in veteri, et in novo Testamento sanctarum viduarum quibus ædificeris exempla. In veteri Testamento Judith, Anna consideretur in novo; quarum si, Domino adjuvante, imitatrix fueris, et delicias carnis, et jactantiam secularem, verâ cordis humilitate calcabis, ut illius in te sponsi semper vivat aspectus, qui semper est vivus, sicut eodem resurgente vocis angelicæ attestatione firmatur, cùm mulieribus dicitur. *Quid quæritis viventem cum mortuis?* De quo etiam apostolica sic auctoritas loquitur : Vivus est enim sermo Dei et efficax. Vivus est ergo ille qui est verbum Patris, et ideò ipse est fidelium vita. Hunc sanctæ viduæ cordis contritione et corporis castigatione quæsierunt, quia cordis et corporis plena continentissimè servierunt : de Judith enim scriptum est : *Et erat Judith in domo suâ vidua annis tribus, et mensibus quatuor, et fecit sibi tabernaculum super solarium domûs suæ, et imposuit super lumbos suos cilicium, et erant super eam vestimenta viduitatis suæ, et jejunabat Judith omnibus diebus viduitatis suæ.* Ac ne quis illam sanctam viduam non devotione cordis, sed necessitate paupertatis existimet jejunâsse, audi quid de eâ in sequentibus dicitur : Et erat Judith bona aspectu, et formosa facie valdè, et prudens corde, et bona intellectu, et erat honesta valdè. Quia reliquerat ei Manasses vir ejus, filius Achitob, filii Melchis, filii Heliab, filii Natahel, filii Surisada, filii Simeon, filii Israel, aurum et argentum, servos et ancillas, pecora et prædia. Ecce vidua præclara natalibus, facultatibus dives, ætate juvenis, specie mirabilis, divitias contempsit, delicias respuit, carnis incentiva calcavit, et induta virtute ex alto, non quæsivit secundo famulari connubio. Propterea testimonio tam præclari operis apparuit, quantùm Deo dilecta sit continentia vidualis. Denique cùm Holofernes innumero Bethuliam obsedisset exercitu, et omnis Israelitarum virtus perturbata languesceret, egreditur castitas, oppugnatura lasciviam, et ad interitum superbiæ humilitas sancta procedit. Ille pugnabat armis, ista jejuniis ; ille ebrietate, ista oratione. Igitur quod omnis Israelitarum populus facere non potuit, sancta vidua castitatis virtute perfecit. Obtruncavit una mulier tanti agminis ducem et insperatam Dei populo reddidit libertatem. »

Ibidem cap. 15 : « Videamus et in novo Testamento qualiter nobis sanctæ Annæ conversatio demonstretur. De quo sanctus Lucas sic refert : *Et erat Anna prophetissa, filia Phanuel de tribu Aser : et hæc processerat in diebus multis, et vixerat cùm viro suo annis septem à virginitate suâ.* Et hæc vidua usque ad annos octoginta quatuor, quæ non discedebat de templo, jejuniis et obsecrationibus serviens nocte et die. Istæ duæ viduæ, licet tempore fuerint diverso, unius tamen fidei servierunt ambæ mysterio ; quia Christum, quem Anna cognovit in carne natum, ipsum Judith noverat nasciturum. Quàm verò multùm Deus in utrâque viduâ continentiam sibi placitam demonstravit! Nam Judith, spiritualibus armis accincta, caput lascivi prædonis abscidit : Anna verò ipsum caput Ecclesiæ Spiritu sancto repleta cognovit. Datus est Judith Holofernis interitus. Annæ revelatus est Salvatoris adventus. Illi Deus dedit à populo repellere pestilentiam, huic tribuit humani generis agnoscere medicinam. »

D. Ambrosius, libro de Viduis : « Habet vidua bonam commendationis suæ materiam, ut dùm virum luget, fleat seculum, et in promptu sint lacrymæ redemptrices, dùm penduntur mortuis, viventibus profuturæ. Paratus mœstitudine animi fletus oculorum, misericordiam conciliat, laborem minuit, dolorem allevat, servat pudorem, nec jam miseria sibi videtur, quæ consolationem in lacrymis habet, in quibus sunt charitatis stipendia, officia pietatis. Sed nec fortitudo bonæ viduæ deesse consuevit. Hæc enim vera est fortitudo quæ naturæ usum, sexûs infirmitatem, mentis devotione transgreditur ; qualis in illà fuit, cui nomen Judith, quæ viros obsidione fractos, perculsos metu, rabidos fame, sola potuit à colluvione revocare, ab hoste defendere. Etenim, ut legimus, cùm Holofernes successu multorum terribilis præliorum, intrà muros innu-

mera virorum millia coegisset, armatis paventibus, et de extremâ jam sorte tractantibus, extra murum processit, et illo præstantior exercitu quem liberavit, et eo fortior quem fugavit. Sed ut discas maturæ viduitatis affectum, seriem ipsam persequere Scripturarum. A diebus enim viri sui quibus ille defunctus est, vestem jucunditatis deposuit, mœroris assumpsit; per omnes dies intenta jejunio, sabbato tantùm, et Dominicâ sacrarumque temporibus feriarum non refectioni indulgens, sed religioni deferens. *Hoc est enim, sive manducatis, sive bibitis, in nomine Domini Jesu Christi agenda esse omnia:* ut etiam ipsa refectio corporalis sacro religionis cultui deferatur. Diuturnis igitur mœroribus et quotidianis roborata jejuniis sancta Judith, quæ seculi oblectamenta non quæreret, periculi negligens, mortisque contemptu fortior, ut commentitium strueret dolum, vestem illam jucunditatis, quam vivente viro vestiri solebat, se induit, quasi placitura viro, si patriam liberaret. Sed virum alium videbat cui placere quærebat, illum utique de quo dictum est: *Post me venit vir qui ante me factus est.* Et benè conjugales pugnatura resumpsit ornatus, quia monimenta conjugii arma sunt castitatis. Neque enim vidua aliis aut placere posset, aut vincere. Quid cætera persequamur, quòd inter tot millia hostium casta permansit? Quid ejus sapientiam prædicemus, quòd hujuscemodi est commenta consilium, ut dùm potentem elicit intemperantia, à se inferiores arceret, occasionem pararet victoriæ, abstinentiæ meritum, pudicitiæ reservaret? Nec cibo enim, ut legimus, maculata, nec adultero, non minùs servatæ castitatis ex hostibus revexit trophæum, quàm patriæ liberatæ. Quid sobrietatem loquar? Temperantia enim est virtus feminarum. Inebrietatis vino viris, et somno sepultis abstulit vidua gladium, exeruit manum, bellatoris abscidit caput, per medias hostium acies intemerata processit. Advertitis igitur quantùm nocere mulieribus possit ebrietas, quando viros vina sic solvunt, ut vincantur à feminis. Esto igitur vidua temperans casta primùm à vino, ut casta possis esse ab adultero. Nequaquàm te ille tentabit, si vina non tentent. Nam si Judith bibisset, dormisset cum adultero. Sed quia non bibit, haud difficilè *ebrios* exercitus unius sobrietas et vincere potuit, et eludere. Nec dexteræ tantùm hoc opus, sed majora trophæa sapientia. Nam manu solùm Holofernem vicit, consilio autem omnem hostium vixit exercitum. Suspenso enim Holofernis capite, quod virorum non potuit excogitari consilio, suorum erexit animos, hostium fregit; suos pudore excitans, hostes quoque terrore præcellens, eoque cæsi sunt, et fugati. Ita unius viduæ temperantia atque sobrietas, non solùm naturam suam vicit, sed, quod est amplius, fecit viros etiam fortiores. Nec his tamen elata successibus, cui utique gaudere, exultare licebat jure victoriæ, viduitatis reliquit officium, sed contemptis omnibus qui ejus nuptias ambiebant, vestem jucunditatis deposuit, vestem luctûs resumpsit; nec triumphorum suorum amavit ornatus, illos existimans esse meliores quibus vitia corporis, quàm quibus hostium arma vincuntur.»

In S. Augustini sermonibus de tempore sermo 228, in appendice sermo 66: «Cùm Holofernes ille, filiorum Israel, imò sui capitis inimicus, exterarum sibi gentium jus vendicaret, atque obsidione, armis, ignibus quoque pugnaret, nec non et multarum gentium campos canis messibus ornatos in cinerem pascente flammâ converteret, Judith sanctissima, cujus precibus patuit cœlum, orationis arte arma victricia fabricavit, quibus adversa confligeret, et pavescentes viros femina vindicaret. Squalebat civitas obsidione barbaræ feritatis. Ita enim universa languebant, ut in manibus hostium jam tradi commodiùs indicarent, quàm perniciosâ famis populatione vexari. Ecce Judith post precem et saccum, post cinerem, ad cultus puellares redit, spes omnium populorum procedit sollicitos populos redditura securos, suâ sapientiâ consolatur, quæ promittens victoriam, quam omnis natio miraretur, portam sibi paululùm remotis obicibus postulat aperiri. Prodiit secura unius puellæ comitatu contenta, et hostium securis gressibus properavit in castra. Intrà muros sollicita fuit, secura fit dùm ad timenda pervenit. In quâ feminâ insidiosæ pulchritudinis novitatem hostilis exercitus vehementer expavit, ut in ejus obsequio vires amitterent, arma projicerent, et colla curvarent. Deducitur ad prætorium subjectis ordinibus fraus Holofernis, et lugentis victoria civitatis. Quam cùm videret Holofernes, solutus est sensibus, animam cum capite perditurus. Jacuit enim dedecus juvenum, mulieris vultu captivus, licuit mulieri exarmare juvenes, et debellare victores, sollicitam defendere civitatem et barbarum subvertere bellatorem. Decepit sincera corruptum,

fefellit casta pollutum, pudica perimit adulterum, sobria jugulat ebriosum. Illa enim tam barbaros animos insidiosi sui vultûs fraude confuderat, ut eum ligaret multarum arte fabularum, ut redderet inter exercitus victum, et inter arma captivum. Paratur convivium regi, Judith interesse jubetur; illa consentit, ut vincat: accedit ad convivium nihil de cibis aut de poculis hostium gustatura, quæ suis utensilibus voluit esse contenta. Quamvis ille bellator armorum tam castissimæ feminæ malesanus attenderet vultum, illa tamen, quare venerat, de ejus capite cogitabat, quo sublato, defectis civibus subveniret, et multa capita tueretur, defenderet, vindicaret. At ubi convivii sagina fines excessit, et gravis calicibus somnus successit, videns Judith inimici corporis inclinatas ebrietate cervices, surgens ipsius cruentum arripit collum, comam quoque barbari capitis manu occupavit. *Domine*, inquit, *confirma brachium meum. Et percussit tertiò in collo ejus, et amputavit caput ejus. Exiens foras, tradidit puellæ caput Holofernis, et misit illud in peram. Et post pusillum exivit foras quasi ad orationem secundùm consuetudinem.* Ecce castitas. Orationis favore, castitas pudorem proprium servavit intactum et quietum, decepitque alienum. Jacet inclusum cadaver et jam foris est caput. Cum palmiferâ castitate Judith ad cives sollicitè festinat; nec prohibetur regressu, cui quasi ad orationem anteire fuerat concessum. Jam recepit attonita civitas tantæ victricis reditus triumphales, jam luctus convertuntur in gaudium, jam portæ plenissimâ securitate panduntur, jam pendet muris victoribus caput. Omnis erat in civitate victoria, et in hostilibus castris tremor erat, et fuga Judith in civitate cum securis secura. Ubi enim assiduis pulsatur orationibus cœlum, potentia semper calcatur armorum. Ecce gloriosæ feminæ castitatem servavit oratio, et hostem servare non potuit multitudo. Lugentem civitatem una femina valuit vindicare, et tantus exercitus regem non potuit custodire.

Quæstiuncula XI.

De sanctâ Judith quid vel Græcorum vel recentiorum aliqui.

Clementem Alexandrinum, Origenem, et D. Athanasium antea loquentes audivimus. Sancto jam Chrysostomo homiliâ 9, ex variis in Matthæum aures demus: « Sanctissima Judith, « cùm magno mœrore pro populo esset afflicta, « post solemnitatem triduani jejunii, capite « uncto, et lotâ facie, ita internæ afflictionis « tristitiam texit, ut simulato gaudio lætari « hostibus videretur; ac sic dùm lætitia vultûs « jejunium texit, de hoste triumphans victorias « reportavit. » Sciendum verò eadem in Chromatio in c. 6 Matthæi verba inveniri, nisi quod, ex illo menda in isto quædam emendanda, ut cùm pro internæ afflictionis scriptum est, *in æternæ afflictionis*, et pro dùm, *Deum*. Zonaras verò ad historiæ hujus narrationem hisce verbis aggreditur: « Nobis verò nequaquàm prætereunda sunt, quæ à masculi ani« mi feminâ, seu viragine Judith gesta sunt, « quæ Holofernem ipsum perdidit, urbem verò « suam populumque universum salvavit. » Et recentiorum verò libris, laudat lib. 3 de Continent. c. 18, insignis Parisiorum theologus hæc è cujusdam Commentario, qui Vidua inscribitur, verba, paulò ea quidem longiora, sed quæ non inutilem tamen multorum, quæ hactenùs dicta quamdam veluti anacephalæosin habeant. « Ut primæ laudis est si vidua puella et orba studio pietatis erga Deum negligit iterare conjugium, ita excusatiùs repetit, cui pignorum nihil ampliùs superest; si quidem gratis amor excludit captatæ voluptatis suspicionem. Habet tamen et quæ talis est præclara continentiæ exempla. De Judith liberis nulla in ejus historiâ mentio, quò mirabilius in eâ viduâ pudicitiæ studium quòd apud Judæos malè audiebat viduitas, pejus sterilitas. Ad hæc an nobili diviti, formosæ, difficile fuit invenire maritum: imò non dubium quin à multis fuerit ambita. Cur igitur placuit viduitas? an quia maluit suo more vivere quàm viro servire, nam et hâc de causâ nonnullis displicent conjugia? Nequaquàm. Cur ergo? Nimirùm quia matrimonii servitus licet à religione non aliena, frequenter tamen quæ mundi sunt, cogitare cogat, uxoris continentiam interpellente marito incontinente, eleemosynas astringente ad rem attentiore, preculas interrumpente, et aliis addicta studiis non possit Martha cum Mariâ perpetuò assidere ad pedes Domini, et absit felicissima illa Deo adhærendi citra divulsionem libertas. Ab hâc ne distraheretur, Judith de nuptiis iterandis non cogitavit, cùm major centenariâ vixerit, huic amorem castumque affectum neque mors extinxit, scienti meliorem mariti partem superesse, et futurum ut pristino convictui restituerentur. Primum conjugium dederat necessitati, urgebat parentum auctoritas, invitabat publica gentis consuetudo, impellebat prolis

amor, quasdam etiam cogit ætatis fervor. Vidua facta contubernii carnalis immemor, virum tantò ardentiùs juxta spiritum deamat, fidem quam viro promiserat, etiam mortuo servat. Quantùm absunt ab hâc imagine mulieres, quibus nec secundus, nec tertius maritus, prioris excutit memoriam? Cujus defuncti mores ad quamvis offensiunculam præsenti exprobrant, et quem viventem fortè contempserant, defunctum prædicant, non quòd gaudeant ejus commeminisse, sed uti præsentem urant. Quantò, aiunt, is fuit blandior, formosior, quantò eram sub eo cultior, liberior, nummatior? Nullæ meliùs conjugum meminerunt, quàm quæ eorum quæ carnis sunt, obliviscuntur. Satis mariti meminit quæ recusat alteri nubere, pactam præstans fidem ut absenti, non jam ut mortuo, feliciter oblita est; quæ in castitate perseverat, posteaquàm semel nupsit, parentibus, naturâ, proli simul atque suo arbitrio reddita est, pristinæ voluptati oblitæ, se totam ad delicias spiritûs confert, hæc est oblivio viduis christianis digna. Quædam maritorum priùs oblitæ sunt, quàm extulerint: quædam lacrymis immoriuntur, ad quamlicet occasionem lamenta iterant, luctum renovant. Sic impotenter maritum lugere, quid aliud est quàm alium maritum ambire? Est inter utrumque medium, finiendus tandem luctus, vix unquàm fides solvenda, non quòd hanc debeat uxor extincto, sed quòd hoc suadeat insignis pudicitia, hæc ministeria peperit nomen viri hujus Hebrææ, Manasses, necessitatem seu oblivioni datum sonans. Quæ igitur vel se parat novo marito, et sponsum magis ambit quàm ambitur, vel juventutis fiduciâ vivit, ut libet, ut maximè conjugis usum vel solatium non respiciat, non est tamen Judith. » Hactenus isti auctores.

Quæstiuncula XII.


De mystico historiæ hujus sensu quid?

Rem totam paucis hisce verbis indicavit S. Hieronymus prologo in Sophoniam: « Judith et Esther in typo Ecclesiæ, et occiderunt adversarios et periturum Israel de periculo liberârunt. » Typum porrò hunc toto suo Commentario explicavit et amplificavit Rabanus, eumque secuta glossa. Possumus nimirùm per Holofernem intelligere diabolum, per ejus duces et exercitus, totam impietatum, hæreseon, vitiorumque omnium colluviem, adeò ut apud Victorem lib. 1, de Pers. ægerrimè ferrent hæretici nudum etiam Holofernis nomen pronuntiari. Hæc enim omnia extremam Dei populo perniciem, et vastitatem machinantur. Hæc Bethuliam, id est, piam, religiosamque viri justi animam castris circumcirca immensis positis arctissimè obsident. Nam Bethuliæ nomine, et *virgo Dei* vel certè *domus dominum parturiens* significatur. Et huic suas potissimùm aquas eripere illa conantur, dùm sacratissimos divinarum litterarum, sacramentorum omnisque cœlestis gratiæ fontes occupare, impedire ac prohibere moliuntur. Sed Holofernem istum Catholica contrucidat Ecclesia, omnes ejus copias profligat, spolia diripit, Deoque tandem lætabunda gratias agit, eique sua omnia et se totam offert, dicat et consecrat. Per Judith etiam denotata est beatissima Virgo, ut indicat S. Fulbertus Carnotensis: « Contrivit, ait, Maria serpentis caput servando virginitatem et humilitatem, quia et hâc extinxit mentis superbiam, et illâ carnis concupiscentiam. Contrivit potentiam Satanæ per filium quem genuit, spoliando illum dominio suo. Contrivit astutiam ejus, nempe sapientiam terrenam, per paupertatem spiritûs. Unde de illâ dici potest: Una mulier Hebræa fecit confusionem in domo Nabuchodonosor. » Ita ille. Mariani operis l. 1, c. 2, noster Canisius: « Hæc, ait, est sancta, et seculis omnibus celebranda Judith, eleganti sanè aspectu prædita, et decora, quæ superbissimum caput amputat Holoferni. Mulier Hebræa, quæ populo Dei pro certâ desperatione, præsentem salutem ac triumphum affert; de quâ rectè proprièque dixeris quod de illâ mirandâ victrice gratus Dei populus prædicabat: *Benedicta tu, filia, à Domino Deo excelso, præ omnibus mulieribus super terram; tu gloria Hierusalem, tu lætitia Israel, tu honorificentia populi nostri.* » Per quam gloria Patri, et Filio, et Spiritui sancto, sicut erat in principio et nunc, et semper, et in secula seculorum. Amen.

INDEX RERUM.

FINIS TOMI DUODECIMI SCRIPTURÆ SACRÆ.





U D' / OF OTTAWA
COLL ROW MODULE SHELF BOX POS C
333 10 04 04 03 03 6